

OPERA MORALIA
S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO

DOCTORIS ECCLESIAE

IV.

OPERA MORALIA
SANCTI ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO
DOCTORIS ECCLESIAE
IV.

THEOLOGIA MORALIS.

EDITIO NOVA

CUM ANTIQUIS EDITIONIBUS DILIGENTER COLLATA
IN SINGULIS AUCTORUM ALLEGATIONIBUS RECOGNITA
NOTISQUE CRITICIS ET COMMENTARIIS ILLUSTRATA

CURA ET STUDIO


P. LEONARDI GAUDÉ

E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS

TOMUS QUARTUS

COMPLECTENS

TRACTATUS DE MATRIMONIO, ET DE CENSURIS, PRAXIM CONFESSARII,
EXAMEN ORDINANDORUM AC INDICES GENERALES



ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
—
MDCCECXII

APPROBATIONES

Opus inscriptum: *S. Alphonsi M.^{ae} de Ligorio, Doctoris Ecclesiae, Theologia moralis, editio nova cum antiquis editionibus diligenter collata, in singulis auctorum allegationibus recognita, notisque criticis et commentariis illustrata, cura et studio P. Leonardi Gaudé, sodalis nostri, cum plures theologi, quibus id commissum est, recognoverint, et notas ab editore textui subjectas opportunas judicaverint ac probaverint, libentissime annuimus, ut illud typis mandetur, si iis ad quos pertinet ita videbitur.*

Romae, ad S. Alphonsi, die 16 Maji 1905.

MATHIAS RAUS,
Congr. SS. Red. Sup. Gen. et Rect. Maj.

IMPRIMI POTEST.

Romae, ad S. Alphonsi, die 8 Decembris 1911.

PATRITIUS MURRAY,
Congr. SS. Red. Sup. Gen. et Rect. Maj.

IMPRIMATVR :

FR. ALBERTVS LEPIDI, O. P., S. P. Ap. Magister.

IMPRIMATVR :

IOSEPHVS CEPPETELLI, Patr. Constant., Vicesgerens.

Jura, quae a lege sunt, auctor sibi vindicat.

PRAEFATIO EDITORUM



Critica haec Theologiae Moralis Alphonsianae editio ad tertium usque volumen feliciter in lucem prodierat, ac maturum erat prelo volumen quartum, cujus jam pars typis fuerat mandata: quum eheu! morte repentina correptus fuit, die 14 Augusti a. 1910, praecipuus ejusdem auctor, R. P. Leó-nardus Gaudé. Is enim, per annos viginti duos, huic apparando atque edendo operi insudaverat, incredibili quidem labore, qui vires ejus paulatim infregit, eumque, veluti navarchum jamjam littori appulsum, in ipso portu oppressit; salvis tamen pretiosis, quos advexerat, thesauris.

Natus erat Leonardus in oppidulo Vigneulles, dioecesis Nanceiensis in Gallia, a piis honestisque parentibus, die 25 Oct. a. 1860. Inde a duodecimo aetatis anno ingressus erat, apud Redemptoristas in Gallia, scholam apostolicam, quam Juvenatum appellamus, ubi nempe in litteris ac pietate juvenes excoluntur, qui ad Institutum divinitus videntur esse vocati. Sedecim annos natus emensusque novitium, vota religiosa nuncupavit, ac dein, perfectis primum studiis humanioribus, totus incubuit in disciplinas philosophicas et theologicas usque ad annum 1884, quo anno, die 7 Junii, sacerdotium suscepit.

Tanto autem successu curriculum studiorum absolverat, ut paulo post a Superioribus munus acceperit docendi nostros alumnos philosophiam: quo in magisterio, mira ejus emicuit cogitandi vis et dicendi perspicuitas. Has ille praelectiones habuit in oppido Hollandico Dongen, quo tum, ob eruptam in Gallia persecutionem adversus Religiosos, domus Gallica studiorum translata fuerat. Sed in hoc munere haud diu permansurus erat.

Postquam, anno 1871, S. Alphonsus, plaudente orbe catholico, Doctor Ecclesiae renuntiatus fuerat, Congregatio SS. Redemptoris consilium cepit novam apparandi Alphonsianae Theologiae moralis editionem, eamque accuratissimam, cum antiquis editionibus collatam, in allegatis auctorum locis recognitam, notis opportunis locupletatam, uno verbo, tanto Doctore dignam.

Cui labori deputati fuerunt nonnulli e nostris sacerdotibus, quorum meminit Pater Gaudé in sua Praefatione pag. XLV. Atque hi quidem laboriosum hoc opus aggressi et pluribus annis prosecuti, permultas collegerunt amplissimae hujus messis mergites. Alia tamen metenda remanebant apud auctores a S. Alphonso allegatos, quorum opera nec comparari potuerant, neque in Romanis bibliothecis reperiri. Praeterea tota materiarum congeries secundis curis perlustranda erat atque ordinanda.

Difficili huic penso feliciter absolvendo nemo Leonardo nostro visus est aptior; qui igitur, ineunte anno 1887, Romam accitus, animose ad opus se accinxit, illudque perseveranti studio, nulla fere capta requie, ad finem usque perduxit. Nam etiam per menses aestivos, quos valetudinis causa extra Urbem solebat transigere, labori vacare pergebat; tunc enim celebriores adibat Europae bibliothecas, ut libros quaereret quos alibi non invenisset. Bis tantum interrupit aliquantis per solitas occupationes: primum, quo tempore suam composuit Dissertationem *De Morali Systemate S. Alphonsi* (in 8°, Romae 1894); deinde quum, distracta XIII editione Institutionum Moralium, quas scripserat olim Clemens noster Marc, editionem XIV pararet, adjectis novissimis S. Sedis decretis (2 vol. in 8°, Romae 1911).

Praemisso itaque tam diuturno labore, prodiit tandem, anno 1905, primum volumen hujus nostrae criticae editionis. Opus illud egregius auctor Summo Pontifici Pio X dicaverat. Quam vero illud acceptum fuerit Christi Vicario, luculenter apparet ex Litteris ejus ad auctorem, datis die 12 Junii ejusdem anni, in quibus laus haec inter alias singularissima profertur: oblatam editionem *jure merito typicam appellari posse*. Similes postea laudes datae fuerunt a permultis Praesulibus, etiam purpuratis, a viris quibusque doctissimis, atque a commentariis ecclesiasticis variarum regionum et linguarum.

Primum volumen, haud ita longis intervallis, subsecuta sunt reliqua tria: secundum nempe a. 1907, tertium a. 1909, et nunc tandem quartum, quod prelo tradiderat Leonardus noster, at perfectum his in terris videre non potuit. Cernet tamen e caelis, quo jam confidimus ascendisse hunc Dei servum bonum et fidelem, qui in agro Dominico tam strenue operatus est, quique tradita sibi talenta tam fructuose impendit.

Erat enim Leonardus Gaudé vir solidae virtutis atque observantiae regularis amantissimus. Accedebat indoles bona et sociabilis, quae eum sodalibus aliisque carissimum reddebat; unde factum est ut apud omnes, qui eum noverant, magnum sui desiderium reliquerit. Fama ejus doctrinae, quae in re praesertim morali insignis erat, late percrebuit postremis potissimum annis; quamobrem haud raro viri docti et sacrorum Antistites, consilii causa, eum adierunt. Idem rogatus fuerat, sub initium anni 1910, ut officium Consultoris apud S. Congregationem Concilii acciperet; quae preces quum

instantius admoverentur, iis tandem annuit, unum postulans, ut muneris aditio differretur in secuturum Octobrem: quem mensem eheu! inter mortales non erat visurus.

Superest nunc, ut dicamus quae a nobis praestita fuerint in edendo hoc quarto volumine. Illius tomi, vivo Patre Gaudé, paginae circiter 150 impressae erant; cetera tamen omnia, quae de Matrimonio et de Censuris agunt, prompta erant notisque criticis instructa. Ex his adnotationibus, paucissimae tantum suprema indigebant lima, quam dedimus nos. Alias ipsi, sed perpauca, adjecimus notas, ex jure praesertim recentiori desumptas. Ad notulas marginales quod attinet, eas sodalis noster non ante scribere solebat, quam cum fasciculos typographo traderet. Eisdem igitur nos confecimus, ubi deerant, i. e. paulo post paginam sesquicentesimam. Tandem, sub finem voluminis, bina adjecimus opuscula, quae S. Alphonsus perpetuo suae addita voluit Theologiae Morali, videlicet *Praxim Confessarii* et *Examen Ordinandorum*; cui quidem labori desideratus Pater Gaudé, morte praeventus, manum admovere non potuit. Methodus autem, quam in edendis hisce opellis secuti sumus, eadem plane est qua usus est defletus confrater noster, sicut fusius exponitur in Praefatiunculis inferius legendis, pag. 523 et 651. De duplici Indice generali, materiarum nempe et Auctorum, quo volumen concluditur, nihil hic dicendum occurrit, quum utrique suum praefigatur *Monitum*.

Romae, die 8 Decembris, festo Immaculatae Conceptionis B. M. V.

EDITORES.

LIBER SEXTUS

(SEQUITUR).

TRACTATUS SEXTUS DE MATRIMONIO.

TRACTATUS SEXTUS

DE MATRIMONIO

CAPUT I.

De Sponsalibus.

DUBIUM I.

Quid sint Sponsalia.

831. *Promissio sponsalitia, ut sit valida, debet esse voluntaria et deliberata. — 832. An teneatur ad matrimonium fecte promittens sponsalia alteri repromittenti. — 833. Quid, si quis voluit promittere, sed non se obligare. — 834. Quando obligentur pueri. — 835. An sint valida sponsalia contracta per dolum. — 836. Promissio debet esse mutua. Qu. 1. An acceptans sponsalia intelligatur repromittere. — 837. Qu. 2. An quis possit se obligare ad nuptias vi gratuita promissionis. Et an haec obliget sub gravi. — 838. Promissio debet esse expressa signo. Quid, si parentes contrahant pro filiis tacentibus. — 839. Dub. 1. Quid, si extranei. Dub. 2. An sufficiat, si parentes promittant pro filiis absentibus. — 840. Sponsalia debent fieri inter habiles. Quid, si verba vel signa sint dubia. — 841. Verba de praesenti apta ad matrimonium inter impuberes habent vim sponsalium. An idem valeat inter puberes in matrimonio clandestine contracto. — 842. An sufficiat ad sponsalia dicere: Non ducam aliam quam te. — 843. An dicere: Contraham, si Papa dispensaverit. An sufficiat subarrhatio annuli et missio munerum. Quid, si parentes anulum mittant. — 844. Qu. 1. An sponsalia contracta per metum gravem sint per se nulla. — Qu. 2. Quid, si per metum levem. — Qu. 3. An qui contraxit ex metu levi possit sponsalia rescindere.*

831. « Resp. Sunt promissio voluntaria, deliberata et mutua, signo sensibili expressa, futuri matrimonii inter personas jure habiles ^{a)}).

« Dicitur I^o. *Promissio*; quia propositum non sufficit, cum non inducat obligationem. Unde qui diceret: *Volo te accipere, habere aut ducere in uxorem*, non contraheret sponsalia (ut Bonacina¹

« docet ex aliis); quia haec verba non promissionem, sed propositum promissionis tantum significant: nisi tamen ex circumstantiis aliud colligatur.

« Dicitur II^o. *Voluntaria et deliberata*, scilicet deliberatione sufficiente ad peccatum mortale; cum sponsalia sub mortali obligent. Diana² ex Sanchez, Pontio, etc.; etsi Bonacina³ plus requirat. —

Voluntaria et deliberata.

¹ De Matr., qu. 1, punct. 1, n. 3. — ² Part. 3, tr. 4, resol. 273. *Sanch.*, de Matr., lib. 1, disp. 16, n. 16.

Pont., de Matr., lib. 4, cap. 1, n. 1. — ³ Loc. cit., punct. 4, num. 4.

831. — ^{a)} Nunc vero, ex decreto *Ne temere*, diei 2 Aug. 1907, forma substantialis, licet extrinseca, contractus sponsalitiis immutata est, et: « I. Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quae contracta fuerunt per scripturam subsignatam a partibus et, vel a paroco aut a loci ordinario, vel saltem a duobus testibus. — Quodsi utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur; qui cum paroco aut loci ordinario,

vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet. — II. Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime praest parociae canonice erectae; sed in regionibus ubi parociae canonice erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est et paroco aequiparatur; et in missionibus ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis moderatore ad animarum curam in aliqua statione uni-

« Unde regulariter non sunt valida ante septennium completum, ut docet Co- ninck¹, Sanchez²; nisi malitia et prudentia suppleant aetatem. Diana³, Pontius, etc. (quod tamen quidam negant sufficere, cum jus determinarit aetatem). Imo nec post septennium, si de usu rationis sufficienti non constet; uti neque si vi, dolo, errore vel ignorantia circa substantiam aut notabilem conditionem substantialem fiant, secundum dicta de voto et contractibus ».

Ficte promittens vere repromittenti:

832. - Quaeritur: *an teneatur matrimonium contrahere qui ficte promisit sponsalia alteri vere repromittenti?*

Si non intendit contrahere, non obligatur.

Fictio haec diversimode potest contingere: 1°. Si is non habuit animum contrahendi. 2°. Si non habuit animum se obligandi. 3°. Si non habuit animum adimplendi. — In primo casu certe non tenetur stare promissis; cum omnino defuerit promittendi voluntas. Ita Viva⁴; et Salmant.⁵ cum Sanchez, Lugo, Silvestro, etc. communiter. — Contra vero, in tertio casu certum est teneri; quia jam contraxit obligationem. Vide Salmant.⁶ et Viva⁷, ubi bene advertunt quod si quis sciret oriri obligationem ex promissione, sed ad eam non adverteret, nihilominus teneretur ad promissum; quia jam habuit virtuales voluntatem se obligandi.

Si non intendit adimplere, obligatur.

833. - Quaestio tantum est de secundo casu, *quando is voluit promittere, sed*

¹ Disp. 21, dub. 5, a n. 50. — ² De Matr., lib. 1, disp. 16, a n. 8. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 274. — Pont., de Matr., lib. 12, cap. 5, n. 3. — ⁴ De Matr., qu. 1, art. 2, n. 1. — ⁵ Tr. 9, de Matr., cap. 1, n. 25; et tr. 14, de Contract., cap. 1, n. 7. — Sanchez., de Matr., lib. 1, disp. 9, n. 3. — Lugo, de Just. et Jure, disp. 22, sect. 4, n. 45. — Silvest., v. Pactum, qu. 4. — ⁶ Tr. 9, cap. 1, n. 25. — ⁷ De Matr., qu. 1, art. 1, n. 3, 7 et 8. — ⁸ Tr. 9, cap. 1, n. 26. — ⁹ De Matr., lib. 12, cap. 2, n. 7. — Vasq., de Matr., disp. 6, cap. 3. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 1, art. 2, v. Tertio

voluit se obligare. — Et respondetur: Si ipse ignoravit ex promissione illa oriri obligationem exsequendi matrimonium, certum est non teneri; ut dicunt Salmant.⁸ cum communi (quidquid aliqui aliter sentiant). Quia qui ignorat naturam promissionis, non habet veram promittendi voluntatem.

Dubium igitur est: *An teneatur ad matrimonium qui, sciens naturam promissionis, ficte promiserit sponsalia, nolens revera ad matrimonium se obligare?*

Prima sententia dicit quod iste non solum peccat mortaliter contra justitiam; sed etiam ex justitia tenetur ad contrahendum matrimonium, nec excusatur, si damnum alio modo velit resarcire. — Ratio, quia in ipsa promissione, quando est vera, necessario est insita obligatio ipsi competens. Cum autem quis minime vult promittere, minime quidem obligatur; sed quando vere promittit, non potest nolle obligari juxta conditionem contractus: nequit enim a promissione obligationem illi propriam separare. Ita probabiliter Pontius⁹ cum Vasquez, Viva^{a)}; item Sotus, Lopez^{b)}, Ledesma, Aragon^{b)}, Gutierrez, etc., apud Sanchez.

Secunda vero sententia probabilior, cui subscribimus, et quam tenent Sanchez¹⁰, Palaus¹¹, Laymann¹², Lessius¹³, Holzmann¹⁴, Sporer¹⁵, Escobar¹⁶, Renzi¹⁷, Tamburinius¹⁸, Mazzotta¹⁹; et Salmant.²⁰

eodemque. Petr. Ledesma., de Matr., qu. 43, art. 1, diff. 2, concl. 4. — Gutier., Canon. quaest., lib. 2, cap. 22, n. 31. — Sanchez., de Matr., lib. 1, disp. 9, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., disp. 9, n. 5; et disp. 10, num. 26. — ¹¹ Tr. 28, de Matr., disp. 1, punct. 2, n. 2. — ¹² Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 10. — ¹³ Lib. 2, cap. 18, n. 61. — ¹⁴ De Matr., n. 117. — ¹⁵ Part. 4, cap. 1, n. 154 et 155. — ¹⁶ Lib. 24, de Sponsal., n. 92. — ¹⁷ De Matr., cap. 1, sect. 1, qu. 4. — ¹⁸ Lib. 8, de Matr., tr. 3, cap. 1, § 4, n. 5. — ¹⁹ Tr. 7, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 1. — ²⁰ Tr. 9, cap. 1, n. 28.

versaliter deputatus ». Decretum non requirit Ordinarium aut parochum proprium; hinc valide contrahuntur sponsalia coram quovis Ordinario vel parochi, modo isti sint in proprio territorio; minime vero coram ab alterutro delegato: ex declar. S. C. C. diei 28 Martii 1908, ad 6^{um} et 7^{um}.

833. - ^{a)} Viva, de Matr., qu. 1, art. 2, n. 2, v. Dico 3, dicit ficte promittentem alicui vere repromittenti, teneri ad matrimonium contrahendum, non quidem ratione promissionis, utpote fictae, sed ratione injuriae irrogatae.

^{b)} Ludovicus Lopez, *Instruct. consc., part. 1, cap. 42, v. Secundum Sotum; et cap. 43, v. Quamvis*; Aragon, in *2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 1, v. Contrarium tamen*, id dicunt in alio simili, ut ait Sanchez, nempe in voto. Addo etiam auctores istos multosque alios hic citatos absolute loqui, et omittere clausulam *sciens esse naturam promissionis*. Praeterea notandum est Ludovicum Lopez, *part. 2, cap. 30, concl. 4*, haec scribere: « Qui, dum aliquid promittit verbotenus, animo et intentione se obligandi caret, non fit reus in conscientia obligationis promissi ».

cum Bonacina, Becano, Aversa, Villalobos, Cornejo et Diana, negat esse obligationem contrahendi. — Ratio praecipua est, quia omnis obligatio quae non habetur ex lege, oritur ex privata hominis voluntate; ergo ubi deest voluntas se obligandi, deficit obligatio. — Et hoc, etiamsi promissio fuerit juramento firmata; ut docent Sanchez¹ cum S. Bonaventura, S. Antonino, Medina, Palacios et pluribus; Escobar² cum Richardo^{c)}, Gabriele; ac Salmant.³ cum Becano et Aversa, ex D. Thoma⁴, qui docet juramentum non obligare ubi deest animus se obligandi: juramentum enim sequitur naturam promissionis.

Nec obstat ratio contraria supra allata. Quia, esto fecte promittens peccarit contra justitiam, alteram partem decipiendo: non tenebatur tamen ex justitia ponere verum consensum; cum nulla ei adesset obligatio contractum ineundi, et contra alter nullum adquisierit jus in eum ex suo consensu. Ideo tenetur quidem postea, ratione deceptionis, damna resarcire; sed non tenetur, ratione promissionis, verum consensum ponere et matrimonium contrahere. — Secus vero dicendum, si intervenit defloratio. Quia tunc deflorans omnino tenetur ad matrimonium; cum non possit tunc alia via sat aequivalenter damnum resarcire, ut diximus *Lib. III, ex n. 642*.

Bonac., de Matr., qu. 1, punct. 1, n. 5. *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 6, num. 3. *Aversa*, qu. 8, sect. 2, v. *Et sane*, et v. *Potestque facile*. - *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 2, n. 1. *Cornejo*, tr. 6, de Matr., disp. 2, dub. 5. *Diana*, part. 3, tract. 4, resol. 205. — ¹ De Matr., lib. 1, disp. 9, n. 9. *S. Bonav.*, in 3, dist. 39, art. 3, qu. 1. *S. Anton.*, part. 2, tit. 10, cap. 6, v. *Quintus casus*, v. f. - *Joan. Medina*, Cod. de Confess., tr. 2, qu. 48, ad 2. - *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 29, disp. 1. — ² *Lib. 24*, n. 95 et 96. - *Gabr. Biel*, in 3, dist. 39, qu. 1, art. 2, concl. 5. — ³ *Tr. 9*,

834. - Sufficit autem ad validitatem sponsaliorum inter *pueros*, ut in ipsis agnoscat rationis usus. Hoc putant probabilius cum communiore Salmant.⁵ cum Sanchez^{a)}, Coninck^{a)}, Dicastillo^{a)}, Bonacina et aliis; contra Palaum, Aversa, etc., qui dicunt *pueros* ante septennium non obligari. — Non peccant autem graviter pueri, vel parentes^{b)} pro eis sponsalia promittentes; ut dicunt Salmant.⁶ cum Coninck, Sanchez, etc., contra Bonacina et Henriquez.

835. - An vero *sint irrita sponsalia contracta per dolum dantem causam contractui, etsi versantem tantum circa qualitatem?*

Affirmat Sanchez^{a)} cum Molina^{a)}, Covarruvias^{a)}, etc. Et idem sentiunt Pater Concina et alii, quos citavimus *Lib. III, n. 715, de Contract.* — Sed ibi diximus probabilius eo casu contractum non irritari, neque de jure naturali, cum jam adsit consensus quoad substantiam; neque de jure civili, ut patet ex *Instit. de Exceptionib., lib. 4, tit. 13*, cujus verba attulimus dicto *n. 715*. Habet vero tunc deceptus actionem irritandi contractum, propter injuriam et defectum consensus: idque currit, etiamsi deceptio provenerit ab alio tertio, parte ignorante; ut docet Sanchez⁷ cum Covarruvias^{b)} et aliis.

cap. 1, n. 29. - *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 6, n. 5. - *Aversa*, qu. 8, sect. 2, v. *Potestque facile*. ⁴ In 3, dist. 39, art. 3, solut. 3. — ⁵ *Tr. 9*, cap. 1, n. 74. - *Bonac.*, de Matr., qu. 1, punct. 4, n. 2. — *Palaus*, tr. 28, disp. 1, punct. 6, num. 7. *Aversa*, qu. 8, sect. 5, v. *Dicendum tamen*, et v. *Item non est admittenda*. — ⁶ *Loc. cit.*, n. 77. - *Coninck*, disp. 21, dub. 5, n. 54. *Sanch.*, de Matr., lib. 1, disp. 17, num. 4. — *Bonac.*, qu. 1, punct. 4, n. 6 et 7. *Henriq.*, lib. 11, cap. 13, n. 13. — *Concina*, de Contract., diss. 1, cap. 5, n. 6. — ⁷ De Matr., lib. 1, disp. 64, n. 4 et 5.

Requisita ad sponsalia inter pueros.

Quid de sponsaliis contractis per dolum circa qualitatem.

Etsi promissio fuerit rata.

Tenetur mna resarcire rone deceptionis.

Tenetur matrimonium, si fuit defloratio.

^{c)} Richardus de Mediavilla, in 3, dist. 39, art. 2, qu. 1, utramque sententiam, negantem scilicet et affirmantem, videtur ut probabilem habere.

834. ^{a)} Sanchez, de Matrim., lib. 1, disp. 16, n. 9, utique dicit sponsalia valida esse, malitia supplente aetatem; sed *n. 11*, negat esse valida ante septennium, « nisi probetur contrahentes esse doli capaces ». — Idemque habent Coninck, disp. 21, dub. 5, n. 52; et Dicastillus, de Matr., disp. 1, dub. 19, n. 257 et 259.

^{b)} Hic agitur de sponsalibus quae contrahuntur ante septennium vel ante usum rationis; et Sanchez et Henriquez loquuntur de

ipsis pueris sic contrahentibus, non vero de eorum parentibus; sed idem dicendum est de utrisque.

835. - ^{a)} Sanchez, de Matr., lib. 1, disp. 64, n. 3; Molina, de Just., tr. 2, disp. 352, n. 2; Covarruvias, in cap. Possessor, part. 2, § 6, n. 6, absolute loquuntur de dolo dante causam contractui, praeterrmittentes clausulam, *etsi versantem tantum circa qualitatem*. Praeterea Sanchez et Molina haec habent de casu quo dolo ab altero contrahentium admissus est.

^{b)} Covarruvias citatur a Sanchez pro ratione hujus dicti tantum: quod scilicet in contractibus dolo initis non deficit substantialis

Caeterum satis probabile est cum Lesio, Laymann et Sporer (relatis eodem *n. 715*) et cum Viva¹, quod deceptus non tenetur in conscientia stare contractui, si suus error vere fuerit invincibilis ^{c)}.

An autem, stando primae sententiae, nempe quod sponsalia sint per se irrita, *etiam decipiens liber remaneat?* — Affirmant idem Sanchez²; et Pontius ^{d)} cum Coninck ^{d)}, Valentia ^{d)}, Rebello ^{d)}, etc. — Sed oppositum est probabilius, ut fuse probavimus *Lib. III, n. 715 e)*, cum Lugo, Lessio, Laymann, Palao, etc.

Etsi sint irrita, decipiens probabilis non est liber.

Promissio mutua.

836. — « Dicitur III^o. *Mutua*. — Unde « si Titius promittat nuptias Cajae, et « haec acceptet sine repromissione, neuter « obligatur; quia, cum contractus sponsalium sit onerosus et reciprocus, non « potest claudicare: involvit enim conditionem, *si tu repromiseris*. Quod si tamen Titii promissio fuisset absoluta ac « gratuita et acceptata a Caja, solus Titius « obligaretur, non vi sponsalium, sed simplicis promissionis. — Ita Sanchez³, « contra Pontium apud Diana⁴ ».

Quaeritur hic 1^o. *An hoc ipso quod aliquis acceptet sponsalia, simul repromittere intelligatur?*

Acceptans, juxta alios, censetur repromittere.

Prima sententia affirmat. Et hanc tenet Pontius⁵ cum S. Antonino, Paludano, Silvestro, etc.; ac probabilem putant Salmant.⁶ cum Vasquez, Henriquez ^{a)}, Leandro ^{b)} et Gabriele a S. Vincentio. — Ratio, quia, sicut acceptatio matrimonii de prae-

senti includit virtualement repromissionem seu voluntatem ad illud se obligandi, cum matrimonium valere non possit, si utraque pars non obligetur: ita etiam acceptatio sponsaliorum, quae matrimonii naturam sequuntur. Hinc deducunt hi auctores cum Molina et Busenbaum, quod, casu quo uterque sponsorum non obligatur, neuter remanet obligatus.

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Bonacina⁷, Concina⁸, Sanchez⁹, Laymann¹⁰, Sporer¹¹; Escobar¹² cum Soto; ac Salmant.¹³ cum Dicastillo, Palao, etc. Qui dicunt, bene posse stare promissionem unius de futuro matrimonio, et acceptatam obligare sine repromissione alterius: neque acceptationem includere repromissionem; quia potest quisque acceptare obligationem alterius quin seipsum obliget. — Advertunt tamen Salmant.¹⁴ hoc intelligi, si promittens voluit sponte se obligare independentem ab alterius repromissione, atque hoc sit certum; nam in dubio (ut dicunt) censendum est noluisse sine repromissione obligari. Et in tali casu notandum quod promissio illa non esset sponsalia, ideoque non induceret impedimentum publicae honestatis; sed esset mera promissio gratuita, unam tantum partem obligans, non vi quidem sponsalium, sed vi merae fidelitatis.

837. — Quaeritur 2^o. *An quis possit se obligare ad contrahendum matrimonium*

Less., de Just. et Jure, lib. 2, cap. 17, n. 29 et 33. Laym., lib. 3, tr. 4, cap. 5, n. 6. - Spor., tr. 6, cap. 2, num. 98. — ¹ De Matr., qu. 2, art. 8, num. 3. — ² Lib. 1, disp. 64, num. 3. — ³ De Matr., lib. 1, disp. 5, a num. 12. — Pont., de Matr., lib. 12, cap. 4, num. 2. ⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 244. — ⁵ Lib. 12, cap. 4, n. 10. S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 18, v. *Nota ergo*. - Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, artic. 1, concl. 1. Silvest., v. *Sponsalia*, in princ. — ⁶ Tr. 9, cap. 1, num. 16. Vasq., disp. 4, cap. 3, num. 35.

Gabr. à S. Vinc., de Matr., disp. 4, qu. 3, n. 23. — Molina, de Just., tr. 2, disp. 263, num. 13. — ⁷ De Matr., qu. 1, punct. 1, num. 7. — ⁸ De Matr., diss. 2, cap. 1, num. 5. — ⁹ De Matr., lib. 1, disp. 5, num. 5. — ¹⁰ Tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 2. — ¹¹ Part. 4, cap. 1, n. 151. — ¹² Lib. 24, num. 68. - Sotus, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 1, concl. 1. — ¹³ Loc. cit., n. 18. Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 5, n. 70. - Palaus, tr. 28, disp. 1, punct. 3, n. 8. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 1, num. 21.

consensus; quod profecto dicit Covarruvias, *loc. cit.*, v. *Septimo*.

^{c)} Laymann et Viva non loquuntur de errore invincibili.

^{d)} Pontius, *de Matrim.*, lib. 4, cap. 21, n. 7; Coninck, *disp. 31, dub. 1, n. 11*; Valentia, *in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 20, punct. 4, concl. 2*; Rebellus, *part. 2, lib. 3, qu. 2, n. 4 et 5*, ad rem non faciunt. Quin imo Pontius, *n. 16*, satis insinuat contrariam sententiam, eam scilicet quae ipsi S. Alphonso probabilior habetur.

^{e)} Ibi S. Alphonsus cum auctoribus citatis probavit contractum ex dolo, qui causam dedit contractui, non esse irritum.

836. — ^{a)} Henriquez, *lib. 11, cap. 13, n. 2*, ita tenet, nisi acceptans expresse excludat repromissionem.

^{b)} Leander, *tr. 9, de Matr., disp. 1, qu. 7*, hanc sententiam exponit dumtaxat; contrariam vero, ut ipse S. Alphonsus, putat probabilior. Sed *qu. 8* (quam allegant Salmant.), ulterius quaerit utrum ille saltem qui matrimonium promisit, maneat obligatus ad con-

vi gratuitae promissionis, libera remanente altera parte?

Nemo potest obligari ad matrimonium vi gratuitae promissionis, juxta hios.

Prima sententia negat. Et hanc tenent Pontius¹ cum Vasquez; Concina²; et probabilem vocat Diana³. — Ratio, quia contractus sponsaliorum est instar contractus cujusdam permutationis; unde in eo nemo potest se obligare, nisi sub conditione ut alter mutuo se obliget.

Communior et probabilior affirmat. Eamque tenent Busenbaum (ut supra) et Sanchez⁴, Laymann⁵, Bonacina⁶, Escobar⁷, Sporer⁸; et Salmant.⁹ cum Coninck, Dicastillo et Aversa.

— Ratio, quia, licet vi promissionis sponsalitia non possit unus remanere obligatus, altero manente libero; tamen bene potest aliquis vi simplicis promissionis gratuita se obstringere independentem a contractu sponsalium.

Quid de gravitate ejus gratuita promissionis.

An autem *haec promissio obliget sub gravi?* — Id pendet ab alia Quaestione allata *Lib. III, n. 720, v. Tertia*, ubi diximus cum Cajetano, Bañez^{a)}, Ledesma, Henriquez et Salmant., ex auctoritate D. Thomae, satis esse probabilem sententiam negativam. — Recte vero advertunt Sporer¹⁰ et Tamburinius¹¹ quod regulariter nunquam sponsi intendunt gratis se obligare sine conditione quod alter etiam se obliget^{b)}.

Promissio igno expressa.

838. — « Dicitur IV^o. *Signo expressa;* « quia contractus inter homines non fit,

¹ Lib. 12, cap. 4, n. 2. - Vasq., disp. 4, cap. 3, n. 33. — ² De Matr., diss. 2, cap. 1, n. 6. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 244. — ⁴ De Matr., lib. 1, disp. 5, n. 12. — ⁵ Tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 2. — ⁶ De Matr., qu. 1, punct. 1, n. 8. — ⁷ Lib. 24, n. 71. — ⁸ Part. 4, cap. 1, n. 152. — ⁹ Tr. 9, cap. 1, n. 20 et 21. - Coninck, disp. 22, dub. 6. Dicast., disp. 1, dub. 6, n. 74. Aversa, qu. 8, sect. 1, v. Admit-

« nisi signo externo^{a)}. Unde non sufficit « ad sponsalia taciturnitas Cajae, etiam « cum consensu interno in promissionem « matrimonii quod Titius ei promittit. — « Si tamen pater vel mater pro filio aut « filia, aut curator pro eo cujus curam « habet, praesente et non contradicente « (dummodo^{b)} metus absit) contrahat, « valida erunt; quia in hoc casu jus accipit taciturnitatem pro expressione consensu. Sanchez¹², Diana¹³. Imo etiamsi « pro absente: saltem si is rescians, id « expresse vel tacite signo aliquo sufficienti ratificet. Sanchez, Pontius, Diana¹⁴. « Contra quos, Sotus^{c)} et Henriquez^{c)} ne « hoc quidem requirunt, sed tantum ut « rescians non contradicat. Quod Coninck « admittit, si per ipsos tutores vel parentes iis proponatur^{d)}; tunc enim si taceant, censi consentire ».

Sponsalia contracta a parentibus pro filio praesente et tacente.

Si parentes contrahant sponsalia, praesente filio qui taceat et non contradicat, ipsa utique sunt valida; ut communiter docent Laymann¹⁵, Palaus¹⁶, Roncaglia¹⁷, Sanchez¹⁸ et alii passim. Et patet ex *cap. unic. § fin., de desponsat. impub., in 6^o*, ubi Bonifacius VIII sic declaravit: *Porro, ex sponsalibus quae parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii, si expresse consenserint vel tacite, ut si praesentes fuerint nec contradixerint, obligantur.* — Idemque dicendum, non solum si pater, sed etiam si

tendum. — ¹⁰ Loc. cit., n. 152. — ¹¹ Lib. 8, de Matr., tr. 3, cap. 1, § 1, n. 4. — ¹² De Matr., lib. 1, disp. 23, n. 3. — ¹³ Part. 3, tr. 4, resol. 270. — Sanch., loc. cit., n. 17. — Pont., de Matr., lib. 2, cap. 14, n. 14. — ¹⁴ Loc. cit., resol. 271. — Coninck, disp. 21, dub. 3, n. 39. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 13. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 4, n. 12. — ¹⁷ Tr. 21, qu. 1, de Sponsal., cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ¹⁸ Loc. cit., n. 3.

trahendum in casu quo alter solum acceptet promissionem et non repromittat; et respondet utramque opinionem, negantem scilicet et affirmantem, aequae probabiles esse.

837. — *a)* De Bañez vide notam *g*, ad dictum *lib. 3, n. 720*.

b) Quae hic dicuntur de obligatione promissionis unilateralis matrimonii remanent in suo robore, non obstante decreto *Ne temere*, quod unice loquitur de contractu sponsalio stricte dicto.

838. — *a)* Ex decreto *Ne temere* omnino requiritur scriptura et subscriptio partium. Hinc enervantur et evanescent ea omnia quae hic, *n. 838 et 839*, de sponsaliis quae paren-

tes iniverint nomine filiorum praesentium et tacentium, vel absentium et ignorantium ac postea ratihabentium.

b) Sanchez negat metum reverentialem reddere invalida sponsalia, quando videlicet filius vere consensit, quamvis ex metu reverentiali.

c) Sotus et Henriquez ita sane a Diana citantur; sed isti auctores: Sotus nempe, *in 4, dist. 27, qu. 2, art. 2, ad 1*; Henriquez, *lib. 11, cap. 13, n. 5*, lit. *h*, loquuntur de impuberibus, pro quibus parentes sponsalia contraxerunt, non vero de absentibus.

d) Coninck id utique docet, sed requirit ut coram parte proponatur; si vero secus fiat,

mater contrahat pro filio; ut recte etiam communiter docent Sanchez¹, Pontius², Palaus³; Bossius⁴ cum Abbate^{e)}; et Salmant. *f)*: idque infertur ex dicto textu, ubi non dicitur *patres*, sed *parentes*. Et ratio est, quia in hoc non habetur respectus ad patriam potestatem, sed ad affectum parentum erga filios: matres autem non minus quam patres filios diligunt. — Idem dicunt Busenbaum (ut supra) et Sporer⁵ de tutoribus et curatoribus promittentibus pro pupillis et minoribus. Sed probabilius id negant Salmant.⁶ cum Sanchez et Gutierrez; quia hoc tantum de parentibus dispositum est.

Id tamen procedit dumtaxat pro foro *externo*; ut bene advertunt Bonacina^{g)} et Roncaglia⁷; ac Holzmann^{h)} cum Anacleto^{g)}. Nam in foro *interno*, si filius dissenserit, certe ad sponsalia illa a parentibus contracta non obligatur. — Et idem omnino dicendum puto, si filius negative se habuerit, non dissentiendo neque consentiendo: ad contrahendam enim quamcumque obligationem positivus requiritur consensus. Nec obstat praefatus textus, cum ibi dicatur *obligantur*. Nam ad matrimonium, et sic pariter ad sponsalia, quae matrimonij naturam sequuntur, non sufficit consensus internus contrahentium; sed requiritur consensus externe expressus aut verbis aut signis, ut habetur in can. *Sufficiat, caus. 27, qu. 2*. Quamvis

¹ Lib. 1, disp. 23, n. 9. — ² De Matr., lib. 2, cap. 14, n. 3. — ³ Tr. 28, disp. 1, punct. 4, n. 12. — ⁴ De Matrim. Contractu, cap. 3, n. 159. — ⁵ Part. 4, cap. 1, n. 191. — ⁶ Tr. 9, cap. 1, n. 48. *Sanch.*, loc. cit., disp. 23, n. 12. *Gutier.*, de Matr., cap. 13, n. 2 et 3. — ⁷ Tr. 21, qu. 1, de Sponsal., cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ⁸ De Matr., qu. 1, punct. 1, n. 11. — ⁹ Tr. 9, cap. 1, num. 46. — *Hostien.*, in cap. *Litterae*, de Matr. contr. contra interdict., num. 1. *Anchar.*, in

autem sponsalia contracta per solum consensum internum non valeant, valent tamen in hoc casu speciali, ut Bonifacius decernit, nempe si pater contrahat pro filio tacente et non contradicente; sed utique intelligendus Pontifex loqui, modo filius interne et positive consentiat. Et sic revera mecum sentiunt Bonacina⁸ et Salmant.⁹, dum dicunt, tunc solum taciturnitatem filii valida reddere sponsalia, quando filius interne consentit.

839. — Dubitatur 1^o. *An sit speciale quod sufficiat praesentia et taciturnitas filiorum, si parentes pro eis contrahant?*

Negant Hostiensis, Manuel^{a)} et Ancharanus, apud Sanchez¹⁰: qui dicunt id procedere, etiamsi extraneus contrahat sponsalia pro alio praesente et tacente; quia (ut ajunt) cum hic agatur de re appetibili, quisque tacens consentire videtur. Idque confirmant ex *cap. 1, de matr. contr. contra interdict.*, ubi judicantur valida sponsalia inita a fratre pro sorore praesente et tacite consentiente, dum textus ponderat ibi aliqua signa taciti consensus. — Et huic sententiae consentiunt etiam apud Sanchez¹¹, Victoria, Henriquez, Ledesma et Sotus, loquendo tamen pro solo foro externo^{b)}.

Sed communissime et verius, id in utroque foro^{c)} esse speciale pro sponsalibus contractis a parentibus, affirmant Escobar¹², Palaus¹³, Bossius¹⁴; et Sanchez¹⁵

dict. cap., num. 2. — ¹⁰ De Matr., lib. 1, disp. 23, num. 6. — ¹¹ Loc. cit., num. 6. *Vict.*, Sum., de Sacram., num. 250. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, num. 6, lit. *p.* — *Petr. Ledesma.*, de Matr., qu. 45, artic. 2, dub. 3, concl. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, artic. 3, v. *Praesens autem*. — ¹² Lib. 24, num. 169. — ¹³ Tract. 28, disp. 1, punct. 4, num. 17. — ¹⁴ De Matr. Contractu, cap. 3, num. 165. — ¹⁵ Loc. cit., num. 7.

negat esse sponsalia, nisi altera pars certiorata acceptet.

^{e)} Abbas a Bossio citatur ex Sanchez; sed Sanchez illum citat non pro ipso asserto, sed pro ratione tantum, nempe: filium naturaliter utrique parenti subditum esse ac obedire teneri; matrem proinde posse filium religioni offerre (patre non contradicente). Quod utique habet Panormitanus in *cap.* Si quis ante, *de regul.*, n. 6.

^{f)} Salmant., *tr. 9, cap. 1, n. 47*, dicunt in generali id posse fieri a parentibus, quod certe et matrem includit.

^{g)} Bonacina, *qu. 1, punct. 1, n. 11*; Ana-

cletus, *Jus can., lib. 4, tit. 1, a num. 61*, id plane innuunt, dicentes jus accipere vel praesumere taciturnitatem pro consensu.

^{h)} Holzmann, *de Matrim.*, n. 149, pariter insinuat dicendo: « Praesumuntur consentire juxta *reg. 43 in 6^o*... Qui tacet, consentire videtur ».

839. — ^{a)} Emmanuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 214, n. 9*, loquitur de ipso matrimonio.

^{b)} Scilicet: pro solo foro externo requirunt ut sint ipsi parentes; et loquuntur de ipso matrimonio.

^{c)} Auctores isti perspicue innuunt esse spe-

cum S. Antonino, Paludano, Innocentio, Abbate, Gabriellio, Covarruvias, Tabiena et aliis plurimis, ex D. Thoma^{d)}. Ratio, quia, licet matrimonium sit per se appetibile, tamen obligatio ad illud est onerosa; cum autem parentes prae magno amore erga filios praesumantur ipsis bene consulere, merito censentur filii consentire ipsorum promissioni: sed haec ratio non militat pro aliis. — Nec obstat regula juris 43 in 6^o: *Qui tacet, consentire videtur*. Nam bene respondent Salmant.¹, Bonacina² et Roncaglia³, hoc procedere in favorabilibus; non autem in obligatoriis, ubi verius oppositum praesumitur, et maxime in sponsalibus, ubi (ut diximus) positivus requiritur consensus. — Neque obstat textus supra oppositus. Nam respondet Escobar⁴ cum Glossa, ibi bene adfuisse expressum consensum, et textum exprimere alia signa tacita, ut confirmet adfuisse verum consensum per illa signa externatum.

Recte tamen Sanchez⁵ cum aliis primam sententiam admittit, si alicubi (prout est apud Indos) esset consuetudo ut consensus per alios exprimeretur.

Dubitatur 2^o. *An, cum parentes contrahunt sponsalia pro filiis absentibus, sufficiat ad eorum valorem, si filii certiores facti non contradicant?*

S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 2, ante § 1. - Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 1, concl. 1; et qu. 2, art. 3, concl. 4. Innoc., in cap. *Litterae*. - Abb. Panorm., in dict. cap., n. 2. - Covar., de Matr., part. 2, cap. 4, n. 7. Tabiena, v. *Sponsalia*, n. 6, qu. 5. — ¹ Tr. 9, cap. 1, n. 45. — ² Qu. 1, punct. 1, n. 11. — ³ De Sponsal., cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ⁴ Lib. 24, n. 169. - Glossa, in cap. *Litterae*, de matr. contr. etc., ad v. *Praesente*. — ⁵ De Matr., lib. 1, disp. 23, n. 14. — ⁶ Loc. cit., n. 17. — ⁷ Lib. 2, cap. 14, n. 14; et lib. 12, cap. 9,

Prima sententia negat: dicitque requiri ut ipsi sponsalia ratificent aliquo alio speciali signo, expresso vel tacito. Ita Sanchez⁶, Pontius⁷, Roncaglia⁸; Escobar⁹ cum Vega et Corduba; ac Bossius¹⁰ cum Molino^{e)}, Filliuccio, Barbosa, Gutierrez, etc. — Et probant ex eodem cap. *unic.*, de *despons. impub.*, in 6^o, ubi sic dicitur: *Et est idem, si filii tempore sponsaliorum absentes, et etiam ignorantes, eadem sponsalia post scientes ratificaverunt tacite vel expresse*. Ergo (ut arguunt) bene ibi constituitur differentia inter sponsalia contracta praesentibus filiis, ubi sufficit taciturnitas; et filiis absentibus, ubi amplius requiritur ratificatio expressa vel tacita.

Secunda vero sententia dicit sufficere ad contrahendum quod taceant et non contradicant. Hanc tenent Bonacina^{f)}; Sporer¹¹ cum Coninck^{g)} et Tamburinio^{g)}; Palaus¹² cum Paludano et Henriquez^{h)}; ac Salmant.¹³ cum Soto^{h)}, Dicastillo, etc. Hujusque sententiae est quidem etiam D. Thomas¹⁴, dum ibi ait: *Robur habent (sponsalia) in quantum illi inter quos contrahuntur, ad aetatem debitam venientes non reclamant, ex quo intelliguntur consentire his quae per alios facta sunt*. — Ratio, quia ex praefato textu sufficit ut filii expresse vel tacite sponsalia ratificent.

Sponsalia contracta a parentibus pro filio absente.

n. 9. — ⁸ De Sponsal., cap. 1, qu. 5, resp. 2. — ⁹ Loc. cit., n. 171 et 172. Vega, Sum. silva, lib. 6, cas. 31. - Cordub., Sum., qu. 193. — ¹⁰ De Matr. Contractu, cap. 3, n. 158. Fill., tr. 10, part. 1, n. 249. - Barb., Collect. in cap. unic. de despons. impub. in 6^o, n. 11. - Gutier., de Matr., cap. 13, num. 11. — ¹¹ Part. 4, cap. 1, num. 191. — ¹² Tr. 28, disp. 1, punct. 4, num. 14. Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 1, concl. 1. — ¹³ Tr. 9, cap. 1, n. 47. - Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 2, n. 40 et 41. — ¹⁴ In 4, dist. 27, qu. 2, art. 2, ad 1.

cialia parentibus in utroque foro, dum absolute et sine distinctione loquuntur. Praeterea Covarruvias de solo matrimonio loquitur.

d) S. Thomas, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, solut. 2, ad 3, scribit: Verba parentum computantur in casu illo, ac si essent puellae; sunt enim sufficiens signum quod sunt ejus, ex quo non contradicit ».

e) Franciscus Molino, de Ritu nuptiar., lib. 1, compar. 11, n. 37 et 38, haec habet de ipso matrimonio.

f) Bonacina, loc. cit., n. 11, id refert ex plurimis auctoribus, quos non reprobat.

g) Coninck, disp. 21, n. 39, ita profecto tenet, modo tamen non casu, sed per ipsos pa-

rentes filii id resciant; quod et S. Alphonsus notat et approbat infra in fine hujus numeri. — Idemque videtur significare Tamburinius, lib. 8, tr. 3, cap. 2, § 3, n. 36, ubi scribit: « Si filius absens... postea fiat praesens..., quando ab iisdem parentibus ediscet promissionem pro ipso factam de ipsius matrimonio, et ipse taceat, sponsalia item inuit ».

h) Henriquez, lib. 11, cap. 13, n. 5, lit. i, non satis recte citatur a Palao; loquitur enim non de absentibus, sed de impuberibus qui septennium nondum expleverunt. — Idemque notandum venit de Soto, dist. 27, qu. 2, art. 2, ad 1, qui proinde male a Salmant. citatur.

Expresse ergo intelligitur consentiendo, *tacite* non contradicendo; et ideo Pontifex dicit: *Et idem est*; et in tantum ibi ait *ratificaverunt*, quia agitur de re per alios jam peracta.

Utraque sententia est probabilis, sed secunda probabilior. Bene tamen advertit Palaus¹ cum Coninck, non sufficere quod filius casu resciat sponsalia a parente contracta et non contradicat; sed insuper requiri ut parens vel per se vel per epistolam aut nuntium filium certiore faciat.

Promissio inter personas habiles.

840. - « Dicitur V^o. *Inter habiles*, id est quae et aetatem a jure praescriptam habent, et nullo impedimento prohibentur.

« Unde resolves:

Quid de signis dubiis.

« I^o. Quando verba vel signa sunt dubia: in foro *conscientiae* standum est intentioni contrahentium, si de illa constet; — in *externo* autem, communi intelligentiae et sensui verborum, ita tamen ut potius inclinetur in favorem matrimonii. Vide Diana^{a)}, Bonacina²⁾. [Sed probabilius est, ut ait Viva, inclinandum esse in favorem libertatis].

Quid de verbis de praesenti inter impuberes.

841. - « II^o. Verba de praesenti inter *impuberes*, apta ad matrimonium (cum hoc ex jure positivo sit nullum), habent vim sponsalium. Ratio est ex interpretativa intentione contrahentium; quia actus, quando non valent eo pacto quo

« fiunt, valent meliori modo quo possunt: « sponsalia autem virtute continentur in « matrimonio^{a)}. — Laymann³⁾ ».

Haec doctrina est communis apud omnes. Ita enim docent Sanchez⁴⁾, Pontius⁵⁾, Palaus⁶⁾ et Salmant.⁷⁾ ac alii universae, ex *cap. unic.*, § *Idem, de despons. impub.*, in 6^o, ubi id expressum habetur: modo (intelligendum) impubes interius non expresse dissentiat.

An autem *idem valeat inter puberes, si matrimonium clandestine* (id est sine paracho et testibus) *contrahatur?*

Quid de matrimonio clandestino inter puberes.

Affirmant Laymann⁸⁾; et Coninck, Rebellus^{b)} ac Vega, apud Barbosa⁹⁾; item Aversa, Henriquez, Ledesma, etc., apud Salmant.¹⁰⁾; probabileque putat Escobar¹¹⁾. Ratio, quia, ut dicitur in dicto § *Idem*, actus qui non valet ut fit, valet tamen ut fieri potest. — Sed communissime et probabilius negant Sanchez¹²⁾, Barbosa¹³⁾, Bonacina^{c)}, Concina¹⁴⁾; Escobar¹⁵⁾ cum Navarro, Ledesma^{c)}, Manuele^{c)} et Palacios; Bossius¹⁶⁾ cum aliis pluribus; et Salmant.¹⁷⁾ cum Becano, Diana et Villalobos, qui affert declarationem cardinalium^{d)}. Ratio, quia, cum actus est nullus, non jam ex parte contrahentium, sed ex parte sui ipsius, eo quod est contra bonos mores, et jus illi resistit (prout huic resistit Tridentinum¹⁸⁾, declarans matrimonium clandestinum omnino irritum, et insuper personas omnino inhabiles ad sic contrahen-

¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 4, n. 15. Coninck, disp. 21, n. 39. — ² Qu. 1, punct. 1, n. 14 et seqq. — Viva, qu. 1, art. 4, num. 2. — ³ Tr. 10, part. 1, cap. 1, num. 17. — ⁴ De Matr., lib. 1, disp. 20, n. 2; et disp. 21, n. 2. — ⁵ Lib. 12, cap. 5, n. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 3. — ⁷ Tr. 9, cap. 1, n. 51. — ⁸ Tract. 10, part. 1, cap. 1, num. 18. — Coninck, disp. 21, dub. 4, n. 47. — Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 25; et Sum. silva, lib. 4, cas. 264, et lib. 6, cas. 120. — ⁹ In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 130. — Aversa, qu. 8, sect. 3, v. Videtur tamen. Henriq., lib. 11, cap. 5, n. 4, lit. n. Barthol. Ledesma, de Matr., diff. 9, i. f. ¹⁰ Tr. 9, cap. 1,

n. 52. — ¹¹ Lib. 24, n. 128. — ¹² Lib. 1, disp. 20, n. 3. — ¹³ De Off. et Potest. episc., alleg. 32, num. 143. — ¹⁴ De Matr., diss. 2, cap. 1, num. 14. — ¹⁵ Loc. cit., num. 128. — *Navarr.*, lib. 4, consil. 3, de clandestin. desponsat. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 28, disp. 3, i. f. — ¹⁶ De Matrim. Contractu, cap. 1, n. 12. — ¹⁷ Loc. cit., n. 54. *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 10, concl. 1. *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 258. *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 7, num. 1. *S. Congr. Conc.*, cfr. ap. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, num. 27 et seqq. — ¹⁸ Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 1.

840. - ^{a)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 205*, quam citat Busenbaum, loquitur de consensu ficto, et negat eum sufficere ad obligationem sponsaliorum.

841. - ^{a)} Haec omnino cessant, et dispositio juris antiqui abolita censenda est ex decreto *Ne temere*, quod ad formam substantialem sponsaliorum omnino requirit scripturam.

^{b)} Rebellus, *part. 2, lib. 2, qu. 9, n. 3 et 7*, id affirmat tantum de matrimonio inter puberem et impuberem; negat vero de

matrimonio puberis cum pubere, quidquid habeat Barbosa.

^{c)} Bonacina, *qu. 2, punct. 8, num. 51*, id utique negat, « nisi forte contrahentes habuerint animum obligandi se eo modo quo possent ». — Eademque limitationem apponunt Petrus Ledesma, *de Matr., qu. 45, art. 5, punct. 2, dub. 4*; et Manuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 217, n. 1*; quod minime notavit Escobar, *n. 127*, ubi auctores citat.

^{d)} Haec S. Doctoris opinio, quae negat eo

dum); tunc talis actus nullam parit obligationem, ex leg. *Non dubium, C. de legib.*

842. - « III^o. Ad sponsalia non sufficit :

« 1^o. Si dicas: *Non ducam aliam quam te*; quia sunt verba mere negativa, et « potes ducere nullam ^{a)}. — Bonacina ¹ ».

Idem recte tenent Laymann ², Palaus ³, Escobar ⁴, Salmant. ⁵, Bossius ^{b)}; Holzmann ⁶ cum Anacleto et communi (ut asserit); ac Sanchez ⁷ cum Henriquez, Angles ^{c)}, Manuele, Vega, Ledesma, etc., contra Angelum ^{d)}, Silvestrum, Adrianum ^{e)}, Villalobos ^{d)}, etc., ibid. ⁸. — Ratio, quia talia verba, licet importent quod si ille velit uxorem ducere, non posset aliam accipere, ut bene advertunt Laymann, Palaus, Bonacina, Salmant. et alii communiter; tamen per se non important quod illam ducere teneatur. — Dicimus: *per se*; nam aliter dicendum cum Bonacina, Escobar et Salmant., si ex circumstantiis colligatur talem vere voluisse sponsalia contrahere.

Probabilissime autem dicunt Pontius ⁹; Viva ¹⁰ cum Perez; et alii apud Bossium ¹¹,

¹ De Matr., qu. 1, punct. 1, n. 13. — ² Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, num. 2, post med. — ³ Tract. 28, disp. 1, punct. 2, n. 13. — ⁴ Lib. 24, n. 148. — ⁵ Tr. 9, cap. 1, n. 44. — ⁶ De Matr., n. 148. *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 33. — ⁷ De Matr., lib. 1, disp. 19, n. 5. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 13, n. 4, i. f.; et cap. 12, n. 7. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 7. *Vega*, Sum. silva, lib. 6, cas. 92. — *Barthol. Ledesm.*, de Matr., diff. 9, v. *Sed adhuc est dubium*. — *Silvest.*, v. *Matrimonium II*, qu. 10, § *Quartum*. — ⁸ *Sanch.*, lib. 1, disp. 19, n. 3. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1,

quod si verba sint de praesenti, nempe: *Nullam volo nisi te*, tunc vere contrahit sponsalia ^{f)}.

843. - 2^o. Non sufficit ad contrahenda sponsalia, « dicere: *Contraham tecum, si Papa dispensaverit*. Barbosa et alii de « cem cum Diana ¹²; contra Sanchez, Coninck et Pontium ^{a)}. Ac proinde licitum « est utrique contrahenti, ante et post « impetratam a Pontifice dispensationem, « altero invito resilire. — Si tamen im- « pensae magnae factae sint causa dispen- « sationis, eas tenebitur refundere resi- « liens ».

Hujusmodi tamen sponsalia, impleta conditione, probabilius sunt valida; juxta dicenda n. 859. — Et interim, licet non valeant ad inducendum impedimentum publicae honestatis, obligant tamen ad petendam dispensationem, si Papa in tali impedimento soleat dispensare. Secus, si non soleat. Vide dicta *Lib. III, n. 650*.

« 3^o. *Subarrhatio annuli*, et missio mu- « nerum jocalium (nisi consuetudo patriae « aliud habeat). Ratio, quia potest fieri ex « aliis causis ». — [Ita etiam Sanchez ¹³,

Signa quaedam per se non sufficientia.

n. 2. — *Palaus*, tr. 28, disp. 1, punct. 2, n. 13. — *Bonac.*, qu. 1, punct. 1, n. 13. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 1, n. 44. — *Bonac.*, loc. cit. — *Escob.*, lib. 24, n. 148. — *Salmant.*, loc. cit., n. 44. — ⁹ Lib. 2, cap. 10, n. 7. — ¹⁰ Qu. 1, art. 4, n. 2. — *Martin. Perez*, de Matr., disp. 4, sect. 4, n. 6 et 7. — ¹¹ De Matr. Contractu, cap. 3, n. 221. — *Barb.*, Collect. in decretal., lib. 4, tit. 5, cap. 5, n. 11. — ¹² Part. 3, tr. 4, resol. 290. — *Sanch.*, de Matr., lib. 5, disp. 5, n. 12 et 13. *Coninck*, disp. 29, dub. 1, n. 18 et 19. — ¹³ Lib. 1, disp. 22, n. 1 et 2.

casu matrimonium valere ut sponsalia, omnino tenenda est ex decreto *Ne temere*, quippe quod requirit subscriptionem testium vel parochi.

842. - ^{a)} Dubia quae moventur hic et numero sequenti plane evanescent ex decreto *Ne temere*, quod determinat formam substantialem sponsaliorum.

^{b)} Bossius, quamvis hanc negantem sententiam, probabiliorum existimet, sicut pariter, eam quae affirmat tunc adesse sponsalia; attamen videtur potius adhaerere affirmanti.

^{c)} Angles, *Flores, de Matrim., qu. 2, diff. 9*, distinguit: si negatio fuerit exceptiva v. g.: non ducam aliam *praeter* te, erunt sponsalia; si vero fuerit conditionalis, v. g.: non ducam aliam *nisi* te; vel conditio de futuro et negativa, v. g.: nunquam aliam a te uxorem ducam, non erunt sponsalia.

^{d)} Angelus, v. *Matrimonium II, n. 12*, loquitur tantum de matrimonio de praesenti, sicut pariter Joan. Bapt. Villalobos, *Com. opin.*,

lit. *M, n. 34*; Sanchez vero, qui eos citat, loquitur de matrimonio et de sponsalibus simul.

^{e)} Adrianus, in *4, de Matr., qu. 3, dub. 12*, distinguit, et ait valida esse sponsalia contracta his verbis: *Non contraham cum aliqua muliere quam vel nisi tecum*; item: *Non contraham cum aliqua alia muliere, sed tecum*. Invalida vero esse, his verbis prolata: *Non contraham cum aliqua alia muliere a te*; sicut etiam his verbis inita: *Non contraham cum aliqua alia muliere quam, vel nisi tecum*.

^{f)} Pontius, Viva et Perez hoc dicunt relate ad matrimonium de praesenti, quod affirmant valere si dictis verbis contrahatur.

843. - ^{a)} Pontius, *de Matr., lib. 3, cap. 15, n. 5 et 6*, cum *n. 1*, et cum *lib. 12, cap. 7*, ait valere illo dumtaxat casu quo Papa solet in hoc impedimento dispensare, et causam justae dispensationis contrahentes habent.

Bossius¹, Palaus², Concina³ et alii passim].

« Quod si tamen verba unius praecesserint, tunc immissio annuli et verbum « *recipio* operatur sponsalia, vel etiam « matrimonium, pro ratione promissionis « (ut docet Filiuccius); quia recipiendo « sic annulum, tacite consentit. — Item « que, si habito inter amicos tractatu de « matrimonio, sponsus misit arrhas et « munera jocalia, eaque sponsa acceptavit. Laymann^{b)} ».

Ita pariter Palaus⁴, Escobar⁵, Bossius⁶, Holzmann^{c)}; et Sanchez^{d)} cum Abbate, Silvestro, Angelo, Tabiena, Armilla, Covarruvias et aliis. Et hoc, etiamsi (ut hi dicunt) non adsit verbum *recipio*, ut vult Busenbaum: sufficit enim sola acceptatio. — Si autem parentes annulum mittant ad sponsam, non praesumitur filius contraxisse sponsalia, nisi annulus ex suo consensu missus fuerit; ut recte sentiunt Palaus⁷, Sanchez⁸; et Bossius⁹ cum Molino^{e)}, Gutierrez, Menochio, etc.

« 4^o. Sponsalia metu gravi contracta, « licet juramento firmata, sunt invalida; « quia juramentum metu extortum non « firmat contractum, imo probabiliter nec « obligat, adeoque relaxatione non indiget. — Sanchez, Barbosa, Diana¹⁰. Vide « supra, Lib. 3, tract. 2, cap. 2 ».

¹ De Matr. Contr., cap. 3, n. 119 et 120. — ² Tr. 28, disp. 1, punct. 4, n. 10. — ³ De Matr., diss. 2, cap. 1, n. 13. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 7, n. 248. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Lib. 24, n. 164. — ⁶ Loc. cit., cap. 3, n. 123. — *Abbas Panorm.*, in cap. fin. de desponsat. impub., n. 7. *Silvest.*, v. *Sponsalia*, qu. 5, § *Quarto*. *Angel.*, v. *Sponsalia*, n. 7. — *Tabiena*, v. *Sponsalia*, n. 4, qu. 3. *Armil.*, v. *Sponsalia*, n. 3. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 4, n. 4, cum de Sponsal., part. 1, cap. 3, i. f. — ⁷ Tr. 28, disp. 1, punct. 4, n. 10. — ⁸ Lib. 1, disp. 22, n. 7. — ⁹ De Matr. Contractu, cap. 3, n. 125. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 12, n. 6. — *Menoch.*,

844. — Quaeritur 1^o. *Utrum sponsalia per metum gravem injustum contracta, sint ipso jure invalida?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Sanchez¹¹, Pontius¹², Laymann¹³, Bonacina¹⁴; Salmant.¹⁵ cum Becano, Covarruvias^{a)}, Diana et Aversa; ac Bossius¹⁶ cum Panormitano, Azor^{a)}, Sà, Rodriguez, etc. — Et probant ex cap. *Ex litteris 11, de despons. impub.*, ubi, cum quaedam puella contraxisset sponsalia cum juramento, postea *nolens* (ut ait textus) *et invita, minis parentum impulsam*, adducta fuit in domum sponsi; ideo Pontifex declaravit eam liberam esse ab illis sponsalibus. Nec obstat dicere quod talis puella non contraxit sponsalia per metum, sed per metum domum sponsi adivit. Nam communiter supponunt doctores cum Glossa, hanc puellam desponsatam fuisse per metum, idque recte ait Sanchez^{b)} certe supponi in eodem textu; alias enim Pontifex eam ab obligatione sponsaliorum non absolvisset.

Dicitur autem: *per metum gravem*; nam si esset levis; aliter dicendum (ut mox videbimus in Quaest. 2.). Item dicitur: *per metum injustum*; quia si esset justus, valida quidem essent sponsalia: tunc enim pars quae ea contraxit esset irrationabiliter invita, si nollet contra-

de Praesumpt., lib. 3, praes. 2, num. 6. — *Sanch.*, lib. 4, disp. 21, n. 3. *Barb.*, Collect. in decretal., lib. 4, tit. 2, cap. 11, n. 4. — ¹⁰ Part. 3, tr. 4, resol. 278. — ¹¹ Lib. 4, disp. 21, n. 3; et disp. 19, n. 3. — ¹² Lib. 4, cap. 6, n. 13. — ¹³ Lib. 3, tr. 4, cap. 6, n. 3. — ¹⁴ Qu. 1, punct. 9, n. 6. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 1, n. 62 et 66. — *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 5, num. 6. *Diana*, loc. cit. *Aversa*, qu. 8, sect. 4, v. *Fatendum*. — ¹⁶ Cap. 12, n. 143. — *Panorm.*, in cap. *Ex litteris*, n. 2. — *Sà*, v. *Sponsalia*, n. 1, § *Quidam putant*. — *Em. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 229, n. 4; et cap. 242, n. 5. — *Gloss.*, in cap. *Ex litteris*.

Sponsalia per r
tum gr
vem in
stum c
tracta, j
xta ali
ipso jure
valida.

Sponsalia
metu gravi
contracta.

^{b)} Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1*, id non habet, et multo minus, *cap. 2* (quod citat Busenbaum).

^{c)} Holzmann, *de Matr., num. 146*; brevius loquitur, dicens: « Si fiat [immissio et acceptatio annuli] post praevium tractatum de sponsalibus ».

^{d)} Sanchez, *loc. cit., n. 3 et 5*, auctores citat pro casu quo verba unius de sponsalibus praecesserunt; quod utique dicunt auctores citati; sed revera omnes citati, Covarruvias excepto, generalius loquuntur, quando scilicet praecesserunt verba ad sponsalia apta.

^{e)} Molino, *de Ritu nuptiarum, lib. 1, compar. 11, n. 37*, haec habet de ipso matrimonio; sicut et Menochius, *loc. cit.*; quamvis Bossius eos citet pro sponsalibus de futuro.

844. — ^{a)} Covarruvias, *de Matr., part. 2, cap. 3, § 5, n. 1 et 7*, loquitur de matrimonio ipso et de metu, « etsi metum passus dederit coactioni causam ». — Azor, *part. 1, lib. 1, cap. 11, qu. 6*, scribit: « Sponsalia metu justo facta... esse irrita jure ecclesiastico ».

^{b)} Sanchez, *lib. 4, disp. 19, num. 3*, ait: « Velle... supplere: desponsatam esse minis parentum, est impropriare verba; id enim expressisset Pontifex ».

here; ut recte dicunt Salmant.¹, juxta dicenda *n. 1049*, v. *Requir. 3^o*.

Secunda vero sententia, quam tenent Coninck², Viva³; item Hurtadus, Dicastillus et Trullench, apud Salmant.⁴, tenet, hujusmodi sponsalia ex metu gravi contracta posse quidem irritari a metum passo, sed non esse per se irrita; ideoque dicit quod si adfuit juramentum, debet ipsum servari donec relaxetur^{c)}. Ratio, quia omnes contractus, praeter solum matrimonium, per metum initi per se validi sunt (juxta dicta *Lib. III, n. 716*, v. *Tertia*). — Respondent autem ad textum allatum in dicto cap. *Ex litteris*, quod ibi agebatur de puella quae omnino invita contraxerat, et ideo ejus promissio fuerit irrita declarata.

Utraque sententia est probabilis. — Sed prima mihi videtur probabilior. Licet enim, loquendo de contractibus in genere, oppositum tenui (ut dixi), nempe quod contractus metu initi sint de se validi; circa sponsalia vero diversa occurrit ratio. Nam in aliis contractibus, cum ipsi non sint per se nulli, nec eis resistat jus, bene potest metum passus, nisi velit contractum rescindere, manere obstrictus ad illum exsequendum: at nemo potest obligari ad exsequendum actum per se nullum, et cui jus resistit, qualis esset matrimonium durante tali metu contrahendum. Unde, sicut non potest aliquis esse obligatus ad tale matrimonium, ita nec ad ejus media, sive dispositionem, prout sunt sponsalia; dispositiones enim induunt

eamdem naturam actus, et ideo passim doctores asserunt sponsalia naturam matrimonii sequi. Adde quod connexorum idem debet esse iudicium; ut infertur ex cap. *Translato, de constitut.* Quapropter, sicut matrimonium ex metu est irritum, idem dicendum de sponsalibus.

Ex his infertur quod ex hujusmodi sponsalibus minime oritur impedimentum publicae honestatis.

Quaeritur 2^o. *An sint valida sponsalia contracta per metum levem qui dederit causam contractui?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Navarrus⁵, Lessius^{d)}, Roncaglia⁶; et Bossius^{e)} cum Rebello^{e)}, Comitolo^{e)}, Silvestro^{e)}, etc. Ratio, quia is qui per metum (etsi levem) extorquet consensum alterius adhuc injuriam ei irrogat; unde indignus est ut ex sua malitia commodum reportet. — *Secunda* vero sententia, communior et probabilior, affirmat; et hanc tenent Bonacina⁷; Pontius⁸ cum Medina; Salmant.⁹ cum Aversa; Croix¹⁰, Viva¹¹ et Mazzotta¹². Ratio, quia non censetur alter veram injuriam tibi intulisse, cum facile poteras tu metum illum repellere; quare si non repulisti, censeris sponte voluisse talem injuriam pati.

Quaeritur 3^o. *An qui contraxit sponsalia ex metu levi dante causam contractui, possit illa in conscientia rescindere?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Pontius¹³; et Viva¹⁴ cum Perez^{f)}, Medina^{f)}, etc. Et ratio est eadem, quae mox

¹ Tr. 9, cap. 1, n. 66. — ² Disp. 28, n. 7. — ³ De Matr., qu. 2, art. 8, num. 9. *Gasp. Hurtad.*, de Matr., disp. 1, diff. 15. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 23, n. 317, 318 et 320. *Trull.*, lib. 7, cap. 1, dub. 3, n. 8. ⁴ Loc. cit., n. 61. — ⁵ Man., cap. 22, n. 51. — ⁶ De Sponsal., cap. 1, qu. 3, resp. 2. — ⁷ Qu. 1, punct. 9, n. 6. — ⁸ Lib. 4, cap. 10,

n. 5; cfr. lib. 12, cap. 5, n. 1. *Joan. Medina*, Cod. de Restit., qu. 3, caus. 2, v. *Si fit remissio* 3. — ⁹ Tr. 9, cap. 1, n. 60. *Aversa*, qu. 8, sect. 4, v. *Si autem*. — ¹⁰ Lib. 6, part. 3, n. 105. — ¹¹ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 6. — ¹² Tr. 7, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 2, num. 2. — ¹³ Loc. cit., n. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 6.

^{c)} Nec Coninck, nec Trullench loquuntur de juramento; Dicastillus vero, *disp. 4, dub. 13, n. 135*, probabile esse ait juramentum obligare, si ejusmodi sponsalibus supervenerit; sed *n. 137*, ait sibi magis probari sententiam quae negat obligare et relaxatione indigere.

^{d)} Lessius, *lib. 2, cap. 17, n. 46* cum *n. 37 et 38*, cum S. Alphonso tenet secundam sententiam; et dicit sponsalia, etiam ex metu levi contracta, esse valida, sed posse rescindi.

^{e)} Bossius, *cap. 12, n. 188*; Rebullus, *part. 2, lib. 1, qu. 5, n. 16*; Comitulus, *Resp. mora*

lib. 3, qu. 3, perspicue opinionem istam insinuant, negando ullum contractum praeter matrimonium, validum esse in conscientia, si metu levi contractus fuerit. — Silvester autem, v. *Metus, qu. 9 et 12*, loquitur de contractibus in generali. — Navarrus denique, de matrimonio loquens, dicit quemcumque timorem, etiam levem, invalidum reddere actum, si illi causam dederit.

^{f)} Martinus Perez, *de Matrim., disp. 17, sect. 6, a num. 2*, hanc sententiam perspicue insinuat, negando scilicet ullum contractum

Juxta alios, valida; sed posse irritari a metum passo.

Utraque opinio, probabilis; prior, probabilior.

Contracta per metum levem, juxta alios, invalida.

Communior et probabilior, valida.

Nec (satis probabiliter) posse rescindi a metum passo.

supra adducta est pro secunda sententia in Quaest. praeced. — Haec sententia est satis probabilis.

Communi-
us et vi-
deri proba-
bilius rescindi pos-
se.

Sed communior est, et probabilior videtur secunda sententia affirmans: quam tenent Laymann¹, Sanchez², Wigandt³, Bonacina⁴, Salmant.⁵, Mazzotta⁶; Croix⁷ cum Becano; et Lugo⁸ cum Azor⁹, Reginaldo, Lopez⁸, Ledesma⁸, etc.; et probabilem putat Viva⁸. Ratio, quia, cum metus dederit causam contractui, ita ut alias initus non fuisset, incutiens metum

tenetur contractum rescindere; unde, sicut ille tenetur relaxare fidem injuste per talem metum extortam, ita metum passus potest fidem datam revocare. — Idque tanto magis procederet, si hic apprehendisset metum illum ut gravem, licet in se fuisset levis; quia eo casu talem metum non facile repellere poterat, sicut poterat quando novisset ut levem.

Quid autem dicendum, si metus fuerit justus vel ab intrinseco? — Vide dicenda ex n. 1046.

DUBIUM II.

Quae et quanta sit obligatio Sponsalium.

845. *Sponsalia obligant sub gravi. An autem obligent ad statim ineundum matrimonium.* — 846. *An iudex possit et debeat cogere nolentes ad matrimonium.* — 847. *An fornicatio sponsae vel sponsi cum alia sit specie diversa. Ficta promittens non tenetur ad nuptias, nisi copulam extorserit a virgine. (Vide etiam dicta de Restit., Lib. III, ex n. 642).* — 848. *Si quis cum duabus sponsalia contraxit et cum secunda coierit, quam ducere debeat.* — 849. *De filiis nuptias contrahentibus insciis parentibus. An tales nuptiae sint validae. — Qu. 1. An et qualiter peccent filii nubentes, parentibus insciis vel inconsultis. Quid, si sponsalia fuerint jurata. Quid, si sponsus post illa virginem defloraverit. An praelati teneantur has nuptias impedire. Ex quibus autem causis excusentur filii contrahentes sine consensu parentum.* — 850. *Qu. 2. An teneatur filius obedire patri praecipienti matrimonium.* — 851. *Qu. 3. An notabilis disparitas conditionis aut status inter contrahentes irritet sponsalia.* — 852. *Resiliens perdit arrhas, etc. Not. 1. Quid, si mulier promittit aliquid viro ut eam ducat; et quid e converso.* — 853. *Not. 2. De poena apposita in resipientem. Qu. 1. An liceat adjudicare poenam in resipientem injuste. Qu. 2. An juste resiliens teneatur ad poenam promissam cum juramento. Qu. 3. An, soluta poena, teneatur recipiens eam restituere. Qu. 4. Quid, si relinquatur legatum puellae ut nubat cum aliquo, et illa cum alio nuptias contrahat. Qu. 5. Quid, si legatum relinquatur ut non nubat, et illa nubat.* — 854. *An liceant tactus et oscula inter sponsos.*

Obligant
sub gravi
ad matri-
monium.

845. — « Resp. I^o. Obligant ad ineundum matrimonium sub peccato mortali ». [Ita communiter omnes; vide Salmant.⁹; et patet ex cap. *Ex litteris, de sponsal.* Ratio, quia, licet promissio simplex, juxta probabilem sententiam, non inducat gra-

vem obligationem; secus vero est de promissione mutua, quae perfectum constituit contractum ex utraque parte obligatorium]. « Si tamen terminus non sit « praefixus, sufficiet si promittens impleat, « quando a promissario requiretur vel pro

Quando
geat obli-
tio.

¹ Lib. 3, tr. 4, cap. 6, n. 4. — ² De Matr., lib. 4, disp. 19, n. 6. — ³ Tr. 3, n. 19. — ⁴ Qu. 1, punct. 9, n. 6. — ⁵ Tr. 9, cap. 1, n. 60. — ⁶ Tr. 7, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 2, n. 2, v. f. —

⁷ Lib. 6, part. 3, n. 105. *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 5, n. 6. — *Regin.*, lib. 25, n. 31 et 33. — ⁸ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 6, v. *Utraque*. — ⁹ Tr. 9, cap. 1, n. 81.

ex metu levi initum, inducere obligationem restituendi ex natura rei, etiam in foro conscientiae; negat pariter in contractibus lucrativis, ut est promissio, dari jure naturae actionem, ut is qui metum passus est, possit petere rescissionem; in onerosis vero, in quibus servata est aequalitas, negat esse locum restitutioni ex natura rei. — Medina, *loc. cit.*, negat tantum esse invalida sponsalia sic contracta.

⁸) Lugo, *de Just. et Jure, disp. 22, n. 134*

et 138, rationem dumtaxat affert qua ipse S. Alphonsus utitur, scilicet obligationem inesse ipsi cogenti ut rescindat contractum (in generali); et ita etiam Ludovicus Lopez, *Instruct. consc., part. 1, cap. 96, v. Ceterum in foro conscientiae*; et Martinus Ledesma, *2^a 4ⁱ, qu. 18, art. 8*. Lopez tamen, *de Contract., lib. 1, cap. 51; lib. 2, cap. 17 et 22, v. Profecto*; Ledesma, *qu. 49, art. 3*; et Azor, *part. 3, lib. 4, cap. 23, qu. 5*, simpliciter negant hujusmodi contractus esse validos.

« more regionis ^{a)}. — Ratio prioris patet
« ex natura contractus onerosi in re gravi.
« Ratio posterioris est, quia id est com-
« mune omni debito. Sanchez ¹, Coninck ²
« apud Diana ³. Pontius ⁴ tamen vult obli-
« gari statim post contractum ».

Contracta
ne tempo-
re praefixo:

Quaeritur igitur: *an qui sponsalia
contraxit sine tempore praefixo ad matrimo-
nium contrahendum, teneatur illud
inire statim ac commode possit?*

Iuxta alios,
non obli-
gant ante
matrimonium
artis.

Prima sententia negat; et dicit tum
solum teneri cum altera pars requirit. Ita
Busenbaum (ut supra), Sanchez ⁵, Navar-
rus ^{b)}; Holzmann ⁶ cum Abbate ^{c)} et Pir-
hing; ac Escobar ⁷ cum Paludano, Silve-
stro, etc.

Ratio, quia sic habetur in *l. Debitores
praesentes, C. de pignor.*, ubi dicitur: *De-
bitores praesentes prius denuntiationibus
conveniendi sunt.*

Verius
obligant
statim.

Secunda tamen sententia verior affir-
mat; et hanc tenent Pontius ⁸, Palaus ^{d)},
Concina ⁹, Roncaglia ¹⁰; et Salmant. ¹¹ cum
Coninck, Ledesma et Aversa. — Ratio,
quia sic habetur expressum in *l. In om-
nibus, ff. de reg. jur.*, ubi sic dicitur: *In
omnibus obligationibus in quibus dies non
ponitur, praesenti die debetur.* Et in *l.
Eum qui, § Quotiens, ff. de verb. oblig.*,
ubi: *Quotiens... in obligationibus dies non
ponitur, praesenti die pecunia debetur.* Re-
spondetur autem ad textum oppositum,
quod illud tantum statuitur pro debitoribus
qui dederint pignora quae jure me-

rito non sunt distrahenda a creditoribus,
nisi prius debitores moneantur.

Sed notandum quod doctores primae
sententiae (ut Sanchez et alii) dicunt quod
si altera pars ex oblivione, timore, vere-
cundia vel simili causa non peteret, ut
praecipue in feminis evenit, tenetur tunc
sponsus de se, sine petitione, matrimo-
nium contrahere cum commode possit. E
converso, doctores secundae sententiae
(ut Palaus ¹², et Salmant. ¹³ cum Coninck,
etc.) dicunt quod si altera pars, cum pos-
sit commode petere, tacet, tunc ipsa vi-
detur dilationi assentire. — Et sic prae-
fatae sententiae satis conciliantur.

Concilian-
tur ambae
opiniones.

Quid autem, si in sponsalibus apposi-
tus sit terminus praefixus ad nuptias
ineundas? — Vide dicenda *n. 867.*

« Unde resolves:

846. — « 1^o. Resiliens cogi potest ad
« matrimonium, etiam a iudice per cen-
« suras: quod tamen raro expedit, ob pe-
« riculum infelicis exitus ».

Nolens im-
plere spon-
salia, gravi-
ter peccat.

Nulli dubium (ut diximus) quod in foro
conscientiae nolens implere sponsalia sine
justa causa, graviter peccaret.

Dubium est: *an iudex possit nolentem
cogere?* — Alii affirmant. Alii negant,
nisi promissio juramento firmata fuerit.
Alii negant, etiamsi adfuerit juramentum.
— Et has sententias omnes probabiles
putant Salmant. ¹⁴.

Quid de
iudicis coa-
ctione.

Attamen verius et communiter dicunt
Palaus ^{a)}, Concina ^{b)}, Tamburinius ^{b)},

¹ De Matr., lib. 1, disp. 28, n. 2. — ² Disp. 22, n. 2. —
³ Part. 3, tr. 4, resol. 245. — ⁴ Lib. 12, cap. 6, num. 1. —
⁵ Loc. cit., n. 2. — ⁶ De Matr., n. 177. — *Pirhing*, lib. 4,
tit. 1, n. 16. — ⁷ Lib. 24, n. 178 et 179. — *Palud.*, in 4,
dist. 38, qu. 3, art. 2, concl. 2 (n. 14). — *Silvest.*, v. *Vo-
tum II*, qu. 3, v. f. — ⁸ Lib. 12, cap. 6, n. 1. — ⁹ De Matr.,

diss. 2, cap. 1, n. 26. — ¹⁰ De Sponsal., cap. 2, qu. 2, resp. 2.
— ¹¹ Tr. 9, cap. 1, n. 85. — *Coninck*, disp. 22, n. 2. — *Barthol.
Ledesm.*, de Matr., diff. 13, init. — *Aversa*, qu. 8, sect 8,
v. *Quarto*. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 28, num. 2. — ¹² Tr. 28,
disp. 1, punct. 7, n. 2. — ¹³ Loc. cit., n. 85. — *Coninck*, loc.
cit., n. 2. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 1, n. 88.

845. — ^{a)} Sanchez et Coninck non loquun-
tur de more regionis; imo Coninck solum di-
cit obligari, data proxima opportunitate: quod
admittit Sanchez, casu quo alter non petit ex
oblivione vel metu.

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 17, n. 79, id dicit
generaliter de quocumque debitore.

^{c)} Abbas, in *cap. fin. de praescript.*, n. 19,
id generaliter dicit de actionibus personali-
bus: « Non pecco, inquit, nisi petas, nisi saltem
intervenerit juramentum ».

^{d)} Palaus, *tr. 28, disp. 1, punct. 7, n. 2*,
perspicue insinuat hanc secundam senten-
tiam, inquit: Verius crederem te esse

obligatum implere sponsalia, quibus nullus
terminus praefixus est, ab eo die quo ea con-
traxisti ».

846. — ^{a)} Palaus, *loc. cit.*, *punct. 8, n. 2*,
non facit hanc distinctionem.

^{b)} Concina, *de Matr.*, *diss. 2, cap. 1, n. 27*,
dicit utique iudicem cogere posse, id tamen in
praxi non expedire; et iudicem abstinere de-
bere si timeantur rixae, etc. — Tamburinius,
de Matr., *tr. 3, cap. 1, § 1, n. 10 et 11*, senten-
tiae hic expositae adhaeret, cum hac tamen
moderatione, ne iudex unquam pertinaciter
insistat, ut finaliter compellat, quando videt
alterum nimis resistentem.

Holzmann ¹, Pontius ²; Salmant. ³ cum Coninck, Becano, Dicastillo, etc.; et Sanchez ⁴ cum S. Bonaventura ^{c)}, S. Antonino, Navarro ^{c)}, Paludano ^{c)} et aliis innumeris, quod si ex tali matrimonio timentur rixae aut scandala, non debet iudex ad illud ineundum cogere partem invitam; secus, si scandala non timeantur. Et ita habetur expressum in cap. *Ex litteris 10, de sponsal.*, ubi dicitur: *Ecclesiastica censura compellas..., nisi rationabilis causa obstiterit.* Et sic censuit S. Congregatio abstinendum a coactione, suffragante aliqua probabili causa; secus vero sanxit alias; ut refert Pater Zaccaria apud Croix ⁵. — Recte autem advertunt Busenbaum et Tamburinius ^{d)}, raro expedire ut partes ad tale matrimonium cogantur; huicque consentit Pater Concina, dicens semper minus malum esse, ut pars innocens ab huiusmodi matrimonio absteineat.

Item recte advertit Tamburinius quod si pars renitens fuerit excommunicata, et persistat, iudex debet eam absolvere ^{e)}, quia tunc non speratur profectus; et contra, si tale matrimonium contraheretur, prudenter malus exitus timendus esset. — Notant etiam Salmant. ⁶ cum Sanchez, Pontio, Palao, etc., quod si constet de sponsalibus, tam iudex ecclesiasticus quam

saecularis habent jus cogendi sponso ad matrimonium.

« 2^o. Si iudex secundum allegata et « probata cogat ad matrimonium, licet a « parte rei revera coactio sit injusta, va- « let matrimonium. — Sanchez et Mar- « tinus Perez contra Texeda, apud Dia- « na ⁷ ».

847. - « 3^o. Fornicatio sponsae est cir- « cumstantia in confessione exprimenda; « quia mutat speciem, et constituit inju- « stitiam: quae in sponsa gravis est, ideo- « que mortalis habetur, ut si quis rem « alteri promissam notabiliter corrumpat. « Quod tamen sponsus non censetur facere « fornicando, cum in viro fornicatio non « tanti aestimetur, nisi aliud accedat. — « Sanchez ⁸, Coninck ^{a)}, Fagundez, Filiuc- « cius, etc. probabiliter; contra Laymann ^{b)}, « Azor ^{b)}, etc. Vide Lugo ⁹ ».

Circa hanc Quaestionem adest triplex sententia probabilis:

Prima dicit quod fornicatio tam sponsae quam sponsi induit malitiam specie diversam. Et ita tenent Palaus ¹⁰, Laymann ^{b)}, Holzmann ¹¹; Azor ^{b)}, apud Filiuccium ¹²; et Salmant. ¹³ cum Coninck, Dicastillo et aliis. — Quia ex parte utriusque injuria irrogatur juri quod unus acquisivit ad rem sive ad corpus alterius.

¹ De Matr., n. 178. — ² Lib. 12, cap. 6, n. 2 et 5. — ³ Tr. 9, cap. 1, n. 89. Coninck, disp. 22, dub. 2, a n. 6. - Becan., de Sacram., cap. 43, qu. 15, n. 4 et 5. Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 25, n. 357. — ⁴ Lib. 1, disp. 29, n. 4. - S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 18, i. f. — ⁵ Lib. 6, part. 3, num. 62. Cfr. Thesaur. Resol. S. C. C. in *Gallipolitana Sponsal.*, die 28 Februar. 1733, et *Bononien. Sponsalium*, die 26 Mart. 1735, ubi haec habentur. — Concina, de Matr., diss. 2, cap. 1, n. 27. — Tambur., de Matr., tr. 3, cap. 1, § 1, n. 11. — ⁶ Loc. cit., n. 92. Sanchez, loc. cit., n. 9. Pont., loc. cit., n. 5, i. f. - Palaus, tr. 28, disp. 1, punct. 8,

n. 6. — Sanchez, lib. 4, disp. 13, n. 8. - Mart. Perez, de Matr., disp. 17, sect. 16, n. 5. Franc. Lopez de Texeda, Theol. mor., tom. 2, lib. 4, tr. 1, contr. 10, num. 41. ⁷ Part. 9, tr. 8, resol. 26. — ⁸ Lib. 1, disp. 2, n. 6 et 7. — Fagund., de 2^o praec. Eccles., lib. 4, cap. 3, a num. 20. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 7, n. 233; cfr. tr. 30, cap. 2, n. 53. — ⁹ De Sacr. Poenit., disp. 16, a n. 176. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 7, num. 5 et 6. — ¹¹ De Matr., num. 184. — ¹² Tr. 30, cap. 2, num. 53. — ¹³ Tr. 9, cap. 1, num. 11. Coninck, disp. 22, n. 6. - Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 46, n. 662 et 663.

c) S. Bonaventura, in 4, dist. 29, qu. 3; Navarrus, Consil. 2, de despons. impub.; Paludanus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, concl. 3, Tertius effectus (num. 14); et qu. 2, art. 5, concl. 5 (num. 34), dumtaxat asserunt renitentem posse a iudice compelli ad matrimonium.

d) Vide notam b hic supra.

e) Tamburinius addit: Etiam non petentem.

847. - a) Coninck non satis accurate citatur a Busenbaum; quamvis enim, disp. 22, n. 6, dicat hanc opinionem probabilem esse; attamen probabilius existimat « fornicationem sponsi continere etiam malitiam mortalem in

ratione injuriae, etsi minorem quam sit in fornicatione sponsae ».

b) Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 6, ait esse probabilius quod fornicatio sponsae continet gravem injuriam, addit tamen: « Nihilominus in praxi probabile ac tutum videri potest talem circumstantiam sponsaliorum reticere posse, si fornicatio occulta mansura sit...; quia injuria, licet aliqua sit, non tamen tam gravis videri alicui potest, praesertim si sponsus cum altera fornicetur, ut ad mortale crimen adversus justitiam pertin-gat ». — Azor, part. 3, lib. 3, cap. 4, qu. 6, ex Covarruvias dicit fornicationem cum alterius sponsa de futuro esse simplicem fornica-

Fornicatio sponsorum

Fornicatio utriusque probabiliter e specie versa.

Probabiliter solius sponsae fornicatio.

Secunda dicit quod peccat specie diversa tantum sponsa; non autem sponsus, qui fornicando levem injuriam videtur afferre sponsae ^{c)}. — Ita Sanchez ¹, Bonacina ²; item Filiuccius et alii, apud Salmant. ³.

Probabiliter neutrius fornicatio est injustitia.

Tertia demum sententia, adhuc satis probabilis, quam tenent Pontius ⁴; et Trullench, Covarruvias, Diana ac Vivaldus ^{d)}, apud Salmant. ⁵ (et probabilem putant Sanchez ^{e)}, Laymann ^{b)}; Lugo ⁶ cum Ledesma et Megalio ^{f)}; Salmant. ⁷ ac Elbel ⁸), dicit neutrum fornicando committere injustitiam; quia neuter sponsum jus acquisivit in corpus alterius, cum neuter adhuc corpus suum tradiderit. — Id igitur currit tam pro sponso quam pro sponsa. Si enim haec committeret injustitiam fornicando, non posset deinde matrimonium cum sponso contrahere, nisi manifestaret vitium occultum sui corporis; quia tunc adesset inaequalitas: sed ad hoc non tenetur, ut ait Pontius ^{g)} cum aliis (vide dicenda *n. 863, ad 2^o*). Ergo non adest inaequalitas, et per consequens non committit injustitiam.

Simulate promittens per se non tenetur ad nuptias.

Quandoque per accidens tenetur.

« 4^o Qui simulato animo promisit, per se loquendo, non obligatur ad nuptias, tametsi damnum creatum debeat resarcire. — Dixi: *per se*; quia si, facta promissione, puellam induxit ad copulam, tenetur illam ducere. Bonacina ⁹. Ubi excipit si puella esset longe inferioris

« conditionis (v. g. quoad nobilitatem vel divitias): tunc enim non teneri ducere (v. g. virum nobilem filiam agricolae), praesertim si illa fuerit conscia disparis status seu conditionis; eo quod tum decipi potius voluerit quam decepta sit: unde nec teneri eo casu illam dotare. Secus tamen, si ipsa inaequalitatem status ignorarit; aut si ipse non ficte, sed ex animo matrimonium promiserit. — Ita Bonacina ¹⁰ ex Vasquez; Molina ¹¹, Sanchez ¹². Vide Lessium ¹³, Laymann ¹⁴ et Martinum Perez ¹⁵ ».

De omnibus his vide ea quae fuse notavimus *de Restitut., Lib. III, ex n. 642*.

848. — « 5^o. Sponsalia posteriora contra priorem fidem inita, tametsi jurata sint aut copula etiam accesserit, sunt invalida. Sanchez et Villalobos. Contrarium tamen tenent Coninck ^{a)} et Pontius ^{a)} cum Diana ^{a)}. — Matrimonium tamen post sponsalia contractum cum altera est validum, licet injustum. Bonacina ¹⁶, Laymann ¹⁷ ».

Sponsalia posteriora contra priorem fidem, invalida.

Certum est quod si secunda sponsa fuerit conscia priorum sponsalium, matrimonium cum prima debet contrahi; quia tunc secunda non fuit decepta, sed ipsa voluit decipi. — Ita communiter Bossius ¹⁸, Salmant. ¹⁹, Viva ²⁰, Holzmann ²¹ et alii passim.

Matrimonium cum prima contrahendum, si secunda conscia fuit.

Dubium est, *si illa fuerit ignara*.

Prima sententia dicit sponsum teneri contrahere cum secunda, si cum hac co-

¹ Lib. 1, disp. 2, n. 6. — ² De Matr., qu. 1, punct. 10, n. 13. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 7, n. 233. — ³ Tr. 9, cap. 1, n. 9. — ⁴ Lib. 12, cap. 6, num. 8. — *Trull.*, lib. 7, cap. 1, dub. 1, n. 8. — *Covarr.*, de Sponsalib., part. 1, cap. 1, n. 18. — *Diana*, part. 1, tr. 7, resol. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 7. — ⁶ De Poenit., disp. 16, n. 176. — *Petr. Ledesm.*, de Matr., qu. 43, art. 1, dub. ult., concl. — ⁷ Tr. 9, cap. 1, n. 7. — ⁸ De Matr., n. 59, i. f. — ⁹ De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 4. — ¹⁰ De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 7 et seqq. — *Vasq.*, de Matr.,

disp. 6, cap. 5. — ¹¹ De Just. et Jure, tract. 3, disp. 106, n. 4. — ¹² De Matr., lib. 1, disp. 10, a. n. 4. — ¹³ Lib. 2, cap. 10, dub. 3. — ¹⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 10. — ¹⁵ Disp. 2, sect. 4. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 49, n. 1 et 5; et disp. 50, num. 2. — *Villal.*, part. 1, tract. 12, diff. 12, n. 12. — ¹⁶ Punct. 5, n. 18; et punct. 7, n. 1. — ¹⁷ Loc. cit., num. 5. — ¹⁸ De Matr. Contractu, cap. 3, num. 90. — ¹⁹ Tr. 9, cap. 2, n. 42. — ²⁰ Qu. 2, art. 5, n. 3. — ²¹ De Matr., num. 217.

tionem; sed addit alios oppositum « satis probabilius » sentire.

^{c)} Seu rectius: Diversam esse speciem in utroque; sed in sponsa gravem, in sponso autem levem dumtaxat.

^{d)} Vivaldus, *Candelabr. aur., de Sponsal., cap. 1, n. 9 et 10*, negat fornicationem cum alterius sponsa de futuro, esse adulterium, proindeque negat circumstantiam istam esse necessario confitentiam.

^{e)} Sanchez, *de Matr., lib. 1, disp. 2, n. 4*, adducit Ledesmam, qui putat eam opinionem esse probabilem.

^{f)} Megalio, *part. 1, lib. 5, cap. 11, n. 9*, loquitur de sponsa, et tenet simpliciter peccatum istud non esse nisi fornicationem; ratio autem quam adducit valet tam pro sponso quam pro sponsa.

^{g)} Pontius, *lib. 12, cap. 18, num. 5 et 6*, id habet de quacumque muliere quae ante sponsalia corrupta fuisset.

848. — ^{a)} Coninck, *disp. 23, dub. 4, n. 34*; Pontius, *lib. 12, cap. 14, n. 1, 2 et 4*, dicunt priora sponsalia dissolvi, et sponsum teneri ad ducendam secundam, si copula secundis sponsalibus accesserit; si vero secunda spon-

Nubendum juxta alios, cum secunda, ignara priorum, si copula accessit.

pulam habuit. Ita Palaus¹, Viva²; Pontius³ cum Majore^{b)}; Bossius⁴ cum Diana^{b)}; et Salmant.⁵ cum Coninck, Rebello et Leandro. — Ratio: tum quia ex cap. *Is qui fidem, de sponsal.*, olim per copulam animo maritali factam sponsalia transibant in matrimonium. Et licet hoc matrimonium hodie ex jure novo Tridentini⁶ non amplius subsistat; tamen textus ille bene fundat jus in re, quod acquiritur a secunda sponsa per corporis traditionem, quae olim matrimonium constituerebat. Tum quia, quando unus agit de lucro acquirendo, et alter de damno vitando, huic potius favendum est quam primo.

Probabilius cum prima nubendum, etsi copula cum secunda adfuit.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, dicit sponsum teneri contrahere cum prima, etiamsi adfuerit copula cum secunda. Ita Sanchez⁷ cum Ledesma, Henriquez, Manuele^{c)} et Lopez; item Navarrus⁸, Bonacina⁹, Roncaglia¹⁰; Elbel¹¹ cum communi, ut asserit^{d)}; Escobar¹²; Laymann¹³ cum Soto et Rodriguez^{c)}; Holzmann¹⁴ cum Mastrio et Anacleto; ac Croix¹⁵ cum Hurtado et Aversa. — Ratio, quia promissio facta secundae sponsae semper est nulla, utpote de re illicita; cum fuerit priori sponsae promissa, nec injuria allata alteri jus huic admittit. — Et hoc, etiamsi secunda promissio fuerit juramento firmata; ut dicunt Holzmann¹⁶, Sanchez¹⁷, Escobar¹⁸, Laymann¹⁹ et alii.

¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 22, n. 6. — ² Qu. 2, art. 5, n. 3. — ³ Lib. 12, cap. 14, n. 4. — ⁴ De Matr. Contractu, cap. 3, num. 90. — ⁵ Tr. 9, cap. 2, num. 44. Coninck, disp. 23, dub. 4, n. 34. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, n. 56. — *Leand.*, tr. 9, disp. 2, qu. 18. — ⁶ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ⁷ Lib. 1, disp. 49, num. 1 et 5. Barthol. Ledesma, de Matr., diff. 13, init. Henrig., lib. 11, cap. 13, n. 3. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 38, v. *Circa hunc casum*. — ⁸ Man., cap. 22, n. 26, *Tertio*. — ⁹ Punct. 5, n. 7, 9 et 10. — ¹⁰ De Sponsal., cap. 3, qu. 6, resp. 2. — ¹¹ De Matr., n. 19. — ¹² Lib. 24, n. 245. — ¹³ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 5. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 4, dub. 3. — ¹⁴ De Matr., n. 217. — *Mastr.*, in 4, disp. 7, n. 314. — *Anacl.*, Jus canon., lib. 4, tit. 4, n. 7. — ¹⁵ Lib. 6, part. 3,

Quia juramentum non potest esse vinculum iniquitatis.

Nec obstat prima ratio sententiae oppositae. Nam textus ille (ut recte dicunt Navarrus²⁰; Sanchez²¹ cum Soto et Ledesma) intelligendus est loqui de copula affectu maritali habita; non autem de habita affectu fornicario, ut esset in nostro casu. — Neque valet secunda ratio. Nam hic revera non agitur de contractu lucrativo, sed potius oneroso; cum sit ultro citroque obligatorius.

Dicunt tamen Sporer²², Sanchez²³, Elbel²⁴; et Bonacina²⁵ cum Reginaldo ac Molfesio; ac Croix²⁶ cum Aversa; et Roncaglia²⁷, quod ex aequitate tenetur prima sponsa cedere juri suo, si altera ex deflo- ratione grave damnum pateretur; quia caritas obligat ad leve nocumentum patiendum, ne proximus gravissimum subeat. Unde ajunt Henriquez apud Sanchez²⁸, et Croix cum aliis, quod judex eo casu bene potest cogere sponsum ad ducendam secundam. — Sed non improbabiler Holzmann²⁹ cum Anacleto^{e)}, Gutierrez et Pichler sentiunt ad hoc illam non teneri; quia secunda debet suo crimini imputare quod tale damnum patiatur.

849. — « 6^o. Liberi, qui parentibus insciis « contraxerunt sponsalia, etiam cum iis « qui imparis sunt conditionis, v. gr. nobilis cum ignobili, licet peccarint, tamen

n. 74. *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 8, n. 30. — *Aversa*, qu. 8, sect. 13, v. *Sexto*. — ¹⁶ De Matr., n. 216. — ¹⁷ Lib. 1, disp. 50, n. 2. — ¹⁸ Lib. 24, n. 248. — ¹⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 5. — ²⁰ Loc. cit. — ²¹ Lib. 1, disp. 49, n. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 4, dub. 3. *Mart. Ledesma.*, 2^a 4^a, qu. 48, art. 2. — ²² Part. 4, cap. 1, n. 268. — ²³ Loc. cit., disp. 49, n. 6. — ²⁴ De Matr., n. 19. — ²⁵ Qu. 1, punct. 5, n. 8. — *Regin.*, lib. 31, n. 260. — *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 4, cap. 5, n. 55. — ²⁶ Lib. 6, part. 3, n. 74. *Aversa*, qu. 8, sect. 13, v. *Sexto*. — ²⁷ De Sponsal., cap. 3, qu. 6, resp. 2. — *Henrig.*, lib. 11, cap. 13, n. 3, lit. f. — ²⁸ Lib. 1, disp. 49, n. 6. — *Croix*, loc. cit., num. 74. — ²⁹ De Matr., n. 217. v. *Dixi*. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 27, n. 7. — *Pichler*, Jus can., lib. 4, tit. 4, n. 3.

salia juramento tantum firmata sint, ea nulla esse. — Diana autem, *part. 3, tr. 4, resol. 210*, loquitur dumtaxat de sponsalibus quibus copula accesserit, et adhaeret sententiae Pontii; sed opinionem contrariam adhuc probabilem existimat.

^{b)} Major, in 4, dist. 27, qu. 5, concl. 2, cas. 2; Diana, loc. cit., resol. 210, v. f., absolute loquuntur, et praetermittunt circumstantiam ignorantiae. — Ita etiam in secunda

sententia Sanchez, Navarrus, Laymann, Sotus, Barthol. Ledesma.

^{c)} Emmanuel Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 243, n. 9, loquitur de secundis sponsalibus cum juramento initis; unde non citatur bene a Laymann neque a Sanchez.

^{d)} Elbel utique concordat; sed n. 17, ubi asserit communem esse sententiam, loquitur de secundis sponsalibus juratis.

^{e)} Anacletus, loc. cit., n. 8, negat profecto

« obligantur; nec a parentibus possunt
« impediri quominus servant fidem datam.
« Laymann¹ ex S. Thoma, etc.: — nisi
« scandalum magnum ex matrimonio ti-
« meretur. Diana² ex Molina^{a)}, San-
« chez, etc. ».

Matrimo-
nia filiorum
familias, si-
ne consensu
parentum,
valida.

Certum est matrimonia filiorum fami-
lias contracta sine consensu parentum
esse valida; contra Lutherum, Bucerum
et Erasmum (apud Bellarminum³), qui
invalida asserebant. Id patet ex Triden-
tino⁴, ubi sic dicitur: *Quique falso affir-
mant matrimonia a filiis familias sine
consensu parentum contracta, irrita esse
et parentes ea rata vel irrita facere posse.*
— Unde non satis videtur probabilis
opinio Pontii⁵ et Tournely⁶, quod olim
hujusmodi matrimonia sine consensu pa-
rentum inita, erant invalida: nam obstat
communis sententia omnium scholastico-
rum (ut ipse Pontius fatetur), et vide-
tur certum esse ex praefato textu con-
cilio.

Item, spon-
salia.

Ex hoc inferunt Laymann⁷, Sporer⁸;
et Holzmann⁹ cum Anacleto et aliis com-
muniter, quod, sicut tale matrimonium est
validum, ita et sponsalia. Nec officere ait
Holzmann textum in *leg. 7, ff. de sponsal.*,
ubi ad valorem sponsaliorum videtur re-
quiri consensus parentum; pari modo ac
requiritur in matrimonium, juxta *leg. Si*

ut proponis 7, C. de nupt. Respondet enim
quod lex, tametsi prohibeat hujusmodi
sponsalia, non tamen illa invalidat.

Haec quoad validitatem; sed

Quaeritur 1^o. *An, et quando, et qualiter
peccent filii familias, nuptias contrahentes
sine consensu parentum?* — Quatuor ad-
sunt sententiae:

Prima, et quidem communior, docet
universe eos peccare lethaliter, si ma-
trimonium ineant, parentibus sive incon-
sultis, sive invitis^{b)}. — Ita Pontius¹⁰, Mo-
lina¹¹, Silvius¹², Navarrus¹³, Petrocoren-
sis¹⁴, Abelly¹⁵, Roncaglia¹⁶, Concina¹⁷.
Et pro hac sententia fusam edidit disser-
tationem Illustriss. D. Franciscus Muscet-
tula, episcopus Rossanensis, cui novissime
doctas addidit adnotationes eruditissimus
canonicus Neapolitanus Alexius Mazo-
chius, ubi citantur pro eadem sententia
Albertus Magnus, Estius, Merbesius, Me-
galius, Fagundez, Naldus, Turrecremata,
Bellarminus, Amicus, Mastrius, Marti-
non, Leander^{c)}, Marchant, Vidal, Platel,
Ysambert, Genettus, Natalis Alexander,
Juenin, Cabassutius et alii. — Sed no-
tandum quod ex his plures (ut obser-
vavi), prout Bellarminus, Albertus Ma-
gnus, Estius, Turrecremata, Juenin et
Cabassutius, dicunt quidem haec matri-
monia esse illicita (quod revera omnes

Liberi nu-
bentes, pa-
rentibus in-
scitis vel in-
vitis, lethali-
ter pec-
cant, juxta
communio-
rem.

¹ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14, III. - *D. Thom.*,
2^a 2^{ae}, qu. 104, art. 5; et in 4, dist. 29, art. 4. — ² Part. 9,
tr. 7, resol. 71. *Sanct.*, lib. 1, disp. 14, n. 2 et 3. — ³ De
Matr., lib. 1, cap. 19. — ⁴ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1.
— ⁵ Lib. 2, cap. 1, n. 5. — ⁶ Praelect., de Matr., qu. 6,
art. 3, concl. 1. — *Pont.*, loc. cit. — ⁷ Lib. 5, tr. 10, part. 1,
cap. 1, n. 14. — ⁸ Part. 4, cap. 1, n. 202. — ⁹ De Matr.,
n. 167. - *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 23. — *Holzmann*,
loc. cit., n. 168. ¹⁰ De Matr., lib. 2, cap. 1, n. 26 (*al.*, 27).
— ¹¹ De Just., tr. 2, disp. 176, a n. 21. — ¹² In Suppl.,
qu. 47, art. 6, concl. 4. — ¹³ Man., cap. 14, n. 15. — ¹⁴ De
Matr., cap. 9, qu. 4, v. *Imo*. — ¹⁵ De Matr., sect. 3, n. 3.
— ¹⁶ Tr. 10, de 4^o Praec., cap. 1, qu. 3, v. *Tertio*. — ¹⁷ De
Matr., diss. 2, cap. 3, n. 4. — *Albert. Magn.*, in 4, dist. 28,
art. 4, resp. ad 7. - *Estius*, in 4, dist. 28, § 2. *Merbes.*,

Sum. christ., de Matr., diss. 7, qu. 17. *Megal.*, 1^a 2^{ae},
lib. 2, cap. 23, n. 52 et seqq. *Fagund.*, in Decal., lib. 4,
cap. 4, n. 4. - *Nald.*, Sum., v. *Filius*, n. 6. - *Turrecr.*, in
can. *Aliiter*, caus. 30, qu. 5. *Bellarmin.*, de Matr., lib. 1,
cap. 19, propos. 3. *Amic.*, tom. 9, disp. 4, n. 8, i. f.
Mastr., Theol. mor., disp. 20, qu. 2, n. 48, v. *Tertium*.
Joan. Martinon, de Sacram., disp. 71, sect. 9, num. 107. -
Petrus Marchant, Tribunal., tom. 2, tr. 5, tit. 2, qu. 4,
concl. 4. - *Vidal*, Arca salutar., de Just. et Jure, inquisit. 2,
n. 5. - *Platel*, Cursus, de reliq. Sacram. in specie, cap. 3,
§ 5, n. 614. - *Ysamb.*, de Matr., disp. 7, art. 10, prop. 2.
Genet., tr. 9, de Matr., cap. 8, qu. 1. *Natal. Alex.*, de
Matr., cap. 2, art. 3, prop. 3. - *Juenin*, de Sacram., diss. 10,
qu. 5, cap. 3. *Cabass.*, Theoria et Prax. juris, lib. 3,
cap. 26, n. 4 et 5.

ad hoc teneri in foro externo, sed subdit:
« Esto casus contingere posset quod prima
sponsa... in foro interno ex caritate tene-
retur ».

849. - ^{a)} Molina, *de Just.*, tr. 2, disp. 271,
n. 5, quidquid dicat Busenbaum, hanc limi-
tationem non apponit.

^{b)} Ex auctoribus hic allegatis, Roncaglia
secundam sententiam tenet. — Pontius di-
cit filium familias nuptias contrahentem sine

parentum consensu, peccare « mortaliter aut
venialiter, juxta eam rationem propter quam
pater impedit ». — Molina denique loquitur de
puella nubente cum viro indigno vel longe
inferioris conditionis.

^{c)} Leander, *tr. 9, disp. 6*, distinguit; et
qu. 5, dicit peccare mortaliter filios qui con-
trahunt sine consensu parentum; quod per-
spicue intelligit de inconsultis parentibus: ne-
gat enim, *qu. 7*, filios peccare mortaliter, si

doctores concedunt); sed non explicant, an sub culpa gravi vel levi ^{d)}.

Probatur haec sententia 1°. Ex can. *Aliter, caus. 30, qu. 5*, ubi legitur decretum illud Evaristo Papae tributum, quo dictum fuit praesumi *non conjugia, sed adulteria*, illa quae fiunt sine consensu parentum, et sine praeviis precibus, sine benedictione sacerdotis et custodia paranympharum, etc. Et ex can. *Honorantur [caus.] 32, qu. 2*, ubi dicitur non esse virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum exspectare. Item probatur ex Tridentino ¹, ubi, cum sermo habeatur de matrimoniis clandestinis, et simul sermo de matrimoniis contractis a filiisfamilias sine consensu parentum, dicitur: *Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est atque prohibuit*. — Probatur 2°. Ex jure civili, quo irritae declarantur nuptiae sine consensu parentum contractae; ut videtur expressum in *leg. 2, ff. de ritu nupt.*; *leg. Si ut proponis, C. de nupt.* et aliis, ac signanter in *Institut. de nupt.*, ubi: *Si filii familiarum sint, consensum habeant parentum...: nam hoc fieri debere et civitatis et naturalis ratio suadet*. Et infra: *Si adversus ea... aliqui coerint, nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur*. Et licet hae leges a jure canonico sint correctae (ut habetur in cap. *Tua nos, de despons. impub.*; et cap. *Cum causa de raptor.*; ac in Tridentino ²); tamen ex illis deducitur ex ipso lumine naturali de-

prehendi deformitatem talium nuptiarum. — Probatur 3°. Ratione: tum quia ex hujusmodi nuptiis gravia incommoda et scandala oriuntur; tum quia hoc requirit obedientia parentibus debita; tum quia iidem graviter offenduntur, si filii, ipsis insciis vel invitis, matrimonium contrabant.

Secunda sententia dicit teneri quidem filios sub mortali parentum consilium petere, non vero illud sequi ^{e)}. — Ita Sanchez ³, Laymann ⁴, Barbosa ⁵, Viva ⁶, Bonacina ⁷; item Vasquez ^{f)}, Filiuccius, Villalobos, etc., apud Bossium ⁸.

Probatur *prima pars*. Quia censetur gravis contemptus in re tam gravi non consulere parentes, quibus incumbit prospicere bono filiorum; poterit enim pater, qui majori prudentia ac experientia pollet, aliqua aperire filio per quae hic mutet voluntatem. — *Secunda* autem *pars* (quam, praeter auctores mox citatos, tenent etiam Toletus, Burghaber, etc., apud Croix ⁹; atque Viguerius, Ledesma et Riminaldus, apud Sanchez ¹⁰; et videntur ipidem expresse etiam tenere Hostiensis, Suarez, Lupus et Covarruias: saltem dicunt ibi non esse mortale Victoria et Henriquez) probatur, inquam, haec secunda pars ex D. Thoma ¹¹, ubi ait: *Non tenentur nec servi domini, nec filii parentibus, obedire de matrimonio contrahendo vel virginitate servanda*. Et licet S. Doctor ibi non loquatur de filio contrahente sine consensu patris, sed de patre cogente filium ad

Juxta alios graviter tenentur consilium parentum petere, non qui.

Probatur prima pars.

Probatur secunda pars.

¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ² Loc. cit. — ³ Lib. 4, disp. 23, num. 10. — ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — ⁵ In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 2. — ⁶ De Matr., qu. 4, art. 2, n. 5. — ⁷ Qu. 4, punct. 17, n. 25. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 130. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 39. — ⁸ De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 81. — *Tolet.*, lib. 5, cap. 1, n. 6. — *Burghab.*, centur. 3, cas. 55. — ⁹ Lib. 6, part. 3, n. 570. — *Viguer.*, Institut., cap. 16, § 7, ver. 6. — *Martin. Ledesm.*, 2^a 4ⁱ, qu. 49, art. 6. — *Hippol. Riminald.*,

lib. 2, consil. 133, num. 49 (ubi negat teneri ad petendum consensum). — ¹⁰ Lib. 4, disp. 23, n. 10. — *Hostien.*, Sum., lib. 4, de Sponsal., § *Qualiter contrahantur*, n. 7. — *Roder. Suar.*, Lectur. legis 2^{ae} fori *Si pater*, tit. de Matrim., n. 20. — *Joan. Lupus de Palatiis*, Repetit. in cap. *Per vestras*, de donat. inter virum et mulier., notab. 3, § 15, n. 1. — *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 3, § 8, n. 1, v. *Honestum*, et n. 2. — *Victor.*, Sum., de Matr., n. 269. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 6, n. 4, i. f., et lit. f. — ¹¹ 2^{ae}, qu. 104, art. 5.

contrahant « invitis parentibus, prius tamen consultis, ut diximus ».

^{d)} Ita sane; sed Bellarminus videtur intelligere de peccato gravi, dicens metum gehennae, qui tunc a parentibus incutitur, « per se consequitur praecepti transgressionem ». — Juenin dicit filios teneri obedire parentibus, « in iis praesertim quae gravis sunt momenti, cujusmodi haud dubie est matrimonium »; et ad probationem affert Tridentini textum hic infra relatam. — Turrecre-

mata denique ait traditionem parentum esse « de necessitate praecepti ».

^{e)} Intelligitur haec sententia per se et regulariter, et nisi rationabilis causa adsit, ut notant plures ex auctoribus citatis. — Praeterea Laymann dicit quidem peccare liberos, contrahentes insciis et inconsultis parentibus; non tamen explicat quonam peccato, gravi an levi, peccent.

^{f)} Vasquez, quamvis a Bossio simpliciter citetur, attamen, *de Matr.*, disp. 4, cap. 2,

matrimonium; ratio tamen quam ibi praemittit est generalis et pro utroque casu concludit, dum dicit: *Tenetur autem homo homini obedire in his quae exterius per corpus sunt agenda; in quibus tamen, secundum ea quae ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo, quia omnes homines natura sunt pares, puta in his quae pertinent ad corporis sustentationem et proli generationem. Unde non tenentur nec servi...* (et sequitur ut supra).

Fundamentum intrinsecum hujus sententiae est, quia, cum per matrimonium homo perpetuae servituti obligetur, ratio exposcit ut sit omnino liber in eo contrahendo. Et quamvis sit de jure naturae ut filii obsequium parentibus praestent, tamen de jure etiam naturali et potiori est ut in nuptiis omnimoda servetur libertas. — Nec obstant textus supra allati, consensum parentum exquirentes. Ipsi enim tantum probant illum requiri de decencia et honestate, non vero de praeepto; ut ajunt Salmant.¹, Bossius²; et Sanchez³ cum Hostiensi, Suarez, etc., ex Glossa in *can. fin., caus. 32, qu. 2, v. Parentum*, ubi: *Hoc tamen ad honestatem*

¹ Tr. 9, cap. 6, n. 24. — ² De Matrim. Contractu, cap. 11, num. 83 et 87. — ³ De Matr., lib. 4, disp. 23, num. 10. - Hostien., loc. cit. - Roder. Suarez, loc. cit. — Cujacius, in lib. 35 Pauli ad Edict. *Recitationes solemnes*; et ad leg. 2

referas. — Textum autem Tridentini non est certum referri ad matrimonia contracta sine consensu parentum. Quia verba illa *Dei Ecclesia illa semper detestata est*, potius referri possunt ad matrimonia clandestina; ut colligi videtur ex verbis subsequentibus, ubi dicitur quod, cum matrimonia illa prohibita homines improbi etiam contraherent, ideo declarantur irrita. Ergo Tridentinum declarat hic Ecclesiam tantum *detestatam* fuisse matrimonia quae prohibuit, et nunc concilium reddit invalida. — Ob eandem rationem, ut supra, tanto minus obstant leges civiles: quae autem (ut sentiunt Cujacius et Gothofredus⁴, et Holzmann⁵ ac Gonzalez⁶) non invalidabant tales nuptias; sed tantum eas reddebant civiliter irritas^g), nempe quoad solos effectus contractus civilis: prout declaravit Ludovicus XIII in regno Galliarum (apud Tournely⁷).

Tertia sententia dicit, quod si filiifamilias matrimonium contrahunt, sive inconsultis parentibus sive invitis, illicite quidem contrahunt; at per se loquendo non peccant mortaliter, sed tantum venialiter. Ita Palaus^h), Bossiusⁱ), Elbel^j), Tamburinius^k), Renzi^l); Holzmann^m)

Juxta alios, contrahere, si veinconsultis sive invitis parentibus, per se veniale tantum.

et 10, de ritu nuptiar. — ⁴ Dionys. Gothofr. In notis ad leg. *Filius 25*, ff. de ritu nuptiar., nota c. — ⁵ De Matr., n. 168. — ⁶ In cap. *Tua nos*, de despons. impub., n. 8. — ⁷ Praelect., de Matr., qu. 6, art. 3, concl. 3 (ult.).

n. 24, nonnisi secundam partem hujus sententiae tuetur.

g) Auctores dicunt eas leges reddere nuptias non irritas, sed illicitas seu injustas; Gothofredus tamen addit easdem legibus puniri.

h) Palaus, *tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 8 et 9*, negat esse obligationem obediendi, nisi per accidens: et ait tunc posse esse sub gravi; obligationem vero consilium petendi gravem esse dicit n. 11, casu quo filii indifferentes sint ad hoc vel illud matrimonium; si vero ad unum determinati sunt, nullam esse ejusmodi obligationem.

i) Bossius, *loc. cit.*, n. 87, dicit veniale esse contrahere absque ratione contra voluntatem parentum; mortale autem esset sic contrahere cum indigna persona, sicut mortale etiam esset parentibus inconsultis contrahere, n. 86 cum 81.

j) Elbel, *de Matr.*, n. 10, veniale esse ait contrahere inconsultis parentibus; invitis vero parentibus contrahere cum dignis nullum per se esse peccatum; cum indignis autem, vix excusari a mortali, n. 11.

k) Tamburinius, *Decal.*, lib. 5, cap. 2, § 3, n. 2, 5 et 6, negat esse lethale contrahere cum dignis, invitis parentibus; imo ne veniale quidem esse ait, si prius filii modeste a parentibus facultatem petierint; cum indignis vero probabile esse quod sit mortale, sed probabiliter etiam id absque peccato fieri posse. Demum « esse conveniens, ut saltem a patre consilium petatur ».

l) Renzi, *in 4 praec. Decal.*, cap. 1, qu. 2, dicit filium teneri ad obediendum, si nuptiae sunt indignae; minime vero, si sunt justae et dignae: non tamen explicat sub quonam peccato teneatur. Et videtur negare esse peccatum, inconsultis parentibus contrahere.

m) Holzmann., *de Matr.*, n. 172, de sponsalibus loquitur, et dicit utique veniale esse ea contrahere inconsultis parentibus; at n. 170, negat ullum per se esse peccatum sponsalia contrahere invitis parentibus. — Pichler vero, *lib. 4, tit. 1, num. 31*, de sponsalibus pariter disputans, quae sunt inchoative ipsum matrimonium, veniale esse ait illa contrahere sive inconsultis sive invitis parentibus.

cum Pichler ^{m)}; Sporer ⁿ⁾ cum Henriquez, Ledesma ⁿ⁾ et Gobat ⁿ⁾; ac Salmant. ¹ cum Covarruvias ^{o)}, Victoria ^{o)}, Aversa, Dicastillo ^{o)} et Herincx. — Ratio, quia, licet filii teneantur hoc obsequium praestare parentibus, nempe eos consulendi in re tam gravi; haec tamen obligatio non potest esse gravis, quando filii eorum consilio stare non obstringantur; satis autem vel per se vel per alios viros prudentes aliunde valent cognoscere quae circa id occurrere possunt. E converso, parentes nequeunt esse rationabiliter graviter inviti, quod eorum consilium non exquiratur in re quae absolute pendet ab electione liberorum. — Si autem filii non tenentur (saltem sub gravi) parentum consilium sequi (ut concedunt doctores secundae sententiae), non adest ratio cur sub gravi teneantur eos consulere; tanto magis, quia parentes magis se existimant offensos, si filii nuptias ineant ipsis invititis post consilium datum, quam ipsis inconsultis. Idque tanto magis valet si filius iudicet parentes

^{m)} Henricq., lib. 11, cap. 6, num. 1 et 4, cum comm. — ¹ Tr. 9, cap. 6, n. 19 et 22. - Aversa, qu. 3, sect. 7, v. *In hac re*, et v. *Deinde*. Herincx, disp. 3, n. 6 et seqq. — ^{o)} In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 2. - Coninck, disp. 28, dub. 5, n. 52. - Sanch., lib. 4, disp. 23, num. 8. — ³ De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 82; cfr. n. 78. - Bellarm., de Matr., lib. 1, cap. 19, prop. 3. - Navar., Man., cap. 14, n. 15.

ⁿ⁾ Sporer, *part. 4, cap. 1, n. 204 et seqq.*, utique veniale esse dicit inconsultis parentibus contrahere; iisdem vero invititis, si cum dignis contrahatur, non esse mortale; imo nec veniale, si filii prius facultatem a parentibus modeste petierint; cum indignis vero, per se item non esse mortale; sed quia inde gravia mala sequuntur, sententia quae dicit esse mortale, « in praxi regulariter vera est ». — Martin. de Ledesma, *2^a 4ⁱ, qu. 49, art. 6*, dicit per se nullum esse peccatum parentibus in hoc non obedire; si vero inde oriretur scandalum, seditiones, vel aliud malum, ut si nuptiae essent indignae, posset peccari, « vel mortifere vel venialiter secundum quantitatem et qualitatem mali sequentis ». — Gobat vero, *tr. 10, n. 102 et 103*, mortale esse ait contrahere sponsalia inconsultis parentibus, nisi ratio aliqua subsit; invititis vero contrahere, non fore mortale.

^{o)} Covarruvias, *loc. cit.*, dicit esse de honestate tantum, quod filii patris consensum exigant. — Victoria, *Sum., de Matr., n. 269*, negat esse mortale. — Dicastillus, *de Matr., disp. 4, dub. 17, n. 171, 175 et 176*, licitum esse ait contrahere invititis parentibus; filios

non graviter laturus matrimonium illud contrahi ipsis insciis. — Imo minime peccabit filius si reputet parentes in eo libenter consensuros, vel ipsos injuste impedituros si consulantur ^{p)}, ut dicit Barbosa ² cum Coninck, Sanchez et Vasquez ^{q)}; ac Bossius ³ cum Bellarmino, Navarro, Sayro, Gutierrez, etc. Idque satis probatur ex eodem Tridentino ⁴, ubi conceditur matrimonium contrahi, omissis denuntiationibus, *si fuerit probabilis suspicio matrimonium malitiose impediri posse*.

Communiter tamen praefati auctores tam secundae quam tertiae sententiae, ut Sanchez ⁵, Palaus ⁶, Holzmann ⁷, Croix ^{r)} et Salmant. ⁸, et alii passim, dicunt non excusari a culpa mortali filios matrimonium contrahentes, si parentes juste contradicant; vel si censeantur rationabiliter inviti, puta si tales nuptiae redundarent in dedecus familiae, vel si ex eis sint oritura gravia scandala aut dissensiones.

Quarta demum sententia, quam tenent Laymann ⁹; et Delbene ac Aversa ^{s)}, apud

Sayr., *Clav.*, lib. 7, cap. 5, n. 13. - *Gutierr.*, Canon. quaest., lib. 1, cap. 20, n. 3; et de Matr., cap. 79, n. 19. — ⁴ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ⁵ Lib. 4, disp. 23, n. 11. — ⁶ Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 9. — ⁷ De Matr., n. 170 et 172. — ⁸ Tr. 9, cap. 6, n. 19. — ⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — *Delbene*, de Immunit. eccl., cap. 8, dub. 19, sect. 9, num. 36.

tamen teneri, licet non sub mortali, ab eis consilium petere. — Salmant. vero auctores citant pro ea sola parte qua negant esse mortale.

^{p)} Ex auctoribus citatis, aliqui loquuntur tantum de excusatione ab obediendo; et sunt Sanchez, Navarrus, Sayrus; aliqui, ut Bossius, Bellarminus, Gutierrez, de excusatione tum a consulendo tum ab obediendo.

^{q)} Vasquez, *de Matr., disp. 4, num. 24*, negat tantum filium ullo praecepto teneri ad obediendum patri in hoc matrimonii negotio.

^{r)} Croix, *lib. 6, part. 3, num. 570*, negat posse contrahi si parentes juste contradicant, et ait matrimonium tunc esse impediendum tamquam repugnans caritati et pietati. Quod satis innuit lethale esse eo casu contrahere.

^{s)} Aversa, *qu. 4, sect. 5, v. Item aliqui*, perspicue hanc sententiam innuit, scribendo « Filius in hoc est sui juris et libertatis, non solum ut velit aut nolit assumere statum conjugalem; sed etiam, supposito quod illum assumere velit, non potest astringi ad certam aliquam ducendam ». Sed paulo inferius addit: « Admittendum tamen est posse occur-

Quando
nulum p
catum.

Quand
que, leth
ie.

J u x
alios, dist
guendum

Croix ¹, distinguit. — Et dicit quod si parentes ab *omni* matrimonio filium avertere conantur cum periculo incontinentiae, filius non tenetur obedire. — Si vero impedire velint *aliquod* certum matrimonium, tunc videndum: Si parentes injuste impediunt, tunc filius nec tenetur obedire. Secus, si parentes juste impediunt, nempe si ex tali matrimonio oriatur dedecus aut scandalum familiae; tunc enim filius graviter peccat si non obedit et matrimonium contrahit.

Sponsalia, si jurata, sine peccato non possunt adimpleri sine peccato, non obligant.

Casu autem quo filius non posset sine peccato tale matrimonium inire, dicunt doctores quod ad illud non obligatur, etiamsi *cum juramento* sponsalia contraxisset; quia, cum haec promissio esset de re illicita, juramentum non potest esse vinculum iniquitatis. — Ita Rebellus ², Pignatellus ³, Salmant. ⁴; Bossius ⁵ cum Menochio; item card. de Lauraea, Gabriel a S. Vincentio et Opatovius ¹⁾, apud Mazochium (in citata Dissertatione ⁶), ex cap. *Quanto, de jurejur.*, ubi: *Juramentum fuisset illicitum et nullatenus observandum, etc.* Et clarius ex responso Alexandri II (apud eundem Mazochium ⁷) ubi: *Peccator iste notatur perjurio; quia quod observare legaliter non potuit sine iudicio parentum, temere jurare praesumpsit.* Et

¹ Lib. 6, part. 3, n. 570. — ² Part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 9. — ³ Tom. 4, consult. 11, n. 1 et 2. — ⁴ Tr. 9, cap. 2, n. 85. — ⁵ De Matr. Contractu, cap. 11, n. 91 et 93. — *Menoch.*, consil. 69, a n. 43. — *Card. a Lauraea*, in 4 Sent., tom. 3, disp. 37, art. 11, n. 427, 458 et seqq. — *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 5, qu. 5, n. 57. — ⁶ Dub. 4, n. 148, 154 et 157. — ⁷ Id est *Muscettula*, dub. 4, n. 186. Cfr. Ivon. Carnot., part. 9, Decret. de incest. copul., cap. 37; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 161, col. 665. — ⁸ 2^a 2^{ae}, qu. 98, art. 1, ad 1. — ⁹ Lib. 4, cap. 22, n. 2. — ¹⁰ De Matr., lib. 1, disp. 32, n. 1. — *Abb. Panorm.*, in cap. *Si vero, de jurejur.*, n. 3 et seqq.; et cap. *Cum contingat*, eod., n. 7. — *Covar.*, in cap. *Quamvis, de pactis*, part. 2, § 2, n. 13, v. *Tertio hinc*. — *Molina*, de Just., tr. 2, disp. 149, n. 5; et disp. 271, n. 10 et seqq. — *Suar.*, de Relig., tr. 5, lib. 2, cap. 15. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 18,

ait D. Thomas ⁸ id esse verum perjurium, nempe jurare illicitum: *Quocumque enim modo quis jurat illicitum, ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est ad hoc quod contrarium faciat.* — Hocque verum esse dicunt Toletus ⁹; Sanchez ¹⁰ cum Abbate, Covarruvias et Molina; item Suarez et Graffius (apud Mazochium ¹¹) ex D. Bonaventura et D. Thoma ¹², etiamsi res juramento promissa esset *venialiter* mala. Et merito; quia iniquitas levis etiam est vera iniquitas, cujus juramentum non potest esse vinculum.

Etiamsi res jurata sit solum venialis.

Idem dicendum putant communiter auctores, scilicet non teneri sponsum ad implenda hujusmodi sponsalia cum gravi parentum injuria, *etiamsi virginem defloraverit*; sed sufficere quod eam dotet ^{u)}. Ita Valentia ¹³, Marchant ¹⁴; Sanchez ¹⁵, qui id verissimum censet cum Navarro, Lopez, Corduba, Gutierrez, etc.; item Reginaldus, Trullench, Tamburinius, Serius, Graffius et Gobat, apud Mazochium ¹⁶ (contra Bossium ¹⁷). Ratio, quia virtus justitiae nequit obligare ad actum qui sine peccato impleri non potest. — Ex qua probabiliter videtur inferri quod si talis sponsus non possit defloratam dotare, nec etiam tenetur eam ducere; quia non potest damnum illius reparare

Sponsalia cum gravi parentum injuria, non obligant etsi adfuit defloratio.

n. 1. — ¹¹ Id est *Muscettula*, dub. 4, n. 187. — *D. Bonav.*, in 3, dist. 39, art. 3, qu. 3. — ¹² 2^a 2^{ae}, qu. 89, art. 7 corp. — ¹³ In 2^{am} 2^{ae}, disp. 9, qu. 3, punct. 3, v. *In specie autem*. — ¹⁴ Tribunal., tom. 2, tr. 7, tit. 1, qu. 2, § 3, dub. 2, resol. 2. — ¹⁵ Lib. 1, disp. 14, n. 3. — *Navar.*, Man., cap. 16, n. 18. — *Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 76, qu. 3. — *Corduba*, Quaestionar., lib. 1, qu. 13, dict. 1. — *Gutier.*, Can. Quaest., lib. 1, cap. 20, n. 20 et 23. — *Regin.*, lib. 31, n. 255 et 264. — *Trull.*, Decal., lib. 7, cap. 9, dub. 3, n. 1. — *Tambur.*, Decal., lib. 7, cap. 5, § 3, n. 34 et 39. — *Marcus Serius*, de Offic. parochi, tr. 2, disp. 5, diff. 2, qu. 7, n. 4. — *Gobat*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 79, n. 3. — *Gobat*, tract. 10, num. 106 et 335. — ¹⁶ *Masoch.*, id est *Muscettula*, dub. 5, a num. 265. — ¹⁷ De Matr. Contractu, cap. 11, n. 90 et 92.

rere talem casum necessitatis parentum, in quo filius revera obligetur: utpote si certum matrimonium esset unicum medium ad componendas graves inimicitias, aut ad succurrendum maximae parentum inopiae ».

¹⁾ Adamus Opatovius, *de Matr.*, disp. 1, qu. 7, n. 105, dicit sponsalia dissolvi posse si notabilis mutatio superveniat, ut « si inter parentes contrahentium odia interveniant, ita quod se opponant contrahendo matrimonium. Et propterea dissolvi possunt et debent ».

Et ita etiam citatur a *Muscettula*. At *n. 102*, jam dixerat sponsalia, etiam jurata, posse dissolvi in casu notabilis mutationis.

^{u)} Quod sufficiat in hoc casu virginem dotare, aliqui praetermittunt, saltem *loc. cit.*, ut Sanchez, Gutierrez, Tamburinius, Gobat; omnes tamen negant obligationem ducendi hanc virginem defloratam. Valentia negat teneri, si ob inaequalem conditionem « securatura videantur magna incommoda in matrimonio tali ».

cum gravi injuria parentum. Praeterquam quod, posito quod ipse non tenetur vi promissionis, nec etiam videtur teneri ratione deflorationis ad reparandum damnum illatum; cum nemo teneatur reparare damnum cum excedenti suo detrimento.

Tunc parentes possunt recurrere ad praelatum.

Et quoties filius peccaret in contrahendo matrimonio indigno, ex quo dedecus familiae vel scandala et infelices exitus prudenter timeri possent, tunc dicunt Laymann¹, Bonacina², Dicastillus³, Delbene⁴; ac Bossius^{v)} cum Pontio^{v)} et Rebello^{v)}, quod parentes implorare possunt auctoritatem praelati ad tales nuptias impediendas, et praelatus tenetur impedire. — Et ideo (ut Bossius⁵) mortaliter peccaret praelatus si filio faveret, vel dispensaret in denuntiationibus ad matrimonium praemittendis.

Justae causae excusantes, saltem a mortali, nuptias sine consensu parentum.

Conveniunt autem doctores (ut notat auctor praedictae Dissertationis⁶) filios excusari saltem a mortali, si absque consensu parentum nuptias contrahunt ex justis causis. — Et praecipue 1^o. Si pater injuste prohibeat filium a conjugio. Ita Bellarminus⁷, Laymann^{x)}, Molina^{x)}; Elbel^{x)} cum Sporer et communi. — 2^o. Si, causa majoris dotis, indignam mulierem ei dare velit. Bellarminus. — 3^o. Si pater velit tradere filio uxorem aegram aut durae conditionis. Gutierrez⁸. — 4^o. Quando

filius a parentibus injuste opprimeretur. Gutierrez⁹. — 5^o. Si procul distet, et filius non posset commode eum certiolem facere, credatque patrem libenter consensurum. Genettus¹⁰. — 6^o. Si pater ideo prohibet justum matrimonium, quia vult filium ducere aliquam contra ejus voluntatem. Ita auctor praefatae Dissertationis¹¹. — 7^o. Si pater impediatur filium ab aliquo matrimonio sine justa causa: tunc enim filius non tenetur obedire, et pater graviter peccat impediendo^{v)}, ut communiter dicunt Viva¹²; Bossius¹³ cum Gutierrez, Rebello, etc.; ac Sanchez¹⁴ cum Petro Soto, Corduba, Lopez et Vega.

An autem pater injuste impediens nuptias filii incurrat excommunicationem?

Affirmat Lopez apud Sanchez¹⁵, ex Tridentino¹⁶, ubi dicitur: *Sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo, directe vel indirecte, subditos suos vel quoscumque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant.* — Sed verius negat Sanchez¹⁷ cum Molina Henriquez, Gutierrez, Manuele et communi; nam (ut patet ex contextu) concilium tantum ibi loquitur de dominis et magistratibus qui cogunt alios ad nuptias. — Praeterquam quod probabilius dicit Barbosa¹⁸ cum Navarro, Molina, Pontio²⁾, Bonacina, Coninck²⁾, Menochio²⁾,

Pater iste in diens nuptias verius excommunicatur

¹ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — ² Qu. 4, punct. 17, n. 26. — ³ De Matr., disp. 4, dub. 18, n. 177 et 181. — ⁴ De Immun. eccles., cap. 8, dub. 19, sect. 9, n. 43 et seqq. — ⁵ Cap. 11, n. 89. — ⁶ Dub. 1, n. 41. — ⁷ De Matr., lib. 1, cap. 19, prop. 3. — *Spor.*, tr. 3, cap. 5, n. 28. — *Bellarmin.*, loc. cit. — ⁸ De Matr., cap. 79, n. 19. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Tr. 9, de Matr., cap. 8, qu. 1. — ¹¹ Dub. 1, n. 41, i. f. — ¹² De Matr., qu. 4, art. 2, n. 4. — ¹³ De Matr. Contractu, cap. 11, n. 69. — *Gutier.*, de Matr., cap. 79, n. 6. — *Rebel.*, part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 3 et 4. — ¹⁴ De Matr., lib. 4, disp. 22, n. 6. — *Petr. Sotus*, lect. 3, de Matr., v. *Tertio etiam.* — *Cordub.*, Sum., qu. 171,

punct. 1. — *Ludov. Lop.*, Instruct., part. 1, cap. 44, v. *Si aliquis.* — *Vega*, Sum. silva, lib. 5, cas. 558. — *Lud. Lop.*, loc. cit. — ¹⁵ Loc. cit., n. 9. — ¹⁶ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 9, i. f. — ¹⁷ De Matr., lib. 4, disp. 22, n. 9. — *Molina*, de Just., tr. 2, disp. 176, n. 30. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 6, n. 5, lit. g. — *Gutier.*, Can. Quaest., lib. 1, cap. 20, i. f. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 229, n. 7. — ¹⁸ In Trid., sess. 24, cap. 9, n. 9. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 150, v. *Quinquagesima quarta.* — *Mol.*, de Just., tr. 2, disp. 176, n. 30. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 8, n. 34, v. *Secundo*; et qu. 4, punct. 17, n. 26, v. *Neque obstat 1^o*; et de Excom. extra bull. Coenae, disp. 2, qu. 2, punct. 6, n. 3.

^{v)} Bossius, cap. 11, num. 89, dicit tantum peccare mortaliter praelatum qui sese opponeret parentibus qui vellent impedire filiorum matrimonium. — Et Pontius, de Matr., lib. 2, cap. 1, num. 28, item dicit praelatum tunc peccare. — Rebello denique, part. 2, lib. 2, qu. 14, n. 9, dicit praelatos non debere illas nuptias conciliare, quia cooperarentur eorum peccato.

^{x)} Laymann, loc. cit., n. 14, scribit: « Vel parentes filium aut filiam ab omni matrimonio avocare vel impedire conantur; tunc obediendum eis non est cum incontinentiae periculo ». — Elbel autem, de 4^o praec., n. 538,

negat filios teneri obedire parentibus in eligendo vitae statu; et inferius addit graviter peccare parentes, qui liberos suos retrahunt ab honesto matrimonio. — Molina vero, quid investigare potuerim, id non habet.

^{v)} Viva, Gutierrez, Sanchez, Sotus, Corduba profecto dicunt parentes sic filiorum matrimonium impediens peccare, non tamen explicant quonam peccato, gravi an levi. — Ludov. Lopez vero indicat esse grave peccatum, dicendo eos incurrere excommunicationem a Tridentino latam.

²⁾ Pontius, de Imped. matr., caus. 31, cap. 29, § 12, v. *Ex dictis*; Coninck, disp. 28,

Henriquez, etc., praefatam excommunicationem infligi a concilio, non contra impediens a matrimoniis, sed tantum contra cogentes ad illa.

An vero dissensus parentum sit per se justa causa solvendi sponsalia? Vide dicenda n. 877 — Et, an parentes possint exhaerere filios nubentes contra ipsorum voluntatem, vel nubentes cum indignis? Vide dicta *Lib. III, n. 948 et 949.*

850. - Quaeritur 2^o. *An teneatur filius obedire patri praecipienti ut matrimonium contrahat, vel ut aliquam ducat mulierem a qua filius abhorret?*

Communis est sententia negans: quam tenent a) Sanchez¹ cum Scoto, Hostiensi, Silvestro, Soto, Tabiena, Angelo, Ledesma, etc.; item Croix² cum Aversa et aliis passim, ex D. Thoma³, ubi: *Non tenentur... filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo.* Et D. Bonaventura⁴: *Per praeceptum non potest pater ad contrahendum cum hac vel cum illa... obligare.*

Communiter tamen dicunt Petrocopensis⁵; Laymann⁶ cum Silvestro a);

Henriq., lib. 11, cap. 6, n. 5. — ¹ *Lib. 4, disp. 23, n. 3. Scot.*, in 4, dist. 29, i. f. - *Hostien.*, in cap. 1, de despons. impub., i. f. - *Silvest.*, v. *Praeceptum*, n. 2. - *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 1 et 2. - *Tabiena*, v. *Lex*, n. 29, qu. 28, v. f. *Angel.*, v. *Lex*, n. 3. *Petr. Ledesm.*, de Matr., qu. 43, art. 2, i. f. — ² *Lib. 6, part. 3, n. 570. Aversa*, qu. 4, sect. 5, v. *Item aliqui.* - ³ 2^a 2^a, qu. 104, art. 5. — ⁴ In 4, dist. 29, art. unic., qu. 3. — ⁵ De Matr., cap. 9, qu. 5. — ⁶ *Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14.* — ⁷ *Lib. 6, part. 3, n. 570. - Tolet.*, lib. 5, cap. 1, n. 6, v. f. — ⁸ *Lib. 4,*

*Croix*⁷ cum Toletio; Sanchez⁸ cum S. Bonaventura, Bellarmino^{b)}, Navarro, Soto^{b)}, Henriquez, etc.; et Bossius⁹ cum Lopez et Ledesma, teneri filium obedire, si matrimonium illud valde referat ad tollenda gravia dissidia; vel ad sublevandam gravem necessitatem parentum, non jam vigore praecepti, sed ex virtute pietatis, qua filius tenetur subvenire parentibus in necessitate^{c)}. Et huic consentit D. Thomas¹⁰, ubi docet: *Pater non potest cogere filium ad matrimonium per praeceptum..., sed potest eum inducere ex rationabili causa; et tunc, sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad praeceptum patris; ut si illa causa cogat de necessitate vel de honestate, et praeceptum similiter cogat: alias non.* — Sed hoc intelligendum ait Sanchez¹¹ cum Palacios, Ledesma, etc., ex suppositione quod filius velit statum conjugalem eligere. Nisi (excipit Sanchez cum Ledesma) matrimonium aliquod locuples esset necessarium ad subveniendum necessitati parentum; sed hoc etiam cum grano salis intelligendum^{d)}.

disp. 23, n. 4. - *S. Bonav.* in 4, dist. 29, art. unic., qu. 3. - *Navar.*, Man., cap. 14, n. 15. *Henriq.*, lib. 11, cap. 6, num. 6. — ⁹ De Matr. Contractu, cap. 11, num. 77. - *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1, cap. 54, v. *Peccat filius.* - *Petr. Ledesm.*, de Matr., qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 1. — ¹⁰ In 4, dist. 29, qu. unic., art. 4. — ¹¹ *Lib. 4, disp. 23, num. 5. Mich. Palac.*, in 4, dist. 29, v. *Est antiqua.* *Petr. Ledesm.*, de Matr., qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 2. — *Sanch.*, loc. cit., num. 5. *Ledesm.*, loc. cit., concl. 1, in fine.

dub. 5, n. 48, negant sane parentes hanc excommunicationem incurrere; ibi tamen non dicunt latam esse tantum contra cogentes ad matrimonia. — Menochius vero, *consil. 69, n. 40*, de alia conciliari dispositione loquens, dicit concilium, etsi statuerit matrimonia filiorum sine parentum consensu esse valida, « non tamen disposuit quod pater non potuit impedire contrahendum ». Igitur auctores isti non satis diligenter citantur a Barbosa.

850. - a) Sanchez negat filium teneri ad ineundum matrimonium quod pater sponndit; et ita etiam Scotus, Hostiensis, Silvester, Tabiena, Angelus et Ledesma. — Praeterea Sanchez negat filium teneri ad ineundum matrimonium quod jubet pater, et ita tenent Scotus et Sotus (sicut etiam Silvester, v. *Matrimonium I, qu. 1, § Quaelibet persona*), per se scilicet, ut notant Sotus et Silvester, qui dicunt patrem posse causam rationabilem hujus matrimonii inducere; et tunc filius tenetur obedire, sicut tenetur ad causam. —

Denique Petrus de Ledesma, *qu. 47, art. 6, dub. 2, concl. 1 et 3*, negat patrem posse praecipere filio, per se et regulariter, ut ineat matrimonium.

b) Bellarminus, *de Matr., lib. 1, cap. 19, v. f.*, dicit patrem posse inducere filium ad matrimonium, auctoritate paterna imperando, « quando revera filio id conducit », ita ut « secundum rationem dissentire non possit ». — Idemque dicit Sotus, *in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 3.*

c) Ex auctoribus hic citatis plerique omitunt casum quo filius abhorreat a muliere quae sibi proponitur, sed quaerunt generatim an filius teneatur patri obedire in contrahendo matrimonio. Praeterea non omnes utramque causam afferunt, propter quam obedire teneatur; sed alii afferunt necessitatem rixas sedandi; alii vero, necessitatem subveniendi paternae inopiae; alii demum utramque simul ponunt.

d) Et in *Hom. apost., tr. 18, num. 10 i. f.*,

Filius non tenetur obedire patri praecipienti nuptias.

Limitatur.

Explicatur limitatio.

Dicit autem Bossius¹ cum Menochio et Salon, quod, praecisis his causis, poterit pater moderata et levi coactione, scilicet paterna increpatione et suasionibus, cogere filium ad aliquod matrimonium. Sed melius ait Sporer² cum Bellarmino^{b)} et aliis, tantum permissum esse patri filium ad nuptias invitare ob aliquam justam causam, puta familiam propagandi, facultates ampliandi aut nobilitatem augendi. — Ait tamen idem Bossius³ nullo modo posse patrem cogere filium ad nuptias, si hic velit meliorem statum eligere, nempe religionis aut caelibatus. Item addit⁴ cum Sanchez, Gutierrez, etc., quod si filius jam sponsalia contraxerit, a quibus non possit juste recedere, non poterit pater eum cogere ad aliam ducendam.

851. - Quaeritur 3^o. *An notabilis disparitas conditionis aut status inter contrahentes irritet sponsalia contracta?* — Sedulo haec Quaestio discutienda est, cum hic casus frequenter occurrat.

Certum est quod si contrahentes tempore sponsaliorum non fuerint disparitatis conscii, sponsalia sunt nulla, dummodo ignorantia fuerit antecedens; valida tamen, si fuerit concomitans. — Vide Viva⁵.

Dubium est, *si jam conscii fuerint.*

Communiter doctores infra citandi dicunt teneri ad matrimonium: nisi (excipiunt) ex illo eveniat dedecus aut scandalum propinquorum; in hoc indistincte loquentes. — Sed hic necessario distingui debet *dedecus a scandalo.*

¹ Cap. 11, n. 70. - *Menoch.*, consil. 69, n. 41. *Salon*, in 2^{am} 2^{ae}, post qu. 61, de Dominiq, qu. 5, art. 5, tit. *Pos-sintne parentes filios... exhaeredare*, v. *Observemus* 2^o. — ² Tr. 3, cap. 5, num. 22, i. f. — ³ Loc. cit., n. 70. — ⁴ Loc. cit., n. 72. - *Sanch.*, de Matr., lib. 4, disp. 22, n. 7, cum lib. 1, disp. 14, n. 4. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 79,

Nam, si matrimonium non posset contrahi *nisi* cum *dedecore familiae*, non dubitandum quin sponsi non teneantur matrimonium contrahere. Ratio, quia promissio tunc est nulla; cum sit de re graviter illicita, utpote quae impleri non potest nisi cum magno familiae detrimento. Ita communiter Laymann⁶ cum Navarro^{a)} et Gutierrez^{a)}; item Sporer⁷; Roncaglia⁸ cum Menochio^{a)} et Gobat; ac Sanchez^{b)} cum Panormitano^{b)}, Praeposito^{b)}, Corduba^{b)}, Felino^{b)}, Lopez^{b)}, etc. — Et licet Laymann et Sanchez⁹ dicant quod sponsalia contracta cum persona disparis conditionis per se valeant; addunt tamen quod si matrimonium non possit iniri sine familiae dedecore vel magno scandalo inter consanguineos, talis promissio non obligat, utpote versans circa rem illicitam, ad quam nemo potest se obligare. — Notandum autem hic quod non sufficit qualiscumque disparitas ad liberandum sponsum a matrimonio promisso; sed requiritur notabilis, puta si vir nobilis desponsaverit filiam artificis mechanici (ut ait Navarrus¹⁰), vel agricolae (ut Busenbaum, n. 847 ad 4). Vide dicta *Lib. III, n. 643.*

Sed quid dicendum, *si matrimonium contrahi posset sine familiae dedecore, nempe si disparitas non sit in nobilitate, sed tantum in divitiis?*

Eo casu, duo (ut in principio diximus) doctores asserunt: *primo*, quod per se tenetur promittens ad matrimonium; *secundo*, quod non tenetur, imo non potest

num. 7. — ⁵ De Matr., qu. 1, art. 5, num. 7. — ⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. — ⁷ Part. 4, cap. 1, n. 203. — ⁸ Tract. 10, de 4^o Praec., cap. 1, qu. 3; et de Sponsal., cap. 3, qu. 9, resp. 1. *Gobat*, tr. 10, num. 105 et 106. — *Laym.*, loc. cit. — ⁹ Lib. 1, disp. 14, num. 2. — ¹⁰ *Man.*, cap. 16, n. 18.

Si sint scii, et ptae g rant d cus, spc lia null

Seclusis causis, filius invitandus, non cogendus ad nuptias.

Quid de notabili disparitate, si sponsi non sint conscii.

Qui nuptiae afferant decus.

S. Doctor addit: «Intelligi etiam debet quoties illi non esset horror valde intolerabilis erga illam mulierem; caritas enim neminem potest obligare ad tantum, ut ei vivendum esset totam vitam suam cum uxore quam notabiliter horreret».

851. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 16, num. 18, v. f., negat sponso ad sponsalia teneri, si sint valde disparis conditionis, vel si timendum esset magnum scandalum. — Gutierrez, *Can. Quaest.*, lib. 1, cap. 20, num. 13 et 17, dicit patrem posse matrimonium impedire inter valde dispare propter odia et dissi-

dia. — Menochius, *consil. 69, num. 44*, dicit ex hac eadem causa disparis conditionis posse sponsalia dissolvi.

^{b)} Sanchez, *lib. 1, disp. 14, n. 3*, et auctores ab eo citati: Panormitanus, *de Sponsal.*, in cap. Requisivit, n. 4, et cap. Cum in tua, n. 4; Praepositus, in cap. Cum in tua, n. 2; Cordubensis, *Quaestionar.*, lib. 1, qu. 13, v. *Dixi regulariter*; Ludov. Lopez, *Instruct. nov.*, part. 1, cap. 76, v. *Atque hoc quod immediate*, loquuntur de scandalo (vel ut addit Sanchez, de discordiis) quod exinde nasci posset. — Felinus, *consil. 26, n. 20 et 21*, dicit

promittens matrimonium contrahere, si adsit probabilis timor magni damni, vel odii capitalis inter consanguineos. — Ita communiter Sanchez¹ cum Molina^{c)} et Corduba; Bonacina², Lessius³, Laymann^{d)}, Sporer⁴; Salmant.⁵ cum Azor^{d)}; Viva^{d)} et alii.

Ratio *primae* partis, nempe quod sponsus teneatur ad matrimonium, est, quia promittens, licet peccaverit ejusmodi prodigam promissionem faciens; tamen tenetur ad illam, quia promisit quod suum est: et cum jam cognitam habuerit suam meliorem conditionem, censetur excessum illum donasse. Prodigam enim promissio (ut dicunt), quamvis illicite fiat, facta tamen, et ab altero acceptata, valet et obligationem parit. — Hoc est totum fundamentum istius sententiae.

Cum autem ratio haec pendeat a Quaestione, nimirum: *An promissio prodiga acceptata obliget?* haec prius hic disserenda est. — Adsunt in ea tres sententiae:

Prima sententia tenet obligare ad totum. Hanc tenent Lugo⁶, Sanchez⁷, Croix⁸,

Promissio prodiga acceptata, juxta alios, obligat ad totum.

¹ Lib. 1, disp. 14, n. 2 et 3. *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 13. — ² De Matr., qu. 1, punct. 2, n. 2. — ³ Lib. 2, cap. 18, n. 9. — ⁴ Part. 4, cap. 3, n. 598, cum n. 602, II. — ⁵ Tr. 9, cap. 1, n. 82. — ⁶ De Just. et Jure, disp. 18, n. 61. — ⁷ Lib. 1, disp. 14, n. 5. — ⁸ Lib. 3, part. 2, n. 795. — ⁹ Part. 4, cap. 3, n. 598. — ¹⁰ Tr. 33, cap. 2, n. 19. — *Mol.*, de Just., tr. 2, disp. 271, n. 5. — ¹¹ Decal., lib. 3, cap. 9, num. 27. — ¹² Decal., lib. 3, cap. 3, § 5, num. 20.

magnam disparitatem esse causam dispensandi, propter dedecus patris et universae domus.

^{c)} Molina, *de Just.*, tr. 2, disp. 271, n. 5, primum dumtaxat assertum habet, et pro eo tantum citatur a Sanchez.

^{d)} Laymann., *loc. cit.*, n. 14; Azor, *part. 3, lib. 5, cap. 5, diff. 2*; Viva, *loc. cit.*, n. 7, loquuntur de disparitate generatim, nec distinguunt disparitatem in nobilitate a disparitate in divitiis.

^{e)} Cajetanus id innuit in *2am 2ae, qu. 32, art. 7*, ubi dicit de meretricii pretio: « Dare mulieri pro venereo usu antequam fiat, malum est pro quanto imperatur a luxuria; post factum autem non est malum, sed actus justitiae, a nullo vitio imperatus ». — Valentia, in *2am 2ae, disp. 5, qu. 6, punct. 5, § 2, quaer. 5*, v. *Quamobrem erudite*, hoc Cajetani dictum refert et approbat.

^{f)} Nisi tamen (addunt Tambur. et Tancredi) promittens habuerit expressam intentionem sese obligandi ad id quod non excedit.

^{g)} Sotus, *de Just. et Jure, lib. 4, qu. 7,*

Sporer⁹, Filiuccius¹⁰; item Molina, Cajetanus^{e)} et Valentia^{e)}, apud Sanchez¹¹, qui etiam huic sententiae inclinatur. — Ratio, quia, licet promissio fuerit facta cum peccato; tamen, cum is cui facta est promissio jam acquisierit jus ad rem promissam, illius executio, ad satisfaciendum juri alterius, evadit licita et debita.

Secunda sententia, quam probabilem putat Tamburinus¹² cum Trancredi, dicit hujusmodi promissionem ad nihil obligare, nec etiam ad partem quae licite dari potuit^{f)}. Quia, cum promissio sit indivisibiliter facta, tota materia evadit inhonesta.

Juxta alios, ad nihil obligat.

Tertia sententia, cui subscribimus, veterior et communis (ut fatetur ipse Lugo), docet promissionem prodigam obligare ad partem quae non est prodiga, non vero ad excessum. Ita Salmant.¹³ cum Soto^{g)}, Bañez^{h)}, Prado, Serra^{g)}, Trullench; item Suarez, Ledesma^{g)}, Palaciosⁱ⁾, Salon, Manuel^{h)} et Aragon^{h)}, apud Sanchez¹⁴, qui aequè probabilem putat; et Croix¹⁵ etiam probabilem censet. — Ratio cur

Juxta s. Doctorem, verius obligat ad partem non prodigam.

Tancred., de Relig., tr. 4, lib. 2, disp. 9, n. 33. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 18, n. 60. — ¹³ Tr. 13, de Restit., cap. 1, num. 167. — *Prado*, cap. 17, qu. 5, num. 29. — *Trull.*, Decal., lib. 7, cap. 14, dub. 8, num. 2. — *Suar.*, de Relig., tract. 5, lib. 2, cap. 23, num. 8. — *Salon*, in *2am 2ae*, qu. 62, art. 5, contr. 4, concl. 3, v. *Ex quo sequitur*. — ¹⁴ Decal., lib. 3, cap. 9, num. 27. — ¹⁵ Lib. 3, part. 1, n. 319.

art. 1, ad 2, v. An vero contra, tractat de promissione superflui, facta meretrici; et dicit promittentem teneri promissum solvere, « nisi excessus ad prodigalitate[m] pertingeret. Nam tunc male promissum esset, in quo rescindenda esset fides ». — Itemque tenet Serra, in *2am 2ae, qu. 62, art. 5, dub. 3, § Dicendum est 2o, v. An vero*; et pariter Martinus de Ledesma, in *2a 4i, qu. 18, art. 5, v. Circa secundum membrum*.

^{h)} Bañez, in *2am 2ae, qu. 62, art. 5, dub. 5, concl. 3*, scribit: « Si quis promittat impudicae feminae aliquam quantitatem pretii, quam exhibere est prodigalitas, non tenetur postea adimplere promissum ». — Et ita etiam Mercado, *de Contract.*, lib. 6, cap. 16, *de las Promesas*, § *Todas las veces*; Manuel Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 42, num. 4, (al., cap. 40, num. 4). — Itemque Aragon, *qu. 89, art. 7*, sed loquens in generali tantum de juramento promissorio.

ⁱ⁾ Mich. de Palacios, *de Contract.*, lib. 5, cap. 11, v. *Verum adhuc*, id non habet, quod reperire potuerim. Omnes igitur isti aucto-

Sed non ad
excessum.

obliget ad *partem*, quia utile per inutile non vitiatur. Et sic respondetur secundae sententiae Tamburinii. — Ratio autem cur non obliget promissio ad *excessum* est, quia malitia prodigalitatis principaliter consistit in praestatione, minus vero principaliter in promissione; ideo enim non licet prodige promittere, quia illicitum est prodige dare. Posito igitur quod actus prodigae praestationis sit per se principaliter malus, minime unquam poterit ipse impleri sine peccato, neque executio poterit cohonestari ab obligatione promissionis factae; quia nemo se potest obligare ad rem illicitam exsequendam, ut habetur ex *regula juris 69 in 6º*, ubi: *In malis promissis fidem non expedit observari*. Et consequenter pars acceptans, ex promissione ipsi facta, nullum potest jus acquirere ad id quod altera pars nequit sine peccato praestare. Et sic respondetur ad rationem primae sententiae.

Quid de
pretio me-
retricii.

Hinc inferunt 1º. Sotus ^{g)}; et Ledesma ^{g)}, Bañez ^{h)}, Salon, Mercado ^{h)}, Palacios ⁱ⁾ ac Manuel ^{h)}, apud Sanchez ¹, quod si quis prodige aliquid promiserit meretrici pro usu corporis, non tenetur solvere excessum; quia, cum sit promissa res illicita ratione prodigalitatis, promissio nulla est. — Recte inferunt 2º. Salmant. ² cum aliis a se citatis, quod si res promissa sit impartibilis, ad nihil tenetur promittens; quia tunc vere tota materia evadit illicita.

Quid, si
res sit indi-
visibilis.

Sponsus
prodige
promittens
matrimo-
nium, non
tenetur.

Juxta igitur hanc *tertiam* sententiam (ut ad casum nostrum veniamus), sponsus prodige promittens matrimonium cum res sit indivisibilis, et promissio tota per se illicita evadat, non tenebitur utique ad illam. — Neque obstat quod culpa prodigalitatis non excedat veniale peccatum. Quia promissio rei qualitercumque malae, adhuc venialiter, puta mentiendi, etc., nec etiam potest ullam parere obligationem; ut notant Salmant. ³, et certum est.

Pro conclusione igitur hujus puncti, mihi et aliis doctis junioribus (salvo sa-

pientiorum judicio) videtur dicendum 1º. Sponsus, qui antecellit in divitiis, in casu proposito non teneri ad matrimonium; necnon venialiter peccare ratione prodigalitatis, si illud contrahat. — Dicendum 2º. Hoc procedere, stando in terminis verae prodigalitatis: verumtamen, cum culpa prodigalitatis non sit plus quam venialis, quaevis mediocris justa causa vitium prodigalitatis auferre potest. Hinc satis excusabitur sponsus feminam disparem ducens, si noverit in ea aliquam specialem praerogativam, nimirum providentiae, devotionis, magnae honestatis, vel etiam alicujus dotis naturalis, propter quam putet sponsus cum illa quietam ducere vitam. Hinc infertur vix casum accidere posse quod sponsus eam ducere non teneatur; quia rarissime deerit aliqua ex his causis, quae culpam prodigalitatis excusabit. — Dicendum 3º. Quod casu quo sponsus vi promissionis copulam extorserit a virgine vel a femina honesta, tunc omnino tenetur eam ducere; quia proditio virginitatis aut bonae famae est res pretio inaestimabilis, quae praevallet aut saltem aequivalet excessui disparitatis sponsi: et ideo, in eo casu, promissio facta bene est valida, cum jam adfuerit aequalitas in contractu, sine vitio prodigalitatis. Et hoc procederet, juxta id quod ait Lugo ^{j)}, non solum cum femina famam amisserit, sed etiam cum se exposuerit periculo famae amittendae. — Hoc tamen currit si disparitas sit tantum in *divitiis*. Nam si sit in *nobilitate*, tunc, etiamsi intercesserit defloratio, non tenetur vir ad matrimonium cum dedecore familiae, imo probabiliter nec etiam ad damnum illatum; ut diximus *Lib. III, n. 643, Dubit. 1*.

Ad id autem quod doctores dicunt (ut supra diximus), scilicet quod talis sponsus non potest illud dispar matrimonium inire (intellige *dispar* tantum ratione *divitiarum*, non autem nobilitatis cum dedecore familiae, ut jam distinximus), si probabiliter

Spon
antecel
divitiu
contrah
venial
peccat.

Medio
causa in
su excu
a prodig
tate.

Si copul
extorsit
netur co
trahere.

Antece
lens nobil
tate, non t
netur con
trahere, et
copula ad
fuit.

Si timeat
tur scandi
la ex matr
monio inae
quali:

Salon, loc. cit. ¹ De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 1. — ² Tr. 13, cap. 1, n. 167. — ³ Loc. cit., n. 167.

res parum diligenter citantur a Salmant. et a Sanchez.

^{j)} Lugo, de *Just. et Jure, disp. 12, n. 34*, id dicit, non quidem de casu disparis conditionis, sed in generali de vidua bonae famae,

quae ex promissione ficta matrimonii copulae consensisset: «Ejus copula, inquit, videretur digna tali promissione propter periculum cui se exponit infamiae et difficultatis ad invenendas commode nuptias».

timeantur damna aut odia propinquorum: rationem afferentes, quia eo casu graviter peccaret sponsus contra caritatem; et ideo, cum matrimonium illud contrahere tunc esset res illicita, non potest promissio facta ad illam obligare. — Et ob eandem rationem dicit Sanchez¹ cum Navarro, Corduba, Lopez et Gutierrez, hoc dicendum, etiamsi sponsa deflorationem passa fuerit. Et etiamsi (ut addit Sanchez² cum Lopez) nulla sit inter contrahentes disparitas.

illius non
et ab-
etere cum
, gravi
commo-

Fateor quidem hanc esse communem sententiam, et per se loquendo veram, quando filius commode huiusmodi scandala vitare posset. — Sed si non posset sine gravi suo incommodo, rationi adductae videtur obstare quod caritas non obligat cum gravi incommodo. Hinc puella ad vitanda scandala virorum, non tenetur perpetuo domi manere, ne diu sua libertate privetur; quia grave incommodum hoc ipsi esset (ut dictum est *Lib. II, n. 53*, v. *Si vero*, cum Cajetano, Sanchez, Palacios^{k)}, Lessio^{k)}, Navarro^{k)}, Azor^{k)}, Salmant., Sporer et aliis). — Si ergo mulier, ne sua libertate diu privetur, non tenetur longo tempore abstinere ab egrediendo, etiamsi alii scandalum sint passuri; quomodo filius tenebitur sub mortali, ne parentes scandalum patiantur (sine tamen eorum dedecore, ut supponimus), a matrimonio desiderato abstinere? Fortene sponsus non videtur grave incommodum subiturus, si omittere cogatur matrimonium cum puella cum qua credit quietam ducturum vitam, ob vehementem amoris passionem qua se sentit affectum erga illam? Grave quidem incommodum existimant hoc omnes doctores illi quos praecedenti Quaestione retulimus, qui ideo excusant a culpa gravi filios matrimonium

ineuntes invitis parentibus; quia (ut dicunt Sanchez³, Escobar⁴ et Salmant.⁵) per matrimonium quisque perpetuae obligatur servituti, maxima secum afferenti onera, quae, nisi ex omnino spontanea voluntate suscipiantur, difficillime perferri poterunt. Si igitur ob hoc motivum excusantur filii ab obsequio parentibus debito; cur non ob eandem rationem excusabuntur a praeecepto caritatis, quod cum gravi incommodo non obligat?

Quapropter melius dicendum mihi et aliis doctis junioribus videbatur cum Palao⁶, tunc filios teneri sub mortali obedire parentibus, ab huiusmodi matrimonio abstinendo, quando possunt sine gravi suo incommodo. Tanto magis quod (ut dicunt ipse Sanchez⁷ et Holzmann⁸) huiusmodi scandala, quamvis antea jactentur, inito tamen matrimonio facile evanescent, et animi conciliantur. — Caeterum, cum hoc sit contra communem, propterea sapientibus discutiendum relinquo^{l)}.

852. — « 7^o. Resiliens culpabiliter a sponsalibus perdit suas arrhas; et tenetur ad alterius partis reddendas, ac ad restitutionem, quanti ejus intererat talem contractum impleri ».

Hic autem notandum 1^o. Quod si a muliere promittitur aliquid viro ut eam ducat, valet quidem promissio, prout habetur ex cap. *De illis, de condit. appos.*, quia tunc promissio praesumitur facta causa dotis. Secus, si vir promittat aliquid mulieri si secum nupserit; quia tunc promissio praesumitur facta ob causam turpem, nempe libidinis explendae. Ita communiter Sanchez⁹ et Salmant.¹⁰ cum aliis passim; ex leg. *Si ita stipulatus*, § *Si tibi*, ff. *de verb. oblig.*, ubi id expresse habetur. — Excipiunt tamen, si vir sit ignobilis aut senex, et mulier sit nobilis aut

Tenetur abstinere, si potest sine gravi incommodo.

Resiliens culpabiliter perdit arrhas.

Vir et mulier sibi promittentes aliquid pro matrimonio.

¹ De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 3. *Navarr., Man.*, cap. 16, n. 13. *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 13. *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 1, cap. 76, v. *Atque hoc quod immediate*. *Gutier.*, Quaest. canon., lib. 1, cap. 20, n. 23. — ² Loc. cit., n. 3. — *Ludov. Lop.*, loc. cit. —

³ De Matr., lib. 4, disp. 23, n. 10. — ⁴ Lib. 25, de Matr., n. 723. — ⁵ Tr. 9, cap. 6, n. 23. — ⁶ Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 9. — ⁷ De Matr., lib. 1, disp. 14, n. 3, i. f. — ⁸ De Matr., num. 266. — ⁹ De Matr., lib. 1, disp. 33, num. 4. — ¹⁰ T. 9, cap. 1, n. 108.

^{k)} De Palacios, Lessio, Navarro et Azor, vide notas *b*, *c* et *d*, ad dictum *lib. 2, n. 53*.

^{l)} Ita profecto S. Doctor scribebat jam in secunda editione Operis. Sed postea, videlicet in *Istruz. e Pratica*, cap. 18, n. 16, de hoc argumento scripsit: Sed cum obligatio

matrimonium non contrahendi in hoc casu, non esset nisi caritatis actus, nescio quomodo posset obligari sponsus, cum suo damno aut incommodo gravi, ad abstinendum a tali matrimonio, ut vitet odia inter parentes, nisi casu quo tale matrimonium gravem per-

juvenis; quia tunc promissio juste fit in compensationem nobilitatis, aut juvenutis ^{a)}: ex leg. *Mulieres, C. de dignit.*

Poena generaliter apposita in sponsalibus, illicita et invalida.

853. - Notandum 2^o. Quod promissio poenae appositae in sponsalibus in resilientem est illicita et invalida, ex cap. *Gemma, de sponsal.*, quia per hujusmodi poenam matrimonii libertas laederetur. Ita in textu praefato: *Cum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter poenae interpositionem sit merito improbanda.* - Hinc communissime dicunt doctores peccare qui sponsalia cum hac poena contrahunt. Alii vero dicunt id esse mortale; ut Bonacina ¹ et Salmant. ². Alii autem censent esse veniale; ut Sanchez ³; Bossius ⁴ cum Cajetano, Armilla, Gutierrez et Rebello.

Quid de gravitate culpae.

Hoc autem procedit si poena apponatur a sponsis, vel ab eorum consanguineis aut amicis ^{a)}; ut communiter tenent Palaus ⁵, Sanchez ⁶; et Salmant. ⁷ cum Aversa, Lopez et Cornejo. Non vero, si apponatur ab extraneo; ut iidem auctores, ex leg. *Titia, ff. de verb. oblig.* Ratio, quia in primo casu etiam minuetur libertas matrimonii, eo quod sponsi illud possunt inire ne propinqui vel amici talem poenam solvant. Secus tamen accidit, cum poena motu proprio ab extraneis apponitur. - Praeterea advertendum id procedere, si poena generaliter apponatur etiam in eum qui juste resiliat; tunc enim certum est apud

omnes, promissionem poenae non obligare, sed

Quaeritur 1^o. *An promissio talis poenae sit valida et licita, si adjiciatur in injuste resilientem?*

Prima sententia satis probabilis negat; et hanc tenent Sanchez ^{b)}, Bonacina ⁸, Bossius ⁹, Concina ¹⁰; et Aversa, Becanus ^{b)} et Dicastillus, apud Salmant. ¹¹. - Et probant ex leg. *Titia 134, ff. de verb. oblig.*, ubi dicitur: *Quia inhonestum visum est, vinculo poenae matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta.* Item ex leg. *Mulier, § fin. C. de sponsal.*, ubi: *Si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit; cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat.* Probant etiam ratione, quia adhuc libertas laederetur. Posset enim accidere quod pars quae juste posset resilire, nequiret suam causam in judicio probare; et sic invita nuptias iniret.

Adjectio injuste resilientem probabiliter illicita et invalida.

Secunda vero probabilior sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius ¹², Laymann ¹³, Roncaglia ¹⁴; Holzmann ¹⁵ cum Anacleto et Haunold; Palaus ¹⁶ cum Suarez ^{c)}, Vasquez et Coninck; ac Salmant. cum Leandro et Diana. - Ratio, quia talis adjectio poenae non est neque contra jus naturale neque positivum. - Non contra *naturale*; quia per se rationabile est poenam imponi culpabiliter resilienti: nec est contra libertatem ad matrimonium

Probabilius validum et licitum.

¹ Qu. 1, punct. ult., n. 3. - ² Tr. 9, cap. 1, n. 94. - ³ Lib. 1, disp. 30, n. 2. - ⁴ De Matr. Contractu, cap. 11, n. 415. - *Cajetan.*, Sum., v. *Sponsalitia*. - *Armil.*, v. *Sponsalitia*, n. 14. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 17, a n. 1. - *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 7, n. 4. - ⁵ Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 1. - ⁶ Lib. 1, disp. 30, n. 3. - ⁷ Tr. 9, cap. 1, n. 95. - *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Tertio*. - *Greg. Lopez*, part. 5, tit. 11, ley 39, gloss. 1. - *Cornejo*, tr. 6, disp. 2, dub. 7. - ⁸ De Matr., qu. 1, punct. ult., n. 1. - ⁹ De Matr. Contractu, cap. 11, n. 429. - ¹⁰ De Matr., diss. 2, cap. 1, n. 30.

- *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Sed retinenda*. - *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 26, n. 361. - ¹¹ Tr. 9, cap. 1, n. 96. - ¹² De Matr., lib. 12, cap. 19, num. 8. - ¹³ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 8. - ¹⁴ Tr. 21, qu. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2. - ¹⁵ De Matr., n. 203. - *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 188. - *Haun.*, de Just. et Jure, tr. 4, n. 364. - ¹⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 3. - *Vasq.*, opusc. de Testam., cap. 3, dub. 2, n. 28. - *Coninck*, disp. 22, dub. 5, n. 29. - *Salmant.*, tr. 9, cap. 1, n. 97. - *Leand.*, tr. 9, disp. 1, qu. 52. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 211.

turbationem, pluribus familiis communem, in oppido parvo afferret, ita ut posset aliquo modo reputari damnum commune totius fere loci ».

852. - ^{a)} Lex *Mulieres* dicit mulierem quae habet virum inferioris conditionis, fieri et ipsam ejusdem conditionis, et sequi mariti conditionem.

853. - ^{a)} Palaus et Sanchez addunt tutores et dominos; Aversa addit superiores vel potentes (et idem ait Cornejo) qui possunt damnum inferre ipsi parti; et idipsum innuit

Lopez, dicens valere hanc poenae promissionem factam ab extraneis, « quando ex tali promissione extraneorum libertas inter contrahentes in aliquo non laederetur ».

^{b)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 2 et n. 11 et seqq., negat utique poenam illam peti posse *ut poenam*; sed affirmat eam peti posse ratione *damni*. - Et Becanus, *de Sacr.*, cap. 43, qu. 16, n. 2 et 7, idem tenet.

^{c)} Suarez, *de Relig.*, tr. 5, lib. 2, cap. 23, n. 5, dicit hanc resolutionem « fortasse » esse veram.

requisitam impedire sponsos ab injuste resiliendo. Licet enim jura in matrimonio approbent libertatem rationabilem, reprobant tamen irrationabilem; et ideo non officit libertati matrimonii, quod judex cogat sponsos ad contrahendum per censuras, carcerem aut poenam pecuniariam, cum talis metus juste incutiatur. Quod autem aliquando posset aliquis juste resiliere, et non posset probare, hoc per accidens se habet, et fundamentum nostrae sententiae non elidit. — Neque obstant leges supra allatae. Nam in tantum hae leges promissionem poenae in sponsalibus irritabant, in quantum olim ex jure civili ad sponsalia solvenda sufficiebat voluntas unius partis, sive cum causa sive sine causa resiliebat; ut patet ex *leg. 1, C. de sponsal.*, et Glossa ibi. Sed de jure canonico, ex cap. *Praeterea 2, de sponsal.*, omnino requiritur consensus utriusque.

Caeterum in *leg. Mulier, C. de sponsal.*, approbatur tamquam valida et licita poena solvendi duplum, triplum vel quadruplum ^{a)} pro arrhis, quas injuste resiliens acceperit. Imo Leo imperator in *constit. 18* (ut videre potes apud Pontium) expresse approbat adjectionem poenae in sponsalibus contra inconstantes, sive injuste resiliens, addens id esse jam consuetudine firmatum.

Quaeritur 2^o. *An juste resiliens a sponsalibus teneatur solvere poenam promissam, si promissionem juramento firmaverit?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Lessius¹, Molina², Suarez^{e)} et Coninck^{e)}. — Ratio, quia, licet sit vetita promissio poe-

nae, non tamen est vetita ejus solutio, quae aut vi obligationis naturalis, aut saltem juramenti debetur: juxta dicta *Lib. III, n. 177*, ubi dictum est ex cap. *Debitorum, de jurejur.*, juramentum obligare, esto promissio facta irritetur a jure in odium iniqui creditoris, prout est promissio solvendi usuras.

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Sanchez³, Pontius⁴; Bossius⁵ cum Barbosa, Bonacina, Filliuccio et Villalobos; Palaus⁶ cum Gomez, Covarruvias et Gutierrez; Escobar⁷ cum Bartolo, Angelo et Praeposito; ac Salmant. cum Aversa, Trullench, Cornejo et Dicastillo. — Ratio: tum quia, cum adjectio poenae contra juste resilientem sit iniqua et ideo illicita, non obligat juramentum, quod non potest esse vinculum iniquitatis; tum quia jus prohibens promissionem poenae, non tam promissionem interdicit quam solutionem: non tam enim promissio quam solutio matrimonii libertatem laedit.

In contractu vero usurario irrita est promissio, non autem solutio usurarum; et ideo promittens tenetur ad juramentum.

Quaeritur 3^o. *An, si poena in sponsalibus adjecta solvatur, teneatur recipiens illam restituere?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Sanchez⁸, Lessius⁹; et Escobar¹⁰ cum Molina^{f)}, Henriquez^{f)}, Vega^{f)}, Lopez^{f)}, etc. — Ratio, quia jura solam promissionem irritant, non vero solutionem. Et confirmant ex simili, nempe quod recipiens pecuniam victam in ludo vetito non tenetur restituere, licet victus non tenebatur eam solvere.

Probabilius non obligat.

Recipiens poenam, juxta alios, non tenetur restituere.

Poenam promissam et jurata, juxta alios, obligat juste resilientem.

Pont., de Matr., lib. 12, cap. 19, n. 9. — ¹ Lib. 2, cap. 17, n. 56, v. *Ubi... decimo*. — ² De Just., tr. 2, disp. 151, n. 22, i. f. — ³ De Matr., lib. 1, disp. 32, n. 21. — ⁴ Loc. cit., n. 6. — ⁵ Cap. 11, n. 443. *Barb.*, Collect. ad cap. *Gemma*, de sponsal. et matr., n. 6. *Bonac.*, de Matr., qu. 1, punct. ult., n. 2. *Fill.*, tr. 10, cap. 7, n. 264. *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 10, n. 5. — ⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 6. *Gomez*, Variar. resol. tom. 2, cap. 14, n. 24. *Covarr.*, de Testam., Rubr., part. 2, n. 53 et 54. -

Gutierr., de Matr., cap. 17, n. 18 et seqq. — ⁷ Lib. 24, n. 195. - *Bartol.*, in 1. *Si quis pro eo 58*, ff. de fidejussor. et mandator., n. 6 et 7. *Angel. de Ubaldis*, in 1. *Si quis pro eo 56*, ff. de fidejussor., n. 6. - *Praepos.*, in cap. *Gemma*, de sponsal., n. 2. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 1, n. 100. - *Aversa*, qu. 8, sect. 9, v. *Quarto*. *Trull.*, lib. 7, cap. 1, dub. 11, n. 3. *Cornejo*, tr. 6, disp. 2, dub. 7, qu. 2. - *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 26, n. 371. — ⁸ Lib. 1, disp. 31, n. 2. — ⁹ Lib. 2, cap. 17, n. 56, v. *Ubi... decimo*. — ¹⁰ Lib. 24, n. 192.

^{a)} Lex ista loquitur de duplo, et negat quadruplum valere nisi ex conventionem.

^{e)} Suarez contra, *de Relig.*, tr. 5, lib. 2, cap. 23, n. 5; et cap. 24, n. 8, tenet secundam sententiam, quam ipse S. Alphonsus amplectitur. — Idemque de Coninck, *disp. 22, dub. 5,*

num. 28, notandum est, nisi, ut ipse limitat, « quis expresse jurasset solvere poenam, etsi justa causa resiliendi intercederet: quia tunc juramentum obligaret ».

^{f)} Molina, *de Just.*, tr. 2, disp. 515, n. 11; Henriquez, *lib. 7, cap. 35, n. 6, lit. a et n;*

Probabilius: tenetur.

Secunda tamen sententia probabilior affirmat. Et hanc tenent Salmant.¹ cum Dicastillo; Bossius² cum Hurtado, Gutierrez^g) et Mascardo^g); ac Palaus³ cum Soto^h), Medina^h), Lopez^h), etc. — Ratio, quia recipiens non habet titulum retinendi, cum jus omnino talem promissionem irritet; ut patet ex leg. *Mulier*, § *fin.*, C. de *sponsal.*, ubi dicitur quod talis adjectio poenae *ex utraque parte nullas vires habebit*. Unde, deficiente titulo, nequit ille dominium soluti acquirere. — Nec obstat paritas ludi. Nam ibi ideo victor pecuniam recipiens non tenetur restituere, quia contractus per se est validus, et jura tantum praebent actionem victo repetendi solutum (ut diximus *Lib. III, n. 887*); ac ideo potest victor retinere illud usquedum in iudicio repetatur. — Bene tamen Palaus cum Gutierrez hanc secundam sententiam limitat, nisi qui solverit poenam jam noverit se non esse obligatum; quia tunc recte censetur donasseⁱ).

Limitatio.

¹ Tr. 9, cap. 1, n. 106. *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 27, n. 388. — ² Cap. 11, n. 449. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 1, diff. 18, n. 77, i. f. — ³ Tr. 28, disp. 1, punct. 9, n. 8. — *Palaus*, loc. cit., n. 9. *Gutierr.*, de Matr., cap. 17, n. 15. — ⁴ Cap. 11, n. 454. *Gutierr.*, loc. cit., n. 16. — ⁵ Tr. 9, cap. 1, n. 107. — ⁶ Cap. 11, n. 468. *Mol.*, de Just., tr. 2,

In dubio autem haec donatio non praesumitur; ut recte ait Bossius⁴ ex Gutierrez, juxta *j*) leg. *Campanus*, ff. de *oper. libert.*

Quaeritur 4^o. *An debeat legatum relictum puellae sub conditione nubendi cum aliquo viro, si illa cum alio nubat?*

Per se loquendo, certum est non deberi, ex leg. *Titio*, § 1, ff. de *condition. et demonstr.* Quia, cum libere possit puella tales nuptias acceptare vel respuere, hic non laeditur libertas ad matrimonium requisita.

Q legat ut cum

Excipiendum tamen, nisi alioquin a patre gravetur legitima filiae debita^k), vel nisi ipsa inducatur ad nubendum cum indigno^l); quia tunc conditio illa rejicitur tamquam turpis, et debetur ei legatum, si ipsa nubat cum alio, ex leg. *Cum ita*, § *Videamus*, ff. *eod. tit.* Ita communiter Salmant.⁵; et Bossius⁶ cum Rota Romana^m), Molina, Gutierrez, Villalobos, Laymann, Pontio, Vasquez, etc. — Idem ait Bossius⁷ cum Covarruviasⁿ), Sanchez,

disp. 207, n. 5. *Gutierr.*, de Matr., cap. 20, n. 4, 8 et 9. — *Villal.*, part. 2, tr. 30, diff. 30, n. 8. *Laym.*, lib. 3, tr. 5, cap. 10, n. 13. *Pont.*, de Matr., lib. 3, cap. 7, a n. 2. — *Vasq.*, opusc. de Testam., cap. 8, § 2, n. 33. — ⁷ De Matr. Contractu, cap. 11, num. 469. *Sanch.*, de Matr., lib. 1, disp. 33, n. 13.

Vega, *Sum. silva*, lib. 3, cas. 288; Ludov. Lopez, *de Contract.*, lib. 2, cap. 22, concl. 3, disputant de casu simili, nempe de ludo.

g) Gutierrez non citatur a Bossio pro hoc asserto generali, sed pro limitatione infra ponenda; et revera Gutierrez, *de Matr.*, cap. 17, n. 15 et seqq., negat teneri ad restitutionem ante iudicis sententiam, si per errorem alter dederit, credens se ad id obligatum esse; si vero sponte dederit, sciens nullam obligationem adesse, recipientem non esse condemnandum ad restitutionem. — Mascardus a Bossio citatur pro ultimo tantum asserto, scilicet donationem in dubio non praesumi; quod utique habet Mascardus, *de Probat.*, concl. 555, n. 1 et seqq.

h) Sotus, *de Just.*, lib. 4, qu. 5, art. 2, v. f.; Barthol. Medina, *Sum.*, lib. 1, cap. 14, § 29, reg. 2, loquuntur de casu simili, scilicet de ludo. Et negant posse retineri, nisi sit libera donatio. — Ludov. Lopez pariter de ludo loquitur, *loc. cit.*, et dicit tutius esse quod restituat; oppositum tamen esse satis probabile.

i) Hanc eandem limitationem apponunt Salmant., *loc. cit.*, et Bossius, *num.* 452. — Dicastillus vero aliam similem ponit; quamvis enim, n. 386, absolute dixerit satis esse

probabile et tutum in praxi, posse retineri; attamen, n. 388, ita distinguit: « Si solutio poenae fiat nulla coactione praecedente; quia nimirum si non solvat, neque rixae et seditiones cum aliis, neque infamia aut dedecus illi proveniant, sed libere si velit possit resilire, et omnino spontanee velit illam poenam solvere, poterit retinere recipiens titulo gratiose...; si vero eo ipso quod non solvat, aliquid praedictorum prudenter timeat, et ob id vitandum poenam solvat, non video titulum in recipiente ad retinendum quod sic accepit..., quia eoactus dedit ».

j) Lex ista referenda est non ad casum dubii, sed ad limitationem quae prius posita est; dicit enim: « Si cum sciret posse se id recusare, obligari se passus sit, non inhibendam operarum petitionem, quia donasse videtur ».

k) Villalobos non habet hanc exceptionem.

l) Exceptionem istam pro sola virgine ponunt Bossius, Gutierrez, Vasquez.

m) Rota Romana citatur a Bossio non pro his exceptionibus, sed pro principali propositione; et ita habetur ap. Farinacium *Decis. Rotae*, part. 1, decis. 80; et ap. Riccium, *Collectan. decision.*, part. 4, collect. 1351.

n) Covarruvias ita sane a Bossio citatur;

Gutierrez ^{o)}, Molina, Villalobos, etc. (contra Pontium ^{p)} et alios *ibid* ¹⁾ si puella, ut obediat patri, alium ducat. Quia, adhuc admissa sententia, quam tenet et objicit Pontius, quod filia non peccet si nubat personae dignae sine consensu patris; tamen (ut vidimus *n. 849, Qu. 1.*) commune est inter doctores, esse contra honestatem non exspectare in nuptiis patris consensum: et ideo, cum puella non possit honeste nubere, patre non consentiente, non debet legato privari. Sed huic responderi potest quod ex hac eadem justa causa, nempe ne illa legatum amittat, satis ab hujusmodi dehonestate excusaretur, si cum persona designata digna ipsa nuberet.

Quaeritur 5^o. *An legatum relictum mulieri ut non nubat, debeat ei si nubat?* — Vide dicta *Lib. III, n. 930, v. Dubit. 7*, ubi diximus deberi, si mulier esset virgo; secus, si vidua.

854. - « Resp. II^o. Ubi Tridentinum non « est receptum, sponsalia jure antiquo « transeunt in matrimonium per quaevis « signa externa, maritali affectu exhibita, « v. gr. per copulam. — Dico: *ubi Tridentinum, etc.*; quia ubi hoc receptum « est, haec signa non tenent, si sint clandestina: ideoque graviter in iis peccari « potest ^{a)} ».

Molina, de Primogen., lib. 2, cap. 13, n. 22. *Villal.*, part. 2, tract. 30, diff. 30, num. 9. — ¹ *Bossius*, cap. 11, num. 470. — ² De Matr., lib. 9, disp. 46, num. 50 et 51. — ³ Part. 2, tract. 17, resol. 6; tract. 15, resol. 31; et part. 4,

« Unde sequens casus resolvitur:

« Sponsis non licent tactus impudici, « cum proxime disponant ad copulam et « pollutionem: etsi liceant amplexus et « oscula in signum amoris. — Sanchez ². « Vide Diana ³ ».

Quaeritur: *an inter sponsores sint peccata mortalia oscula et tactus pudici, si fiant ad captandam voluptatem?* (dicitur: *pudici*; nam certum est impudicos esse lethalia). — Duplex adest sententia:

Prima sententia, quam tenent Sanchez ⁴; ac Salmant. ⁵ cum Aversa, Diana et Azor ^{b)}, dicit esse tantum venialia; licet intendatur delectatio carnalis, et adsit commotio spirituum genitalium, dummodo non sit magna, et absit periculum pollutionis vel consensus in copulam. — Ratio, quia, sicut matrimonium cohonestat copulam, sic sponsalia, quae sunt quaedam inchoatio matrimonii, cohonestant tales actus, qui sunt copulae inchoatio. Eo magis, quia per illos plus fovetur amor ad matrimonium contrahendum. — Adduntque Salmant. ⁶ praedictos actus excusari etiam a veniali, si adsit causa justa, v. gr. ostendendi amorem, captandi benevolentiam, effugiendi inurbanitatem vel servandi morem patriae.

Secunda sententia, longe probabilior et omnino sequenda, quam tenent Lessius ^{c)},

tr. 4, resol. 131. — ⁴ Loc. cit., num. 48 et 49. — ⁵ Tr. 9, cap. 15, n. 91. *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Duodecimo*. — *Diana*, part. 2, tract. 17, resol. 6. — ⁶ Tract. 9, cap. 15, num. 91.

Tactus impudici, inter sponsores illiciti.

Oscula et tactus pudici, ad captandam voluptatem carnalem:

Juxta alios, venialia duntaxat.

Legatum relictum ut non nubat.

Sponsalia olim transcuntia in matrimonium.

sed, *de Matr., part. 2, cap. 3, § 8, num. 2*, hanc opinionem ex alio quodam auctore affert, et ipse concludit: « De hujus tamen responsi veritate, nihil quod mihi certum sit, modo asseverare possum ».

^{o)} Gutierrez, *de Matr., cap. 20, num. 11*, ita temperat hanc sententiam, ut, « ipsa femina parata sit Titio nubere, a parente tamen impediatur »; et « insuper adderem ipse, inquit, quod bona fide et absque fraude id fiat; alias namque secus esset ».

^{p)} Pontius, *de Matr., lib. 3, cap. 7, n. 5*, distinguit inter jus antiquum et jus novum; et in jure novo dicit legatum perire in casibus quibus licite potest nubere absque consensu patris, in casibus vero quibus tenetur consensum exspectare, legatum non perire.

854. - ^{a)} Nunc autem, ex decreto Leonis XIII *Consensus mutuus*, diei 15 Februar. 1892, sponsalia non amplius transeunt in matrimo-

nium per copulam affectu conjugali habitam; Pontifex enim abrogat et abolet quascumque juris canonici de ea re dispositiones, et decernit ac mandat, « ne deinceps illis in locis in quibus conjugia clandestina pro validis habentur..., copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex juris praesumptione conjugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatu seu declaretur ».

^{b)} Azor, *part. 3, lib. 3, cap. 25, qu. 3*, affirmat actus istos « esse licitos » inter sponsores, etsi fiant ob delectationem sensus, uti liquet ex collatione hujus *qu. cum qu. 2*. Et ratio est: « Quoniam ista inter eos sunt signa amoris confirmatoria sponsalium contractuum ».

^{c)} Lessius, *lib. 4, cap. 3, n. 59*, id docet in generali tantum, et addit: « Unde etiam inter sponsores censeo plane dissuadenda, si causa voluptatis fiant ».

Longe probabilius, vetita sponsis sicut ceteris.

Mazzotta ^{f)}, Roncaglia ¹, Concina ²; Bonacina ³ cum Henriquez ^{d)} et Rebello ^{d)}, Croix ⁴ cum Mendo et aliis; ac Viva ⁵ cum Suarez ^{e)}, Perez ^{f)} et Hurtado ^{f)}, docet, tales actus prohibitos esse sponsis eodem modo quo vetantur omnino solutis. — Ratio, quia sponsus ratione sponsaliorum nullum acquirit jus ad corpus sponsae: et si forte aliquale jus acquirit per sponsalia, quia tamen non adhuc est perfecte dominus rei, non potest re illa uti, ne imperfecte quidem. Sicuti ille cui promissa est venditio vineae, nequit illa uti, ne imperfecte quidem, donec vinea de facto ei vendatur et tradatur. — Praeterea, cum sponsis non liceat copula, nec licent tales actus, qui tantum ad copulam sunt ordinati.

Quid de osculis more patriae.

Concedunt tamen Croix ⁶ et Viva ⁷, cum aliis auctoribus ab ipsis adductis, quod oscula et amplexus juxta morem patriae aliquando sponsis permitti possunt, sed non aliter quam solutis permittuntur. Et hoc est probabile: modo tales actus non sint pressi, per aliquod tempus protracti, ut bene advertit Roncaglia ^{g)}. — Qui etiam eos admittit ad benevolentiae demonstra-

tionem. Sed ego non admitterem, nisi ubi talis vigeret usus; ut etiam ait Mazzotta ⁸.

Id autem quod dicunt Busenbaum (*Lib. III, n. 431, v. Resp. 2.*), et Lessius ^{h)} cum Navarro, Toletus ^{h)}, Cajetano ^{h)}, etc., nempe quod sponsis liceant tactus pudici, si intendant delectationem tantum sensitivam, secus vero si veneream: recte ajunt Roncaglia ⁹ et Croix ¹⁰ non esse practice probabile; quia ordinarie semper aderit certum periculum consentiendi in delectationem veneream, cum sensitiva tam conjunctam. — Qua ratione spectata, prima etiam sententia nec practice probabilis est; quia in materia tam labili moraliter est impossibile in talibus actibus, causa voluptatis habitis, se continere a non labendo in pollutionem vel copulae consensum.

Quid tactibus delectationem sensitivam.

An autem *sponsis liceat delectari de copula futura?* — Vide dicta *Lib. V, n. 24*, ubi sententiam negativam (contra Bonacina ⁱ⁾, Salmant. ⁱ⁾, etc.), omnino tenendam diximus cum Holzmann, Palao, Laymann ⁱ⁾, Sanchez ⁱ⁾, Roncaglia, etc.; quibus adde Lessium ⁱ⁾ et Mazzotta ¹¹.

Delectationem in spolio de copula futura.

¹ Tr. 12, de 6^o Praec., cap. 1, qu. 6, resp. 1. — ² De Matr., diss. 4, cap. 2, n. 9. — ³ De Matr., qu. 4, punct. 9, n. 6. — ⁴ Lib. 6, part. 3, n. 151. *Mendo*, Statera, diss. 5, qu. 12, n. 116 et seqq. — ⁵ De Matr., qu. 1, art. 7, n. 6

et 7. — ⁶ Loc. cit., n. 151. — ⁷ Loc. cit., n. 6. — ⁸ Tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. *Quaer. 1.* — ⁹ Tr. 12, de 6^o Praec., cap. 1, qu. 6, resp. 1. — ¹⁰ Lib. 6, part. 3, n. 151, i. f. — ¹¹ Tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. *Quaer. 2^o.*

^{d)} Henriquez, *lib. 11, cap. 19, n. 4, i. f.*, haec scribit: «Cum filia de futuro desponsata honesti amplexus et oscula ad benevolentiam concedebantur a viris doctis. Sed permitti non deberent, cum jam sponsalia per copulam affectu maritali non transeant in matrimonium». — Rebello, *part. 2, lib. 3, qu. 19, sect. 2, num. 1*, loquitur de osculis, etc., quae habentur «causa delectationis libidinosae».

^{e)} Suarez, *de Peccat., disp. 5, sect. 7, n. 12*, generaliter ait: «Delectari in actu qui nunc est per se malus, apprehenso tamen prout in futuro tempore erit honestus, esse ex genere suo mortale, si actus sit talis».

^{f)} Perez et Gaspar Hurtadus non satis recte citantur a Viva; Perez enim, *de Matr., disp. 8, sect. 6, n. 7*, loquitur de osculis, etc., etiam non impudicis, quae «fiunt causa delectationis sensibilis seu libidinosae quae percipitur in ipsis». — Hurtadus vero, *disp. 10, diff. 10, num. 48*, loquitur de tactibus libidinosi inter sponso de futuro, quos dicit esse mortales, «quamvis tantum fiant ob voluptatem in ipsis repertam». — Mazzotta,

tr. 7, disp. 2, qu. 2, cap. 2, v. Quaeres 1, adhaeret doctrinae Martini Perez.

^{g)} Roncaglia, *loc. cit., qu. 6, resp. 1*, actus istos admittit solum ad benevolentiae demonstrationem, modo non sint pressi nec per aliquod tempus protracti.

^{h)} De Lessio vide quae jam notavi supra nota *c*; hinc addo Lessium *n. 58 et 59, i. f.*, sponsis concedere eam delectationem «quae praecise ex osculo et contactu manus vel faciei percipitur». — Toletus autem, *lib. 5, cap. 14*, dicit: «Oscula, tactus, amplexus ob carnalem delectationem sunt etiam peccata mortalia, quamvis homo non intendat copulam, sed solum delectationem carnalem ex his insurgentem... Licerent tamen ista inter sponso, dummodo non esset periculum probabile pollutionis». Hinc non satis recte citatur a Lessio. — Cajetano vero, *in 2^aam 2^{ae}, qu. 154, art. 4, ad 3*, venialia esse ait oscula, amplexus, etc., propter delectationem, inter sponso de futuro.

ⁱ⁾ Bonacina et Salmant. revera non dissentiunt a Sanchez et Lessio. Auctores enim

DUBIUM III.

Quomodo dissolvantur Sponsalia.

855. *Solvuntur sponsalia*: I. *Per matrimonium cum alia*. (Vide etiam de hoc. n. 875). II. *Per mutuum consensum inter puberes*. Quid, si sponsalia fuerint jurata. — 856. *Quomodo autem solvantur inter impuberes*. Quid, si ipsi juramento promiserint nuptias. — 857. III. *Per impedimentum dirimens superveniens*. Dub. 1. *An tunc sponsalia dirimantur etiam ex parte nocentis*. — 858. Dub. 2. *An nocens teneatur petere dispensationem*. — 859. Dub. 3. *An, contractis sponsalibus cum impedimento sub conditione dispensationis, ea obtenta, per se valeant*. — 860. IV. *Per crimen alterius*. — 861. *An solvantur sponsalia per fornicationem alterutrius sponsi*. Dub. 1. *Quid, si sponsa fuerit per vim oppressa*. — 862. Dub. 2. *Quid, si uterque sponsus fornicetur*. — 863. V. *Per mutationem notabilem, nempe 1. Si timeantur odia, etc. 2. Si superveniat defectus noxius. 3. Si superveniat paupertas*. — 864. *An liceat contrahere cum defectu occulto pernicioso*. — 865. *An, cum defectu non pernicioso. Et quid, si sponsa interrogetur an sit virgo*. — 866. VI. *Per discessum alterius in longinquum*. — *Quid, si in propinquum, animo redeundi*. — 867. VII. *Per lapsum temporis praefixi*. Dub. 1. *Quid, si dubium sit an terminus fuerit assignatus ad finiendam obligationem*. — 868. Dub. 2. *Quid, si alter fuerit juste impeditus*. Dub. 3. *An, elapso termino, etiam pars nocens liberetur*. — 869. VIII. *Per susceptionem ordinis sacri et ingressum in religionem*. — IX. *Per votum castitatis*. — 870. *Distinctius de his agitur*. — Et 1°. *De professione religiosa*. Dub. 1. *An per ingressum in religionem solvantur sponsalia ante professionem*. Dub. 2. *An, si sponsalia fuerint jurata, teneatur sponsus ante ingressum nuptias inire*. — 871. 2°. *De susceptione ordinum*. Dub. 1. *An peccet sponsus suscipiens ordines sacros invita sponsa*. — 872. Dub. 2. *An per susceptionem ordinum minorum solvantur sponsalia*. — 873. 3°. *De voto ingrediendi religionem, suscipiendi ordines sacros aut servandae castitatis*. Dub. 1. *An per votum castitatis aut suscipiendi ordines sacros solvantur sponsalia etiam ex parte voventis*. — 874. Dub. 2. *Quid, si sponsus post votum copulam extorsit*. — 875. X. *Rursus agitur de solutione sponsalium per matrimonium validum cum alia; et quaeritur an per illud solvantur sponsalia, etiam mortuo conjuge*. — 876. XI. *An, per haereditatem novam supervenientem. Et quid, si offeratur conjugium notabiliter melius*. — 877. *An dissensus parentum sit causa solvendi sponsalia*. — 878. Dub. 1. *An, ad solvenda sponsalia, semper requiratur auctoritas iudicis*. — Dub. 2. *Quae probatio sufficiat in foro externo, et quae in interno*.

855. - « Resp. 1°. Dissolvuntur sequen-
« tibus casibus:

« 1°. *Per matrimonium validum cum alia* initum. Bonacina¹ ». — [An autem, mortuo conjuge, obligent? Vide infra, n. 875, v. *Dubium*].

« 2°. *Per mutuum consensum*; sicut quivis contractus. — Laymann² ».

Inter puberes, per mutuum consensum solvantur sponsalia, etiam juramento firmata, non solum valide, sed etiam licite, si adsit rationabilis causa: nam alias esset saltem veniale^{a)}. Ita communiter Viva³, Holzmann⁴; Palaus⁵ cum Coninck et Gutierrez; Sanchez⁶ cum Navarro, Henriquez et Lopez; Pontius^{b)} cum Molina^{b)}

Inter pu-
beres.

Dissolvuntur per matrimonium cum alia.

Per mutuum consensum.

¹ De Matr., qu. 1, punct. 7, n. 1. — ² Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 1. — ³ De Matr., qu. 2, art. 1, n. 1. — ⁴ De Matr., n. 208. — ⁵ Tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 2 et seqq. — Coninck, disp. 23, dub. 1. — Gutierrez, de Matr.,

cap. 24, n. 1. — ⁶ De Matr., lib. 1, disp. 52, n. 2 et 6. — Navarr., Man., cap. 22, n. 25. — Henric., lib. 11, cap. 14, n. 6. — Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, cap. 38, de Matr., v. *Secus autem esset*.

isti, loc. cit.; et Lessius, lib. 4, cap. 3, n. 120, mortalem esse ajunt delectationem sensus, non vero voluntatis. — Laymann autem mortalem esse ait sensitivam delectationem; de rationali vero, quamvis speculative loquendo non sit mortalis, « tamen in praxi, ait, vix locum habent, sed ferme praesumendum est cum ejusmodi voluntariis oblectationibus mortale peccatum concurrere ». — Et ipsi Salmant., tr. 20, cap. 13, n. 58: « Nota tamen, iniquiunt, consulendas esse... sponsas, ut abstineant a

delectatione copulae... futurae, et in his pedetentim gradientur, quia facilis est transitus a delectatione immateriali et licita ad veneream et illicitam; ob idque debent in confessione de his delectationibus, ob periculum turpitudinis se accusare ».

855. - a) Palaus, Coninck, Gutierrez et Sanchez, praetermittunt necessitatem rationabilis causae.

b) Pontius, lib. 12, cap. 9, n. 1 et 2, non loquitur de licitate, nec citat Molinam pro

et Rebello; ac Escobar¹ cum Vivaldo, Philiarcho; contra Sotum^{c)}, Silvestrum^{c)}, Angelum^{c)}, etc. *ibid.*². — Idque probabiliter dicunt Roncaglia^{d)} et Palaus³, Viva⁴ ac Holzmann⁵; et Salmant⁶ cum Sanchez, procedere, etiamsi sponsalia sint jurata principaliter propter Deum. Quia juramentum in favorem tertii, quamvis principaliter fiat in honorem Dei, semper conditionem includit, si alter acceptet vel si non remittat: juxta dicta *de Juram., Lib. III, n. 193*, ex D. Thoma⁷, ubi dicit quod juramentum factum in utilitatem proximi bene potest ab eo remitti.

Casu autem quo una sola pars consentiat in solutionem sponsalium, sponsalia non solvuntur absolute; sed tantum datur jus resiliendi alteri parti: — juxta communem. Vide Salmant.⁸

856. - Inter *impuberes* vero, non solvuntur sponsalia, nisi ipsi fiant puberes; ex cap. *De illis, de despons. impub.*, ubi dicitur: *Cum ad annos... [pubertatis] pervenerit, reclamaverit..., judicio Ecclesiae poterunt ab invicem separari.* — Perveniendo autem ad pubertatem, quaeque pars potest resilire reclamando statim, scilicet post triduum, coram iudice vel testibus; alias praesumitur consensisse. Tempus tamen hoc trium dierum incipit currere a tempore, non jam pubertatis adeptae, sed adeptae cognitionis privilegii resiliendi: tempus enim utile datum a lege

ad utendum privilegio non currit nisi postquam privilegium agnoscitur. — Quod si impubes sciens et advertens suum privilegium, valensque resilire, statim non resilit, jam sponsalibus censetur consentire.

Quod impubes factus pubes debeat statim reclamare, infertur ex citato cap. *De illis*, ex verbis: *Cum ad annos... [pubertatis] pervenerit, reclamaverit, etc.* Ubi enim non apponitur tempus, intelligitur *statim*; ut communiter hic intelligunt doctores, utque diximus *n. 845, v. Secunda*, ubi probatum est statim deberi id quod debetur. — Quod autem illud *statim* intelligatur intra triduum, probatur ex *leg. fin. C., de errore advocator.*; ibi: *Ex continenti, id est triduo.* Ita communiter Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Salmant.¹¹, Viva¹²; Palaus¹³ cum Gutierrez et Felino; ac Holzmann¹⁴ cum Pichler.

Dicunt autem Sanchez¹⁵ et Pontius¹⁶ quod si alter sponsorum ante pubertatem dissenserit et in tali dissensu perseveraverit, solvuntur sponsalia cum ille ad pubertatem pervenit. — Si tamen interne tantum dissenserit, censent Sanchez¹⁷; et Bonacina¹⁸ cum Coninck, etc., posse etiam resilire in conscientia. Sed probabilius id negant Concina^{a)} et Pontius¹⁹; ac Palaus²⁰ cum Gutierrez^{b)}, etc.: tum quia hoc beneficium resiliendi non conceditur a jure nisi reclamantibus, quod certe in-

Reclamandum statim seu in triduum

Inter impuberes, non nisi post pubertatem.

Tunc quaelibet pars potest reclamare.

Dissensus internus, probabilius sufficit in conscientia

Rebell., part. 2, lib. 4, qu. 8, n. 1 et 3. — ¹ Lib. 24, n. 260-264. - *Vivald.*, Candelabr., de Sponsal., cap. 5, n. 2 et 3 (*edit.* 1590, n. 31). - *Philiarch.*, de Off. sacerdot., part. 2, lib. 2, cap. 1. — ² *Escob.*, n. 262. — ³ Disp. 1, punct. 17, n. 4. — ⁴ Qu. 2, art. 1, n. 1. — ⁵ De Matr. n. 208. — ⁶ Tr. 9, cap. 2, n. 5. - *Sanch.*, lib. 1, disp. 52, n. 8. — ⁷ 2^a 2^{ae}, qu. 89, art. 9, ad 2. — ⁸ Tr. 9, cap. 2, n. 3. — ⁹ De Matr., lib. 1, disp. 51, n. 14. — ¹⁰ Lib. 12, cap. 9, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 9. —

¹² De Matr., qu. 2, art. 1, n. 2. — ¹³ Tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 5. - *Gutier.*, de Matr., cap. 29, n. 3. *Felin.*, in cap. *Veniens 38*, de testib., n. 15. — ¹⁴ De Matrim., n. 213. *Pichler*, lib. 4, tit. 2, n. 6. — ¹⁵ Lib. 1, disp. 51, n. 16. — ¹⁶ Lib. 12, cap. 9, n. 5. — ¹⁷ Loc. cit., n. 17. — ¹⁸ Qu. 1, punct. 6, n. 5. - *Coninck*, (non citat. hic a Bonac.) disp. 23, dub. 2, p. 7. — ¹⁹ Lib. 12, cap. 9, n. 5. — ²⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 5, i. f.

praesenti argumento; quamvis revera Molina, *de Just., tr. 2, disp. 149, n. 9 et 10*, dicat eum qui juramento alicui mulieri pollicitus sit se eam ducturum, teneri eam ducere, nisi tamen ipsa obligationem remiserit.

^{c)} Sotus, *de Justit. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 9, arg. 2*; Silvester, *v. Sponsalia, qu. 10, v. Primo*; Angelus, *v. Sponsalia, num. 20, v. f.*, illi sententiae contrarii sunt, in quantum negant sponsalia jurata posse dissolvi mutuo consensu, si juramentum propter Deum fuerit emissum; secus vero dicunt esse, si juramentum propter hominem emissum fuerit. Et quidem Escobar auctores citat *n. 262 et*

seqq., ubi tractat de juramento principaliter propter Deum emissio.

^{a)} Roncaglia, *tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 1, resp. 1*, non loquitur de sponsaliis juramento firmatis, sed de jurejurando quod quis Deo faceret uxorem ducendi, nullam determinando; quod profecto invalidum esse dicit.

856. - ^{a)} Concina, *de Matr., diss. 2, cap. 2, n. 3*, dicit: « Reclamatio autem sufficit in foro interiori, etiamsi privata sit ».

^{b)} Gutierrez allegatur a Palao pro contraria sententia, ea scilicet quae affirmat satis esse in conscientia dissensum internum: quam profecto tenet, *loc. cit., num. 7.*

telligitur externe; tum quia, sicut ad ineundum contractum non sufficit solus consensus internus, ita ad contractum solvendum nec sufficit solus internus consensus.

Quaeritur autem: *an casu quo impuberes juramento sponsalia firmaverint, possint invita parte resilire in pubertate?*

Negant Bonacina¹, Roncaglia²; et Salmant.³ cum Aversa, Becano, Dicastillo et Sanchez⁴ (ut citant). — Id probant 1°. Ex cap. *Ex litteris, de sponsal.*, ubi dicunt id expressum haberi. Probant 2°. Ratione: quia sponsalia impuberum, secluso juramento, valida sunt, quamvis dissolubilia; ergo juramento firmantur.

Sed affirmant Pontius⁵, Concina⁶; Viva⁷ cum Perez; ac Palaus⁸ cum Paludano, Henrico, etc. Et merito Salmant.⁹ id probabile putant; quia juramentum sortitur legem contractus seu sponsalium, quae (ut vidimus) inter impuberes sunt revocabilia. — Nec obstat textus in citato cap. *Ex litteris*. Nam, ut advertunt Pontius, Palaus et Viva, ibi sermo erat tantum de *impubescentibus* (ut exprimit textus), id est de pubertati proximis, qui, malitia aetatem supplente, jure merito ut puberes habentur. — Et huic sententiae consentit^{c)} etiam Sanchez¹⁰ cum Covarruvias, Lopez, etc.

¹ Qu. 1. punct. 6, n. 4. — ² Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ³ Tr. 9, cap. 2, n. 15. — *Aversa*, qu. 8, sect. 11, v. *Septimo*. — *Becan.*, de Sacram., cap. 43, qu. 26, n. 7. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 33, n. 494. — ⁴ De Matr., lib. 1, disp. 51, n. 22. — ⁵ Lib. 12, cap. 9, n. 8. — ⁶ De Matr., diss. 2, cap. 2, n. 3, i. f. — ⁷ Qu. 2, art. 1, n. 3. — *Perez*, de Matr., disp. 9, sect. 2, n. 8. — ⁸ Tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 9. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 10 (n. 28). — *Henricus Boich*, in cap. *Praeterea 2*, de sponsal., n. 9. — ⁹ Tr. 9, cap. 2, n. 15. — *Pont.*, lib. 12, cap. 9, n. 8. — *Palaus*, tr. 28, disp. 1, punct. 17, n. 9. —

857. — « III°. Si superveniat *impedimentum dirimens* matrimonium. — Bona-
« cina¹¹ ».

Dubitatur 1°. *An per impedimentum superveniens sponsalia dissolvantur?* — Hic distinguendum:

Si impedimentum sit *impediens*, communissime et probabilius Sanchez¹², Palaus¹³; Escobar¹⁴ cum Paludano; Bonacina¹⁵ cum Reginaldo; et Salmant. cum Coninck, contra Sotum^{a)}, Aversa et Ledesma^{a)}, negant sponsalia dissolvi: nisi impedimentum proveniat ex voto religionis, et valde probabiliter etiam castitatis (juxta dicenda, n. 873, *Dubit. 1*). Ratio, quia alia impedimenta hodie non vigent nec indigent dispensatione. — Si vero impedimentum sit *dirimens*, certum est apud omnes (vide Salmant.¹⁶) dissolvi ex parte innocentis, ita ut iste non teneatur admittere dispensationem. Sufficit autem ad solvenda sponsalia sola fama hujusmodi impedimenti; ut bene advertit Viva¹⁷, ex cap. *Cum in tua 27, de sponsal.*, et cap. *Super eo 2, de consanguin.*, ubi: *Si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, etc.* Ad hoc tamen requiritur fama, non sufficit rumor: *fama* est quando adest opinio impedimenti apud majorem partem viciniae; *rumor*, apud minorem. Viva¹⁸.

Sed Dubium est: *an tunc sponsalia solvantur etiam ex parte nocentis?*

Viva, qu. 2, art. 1, n. 4. — ¹⁰ De Matr., lib. 1, disp. 51, n. 24. — *Covarr.*, de Sponsal., part. 1, cap. 5, § 1, n. 3. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, cap. 38, de Matr., v. *Sed controverti hic solet*. — ¹¹ Qu. 1, punct. 7, n. 5. — ¹² Loc. cit., disp. 56, n. 3. — ¹³ Tr. 28, disp. 1, punct. 26, n. 1. — ¹⁴ Lib. 24, n. 285. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, ad 2, concl. 2 (n. 31). — ¹⁵ Qu. 1, punct. 7, n. 8. — *Regin.*, lib. 31, n. 263. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 2, n. 69. — *Coninck*, disp. 23, dub. 5, n. 36. — *Aversa*, qu. 8, sect. 14, v. *Primo*. — ¹⁶ Tr. 9, cap. 2, n. 70. — ¹⁷ De Matr., qu. 2, art. 7, n. 4. — ¹⁸ Loc. cit., n. 4.

^{c)} Sanchez nempe consentit huic ultimo asserto de impubescentibus. Dicit enim, uti S: Alphonsus in prima sententia retulit: « Sententia multo probabilior ait firmari juramento [sponsalia impuberum], nec licitum est resilire ». Quod sic limitat n. 23: « Hoc tamen juramentum, ut firmet sponsalia, praestandum est ab impuberibus doli capacibus »: scilicet, ut explicat, n. 24, « quando ita proximi pubertati sunt, ut intellectum et discretionem habeant ad firma omnino et irrevocabilia reddenda sponsalia ». Et pro hoc citat

Covarruvias et Ludov. Lopez, qui idem revera tenent.

857. — ^{a)} Sotus, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 5, cas. 8, dicit sponsalia dissolvi propter affinitatem supervenientem, « vel propter aliud quodcumque juris impedimentum ». — Et fere idem tenet Petrus de Ledesma, de Matr., qu. 43, art. 3, caus. 3, dicens dissolvi per affinitatem supervenientem; « et idem omnino est (addit), si supervenerit quodlibet aliud impedimentum eorum quae impediunt matrimonium contrahendum ».

Impedimentum impediens superveniens non dissolvit sponsalia.

Exceptio.

Impedimentum dirimens solvit ex parte innocentis.

Sufficit fama impedimenti, non rumor.

Etsi impuberes sponsalia juraverunt, probabiliter possunt resilire in pubertate invita parte.

Affirmat Dicastillus¹, et probabile putant Salmant.²; quia, supposito tali impedimento, jam factum est impossibile matrimonium^{b)}. — Negant vero communius et probabilius Sanchez³; et Palaus⁴ cum Coninck et Gutierrez^{c)}; qui dicunt tunc suspendi obligationem sponsalium donec tollatur impedimentum; quia aequum non est ut delinquens commodum ex suo crimine reportet, ex *cap. 2, de translat. episc.* — Sed

858. - Dubitatur 2^o. *An qui impedimentum apposuit, teneatur dispensationem obtinere, vel ipsam oblatam acceptare?*

Alii, ut Filiucci, Coninck^{a)} et Aversa, apud Salmant.⁵, dicunt non teneri, etiamsi sponsalia fuerint jurata: nisi ad hoc obligetur ratione damni illati, nempe deflorationis vel famae deturpatae. Tum quia promissio intelligitur facta, rebus in eodem statu manentibus, ex *cap. Quemadmodum, de jurejur.*, tum quia nemo tenetur a lege se extrahere per dispensationem. — Alii vero, ut Roncaglia⁶; Palaus⁷ cum Ochagavia; ac Salmant.⁸ cum Ledesma, etc., dicunt teneri, adhuc praeciso damno illato^{b)}, ad procurandam dispensationem, una cum diligentia et expensis

¹ De Matr., disp. 1, dub. 38, n. 554. — ² Tr. 9, cap. 2, n. 70. — ³ De Matr., lib. 1, disp. 56, n. 4. — ⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 26, n. 2. - Coninck, disp. 23, dub. 5, n. 37. — *Fili.*, tr. 10, cap. 8, num. 291. *Aversa*, qu. 8, sect. 14, v. *Ila autem*. ⁵ Tr. 9, cap. 2, n. 72. — ⁶ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 10, resp. 2. — ⁷ Tr. 28, disp. 1, punct. 26, n. 4. - *Ochagav.*,

quae communiter pro tali dispensatione fieri solent, etiamsi essent magnae. Ratio, quia tenetur quisque, modo quo potest, resarcire jus alterius quod ipse injuste laesit, apponendo impedimentum.

Alii demum probabilius, ut Sanchez⁹, Viva¹⁰, Wigandt¹¹; Bonacina¹² cum Gutierrez; et Sporer¹³ (cum communi, ut asserit) dicunt teneri quidem, etiam secluso damno illato^{c)}, si dispensatio facile posset impetrari. Secus, si ad eam requirerentur magnae expensae et longa mora; quia obligatio orta ex sponsalibus urget sponsum ad apponenda media tantum ordinaria et facilia, non autem difficilia et extraordinaria. — Excipit tamen Sporer¹⁴ cum Tamburinio^{d)}, nisi esset reparandum damnum deflorationis vel famae (ut supra); quia tunc teneretur etiam magnam expensam erogare: sed non tantam, ut cogeretur a suo statu decidere.

An autem habens votum castitatis teneatur ducere virginem defloratam sub promissione matrimonii? Et an teneatur petere dispensationem, qui sub promissione matrimonii violaverit consanguineam? — Vide dicta *Lib. III, num. 649 et 650 e)*.

tr. 1, qu. 23, n. 3. — ⁸ Loc. cit., n. 73. *Petr. Ledesma*, de Matr., qu. 43, art. 3, caus. 3. — ⁹ De Matr., lib. 1, disp. 56, n. 4. — ¹⁰ De Matr., qu. 2, art. 7, n. 3. — ¹¹ Tr. 16, n. 22. — ¹² De Matr., qu. 1, punct. 7, n. 9. *Gutierr.*, de Matr., cap. 32, n. 2. — ¹³ Part. 4, cap. 1, n. 277. — ¹⁴ Loc. cit., n. 278.

^{b)} Dicastillus affirmat sponsalia absolute dissolvi; negat nocentem teneri ad petendam dispensationem vi promissionis sponsalitia; et ait teneri solum ratione damni culpabiliter illati, quod aliter reparari nequeat, *num. 558 et 559*, et in hoc discrepat a secunda sententia. Imo *n. 561*, negat teneri, vi sponsalium, ad contrahendum, licet obtenta fuerit dispensatio: « Non reviviscet, inquit, obligatio sponsalitia semel extincta; imo nec ipse sponsus tenetur obligatione sponsalitia; ex parte enim utriusque extincta fuerunt sponsalia...; atque adeo non poterit cogi ad illa praecise propter eam obligationem, solumque tenebitur resarcire damnum illatum »; unde si id fieri poterit « citra matrimonium... non poterit cogi sponsus ad matrimonium ».

^{c)} Gutierrez, *de Matr.*, *cap. 32, n. 2*, loquitur de impedimento impediante.

858. - ^{a)} Coninck, *loc. cit.*, *n. 37*, adhaeret sententiae quam S. Alphonsus probabiliorum existimat: dicit enim illum qui impedimentum

apposuit, teneri dispensationem impetrare, altera parte id exigente, si sine notabili incommodo eam obtinere possit; alias non ».

^{b)} Ochagavia et Ledesma *absolute* loquuntur, et dicunt teneri; quod satis innuit id valere etiam praeciso damno.

^{c)} Viva et Wigandt *absolute* loquuntur; proinde videtur innuere clausulam: *etiam secluso damno illato*.

^{d)} Tamburinius, *lib. 8, tr. 3, cap. 5, § 7, n. 7*, utique hanc limitationem approbat; sed ipse ulterius progreditur, et *n. 9*, verissimam appellat opinionem quae affirmat teneri semper, etiam magnis sumptibus, non quidem vi sponsalium, sed vi damnificationis; et hanc opinionem ita veram existimat, ut contrariam ne probabilem quidem vocare velit. Sed *n. 11*, limitat suam sententiam uti S. Alphonsus indicat: si nempe deflorator notabiliter decideret a statu suo, tunc excusaretur.

^{e)} Sed vide etiam hic infra ad *n. 859* notam *a*.

Probabilius non solvit ex parte nocentis.

Impedimentum apponens, juxta alios, non tenetur, secluso damno, dispensationem obtinere.

Juxta alios, tenetur etiam praeciso damno.

Probabilius tenetur secluso damno.

Nisi reorantur gnae expensae et longa mora.

Limitatio.

859. - Dubitatur 3°. *Si sponsalia sint contracta inter habentes impedimentum dirimens, sub conditione expressa si Papa dispensaverit, utrum, impleta conditione, valida sint sine novo consensu?*

Vide dicta *Lib. III, n. 650, v. 2° Quando vero*, ubi sententiam tenuimus affirmativam ^{a)} cum Lugo, Laymann, Sanchez, Palao, Salmant., etc. Quibus adde Pontium ¹ et Bonacina ². — Licet enim sponsalia ante conditionem impletam vera sponsalia non sint, inducunt tamen absolutam obligationem expectandi eventum conditionis: ergo consensus perseverat usque ad impletionem conditionis. Unde infertur quod, esto ante conditionis verificationem haec sponsalia non inducant impedimentum publicae honestatis, peccaret tamen sponsus, si cum sorore sponsae matrimonium contraheret: et haec secunda sponsalia essent nulla ^{b)}, cum esset promissio de re injusta, quae non obligat: ut recte dicunt Sporer ³, et Pontius ⁴ cum decreto S. Congregationis ^{c)}.

860. - « IV°. Per *atrox crimen alterius sponsi* solvuntur ex parte innocentis. — Quale censetur:

« 1°. *Fornicatio* sive spiritualis, ut haec resis; sive corporalis, tam sponsi quam sponsae, post sponsalia: et sponsae, etiam ante illa, sed a sponso ignorata, licet « per vim facta. Bonacina ⁵. — Imo, si

« sponsa permittat se tangi impudice ab alio per oscula et amplexus, potest sponsus resilire a sponsalibus. Sed non vice versa; quia, etsi sponsus id faciat, non est dedecus sponsae, nec mutatio aliqujus momenti. Reginaldus, Sanchez, « Diana ⁶ ». [Ita etiam Sanchez ⁷; et Salmant. ⁸ cum Coninck, Dicastillo, etc.] « Limitant autem Coninck et Laymann »: [Ut etiam Sanchez ^{a)} et Salmant. ⁹ cum aliis citatis] « nisi talia oscula et tactus sint ita frequentes, ut indicent valde propensum sponsi animum in alteram, ut merito timeri possit ne sponsae non sit fides servaturus. — Si autem uterque sponsus fornicetur post sponsalia, neutrum posse resilire docent Palaus ^{b)} et Bonacina: contra Coninck, Reginaldus, Sanchez, Laymann et Pontium, « qui soli viro id eo casu permittunt, eo quod delicta sint imparia, et longe gravius damnum immineat ipsi propter incertitudinem prolis. Diana ¹⁰.

« 2°. *Furtum grave, homicidium*, etc., vel simile, quod grave damnum vel infamiam pariat. — Bonacina ¹¹ ».

861. - Si fornicatio fuerit ante sponsalia, certum est apud omnes, posse virum, cognita fornicatione sponsae post sponsalia, eam relinquere. — E converso, non potest mulier rescindere sponsalia ob fornicationem sponsi cum alia ante habitam;

Fornicatio sponsae ante habitam solvit sponsalia.

Non fornicatio sponsi.

Lugo, de Just. et Jure, disp. 12, num. 53. Laym., lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 7, n. 4. - Sanch., de Matr., lib. 5, disp. 5, n. 12. Palaus, tr. 28, disp. 1, punct. 16, n. 11. - Salmant., tr. 9, cap. 2, n. 74. — ¹ Lib. 12, cap. 7, n. 1. — ² Qu. 1, punct. 7, n. 10. — ³ Part. 4, cap. 1, n. 211 et 216. — ⁴ Lib. 7, cap. 36, n. 7. — ⁵ Qu. 1, punct. 8, n. 1, 3 et 7. Regin., lib. 31, n. 262. — Sanch., de Matr., lib. 1, disp. 55, n. 5. — ⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 283. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Tr. 9,

cap. 2, num. 80. Coninck, de Sacram., disp. 23, dub. 7, n. 56. - Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 39, n. 577. - Coninck, loc. cit., n. 56 - Laym., lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 11. — ⁹ Loc. cit., num. 80. — Bonac., qu. 1, punct. 8, num. 6. — Coninck, disp. 23, n. 63. — Regin., lib. 31, n. 262. — Sanch., lib. 1, disp. 55, n. 9. — Laym., lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, num. 12. — Pont., lib. 12, cap. 17, num. 3. — ¹⁰ Part. 3, tr. 4, resol. 284. — ¹¹ Qu. 1, punct. 8, n. 12.

859. - ^{a)} Lib. III, n. 650, S. Doctor disputat de casu aliquantulum diverso, nimirum de eo qui consanguineam defloravit sub promissione matrimonii et sub pacto expresso impetrandi dispensationem; et dicit verius promissionem obligare. Quodsi hoc admittendum sit de promissione *unilateralis*; at certe non valet de contractu sponsalium proprie dicto; etenim S. C. C. pluries declaravit invalida et nullius roboris, sponsalia inter habentes impedimentum dirimens contracta sub conditione: si Papa dispensaverit, et signanter die 26 Januar. 1709, in Brugnatem. *Sponsalium*, et die 12 Decembr. 1733, in Januen. *Sponsalium*. Cfr. Thesaurum Resolut. S. C. C.,

tom. 6, ann. 1733-1734, fol. 205 et seqq.; cfr. etiam Acta S. Sedis tom. I, fol. 75 et seqq., 121 et seqq.

^{b)} Sporer dicit invalida fore secunda sponsalia, post obtentam dispensationem.

^{c)} Declaratio S. C. a Pontio affertur pro sententia quae negat impedimentum publicae honestatis oriri ex sponsalibus conditionatis. Quod utique intelligendum est, quamdiu conditio verificata non fuerit. Cfr. Pallottini, *v. Matrimonium*, § 12, n. 23 et seqq.

860. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit.*, hanc limitationem silentio praetermittit.

^{b)} Busenbaum utique citat Palaum, sed non bene; quia, uti inferius notabit S. Alphon-

ut communiter docent Sanchez¹, Pontius²; et Salmant.³ cum Palao et Dicastillo (contra Holzmann⁴). Nisi, limitant Sanchez⁵, Pontius⁶, Tamburinius⁷; et Roncaglia⁸ cum Coninck et Palao, vir insuper prolem ex alia habuerit; vel etiam, nisi ipse noscatur fuisse deditus huic vitio^{a)}, cum pluribus feminis se commiscendo.

Si vero fornicatio fuerit *post* sponsalia, certum est posse sponsum mulierem relinquare, si ipsa voluntarie fornicata sit.

Sed dubitatur 1^o. *An vir possit a sponsalibus resiliere, si sponsa violenter fuerit fornicationem passa?*

Negant Armilla, Tabiena, Rosella, etc., apud Escobar⁹. Quia (ut ajunt), cum ipsa culpa vacaverit, non est suo jure privanda.

— Sed communiter et verius affirmant Sanchez¹⁰, Navarrus¹¹, Concina¹², Sporer^{b)}, Holzmann¹³, Pontius¹⁴, Palaus¹⁵; Laymann¹⁶ cum Silvestro et Covarruvias; Escobar¹⁷ cum S. Antonino, Paludano, Soto et Ledesma; ac Bonacina¹⁸ cum Coninck, Filliuccio, Henriquez, Gutierrez et Reginaldo, ex can. *Raptor* 33, *caus.* 27, *qu.* 2, ubi expresse permittitur sponso repudiare sponsam violenter raptam. Et ratio est, quia sponsa per talem oppres-

sionem, licet sine sua culpa, notabiliter vilior redditur; unde notabiliter mutantur circumstantiae, juxta mox dicenda *n.* 863.

862. — Dubitatur 2^o. *An, utroque sponso fornicante, utriusque liceat resiliere?* — Ad sunt tres sententiae:

Prima, quam tenet Palaus¹⁹, affirmat. — Nam, esto fornicatio sponsae turpior sit; tamen sponsus, cum etiam per suam fornicationem violet fidem datam, jam tribuit sponsae justam causam resiliendi.

Secunda sententia, quam tenent Viva²⁰; Bonacina²¹ cum Paludano; Holzmann²² cum Babenstuber; item Aversa^{a)} et Perez, apud Salmant.²³, dicit neutrum posse resiliere, sed dari compensationem, ita ut neuter queat a sponsalibus recedere. — Ratio, quia, sicut post matrimonium contractum, si uterque conjux adulteretur, neuter potest petere divortium, ex *cap. 6, de adulter.*; ita, si post sponsalia uterque sponsus fornicetur, neuter potest resiliere.

Tertia vero sententia probabilior (et communis, ut fatetur ipse Palaus), quam tenent Pontius²⁴, Sanchez²⁵, Laymann²⁶, Concina²⁷, Escobar²⁸, Sporer²⁹, Renzi³⁰; et Salmant.³¹ cum Coninck, Henriquez^{b)},

dist. 27, qu. 1, art. 3, ad 1, concl. 1 (n. 17). — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 5, v. *Septimus casus*. — *Petr. Ledesma*, de Matr., qu. 43, art. 3, v. *Sexta causa*. — ¹⁸ Qu. 1, punct. 8, n. 3. — *Coninck*, disp. 23, dub. 7, n. 55. — *Fill.*, tr. 10, cap. 8, n. 288. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 6, lit. b. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 31, n. 3. — *Regin.*, lib. 31, n. 262. — ¹⁹ Tr. 28, disp. 1, punct. 25, n. 10. — ²⁰ De Matr., qu. 2, art. 2, n. 3. — ²¹ Qu. 1, punct. 8, n. 6. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, ad 1, concl. 1, v. *Quarto* (n. 17). — ²² De Matr., n. 258. — *Babenst.*, de Matr., disp. 1, art. 4, n. 28. — *Perez*, disp. 9, sect. 16, n. 2. — ²³ Tr. 9, cap. 2, n. 83. — *Palaus*, tr. 28, disp. 1, punct. 25, n. 9. — ²⁴ Lib. 12, cap. 17, n. 3. — ²⁵ Lib. 1, disp. 55, n. 9. — ²⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 12. — ²⁷ De Matr., diss. 2, cap. 2, n. 26. — ²⁸ Lib. 24, n. 281. — ²⁹ Part. 4, cap. 1, n. 271. — ³⁰ Cap. 1, sect. 3, qu. 7. — ³¹ Tr. 9, cap. 2, n. 84. — *Coninck*, disp. 23, dub. 7, n. 63.

sus, Palaus tenet utrumque posse resiliere; sed forte pro Palao legendus est Paludanus: tota enim citatio ex Diana videtur desumpta esse, qui Paludanus, non vero Palaus, citat. Et revera Paludanus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, num. 17, dicit eo casu compensationem dari.

861. — ^{a)} Hanc secundam dumtaxat limitationem apponunt Sanchez et Pontius.

^{b)} Sporer, *part. 4, cap. 1, n. 272*, ita sane docet, sed probabilem existimat limitationem quam apponit Laymann: si nempe aperte constaret oppressionem sponsae absque omni

ejus culpa accidisse, v. g. in somno, praesertim medicato, sponsum resiliere non posse, cum exinde sponsa tam magnum dedecus non contrahat.

862. — ^{a)} Aversa parum fideliter refertur a Salmant.; ipse enim, *qu. 8, sect. 14, v. Porro*, exponit hanc et aliam sententiam: sed non explicat utram amplectatur; quin immo, hanc videtur rejicere, refellendo paritatem quae adducitur inter adulterium ab utroque e conjugibus commissum, et fornicationem utriusque sponsi.

^{b)} Henriquez, quidquid dicant Salmant.,

Exceptio.

Fornicatio sponsae voluntaria post sponsalia, ea solvit.

Verius etiam violenta.

Utrou fornicat uterque test resili juxta al

Juxta alios, neuter potest resiliere.

Probilius sponso test resili.

Diana, Leandro, Dicastillo, etc., docet sponsum bene posse resilire; non vero sponsam. Ratio, quia in hoc non daretur aequa compensatio; cum longe turpior sit fornicatio sponsae quam sponsi. — Dispar autem est ratio divortii propter adulterium. Quia obligatio matrimonii quoad torum difficilius solvitur quam sponsalium obligatio, quae solvi potest ex quacumque rerum notabili mutatione (sicut esset haec) superveniente; ut mox dicetur num. sequenti.

Notabilis mutatio superveniens solvit sponsalia.

863. — « V^o. Si *notabilis mutatio* accidat vel detegatur, quae si a principio cognita fuisset, a sponsalibus deterruisset ». [Ita communiter Sanchez¹, Pontius², Palaus³, Salmant.⁴ et alii passim. Et hoc procedere ait Viva⁵, etiamsi intervenit copula: tunc enim sufficit damnum compensare]. — « Qualis esset, v. gr.

Inimicitia vel odium grave.

« 1^o. *Inimicitia* vel *odium grave* inter sponsos. Quo refertur morum asperitas vel saevitia, post sponsalia primum cognita^{a)}; item justus timor ne ex matrimonio scandala et gravia odia nascentur inter parentes vel consanguineos. — Laymann⁶, Bonacina⁷, etc.

Morbus vel mutilatio gravis.

« 2^o. Si alteruter incidat in *lepram*, paralysim, morbum gallicum, etc.; si graviter *mutiletur*, ut amissione oculi, nasi, vel aliter graviter deformetur, praesertim sponsa, vel sponsus reddatur ineptus ad opificium exercendum

« vel acquirendum officium ad sustentationem familiae necessarium^{b)}. Diana⁸ « ex Sanchez⁹, Coninck¹⁰, Laymann¹¹, « et Bonacina¹² ». [Ita communiter omnes, cum D. Thoma¹³. Et hoc, etiamsi non adsit certitudo de tali defectu, sed sola (vehemens tamen sive prudens) suspicio; ut Pontius^{c)} et Palaus¹⁴]. — « Non tamen tenetur sponte aperire tales defectus, qui reddant nuptias minus quidem appetibiles, non tamen perniciosas, praesertim si aliquam infamiam habeant adjunctam (v. gr. si sponsa vi vel sponte fuisset corrupta): dummodo tamen contrarium positive verbo factove non simulet; potestque interrogatus licite dissimulare et contrahere matrimonium. — « Si vero defectus sint perniciosi, v. gr. morbus contagiosus, gravis infamia sive personalis sive generis aut familiae, non licet (etiamsi post sponsalia contracta in eos inciderit) contrahere cum eorum ignaro, nisi similes defectus ipse patitur. Coninck, Pontius, Diana¹⁵: ubi ex Coninck et Sanchez (contra Pontium^{d)}, Navarrum^{e)}, etc.) infert sponsam post sponsalia corruptam, posse sponsum, defectus istius occulti ignarum, cogere ad standum sponsalibus, et contrahendum matrimonium.

« 3^o. Si magna alterius *debita* detegatur, vel grave sit periculum fortunarum, famae, morbi, paupertatis, etc.; vel

Magna debita vel gravis mali periculum.

Diana, part. 3, tr. 4, resol. 284. — *Leand.*, tr. 9, disp. 2, qu. 34. *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 39, num. 587. — ¹ Lib. 1, disp. 63, n. 2. — ² Lib. 12, cap. 17, n. 2; cfr. n. 9, et cap. 18, num. 1. — ³ Tr. 28, disp. 1, punct. 29, num. 1; cfr. n. 2, et punct. 28, n. 6. — ⁴ Tr. 9, cap. 2, n. 63. — ⁵ De Matr., qu. 2, art. 6, n. 4. — ⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, num. 18. — ⁷ Qu. 1, punct. 8, num. 8, 15 et 18. — ⁸ Part. 3,

tr. 4, resol. 285. — ⁹ Lib. 1, disp. 57. — ¹⁰ Disp. 23, dub. 8, num. 66 et 67. — ¹¹ Loc. cit., num. 18. — ¹² Loc. cit., n. 9 et 10. — ¹³ Suppl., qu. 43, art. 3, ad 3. — ¹⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 27, n. 3. — *Coninck*, disp. 23, n. 91, 92, 96 et seqq. — *Pont.*, lib. 12, cap. 18, num. 5 et 6. — ¹⁵ Part. 3, tract. 4, resol. 287. *Coninck*, loc. cit., num. 97. *Sanch.*, lib. 1, disp. 68, n. 8.

potius concedit utrique jus resiliendi; scribit enim, *lib. 11, cap. 14, n. 6*, lit. c, esse causam dissolvendi sponsalia: « Si post sponsalia alter, etiam vir, fornicetur, aut femina etiam per coactionem; nec fit compensatio ex sequenti alterius fornicatione ».

863. — ^{a)} De morum asperitate vel saevitia Laymann hic non loquitur.

^{b)} Bonacina, Sanchez, Laymann omittunt ineptitudinem ad officium. Ut vero deformitas sponsi det jus resiliendi, Bonacina, Diana et Coninck requirunt ut sit valde magna, vel addunt Diana et Coninck ut sit juncta alii malo, v. g. ineptitudini ad officium, etc. In reliquis vero concordant.

^{c)} Pontius, *loc. cit.*, n. 4, haec de morbo gallico tantum habet.

^{d)} Pontius, *loc. cit.*, cap. 18, n. 7, loquitur in generali de sponso patiente defectum qui reddit nuptias, non quidem perniciosas, sed minus appetibiles, qualis certe est defectus de quo in praesenti tractat Busenbaum, et dicit: « Probabile satis est posse cogere ut impleat... Probabilius tamen videtur non posse illum resilientem cogere ».

^{e)} Navarrus a Diana citatur tantum pro argumento a simili, nempe pro adulterio ignoto, quod juxta Navarrum, *Man.*, cap. 22, n. 23, tollit jus exigendi tamquam debitum, non vero rogandi tamquam licitum.

« sponsa dotem promissam afferre nequeat; « vel denique si sponsus incipiat vagari « cum incommodo sponsae. Bonacina ^{f)} ». — [Item Sporer ¹, Sanchez ²; ac Pontius ³ cum Coninck, Rebello et Toletto: sive dos, ut ajunt, sit promissa, sive non ^{g)}. — Et idem dicunt Sporer ⁴ et Pontius ⁵, si timeatur pater filium exhaeredaturus].

« Quod si autem, defectu sponsae de- « tecto, dubitet sponsus an si eum ab « initio cognovisset, contracturus fuisset: « tum, si defectus ille censeatur gravis « ac notabilis, praesumetur pro sponso, « cui liberum erit resilire. Sanchez, Bona- « cina, Tancredi ⁶. — Secus, si defectus « sit levis. Bardi ⁷ ».

864. - Quaeritur: *an pars laborans occulto defectu, sufficienti ad solvenda sponsalia, teneatur illum manifestare ante sponsalia, vel eis contractis, ante matrimonium?* — Distinguendum cum comuni.

Si defectus redderet nuptias *perniciosas*, ut esset infamia, lepra, morbus gallicus aut alius contagiosus, tenetur manifestare vel a nuptiis desistere: nisi altera pars eodem defectu laboret ^{a)}. Ita Pontius ⁸, Roncaglia ⁹; Palaus ¹⁰; cum Salmant. ¹¹ cum Coninck; Diana ¹²; Sporer ¹³ cum Perez et Gobat (quidquid dicant Sanchez ¹⁴, et alii apud Salmant.). — Ratio, quia, sicut peccat contra justitiam qui alteri vendit merces noxias, credenti bonas: ita a fortiori,

qui cum pernicioso defectu vult matrimonium contrahere.

865. - Si vero defectus *non* redderet nuptias *noxias*, sed tantum minus appetibiles (nempe, si sponsa esset pauper, quae reputatur dives; ignobilis, quae nobilis; deformis, quae pulchra; corrupta, quae virgo): tunc, esto ipsa non possit virum decipere fingendo se immunem a tali defectu, tamen non tenetur defectum manifestare ^{a)}; sed potest etiam interrogata dissimulare aequivoce respondendo: tunc enim non fingit, sed occultat vitium occultum. Ita Sanchez ¹⁵, Pontius ¹⁶, Sporer ¹⁷ et Diana ¹⁸, Roncaglia ¹⁹, Renzi ²⁰, Croix ²¹; Palaus ²² cum Coninck et Turriano; Salmant. ²³ cum Dicastillo et Aversa; Escobar ²⁴ cum Hurtado et Leandro (contra Ochagavia, *ibid.* ²⁵, et Concina ²⁶). — Ratio: tum quia est consuetudine jam receptum, ut non sit obligatio tales defectus manifestandi; tum quia nemo tenetur propalare suum defectum cum propria infamia, si non laedit jus alterius. Licet enim sponsus, cognito defectu, habeat jus resiliendi a sponsalibus, opponendo exceptionem propter talem defectum; tamen, usquedum ipse exceptionem non opponit, potest cogi a sponsa ad matrimonium: sicut adultera, usquedum vir non opponit exceptionem propter cognitum adulterium, potest ab eo debitum petere.

Lab
defect
dente
nus a
biles n
netur.

Pars labo-
rans defe-
ctu reddent
te nuptias
noxias tene-
tur detege-
re.

¹ Part. 4, cap. 1, n. 282. — ² Lib. 1, disp. 59, n. 2 et 4; cfr. disp. 54, n. 14. — ³ Lib. 12, cap. 17, n. 8. Coninck, disp. 23, num. 69. Rebell., part. 2, lib. 4, qu. 8, num. 69. - Tolet., lib. 7, cap. 21, num. 4, v. 14. — ⁴ Part. 4, cap. 1, num. 282. — ⁵ Loc. cit., num. 8. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 65, n. 4. — *Bonac.*, qu. 1, punct. 8, n. 20. — ⁶ De Matr., lib. 1, disp. 65. — ⁷ Discept. 6, cap. 11, part. 7, § 1, num. 5. — ⁸ Lib. 12, cap. 18, n. 6. — ⁹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 12. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 30, n. 5. — ¹¹ Tr. 9, cap. 2, n. 99. - Coninck, disp. 23, dub. 12, n. 96. — ¹² Part. 3, tr. 4, resol. 287. — ¹³ Part. 4, cap. 1, n. 286. - *Perez*, disp. 10, sect. 2, n. 3 et 9. - *Gobat*, tr. 10, n. 367. — ¹⁴ De Matr., lib. 1, disp. 68,

n. 8. — *Salmant.*, loc. cit., n. 99. — ¹⁵ Lib. 6, disp. 27, n. 9. — ¹⁶ Lib. 12, cap. 18, n. 6. — ¹⁷ Part. 4, cap. 1, n. 286. — ¹⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 287. — ¹⁹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 12; et reg. in praxi, n. 7. — ²⁰ Cap. 1, sect. 3, qu. 10, v. f. — ²¹ Lib. 6, part. 3, n. 182 et 184. — ²² Tr. 28, disp. 1, punct. 30, n. 2 et 4. Coninck, loc. cit., n. 92 et seqq. *Turrian.*, in 2^{am} 2^{ae}, tom. 2, disp. 78, dub. 2. — ²³ Tr. 9, cap. 2, n. 97 et 98. *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 42, n. 641. *Aversa*, qu. 8, sect. 19. — ²⁴ Lib. 24, n. 324. *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 17, n. 62. - *Leand.*, tr. 9, disp. 2, qu. 55; cfr. qu. 56 et 57. — *Ochagav.*, tr. 1, qu. 23, n. 15. ²⁵ *Escob.*, loc. cit., n. 322. — ²⁶ Diss. 2, cap. 2, n. 31.

f) Bonacina, *punct. 8, n. 11*, non nisi de dote loquitur. Ceteri vero auctores non loquuntur de omnibus hic positis, sed alii de alio casu a Busenbaum posito tractant.

g) Sporer omittit ampliationem: sive dos promissa sit sive non. — Coninck, *n. 69 et 70*; Toletus, *loc. cit.*, aperte eam insinuant.

864. - ^{a)} Limitationem istam: Nisi altera pars eodem defectu laboret, omittunt Pontius, Roncaglia, Sporer et Gobat.

865. - ^{a)} Sanchez negat id esse contra justitiam, et addit nullam fore culpam tegere ejusmodi defectus; vel mediis licitis ad illos tegendos uti, si verisimile est quod vir non percipiat vel non tam aegre ferat. — Roncaglia et Turrianus, loquentes de defectu virginitatis, dicunt posse celari (mediis licitis), nisi timeatur detegendum fore post matrimonium, et exinde nascitura odia. Quod infra in exceptione secunda notabit ipse S. Alphonsus,

Unde dicunt praefati auctores quod sponsa ab alio corrupta, etiamsi interrogetur a sponso an fuerit ab alio cognita, poterit dissimulare et negare per restrictionem non pure mentalem, respondendo non esse corruptam: subintelligens in communi aestimatione, aut ad aperiendum tibi.

Additque Diana posse illam sine peccato, aut saltem sine mortali, uti aliquo artificio, quo impediatur ne vir deprehendat esse corruptam.

Exceptio-
nes.

Excipiunt tamen 1^o. Sporer¹, Palaus^{b)}, Pontius^{b)}; et Croix² cum Coninck^{b)} et Perez^{b)}, si sponsa ex concubitu habito cum alio sit praegnans; quia tunc adest periculum damni sponsi, nempe quod deberet alere prolem alienam. — Excipiunt 2^o. Sanchez³, Pontius⁴, Salmant.⁵, Roncaglia⁶, Croix⁷; et Palaus⁸ cum Navarro, Coninck et Turriano, si, non manifestato defectu, prudenter timeatur ne ille propaletur post nuptias initas, et graves inde discordiae sint proventurae. Tunc enim dicunt teneri sponsam, vel suam violationem passam propalare, vel a matrimonio desistere; quia tenetur ex caritate erga sponsum et etiam erga seipsam talia damna praecavere. Sed huic objici posset quod caritas non videtur obligare cum tanto incommodo, nimirum vel se infamandi vel remanendi semper innupta. (Vide dicta n. 851, v. *Ad id autem*).

¹ Part. 4, cap. 1, n. 286. — ² Lib. 6, part. 3, n. 183. — ³ Lib. 6, disp. 27, n. 10. — ⁴ Lib. 12, cap. 18, n. 6. — ⁵ Tr. 9, cap. 2, n. 98. — ⁶ Cap. 3, reg. in praxi, n. 7. — ⁷ Lib. 6, part. 3, n. 184. — ⁸ Tr. 28, disp. 1, punct. 30, n. 3. *Navarr.*, in cap. *Inter verba*, concl. 1, n. 21 (coroll. 16). *Coninck*, disp. 23, dub. 12, n. 92. *Turrian.*, in 2^{am} 2^{ae}, tom. 2, disp. 78, dub. 2, n. 3. — ⁹ Lib. 1, disp. 62, n. 3. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 28, n. 6. — ¹¹ Tr. 9, cap. 2, n. 63. — *Aversa*, qu. 8, sect. 14, v. *Sexto*. — *Petr. Ledesma*, qu. 43,

Ad videndum autem quaenam causae sufficiant ad solvendam obligationem sponsalium, attende has duas regulas:

Prima. Pro causis *supervenientibus* ad sponsalia, sufficit illa causa quae, si esset praevisa, sponsalia non fuissent contracta: tunc enim ab eis libera manet pars quae de novo has causas non dedit^{c)}. Ita communiter Sanchez⁹, Palaus¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Aversa, Ledesma, Henriquez, Dicastillo et aliis. — Ratio, quia sponsi sub hac conditione censentur obligari, nisi accedat notabilis mutatio, qua praevisa, minime contraxissent.

Secunda regula. Pro causis *ignotis anterioribus* ad sponsalia, illa sufficit quae, si superveniret, jam esset sufficiens ad illa rescindenda^{d)}. Ita Pontius¹², Sanchez¹³, Palaus¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Dicastillo, Aversa, Leandro et communi. Quia in tali casu etiam adest notabilis mutatio quae, si ab initio fuisset cognita, jam sponsalia impedisset. — Quapropter, si ignorantia non dedisset causam contractui, sed fuisset concomitans, nempe si sponsus, adhuc cognita prius causa, etiam contraxisset, minime poterit a sponsalibus deinde resilire; quia tunc non advenit illa notabilis mutatio. Ita Pontius¹⁶, Sanchez¹⁷, Palaus^{e)}; et Salmant.¹⁸ cum Dicastillo, Coninck^{f)}, Leandro et Trullench.

866. - « VI^o. Si alter sine alterius licentia proficiscatur in terram longin-

Causae
sufficientes
ad dissolutionem
sponsalium,
quales.

Causae
supervenientes.

Causae
anteriores
ignotae.

art. 3, causa 12. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 7, i. f. *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 40, num. 588. — ¹² Lib. 12, cap. 18, n. 1. — ¹³ Lib. 1, disp. 63, n. 2. — ¹⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 29, n. 1. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 2, n. 87. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 40, n. 604. *Aversa*, qu. 8, sect. 15, v. *Dicendum tamen*. *Leand.*, disp. 2, qu. 49. — ¹⁶ Lib. 12, cap. 18, n. 4. — ¹⁷ Lib. 1, disp. 65, n. 2. — ¹⁸ Loc. cit., n. 93. — *Dicast.*, loc. cit., n. 605 et 621. — *Leand.*, disp. 2, qu. 53. — *Trull.*, lib. 7, cap. 2, dub. 13, n. 3.

^{b)} Palaus, *punct. 30, num. 5*; Pontius, *lib. 12, cap. 18, num. 6*; Coninck, *disp. 23, dub. 12, num. 100*; Perez, *disp. 10, sect. 2, n. 9*, exceptionem istam non apponunt; sed Palaus, Coninck et Perez rationem afferunt qua utitur Croix ad probandam eam, scilicet: Qui ligna putrida vendit, tenetur aperire hunc defectum ante traditionem, vel contractum rescindere.

^{c)} Sanchez et Ledesma, *locis cit.*, dicunt utique dissolvi sponsalia, non tamen explicant quaenam pars libera remaneat. — Henriquez autem scribit: « Denique arbitrio prudentis

relinquitur, ut, si aliquid de novo adveniat aut agnoscatur, solvat sponsalia, quod si a principio accidisset aut notum fuisset, solvisset ea ».

^{d)} Excepta fornicatione: scilicet sponsi, ut limitant auctores.

^{e)} Palaus, *loc. cit.*, n. 2, negat id unquam esse praesumendum, scilicet ita affectum esse ut, non obstante defectu, nihilominus contraxisset, nisi id expresserit.

^{f)} Coninck, *de Sacram.*, *disp. 23, dub. 7, n. 60*, hoc utique assertum habet, loquens de fornicatione sponsae.

Absentia sponsi quando sit causa solvendi sponsalia.

«quam; quia censetur renuntiare suo «juri. — Laymann^{a)}, Bonacina¹».

Certum est quod si sponsus alio transfert suum *domicilium*, vel si in *longinquam* regionem abeat, etsi cum animo redeundi, poterit sponsa statim ad alias nuptias transire. — Hoc est expressum in cap. *De illis 5, de sponsal.*, ubi dicitur: *Qui, praestito juramento, promittunt se aliquas mulieres ducturos, et postea, eis incognitis, dimittunt terram, se ad partes alias transferentes..., liberum erit mulieribus... ad alia se vota transferre.*

Si vero sponsus discessit in *propinquum* locum cum animo redeundi: tunc, si discessus fuerit ex causa *necessaria*, puta infirmitatis aut alterius gravis negotii, statutum est in leg. *Saepe*, ff. *de sponsal.*, expectandum esse negotii finem. — Si autem ex causa *voluntaria*^{b)}, quando discessus fuerit *intra* provinciam, dicitur in leg. *2, C. de sponsal.*, expectandum esse ad biennium; quando *extra* provinciam, ad triennium ex leg. *2, C. de repud.*

Dicunt autem fere communiter Sanchez², Bonacina³, Sporer⁴, Viva⁵, Roncaglia⁶, Holzmann⁷; Escobar⁸ cum Soto, Navarro, Armilla, etc.; ac Salmant.⁹

¹ Qu. 1, punct. 6, n. 8. — ² Lib. 1, disp. 54, n. 6. — ³ Loc. cit., n. 8. — ⁴ Part. 4, cap. 1, n. 244. — ⁵ De Matr., qu. 2, art. 3, n. 2. — ⁶ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 2. — ⁷ De Matr., n. 250. — ⁸ Lib. 24, n. 270. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 5, v. *Decimo, quando*. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 26, v. *Quarto*. — *Armill.*, v. *Sponsalia*, n. 12. — ⁹ Tr. 9, cap. 2, n. 61. — *Dicast.*, de Matr., disp. 1, dub. 36, n. 535 et 537.

cum Dicastillo, Gonet et Aversa, jus civile in hoc correctum fuisse a jure canonico in citato cap. *De illis*. Et hoc dicendum, ut ajunt Sanchez¹⁰, Roncaglia¹¹; et Viva¹² cum Perez^{c)}, contra Bonacina^{c)}, etiamsi discessus fuerit ex causa necessaria. — Sed melius dicunt Palaus¹³, et Pontius¹⁴ cum Canisio, in hoc minime correctum fuisse jus civile a canonico. Nam in dicto cap. *De illis* sermo fit tantum de eo qui *domicilium* mutavit; non autem de illo qui discessit reversurus. — Verum recte addunt, neque in hoc standum esse juri civili. Quia praefatae leges terminum statuunt, non ut sponsa possit sponsalia dissolvere, cum (ut diximus n. 853, *Qu. 1, v. Neque*) ex jure civili olim sufficeret unius sponsi voluntas ad solvenda sponsalia; sed ut possit sponsa resilire, lucratis arrhis.

Unde concludendum cum S. Antonino^{d)}, Pontio^{d)}, Sanchez¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Coninck^{d)}, Rebello et Dicastillo, quod semper ac sponsus discessit in propinquum locum, expectandum est donec redeat; vel requiri debet sponsus ut intra certum tempus accedat ad contrahendum matrimonium. — Quod si ille requisitus,

Gonet, Clyp., de Matr., disp. 3, art. 4, n. 67. — *Aversa*, qu. 8 sect. 11, v. *Quarto*. — ¹⁰ Lib. 1, disp. 54, n. 6. — ¹¹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 2. — ¹² De Matr., qu. 2, art. 3, n. 2. — ¹³ Tr. 28, disp. 1, punct. 23, n. 2. — ¹⁴ Lib. 12, cap. 15, n. 4. — *Henr. Canisius*, in cap. *De illis*, de sponsal., n. 2. — ¹⁵ Lib. 1, disp. 54, n. 11. — ¹⁶ Tr. 9, cap. 2, n. 62. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, sect. 3, n. 16. — *Dicast.*, disp. 1, dub. 36, n. 531.

866. — ^{a)} Laymann ita docet, *lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 13*, de discessu sponsi, non obtenta sponsae licentia.

^{b)} Leges quae sequuntur loquuntur de simplici discessu, non explicantes utrum sit ex causa necessaria an voluntaria. Nisi tamen velimus inducere leges sibi invicem pugnantes, cum *L. Saepe* loquatur de causa necessaria, necesse est ut has alias leges de absentia ex causa voluntaria interpretemur.

^{c)} Perez, *disp. 9, sect. 9, n. 10*, dicit sponsam posse statim resilire, etiam si causa discessus fuerit necessaria; quamvis n. 9 neget jus civile fuisse correctum in hac parte a jure canonico, «cum loquantur in diversa facti specie et absentia sponsi». — Bonacina, *qu. 1, punct. 6, n. 8*, contradicit doctrinae expositae a S. Alphonso, in quantum scribit: «Si justa de causa non potest contrahere, non sunt temere dissolvenda sponsalia [casu quo recusat intra tempus fixum contrahere];

sed potius attendenda est qualitas sponsae, quae potest persuadere dissolutionem sponsalium», ut esset v. g. periculum fornicandi.

^{d)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 18, § 1*, dicit: «Praesens non tenetur expectare absentem, nisi per biennium. Tamen secundum Hostiensem, iudex poterit prolongare vel abbreviare tempus, inspecta qualitate personarum». — Pontius, *lib. 12, cap. 15, n. 4*, dicit negotium relinquendum esse «arbitrio iudicis, qui judicabit an admoneri vel requiri sponsum absentem expediat, et tempus expectandi definiet». — Coninck, *disp. 23, n. 51*, monendum esse ait sponsum ut stet promissis; et tunc, *n. 44*, communiter recurrendum ad iudicem, «qui, spectatis omnibus circumstantiis, et difficultatibus quae pars in expectando patitur debet praescribere tempus, quo haec liberetur..., nisi illa promissionem impleat... Nec etiam facile privato alicujus iudicio relinquendum est, quando talis obligatio desinat».

reditum justa ex causa differat: vel erit exspectandum ad prudentis arbitrium, ut dicunt Roncaglia¹, Sporer², Concina³; et Salmant.⁴ cum Coninck^{d)}, Rebello^{e)} et Dicastillo; vel (quod securius est) causa est remittenda arbitrio iudicis, qui, inspectis circumstantiis, vel admonebit sponsum ut redeat infra certum tempus, vel terminum determinabit (praesertim si ille longe abierit), post quem sponsa libera remaneat; ut dicunt Pontius⁵ et Roncaglia⁶, Palaus⁷, ac Salmant. cum eisdem auctoribus. Et idem docet Benedictus XIV⁸ cum Anacleto, Clericato, Perez, etc., ac declaratione S. Congregationis die 2 Octobris 1723, quae pariter sic agendum respondit. Haec autem procedunt, si in sponsalibus nullum fuerit tempus praefixum ad nuptias ineundas. Nam, si fuerit terminus assignatus, vide dicenda *num. seq.*

867. - « VII^o. Si sint inita cum conditione *certo tempore contrahendi* matrimonium, liberatur obligatione is per quem non stetit quominus sit contractum^{a)}. — Laymann⁹ ».

Cum terminus in sponsalibus apponitur, spectandum est an apponatur ad sollicitandam, sive ad non differendam obligationem contrahendi matrimonium; vel an ad obligationem finiendam. — Tunc apponitur ad *sollicitandum*, quando partes ideo praefigunt terminum ut neutra ante illum possit alteram cogere ad implendum contractum. Tunc autem ad *finiendum*, quando terminus apponitur ut eo elapso nulla remaneat obligatio. Et haec ita servanda sunt, si expressis verbis partes ita convenient. — Sed

Dubitatur 1^o. *Si verba sint ambigua*, quando terminus censeri debeat appositus

¹ Tract. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 2. — ² Part. 4, cap. 1, n. 244. — ³ Diss. 2, cap. 2, n. 17. — ⁴ Tr. 9, cap. 2, n. 62. - *Dicast.*, disp. 1, dub. 36, n. 531. — ⁵ Lib. 12, cap. 15, n. 4. — ⁶ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 2. — ⁷ Tr. 28, disp. 1, punct. 23, n. 3. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 2, n. 62. — ⁸ Notif. 46, n. 5. - *Anacl.*, Jus can., lib. 4, tit. 1, n. 215. - *Clericat.*, de Matr., decis. 17, n. 29 et 30. *Perez*, disp. 9, sect. 9, n. 6. *S. Congr. Conc.*, cfr. Bened. XIV, loc. cit., n. 6, et Thesaur. Resol., in *Mediolanen.*; cfr. etiam *Pallottini*, v. *Sponsalia*, n. 175,

ad *sollicitandam* obligationem, et quando ad *finiendam*? — Respondetur cum communi sententia duas regulas in tali dubio assignari:

Prima. Si terminus ab *una* tantum parte praefigitur, altera negative se habente, tunc censetur appositus ad sollicitandum; si vero ab *utraque*, ad finiendum. — *Secunda.* Si terminus apponitur *antequam* sponsalia contrahantur, censetur ad finiendum; secus, si *post* sponsalia contracta. — Ita Sanchez¹⁰, Roncaglia¹¹, Renzi¹²; et Salmant.¹³ cum Coninck, Becano, Dicastillo, etc. Quamvis Pontius¹⁴ dicat praefatas duas regulas non esse generice veras.

Casu autem quo terminus est appositus ad *finiendam* obligationem, elapso tempore ex culpa unius partis, altera innocens liberatur, etiamsi sponsalia fuerint jurata^{b)}; ut commune est apud omnes cum D. Thoma¹⁵. Et patet ex cap. *Sicut 22, de sponsal.*, ubi Pontifex praecepit imponi poenitentiam cuidam sponso qui recessit a sponsalibus cum quadam contractis, et nuptias cum alia inivit: *Nisi (addidit).... juramento suo certum terminum intra quem dictam P. duceret in uxorem, praefixit, nec per eum stetit (nota), quin ad statutum terminum matrimonium consummaverit.* Ergo si per eum non stetit, licite recessisset.

868. - Dubitatur 2^o. *An, elapso termino ex defectu v. gr. sponsi, possit sponsa resilire a sponsalibus, si inculpabiliter omiserit ille nuptias inire, justo detentus impedimento?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Pontius¹⁶; Bonacina¹⁷ cum Reginaldo^{a)}; Viva^{b)}; et Sanchez¹⁸ cum Paludano, Go-

in textu et in nota adjecta. — ⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, num. 16. — ¹⁰ Lib. 1, disp. 53, num. 3. — ¹¹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, resp. 2. — ¹² Cap. 1, sect. 3, qu. 6. — ¹³ Tr. 9, cap. 2, n. 51. *Coninck*, disp. 23, dub. 6, n. 41. - *Becan.*, cap. 43, qu. 28, n. 4. - *Dicast.*, disp. 1, dub. 35, n. 526. — ¹⁴ Lib. 12, cap. 16, n. 3. — ¹⁵ In 4, dist. 27, qu. 2, art. 3, ad 2. — ¹⁶ Lib. 12, cap. 16, n. 4. — ¹⁷ Qu. 1, punct. 6, n. 6. — ¹⁸ Lib. 1, disp. 53, n. 7. - *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 4 (n. 20).

Elapso culpabiliter termino praefixo ad finiendam, pars innocens liberatur.

Elapso termino praefixo, solvuntur sponsalia.

Tempus appositum ad sollicitandam vel ad finiendam obligationem.

Quid, si verba sint ambigua.

Elapso termino ex defectu inculpabili unius, alter nequit resilire, juxta alios.

^{e)} Rebellus, *loc. cit.*, indicat solum iudicium ecclesiasticum.

867. ^{a)} Intellige tamen cum Laymann: « Si ad finiendam obligationem » terminus praefixus sit.

^{b)} S. Thomas absolute loquitur, nec distinguit inter jurata et non jurata sponsalia.

868. - ^{a)} Reginaldus, *lib. 31, n. 261*, hoc dictum omittit, nec pro eo a Bonacina citatur.

^{b)} Viva aperte id insinuat, *qu. 2, art. 3*,

mez^{c)}, etc., *ibid.* 1; item Gutierrez apud Palaum²; et Trullench apud Salmant.³. — Ratio, quia non est aequum ut privetur jure suo, qui ex justa causa impeditur a promissis adimplendis; ex *leg. 1 C. de annal. except.*, ubi: *Legitime impedito non currit tempus, ut jure privetur*^{d)}. Id probant etiam ex citato cap. *Sicut*; sed praefatus textus verius probat oppositum, ut mox videbimus. — Notant vero Bonacina⁴ et Viva^{e)} cum aliis, quod ut pars innocens liberetur a sponsalibus, mora alterius debet esse tanta, ut inspectis circumstantiis, prudenter ipsa censeatur rea culpae mortalis. Item advertit Pontius quod si, ob tale impedimentum unius partis, diutius differatur matrimonium, bene poterit altera adire judicem, ut monita parte impedita, alium terminum praefigat, quo elapso ipsa omnino libera remaneat.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, affirmat; et hanc tenent Laymann⁵, Palaus⁶, Navarrus⁷, Coninck⁸, Salmant.⁹, Concina¹⁰, Roncaglia¹¹. Ratio, quia terminus ad hoc apponitur, ne pars parata diu maneat sine nuptiis; alias frustra tempus praefigetur. — Haec autem sententia clare probatur ex praedicto textu in cap. *Sicut*, quem perperam ad suam sententiam adversarii detorquent. Casus enim (ut diximus) ibi fuit, quod vir quidam post sponsalia contracta cum una, contraxerat matrimonium cum alia: hinc Pontifex decrevit quod si per ipsum stetit quominus cum prima nuptiae initalae fuissent

intra terminum praefixum, debuisset agere poenitentiam. Unde ex textu consequenter declaratum fuit quod si per ipsum non stetit (intellige quidem culpabiliter; nam alias, si culpa defuisset, nulla ei fuisset imponenda poenitentia) quin matrimonium intra definitum tempus contractum fuisset, licite potuerit elapso termino cum alia contrahere. Ergo, si licite ille potuit matrimonium inire cum secunda, cum per ipsum culpabiliter non steterit quin statuto tempore cum prima nuptiae fuissent contractae, supponit Pontifex quod ipse elapso termino liber omnino remansit ab obligatione sponsalium.

Hinc concluditur quod, cum terminus praefixus elabatur, omnino cessat obligatio sponsalium ex parte illa quae jam parata erat ad nuptias. — Sed

Dubatur 3^o. *An, elapso termino in sponsalibus apposito, remaneat libera ab eorum obligatione etiam pars quae culpabilem apposuit dilationem?*

Prima sententia communior negat; et dicit remanere liberam tantum partem per quam non stetit. Ita Pontius¹², Laymann¹³, Palaus¹⁴, Navarrus¹⁵, Coninck¹⁶, Salmant.¹⁷; et Sanchez¹⁸ cum Paludano^{f)}, Gomez^{f)}, etc. Ratio, quia nemo debet ex suo crimine commodum reportare. — Certum est autem apud omnes, cum Pontio¹⁹ et Sanchez²⁰, quod si per utramque partem stetit ne matrimonium intra tempus praefixum celebratum esset, ex utraque parte sponsalia solvuntur.

Secunda vero sententia affirmat quod, elapso termino, utraque pars remanet

Probabilius alter potest resilire.

Pars quae est in culpa juxta communioem non liberatur.

Juxta alios, liberatur.

¹ Sanchez, disp. 53, n. 7, i. f. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 24, n. 10. — ² Tr. 28, disp. 1, punct. 24, n. 7. — *Trull.*, lib. 7, cap. 2, dub. 5, n. 2. — ³ Tr. 9, cap. 2, n. 56. — ⁴ Qu. 1, punct. 6, n. 6. — *Pont.*, lib. 12, cap. 16, n. 4. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 17. — ⁶ Loc. cit., n. 8. — ⁷ Man., cap. 22, n. 27, v. *Septimo*. — ⁸ Disp. 23, dub. 6, n. 47. —

⁹ Tr. 9, cap. 2, n. 57. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 2, n. 16. — ¹¹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 3, resp. 2. — ¹² Lib. 12, cap. 16, n. 4. — ¹³ Lib. 5, tr. 10, part. 1; cap. 2, n. 17. — ¹⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 24, n. 5. — ¹⁵ Man., cap. 22, n. 27, v. *Septimo*. — ¹⁶ Disp. 23, dub. 6, n. 46. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 2, n. 55. — ¹⁸ Lib. 1, disp. 53, n. 6. — ¹⁹ Loc. cit., n. 4. — ²⁰ Loc. cit., n. 6.

n. 4, ubi requirit ut moneatur is qui in mora fuit, idque sub interminatione resiliendi, nisi intra certum tempus contrahat: « Quia (inquit) aliter non satis constat eum esse in mora culpabiliter; potest enim habere justum impedimentum ».

c) Ludov. Gomez a Sanchez citatur tantum pro ratione adjecta, scilicet: legitime impedito non currere tempus; quod utique habet Gomez, *Reg. Cancell. de publicandis resignat.*, qu. 7, n. 6.

d) Hoc axioma legitime quidem colligitur ex citata lege, sed non est ejus textus; lex enim negat imputari praescriptionem filiofamilias agere non valenti.

e) Viva, *qu. 2, art. 3, n. 3*, id profecto dicit, sed de casu quo terminus praefixus est ad sollicitandam obligationem.

f) Paludanus et Gomez non citantur hic a Sanchez; quamvis Paludanus, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 4, n. 20*, hanc sententiam innuat, negando dissolvi sponsalia, si is per

libera, etiam illa quae in culpa fuit. Sic tenent Roncaglia¹, Concina²; et hanc expresse etiam tenet D. Thomas³, ubi ait: *Si... per eum stetit quod matrimonium non est completum, debet agere poenitentiam de peccato fractae promissionis aut juramenti..., et contrahere cum alia, si vult, iudicio Ecclesiae.* — Ratio videtur esse, quia, cum terminus est appositus ad obligationem finiendam, illo elapso cessat obligatio. Cum enim terminus sit conditio intrinsece apposita contractui: ea deficiente, esto per culpam unius contrahentis, ipse liber manet, nec obstat quod tunc ex sua culpa commodum reportet; quia lex contractus non culpam, sed conditionis defectum respicit, ex regula juris in 6^o, ubi: *Contractus ex conditione legem accipere dignoscitur* ^{g)}.

Prima sententia est quidem longe communior, et mihi longe probabilior; sed haec secunda sua probabilitate non caret, maxime ex auctoritate D. Thomae^{h)}.

869. - « VIII^o. Solvuntur, licet sint iurata, per *susceptionem ordinis sacri, vel ingressum alterius in religionem, aut votum eam ingrediendi.* Laymann⁴, « Bonacina⁵. Nec obstat si hic postea ad « saeculum redeat; ut docet Sanchez^{a)}.

¹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 3, resp. 2. — ² Diss. 2, cap. 2, n. 16. — ³ In 4, dist. 27, qu. 2, art. 3, ad 2. — ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 3, 4 et 7. — ⁵ Qu. 1, punct. 5. — *Praepos.*, de Matr., qu. 9, dub. 9, n. 78. — *Fill.*, tr. 10, cap. 8, n. 280. —

« Licet Praepositus, Filiuccius et alii putent talem ex parte sua prioribus sponsalibus teneri, ut etiam ad damna resarcienda sponsae, si quae passa esset^{b)}. « Unde non posset ingredi religionem, si sponsam deflorasset, nec aliter quam « per matrimonium posset resarcire damnum. Vide Diana⁶, Bonacina⁷.

« IX^o. Probabile est, solvi etiam per « *votum simplex castitatis*, ut docent Suarez^{c)}, Azor aliique; cum hoc sit de « meliori bono. — Etsi contrarium doceant^{d)} Filiuccius, Sanchez, Coninck « et alii; eo quod Deus non acceptet promissionem rei alteri promissae, et in « alterius praejudicium. Unde etiam in « foro externo talis solet compelli, ut vel « fidem servet vel intret religionem. Interim post tale votum alteri parti datur « jus sponsalia solvendi, eo quod vovens « resilierit et censeatur juri suo renuntiasse. — Vide Bonacina⁸ ».

870. - Hic distinguendum inter *professionem* religiosam, *susceptionem ordinum* sacrorum, et *votum* religionis, vel ordinum, vel castitatis. — Et

I^o. Quoad *PROFESSIONEM religiosam*, Dubitatur I^o. *Utrum per ingressum in religionem unius sponsi solvantur*

⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 207. — ⁷ Loc. cit., n. 3 et seqq. — *Azor*, part. 1, lib. 11, cap. 22, qu. 10. — *Fill.*, tr. 10, cap. 8, n. 286. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 46, n. 9. — *Coninck*, disp. 23, dub. 3, n. 25. — ⁸ Qu. 1, punct. 5, n. 13.

quem stetit, non habens justum impedimentum, petat dissolvi, et altera pars dissolutioni sese opponat.

g) Citata juris regula 85 in 6^o sic revera sonat: « Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur ».

h) Quaerenti fortasse alicui quomodo stare possit cum systemate S. Alphonsi quod aliqua opinio sit longe probabilior, et nihilominus opinio contraria sua probabilitate non careat, respondendum erit S. Doctorem ea quae hic habentur scripsisse in 3^a operis editione, anno 1757, quinque nimirum annis antequam suum morale systema stabiliret. Ceteroquin, eodem tempore, scilicet, anno 1757 in *Istruzione e Pratica*, cap. 18, n. 21; et anno 1759, in *Hom. apostol.*, tr. 18, n. 21, S. Doctor mitius et timidius loquitur: « An autem elapso termino liberetur etiam qui culpa sua distulit nuptias? Affirmant Ronc. et Conc.; et haec opinio videtur non posse dici improbabilis, nam eam expresse tenet S. Thomas... Sed, attenta ratione et communiori sententia...

mihi *videtur* valde probabilior opposita, quia nemo debet commodum ex sua culpa reportare ».

869. - a) Sanchez hoc plane innuit, *lib. 1, disp. 42, n. 2 et 5*, dicens sponsalia ex parte utriusque dissolvi per solum ingressum, etiam professione non secuta, « quando sponsus bona fide ingreditur religionem »; secus vero, si dolose ingrediatur et animo statim egrediendi.

b) Praepositus et Filiuccius concordant utique; sed omittunt hic restitutionem damni, quamvis eam innuat Filiuccius, n. 283, negando posse ingredi in religionem eum qui virginem defloravit sub spe matrimonii, et affirmando eum teneri ducere, si nequeat alio modo resarcire damnum, ad quod ex justitia tenetur.

c) Suarez hanc sententiam innuit, *de Relig.*, tr. 6, lib. 2, cap. 4, n. 13, ubi dicit castitatem ejusque votum censeretur excepta in promissionibus humanis quae illi videntur repugnare.

d) Contrarium profecto docent ut proba-

Sententia
S. Doctoris.

Susceptio
ordinis sacri,
ingressus vel
votum religio-
nis.

Votum
simplex ca-
stitatis.

sponsalia contracta ante professionem?
— Adsunt tres sententiae:

Solus ingressus in religionem, juxta alios, ex neutra parte solvit.

Prima asserit, per ingressum ex neutra parte dissolvi sponsalia. Ita Covarruias, Durandus, Armilla, etc., apud Salmant.¹ — Ratio, quia, sicut matrimonium ratum, non per ingressum, sed tantum per professionem dissolvitur ut ex *cap. 2, de convers. conjug. a)*: ita dicendum est etiam de sponsalibus. — Sed haec sententia non videtur satis probabilis.

Juxta S. Alphonsum, solvit ex parte solius manentis in saeculo.

Secunda sententia communior, cui adhaereo, et quam tenent Laymann², Sporer³ cum communi (ut asserit), Croix⁴, Palaus⁵; Pontius⁶ cum Rebello et Gabriele; Viva⁷ cum Coninck, Perez et Henriquez; ac Salmant.⁸ cum Gonet, Villalobos et Ledesma, dicit tunc dissolvi sponsalia tantum ex parte manentis in saeculo: tum quia alter, ingrediendo religionem, censetur cessisse juri suo; tum quia ex ejus parte tunc accidit notabilis mutatio, cum dedecori aestimetur nubere cum eo qui religionem deseruit. — Non autem dissolvi ex parte ingredientis, si postea ad saeculum redeat; quia per ingressum ipse non redditur inhabilis ad contrahendum matrimonium, sicut redderetur per professionem.

Juxta alios, solvit ex parte utriusque.

Tertia sententia, quam tenent Busenbaum (num. anteced.), Sanchez^{b)}, Toletus⁹; Bonacina¹⁰ cum^{c)} Coninck, Filliuc-

Covarr., de Sponsal., part. 1, cap. 5, n. 11. - Durand., in 4, dist. 27, qu. 3, v. *Quantum ad 3*, lit. H. Armill., v. *Sponsalia*, n. 12. - ¹ Tr. 9, cap. 2, n. 19. - ² Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 2 et 3. - ³ Part. 4, cap. 1, n. 247 et 248. - ⁴ Lib. 6, part. 3, n. 187. - ⁵ Tr. 28, disp. 1, punct. 18, n. 3. - ⁶ Lib. 12, cap. 10, n. 4. - *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, sect. 6, n. 36. *Gabr. Biel*, Suppl. in 4, dist. 27, qu. 2, art. 2, cas. 6. - ⁷ De Matr., qu. 2, art. 4,

Henriquez, etc.; item Becanus^{d)} et Dicastillus^{d)}, apud Salmant.¹¹, dicit dissolvi sponsalia ex parte utriusque. — Ratio 1^a est, quia, sicut novitiatus se habet ad professionem, ita se habent sponsalia ad matrimonium: quemadmodum igitur matrimonium ratum dissolvitur ex parte utriusque per professionem, ut declaratur in *cap. 2, de convers. conjug. a)*, ita sponsalia per ingressum. Sed huic rationi respondetur quod tale privilegium ex jure divino (ut declaratum est ab Ecclesia) conceditur tantum professioni religiosae tamquam statui perfectionis; sed quod per ingressum sponsalia solvantur, nullo jure habetur: et revera aequum non esset ut gauderet privilegio concesso statui religioso, qui ab eo viliter retrocedit. — Ratio 2^a hujus sententiae est, quia ingressus in religionem cum animo perseverandi jam solvit votem a voto religionis, ita ut, si postea egrediatur, experiendo religionem imparem suis viribus esse, jam liber manet a voto: ergo a fortiori solvit obligationem sponsalium, quae sunt minoris obligationis voto religionis. Sed haec ratio neque suadet; nam vovens ideo per ingressum liberatur a voto, quia jam implet suam obligationem (votum enim intelligitur emissum sub conditione si religio sibi conveniat): contra vero, sponsus per in-

n. 4. - Coninck, disp. 23, dub. 3, concl. 5, a n. 22. - Perez, disp. 9, sect. 3, n. 5, 7 et 8. *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 3, lit. x y. - ⁸ Loc. cit., n. 21. *Gonet*, Clyp., de Matr., disp. 3, art. 5, § 1, v. *Dico primo*. *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 12, n. 5. *Petr. Ledesm.*, qu. 43, art. 3, diff. 2, dub. 2, v. *Ex hac parte*. - ⁹ Lib. 7, cap. 21, n. 2. - ¹⁰ Qu. 1, punct. 5, n. 2. - *Coninck*, loc. cit. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 8, n. 280. - *Henriq.*, loc. cit. - ¹¹ Tr. 9, cap. 2, n. 20,

bilis; sed primam sententiam Filliucci etiam probabilem; Sanchez vero, probabilissimam et tutam, existimant.

870. - *a)* Caput istud dicit tantum: « Licetum est alteri... eligere monasterium...; et alteri remanenti... licitum est ad secunda vota transire ».

b) Vide notam a ad num. anteced.

c) Lege: Bonacina contra Coninck, Filliucium, Henriquez, qui revera secundam sententiam tenent, uti notavit ipse S. Alphonsus supra de Coninck et Henriquez. — Filliucius tamen, *loc. cit.*, quamvis, ut dictum est, teneat secundam veluti probabilioram, hanc tamen probabilem adhuc existimat.

d) Dicastillus, *de Matr.*, disp. 1, dub. 32, n. 435 et 436, sententiam hanc tenet sub eadem limitatione quam Sanchez. — Becanus autem, *cap. 43, qu. 21, n. 3*, docet in hoc casu sponsalia solvi ex parte manentis in saeculo. Utrum vero dissolvantur ex parte utriusque, disputat *n. 4*; et, licet non expresse aperiat suam sententiam, eam tamen satis perspicue innuit. Affert enim 1^o opinionem dicentem sponsalia dissolvi tantum ex parte manentis in saeculo; 2^o opinionem dicentem solvi ex parte utriusque; demum refellit argumenta prioris opinionis. Censetur itaque tenere ultimam, quam ipsi tribuit S. Alphonsus ex Salmant.

gressum in religionem nullo modo implet obligationem sponsalium; et ideo, si ab illa egreditur, merito manet eadem obligatione obstrictus.

Hinc *secunda* sententia absolute probabilior mihi videtur.

Si sponsalia sint jurata:

Dubitatur 2^o. *An, si sponsalia sint juramento firmata, teneatur sponsus ante ingressum in religionem matrimonium celebrare?*

Sponsus, juxta alios, tenetur contrahere ante ingressum.

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Scotus^{e)}, Navarrus et Ledesma^{f)}, apud Pontium¹⁾; ac Rebellus^{f)} et Vega, apud Salmant.²⁾ — Id probant ex cap. *Commissum 16, de sponsal.*, ubi dicitur tutius esse quod eo casu sponsus prius nuptias ineat, et deinde ante consummationem ingrediatur religionem, si velit. En verba textus: *Tutius est ei (religione juramenti servata) prius contrahere; et postea, si elegerit, ad religionem migrare.*

Verius non tenetur.

Secunda tamen sententia, communissima, et per se loquendo verior, negat; eamque tenent Pontius³⁾, Sanchez⁴⁾, Palaus⁵⁾, Bonacina⁶⁾, Petrocorensis⁷⁾, Viva⁸⁾, Sporer⁸⁾, Holzmann⁹⁾; et Salmant.¹⁰⁾ cum Dicastillo. — Ratio: tum quia juramentum semper censetur emissum sub conditione, nisi status perfectior eligatur; tum quia juramentum sequitur naturam contractus, ex cap. *Quemadmodum 25,*

de jurejur., ubi dicitur quod qui juravit cum muliere contracturum, propter supervenientem fornicationem vel deformitatem eam repellere potest. Si ergo sponsalia nuda non obligant ad matrimonium contrahendum ante ingressum in religionem, nec etiam obligant jurata. — Recte autem respondent praefati auctores ad textum oppositum, quod ibi, cum sponsus non erat certo determinatus ad ingrediendum, sed tantum aspirabat (ut ibi exprimitur); ideo Pontifex, ne ille fieret reus perjurii, non ingrediendo religionem nec celebrando matrimonium tempore statuto, dixit tutius ei esse nuptias contrahere, et deinde si voluerit, religionem intrare. Unde si sponsus, antequam terminasset tempus praefixum, religionem ingressus esset vel deliberate statuisset ingredi, utique non tenebatur, imo nec poterat matrimonium sine gravi culpa inire; ut bene advertunt Sanchez¹¹⁾, Sporer¹²⁾; Pontius¹³⁾ cum Soto^{h)}; et Bonacina¹⁴⁾ cum Silvestro, Coninck, Gutierrez et Rodriguez, contra Cajetanum et Ledesmaⁱ⁾: quia gravem injuriam irrogasset sponsae, eam cogendo per annum suam professionem exspectare.

Dixi: *per se loquendo*. Nam recte addunt Bonacina¹⁵⁾, Sporer¹⁶⁾ et Holzmann¹⁷⁾; ac Pontius¹⁸⁾ cum Suarez, quod teneretur

Exceptiones.

Navarr., de Regular., Comment. 1, n. 8, v. *Quarto, quod utroque*. ¹ Lib. 12, cap. 10, n. 10. — *Vega*, Sum. silva, lib. 1, cas. 389. — ² Tr. 9, cap. 2, n. 17. — ³ Loc. cit., n. 13. — ⁴ Lib. 1, disp. 43, n. 3. — ⁵ Tr. 28, disp. 1, punct. 18, n. 5. — ⁶ Qu. 1, punct. 5, n. 4. — ⁷ De Matr., cap. 1, qu. 10, n. 3, v. *Instabis 1^o*. — ⁸ Qu. 2, art. 4, n. 5. — ⁹ De Matr., n. 240. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 2, n. 18. — *Dicast.*, disp. 1, dub. 32, n. 455. — ¹¹ Lib. 1, disp. 43, n. 7. — ¹² Part. 4, cap. 1,

n. 246. — ¹³ Lib. 12, cap. 10, n. 9; cfr. n. 12 et 13. — ¹⁴ Qu. 1, punct. 5, n. 11. — *Silvest.*, v. *Matrimonium VII*, qu. 5, v. *Secundum*. — *Coninck*, disp. 23, n. 11 et 13. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 25, n. 4. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 242, n. 6. — *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonium I*, v. *Secundum vero caput*. — ¹⁵ Loc. cit., n. 4, v. *Dixi*. — ¹⁶ Loc. cit., n. 246, i. f. — ¹⁷ De Matr., n. 240. — ¹⁸ Lib. 12, cap. 10, n. 13. — *Suar.*, de Relig., tr. 5, lib. 2, cap. 13, n. 11.

^{e)} Scotus, in 4, dist. 30, qu. 2, art. 2, v. f., loquens [de eo qui post jurata sponsalia virginitatem vovit, dicit: « Videtur consulendum », ut de facto contrahat.

^{f)} Petrus Ledesma, etsi pro hac sententia a Pontio citetur, re tamen vera, non aliam tenet quam ipse S. Alphonsus. Nam, qu. 43, art. 3, diff. 2, dub. 1, distinguit: « Si aliqua utilitas vel commoditas sequitur alteri sponso, semper est implendum juramentum, et debet contrahere », v. g. ad legitimandam prolem, et ut sponsa habeatur ut proba. Sed « quoties nulla sequitur utilitas alteri sponso ex eo quod contrahat, non tenetur prius contrahere, sed potest immediate ascendere ad religionem ». — A qua sententia non dissentit Rebellus, lib. 4, qu. 8, sect. 6, n. 39, dicens

rationabilius obligandum esse ad prius servandum juramentum, « si id sponsa vult vel velle praesumitur », nempe propter utilitatem v. g. resarciendae infamiae. Rebellus igitur non satis accurate citatur a Salmant.

^{g)} Sporer primo quidem hanc sententiam tenet, part. 4, cap. 1, n. 246; sed in fine concludit sponsae aperiendum esse propositum, et si illa velit ut contrahat: « Tunc contrahat, alias non ».

^{h)} Sotus, in 4, dist. 27, qu. 2, artic. 5, dub. 1, ait nemini consulendum esse ut prius contrahat, et quia inutile esset, et quia sponsae injuriam irrogaret.

ⁱ⁾ Petrus Ledesma, qu. 43, art. 3, dub. 1, concl. 1, id non habet; vide hic supra, nota f, quamnam sententiam amplectatur.

sponsus ante ingressum nuptias celebrare, si hoc esset necessarium ad prolem legitimandam, scandalum reparandum vel honori sponsae providendum, si alio modo non posset occurri.

Et hoc casu, nec etiam permittitur sponso post celebrationem matrimonii ingredi religionem, illudque non consummatum relinquere: nequit enim tunc deserere uxorem, quae propter infamiam non posset alias nuptias invenire; ut recte notavit *j)* Busenbaum (*Libro IV, n. 65, v. Unde*).

Susceptio
ordinis sa-
cri solvit
sponsalia.

871. - II^o. Per *susceptionem* ORDINUM SACRORUM, certum est etiam dissolvi sponsalia; non autem matrimonium ratum *a)*: ita omnes cum Sanchez¹, Pontio², Concina³ et aliis passim. Et patet ex *extrav.* [*Joann. XXII*] *Antiquae, de voto*, ubi dicitur: *Licet votum solemnizatum per sacri susceptionem ordinis, quantum ad impediendum matrimonium, ... sit efficax reputandum, etc.* — Sed

Dubitatur I^o. *Utrum peccet qui ordines sacros suscipit, inscia vel invita sponsa?*

Prima sententia affirmat peccare graviter; et hanc tenent Sanchez^{b)}, Palaus^{b)},

¹ Lib. 1, disp. 47, n. 1. — ² Lib. 12, cap. 11, n. 2. — ³ Diss. 2, cap. 2, n. 6. — ⁴ Lib. 6, part. 3, n. 200. — *Perez*, disp. 9, sect. 6, n. 5. — ⁵ Lib. 12, cap. 11, n. 3. — ⁶ Diss. 2,

Roncaglia^{b)}; et Croix⁴ cum Coninck^{c)} et Perez. — Ratio, quia nullo jure concessum est ordini sacro sponsalia dirimere, sicut est datum statui religioso; imo ipsum jus prohibet ordinari in praejudicium alterius, ut habetur ex *cap. un., de oblig. ad ratiocin. ordinandis vel non.*

Secunda vero sententia, non minus probabilis, negat. Eamque tenent Pontius⁵, Navarrus^{d)}, Concina⁶; Bonacina^{e)} cum Gutierrez^{e)} et Corduba^{e)}; Salmant.⁷ cum Aversa, Diana et Henriquez^{e)}; ac Escobar⁸ cum Soto, Silvestro^{f)} et Vega^{g)}. — Ratio, quia in promissione sponsalium imbibita semper est conditio, nisi melior status eligatur: aequum enim non est ut ad serviendum creaturae impediatur status Creatori se dicandi. — Nec obstat textus oppositus. Nam ibi non tam consideratur praejudicium tertii, quam infamia Ecclesiae (ut ibidem exprimitur): praeterquam quod in nostro casu nulli infertur praejudicium, cum sponsus utatur jure suo. Idque videtur confirmari ex eadem *extrav.* supra citata, ubi tantum prohibetur suscipere ordines sacros post matrimonium contractum; non autem post sponsalia.

Suscipiens ordinem sacrum invita vel inscia sponsa, peccat graviter, juxta alios.

Aequè probabiliter non peccat.

cap. 2, n. 6. — ⁷ Tr. 9, cap. 2, n. 26. — *Aversa*, qu. 8, sect. 12, v. *Quinto*. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 208. — ⁸ Lib. 24, n. 237. — *Sotus*, de Jure et Just., lib. 7, qu. 1, art. 3, ad 2.

j) Loco citato, Busenbaum negat posse religionem ingredi eum « qui decipit virginem sub promissione matrimonii ».

871. - *a)* Sanchez et Concina tractant dumtaxat de sponsalibus, quae dissolvuntur per susceptionem ordinum sacrorum.

b) Sanchez, *lib. 1, disp. 47, num. 3*; Palaus, *punct. 19, num. 2*; Roncaglia, *tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 5, resp. 2*, peccare dicunt; sed non explicant quonam peccato, gravi an levi.

c) Coninck, quamvis pro hac sententia a Croix citetur, dicit tantum, *disp. 23, n. 25*, tractans *de voto suscipiendi sacros ordines*, sponsam non esse privandam jure acquisito absque legitima causa; causam vero legitimam non inveniri in voto suscipiendi sacros ordines.

d) Navarrus, *Man., cap. 22, n. 27, v. Decimo quarto*, id non habet, quod reperire poterim.

e) Bonacina, *qu. 1, punct. 5, n. 20*; et Henriquez, *lib. 11, cap. 14, n. 4, lit. e*, affirmant sponsalia dissolvi per *votum* suscipiendi

ordinem sacrum; sed rationem afferunt quae fundatur haec sententia de ipsa susceptione ordinum majorum, scilicet: sponsalia habere hanc tacitam conditionem, nisi perfectior status eligatur. — Gutierrez vero citatus a Bonacina, non aliud habet, *de Matr., cap. 26, num. 2*, quam sponsalia dissolvi per votum subsequens suscipiendi sacros ordines. Dum Corduba, *Sum., qu. 136, punct. 4, opin. ult.*, expresse negat peccare sponsum, qui votum castitatis emittit cum intentione saltem virtuali suscipiendi sacros ordines.

f) Silvester, quamvis hic ab Escobar citetur, dicit solum, *v. Sponsalia, qu. 7, v. f.*, de sponso qui votum simplex castitatis emittit: « Dico quod si intendit religionem intrare, vovendo non peccat ».

g) Vega, *Sum. silva, lib. 6, cas. 41, opinio 3, i. f.*, affert opinionem quae negat peccare mortaliter eum qui post sponsalia votum castitatis emittit; deinde opinionem quae affirmat eum mortaliter peccare, et concludit: « Tu elige quam malueris ». Unde non satis recte ab Escobar allegatur.

872. - Dubitatur 2°. *Utrum per susceptionem ordinum minorum dissolvantur sponsalia?*

Susceptio ordinum minorum, juxta alios, solvit sponsalia.

Prima sententia affirmat ^{a)}: quam tenent Roncaglia ¹; et Sporer ² cum Tanner et Gobat. — Tum quia talis est mutatio sponsi dum minoribus initiatur, ut merito judicetur noluisse sponsa se obligare ad nuptias cum eo contrahendas; tum quia censetur sponsus cedere juri suo, cum suscipiat statum qui ordinatur ad ordines majores impossibiles cum matrimonio.

Varius non solvit.

Secunda tamen sententia, communior et verior, negat; et hanc tenent Sanchez ³ cum Paludano; Wigandt ⁴, Pontius ⁵, Salmant. ⁶ et Escobar ⁷. — Ratio, quia revera status ordinum minorum per se non est impossibilis cum matrimonio; cum quis bene possit fieri clericus conjugatus, ut patet ex *cap. 1 et 2, de cleric. conjug.*

873. - III°. Quoad votum ingrediendi religionem, vel suscipiendi ordines sacros, vel castitatis servandae.

Sponsus vovens ingredi religionem tenetur voto.

Certum est 1°. Quod vovens ingredi religionem, licite vovet, et debet ingredi; nec tenetur stare sponsalibus, si vere vult fieri religiosus: nam si egreditur, tenetur (ut diximus supra, n. 870, *Dub. 1, v. Secunda*). — Certum est 2°. cum Sanchez ⁸, Pontio ⁹, Roncaglia ¹⁰, Viva ¹¹, Salmant. ¹² ac aliis passim, quod per hujusmodi tria vota solvuntur sponsalia ex parte non voventis ^{a)}; cum merito judicetur per

Votum ingrediendi religionem, suscipiendi ordines sacros et castitatis, solvit ex parte non voventis.

¹ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 5, resp. 1. — ² Part. 4, cap. 1, n. 256. - *Tann.*, disp. 8, qu. 1, n. 53. *Gobat*, tr. 10, n. 321. — ³ Lib. 1, disp. 47, n. 1. *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 5 (n. 21). — ⁴ Tr. 16, n. 29. — ⁵ Lib. 12, cap. 11, n. 1. — ⁶ Tr. 9, cap. 2, n. 25. — ⁷ Lib. 24, n. 234. — ⁸ Lib. 1, disp. 46, n. 5; et disp. 47, n. 4. — ⁹ Lib. 12, cap. 12, n. 2 et seqq. — ¹⁰ Qu. 5, resp. 3 et seqq. — ¹¹ Qu. 2, art. 4, n. 8. — ¹² Tr. 9, cap. 2, n. 29 et 31. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Man., cap. 22, n. 27, v. *Decimo*. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 6. — ¹⁶ Punct. 20, n. 3 et 6. — ¹⁷ Theor. et Prax. juris, lib. 3, cap. 17, n. 10. — ¹⁸ Qu. 5, resp. 4 et 5. — ¹⁹ De

ipsa vovens sponsalibus renuntiare. — Certum est 3°. Quod si quis post sponsalia emittit votum non solum ingrediendi, sed etiam profitendi religionem, tunc sponsalia ex parte utriusque dissolvuntur; quia vovens tunc fit omnino inhabilis ad matrimonium contrahendum, ut recte dicunt Salmant. ^{b)} et Viva ¹³. — Sed

Votum profitendi religionem solvit ex utraque parte.

Dubitatur 1°. *An per votum servandae castitatis vel suscipiendi ordines sacros solvantur sponsalia etiam ex parte voventis?* — Si votum antecedit sponsalia, certum est ipsa esse irrita; quia ipsorum promissio, cum sit de re illicita, non obligat.

Votum castitatis vel suscipiendi ordines sacros irritat sponsalia sequentia.

Dubium igitur est, *si subsequatur*.

Prima sententia negat. Et hanc tenent ^{c)} Navarrus ¹⁴, Laymann ¹⁵, Palaus ¹⁶, Cabassutius ¹⁷, Roncaglia ¹⁸, Holzmann ¹⁹, Sporer ²⁰, Viva ²¹; et Sanchez ²² cum S. Antonino, Armilla, Silvestro, Corduba, etc.; item Toletus, Coninck, Hurtadus, Filliucius, Becanus, Rebellus, etc., apud Escobar ²³. — Ratio, quia Deus non acceptat promissionem rei alteri promissae, et ab eo acceptatae; nec ullo jure habetur quod sponsalia per haec vota dirimantur.

Juxta alios ex parte voventis non solvit sponsalia antecedentia.

Neque obstare ajunt textum in cap. *Veniens, Qui clerici vel voventes*, ubi casus fuit quod quaedam mulier sponsalia contraxit cum certo, cujus saevitia (ut narrabatur) postea deterrita, votum emisit castitatis: quo audito, vir matrimonium cum alia inivit. Consultus autem

Matr., n. 236 et 238. — ²⁰ Part. 4, cap. 1, n. 258. — ²¹ Qu. 2, art. 4, n. 8. — ²² Lib. 1, disp. 46, n. 9; et disp. 47, n. 3 et 4. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 18, § 2, v. *Utrum autem. Armil.*, v. *Sponsalia*, n. 12. — *Silvest.*, v. *Matrimonium VII*, qu. 5, § *Quintum*; et v. *Sponsalia*, qu. 7. — *Cordub.*, Sum., qu. 136, punct. 4, opin. ult. — *Tolet.*, lib. 7, cap. 21, v. *Quartus est. Coninck*, disp. 23, n. 25. — *Gasp. Hurtaa.*, disp. 2, diff. 3 et 4. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 8, n. 286; adde n. 287. — *Becan.*, cap. 43, qu. 22, n. 3; adde qu. 23. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, sect. 7, n. 47; cfr. sect. 5, n. 30. — ²³ Lib. 24, n. 232 et 235.

872. - ^{a)} Affirmat dissolvi nimirum ex parte solius sponsae, ut dicunt auctores citati, si ipsa inscia vel invita suscipiantur ordines minores, ut animadvertit Sporer.

873. - ^{a)} Sanchez ita plane docet de voto castitatis aut suscipiendi ordines; sed *disp. 46, n. 2*, tractans de voto ingrediendi religionem, simpliciter dicit per illud dissolvi sponsalia; quod videtur innuere dissolvi ex utraque parte. — Salmant. vero dicunt per votum

suscipiendi ordines, dissolvi sponsalia ex utraque parte.

^{b)} Salmant., *loc. cit.*, n. 29, id non habent, neque alibi quod sciam.

^{c)} Id profecto dicunt auctores citati, sed aliqui de solo castitatis voto loquuntur, et sunt: Navarrus, Laymann, Armilla, Corduba, Toletus. — Palaus vero de solo voto suscipiendi ordines. — Denique non omnes expresse negant sponsalia solvi ex parte vo-

Alexander III respondit: *Mandamus, quatenus* (mulier quae licentiam nubendi petierat) *si plus non processit, sibi de fide mentita et voto violato congruam satisfactionem indices, et ei cui vult nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas.* Hunc textum doctores utriusque sententiae pro se adducunt; sed revera ille pro neutra parte concludit. — Auctores secundae sententiae, quos mox recensemus, ex verbis illis *de voto violato... et licentiam tribuere, etc.*, inferunt praedictum votum validum fuisse, et proinde dispensatione indiguisset; ergo (ut dicunt) per simplex votum castitatis, cum sit validum, jam sponsalia dirimuntur. Sed huic recte respondent Palaus, Laymann et Holzmann cum Glossa ^{d)} quod hoc nihil aliud probat, nisi quod votum satis erat validum respectu ad nuptias cum alio contrahendas, quas mulier intentabat; et ideo Pontifex ipsam declaravit ream de voto violato: sed minime probat validum fuisse respectu ad virum quocum prius sponsalia contraxerat.

Juxta
alios, solvit.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent ^{e)} Pontius ^{f)}, Petrocorensis ¹,

Palaus, punct. 20, n. 6. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 6. — *Holam.*, de Matr., n. 237. — ¹ De Matr., cap. 1, qu. 10, n. 3, v. *Instabis* 3^o. — ² De Relig., tr. 6, lib. 2, cap. 4, n. 13. — ³ Diss. 2, cap. 2, n. 7 et 9. — *Gonet*, Clys., de Matr., disp. 3, art. 5, a n. 82. — *Petr. Ledesm.*, qu. 43, art. 3, diff. 3, concl. ult. — ⁴ Part. 1, lib. 11, cap. 22, qu. 10. — *Richard. de Mediavilla*, in 4, dist. 27, art. 3, qu. 4, v. f. — *Angel.*, v. *Sponsalia*, n. 40. — *Major*, in 4, dist. 27, qu. 5, resp. ad obj. — ⁵ Lib. 24, n. 233 et 237. — *Vasq.*, opusc. de Restit., cap. 3, § 2, dub. 6, n. 17. — *Diana*,

Suarez ²; Concina ³ cum Gonet et Ledesma; Azor ⁴ cum Richardo, Angelo et Majore; Escobar ⁵ cum Vasquez, Diana, etc.; et Bonacina ⁶ cum Soto, Naldo ^{s)}, Gutierrez, Henriquez et Rodriguez. Item Cajetanus ^{h)}, Turrecremata, Praepositus, Lopez, Veracruz, Manuel, etc., apud Sanchez ⁷, qui vocat probabilissimam. Et communiter probabilem vocant et tutam Salmant. ⁱ⁾, Palaus ⁱ⁾, Cabassutius ⁸ et Laymann ⁱ⁾: eamque absolute docet Divus Thomas ⁹; ibi: *Propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.* Ratio S. Doctoris est, quia ubi duae concurrunt obligationes, potior est praefenda. Ratio alia, quam communius tradunt, est, quia promissio sponsalium censetur semper facta sub conditione, nisi melior status eligatur. — Idque valere dicunt, etiamsi sponsalia fuerint jurata; quia (ut pluries supra dictum est) juramentum sequitur naturam contractus. Et adest etiam de hoc decisio S. C. Concilii (apud Pittonum ¹⁰) edita 5 Martii anno 1701, ubi dictum fuit, votum castitatis aut suscipiendi sacros ordines per electionem melioris status irritare sponsalia, etiam juramento firmata.

part. 3, tr. 4, resol. 208. — ⁶ Qu. 1, punct. 5, n. 13 et 20. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 5, dub. 2. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 26, n. 1 et 2. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 4, lit. e et f. — *Emman. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 243, n. 2. — *Turrecr.*, in can. *Ubi non est*, ad 4, caus. 30, qu. 2. — *Praepos.*, in cap. *Veniens*, n. 2, Qui clerici vel voventes. — *Greg. Lopez*, part. 4, tit. 1, ley 7, gloss. 2. — *Veracruz*, Specul., part. 1, art. 21, cas. 12. — *Man. Rodrig.*, loc. cit. — ⁷ Lib. 1, disp. 46, n. 7. — ⁸ Lib. 3, cap. 17, n. 10. — ⁹ Suppl., qu. 53, art. 1, ad 1. — ¹⁰ Decis. pro Matr., n. 2513.

ventis, sed aliqui id insinuant, absolute negando dissolvi sponsalia: Navarrus, Laymann, Armilla, Toletus et Rebellus; alii vero negando posse valide emitti hoc votum: Palaus, Roncaglia.

^{d)} Glossa, ad v. *Voto violato*, ait: « Vel dic: violato animi destinatione, quia petebat sibi dari licentiam contrahendi ».

^{e)} Eadem hic notanda sunt quae jam in prima sententia notavimus: auctores scilicet multos de solo castitatis voto loqui, et sunt: Petrocorensis, Suarez, Gonet, Ledesma, Richardus, Angelus, Major, Vasquez, Sotus, Rodriguez, Turrecremata, Praepositus, Lopez, Veracruz. — Praeterea aliquos implicite tantum affirmare sponsalia hoc casu dissolvi *ex parte voventis*, ex eo quod vel absolute dicunt dissolvi, vel dicunt licite posse hoc votum emitti.

^{f)} Pontius, de voto suscipiendi sacros ordines, *lib. 12, cap. 12, n. 3*, priorem sententiam tenet: « Non tamen, inquit, dirimuntur sponsalia quoad illum qui ejusmodi votum emisit, donec sacris ordinibus initiatur ». Videtur autem, *loc. cit., n. 4*, admittere sponsalia per votum castitatis dissolvi ex parte voventis: loquitur enim absolute; quin etiam, *n. 5 et seqq.*, objectiones solvit quae ex parte voventis petuntur.

^{g)} Naldus male citatur a Bonacina; nam, in *Sum.*, v. *Sponsalia*, n. 9, loquitur de voto *praecedenti* sponsalia, quod non pertinet ad argumentum praesens.

^{h)} Cajetanus, *Sum.*, v. *Perjurium promissorium*, v. *Intellige*, loquitur de *proposito* vitam caelibem ducendi.

ⁱ⁾ Salmant., *tr. 9, cap. 2, n. 35*; Palaus, *punct. 20, n. 6*; Laymann, *cap. 2, n. 7*, id

Nec officere ajunt praefatum textum in cap. *Veniens*, ubi dicitur *de fide mentita*, ex quo adversarii arguunt illicite mulierem vovisse castitatem post sponsalia contracta. Nam probabiliter respondet Pontius¹ Papam sic dixisse, quia agebatur de foro externo; cum enim votum fuisset secretum, et sponsalia publica, de his quidem constabat, non autem de voto: unde in foro externo merito censendum erat fidem fuisse violatam. Item respondent Petrocorensis et Concina, et forte melius, quod ideo Pontifex feminam ream dixit de fide mentita, non quia voverat in praejudicium sponsalium, sed quia in fraudem ipsorum, nempe ut sponsum eluderet, et deinde nuberet alteri per dispensationem voti, quam jam petebat.

Utraque sententia est probabilis.

Recte autem inquit Concina², quod si sponsus votum ederet, ut sponsam eluderet, scilicet petendo dispensationem post votum ut alteri nuberet, tunc graviter peccaret, et priora sponsalia deberet implere. — Item probabilius dicunt Salmant.³ cum Rebello et Aversa, quod, etiamsi sine animo eludendi sponsus voverit castitatem, si postea obtineat dispensationem voti, non poterit aliam ducere; quia prior obligatio non omnino extinguitur, sed tantum suspenditur donec castitas servatur. Sed non omnino improbabilius Bonacina⁴ et Sanchez⁵ id negant, quia per votum priora sponsalia omnino solvuntur: unde cum obligatio illa omnino sit extincta, per dispensationem voti non reviviscit. Et huic consentit etiam Concina⁵: quamvis addat te-

neri de honestate sponsum ducere desponsatam, ut scandala et murmura vitentur.

874. - Dubitatur 2^o. *Ad quid teneatur vir qui vovit religionem, ordines vel castitatem, et postea mulierem cognovit sub promissione matrimonii?*

Vide dicta *Lib. III, n. 649, v. Secunda*, ubi tenuimus cum Lessio^{a)}, Sanchez, Lugo, Vasquez, Coninck^{a)}, etc. (contra Laymann Salmant., Concina, etc.), quod si mulier fuerit inscia voti, non obstante voto, ille tenetur ad matrimonium, sive ejus promissio fuerit vera, sive ficta. — Imo, etiam si mulier fuerit conscia voti, probabiliter tenetur petere dispensationem.

Utrum autem *casu quo mulier fuerit inscia voti, possit sponsus eam ducere sine dispensatione?*

Negant Salmant.^{b)}, Lugo^{b)} et Pontius⁶⁾; quia, cum de facili possit, tenetur utriusque obligationi satisfacere. Sed affirmant Tamburinius⁷ et Sporer⁸⁾; item Lessius, Trullench et Candidus, apud Salmant.⁹⁾ Quia tunc cessat sive omnino suspenditur obligatio voti; cum revera non possit tunc utriusque obligationi satisfieri, et praevalere (ut diximus) obligatio matrimonii ineundi.

Contracto tamen matrimonio, eo casu non poterit vir petere debitum. Et ideo recte subdit Tamburinius cum Lessio, ad hoc dispensationem obtinendam esse, ut etiam petere valeat^{c)}.

875. - « X^o. Per *matrimonium validum* » [sponsalia] « dissolvuntur saltem « quoad eum qui non contraxit matrimonium. — Quoad eum vero qui contraxit, non exstingui obligationem, si

Quid de vovente, et postea cognoscente mulierem sub promissione matrimonii.

Si mulier sit inscia voti, alii negant posse duci sine dispensatione.

Alii affirmant.

Contracto matrimonio, vir nequit petere sine dispensatione.

Matrimonium validum solvit sponsalia.

¹ Lib. 12, cap. 12, n. 5. — *Petrocor.*, de Matr., cap. 1, qu. 10, n. 3, v. *Contra, inquires*. — *Concina*, diss. 2, cap. 2, n. 10. — ² Loc. cit. — ³ Tr. 9, cap. 2, n. 35. — *Rebell.*, part. 2, lib. 4, qu. 8, n. 49. — *Aversa*, qu. 8, sect. 12, v. f., v. *Quare*. — ⁴ Qu. 1, punct. 5, n. 16. — ⁵ Loc. cit., n. 10. — ⁶ Lib. 6, cap. 12,

n. 8 et 9. — ⁷ Decal., lib. 7, cap. 5, § 3, n. 36. — ⁸ Part. 4, cap. 3, n. 601. — *Less.*, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 10, dub. 4, n. 34. — *Trull.*, Decal., lib. 7, cap. 9, dub. 4, n. 3. — *Candid.*, disquisit. 25, art. 18, dub. 3. — ⁹ Tr. 13, de Restit., cap. 3, n. 22. — *Tambur.*, loc. cit., n. 36. — *Less.*, loc. cit., n. 34.

dicunt de voto castitatis. Ceteroquin Salmant., n. 29, dicunt simpliciter per votum suscipiendi ordines dissolvi sponsalia ex parte utriusque; Palaus vero *num. 3*, dicit probabilius votum illud illicitum esse et invalidum.

^{j)} Ita profecto Sanchez, *lib. 1, disp. 46, n. 8*, juxta sententiam, quam probabilissimam et tutissimam existimat, licet ipse probabilius putet non dirimi sponsalia per votum castitatis.

874. - ^{a)} De Lessio et Coninck, vide notas *f* et *g*, ad dict. n. 649, *lib. 3*.

^{b)} Salmant. (in sententia quae obligat stupratorem ad ducendam corruptam), *tr. 13, de Rest.*, cap. 3, n. 22; Lugo, *de Just. et Jure, disp. 12, n. 41*, negant virum istum posse sine dispensatione ducere feminam eo modo a se cognitam, si commode dispensationem possit impetrare.

^{c)} Idemque dicunt Sporer, Trullench et Candidus.

« alter exspectet, sed suspendi; et matrimonio isto soluto, teneri ad implenda sponsalia priora, docet Pontius (contra Sanchez, qui vult omnino dissolvi). Vide « Diana ¹ ».

Quaeritur: *an per matrimonium subsequens omnino dissolvantur sponsalia antecedentia?* — Certum est quod, durante matrimonio post sponsalia cum alia contracto, cessat illorum obligatio, ex cap. *Si inter, de sponsal.*, et cap. *1, de sponsa duorum*.

Dubium est: *an, illo soluto per mortem conjugis, urgeat obligatio priorum sponsalium?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Bonacina ^{a)}, Laymann ², Wigandt ³, Concina ⁴ (qui huic inclinatur); Escobar ⁵ cum Becano, Filiuccio, Henriquez, Rodriguez, Villalobos, Machado; ac Sanchez ⁶ cum Paludano, Manuele, Gabriele, etc., cum S. Bonaventura, qui sic ait ^{b)}: *Jurantem sponsalia, aliudque ineuntem matrimonium, amplius non obligari.* — Ratio, quia

Pont., lib. 12, cap. 13, num. 4. — *Sanch.*, de Matr., lib. 1, disp. 48, num. 3. — ¹ Part. 3, tr. 4, resol. 209. — ² Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 22. — ³ Tr. 16, n. 25. — ⁴ Diss. 2, cap. 2, num. 13. — ⁵ Lib. 24, num. 241. — *Becan.*, cap. 43, qu. 24, v. f. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 8, n. 272. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 2. *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 243, n. 8. *Villal.*, part. 1, tr. 12, diff. 12, n. 11. *Machad.*, lib. 3, part. 1, tr. 7, docum. 7, n. 2. — ⁶ Lib. 1, disp. 48, n. 3. — *Palud.*, dist. 28, qu. 1, art. 1, concl. 4 (n. 8). —

obligatio semel extincta nunquam reviviscit, ex can. *Quaeris, de consecr., dist. 4.*

Secunda vero sententia, mihi absolute probabilior, affirmat. Et hanc tenent Pontius ⁷, Roncaglia ⁸; Palaus ⁹, cum Coninck, Ledesma, Adriano ^{c)}, etc.; ac Salmant. ¹⁰, qui, licet contrariam probabilem vocent, hanc tamen veriore putant cum Gonet, Silvio, Leandro, Vega ^{d)} et aliis. — Ratio, quia nullò jure probatur quod sponsalia per matrimonium subsequens omnino irritentur. Non jure positivo; quia nullibi hoc habetur. Non naturali; quia obligatio sponsalium, durante matrimonio cum alia persona inito, utique pro illo tunc non obstringit, et ideo suspenditur quidem, sed non exstinguitur: prout patet in eo qui post votum religionis matrimonium consummaret; hic enim, mortua conjuge, teneretur quidem votum adimplere.

Nec valet dicere cum Sanchez quod hoc procedit quando vinculum superveniens est diversae rationis; non vero, si vincula sint ejusdem, ut sunt matrimo-

Man. Rodrig., loc. cit. *Gabr. Biel*, Suppl. in 4, dist. 28, qu. 1, art. 2, concl. 2. — *S. Bonav.*, in 3, dist. 39, art. 3, qu. 2, i. f. — ⁷ Lib. 12, cap. 13, n. 4. — ⁸ Cap. 3, qu. 6, resp. 1. — ⁹ Tr. 28, disp. 1, punct. 21, n. 4. *Coninck*, disp. 23, n. 32. *Petr. Ledesma.*, qu. 43, art. 3, caus. 2. — ¹⁰ Tract. 9, cap. 2, num. 39. *Gonet*, Clyn., de Matr., disp. 3, art. 4, a n. 57. *Silvius*, Suppl., qu. 43, art. 3, n. 2. *Leand.*, tr. 9, disp. 2, qu. 15. — *Sanchez*, lib. 1, disp. 48, n. 3.

Juxta S. Doctorem, absolute probabilius urgent.

Nec, soluto matrimonio, urgent priora sponsalia, juxta alios.

875. — ^{a)} Bonacina, *qu. 1, punct. 7, n. 2*, hanc sententiam amplectitur pro nudis sponsalibus; pro juratis vero *n. 3*, tenet secundam.

^{b)} Verba haec, quae S. Alphonsus ex Sanchez deprompsit, sensum exhibent, non textum S. Bonaventurae, qui revera ita scribit: « Et si tu quaeras de illo qui coactus juravit contrahere matrimonium, utrum teneatur: dicendum quod tenetur, nisi ex causa superveniente absolvatur. Si tamen contrahat cum alia, in contrahendo peccat mortaliter, nec amplius obligatur ».

^{c)} Quamvis Palaus alique auctores hic allegent Adrianum, allegatio tamen videtur falsa, quia loquitur non de sponsalibus de futuro, sed de matrimonio ficto contracto; imo videtur contrariam opinionem de sponsalibus tenere; Adrianus enim, *in 4, de Matr., qu. 2*, ubi de consensu requisito ad matrimonium disputat, sibi objicit: « Si consensus requiritur, sequitur quod dolose contrahens, pronuntiando scilicet verba sine consensu, non contraheret matrimonium; cujus falsitas deducitur ex duobus inconvenientibus... Secundum inconvenientem,

quia talis certus esset de non matrimonio inter ipsum et conjugem cum qua sine consensu contraxit, et per consequens posset tute in foro conscientiae cum alia contrahere: imo si qualitercumque tentaret cum alia contrahere, matrimonium contractum teneret ». Et § *Dico igitur, v. Ad secundum*, dicit matrimonium hoc secundum revera tenere; sed cum peccato contrahi; et ulterius progrediens: « An autem contrahendo, inquit, dirimatur obligatio, ut priora sponsalia dicuntur matrimonium dirimere [nota] post contractum, vel solum durante matrimonio maneat suspensa obligatio ad eam ducendam cum qua contraxit dolose... ita quod, illa secunda mortua, teneatur iterum cum prima contrahere. Probabilius mihi videtur quod sic... nisi alias personam cum qua dolose contraxerit, per dotationem vel alias super deceptione contentaverit ».

^{d)} Vega, *Sum. silva, lib. 6, cas. 125*, id habet et tenet de sponsalibus juratis; ratio tamen quam affert communis est tum nudis tum juratis sponsalibus.

nium et sponsalia. — Nam respondetur, nihil referre quod obligatio subsequens sit ejusdem vel diversae rationis, semper ac possit primae obligationi satisfieri. Tantummodo attendenda est conditio vinculi subsequentis: si illud est perpetuum, utique exstinguitur prima obligatio; si vero est temporale, illa suspenditur donec impleri possit vinculo cessante. Prout si quis venderet equum uni, et deinde venderet et traderet illum alteri: casu quo rediret equus in dominium ipsius, certe teneretur eum tradere primo emptori, ut colligitur ex *leg. 15, C. de rei vindic. e)*.

Quid, si sponso vel sponsae superveniat nova haereditas.

876. — « XI^o. Si sponso *nova superveniat haereditas*, ita ut illi sponsa jam sit « inaequalis, non habet ideo jus resiliendi; « quia non est deceptus in conditione « sponsae, in qua nulla facta est mutatio. « Idem est de sponsa, si ipsi haereditas « nova superveniat. — Sanchez, Coninck, « Reginaldus ^{a)}, Diana ¹ ».

Ita cum Busenbaum sentiunt communissime Palaus ², Sanchez ³, Concina ⁴, Roncaglia ⁵; et Escobar ^{b)} cum Gutierrez. — Sed contradicunt ^{c)} Hurtadus, Trullench, Leander et Ochagavia, apud eundem Escobar ⁶ (qui probabile putat); eo quod in tali casu jam accedit notabilis rerum mutatio.

Juxta autem primam sententiam dicit Croix ⁷ quod si quis contraxit sponsalia

Sanch., lib. 1, disp. 59, n. 7. — *Coninck*, disp. 23, dub. 8, n. 69. — ¹ Part. 3, tr. 4, resol. 286. — ² Tr. 28, disp. 1, punct. 28, n. 5. — ³ Loc. cit. — ⁴ Diss. 2, cap. 2, n. 23. — ⁵ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 8, v. *Aliqui*. — *Gutierrez*, de Matr., cap. 33, n. 4, v. f. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 14, n. 52. *Trull.*, de Sacr., lib. 7, cap. 2, dub. 12, n. 4. *Leand.*, disp. 2, qu. 47. *Ochagav.*, tr. 1, qu. 23,

cum una, et postea offeratur ei conjugium cum altera ditioe, non poterit primam relinquere; quia tunc nulla in ea facta est mutatio. — Sed si qualitas secundae sponsae esset *excedenter melior*, ego non auderem sponsum omnino damnare, si cum illa contrahere vellet. Licet enim in hoc casu non mutetur status sponsae sive sponsalium; tamen (ut communiter dicunt doctores) sponsalia non obligant nisi rebus in eodem statu manentibus. Unde, sicut non teneretur sponsus illa exsequi cum magno suo damno; ita nec teneri, alicui videri posset, cum amissione magni lucri: talis enim amissio gravi damno aequiparatur, ex *leg. un., C. de sentent. quae pro eo, etc.*, juxta dicta *Lib. III, n. 301*. Et sic invenio in vita S. Joannis a Capistrano ⁸ sensisse plures theologos in hujusmodi casu; — quamvis ipse S. Joannes contrariae fuerit sententiae: a qua revera abscedere nec unquam ego consulere auderem.

877. — Quaeritur pro complemento hujus puncti *an dissensus parentum sit causa solvendi sponsalia*.

Affirmat Menochius apud Croix ⁹. — Et sic etiam sentire debent omnes illi qui dicunt Tridentinum ¹⁰ jam declarasse quod hujusmodi matrimonia, sine consensu parentum celebrata, ab Ecclesia sunt prohibita. Ita enim dicunt Petrocorensis ¹¹, Roncaglia ^{a)}; atque Fagnanus, Genettus, Sayrus

Quid, si offeratur alia sponsa conditionis excedenter melioris.

Dissensus parentum, juxta alios, est causa solvendi sponsalia.

n. 7. ⁶ Lib. 24, n. 304. — ⁷ Lib. 6, part. 3, n. 160. — ⁸ *Barberio*, Vita del... B. Giovan. di Capistrano, cap. 9, v. *Con tutto che*. — *Menoch.*, consil. 786, n. 16 et 26. ⁹ Loc. cit., n. 101. — ¹⁰ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹¹ De Matr., cap. 9, qu. 4, v. f., v. *Imo*. — *Fagnan.*, in cap. *Tua*, de despons. impub., n. 22, v. f. *Genett.*, de Matr., cap. 8, qu. 4. — *Sayr.*, Clav. regia, lib. 7, cap. 5, n. 12.

^{e)} Non video quid lex ista ad rem faciat praesentem.

876. — ^{a)} Reginaldus, *lib. 31, n. 264*, id ex Sanchez refert, quem nec probat nec reprobatur.

^{b)} Escobar, *lib. 24, n. 306*, ad hanc profecto opinionem inclinatur, ut ipse dicit; sed « utramque sententiam admodum probabilem » existimat.

^{c)} Gaspar Hurtadus utique contradicit, dicens sibi sententiam Sanchezii difficilem videri. — Et Trullench adhaeret opinioni Hurtadi, « quando nullum damnum, praeterquam quod non contrahere cum hoc divite, sponsae sequitur. — Leander vero utramque sententiam aequae probabilem existimat, « nisi ad summum alias matrimonium utrique esset

utile ». — Et Ochagavia, cum eadem limitatione, tenet revera secundam sententiam. Hinc auctores isti non videntur satis accurate citari ab Escobar.

877. — ^{a)} Roncaglia tenet revera secundam sententiam; nam, *tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 9, resp. 1*, dicit in generali: « Ex sola ipsorum [parentum] contradictione neutri parti liberum est dissolvere sponsalia »; sed addit: « Si juste contradicant [ut si matrimonium in dedecus familiae et parentum vergeret]..., tunc ipsorum contradictio est justa causa dissolvendi sponsalia... Imo, quia promissio quae adimpleri non potest sine peccato, ipso facto nulla est, bene dicitur praefata sponsalia ipso jure esse nulla et invalida ».

et Marchant apud episcopum Muscettula¹: qui proinde ex praefato textu infert, dissensum parentum esse verum impedimentum impediens matrimonium.

Communiternegatur.

Sed communiter id negant ipse Croix² cum Gobat; Sanchez³, Laymann⁴, Holzmann⁵ cum communi (ut testatur), Elbel⁶, etiam cum communi; Sporer⁷ et Bosius⁸. Hi dicunt quod sponsalia filiorum ex hoc solo capite quod sint inita sine consensu parentum, nequeunt irritari; quia eorum consensus non de necessitate, sed tantum de honestate a jure canonico requiritur. — Excipiunt tamen, nisi magnum scandalum ex tali matrimonio timeatur; eo quod virtus justitiae non potest obligare ad actum qui sine peccato impleri nequit: ita Laymann⁹, Navarrus¹⁰, Holzmann¹¹; ac Sanchez¹² cum Corduba, Gutierrez^{b)} et Lopez. Et hoc, addit Sanchez¹³ cum Lopez, valere, etiamsi nulla sit disparitas inter contrahentes. — Advertunt tamen ipse Sanchez et Holzmann, caute considerandum esse hoc scandalum: saepe enim (ut dicunt) minae et discordiarum pericula jactantur, quae postea, teste experientia, ubi nuptiae contractae sunt, facile cessant et animi conciliantur.

Nisi magnum scandalum timeatur.

Saepe periculum scandali est fictum.

Solus justus dissensus patris, est causa solvendi sponsalia.

Sed redeundo ad quaesitum, ego censeo dicendum cum Roncaglia¹⁴, qui citat Laymann et Gutierrez^{c)}, quod si pater injuste dissentiat a tali matrimonio, filius non potest a sponsalibus recedere: et tam ipse quam pater peccarent si vellent ea dissolvere. — Secus vero, si pater juste contradicat, nempe si matrimonium ver-

geret in dedecus familiae; tunc enim sponsalia illa non obligant, cum nemo possit obligari ad exsequendam rem injustam. Et idem dicunt Laymann¹⁵ et Sanchez¹⁶ cum aliis communiter, si ex tali matrimonio magna scandala sint oritura inter propinquos.

Posse etiam (addit Roncaglia¹⁷) filium solvere sponsalia, si pater juste minetur exhaeredationem (et ego subdo, etiam injuste); quia omnia sponsalia intelliguntur contrahi (ut diximus *n. 863*), sub hac conditione, si non accedat talis mutatio, unde grave sit contrahere matrimonium. — Excipe, nisi haec exhaereditio jam fuerit praevisa; quia tunc contrahens merito censetur juri suo cessisse.

Item, si pater minetur exhaeredationem.

878. - « Resp. II^o. In supradictis causis, « quando manifestae sunt, non requiritur « auctoritas judicis ad dissolvenda sponsalia; alioqui requiritur. Quod si sponsus, cognito suo jure resiliendi, nihilominus carnaliter cognovit sponsam, « censetur tacite suo juri renuntiasse et « sponsalia ratificasse. — Laymann^{a)} ».

Auctoritas requisita ad solvenda sponsalia.

Dubitatur 1^o. *An, ad sponsalia solvenda, semper requiratur auctoritas judicis?*

Resp. Certum est 1^o. Quod si sponsalia sunt publica, et causa publica ac certa, non requiritur auctoritas judicis. Et idem dicendum, si sponsalia sunt occulta et causa occulta. — Ita Sanchez¹⁸, Pontius¹⁹, Navarrus²⁰, Holzmann²¹; et Palaus²² cum Silvestro, Valentia, Gutierrez et Rebello.

Si sponsalia et causa solvendi sint publica, non requiritur judex.

Certum est 2^o. Quod si causa est dubia jure vel facto, omnino requiritur aucto-

Si causa sit dubia, requiritur judex.

Petr. March., Tribunal., tom. 2, tr. 5, tit. 2, qu. 4, concl. 4. - ¹ Dub. 1, n. 11. - ² Lib. 6, part. 3, n. 101. - *Gobat*, tr. 10, n. 330. - ³ Lib. 1, disp. 14, n. 2. - ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. - ⁵ De Matr., n. 167. - ⁶ De Matr., n. 9. - ⁷ Part. 4, cap. 1, n. 202. - ⁸ De Matrim. Contractu, cap. 11, n. 106. - ⁹ Loc. cit., n. 14, v. *Enimvero*. - ¹⁰ Man., cap. 16, n. 18, v. f. - ¹¹ Loc. cit., n. 167, i. f., et n. 266. - ¹² Lib. 1, disp. 14, n. 3. - *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 13, v. *Dixi regulariter*. - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 1, cap. 76, v. *Atque hoc quod immediate*. - ¹³ Loc.

cit., n. 3, v. f. *Ludov. Lopez*, loc. cit. - *Sanch.*, loc. cit. - *Holam.*, de Matr., n. 266, v. f. - ¹⁴ Tr. 21, qu. 1, cap. 3, qu. 9, resp. 1. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 14. - ¹⁵ Loc. cit. - ¹⁶ Loc. cit., n. 3. - ¹⁷ Loc. cit., qu. 9, resp. 2. - ¹⁸ Lib. 1, disp. 69, n. 4 et 5. - ¹⁹ Lib. 12, cap. 18, n. 8. - ²⁰ Man., cap. 22, n. 28. - ²¹ De Matr., n. 277. - ²² Tr. 28, disp. 1, punct. 31, n. 1 et 2. - *Silvest.*, v. *Sponsalia*, qu. 11. - *Valent.*, in 3^{am} Part., disp. 10, qu. 2, punct. 5, v. *Notandum*. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 35, n. 4 et 5. - *Rebell.*, lib. 4, qu. 8, sect. 9.

^{b)} Gutierrez, *Can. quaest.*, lib. 1, cap. 20, n. 20 et seqq., dicit magnam discordiam inter parentes et filios, quin etiam inter ipsos sponsos, esse causam justam matrimonium impediendi; quod sane ad scandalum reduci videtur.

^{c)} Gutierrez, *loc. cit.*, n. 23 et 29, dicit

patrem juste dissentire propter disparitatem conditionis, proindeque eo casu matrimonium esse impediendum; sed ubi nulla adest vel fere nulla disparitas, patrem non posse juste impedire matrimonium.

878. - ^{a)} Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 23*, negat requiri judicis auctori-

ritas iudicis. — Sanchez¹, Holzmann²; et Palaus³ cum Gutierrez.

Item, sed per se non sub gravi, si sponsalia sint publica et causa publica.

Quando autem sponsalia sunt publica et causa occulta, tunc etiam requiritur auctoritas iudicis; sed non sub culpa gravi, nisi inde grave scandalum timeatur. Pontius⁴, Holzmann⁵; Palaus⁶ cum Navarro^{b)}, Lopez et Gutierrez; ac Sanchez⁷ cum Silvestro, Angelo et Vega. — Si vero causa illa non possit coram iudice probari, nec etiam sub levi auctoritas iudicis exigitur; ut ait Sanchez⁸ cum Paludano et Henriquez^{c)}.

Nec sub levi, si causa nequeat probari.

Quid faciendum, si defectus possit probari, sed sit occultus.

Casu autem quo defectus alterius partis jam probari possit, sed sit occultus, debet pars innocens alteram commonere, et minari quod manifestabit defectum. Et si ipsa non acquiescit solutioni sponsalium, licere poterit defectum ad iudicium deferre; ut ajunt Laymann^{d)}, Pontius⁹, Sanchez¹⁰; et Palaus¹¹ cum Coninck et Rebello.

Dubitatur^{2o}. *Quaenam probatio requiratur ad solvenda sponsalia?* — Distinguendum:

Ad probandum impedimentum sufficit unus testis juratus.

Si agitur de probando *impedimento*, sive dirimente sive impediendo, tam in foro

¹ Lib. 1, disp. 69, n. 8. — ² De Matr., n. 277; v. *Dixi autem*. — ³ Punct. 31, n. 1, i. f. - *Gutierr.*, Can. quaest., lib. 1, cap. 20, n. 7. — ⁴ Lib. 12, cap. 18, n. 8. — ⁵ Loc. cit., v. *Dixi 2o*. — ⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 31, n. 2. - *Gregor. Lopez*, part. 4, tit. 1, ley 8, gloss. 16. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 35, n. 6. — ⁷ Lib. 1, disp. 69, n. 6. - *Silvest.*, v. *Sponsalia*, qu. 11. *Angel.*, v. *Sponsalia*, n. 42. *Vega*, Sum. silva, lib. 6, cas. 105. — ⁸ Loc. cit., n. 7. *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, i. f., concl. 4 (n. 38). — ⁹ Lib. 12, cap. 18, n. 8. — ¹⁰ Lib. 1, disp. 70, n. 2. — ¹¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 31, n. 4. *Coninck*, disp. 23, dub. 11, n. 83. *Rebell.*, lib. 4, qu. 8, sect. 9, n. 77. — ¹² Lib. 1, disp. 71, n. 1 et seqq. — ¹³ De Matr., n. 277. — ¹⁴ De Matr., qu. 2, art. 9, n. 1. —

interno quam externo, sufficit unus testis juratus, ex cap. *Super eo, de testib. et attestation.*, etiamsi testis ille sit criminosus et non citatus, sed a parte productus; et etiamsi clam deponat et sine manifestatione sui nominis^{e)}. Ita Sanchez¹², Holzmann¹³, Viva¹⁴, Croix¹⁵; Palaus¹⁶ cum Gutierrez; et Salmant.¹⁷ cum Aversa et Coninck.

Et hoc, etiamsi sponsalia fuerint jurata^{f)}, ut verius tenent Sanchez¹⁸; Salmant.¹⁹ cum Covarruvias, Gutierrez, Trullench, Aversa et Gabriele; ac Palaus²⁰ (contra Paludanum et Lopez, ibid.²¹). Quia testis oculatus et juratus magis probat quam fama, quae certe sufficit ad solvenda sponsalia etiam jurata. Vide dicenda a n. 996, v. *Quarta*.

Etsi sponsalia sunt jurata.

Si vero agitur de probanda *alia causa* quae non sit impedimentum, sed tantum quae det alteri jus resiliendi, ut deformitas, fornicatio sponsae, etc.:

Ad probandam aliam causam solvendi:

Quoad *forum externum*, requiruntur saltem duo testes fide digni deponentes sub juramento^{g)}, ut alii dicunt, et communius, prout Sanchez²², Palaus²³, Laymann²⁴;

In foro externo, requiruntur duo testes fide digni et jurati.

¹⁵ Lib. 6, part. 3, n. 215. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 3. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, a n. 2. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 2, n. 110. — *Aversa*, qu. 8, sect. 16, v. *Si autem*; cfr. qu. 7, sect. 5, v. *Debet ergo*. - *Coninck*, disp. 23, dub. 11, n. 78. — ¹⁸ Loc. cit., n. 8. — ¹⁹ Loc. cit., n. 111. - *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 39. *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, n. 8. - *Trull.*, de Sacram., lib. 7, cap. 2, dub. 17, n. 2. *Aversa*, loc. cit. *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 5, qu. 7, n. 73. — ²⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 6. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 9 (n. 27). - *Greg. Lopez*, part. 4, tit. 9, ley 18, gloss. 3. ²¹ *Palaus*, loc. cit., num. 5. — ²² Lib. 1, disp. 71, num. 7. — ²³ Loc. cit., n. 8. — ²⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 1, cap. 2, n. 12, v. f.

tatem, ubi causa est moraliter certa, nisi quandoque ratione vitandi scandali in sponsalibus publicis.

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 28, id a contrario innuit, dicendo: « In nullo casu in quo causa dissolvendi sponsalia est manifesta..., praedicta Ecclesiae auctoritas requiritur ». Notandum praeterea quod, etsi hujus sententiae auctores requirunt iudicis auctoritatem, fere nullus dicit eam requiri sub gravi.

^{c)} Henriquez, *lib. 11, cap. 14, n. 1*: « Licet, inquit, absque iudicis sententia recedere a sponsalibus, quando causa jure expressa constat publice aut certo, ut si certo constet ipsam fornicatam esse occulte, licet sponsalia essent publica ».

^{d)} Laymann, *loc. cit.*, cap. 2, n. 12, innuit

posse tunc ad iudicem deferri defectum, dicendo sponsum posse propria auctoritate resiliere, « quando putat ob defectum plenae probationis se in iudicio nihil obtenturum esse... Si crimen sponsi ad iudicium deferatur et semiplene probatur, ordinarie non poterit iudex sponsalia dissolvere ».

^{e)} Etsi auctores hic citati in asserto principali consentiunt, non omnes tamen ampliationes hic allatas habent.

^{f)} Modo tamen pro sponsalibus juratis, testis ille sit omnino integer, ut notant auctores citati (Gabriele excepto), scilicet: qui nomen suum in iudicio manifestet, uti fere omnes explicant.

^{g)} Multi ex citatis auctoribus silent de juramento praestando; sed id jam requisierunt loquentes de qualitatibus unius testis,

et Salmant.¹ cum Coninck, Gutierrez, Trullench et Gabriele. Quia (ut ajunt) in cap. *Veniens*, et cap. *In omni, de testib.*, dicitur duos testes requiri ubi agitur de praejudicio tertii. — Verum sufficere unum testem fide dignum dicunt Paludanus et Aversa^{h)}, apud Salmant.² (qui cum Trullenchⁱ⁾ horum sententiam probabilem putant); quia durum est compellere virum ad ducendam sponsam, quam ab aliquo fide digno audit, et prudenter jam suspicari potest, fuisse fornicatam. Et revera haec sententia satis probabilis mihi videtur, loquendo de fornicatione sponsae, cum agatur de vinculo perpetuo matrimonii; et ideo ob talem suspicionem viri, prudenter judex timere potest infelicem exitum ex hoc conjugio proventu-

Pro fornicatione sponsae, satis probabiliter sufficit unus fide dignus.

rum. Et huic sententiae reipsa expresse consentiunt ipsi Laymann³ et Palaus⁴, dum ajunt quod, stante probabili timore infelicis exitus, licite potest vir a sponsalibus recedere.

Quoad *forum autem internum*, conveniunt doctores cum Sanchez⁵, Palao⁶; Croix⁷ cum Gobat; et Salmant.⁸ cum Coninck^{j)} Aversa et Dicastillo, sufficere ad solvenda sponsalia unum testem fide dignum, minime de mendacio suspectum, et testantem de certa scientia; vel etiam opinionem probabilem de causa sufficienti ad solutionem, ut idem Sanchez⁹, Croix¹⁰ et Viva¹¹. — Hinc subdunt Viva¹²; et Sanchez¹³ cum Lopez, quod si vir doctus affirmet causam esse sufficientem, licite poterit pars innocens resilire.

In foro interno sufficit unus fide dignus.

Item, opinio probabilis de sufficientia causae.

¹ Tr. 9, cap. 2, n. 114. - Coninck, disp. 23, n. 81. Gutierrez, de Matr., cap. 36, n. 17. - Trull., de Sacr., lib. 7, cap. 2, dub. 17, n. 5. Gabr. a S. Vinc., disp. 5, qu. 7, n. 74. - Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 1, i. f. (n. 17, i. f.). ² Tr. 9, cap. 2, n. 115. - ³ Cap. 2, n. 12, i. f. - ⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 8, v. f. - ⁵ Lib. 1, disp. 73, n. 2. - ⁶ Punct. 32, n. 8, i. f. - ⁷ Lib. 6, part. 3, n. 215. -

Gobat, tr. 10, n. 378. - ⁸ Tr. 9, cap. 2, n. 108. Aversa, qu. 8, sect. 16, v. *In foro tamen*. Dicast., de Matr., disp. 1, dub. 44, num. 656. - ⁹ Lib. 1, disp. 69, num. 9. - ¹⁰ Loc. cit., num. 217. - ¹¹ Qu. 2, art. 9, num. 1. - ¹² Loc. cit. - ¹³ Loc. cit., disp. 69, num. 9. Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, cap. 38, de Matrim., v. *Item dissolvuntur*. -

^{h)} Aversa, *loc. cit.*, v. *Sed fortasse*, non nisi timide propendet in hanc sententiam, scribens: « Fortasse etiam in foro externo, pro qualitate rei et personarum, posset interdum sufficere talis unicus testis, addito ejus juramento ».

ⁱ⁾ Trullench male a Salmant., n. 115, pro hujus sententiae probabilitate allegatur; nam

loc. cit., n. 5, i. f., hoc dicit de foro conscientiae.

^{j)} Coninck, *disp. 23, dub. 11, n. 82*, scribit: « In foro conscientiae sufficit quaevis moralis certitudo, quam sponsus per experientiam aut similem modum habet, aut talis per famam aut testes probatio, qualis juxta dicta in foro externo sufficeret ».

CAPUT II.

De Matrimonio secundum se.

DUBIUM I.

Quid sit, quae ejus Materia, Forma et Minister.

879. *Quid est Matrimonium. Et in quo consistat ejus essentia.* — 880. *Quae sit materia sacramenti Matrimonii.* — 881. *Ob quem finem liceat nubere.* — 882. *Distinguuntur tres fines. Dub. 1. An liceat nubere principaliter in remedium concupiscentiae.* — 883. *Dub. 2. An, ob fines extrinsecos.* — 884. *Quomodo peccent contrahentes in mortali.* — 885. *Quae requirantur ad contrahendum matrimonium per procuratorem.* — 886. *Quid, si qui dedit mandatum sine animo contrahendi, antequam matrimonium contrahatur mandatum ratificaverit.* — 887. *Qualis consensus sufficiat ad contrahendum. Quid, si quis fecte contrahit. An verba sint necessaria ad valorem.* — 888. *An sint necessaria de praecepto.* — 889. *An sufficiat ad contrahendum donatio annuli vel traductio sponsae.* — 890. *An sufficiat consensus conditionatus.* — 891. *Quid, si conditio est necessaria, aut turpis, aut turpis contra substantiam matrimonii.* — 892. *Quid, si apponatur conditio: si pater consenserit. Dub. 1. Quid, si pater taceat.* — 893. *Dub. 2. Quid, si pater primo dissentit, et postea consentit.* — 894. *Dub. 3. Quid, si tempore conditionis pater erat mortuus.* — 895. *An, impleta conditione, requiratur novus consensus.* — 896. *In quo differat conditio a demonstratione, causa, modo et die.* — 897. *Dissertatio de ministro et forma Matrimonii.* — 898. *Solvuntur objectiones.* — 899. *Illationes ex nostra sententia.*

Matrimo-
nium, quid.

879. - « Resp. Est sacramentum inter
« baptizatos, quo vir et mulier sibi mutuo
« legitime corpora sua tradunt ad perpe-
« tuam vitae societatem, usum proles su-
« sciipiendae, et remedium concupiscenti-
« tiae. — *Materia* ex qua et proxima
« est mutuus consensus, externis signis
« expressus, quatenus habet rationem tra-
« ditionis. — Forma autem est idem con-
« sensus, quatenus habet rationem acce-
« ptationis. Suarez¹, Sanchez, Vasquez^{a)}.
« — *Minister* non est sacerdos; sed ipsi
« contrahentes, quia hi ponunt materiam
« et formam. — Porro, matrimonium dici-
« tur *ratum*, quando contractus est factus,
« etsi non sit secuta copula carnalis; *con-*
« *summatum* vero dicitur, quando ea se-
« cuta est ».

Matrimonium dicitur a *matris munere*,
ut ait D. Thomas; sive *ut mater fiat*, ut
D. Augustinus.

¹ De Sac. i. g., disp. 2, sect. 1. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2,
disp. 5, n. 6. — *D. Thom.*, Suppl., qu. 44, art. 2. — *D. August.*,

Ante Christi adventum matrimonium
tantum habebat vim contractus, sed a
Christo fuit postea evehctum ad rationem
sacramenti. De fide autem est matrimo-
nium esse sacramentum; ut definivit Tri-
dentinum², ex illo Apostoli (ad Ephes. v):
*Sacramentum hoc magnum est, ego autem
dico in Christo et in Ecclesia.* Unde ma-
trimonium ut sacramentum, significat
conjunctionem spiritualem inter Christum
et Ecclesiam.

In matrimonio, ut habente rationem
tam contractus quam sacramenti, tria
considerantur, nempe ratio contractus,
vinculum perpetuum animorum cum obli-
gatione reddendi debitum, et copula car-
nalis. Hoc vero tertium, licet alia duo
ad ipsum ordinem dicant, tamen non est
essentialis pars matrimonii; nam sine co-
pula matrimonium bene consistere potest.
— Essentia igitur matrimonii in ratione

Contra Faustum, lib. 19, cap. 26, i. f. Migne, Patrol. lat.,
tom. 42, col. 365. — ² Sess. 24, de sacram. Matr., can. 1.

879. - ^{a)} Vasquez male citatur a Busen-
baum; nam, *de Matr.*, disp. 3, cap. 5, non
aliam sententiam admittit quam: « Materiam
hujus sacramenti esse corpora ipsorum con-

trahentium non impedita, sed legitima, quae
per matrimonium mutuo traduntur; formam
autem esse consensum per verba vel alia
signa legitime expressum ».

sacramenti consistit in contractu inito per mutuum consensum; quia sacramentum, cum contractus perficitur, tum gratiam producit. In ratione vero matrimonii proprie dicti, ejus essentia consistit in vinculo conjugali, quod nunquam per se solvi potest.

880. - Quaeritur: *quae sit materia et forma, et qui minister sacramenti Matrimonii?* Communis est sententia, *ministros* hujus sacramenti esse ipsos contrahentes; et *formam*, ipsorum verba consensum exprimentia: ut probabimus in brevi Dissertatione, quam afferemus in fine hujus Dubii *ex n. 897*.

Quo vero ad *materiam*, magis doctores discrepant: sex sententias enumerat Sanchez¹, septem Pontius². — Duae tamen sunt plus receptae:

Prima, quam tenent Busenbaum (ut supra) et Sanchez³, Salmant.⁴, Roncaglia⁵, et alii plurimi apud ipsos, dicit: verba sponsorum, quatenus exprimunt traditionem corporum, sunt materia; quatenus vero exprimunt acceptationem, sunt forma.

Secunda autem sententia, cui magis adhaereo, et quam tradunt S. Antoninus^{a)}, Petrocorensis⁶, Frassen⁷, Abelly⁸, Holzmann⁹; Laymann^{a)} cum Paludano^{a)} et Petro Soto^{a)}; ac Pontius^{b)} cum S. Bonaventura^{b)}, Gersonio^{b)}, Vasquez^{b)}, Adriano^{b)}, Comitolo^{c)} et aliis, dicit materiam *remotam* hujus sacramenti esse

corpora contrahentium mutuo tradenda, sive jus mutuum in corpus alterius; materiam *proximam* esse ipsam traditionem juris in corpora, factam per verba seu signa consensum exprimentia; *formam* vero esse mutuam acceptationem, verbis aut signis expressam. — De forma infra loquemur, ut diximus supra.

Quod autem *materia remota* sint corpora contrahentium, et *proxima* sit ipsa mutua corporum traditio, sic probatur. — Hoc sacramentum, juxta communem sententiam, habet rationem contractus. Sicut igitur in aliis contractibus, res sunt materia remota, consensus expressus per verba est forma, et traditio rei est materia proxima contractus, nempe applicatio formae ad materiam remotam; ita in matrimonio, corpora (sive jus in corpora) sunt materia remota; consensus expressus per verba, est forma; ipsa autem traditio juris in corpora est materia proxima, quae fit per applicationem formae ad materiam remotam, nempe ad jus quod transfertur.

Contractus autem matrimonii, ad sacramenti rationem elevatus, id habet speciale, quod, ad hoc ut transferatur dominium juris in corpora contrahentium, non requiritur realis traditio rei, ut exigitur in aliis contractibus; sed sufficit sola voluntas externe expressa, ut docent S. Ambrosius¹⁰, ubi: *Non... defloratio virginitalis*

Juxta S. Doctorem, materia remota ipsa corpora.

Proxima, traditio corporum.

Forma, mutua acceptatio.

Ministri, ipsi contrahentes; forma, verba consensum exprimentia.

Materia, juxta alios, verba exprimentia traditionem.

¹ De Matr., lib. 2, disp. 5. — ² Lib. 1, cap. 7. — ³ Loc. cit., n. 6. — ⁴ Tr. 9, cap. 3, n. 63. — ⁵ Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 4, resp. 1. — ⁶ De Matr., cap. 3, qu. 3. — ⁷ Tom. 12,

tr. 3, disp. 2, art. 1, qu. 3, concl. 1. — ⁸ De Matr., sect. 1, n. 3. — ⁹ De Matr., n. 316. — ¹⁰ De Institut. virginis, cap. 6, n. 41. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 316.

880. - ^{a)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 2, post med.*: « Forma hujus sacramenti, inquit, secundum Petrum de Palude, in 4, sunt verba quae dicunt contrahentes, scilicet: *Accipio te in meam*, etc., vel aliquid aequipollens, ut expressivum consensus per signum. Materia sunt ipsi contrahentes ». — Eademque sententiam tenent Petrus de Soto, *lect. 3 et lect. 4, de Matr.*; et Paludanus, brevius dicens in 4, *dist. 26, qu. 4, art. 3, ad 2*: « Verba sunt forma, contrahentes sunt materia ». — Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 3*, idem profecto tenet; sed negat esse necessarium assignare in sacramento matrimonii, quatenus est in fieri, materiam compositionis; quod « si tamen assignare velimus (addit n. 4), iste ultimus modus [Suarezii et Sanchezii, de quo S. Alphonsus in prima sententia] prioribus praefendus est ».

^{b)} Pontius, *loc. cit., n. 12 et 14*; S. Bonaventura, in 4, *dist. 28, qu. 5*; Gersonius, *Compend. theol., tr. 3, de Matr., v. f.*; Vasquez, *disp. 129, cap. 3, n. 38; disp. 148, cap. 7, i. f.*; et *de Matr., disp. 3, cap. 5*; Adrianus, in 4, *de Matr., qu. 1, § Ad rationes*, v. *Ad secundum principale*, dicunt pariter contrahentes esse materiam; formam vero, verba quae consensum exprimunt. — Praeterea Pontius, *loc. cit., n. 13*; Vasquez, *de Matr., disp. 3, cap. 5, n. 70 et 71*, negant distinguendam esse in hoc sacramento materiam remotam a materia proxima.

^{c)} Comitolo, *de Contractu, part. 1, cap. 4*, loquitur de contractibus in generali, in quibus ut formam indicat n. 7, signum externum exprimens consensum; ut materiam vero, n. 9, id omne in quo contractus versatur.

facit conjugium, sed pactio conjugalis;
et S. Joannes Chrysostomus¹: *Matrimonium non facit coitus, sed voluntas.*

881. - « Unde resolves:

Fines liciti et illiciti in contrahendo.

« 1°. Valide et licite contrahi potest
« cum pacto continentiae, sine intentione
« prolis et remedii concupiscentiae. —
« Ratio, quia non pugnat cum essentia
« matrimonii. Et patet exemplo Beatae
« Virginis et S. Josephi.

« 2°. Non videtur licitum contrahere
« tantum propter voluptatem carnis vel
« vanitatem; quia finis debet esse saltem
« honestus. — Navarrus², Sanchez³.

« 3°. Licite contrahitur in remedium
« concupiscentiae (nihil aliud intendendo):
« modo proles positive non impediatur;
« hoc enim sub mortali non licet. Co-
« ninck⁴, Pontius⁵, Hurtadus, Perez⁶: ex
« I Cor. vii. — Hinc etiam conjuges pos-
« sunt abstinere ab usu conjugii, et optare
« ne plures accipiant liberos quam possint
« alere: dummodo, ut dixi, positive non
« impediunt nec abortum procurant. Pe-
« rez⁷, Bonacina⁸, Navarrus^{a)}, etc.

« 4°. Licite etiam contrahitur ob fines
« honestos extrinsecos, fini intrinseco sa-
« cramenti (qui est mutua animorum con-
« junctio et conjugum sanctificatio) non
« contrarios; v. gr. ad pacem inter regna
« vel illustres familias componendam, vel
« splendorem familiae conservandum. —
« Ita contra Sanchez^{b)} et Silvium^{b)} docent
« Praepositus^{c)}, Pontius, Gaspar Hurta-

¹ Opus imperfect., homil. 32, ad v. 9. Inter opera spuria S. Joannis Chrysostomi. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 56, col. 802. — ² Man., cap. 22, num. 79. — ³ Lib. 2, disp. 29, a n. 14, et n. 27. — ⁴ Disp. 25, dub. 2, n. 16 et 14. — ⁵ Lib. 1, cap. 21, num. 4. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 4,

« dus, Diana^{d)}, Martinus Perez⁹: ubi cum
« Diana^{d)} etiam permittit, ob divitias et
« nobilitatem.

« 5°. Valide, sed illicite contrahitur
« cum intentione negandi debitum, vi-
« tandi prolem, vel etiam non educandi,
« moechandi, etc.: nisi tamen talis inten-
« tio in pactum deducatur, id est, nisi
« adjiciatur tamquam conditio obligans
« ad aliquid contrarium essentiae matri-
« monii. — Unde invalide contrahit qui
« vinculum matrimonii vult tantum du-
« rare per annum: vel reservat sibi
« potestatem adulterandi, vel non red-
« dendi debitum debite exigenti. Vide
« Perez¹⁰, etc.¹¹ ».

882. - Tres *fines* in matrimonio consi-
derari possunt: fines intrinseci essentia-
les, intrinseci accidentales, et fines acci-
dentales extrinseci.

Fines intrinseci et extrinseci.

Fines *intrinseci essentialia* sunt duo: traditio mutua cum obligatione reddendi debitum, et vinculum indissolubile. — Fines *intrinseci accidentales* pariter sunt duo: procreatio prolis, et remedium concupiscentiae. — Fines autem *accidentales extrinseci* plurimi esse possunt, ut pax concilianda, voluptas captanda, etc. — His positis:

Certum est 1°. Quod si quis contrahe-
ret, positive excludendo fines *intrinsecos substantialia* matrimonii (nempe, animo non reddendi debitum, vel contrahendi ad tempus), non solum peccaret, sed nul-

Positive excludens fines intrinsecos substantialia in valide contrahit.

diff. 3, n. 9. — ⁶ Disp. 18, sect. 7, num. 6 et 3. — ⁷ Loc. cit., num. 5. — ⁸ De Matr., qu. 4, punct. 1, num. 12. — *Pont.*, loc. cit. — *Gasp. Hurt.*, loc. cit., num. 10 et 11. — ⁹ Disp. 18, sect. 7, num. 7 et 8. — ¹⁰ Disp. 18, sect. 6. — ¹¹ Locis cit.

881. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 16, n. 9, habet tantum ultimam partem, scilicet: eum peccare qui eo modo coit, ut generationem impediatur.

^{b)} Sanchez, *lib. 2, disp. 29, n. 21 et 22*, dicit esse veniale si *principaliter* propter hos fines contrahatur. — Silvius vero, *in Suppl.*, qu. 49, art. 6, concl. 6, ait veniale esse, si quis matrimonio utatur causa valetudinis, quia, « licet finis intentus sit bonus, et medium quod eligunt sit sibi licitum, non est tamen proportio medii ad finem ».

^{c)} Praepositus, *qu. 6, dub. 2, n. 9*, utique negat esse peccatum; sed *n. 10*, hoc explicat eo modo ut videatur sua dicta paululum coarctare: « Non obstante [ratione sacramenti],

inquit, licebit contractum matrimonii inire etiam principaliter propter fines honestos matrimonio extrinsecos. Saltem haec nullum peccatum continebunt, si tantum sint causa applicationis ad hanc vel illam compartem, ut si quis velit matrimonium inire ad prolem suscipiendam, sese autem applicet ad contrahendum cum hac vel illa propter ejus pulcritudinem, gratiam. Qua ratione excusari possunt contrahentes ab omni peccato, etiam veniali, cum communiter principaliter, saltem confuse, spectent finem intrinsecum matrimonii in suo contractu; caetera vero, ut causam applicationis. »

^{d)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 219*, quam citat Busenbaum, non bene allegatur, cum

Excludens fines intrinsecos accidentales valide, et quandoque licite, contrahit.

lum iniret matrimonium. Ita communiter omnes cum D. Thoma¹. — Certum est². Quod si quis excluderet duos fines *intrinsecos accidentales*, non solum valide, sed etiam licite posset quandoque contrahere (prout, si esset senex, et nubere sine spe procreandi prolem, nec intenderet remedium concupiscentiae); sufficit enim ut salventur fines substantiales, ut supra. Et sic contraxerunt B. Virgo cum S. Joseph: qui utique non intenderunt procreationem prolis nec remedium concupiscentiae; et tamen validum quidem et licitum conjugium inierunt, ex Matth. 1, ubi: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.*

Dubitatur 1^o. *An venialiter peccet qui nubit principaliter ob remedium concupiscentiae?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenet S. Thomas², quem sequuntur Navarrus^{a)}, Natalis Alexander^{b)}, Concina^{b)};

Principaliter nubere ob concupiscentiam, veniale, iuxta alios.

¹ In 4, dist. 31, qu. 1, art. 3. — ² Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — ³ Tr. 28, disp. 2, punct. 10, n. 1; cfr. disp. 3, punct. 3, n. 2. — ⁴ Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 236; cfr. n. 292. — ⁶ De Matr., n. 280; cfr. n. 455. — ⁷ Tr. 9, cap. 3, n. 28; cfr. cap. 15, n. 56. *Coninck*, disp. 25, dub. 2, n. 16; cfr. disp. 34, n. 6. — *Dicast.*, de Matr., disp. 2, dub. 25, n. 303; cfr. disp. 9, dub. 2, n. 10. — ⁸ Lib. 1, cap. 21, n. 4; cfr. lib. 10, cap. 8, n. 5 et seqq. *Gabriel Biel*, Suppl. in 4, dist. 26, qu. 1, art. 3, dub. 2. — *Almain.*, in 4, dist. 26, qu. unic., v. *Circa praedicta appa-*

Bossius^{b)} cum Silvestro^{b)}, Henriquez^{c)} et Ledesma^{d)}; ac Sanchez^{b)}. — Id probant ex auctoritate plurimorum SS. Patrum. Item probant ratione: quia, licet remedium concupiscentiae sit etiam finis honestus matrimonii, finis tamen primarius est procreatio prolis; unde contra rationis ordinem est, ut finis secundarius prae primario eligatur.

Secunda vero sententia, non minus communis nec minus probabilis, negat ullo modo peccare: modo contrahens non excludat finem procreandae prolis. Ita tenent Palaus³, Roncaglia⁴, Croix⁵, Holzmann⁶, Bossius^{b)}; Salmant.⁷ cum Coninck et Dicastillo; Pontius⁸ cum Petro Soto^{e)}, Gabriele, Almaino, Covarruvias, etc.; item Cajetanus^{b)}, Major, Durandus^{b)}, Richardus^{e)}, Palacios, Sá, Medina, Philiarchus, Angles, Perez, Ugolinus, etc., apud Sanchez⁹. (Et id quod dicunt de sponsis, idem

Aequè probabiliter nullum peccatum, modo non excludatur proles.

ret. - *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 1, § unic., n. 6, i. f. — *Major*, in 4, dist. 31, concl. 4; cfr. dist. 26, qu. 2. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 31, disp. 2, v. *Haec ergo sunt.* — *Sá*, v. *Debitum conjugale*, n. 5. — *Mich. Medina*, de sacror. homin. Continentia, lib. 3, cap. 13. — *Philiarch.*, part. 2, lib. 4, cap. 19, v. *Quinto.* — *Angles*, Flores, part. 1, de Matr., qu. 5, diff. 4. — *Didac. Perez*, Comment. in Ordin. regni Castellae, lib. 5, tit. 1, leg. 1, § *Tertia conclusio.* — *Ugolin.*, de Matrim., cap. 10, in fine. — ⁹ Lib. 9, disp. 9, num. 3.

ibi disputet de eo qui contrahit « causa vitandae fornicationis ». Sed, *resol. 216*, negat esse peccatum, etiam veniale, contrahere « ob pulcritudinem, vel divitias ».

882. — ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 79, (edit. latin. Venet. 1573) perspicue sententiam istam insinuat, dicens: « Contrahere principaliter... ob... finem qui de se mortalis non est, nec debitus finis principalis matrimonii, quamvis secundarius esse possit, est peccatum veniale ». Cfr. etiam versionem italic. Venetam 1575. — Nota praeterea S. Thomam, *loc. cit.*, loqui, non de contractu ipso, sed de actu matrimonii; et ita etiam Natalis Alexander, *de Matr.*, cap. 5, § 2, *reg. 3 cum reg. 2 et 5*; Concina, *de Matr.*, *diss. 4, cap. 8, a n. 5*. Sed profecto eadem videtur esse in hoc ratio de utroque, quamvis Natalis Alexander, *cap. 1, art. 3, reg. 5*, de intentione in contrahendo videatur tenere contrariam opinionem; postquam enim remedium concupiscentiae recensuit inter fines, propter quos matrimonium Deus instituit, scribit: « Hae igitur sunt causae, quarum aliquam sibi proponere quisque debet, qui pie et religiose, ut sanctorum filios decet, nuptias velit contrahere ».

^{b)} Bossius, *de Matrim. Contractu*, cap. 10,

n. 263; et *de Effect. Matrim.*, cap. 7, n. 42 et 43; Silvester, v. *Matrimonium IV, qu. 4*; Sanchez, *lib. 2, disp. 29, n. 26*, hanc sententiam tenent in casu dumtaxat quo generatio possibilis est; si vero generatio non sit possibilis, non erit peccatum. Et hanc eandem sententiam tenent Cajetanus, *Sum.*, v. *Matrimonii peccata*, § *Primum igitur caput*; et Durandus, *in 4, dist. 31, qu. 4, n. 7, lit. E.*

^{c)} Henriquez, *lib. 11, cap. 4, n. 2*, non loquitur de remedio concupiscentiae, sed solum de eo qui contrahit « ob causam minus bonam, ut delectationis, pulcritudinis aut divitiarum ».

^{d)} Petrus Ledesma, *qu. 49, art. 5, dub. 3*, loquens de usu matrimonii, hanc sententiam utique probabilem existimat, sicut et secundam; sed probabilissimam omnium, eam quae negat ullum esse peccatum, quando talis usus est remedium moraliter necessarium. Et in *resp. ad 2*, de intentione in contrahendo eandem sententiam tenet.

^{e)} Petrus de Soto, *lect. 16, de Matr.*, v. *Secundum*, testatur plures auctores ita sentire; ipse vero tenet esse veniale. — Richardus de Mediavilla, *in 4, dist. 31, art. 3, qu. 2, corp.*, problematice, ut ait Sanchez, hanc sen-

asserunt de conjugibus qui copulam habent ^{f)} principaliter ad concupiscentiam sedandam). Ratio hujus sententiae est, quia matrimonium est a Deo institutum, non solum ad prolem procreandam, sed etiam in remedium concupiscentiae; ut probatur ex Apostolo (I Cor. VII, 2.), ubi: *Propter fornicationem..., unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat.*

Huic tamen textui respondet S. Thomas¹, sic dicens: *Si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjugee, non est aliquod peccatum, quia haec est quaedam redditio debiti... Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas; et secundum hoc, est peccatum veniale: nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quae est de peccatis venialibus.* — Sed venia tanti Doctoris (cujus sententiis universe obsequi in caeteris ego studui) magis propria videtur interpretatio S. Joannis Chrysostomi, cujus verba mox infra afferam, et quem sunt secuti Estius, Salmeron ^{s)} et Cornelius: nempe, quod illud *propter fornicationem*, non intelligitur de vitanda fornicatione conjugis, sed propria. Idque videtur patere ex contextu ejusdem Apostoli (in dicto cap. VII), ubi dicitur: *Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat.* En quomodo Apostolus viris consilium praebet ut abstineant a tactu mulierum; si vero ipsi in periculo sint incontinentiae, ne incidant in fornicationem, remedium non solum permittit,

sed suadet, dicendo *unusquisque suam uxorem habeat.* — Et quamvis addat: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium:* id tamen profert pro iis qui non sunt incontinentes, quibus tantum permittit nubere; sed suadet a nuptiis abstinere, dum ait: *Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego.* Neque hic *indulgentia* importat permissionem culpae venialis; verius enim, ut ait Pontius cum Estio ^{h)}, Salmerone et Cornelio ^{h)}, indulgere non est veniam dare ad leviter peccandum, sed permittere ut licitum.

Cum autem D. Paulus sermonem revocat ad eos qui sunt in periculo incontinentiae, non solum permittit, sed etiam ipsos ad nubendum absolute hortatur, dicens (vers. 9): *Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri.* Tò enim *nubant* verius hortationem quam permissionem importat. — Id bene confirmatur ab eo quod dicit Apostolus eodem loco (I Cor. VII, 5), ubi loquens de conjugibus, scribit: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Si licet ergo conjugibus debitum petere tantum ad vitandam incontinentiam, licebit etiam ob eundem finem matrimonium inire.

Hinc S. Joannes Chrysostomus, explicans textum Apostoli, inquit unam ex causis, cur Deus instituerit matrimonium, esse ut vitetur incontinentia. — En ejus verba: *Quae igitur fuit causa conjugii? Et cur illud datum est divinitus?*

¹ Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — *Estius*, in I Cor. VII, 2 et 3. — *Cornel. a Lapide*, in eumd. loc. — *Pontius*, lib. 1,

cap. 21, n. 4. *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

tentiam de usu matrimonii tenet; sed certe in *resp. ad obj. 1, 2 et 3*, et quidem expresse, tenet esse peccatum, quod Sanchez non advertit.

^{f)} Et hoc dumtaxat assertum habent, *locis cit.* (expresse saltem), Croix, Holzmann, Almainus, Sà, Philarchus, Angles, Perez, Ugolinius.

^{s)} Salmeron, in I Cor., disp. 10, § Ad tertiam vero [dubitationem] circa illa verba: *Propter fornicationem*, absolute loquitur et sine distinctione: « Etsi ante peccatum conjugium

sit institutum a Deo propter sobolem; post peccatum tamen adjectum est, ut sit in remedium fomitis et concupiscentiae, quae in homine dominatur: ita ut in medicamentum peccati liceat usus conjugii ».

^{h)} Estius contra, in *loc. cit.*, v. 6, dicit Apostolum id concessisse « ex permissione et indulgentia quadam, quia nimirum solent minora quaedam mala concedi ad avertendum majora »; et deinde approbat D. Augustinum dicentem esse veniale. — Et pariter Cornelius a Lapide, in *cit. loc.*, videtur consentire

Audi Paulum dicentem: Ad vitandas scortationes, quisque suam uxorem habeat, etc. Ut scortationem vitemus, ut moderemur concupiscentiam..., contenti uxore propria, hoc nobis affert conjugium, hic ejus fructus, hoc inde lucrum est..., in hoc quaerendae nuptiae, ut ad vitam pudice degendam nos adjuvent. Ita S. Doctor ¹.

Ad auctoritates SS. *Patrum* quae opponuntur, respondet auctor Petrocorensis ², quod ideo Patres conjuges damnant, quia eos libidinis impetum sequi supponunt.

Ad *rationem* autem contrariae sententiae, nempe quod sit deordinatio eligere finem secundarium prae primario: respondetur quod deordinatio quidem esset, si ordinaretur finis primarius ad secundarium; sed non, si ex duobus finibus licitis secundarius prae primario eligatur. — Hujusmodi tamen fines intrinseci accidentales (vel procreandae proles vel vitandae incontinentiae), ut honesti sint, oportet ut referantur ad Deum, si non actualiter, saltem virtualiter aut habitua-

Fines intrinseci accidentales, referendi ad Deum, saltem habitualiter.

liter ³; ut communiter tradunt Sanchez ³, Pontius ⁴; et Bossius ⁵ cum Reginaldo, Villalobos, Filiuccio, etc.

883. - Dubitatur ². *An sit licitum contrahere matrimonium principaliter ob fines accidentales extrinsecos*, nempe ob voluptatem captandam, pacem familiarum conciliandam, et similia?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius ^{a)}, Palaus ⁶; et Salmant. ⁷ cum Cajetano, Coninck ^{a)} et Gabriele; ac probabilem putat Sporer ⁸ cum Tamburinio: modo non excludatur finis debitus intrinsecus, ut supra. — Ratio, quia semper ac finis debitus retinetur, non est illicitum nuptias ad fines indifferentes ordinare. Tunc enim finis (v. gr. voluptatis) non est principalis, sed tantum impellens ad contrahendum matrimonium, quo jam cohonestatur voluptas.

Secunda sententia negat; et hanc tenent D. Thomas ^{b)}, Sporer ⁹, Tamburinius ¹⁰, Roncaglia ¹¹, et Sanchez ^{c)}, citans S. Augustinum et S. Anselmum. — Ratio, quia non potest esse immune ab aliqua

Contrahere principaliter ob fines extrinsecos accidentales, juxta alios, licitum.

Juxta alios, illicitum.

¹ Homil. *Quales ducendae sint uxores*, n. 5; Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 51, col. 232. — ² De Matr., cap. 11, qu. 2, v. *Sed quia*. — ³ Lib. 9, disp. 8, n. 3. — ⁴ Lib. 10, cap. 8, n. 2. — ⁵ De Effect. matr., cap. 7, n. 17. — *Regin.*, lib. 31, n. 336. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 40, n. 1. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 317. — ⁶ Tr. 28, disp. 2,

punct. 10, n. 3. — ⁷ Tr. 9, cap. 3, n. 30. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 3. — *Gabriel a S. Vinc.*, disp. 1, qu. 4, num. 40. — ⁸ Part. 4, cap. 1, num. 298. — *Tambur.*, de Matr., tr. 4, cap. 2, § 3, n. 13. — ⁹ Loc. cit., n. 297. — ¹⁰ Loc. cit., num. 11. — ¹¹ Tract. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2.

S. Augustino. Circa quod notandum est Pontium hos auctores citare his tantum verbis: « Vide... Cornelium, Estium et Salmeronem ».

ⁱ⁾ Auctores citati haec dicunt de ipso actu conjugii (sed idem plane est de intentione in contrahendo); et loquuntur solum de procreatione proles, quamvis ratio quam afferunt valeat etiam pro intentione vitandae fornicationis.

883. - ^{a)} Pontius, *lib. 1, cap. 21, n. 13*, ita loquitur de pulcritudine, divitiis, generis nobilitate. De voluptate vero, *n. 7*, negat esse peccatum per se contrahere ad eam captandam; per accidens vero, et ut in pluribus, dicit in hoc inesse aliquod veniale, quia raro accidit sine peccato exerceri actum illum propter vehementiam voluptatis. — Coninck autem, quamvis hic citetur a Salmant., at certe *disp. 25, n. 16 et seqq.*, potius tenet eandem sententiam quam S. Alphonsus, ut ipse S. Doctor infra notabit.

^{b)} S. Thomas, *in 4, dist. 31, qu. 2, art. 3*, tractat de actu conjugii, qui propter delectationem quaeritur; sed, ut jam notatum est, idem omnino est dicendum de contractu et de actu matrimonii.

^{c)} Sanchez, *lib. 9, disp. 11, n. 4*, ubi citat S. Augustinum et S. Anselmum, loquitur de usu matrimonii, quem dicit esse venialem, si fiat propter solam delectationem; et ita revera habet S. Augustinus, *de Bono conjug., cap. 6* (Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 377, 378) et *contra Julian., lib. 5, cap. 9, n. 40* (Migne, Patrol. lat., tom. 44, col. 807 et 808). — S. Anselmus vero a Sanchez citatur ut qui idem dicat in locum D. Pauli (I Cor. vii): *Hoc autem secundum indulgentiam dico*; sed id apud S. Anselmum reperire nequivi; idem tamen tum de usu tum de ipso contractu Matrimonii indicat, *de Nupt. consanguineor., cap. 6*, ubi scribit: « Non quod negem nuptias sanctas et cubile immaculatum, quae legitime et cum timore Dei celebratae pio amore matrimonium, quo nubentes efficiuntur unus spiritus, ex quo facti sunt una caro, et amore sancto et desiderio generandae proles, sic contegunt honestate sui, et absorbent quodammodo illam humanae generationis poenalem turpitudinem ». Migne, Patrol. lat., tom. 158, col. 560. — Sed de intentione in ipso contractu Sanchez loquitur *lib. 2, disp. 29*; et *n. 21*, dicit veniale esse « ad alios fines [praeter sobolem

deordinatione, velle ordinare rem sacram ad profanam, et matrimonium contrahere ob fines alienos ab illis per quos nuptiae sunt licitae.

S. Doctor distinguit: Si finis sit per se honestus, licitum.

Ego puto distinguendum: Si finis sit per se *honestus*, nimirum pax populi, amor inter consanguineos, honoris familiae conservatio, sanitatis tuendae, et similis: tunc puto dicendum cum Busenbaum (ut supra, *n. 881, ad 4*), Pontio¹, Coninck² et Palao³ (qui id habet ut certum^{d)}, contra^{c)} Sanchez) licite matrimonium contrahi. Quia haec non est deordinatio, ut mox supra diximus, eligere aliquem ex finibus secundariis honestis prae fine primario: modo iste non excludatur. — Secus vero, si finis *non sit honestus*, nempe si sit voluptatis, vel cupiditatis divitiarum aut vani honoris; ut tenent Busenbaum (*n. 881, ad 2*) cum Navarro et Sanchez, et Viva⁴ cum communi.

Si finis inhonestus, illicitum.

Gratia requiritur in contrahentibus.

884. - « 6°. Contrahentes, ut non peccent, debent esse in gratia, etiam tunc « quando per procuratorem contrahunt; « quia verum sacramentum suscipiunt, « licet dormiant. Secus est de procuratore per quem contrahunt: uti et de sacerdote copulante; quia nec suscipit « nec administrat sacramentum, sed tantum ut testis assistit. Card. de Lugo⁵ ». — [Ita etiam Salmant.⁶ cum Sanchez et communi].

Secus, in procuratore et sacerdote assistente.

¹ Lib. 1, cap. 21, n. 13. — ² Disp. 25, dub. 2, n. 17 et 18. — ³ Tr. 28, disp. 2, punct. 10, n. 3. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 79. — *Sanch.*, lib. 2, disp. 29, n. 27. — ⁴ De Matr., qu. 3, art. 2, n. 4. — ⁵ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 155. — ⁶ Tr. 9, cap. 3, n. 10, 89 et 92. *Sanch.*, lib. 2, disp. 6, a num. 3; et disp. 11, num. 29 et 30. — ⁷ Tract. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 6, resp. 1. — ⁸ De Matr., qu. 2, punct. 5, n. 12

Peccaret autem mandans, si tunc esset in mortali, eodem modo ac si per se contraheret. Roncaglia⁷; et Bonacina⁸ cum Rebello, Coninck, Gutierrez, etc. — Et peccaret quidem duplici peccato sacrilegii: primo, quia indigne susciperet sacramentum; secundo, quia indigne ministraret (ut dicemus *n. 897 et seq.*). Sed hoc ultimum probabiliter non est mortale, juxta dicta *de Sacram. in gen.*, *n. 32*; cum sponsi non sint ministri ad tale sacramentum consecrati.

885. - Notandum hic quod, ut procurator contrahat matrimonium nomine alterius, plura requiruntur, scilicet:

Quenam requirantur in procuratore.

1°. *Speciale mandatum*: ad quod autem non requiritur scriptura, sed sufficit si detur ore tenus; ut dicunt Sanchez⁹, Salmant.¹⁰; et Palaus¹¹ cum Gutierrez et Perez^{a)}. — Nec requiritur diversitas sexus: unde bene hoc officium gerere possunt duo mares vel duae feminae; ut Sanchez¹²; et Palaus¹³ cum Gutierrez.

2°. Ut mandatum sit de contrahendo cum *determinata* persona. — Vide Salmant.¹⁴.

3°. Ut procurator *per se* contrahat; non potest enim ipse alium delegare, nisi habeat expressam et specialem a mandante licentiam. — Et haec tria habentur expresse^{b)} in *cap. fin. de procurat. in 6°*.

et 13. *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 5, n. 11. — *Coninck*, disp. 24, dub. 2, num. 23. *Gutierr.*, de Matr., cap. 43, n. 23. — ⁹ Lib. 2, disp. 11, n. 3 et 14. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 3, n. 97. — ¹¹ Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 1 et 7. *Gutierr.*, de Matr., cap. 43, num. 3 et 16. — ¹² Loc. cit., num. 15. — ¹³ Loc. cit., num. 7. — *Gutierr.*, loc. cit., n. 17. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 3, n. 97.

vel remedium concupiscentiae] indifferentes, matrimonio tamen extraneos, ut pulcritudinem, divitias, matrimonium principaliter ordinare; idemque esse, *n. 22*, si principaliter ordinetur ad paces componendas. Haec tamen intelligenda sunt quando ii sunt fines principales, non vero quando sunt causa dumtaxat secundaria seu applicationis ad contrahendum. Ex quo infert, *n. 25*, « communiter excusari a veniali contrahentes matrimonium ob fines indifferentes, matrimonio extraneos, quia communiter non eligunt ut fines, sed ut rationem applicationis ad matrimonium, vel ad matrimonium cum tali; et manet finis matrimonii debitus, etiamsi de illo nihil cogitent, quia eo ipso quod matrimonium contrahere

intendunt, nisi finem debitum expresse excludant, illum virtute et implicite intendunt ».

d) Id ut certum habet Palaus, in quantum scilicet absolute sic tenet, nec loquitur de contrariae sententiae probabilitate.

885. - a) Didacus Perez, quem Palaus citat ad probandum scripturam non esse necessariam, dicit tantum in *Comment. in Ordinatio regni Castel.*, lib. 5, tit. 1, leg. 1, v. *Quid autem sit in matrim.*, matrimonium posse inter absentes contrahi « per nuntium vel epistolam ad hoc specialiter constitutam ».

b) Haec tria in citato capite habentur, videlicet: 1° ut procurator habeat speciale mandatum; 2° ut alium sibi non substituatur, nisi ad hoc speciale mandatum habuerit; 3° ut

4°. Ut mandatum *non sit revocatum* (nec etiam^{c)} mentaliter) a mandante, antequam matrimonium celebretur. Sanchez¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Pontio et Bonacina. — Et hoc currit, etiamsi revocatio fiat tacite, nempe si quis mandatum dederit contrahendi cum una, et postea celebret sponsalia cum alia. Sanchez⁴; et Palaus⁵ cum Covarruvias, Coninck et Gutierrez.

5°. Ut procurator *ostendat mandatum* parochi et testibus, et coram eis contrahat matrimonium, juxta formam Tridentini. — Non requiritur autem ut coram eisdem tradatur mandatum procuratori ex parte mandantis. Sanchez^{d)}; et Salmant.⁶ cum Pontio^{e)}, Bonacina^{e)}, etc.

6°. Ut procurator *limites mandati* non excedat. — In hoc tamen advertendum quod si conditio sit requisita *a mandante*, scilicet ut contrahatur cum tali dote, tali tempore, etc.; si non servatur conditio, matrimonium erit nullum. Sanchez⁷, Roncaglia⁸ et Coninck⁹.

¹ Lib. 2, disp. 11, n. 6 et 9. — ² Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 2. — ³ Tr. 9, cap. 3, n. 98 et 100. — *Pont.*, lib. 2, cap. 15, n. 8 et 11. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 5, n. 7. — ⁴ Loc. cit., n. 10. — ⁵ Loc. cit., n. 2. *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 4, init., n. 14. *Coninck*, disp. 24, dub. 9, n. 69. *Gutierr.*, de Matr., cap. 43, n. 28. — ⁶ Tract. 9, cap. 3, n. 102. —

Si vero conditio sit requisita *a jure*, nempe ut contrahatur praemissis denuntiationibus, obtenta licentia episcopi, etc., tunc validum erit matrimonium sine ipsis ininitum; ut communiter dicunt Bonacina¹⁰, Sanchez¹¹, Navarrus^{f)}; et Salmant.¹² cum Palao, Trullench, Reginaldo^{f)}, Diana^{g)}, etc. Quia matrimonium sine illis per se est validum, quamvis illicitum: ergo sic etiam, cum celebratur per procuratorem; talis enim forma apponitur ad rite faciendum actum, sed non ut conditio, sine qua mandatum sit invalidum.

886. — Quaeritur hic: *an, si quis dederit mandatum sine animo contrahendi, sed ante celebrationem matrimonii mandatum ratificavit, tunc valide matrimonium contrahatur?*

Negant Palaus¹³ et Coninck¹⁴; quia mandatum illud, deficiente animo contrahendi, fuit nullum; et ideo non potuit solo consensu reconvalidari, sed oportet ut denuo consensu expresso constituatur. —

Si mandatum sine animo contrahendum habeatur antequam matrimonium:

Non improbabilius matrimonium invalidum.

⁷ Lib. 2, disp. 11, n. 17. — ⁸ Tr. 21, qu. 2, cap. 1; qu. 6, resp. 2. — ⁹ Disp. 24, dub. 9, n. 69. — ¹⁰ Qu. 2, punct. 5, n. 9. — ¹¹ Loc. cit., n. 18. — ¹² Loc. cit., n. 101. — *Palaus*, tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 3. — *Trull.*, de Sacram., lib. 7, cap. 3, dub. 7, n. 14. — ¹³ Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 2. — ¹⁴ Disp. 24, dub. 9, n. 72.

matrimonium sit invalidum, si mandatum sit revocatum antequam contrahat, etiamsi hanc revocationem ignoret.

^{c)} Ampliatio haec (quam praetermittit Bonacina) valet pro foro conscientiae tantum, ut notant Sanchez, Salmant. et Pontius.

^{d)} Haec videntur clarius ex ipso Sanchez explicanda. Igitur Sanchez, *lib. 2, disp. 11, n. 23*, negat exigi ut mandatum detur procuratori, praesente parochi et testibus; et ait satis esse ut procurator contrahat coram istis. Et *ibid.*, *n. 24*, quaerit utrum « necessarium sit ut parochus et testes, dum assistunt matrimonio contracto per procuratorem, videant mandati litteras », et remittit lectorem *ad lib. 5, disp. 8, n. 24*, ubi negat id requiri ad valorem matrimonii, et affirmat exigi solum ut parochus et testes plene testificentur de matrimonio; haec sunt ejus verba: « Quando aliqui contrahunt per procuratorem, non est opus ut parochus et testes videant litteras, in quibus continetur potestas procuratoris, ut praxis totius Ecclesiae recepit; alias deberent esse viri docti, ut scirent an ea potestas sit sufficiens necne; at non possunt plene testificari de matrimonio, nisi supposita veritate illius potestatis procuratoris... Non videtur mens

concilii, ut plene et integre possint parochus et testes de matrimonio testificari, sed ut sint testes consensus de praesenti, quamvis valor matrimonii pendeat ex alicujus veritatis suppositione, ut constat ex matrimonio contracto per procuratorem, in quo ut parochus et testes plene testentur de matrimonio, oportet ut videant potestatem procuratoris, et sciant esse sufficientem nec revocatam ».

^{e)} Pontius, quidquid dicant Salmant., id non habet. — Bonacina autem, *loc. cit.*, *n. 5*, id tantum requirit (quod ad praesens attinet) quod contrahat « coram parochi et testibus, alioquin invalide celebrat ».

^{f)} Navarrus, *Man.*, *cap. 22, n. 78*, rationem dumtaxat habet hujus dicti, scilicet: matrimonium, quod quis contra prohibitionem episcopi, judicis vel parochi contrahit, validum esse, si impedimentum quod opponebatur revera non existat. — Et pariter Reginaldus, *lib. 31, n. 179*, dicit validum esse matrimonium, *cui delegatus assistit*, non exsequens aliquid quod habet in mandatis, v. g. ut non procedat ad matrimonium nisi factis denuntiationibus, etc.

^{g)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 250*, hoc dumtaxat refert ex Villalobos.

Probabilius validum.

Sed affirmant Sanchez¹, Bonacina^{a)}, Roncaglia²; et Salmant.³ cum Trullench. Ratio, quia procurator ideo valide contrahit, in quantum suis verbis significat voluntatem, non jam praeteritam, sed praesentem mandantis; sufficit igitur quod tempore quo contrahit, adsit voluntas mandantis, ut valeat actus. — Haec videtur probabilior; sed primam non censeo improbabilem.

In talibus autem nuptiis, parochus interrogare debet procuratorem: *Vis in uxorem Luciam, nomine N. N.?* Et feminam: *Vis in maritum Franciscum, mediante praesente suo procuratore?* — Vide Salmant.⁴

Quid de matrimonio per epistolam.

Matrimonium autem *per epistolam* contrahitur, quando unus, ex. gr. sponsus scribit ad sponsam, se illi tradere in maritum, et ex tunc eam acceptare in uxorem; et sponsa idem rescribit viro; et uterque postea epistolas legit coram parochio et testibus. — Sed quando vir scribit feminae, se illi in virum tradere, et acceptare illius consensum ex tunc quo illa praestiterit: tunc, licet femina non rescribat, sufficit ut matrimonium contrahatur, si femina coram parochio et testibus litteras aperiat et consensum praestet. — Ita Sanchez⁵; Salmant.⁶ cum

Diana^{b)} et Villalobos^{b)}; ac Palaus^{b)} cum Navarro^{c)}, Molina^{c)}, Coninck^{d)}, Henriquez^{c)} et Gutierrez^{c)}.

« 7^o. Conjux habet potestatem in alterius corpus, sed non ad exercendam « libidinem generationi adversantem ».

887. - « 8^o. Requiritur consensus de « praesenti, verbo, scripto, aut nutibus « expressus ».

« Sufficit tamen 1^o exprimere per « alium, ut si parentes pro filiis contrahant, his tacentibus. Vide Diana⁷ ». [Id quod dictum est de sponsalibus filiorum, quae, ipsis tacentibus, a parentibus contrahuntur (vide *ex numero 838*), idem dicitur de ipsorum matrimonio, tali modo inito. Vide Salmant.⁸ cum D. Thoma, Sanchez, Bonacina, Covarruvias, etc.]. — « Sufficit etiam 2^o si alterius consensui praecedenti, et non revocato, alterius accedat. « Unde, si quis coram parochio non vere « consenserit, satisfacit consentiendo potestea. Vide Diana⁹ ».

Vir autem fecte matrimonium contrahens tenetur ducere; ut docent Lugo¹⁰ et Croix¹¹ cum Sanchez¹²: etiamsi adsit disparitas^{a)}, quae (ut ait Lugo) raro excusat. — Excipitur tantum: 1) Si fraus mulieris intercesserit; ut declaravit S. Congregatio. Vide Patrem Zaccaria apud Croix^{b)}. —

Quam potestatem conjux habeat in corpus alterius.

Ad matrimonium qualis consensus requiratur.

Fecte contrahens ad quid teneatur.

¹ Lib. 2, disp. 11, num. 13. — ² Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 6, resp. 2. — ³ Tr. 9, cap. 3, n. 104. *Trull.*, de Sacram., lib. 7, cap. 3, dub. 7, n. 12. — ⁴ Loc. cit., n. 107. — ⁵ Lib. 2, disp. 12, n. 3. — ⁶ Loc. cit., n. 108. — ⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 272. — ⁸ Tr. 9, cap. 6, n. 61. — *D. Thom.*, in 4,

dist. 27, qu. 1, art. 2, solut. 2, ad 3. — *Sanch.*, lib. 1, disp. 23, n. 3. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 1, n. 6. — *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 4, init., n. 7. — ⁹ Part. 3, tr. 4, resol. 292. — ¹⁰ De Just. et Jure, disp. 12, n. 35. — ¹¹ Lib. 6, part. 3, n. 257. — ¹² Lib. 1, disp. 11, n. 4.

886. - ^{a)} Bonacina, *qu. 2, punct. 5, n. 6*, hanc opinionem a contrario insinuat, seu eam supponit, dicens: « Qui fecte constituit procuratorem ad contrahendum suo nomine matrimonium, et tempore contractus matrimonii non abstulit fictionem nec interius consensit, non censetur valide celebrasse matrimonium in foro conscientiae; nam contractus celebratus sine consensu non est validus ».

^{b)} Diana et Villalobos citantur utique hic a Salmant.; sed Villalobos, *part. 1, tr. 13, diff. 10, n. 2*, secundum tantum modum habet. Et hunc Diana, *loc. cit., resol. 250*, ex eodem Villalobos dumtaxat refert. — Palaus pariter, *loc. cit., n. 11*, secundum modum tantum habet, sed paululum immutatum.

^{c)} Navarrus, *lib. 4, consil. 6, n. 9, de cognat. spirit.*; Molina, *de Just. et Jure, tr. 2, disp. 254, n. 1*; Henriquez, *lib. 11, cap. 2, n. 6*; Gutierrez, *de Matr., cap. 45, n. 4, a*

Palao citantur pro hoc asserto tantum, quod scilicet matrimonium potest per litteras contrahi; Gutierrez tamen non bene. Ast Henriquez habet etiam secundum modum qui refertur hic a S. Alphonso; et Gutierrez, *n. 2*, utrumque.

^{d)} Coninck, *disp. 24, n. 80*, diverso modo ponit primum casum: « Si Catharina prior, inquit, scripsit Petro, se in eum de praesenti consentire; et inde Petrus, *remissis iisdem litteris*, scribat se ejus consensum acceptare, et similiter in eam de praesenti consentire, et *utraeque litterae* a Catharina coram parochio et testibus legantur, et Petri consensus acceptetur ».

887. - ^{a)} Quae tamen non sit notabilis, limitat Sanchez.

^{b)} Declaratio S. Congr. Conc., quam P. Zaccaria ad Croix, *lib. 6, part. 3, n. 258*, affert, non est ad rem; ibi enim 1^o fecte contrahens

Excipitur 2) Si nullum damnum sit puellae obventurum; ut ajunt Sanchez¹; et Croix² cum Palao^{c)} et Krimer.

Verba non sunt necessaria ad valide contrahendum.

Certum est apud omnes (exceptis paucis quos refert Bossius³), ad contrahendum valide matrimonium *verba non esse necessaria*; ut docent D. Thomas⁴, Bellarminus⁵, Sanchez⁶, Roncaglia⁷; et Bossius⁸ cum Panormitano, Navarro, Covarruvias, et alii passim. — Probatur ex *cap. 23, de sponsal.*, ubi muti et surdi valide quidem nubunt; et ex *cap. unic., § fin., de despons. impub. in 6^o*, ubi dicitur, ad matrimonium filiae sufficere consensum parentum, si ipsa taceat^{d)}; item ex *cap. Is qui fidem, de sponsal.*, ubi olim sponsalia per copulam in matrimonium transibant. Ex quibus canonibus infertur, verba non esse necessaria; cum ibi sufficiat ad contrahendum consensus, signis tantum expressus, et etiam praesumptus^{e)}. Clarius id probatur ex *cap. Tuae fraternitati 25, de sponsal.*, ubi, ad quaesitum: *Utrum ex solis verbis... matrimonium contrahatur?* Innocentius III sic respondit: *Matrimonium in veritate con-*

trahitur per legitimum viri et mulieris consensum; sed necessaria sunt, quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de praesenti: nam surdi et muti possunt contrahere matrimonium per consensum..., sine verbis.

888. — An autem verba sint necessaria de praeepto?

Alii affirmant, ut Aversa, Cornejo et Rodriguez, apud Salmant.⁹ Et probant ex verbis mox supra relatis (in citato *cap. Tuae fraternitati*): *Sunt necessaria, quantum ad Ecclesiam, verba, etc.* — Et ideo sentiunt peccare graviter sponso qui signis tantum consensus exprimit, cum possint verbis^{a)}.

Juxta alii sunt necessaria praeepti gravi.

Alii autem negant verba esse de praeepto: ita Pontius¹⁰, Palao¹¹, Viva¹² et Diana^{b)}. Quia (ut ajunt) nullibi patet tale adesse praeeptum. — Respondent autem ad praefatum textum, Pontificem ibi minime intendisse excludere alia signa consensus exprimentia; et dixisse necessaria esse verba *quantum ad Ecclesiam*, non quoad substantiam actus, sed quoad faciliorem conjugii probationem. Et sic sentit

Juxta alii non sunt praeepti.

¹ Lib. 1, disp. 11, n. 5. — ² Lib. 6, part. 3, n. 257. - *Krimer*, in 4 decretal., qu. 1, art. 5, § 1, n. 529. — ³ De Matr. Contr., cap. 3, n. 41. — ⁴ In 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, solut. 2, ad 2 et 3. — ⁵ De Matr., cap. 8, ad 2. — ⁶ Lib. 2, disp. 31, n. 5. — ⁷ Qu. 2, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — ⁸ Loc. cit., n. 44. - *Panorm.*, in *cap. Tuae fraternitati*, num. 2, de sponsal. -

Navar., Man., cap. 22, n. 20; et Consil. 5, n. 12, de sponsal. - *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 4, init., a n. 1. — *Aversa*, qu. 3, sect. 2, v. *Quarto*. - *Cornejo*, disp. 4, dub. 2, qu. 2. - *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 5. ⁹ Tr. 9, cap. 6, n. 52. — ¹⁰ Lib. 2, cap. 7, n. 14. — ¹¹ Tr. 28, disp. 2, punct. 7, n. 5. — ¹² De Matr., qu. 4, art. 2, n. 1.

erat ipsa mulier, non vir; 2^o fictio illa nota erat viro, ut ipse Zaccaria ingenue fatetur, et fraus non ad virum referebatur, sed ad eos qui mulierem in fortalio Mutinensi detinebant, usquedum viro suae conditionis nuberet; 3^o denique non fuit quaesitum a S. C. an vir aut mulier ducere teneretur, sed: « An matrimonium sit nullum in casu ». Cui responsum datum fuit: « Affirmative et amplius ». Habetur in Thesaurio Resol. S. C. C. 9 Junii 1725, in una *Mutinen.* Matrimonii.

^{c)} Palao, quem revera hic citat Croix, loquitur de sponsalibus de futuro, *tr. 28, disp. 1, punct. 2, n. 3*, et dicit eum qui virginem sub ficta promissione matrimonii defloravit, teneri illam ducere ex damno, quoties mulier aliunde (sola enim disparitas per se non sufficeret) non habuerit occasionem percipiendae deceptionis.

^{d)} In hoc capite agitur de impuberum desponsatione, quae utique vim sponsalium de futuro habebant. Sed omnino cfr. ea quae supra, *num. 838*, nota *a*, ex decreto *Ne temere* notavimus.

^{e)} Leo XIII, suo decreto *Consensus mu-*

tuus, 15 Februar. 1892, abrogavit canones et alias quascumque juris canonici de conjugii praesumptis dispositiones, etiam speciali mentione dignas. « Simul (ita pergit) per has litteras nostras decernimus ac mandamus, ut deinceps illis in locis in quibus conjugia clandestina pro validis habentur..., copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex juris praesumptione conjugalis contractus censetur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatur seu declaretur. Hujus tamen auctoritate decreti induci nolumus necessitatem formae Tridentinae servandae ad matrimonii validitatem, ubi illa forma modo non viget ».

888. — ^{a)} Etsi Salmant. hanc opinionem tribuunt citatis auctoribus; at sane solus Aversa dicit: « Videtur » esse mortale. — Cornejo autem: « Notandum tamen est, inquit, mortale non semper esse agere contra hoc praeeptum, ut si id fiat ex negligentia aut absque scandalo ». — Rodriguez denique dicit verba esse necessaria ex praeepto; sub quo nam autem peccato non explicat.

^{b)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 248*, opinionem aliorum dumtaxat refert.

etiam Glossa¹, dicens: *Non contrahitur sine verbis..., vel per aliquod aliud..., per quod intelliguntur consentire.* — Ac ideo ait Pontius, Tridentinum² nihil aliud requirere, nisi quod parochus viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto..., dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.*

Probabilius, de praecepto levi.

Alii vero probabilius dicunt verba requiri, sed tantum sub culpa veniali: ita Sanchez³, Roncaglia^{c)}; et Bossius⁴ cum Coninck^{d)}, Filliuccio^{e)}, Ledesma et Henriquez. Quia alias ageretur contra consuetudinem Ecclesiae. — Sed a tali culpa bene excusaret verecundia aut alia rationabilis causa.

Donatio annuli vel traductio sponsae, signum per se insufficient.

889. - Certum autem est quod *donatio annuli*, vel *traductio sponsae* in domum sponsi^{a)} de se non sunt signa sufficientia ad contrahendum matrimonium: nisi haec ex consuetudine loci habeant consensum significare. — Ita communiter Sanchez⁵, Pontius⁶ et Salmant.⁷, et alii passim.

Manum porrigere, signum sufficient.

Sufficiens vero est signum, si viro exprimentis consensum femina manum porrigat; ut communiter auctores citati.

An autem *sufficiat, si manum non retrahat a viro manum porrigente?* — Pari-ter affirmant Pontius⁸ et Viva⁹. — Sed verius huic contradicit Sanchez¹⁰, ex *cap. 1, de sponsa duorum*, ubi sic dicitur: *Fides autem consensus est, quando, etsi non stringit manum, corde tamen et ore consentit ducere.* Unde, non sufficit ad contrahendum quod alter manum non retrahat

Manum non retrahere verius insufficient.

¹ In dict. cap., ad v. *Verba.* — Pont., lib. 2, cap. 7, n. 14. — ² Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ³ Lib. 2, disp. 31, n. 10. — ⁴ De Matrim. Contractu, cap. 3, num. 48. — *Petr. Ledesm.*, qu. 45, art. 2, dub. 2, concl. 3. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, n. 6, lit. m. — ⁵ Lib. 1, disp. 22, n. 1 et 2. — ⁶ Lib. 2, cap. 11, n. 3 et seqq. — ⁷ Tr. 9, cap. 6, n. 60. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — ⁹ De Matr., qu. 4, art. 2, n. 2, i. f. — ¹⁰ Lib. 1,

quando fides datur; sed insuper requiritur ut ille ore consensum exprimat. Itá etiam Glossa^{b)}.

890. - « *QUAERES: an sufficiat consensus conditionatus?*

« Resp. 1^o. Sufficit conditionatus sub « conditione de praeterito vel praesenti, « stante conditione; quia tunc contractus « non suspenditur ».

Consensus sub conditione de praeterito vel praesenti sufficit.

Et hoc currit, etiamsi conditio esset turpis, scilicet: *Te volo, si fornicata fueris; si odio habes inimicum meum.* Tunc enim, non verificata conditione, matrimonium est nullum; quia omnino ibi deest consensus.

« Resp. 2^o. Sufficit sub conditione necessaria de futuro (dummodo contractantes non intendunt suspendere tantisper consensum); v. gr. *duco te, si cras sol oriatur.* Item, sub conditione de futuro impossibili, v. gr. *si coelum tetigeris;* vel de futuro turpi (modo non repugnet substantiae matrimonii) et consensus sit absolutus, v. gr. *si patrem occideris.* — Ratio, quia tales conditiones « habentur pro non adjectis. Sanchez¹¹, « Molina, Filliuccius, Lessius¹², Laymann, « Bonacina.

Item, sub conditione necessaria vel impossibili aut turpi de futuro.

« Resp. 3^o. Non sufficit sub conditione « de futuro, quae sit contra substantiam « obligationis matrimonialis; v. gr. *si pro- « lis generationem impedire velis maleficio, vel victum comparare adulterio.* — « Patet ex *cap. fin., de condition.* Vide Sanchez¹³, Coninck¹⁴, Filliuccium, etc. ».

Sub conditione contraria substantiae matrimonii non sufficit.

disp. 22, num. 6. — ¹¹ Lib. 5, disp. 15. — *Molina*, de Just. et Jure, tract. 2, disp. 208, num. 11. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 139 et seqq. — ¹² Lib. 2, cap. 18, n. 122. — *Laym.*, lib. 5, tract. 10, part. 2, cap. 7, num. 11. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 10, num. 5 et 16. — ¹³ Lib. 5, disp. 9, a n. 3. — ¹⁴ Disp. 29, dub. 3, n. 39. — *Fill.*, loc. cit., n. 147 et seqq.

^{c)} Roncaglia, qu. 2, cap. 2, qu. 1, resp. 2, negat esse mortale.

^{d)} Coninck, quamvis hic a Bossio citetur, videtur tamen, *disp. 24, dub. 8, n. 66*, potius adhaerere secundae opinioni: « Omnino decet, inquit, eos qui loqui possunt verbis suum consensum exprimere, quia hoc est fere necessarium, ut omnino clare tam partibus quam Ecclesiae de eo constet...; quare parochi nullo modo deberent permittere ut aliter fiat. Quodsi tamen ex aliqua causa sine scandalo aliove periculo aliter fiat, satis probabile est

non esse peccatum mortale, quia nullibi est expresse prohibitum ».

^{e)} Filliuccius, *tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 82*, ait « ad summum esse veniale ».

889. - ^{a)} De traductione sponsae in domum sponsi, hic non loquuntur Sanchez nec Salmant.

^{b)} Glossa, ad v. *Non stringit manum*, dicit: « Forte per annuli immissionem... feminae. Cum enim stringit manum, signum dilectionis est; vel forte alludit consuetudini alicujus loci ».

Conditio necessaria de futuro per se sufficit.

Exceptio.

891. - Si igitur conditio de futuro est *necessaria* (nempe, *si pater tuus morietur; si cras sol occidet, etc.*), de se non suspendit matrimonium; ut communiter dicunt S. Thomas¹, Roncaglia², Holzmann³, et Salmant.⁴ cum aliis. — Dicitur: *de se*; nam si contrahens, sic dicens, intendit velle exspectare tempus talis conditionis, tunc matrimonium suspenditur usque ad illius eventum. Roncaglia⁵ et Holzmann⁶, et Salmant.⁷ et Concina⁸.

Si vero conditio esset *turpis*, tunc distinguendum. — Si illa sit *contra substantiam matrimonii*, nempe contra bonum sacramenti, fidei vel proles; tunc utique nullum reddit matrimonium^{a)}. — Secus vero, si conditio esset *alio modo turpis* (vel si esset *impossibilis*): haec enim, licet in aliis contractibus nullum contractum redderet, saltem ante impletionem ipsius (ut dicunt Holzmann⁹ et Viva¹⁰, ex *Instit. de inutilib. stipulat.*, § 11), tamen in matrimonio habetur pro non adjecta. Ita expressum est in *cap. fin., de condition.*, ubi: *Si conditiones contra substantiam conjugii inserantur, puta, si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem proles evites: vel donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut si pro quaestu adulterandam te tradas; matrimonialis contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu. Licet aliae conditiones appositae in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.* Ratio est, quia, quando conditio est turpis vel impossibilis, tunc

Conditio turpis contra substantiam matrimonii reddit nullum.

Secus, turpis alio modo vel impossibilis.

¹ In 4, dist. 29, qu. unic., art. 3, solut. 3. — ² Cap. 2, qu. 4, resp. 1. — ³ De Matr., n. 341, v. *Resp. 2.* — ⁴ Tr. 9, cap. 7, n. 13 et 15. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Loc. cit., n. 9. — ⁸ De Matr., diss. 1, cap. 6, n. 30. — ⁹ De Matr., n. 344, v. *Dices 1*; cfr. n. 345. — ¹⁰ De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5. — ¹¹ Lib. 3, cap. 4, n. 6. — ¹² De Matr. Contract.,

praesumit Ecclesia adesse absolutum consensum contrahentium. Unde bene advertunt Pontius¹¹, Bossius¹², Salmant.¹³ et Viva¹⁴, quod si partes nollent vere contrahere, nisi verificatis his conditionibus, tunc matrimonium esset quidem invalidum. — In dubio tamen, praesumendum est illas appositae esse joco, et non animo suspendendi consensum; ut ajunt Sanchez¹⁵, Pontius¹⁶, Roncaglia¹⁷, Holzmann¹⁸ et Viva¹⁹, ex *cap. fin., de sentent. et re judicata*, ubi in dubio semper judicandum pro valore matrimonii.

Exceptio.

Quid in dubio de intentione.

892. - Quaeritur autem hic quid dicendum, cum matrimonium celebratur sub conditione, *si pater meus consenserit*.

Conditio: si pater consenserit.

Resp. Si conditio est de *praesenti* vel *praeterito*, stante consensu patris, jam valet matrimonium, etiamsi contrahentes illum ignorent. Quando vero conditio est de *futuro*, tunc omnino suspenditur matrimonium usque ad eventum conditionis. — Haec certa sunt apud omnes. Vide Sanchez²⁰ et Pontium^{a)}. — Sed

Dubitatur 1^o. *Quid dicendum, si pater taceat?*

Respondetur: tunc pensandae sunt circumstantiae. Nam si conjectura sit talis, quod pater taceat ne forte domino vel amico displiceat; tunc taciturnitas habenda est pro dissensu. Secus, si conjectura sit quod ideo tacet quia sibi placet. — Ita Sanchez²¹ et Concina²².

Si pater taceat, pensandae circumstantiae.

In dubio autem de consensu vel dissensu patris, standum est intentioni contrahentium, an ipsi contenti fuerint vel ne, quod pater positive non contradicat;

In dubio, standum intentioni contrahentium.

cap. 10, n. 123. — ¹³ Tr. 9, cap. 7, n. 2. — ¹⁴ De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5. — ¹⁵ Lib. 5, disp. 3, n. 15. — ¹⁶ Lib. 3, cap. 4, n. 9. — ¹⁷ Cap. 2, qu. 5, resp. 2. — ¹⁸ De Matr., n. 344. — ¹⁹ De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5; v. *Hinc.* — ²⁰ Lib. 5, disp. 7, n. 3; cfr. disp. 6, n. 2 et 5. — ²¹ Lib. 5, disp. 7, n. 11. — ²² Diss. 1, cap. 6, n. 34.

891. - ^{a)} Ita pluries declaravit S. O., et signanter die 11 Martii 1868: « Matrimonia inita cum solo contrahentium errore, quod matrimonii consummati vinculum in casu adulterii vel ob alias causas dissolvi possit, valida sunt. Si vero sub hac expressa conditione inita sint, uti invalida habenda sunt ». Et ita etiam judicavit S. Cong. Concilii die 16 Julii 1904, in una Parisien., videlicet conditionem de evitanda prole (turpiter utendo matrimonio) in pactum deductam a sponsis, et in foro

externo probationibus demonstratam, irritum reddidisse matrimonium in casu.

892. - ^{a)} Pontius, *lib. 3, cap. 1, n. 5*, loquitur in generali de conditionibus de praeterito vel de praesenti, et concordat. Sed *cap. 13, n. 3*, negat esse matrimonium, et concedit esse tantum sponsalia, si conditiones de futuro apponantur; addit tamen, *n. 19*, « cum communi doctorum, conditiones has contingentes, appositae matrimonio ex aliis contractibus, eum effectum habere ut suspen-

ut ait Bonacina¹. Sed quid, *si dubium sit de hac intentione nubentium*^{b)}?

In dubio de intentione, probabiliter requiritur positivus consensus.

Angelus, Ledesma et Dicastillus^{c)}, apud Salmant.², dicunt tunc requiri positivum consensum patris, et merito id probabile Salmant. putant; quia conditio debet impleri in specifica forma, ex leg. *Qui haeredi*, § 1, et leg. *Maevius ff., de condition. et demonstr.* At communius, et etiam probabiliter ajunt Roncaglia^{d)}, Bonacina³, Viva⁴ cum communi (ut asserit), Sporer⁵; Sanchez⁶ cum Adriano, Praeposito, Navarro^{e)}, Lopez^{f)}, etc.; ac Salmant.⁷ cum Henriquez^{g)}, Silvestro, Cornejo, Leandro, etc.; hujusmodi taciturnitatem habendam pro consensu. Quia talis conditio: *si pater consentiet*, juxta communem sensum intelligitur: *si positive non dis-*

Probabiliter taciturnitas habenda pro consensu.

¹ Qu. 2, punct. 10, n. 20. — *Angel.*, v. *Matrimonium III*, impedim. 3, n. 3. — *Petr. Ledesm.*, qu. 47, art. 5, dub. 7, v. *Sed quid dicendum est*. — ² Tr. 9, cap. 7, num. 58. — *Salmant.*, loc. cit. — ³ Loc. cit., n. 20. — ⁴ Qu. 4, art. 6, n. 7. — ⁵ Part. 4, cap. 1, n. 219. — ⁶ Lib. 5, disp. 7, n. 12. — *Aárian.*, in 4, de *Matrim.*, qu. 3, dub. 3. — *Praepos.*, in cap. *Super eo*, de *condition. appos.*, n. 4. — ⁷ Loc. cit.,

sentiet. — Idque tanto magis locum habebit, si pater moriatur antequam dissentiat; ut recte inquit Viva⁸, contra Pontium⁹.

Bene autem advertit Roncaglia¹⁰ quod parochi sine urgentissima causa nunquam admittere debent haec matrimonia conditionalia, propter plura inconvenientia et difficultates quae deinde occurrere possunt contra ipsorum validitatem.

893. — Dubitatur 2^o. *Quid, si pater certior factus, primo dissentit et postea consentit, an tunc censeatur impleta conditio?*

Negant Sanchez¹¹, Pontius¹², Roncaglia¹³; et Salmant.¹⁴ cum Soto, Coninck^{a)}, Perez^{a)}, Dicastillo^{a)}, etc. — Quia, posito dissensu patris, jam deficit conditio apposita pro matrimonio; et ideo possunt con-

Si pater primo dissentit et postea consentit:

Juxta alios, non impletur conditio.

n. 59. — *Silvest.*, v. *Matrimonium III*, qu. 4, v. *Quartum*. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 7, qu. 1. — *Leand.*, tr. 9, disp. 8, qu. 11. — ⁸ Loc. cit., n. 7. — ⁹ Lib. 3, cap. 17, n. 15. — ¹⁰ Cap. 2, reg. in praxi, num. 2. — ¹¹ Lib. 5, disp. 7, num. 9 et 10. — ¹² Lib. 3, cap. 17, num. 15. — ¹³ Cap. 2, qu. 7, resp. 1. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 7, n. 57. — *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 2, art. 3, concl. 3.

dant obligationem perficiendi contractum, donec purificetur conditio ».

^{b)} Adde ex multis citatis auctoribus et ex mente S. Alphonsi: Et ex circumstantiis percipi nequeat patris intentio.

^{c)} Dicastillus male citatur a Salmant.; nam *de Matr.*, disp. 5, dub. 4, n. 37 et 38, « probabilem... et in praxi servandam » putat secundam sententiam, nisi aliud ex circumstantiis colligi possit, ut *loc. cit.*, et *dub. 5, n. 45 et 47*, limitat.

^{d)} Roncaglia, cap. 2, qu. 7, resp. 1, dicit attendendum esse ad nubentium intentionem. « Hinc (addit) bene potest esse validum celebratum sub hac conditione *si pater consentiat*, quamvis pater nec consentiat nec dissentiat, sed taceat; nam contrahentes per eam conditionem bene potuerunt intelligere, non si pater positive consentiret, sed si non aegre ferret vel ipsi non displiceret ».

^{e)} Navarro, *Man.*, cap. 22, n. 63 (edit. Venet. 1573) ita tenet; sed in aliis editionibus posterioribus sese retractat.

^{f)} Lopez male citatur a Sanchez; nam in *Instr. nov.*, part. 2, cap. 42, de *Matr.*, v. *Atvero non minus*, contrarium affert ex Navarro, quem videtur approbare.

^{g)} Henriquez utique citatur hic a Salmant., sed, *lib. 11, cap. 12, n. 5*, lit. d, de casu inferiori posito loquitur: « Si ignoret patrem obisse, et contrahat *si pater consenserit*, valet, quia intelligitur nisi stet per patris dissensum ». Ast sane ratio haec valet pro casu praesenti.

893. — ^{a)} Coninck melius citatur infra ex Viva, pro sententia quae S. Alphonso probatur; tenet enim hanc primam sententiam, *disp. 29, dub. 2, n. 28*, « si verba in rigore spectentur ». Sed subdit: « Spectato tamen communi ita contrahentium sensu, qui communiter intendunt absolute talem contractum inire, si qua ratione patris bona venia id facere possint; ipsi videntur non ita stricte ea verba accipere, sed velle obligationem manere quamdiu intra breve saltem tempus est spes patrem posse facile ad consensum inflecti... Si igitur ipsi perseverent in priore voluntate, et pater paulo post consentiat, credo contractum valere ». — Dicastillus pariter tenet potius sententiam S. Alphonsi, dum, *disp. 5, dub. 4*, plures distinctiones ponit; et primo quidem dicit, *n. 29 et 30*, consulendum esse animum contrahentium; si vero ex hoc nihil concludi possit, et consensum per internum petierunt, responsum expectaturi, et hic primo repulsam accepit, deinde pater consentit, antequam nuntius responsum attulerit, valet matrimonium, *n. 31*; si vero per seipsos consensum petierunt, et pater vehementer repugnet et irascatur, ita ut satis ostendat obfirmatum animum renuendi, statim possunt resilire, *n. 32*; si leviter tantum repugnet, ita ut spes affulgeat eum consensurum « intra aliquod tempus non nimis longum judicio prudentis », non censetur deficere conditio, et expectanda est secunda instantia, vel aliquod tempus dandum est patri ad deliberandum, *n. 33*. — Perez denique, *disp. 16*,

trahentes ab eo recedere, etiamsi pater postea consentiat: obligatio enim semel extincta amplius non reviviscit.

Juxta alios, impletur.

Oppositum vero tenent Silvester, Lopez, Tabiena, etc., apud Sanchez ¹, quia ^{b)}, ut ajunt, tunc contrahentes adhuc perseverant in eodem proposito et animo se obligandi. Haec ratio, per se loquendo, mihi non probatur. — Sed valde probabilis videtur haec secunda sententia si pater post breve intervallum consentit; ut dicunt Palaus ², Navarrus ^{c)}; et Viva ³ cum Hurtado ^{d)} et Coninck. Ex communi enim intelligentia, verba talis conditionis morali modo accipiuntur, id est si pater acquiescat intra aliquod breve tempus juxta arbitrium prudentium. Sicut e converso, matrimonium probabilius dicendum est invalidum, si pater post consensum mox dissentit; ut Viva ⁴ et Concina ⁵. — Et huic sententiae adhaeret Croix ⁶, recte dicens quod tum sponsalia dissolvuntur cum pater ita firmiter dissentit, ut nulla sit spes quod intra breve tempus consentiet.

Si tempore conditionis pater erat mortuus:

894. - Dubitatur 3^o. *Quid, si tempore conditionis positae de consensu patris, pater erat jam vita functus?* — Respondetur:

Silvest., v. *Matrimon.*, III, qu. 4, v. *Tertium.* - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, cap. 42, de Matr., v. *Praeterea ex praedictis.* - *Tabien.*, v. *Matrimonium II*, n. 12, qu. 11, v. *Sexto notandum.* - ¹ Lib. 5, disp. 7, n. 8. — ² Tr. 28, disp. 2, punct. 11, § 2, n. 7. — ³ Qu. 4, art. 6, n. 7. - *Coninck*, disp. 29, dub. 2, n. 28. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Diss. 1, cap. 6, n. 34. — ⁶ Lib. 6, part. 3, n. 86; cfr. n. 238. — ⁷ Tr. 9, cap. 7, n. 59. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 12, n. 5,

Si contrahentes jam *conscii* erant de morte patris, tunc conditio illa habetur ut non adjecta, tamquam impossibilis. Ita communiter Palaus ^{a)}; Salmant. ⁷ cum Henriquez; Bonacina ^{b)} cum Coninck ^{b)}, Gutierrez ^{c)} et Filliuccio; ac Sanchez ⁸, cum Navarro, Silvestro ^{d)}, Lopez, Ledesma ^{d)} et Praeposito.

Conditio habetur pro non adjecta si contrahentes sint conscii.

Majus Dubium est: *si tunc inscii erant, an valeat matrimonium?* — Negant Navarrus ⁹; ac Silvester ^{d)}, Praepositus et alii, apud Sanchez; quia conditio consensus, quae possibilis reputabatur, non potest amplius verificari. — Sed probabilius Sanchez ¹⁰; Palaus ^{a)} cum Coninck ^{b)}; et Salmant. ¹¹ cum Henriquez affirmant; quia conditio illa intelligitur apposita, ne contra voluntatem patris matrimonium fieret: quae ratio, patre defuncto, jam cessat.

Si inscii, probabilius item valet matrimonium.

An autem valeat contractus matrimonii aut sponsalium inter impeditos aliquo impedimento dirimente, initus sub conditione: *Si Papa dispensaverit?* — Vide super hoc dicta *Lib. III, n. 650*, et hoc *Lib. VI, n. 859*.

895. - « Resp. 4^o. Consensus sub conditione honesta de futuro est contractus

lit. d. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 144. — ⁸ Lib. 5, disp. 7, n. 19. - *Navar.*, Man., cap. 22, n. 64. - *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, cap. 42, de Matr., v. *Praeterea circa praedicta*; et cap. 43, v. *Exemplum autem secundarum.* - *Praepos.*, in cap. *Super eo*, de condit. appos., num. 4. — ⁹ Loc. cit. — *Praepos.*, loc. cit. - *Sanchez*, lib. 5, disp. 7, n. 17. — ¹⁰ Loc. cit., n. 19. — ¹¹ Tr. 9, cap. 7, n. 59. *Henriq.*, lib. 11, cap. 12, n. 5, lit. d.

sect. 11, n. 4, fere eandem sententiam tenet quam Coninck. Dicit enim sensum contrahentium esse: « Si a patre obtentus fuerit consensus intra *tempus aliquod, arbitrio prudentis, attentis circumstantiis assignandum* ».

^{b)} Hi auctores dicunt: *Si* contrahentes perseverant in consensu. Praeterea Lopez huic contractui vim tantum sponsalium tribuit.

^{c)} Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 63, tenet secundam sententiam, si consensus perduret, ut supra explicatum est.

^{d)} Gaspar Hurtadus, *disp. 7, diff. 5, n. 16 et 17*, dicit valere, si pater postea consentiat « intra tempus usque ad quod, attentis circumstantiis arbitrio prudentis, intenderunt extendere consensum conditionatum »; vel etiam intra « tempus aliquod arbitrio prudentis attentis circumstantiis ».

894. - ^{a)} Palaus, *disp. 2, punct. 11, § 2, n. 7*, nec de consciis nec de insciiis loquitur,

sed simpliciter dicit: « Si pater obivit, conditionem censendam esse impletam; quia, spectato communi cursu, ea conditio solum apponitur, ne matrimonium contra voluntatem patris cedat, neve illum offendant; quod eo mortuo cessat ». Sed § 3, n. 1, de conditione impossibili in genere dicit: « Ut matrimonium cui conditio impossibilis apposita est validum praesumatur, debet praesumi contrahens conscius esse ».

^{b)} Bonacina, *qu. 2, punct. 10, num. 20*; Coninck, *disp. 29, num. 29*, loquuntur de casu quo contrahentes inscii sunt mortis patris.

^{c)} Gutierrez, *de Matr.*, cap. 82, n. 42, in generali tantum dicit conditionem impossibilem, ut talem cognoscendam esse, ut rejiciatur a matrimonio.

^{d)} Silvester, v. *Matrimonium III, qu. 4, v. Secundum*; Petrus Ledesma, *qu. 47, art. 5*,

Conditio
honestae de
futuro facit
sponsalia
non matri-
monium.

« sponsalium tantum et non matrimonii;
« quia hic debet esse de praesenti. — Ob
« quam rationem non incipiet validari
« matrimonium sine novo consensu, post-
« quam conditio impleta fuerit; ut docet
« S. Thomas ^{a)} cum aliis apud Sanchez.
« Etsi Filliuccius ^{b)}, Laymann ^{b)} et alii qui-
« dam putent contrarium esse probabile;
« eo quod contractus celebratus sub con-
« ditione honesta futura, hac impleta pu-
« rificetur. Quod concedit Bonacina ¹, si
« contrahentes in eodem consensu man-
« serint, saltem virtualiter ».

Quaeritur: *an, impleta conditione in
matrimonio, requiratur novus consensus?*

Prima sententia affirmat: quam tenent
Suarez ², Concina ³; Pontius ⁴ cum Soto,
Valentia, Covarruvias et Ledesma; item
Trullench, Villalobos, Gonet, etc., apud
Salmant. ⁵ (qui cum Sanchez probabilem ^{c)}
vocat). Et huic videtur favere D. Tho-
mas ⁶, ubi ait: *Aut (conditio) est contin-
gens, ut datio pecuniae vel acceptatio pa-
rentum; et tunc idem est iudicium de tali
consensu, sicut de consensu qui fit per
verba de futuro; unde non facit matri-
monium.* — Ratio ¹^a est, quia, cum ma-
trimonium non solum sit contractus, sed
etiam sacramentum, non potest pendere
a futura conditione; nam omnia sacra-
menta statim aut valida aut nulla esse

Impleta
conditione,
juxta alios,
requiritur
novus con-
sensus.

Sanct., lib. 5, disp. 8, n. 3. — ¹ Qu. 2, punct. 10, n. 20.
— ² De Relig., tr. 7, lib. 6, cap. 12, n. 18. — ³ Diss. 1,
cap. 6, n. 28. — ⁴ Lib. 3, cap. 14, n. 3 et 5. — *Sotus*, in 4,
dist. 29, qu. 2, art. 1, concl. 3. — *Valent.*, disp. 10, qu. 3,
punct. 3, dub. 1. — *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 3, n. 5. —
Petr. Ledesma., qu. 47, art. 5, dub. 7, concl. 2. — *Trull.*,
de Sacram., lib. 7, cap. 8, dub. 1, n. 8. — *Villal.*, part. 1,
tr. 13, diff. 33, n. 5. — *Gonet*, Clyp., de Matr., disp. 4, art. 5,
n. 114. — ⁵ Tr. 9, cap. 7, n. 64 et seqq. — *Sanct.*, lib. 5,
disp. 8, n. 3. — ⁶ Suppl., qu. 47, art. 5. — ⁷ Lib. 5, tr. 10,

debent. — Ratio ²^a, quia, licet in aliis
contractibus possit transferri dominium
ad tempus, in matrimonio tamen domi-
nium corporum debet tradi in perpetuum;
et ideo oportet quod, impleta conditione,
novus apponatur consensus.

Secunda vero sententia negat. Et hanc
tenent Laymann ⁷, Bonacina ⁸, Palaus ⁹, Na-
varrus ¹⁰, Roncaglia ¹¹; Sanchez ¹² cum Palu-
dano, Petro Soto et Henrico; ac Salmant. ¹³
cum Coninck, Perez, Dicastillo, Aversa,
Gabriele, Rebello ^{d)} et Cornejo ^{d)}. — Ratio,
quia matrimonium, esto sit etiam sacra-
mentum, habet tamen rationem contra-
ctus: omnes autem contractus, impleta con-
ditione, sine novo consensu perficiuntur ^{e)},
ex leg. *Haec venditio 7*, ff. *de contrahenda
emptio*. Et sic respondetur primae rati-
oni. — Respondetur ad secundam, quod
dominium non traditur pendente condi-
tione, sed ea verificata: tunc enim, cum
consensus praecedens virtualiter perse-
veret, matrimonium de conditionato fit
absolutum. Nec revera huic sententiae
contradicit D. Thomas, dum S. Doctor ¹⁴
tantum loquitur independenter ab imple-
mento conditionis: et ideo merito dicit
quod, pendente conditione, non potest illud
dici verum matrimonium, sed quod inter-
rim aequiparatur sponsalibus, ita ut non
liceat nuptias inire cum alio.

Juxta alios
non requi-
ritur.

part. 2, cap. 7, n. 2. — ⁸ Qu. 2, punct. 10, n. 20. — ⁹ Disp. 2,
punct. 11, § 2, n. 5. — ¹⁰ Man., cap. 22, n. 63. — ¹¹ Qu. 2,
cap. 2, qu. 7, resp. 2. — ¹² Lib. 5, disp. 8, n. 5. — *Palud.*,
dist. 29, qu. 2, art. 5, concl. 8 (n. 37). — *Petr. de Soto*, lect. 3,
de Matr., v. *Quarto denique*. — *Henr. Boich*, in cap. *Si
conditiones*, fin. de condit. appos., n. 4. — ¹³ Tr. 9, cap. 7,
n. 67. — *Coninck*, disp. 29, dub. 1, n. 11. — *Perez*, disp. 16,
sect. 13, n. 5. — *Dicast.*, de Matr., disp. 5, dub. 6, n. 69. —
Aversa, qu. 5, sect. 1, v. *Admittendum tamen*. — *Gabr.*
a S. Vinc., disp. 3, qu. 10, n. 107. — ¹⁴ Loc. cit.

dub. 7, v. *Circa ea quae dicta sunt*, id habent ex alio auctore quem non reprobant.

895. — ^{a)} S. Thomas melius citatur a S. Alphonso, ut qui favere videatur huic opinionioni.

^{b)} Filliuccius, *loc. cit.*, n. 145, absolute docet matrimonium ita contractum validum esse sine novo consensu; idemque, ut probabilius, tenet Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 7, n. 2*; quamvis Filliuccius dicat *securius* requiri novum consensum.

^{c)} Quin etiam *probabilissimam* vocant Sanchez et Salmant.

^{d)} Rebellus, quamvis pro hac sententia a Salmant. adducatur, media via, ut ait, incedit, scribendo, *part. 2, lib. 2, qu. 10, n. 44*: « Si

contrahentes expresse paciscantur, aliisve signis declarent se velle, ut adveniente conditione matrimonium statim fiat, si in eodem consensu saltem virtuali permanent, probabile est sine novo consensu matrimonium fieri, modo parochus ac testes contractui praesentes sint, et cum contrahentibus conditionis eventum percipiant ». — Eademque sententiam tenet Cornejo, *disp. 3, dub. 7*, v. *Secundo nota*; omittit tamen quod a Rebello dicitur de parochus et testibus.

^{e)} Lex *Haec venditio 7*, ff. *de contrahenda emptio*, ait: « Conditionales... venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio ».

Utraque sententia, probabilis; secunda, probabilior.

Utraque sententia est probabilis; at haec secunda videtur probabilior *f*). Caeterum recte dicunt Viva ¹ et Croix ^g), consultius esse eo casu iterum contrahi matrimonium.

Si contrahatur sub conditione: si cessabit impedimentum:

Quid, si inter sponso sit impedimentum contrahendi, et ipsi sponderint sub conditione: *Si cessabit impedimentum?* — Sentiunt pariter Sanchez ²; et Croix ^h) cum Angelo, Covarruvias ⁱ) et Krimer, nec requiri novum consensum si impedimentum cessat. — Attamen Victoria (apud eundem Croix) censet requiri. Hocque mihi videtur probabilius, dum consensus, tempore impedimenti praestitus, non videtur satis validus; et sic refert Pater Zaccaria apud Croix ³, in simili casu *j*) S. Congregationem declarasse.

896. - Notandum hic quod differt conditio a demonstratione, causa, modo, die. — Quia

Probabilius requiritur novus consensus.

Demonstratio sive *Causa* adjecta (puta, si quis dicat: *Duco te quae es virgo*, vel *quia es virgo*) non vitiat nec suspendit matrimonium (esto causa sit falsa aut turpis, etiam contra substantiam matrimonii; ut

Demonstratio seu causa non suspendit matrimonium.

¹ Qu. 4, art. 6, n. 4. — ² Lib. 5, disp. 8, n. 10. — *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 3, n. 4. *Krimer*, in 4 Decretal., qu. 5, n. 869. — *Victoria*, Sum. de Sacram., n. 258. *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 85. — ³ Lib. 6, part. 3, n. 85. — ⁴ Lib. 5, disp. 19, n. 2. — ⁵ Tr. 9, cap. 7, n. 5. —

Sanchez ⁴). — Nam, licet ille non contraheret si sciret eam non esse virginem; praebet tamen tunc absolute consensum, qui non impeditur nisi ab errore circa substantiam, sive circa condiciones substantiales matrimonii. (Sed vide *n. 1012*).

Neque suspendit *Modus*, si dicatur v. gr. *Duco te, ut mihi inservias*. Ita Salmant. ⁵ et Viva ⁶. Etiam si modus sit de re turpi aut impossibili: *Duco te, ut occidas, etc.* Ratio, quia consensus non pendet a modo, sicut pendet a conditione. — Et etiam si, ait Viva cum Palao ^a), modus sit contra substantiam matrimonii, scilicet: *Duco te, ut adulterium facias, etc.* Sed probabilius contradicunt huic Salmant. ⁷ cum Sanchez; quia non videtur habere animum contrahendi, qui intentionem habet contractui oppositam.

Nec modus, etsi de re turpi vel impossibili.

Utrum autem *Dies* appositus suspendat contractum, puta, si dicatur: *Duco te post tres dies?* — Negat Sanchez ^b). Sed probabilius affirmant Viva cum Coninck, Hurtado, Perez, et Salmant. ⁸; quia contrahens tunc non intendit ponere perfectum consensum, nisi post tertium diem.

Nisi modus sit contra substantiam matrimonii.

Dies appositus probabilius suspendit.

⁶ Qu. 4, art. 6, n. 2 et 3. — *Viva*, loc. cit., n. 3. — ⁷ Loc. cit., n. 6. — *Sanch.*, lib. 5, disp. 19, n. 5. — *Viva*, qu. 4, art. 6, n. 3, v. *Dico 3*. *Coninck*, disp. 29, dub. 4, n. 44. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 7, diff. 15, n. 57. *Perez*, disp. 16, sect. 15, n. 2 et 3. — ⁸ Tr. 9, cap. 7, n. 3.

f) Et haec opinio quae S. Alphonso probabilior videtur, omnino est sententia S. C. C., ut videre est apud Pallottini, v. *Matrimonium*, § 2, n. 2: « Matrimonium contractum servatis servandis, sub conditione licita, purificata conditione, non est opus ut iterum contrahatur. Ita Sanctissimus, ex sententia S. C. post maturam discussionem respondit ».

g) Croix, lib. 6, part. 3, n. 762, securius esse ait ut iterum contrahatur coram parochi et testibus, casu quo conditio expressa est coram illis; si vero non fuerit expressa coram illis, « non requiri postea iterum adesse parochum et testes, aut de conditione impleta rescire ».

h) Croix, loc. cit., n. 85, id habet de sponsalibus; sed, n. 244, de ipso contractu matrimonii inito sub conditione: *si Papa dispense*, etc. (quae sane plane recidit in conditionem *si cesset impedimentum*), affert opinionem quae affirmat matrimonium hoc valere sine novo consensu; deinde opinionem quae id negat, et quae requirit novum consensum; denique concludit Croix: « Utraque sententia est probabilis, sed secunda videtur probabi-

lior ». Igitur tenet cum S. Alphonso, nedum illi sit contrarius.

i) Covarruvias, sicut Croix, tractat de conditione: *Si Papa dispensaverit*; sed tenet eandem sententiam quam S. Alphonsus: « Quod si opinio theologorum vera est [matrimonium conditionatum novo consensu indigere], arbitrario eveniente conditione esse judicanda sponsalia de futuro, non matrimonium, quod mihi magis arridet ». Ita ille, *de Matr.*, part. 2, cap. 3, intt., n. 8, v. f.

j) Videlicet in casu de sponsalibus de futuro. Habetur haec declaratio in una *Jamuen*. 12 Decembr. 1733, in Thesaurio Resol. S. C. C.

896. — *a*) Non Palao, sed Perez a Viva citatur; uterque tamen hoc habet: Palao quidem, *tr. 28, disp. 2, punct. 11, § 5, n. 3*; Perez autem, *disp. 16, sect. 14, num. 14 et 15*.

b) Sanchez, loc. cit., n. 11, loquitur de sponsalibus: « Si sponsalia contrahantur in diem, ut: Contraham tecum abhinc uno anno; quamvis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura et obligant ».

DISSERTATIO

DE MINISTRO ET FORMA SACRAMENTI MATRIMONII.

Juxta alios,
minister est
sacerdos;
forma, ejus
verba.

897. - Alii dicunt *ministerium* Matrimonii esse *sacerdotem* assistentem, et *formam* ipsius verba: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.* — Ita Canus¹, Juenin², Concina³, Tournely⁴. Idque probabile putant Estius⁵, et Habert⁶ citans pro hac sententia Toletum^{a)}; sed non bene. Toletus⁷ enim expresse dicit formam sacramenti Matrimonii esse consensum contrahentium: si igitur consensus nubentium sit forma, ipsi necessario sunt ministri; nam (ut recte ajunt Bellarminus⁸ et Frassen⁹) qui in sacramento formam applicat materiae, ille utique est sacramenti minister. — Momenta autem hujus *primae* sententiae afferentur infra in objectionibus, quibus respondebimus.

Moraliter certum: ipsos contrahentes esse ministros, et verba consensus, formam.

Secunda vero sententia communis, quae videtur moraliter certa, dicit ipsos *contrahentes* esse ministros hujus sacramenti, et formam esse verba quibus ipsi consensum exprimunt. — Ita Bellarmi-

nus, qui vocat sententiam nostram communem in scholis (ut fatetur etiam ipse Canus), et contrariam, novam ac falsam; Gonet¹⁰, Frassen¹¹, Cabassutius¹² cum communi omnium theologorum, Laymann¹³, Abelly¹⁴, Wigandt¹⁵, Holzmann¹⁶, Barbosa¹⁷, Suarez¹⁸; Bonacina¹⁹ cum Coninck, Rebello, Gutierrez, Filliuccio, Reginaldo, Rodriguez, etc. communiter; Pontius²⁰ cum Vasquez et Ledesma; Summus Pontifex Benedictus XIV²¹ cum Gotti, Raynaudo et card. de Lauraea; card. Bellarminus²², ubi vocat falsam sententiam Cani, et nostram communem; Fagnanus²³, ubi ait opinionem contrariam esse periculosam in fide; Sanchez²⁴ cum Lopez, Vega, Henriquez et Manuele, qui ^{b)} vocant oppositam temerariam; Merbesius²⁵, qui testatur omnes theologos asserere opinionem Cani nunquam fuisse probabilem: refertque Vasquezium et Ledesma ^{c)} asserere eam non posse defendi sine nota, et

¹ De locis theol., lib. 8, cap. 5. — ² Institut., de Matr., qu. 2, cap. 2, concl. 2 et 3. — ³ Diss. 1, cap. 5, n. 5. — ⁴ Praelect., de Matr., qu. 3, art. 2. — ⁵ In 4, dist. 26, § 10. — ⁶ De Matr., cap. 4. — ⁷ Lib. 7, cap. 6, n. 2. — ⁸ De Matr., cap. 7, explic. verbor. concil. Florent. — ⁹ Tom. 12, tr. 3, disp. 2, art. 1, qu. 3, concl. 2; cfr. tom. 10, disp. proem. de Sacram., art. 3, init. — *Bellarmin.*, loc. cit., cap. 6. — *Canus*, loc. cit., v. *Ostendam ergo, v. Quae cum ita sint*, et v. *Tametsi theologi*. — ¹⁰ Man., tr. 7, de Matr., cap. 3, v. *Ministri*. — ¹¹ Loc. cit., concl. 1 et 2. — ¹² Theoria et Prax. juris, lib. 3, cap. 18, n. 1. — ¹³ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 2 et 3. — ¹⁴ De Matr., sect. 1, n. 3. — ¹⁵ Tr. 16, n. 9 et 10. — ¹⁶ De Matr., n. 320. — ¹⁷ De Off. et Potest. episc., alleg. 32, n. 106, 169 et 201. — ¹⁸ De Sacram., disp. 13, sect. 1, v. *Tandem*. — ¹⁹ Qu. 2, punct. 4, n. 5. — *Coninck*, disp. 24, dub. 3, n. 34. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2,

qu. 4, n. 6 et 12. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 41, n. 2. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 19. — *Regin.*, lib. 31, n. 52. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 3. — ²⁰ Lib. 1, cap. 8, n. 3. — *Vasq.*, de Matr., disp. 3, cap. 4. — *Petr. Ledesm.*, qu. 42, art. 1, diff. 4, concl. 3, 6, 7 et ult. — ²¹ De Synodo, lib. 8, cap. 13, n. 4. — *Gotti*, tr. 13, de Matr., qu. 2, dub. 5, § 1 et 2. — *Raynaud.*, Heteroclit. spiritual., part. 2, sect. 1, punct. 14, n. 3 et seqq. — *Card. de Lauraea*, in 4 sent., tom. 3, disp. 13, art. 6. — ²² De Matr., cap. 7, v. *Ex quo intelligimus*. — ²³ In cap. *Quod nobis*, de clandest. despons., num. 51. — ²⁴ Lib. 2, disp. 6, num. 2. — *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, de Matr., cap. 35, v. *Deinde non obstat argumentum*. — *Vega*, Sum. silva, lib. 6, cas. 117. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, n. 7, lit. u et a. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 3. — ²⁵ Sum. christ., de Matr., qu. 5. — *Vasq.*, de Matr., disp. 3, n. 46.

897. - ^{a)} Toletus dicit profecto, ut refert S. Alphonsus, formam esse verba aut nutus, quibus consensus exprimitur, addit tamen, *ibid.*: « Efficiens causa sunt ipsi contrahentes, in quantum est contractus quidam; atvero, ut sacramentum, Deus est causa principalis, et minister est causa instrumentalis sicut in aliis sacramentis ». Quod autem hic per ministerium intendat sacerdotem, liquet ex eis quae inferius addit: « Minister ante concil. Trid. non erat necessarius, quia poterat esse verum matrimonium sine ministro: atvero,

sess. 24, cap. 1, de reform., est annullatum matrimonium clandestinum... Jam ergo pertinet ad essentiam matrimonii minister cum testibus, at ante non pertinebat ». Quae sane non videntur satis consentanea rationi.

^{b)} Scilicet Emmanuel Rodriguez et Suarez; ceteri vero auctores a Sanchez citantur solum pro sententia quae dicit contrahentes ipsos esse ministros.

^{c)} Petrus Ledesma, *loc. cit., concl. ult.*, negat sententiam Cani esse probabilem post Tridentinum.

Sotum ^{d)} ac Vivaldum ^{e)} vocare temerariam. — Nostram sententiam tenent quoque expresse D. Thomas ¹ (cujus verba referemus in respons. ad 1. object.) et Scotus ^{f)}.

Probatur
ex Tridentino.

PROBATUR I^o. Quia Tridentinum ² declaravit, olim omnia conjugia clandestina, scilicet sine assistentia parochi celebrata, esse vera et rata; idque negantes anathemate damnavit. Matrimonia autem fidelium non possunt dici rata, nisi sint sacramenta, ut mox infra probabitur. Si ergo matrimonia clandestina olim fuerunt rata, ac propterea sacramenta, dicendum quod non parochus est minister, sed ipsi contrahentes.

Quod autem matrimonia ideo sint rata quia sunt sacramenta, probatur ex D. Augustino ³. Ibi: *Bonum... nuptiarum per omnes gentes... in causa generandi est...: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti.* Item ⁴: *In nostrarum quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti quam fecunditas uteri.* Et inde nascitur (ut dicit ⁵) vinculum indissolubile: sine enim sacramenti ratione fidelium nuptiae tantam firmitatem non haberent: *Quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi... quoddam sacramentum adhiberetur... Nec tamen nisi in civitate Dei nostri... talis est causa cum uxore*, scilicet indissolubilitatis sacramenti. — Et clarius probatur ex cap. *Quanto, de divort.*, ubi Innocentius III sic ait: *Etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum. Inter fideles autem, verum et ratum existit; quia sacramentum fidei quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum* (nota), *ut ipsum in conjugibus illo durante perduret.* Ergo, si ante concilium matrimonium

fidelium sine paracho initum erat sacramentum, necessario dicendum tunc sponso ministros tantum de illo fuisse.

Nec dicas illud *conjugii sacramentum* non intelligi de sacramento Matrimonii, sed de ejus vinculo, utpote symbolice significante conjunctionem Christi cum Ecclesia, adeo ut matrimonia per solum Baptismum (dictum *sacramentum fidei*) evadant rata cum infideles convertuntur ad fidem, esto non fiant sacramenta. — Nam respondetur non esse verum quod matrimonia infidelium per solum Baptismum fiant rata, id est omnimode indissolubilia. Licet enim conjugia infidelium natura sua etiam indissolubilia sint; tamen, accedente aliqua urgente causa, adhuc post conversionem ad fidem aliquando solvi possunt (modo non fuerint consummata post conversionem), prout refert Cardenas ⁶ Urbanum VIII declarasse die 20 Octobr. anno 1626, et rursus 17 Septemb. 1627, his verbis: *Nos attendentes, hujusmodi infidelium matrimonia non ita censerit, quin suadente necessitate solvi possint.* Et Summus Pontifex Benedictus XIV ⁷ refert S. Pium V et Gregorium XIII solvisse post conversionem ad fidem quaedam matrimonia in infidelitate contracta.

Si ergo matrimonia clandestina fidelium ante concilium, id est sine assistentia parochi celebrata, ideo fuerunt rata, quia sacramenta; ergo non parochus, sed ipsi contrahentes sunt hujus sacramenti ministri.

PROBATUR II^o. Ex Florentino, ubi: *Septimum est sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi et Ecclesiae, secundum Apostolum... Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti*

Probatur
ex Florentino.

¹ In 4, dist. 26, qu. 2, art. 1, ad 1; et dist. 28, qu. unic., art. 3. — ² Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ³ De Bono conjug., cap. 24, n. 32; Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 394. — ⁴ Loc., cit. cap. 18, n. 21; Migne, loc. cit., col. 388. —

⁵ Loc. cit., cap. 7, n. 7; Migne; loc. cit., col. 378. — ⁶ Cris., in propos. 1, diss. 2, n. 552. — ⁷ De Synodo, lib. 13, cap. 21, num. 3. — *Florent.*, decr. ad Armen., v. *Septimum est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 550.

^{d)} Sotus, in 4, dist. 26, qu. 2, art. 3, arg. 5, indirecte tantum vocat temerariam: « Excludere omnia clandestina matrimonia, quibus sacerdos non interest, a ratione sacramenti, ... temerarium est ».

^{e)} Vivaldus, *Candelabr. aur.*, de Matr., n. 17 et seqq., hoc non habet.

^{f)} Scotus, in 4, dist. 26, qu. unic., n. 15, dicit contrahentes « ut plurimum » esse ministros, quando scilicet per se ipsi contrahunt; sed negat id esse necessarium, quia quandoque per parentes contrahunt, ipsis tamen praesentibus, sed non exprimentibus consensum: « Si ergo ibi est sacramentum, inquit, oportet

expressus. — Si igitur contrahentes per consensum verbis expressum sunt causa efficiens matrimonii, ipsi ergo sunt ministri, non solum contractus (ut aliqui perperam explicant), sed etiam sacramenti; nam concilium suscipit explicandum, non quidem contractum, sed sacramentum, dicens: *Septimum est sacramentum Matrimonii.*

Probatur iterum ex Tridentino.

PROBATUR III^o. Ex eodem Tridentino¹, ubi in clausula irritante matrimonium dicitur: *Qui aliter quam praesente parocho... contrahere attentabunt..., inhabiles reddit, et hujusmodi contractus... nullos esse decernit.* — Non dicitur, qui aliter quam praesente parochi et verba proferente; sed tantum: *qui aliter quam praesente parochi.* Si igitur non irritatur matrimonium tacente parochi, sed tantum absente; ergo verba parochi non sunt de essentia matrimonii, et consequenter ipse non est ejus minister. — Sed dices ex hoc inferri quidem quod, absente parochi, matrimonium est nullum, etiam quoad contractum; sed non deduci quod, praesente parochi et tacente, validus sit non solum contractus, sed etiam sacramentum. At respondetur quod ratio sacramenti non distinguitur a ratione contractus; dum communiter dicunt theologi contractum matrimonii fuisse a Christo evectorum ad rationem sacramenti.

Et quod nostram sententiam tenuerint Patres concilii, censendum est ex eo quod communiter theologi (quorum iudicium debet credi Patres concilii sectatos fuisse) ante concilium asserebant ministros sacramenti Matrimonii esse ipsos contrahentes; ut testantur Bellarminus² et Pontius³, atque fatetur ipse Canus, asserens (ut diximus) hanc sententiam esse communem scholarum; et Dominicus Soto⁴ scripsit nullum suo tempore ausum fuisse oppositum scribere. — Et licet Canus ci-

¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ² De Matr., cap. 7. — ³ Lib. 1, cap. 8, n. 7. Canus, locis cit. — ⁴ In 4, dist. 26, qu. 2, art. 3, de 1^o arg., v. *Hanc autem opinionem.* — Canus, loc. cit., cap. 5, v. *Attende nunc.* Gulielm. Paris., de Sac. Matr., cap. 9, qu. 1. — Bellarm., de Matr.,

tet pro se Gulielmum Parisiensem, tamen Bellarminus et Petrocorensis explicant illam nuptiarum benedictionem quam requirit Gulielmus, esse conditionem, non autem formam sacramentum Matrimonii constituentem. Item Bellarminus ait alios auctores quos affert Canus, non loqui de benedictione quam dat sacerdos dum assistit et dicit: *Ego vos conjungo, etc.*, sed de benedictione quam dat sacerdos in Missa: de qua loqui ait idem Bellarminus pariter Pontifices a Cano adductos, et quae (ut patet) non potest esse forma sacramenti, cum ubi nulla sint verba quae forma sacramenti videantur.

PROBATUR IV^o. Ex eodem Tridentino, ex eo quod concilium, dum nuptiae ineuntur, imponit parochi ut dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.*, ac deinde subjungit: *vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum.* — Si autem concilium reputasset parochum esse matrimonii ministrum, quomodo ei potuisset praescribere pro forma quaecumque verba quae sunt juxta ritum receptum uniuscujusque provinciae? Hoc argumentum cardinali Pallavicino⁵ visum est evidens ad probandum quod non sacerdos, sed sponsi nuptiarum ministri sunt §).

Probatur tertium ex Tridentino.

PROBATUR V^o. Benedictus XIV in laudato Opere *de Synodo*⁶ sic ratiocinatur: In locis ubi Tridentinum promulgatum est, non raro contingit, aliquos matrimonium contrahere testibus fortuito astantibus, et parochi reluctante, quin ipse verbum ullum proferat. Hujusmodi conjugium, in sententia Cani esset validum in ratione contractus, sed non sacramentum, ob sacerdotalis benedictionis defectum. Si Ecclesia sententiam Cani haberet pro vera (imo addo, si haberet tantum pro probabili), deberet Ecclesia contrahentes compellere, aut saltem hortari ad suum contractum renovandum coram eo-

Ex praxi Ecclesiae circa matrimonia coram parochi reluctante inita.

cap. 8, v. *Primo adducit.* — Petrocor., de Matr., cap. 4, qu. 1, v. *Paulo apertius.* — Bellarm., loc. cit. Canus, loc. cit. — Trident., sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ⁵ Histor. concil. Trid., lib. 23, cap. 9, n. 15. — ⁶ Lib. 8, cap. 13, n. 8.

dicere quod minister hujus sacramenti potest esse indifferenter quicumque potest esse minister in contractu matrimonii ».

§) Rectius dicitur: Visum est evidens argumentum ad probandum verba praedicta non esse formam matrimonii.

Ex praxi
circa matri-
monia clan-
destina.

dem parochus, ut ejus verbis fiat sacramentum, ne ejus gratia illi perpetuo carerent. Deinde subdit quod ob eandem rationem Ecclesia curare deberet instaurari clandestina conjugia, inita in locis ubi Tridentini decretum non est receptum. — Sed cum in neutro casu renovationem ab Ecclesia urgeri videamus, conjiciendum quod uterque contractus, licet sacerdotis benedictione careat, ab Ecclesia pro sacramento habeatur.

Respondere possunt adversarii, ideo Ecclesiam non curare de praedictis conjugii instaurandis, quia contractus matrimonii semel valide initus nequit deinceps effici sacramentum; ut tenent Vasquez, Durandus, Pontius et alii. — Sed respondet Benedictus¹, quod longe communior est sententia aliorum doctorum, quos sequitur Sanchez², quae docet bene posse matrimonium, antea validum in sola ratione contractus, deinde renovari, et assequi virtutem sacramenti^{h)}. Unde difficultas proposita non solvitur; in hoc enim dubio Ecclesia non negligeret urgere fideles, ut in illis casibus conjugia renovarent, ne carerent saltem spe consequendi gratiam, quam juxta communior sententiam ipsi ex iteratione contractus obtinerent. — His tamen non obstantibus, laudatus Benedictus ait sententiam Cani, tot doctorum suffragiis communitam, esse probabilem, ac cuique liberum eam amplecti absque ulla erroris nota.

Circa matri-
monia in-
valide co-
ram paro-
cho inita.

Adde praxim Ecclesiae in reconvalidandis conjugii jam coram parochus et testibus prius initis, sed invalide propter occultum impedimentum: in quibus S. Pœnitentiaria, ex oraculo S. Pii V, dispensando minime requirit, imo expresse dicit illa reconvalidanda secreto, sine assistentia parochi et testium. Et sic communiter docent (contra paucos) Natalis Alexan-

Vasq., in 3 P., disp. 138, cap. 5, n. 64; et de Matr., disp. 2, cap. 10, n. 136 et 137. — Durand. a S. Porciano, in 4, dist. 26, qu. 3, v. Quinto. — Pont., lib. 1, cap. 9, n. 8. — ¹ De Synodo, lib. 8, cap. 13, n. 8. — ² Lib. 2, disp. 9, n. 5. — Bened. XIV, loc. cit., n. 4. — Natal. Alex., de Matr., cap. 4, art. 13, reg. 17. — Cont. Tourn., de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, qu. 2, resp. 2. — Habert, de Matr., cap. 4, i. f. — Bened. XIV, Notif. 87, n. 62. Van Espen,

der, Tournely, Habert; et idem Benedictus XIV cum Van Espen, Pontas et pluribus declarationibus S. Congregationis et decisionibus Rotae Romanae et aliis auctoribus innumeris (Vide dicenda n. 1110, v. Secunda). — His positus, valde miror quod laudatus Benedictus, postquam contenderit rationibus tam urgentibus contra sententiam Cani, illam³ appellet probabilem: quamvis non intrinsece, sed tantum extrinsece eam probabilem censere videatur, eo quod (ut ait) est ipsa *doctorum suffragiis communita*.

Verumtamen magis oportet attendere ea quae scribit Benedictus in decretali sive epistola ad archiepiscopum Goanum, quae incipit: *Paucis abhinc hebdomadis*, ubi scribit ut Pontifex, quam ea quae profert ut doctor privatus in praefato opere *de Synodo*. In praedicta enim decretali expresse docet ministros sacramenti matrimonii esse ipsos contrahentes, non vero sacerdotem; dum ait quod *mutua... corporum traditio, verbis ac nutibus interiorum animi assensum exprimentibus materia* [est]; *et mutua... corporum acceptatio, forma*.

898. - OBJICIUNT I^o. Solos sacerdotes esse legitimos sacramentorum ministros, ex illo Apostoli (I. Cor. iv): *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei*. — Et ideo dicunt statutam esse formam, ut habetur ex Rituali, quam parochus super nubentes proferré debet, dicens: *Ego conjungo vos in matrimonium*. Ideoque addunt, aliquos SS. Patres (quos refert Bellarminus⁴) dixisse quod matrimonia per sacerdotes sanctificantur.

Objectio ex
textu Apo-
stoli.

Sed respondetur cum S. Thoma⁵, qui sic docet: *Verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus sacramenti, non autem benedictio sacer-*

Responde-
tur.

part. 2, tit. 14, cap. 7, n. 10. — Pontas, v. Matrimonium IV, cas. 4 et 5. — S. Congr. Conc., cfr. Thesaurum Résol. S. C. C. in Florentina seu Lucana, § Deveniendò et seqq., die 28 Sept. 1726. — Rota Rom., coram Seraphino, decis. 900. — ³ De Synodo, lib. 8, cap. 13, núm. 4. — Bened. XIV, epist. *Paucis abhinc*, v. *Dubitabatur*, diei 19 Martii 1758. — ⁴ De Matrim., cap. 8, v. f. — ⁵ In 4, dist. 26, qu. 2, art. 1, ad 1.

h) Id concedit Sanchez de solis infidelium matrimoniis; in matrimonium vero fidelium,

disp. 10, n. 6, asserit inseparabilem esse rationem contractus a ratione sacramenti.

*dotis, quae est quoddam sacramentale. Sacramentale, id est quaedam solemnis caeremonia quae ex praecepto Ecclesiae requiritur. Et hoc est quod SS. Patres intelligere volunt. — Id clarius patet ex eodem Tridentino¹, ubi non dicitur quod sacerdos absolute proferre debet formulam praedictam: *Ego conjungo, etc.*; sed quod *vel [eam] dicat..., vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum.* Formula vero illa alium sensum non prae se fert, quam si sacerdos diceret (ut dicunt Frassen et Sanchez): *Ego approbo et benedico nuptias vestras in faciem Ecclesiae.* — Verum autem non est quod omnia sacramenta non per alios quam per sacerdotes ministranda sint; cum laici etiam quandoque sint legitimi ministri sacramenti Baptismi. Christus enim constituit ministros sacramentorum, juxta uniuscujusque sacramenti naturam; et quia contractum natura est, ut per solum consensum contrahentium ineanatur, ideo in matrimonio, quod consistit in contractu ad sacramentum elevato, non alios ministros Christus constituit, quam ipsos nubentes, qui per eorum consensum formam sacramenti ministrarent.*

OBJICIUNT II^o. Concilium Coloniense, anno 1536, ubi² sic habetur: *Quod sacramentum (scilicet matrimonii), si quis sicut decet acceperit, accedente sacerdotali precatione, confert donum Spiritus, quo vir diligat uxorem..., sicut Christus dilexit Ecclesiam.* — Ex quo inferunt quod si per benedictionem sacerdotis donum Spiritus confertur, ergo per illam conficitur sacramentum.

Sed recte respondent Frassen³ et Bellarminus^{a)} quod ex verbis istius concilii

¹ Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 1. — Frassen, tom. 12, tr. 3, disp. 2, de Matr., art. 1, qu. 3, concl. 2, v. *Hoc inquam.* — Sanchez, lib. 2, disp. 6, num. 6, in fine. — ² Part. 7, cap. 40; ap. Labbe, tom. 19, col. 1266. —

potius deducitur oppositum. Nam illa, ex suo sensu, non significant quod per precationem sacerdotalem conficiatur sacramentum; sed potius quod, sacramento jam confecto, precatio illa accedat, qua donum conferatur Spiritus Sancti preces sacerdotis exaudientis. Tanto magis quod Enchiridion, deinde ejusdem concilii nomine vulgatum, expresse dixit: *Verba conjugum, quibus ipsi mutuo dant sibi fidem, esse verbum (id est formam) quo fit sacramentum.*

OBJICIT III^o Canus testimonium Evaristi Papae in can. *Aliter, caus. 30, qu. 5*, ubi dicuntur matrimonia contracta sine benedictione sacerdotis, praesumi adulteria vel fornicationes, potius quam legitima conjugia.

Sed bene respondet Bellarminus⁴, hic loqui Pontificem de probatione matrimonii quoad forum externum: eo quod Ecclesia in foro externo non judicat legitima conjugia illa quae non probantur per sacerdotis testimonium, praesumendo tunc defuisse mutuum consensum: nisi (ut subditur in eodem textu) voluntas propria suffragaverit. Ergo ubi adest voluntas contrahentium, legitimum initur matrimonium, licet in foro externo aliud praesumatur. — Quod autem Evaristus certe ibi loquatur de foro externo, sapienter ait Bellarminus ipsum Canum negare non posse. Nam Tridentinum expresse declaravit conjugia clandestina esse vera matrimonia; dum e converso Evaristus non jam dicit ea non esse sacramenta, sed vocat adulteria et fornicationes. Unde ne dicatur Tridentinum contradixisse testimonio Evaristi, id quod Evaristus dicit, necessario de foro externo intelligendum.

³ Tom. 12, tract. 3, disp. 2, de Matrim., artic. 1, qu. 3, concl. 2, v. *Fateor tamen.* — Canus, de Locis theol., lib. 8, cap. 5, vers. finem. — ⁴ De Matr., cap. 8, in fine, v. *Unus est.*

Objicitur testimonium Evaristi.

Respondetur.

Objectio ex concilio Coloniensi.

Respondetur.

898. — a) Bellarminus, de Matr., cap. 8, v. *Secundo objicit*, alteram dumtaxat responsionem habet, quae scilicet ex verbis Enchiridii petitur, seu rectius ex verbis Gropperi, quae, ait Bellarminus, referuntur in Enchiridio institutionis Christianae, jussu dicti concilii edito, et quae ipse Bellarminus, cap. 6, v. *At Kemnitius*, exscripsit. Verba autem ista, qualia reperiuntur in citato *Enchiridio*

christianae institutionis (edit. Veneta 1544), de Sacr. Matr., fol. 257, sunt haec: « Verbum itaque hujus sacramenti, quo accedente ad elementum, fit sacramentum, id nimirum est quo ambo, mas et foemina (quum pietatis respectu quae in Deum est sibi mutuo fidem conjugalem dant accipiuntque), non quovis modo, sed in Dei nomine conjunguntur ac copulantur ».

Alia objicit Canus: quibus facilius respondetur, ut videre poteris apud Bellarminum¹.

899. - Ex nostra autem sententia,

Infertur 1^o. Quod matrimonia quae per procuratorem celebrantur, quia sunt legitimi contractus, ideo vera etiam sunt sacramenta; nec opus est ut contrahentes postea coram paroco se sistant ad matrimonium ratificandum^{a)}. — Sanchez², et Bellarminus³ cum Navarro, Soto et aliis; contra Canum.

Infertur 2^o. Quod conjugia malitiose contracta coram paroco reluctantante et benedictionem denegante, sunt quidem graviter illicita, sed valida et vera sacramenta; ut dicunt omnes pro nostra sententia allati^{b)}. — Et hoc, etiamsi parochus affectet nolle intelligere, nempe oculos et aures claudendo; ut sentiunt Pontius⁴, et Salmant.⁵ cum Ledesma et Leandro (contra Bonacina et Trullench ac Sanchez⁶), ex decreto S. C. Concilii (apud Farinacium), ubi ad quaesitum: *Et quid, si parochus adfuisse, nihil tamen eorum quae agebantur vidit vel audivit, utrum tale matrimonium sit nullum?* S. C. Concilii respondit: *Matrimonium non valere, si non intellexisset: nisi ipse parochus affectasset non intelligere.*

Infertur 3^o. Quod matrimonia coram paroco et testibus semel celebrata cum occulto impedimento dirimente, sublato

impedimento per dispensationem, vera evadunt sacramenta per consensum absente paroco praestitum. (Vide dicenda n. 1110, v. *Secunda*). Et hoc argumentum^{c)}, ut ait Benedictus XIV, valde probat ministrum matrimonii non esse sacerdotem, sed ipsos sponso: alias, recte dicit quod Ecclesia, nisi id haberet pro certo, nunquam permetteret, sponso relinqui in periculo quod remaneant sine gratia sacramenti. — Adest tamen decretum S. C. sub die 8 Junii anno 1619 (apud Ferraris⁷), quod si matrimonium esset nullum ex causa publica, scilicet ob defectum aetatis, tunc reconvalidandum est ante parochum et testes.

Infertur 4^o. Quod parochus, si assistat matrimonio existens in mortali, non peccat graviter; quia non conficit nec ministrat sacramentum. — Ita Sanchez⁸; et Bonacina⁹ cum Suarez, Coninck, Henriquez, Gutierrez et Reginaldo.

Utrum autem requirantur de praecepto gravi verba parochi: *Ego conjungo vos, etc.*, vel alia, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum (ut dicitur in Tridentino¹⁰)? — Negat Bonacina¹¹, qui citat Sanchez, Coninck, Gutierrez et alios, putantes eorum omissionem esse tantum venialem ob parvitatem materiae.

Sed affirmat Barbosa¹² cum Rebello, Henriquez^{d)}, et Salzedo: et hoc mihi magis placet.

Matrimonium per procuratorem est sacramentum.

Quid de matrimonio coram paroco reluctantante.

Quid de matrimonio invalide celebrato coram paroco.

Par in mo assis matrimonio, nor cat letter.

Verb rochi: conju etc., pr piuntu gravi.

¹ De Matr., cap. 8. — ² Lib. 2, disp. 11, n. 27. — ³ De Matr., cap. 5, resp. ad obj. 12, v. f. - *Navar.*, in cap. *Fratres*, n. 95, de Poenit., dist. 5. - *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, v. *At vero quamvis*. - *Canus*, de Locis theol., lib. 8, cap. 5, v. *Poenitentiae demum*; et Relect. de Poenit., part. 1, v. *Nec in praesentia*. — ⁴ Lib. 5, cap. 21, n. 12. — ⁵ Tr. 9, cap. 8, n. 67. - *Petr. Ledesma*, Sum., de Sacr. Matr., cap. 6, concl. 2, v. *Quartum dubium*. *Leand.*, disp. 7, qu. 40. - *Bonac.*, qu. 2, punct. 8, n. 23. - *Trull.*, de Sacr., lib. 7, cap. 6, dub. 5, n. 3, v. f. — ⁶ Lib. 3, disp. 39, n. 6. - *Farinac.*, in Trid. sess. 24, cap. 1, de reform. Matr., v. *Et quid si parochus*. Et habetur etiam ap. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 380. — ⁷ V. *Matrimonium*, art. 2, n. 19.

Cfr. etiam Thesaurum Resol. S. C. C. in una *Florentina* seu *Lucana*, § *Deveniend.*, die 28 Sept. 1726; et Pallottini, v. *Matrimonium*, § 3, n. 118 et 119. — ⁸ Lib. 2, disp. 6, n. 5. — ⁹ Qu. 2, punct. 4, n. 6. - *Suar.*, de Sacram., disp. 16, sect. 4, v. *Ad fundamentum*. *Coninck*, disp. 24, dub. 3, n. 34. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, n. 7, lit. e. *Gutierr.*, de Matr., cap. 41, n. 3, v. f. - *Regin.*, lib. 31, n. 54. — ¹⁰ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹¹ Qu. 2, punct. 8, n. 42. - *Sanch.*, lib. 3, disp. 38, n. 7. *Coninck*, disp. 27, dub. 4, n. 45. *Gutierr.*, de Matr., cap. 69, n. 16. — ¹² De Offic. et Potest. episc., alleg. 32, n. 170. *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 7, n. 4. *Salzedo*, Pract. crim. Diaz, cap. 76, not. B, v. *Secundo illud*.

899. - ^{a)} Quod opus non sit ut postea coram paroco se sistant, auctores isti non dicunt expressis verbis; sed Sanchez et Sotus id satis perspicue innuunt, in quantum scilicet Sanchez dicit contrahentes *optime* facere, si postmodum *ipsimet* contrahant; et Sotus, *laudabile* esse si renouent consensum coram paroco.

^{b)} Haec utique dici poterant juxta antiquam disciplinam; nunc vero ex decreto *Ne*

temere, n. IV, § 3, ad validitatem matrimonii requiritur ut parochus vel ordinarius sint « invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipientque contrahentium consensum ».

^{c)} Benedictus XIV, de *Synodo*, lib. 8, cap. 13, n. 8, v. f., utitur argumento quod eruitur ex secunda illatione, ubi de paroco invito et reluctantante agitur.

^{d)} Henriquez, lib. 11, cap. 2 (ut citat Bar-

Fit autem Quaestio: *an a sponsis, qui matrimonium ineunt, possit valide separari ratio contractus a ratione sacramenti?*

Quid de
separatione
contractus
a sacramen-
to.

Negant Suarez ^{e)}, Pontius ^{f)} et alii, dicentes non posse hominem separare quod Deus conjunxit. — Sed affirmant Vasquez, Cajetanus ^{g)}, Durandus ^{h)}, Victoria ⁱ⁾ et alii, apud Sporer ¹⁾: qui tenent bene posse contractum sine sacramento validum re-

manere. Sed hic notandum omnes ⁱ⁾ asserere quod hoc agere non careret gravi culpa. — Unde infertur quod Ecclesia nunquam permetteret reconvalidari matrimonium sine assistentia parochi (ut passim Ecclesia admittit), tolerando quod matrimonium persisteret tamquam contractus, et non sacramentum, si non haberet pro certo quod sponsi sunt veri sacramenti ministri.

Vasq., in 3 P., disp. 138, cap. 5, n. 63. ¹ Part. 4, cap. 1, n. 356.

bosa), non habet hoc dictum; sed *ibid.*, cap. 16, n. 2, loquitur de benedictione nuptiali quae post matrimonium contractum datur intra Missam, quam dicit requiri sub gravi in primis nuptiis ante cohabitationem, ex praecepto Tridentini.

^{e)} Suarez, *de Sacram.*, disp. 13, sect. 2, v. f., dicit: « Si sit proprie intentio et affectus separandi, quantum in ipsis est, rationem sacramenti a ratione contractus..., tunc revera non fieret sacramentum. An vero validum esset tale matrimonium in ratione contractus, alterius est considerationis ». Sed iudicium suum de hoc quaesito non profert. Deinde addit: « Qui vero intenderent facere sacramentum, non autem contractum matrimonii, nihil etiam facerent, quia illa posterior intentio non tantum est circa effectum, sed etiam circa materiam sacramenti, quam destruit ».

^{f)} Pontius (quem etiam Sporer citat pro hac sententia), *lib. 1, cap. 9, num. 3*, oppositam tenet, scribens: « Probabilius existimo in eo casu [quando scilicet contrahentes intendunt dumtaxat contractum] valere matrimonium in ratione contractus et separari a ratione sacramenti ». Quod deinde late fuseque probat.

^{g)} Cajetanus, *Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 1*, id docet de matrimonio per procuratorem

contracto, quod dicit valere ut contractum, sed non esse sacramentum. Et ita etiam Victoria, *Sum., de Matr.*, n. 244.

^{h)} Durandus, *in 4, dist. 26, quaest. 3, v. Quinto*, dicit matrimonium in infidelitate contractum, ratum quidem fieri post Baptismum utriusque conjugis, non tamen fieri tunc sacramentum.

ⁱ⁾ Omnes scilicet qui dicunt valere inter fideles, qui per se ipsos contrahunt. — In hac quaestione primam sententiam probat Leo XIII in sua epistola encyclica *Arcanum divinae sapientiae*, die 10 Februarii 1880 data, ubi § *Nec quemquam* haec habentur: « Non potest huiusmodi distinctio, seu verius distractio probari; cum exploratum sit in matrimonio christiano contractum a sacramento non esse dissociabilem; atque ideo non posse contractum verum et legitimum consistere, quin sit eo ipso sacramentum. Nam Christus Dominus dignitate sacramenti auxit matrimonium; matrimonium autem est ipse contractus, si modo sit factus jure ». Et paulo inferius: « Omne inter christianos justum conjugium in se et per se esse sacramentum ». Quod Pius IX suo brevi *Ad Apostolicae Sedis*, die 22 Aug. 1851, jam edixerat, damnando propositionem quae asserebat « Matrimonii sacramentum non esse nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile ».

DUBIUM II.

De Usu Matrimonii.

ARTICULUS I.

AN USUS MATRIMONII, SIVE ACTUS CONJUGALIS, SIT LICITUS.

900. *Actus conjugalis illicitus est: I. Si matrimonium est nullum. II. Si matrimonium est dubium.* — 901. *Qu. 1. An liceat contrahere cum dubio de impedimento.* — 902. *Qu. 2. An, cum opinione probabili de insubsistentia impedimenti. Qu. 3. An, cum opinione probabili probabilitate facti.* — 903. *Qu. 4. An in dubio de valore matrimonii jam contracti liceat petere et reddere. Et signanter, an uxor, non certa de morte primi viri, teneatur reddere secundo.* — 904. *Dub. 1. An, contracto matrimonio bona fide, superveniente dubio, liceat petere post diligentiam.* — 905. *Dub. 2. Quid, si adsit opinio probabilis tantum pro nullitate matrimonii.* — 906. *Dub. 3. An, nuptiis initis cum dubia fide, dubitans post diligentiam possit petere.* — 907. *Dub. 4. An in dubio positivo judicandum sit in favorem matrimonii contracti.* — 908. *An conjux teneatur credere alteri, asserenti se fecte consensisse. Quid, si audiat impedimentum a testibus fide non dignis. Quid, si audiat ab uno fide digno.* — 909. III. *Illicita est copula, si fiat cum periculo sanitatis. Dub. 1. An liceat petere, si alteruter conjugum laborat lepra, morbo gallico et simili.* — 910. *An liceat petere post balnea aut sectionem venae, vel cum feбри, vel an statim post prandium.* — 911. *Dub. 2. An, tempore lactationis.* — 912. IV. *Si fiat ob voluptatem.* — 913. V. *Si fiat mente adultera. Quid, si conjux ad se excitandum delectetur de pulcritudine alterius personae.* — 914. *Quid, si delectetur de copula aliena.* — 915. VI. *Si fiat modo indebito.* — 916. *Qu. 1. An sit mortale inchoare copulam in vase praepostero.* — 917. *Qu. 2. An, coire situ innaturali.* — 918. *Qu. 3. An, cohibere seminationem post copulam inceptam.* — 919. *An autem uxor, viro se retrahente post seminationem, possit ipsa statim tactibus se excitare ad seminandum.* — 920. VII. *Si fiat in loco indebito (Remissive ad Lib. III, n. 458).* — 921. VIII. *Si fiat tempore indebito.* — 922. *Qu. 1. An liceat conjugi coire die communionis (Remiss. ad num. 273 et 274 in hoc Lib. VI.).* — 923. *Qu. 2. An, in diebus festivis.* — 924. *Qu. 3. An, tempore praegnationis. An autem, secluso periculo abortus, sit venialis coitus cum praegnanate.* — 925. *Qu. 4. An liceat coire tempore menstrui.* — 926. *Qu. 5. An, tempore purgationis post partum.* — 927. *Licitus est autem usus matrimonii: 1. Propter prolem. 2. Ad vitandam incontinentiam (Vide dicta n. 882, Dub. 1.). 3. Propter alios fines honestos (Vide dicta n. 883, Dub. 2.).* — 928. *Qu. 1. An aliquando vir teneatur petere.* — 929. *Qu. 2. An aliquando uxor.* — 930. *Qu. 3. An conjux prohibitus petere ob votum vel affinitatem contractam, possit aliquando petere.* — 931. *Qu. 4. An liceat petere excommunicato, et an ab excommunicato.* — 932. *An et quando liceant tactus, aspectus et verba turpia inter conjuges.* — 933. *Qu. 1. An sint mortales inter ipsos tactus et aspectus turpes, secluso periculo pollutionis.* — 934. *Qu. 2. Quid, si periculum pollutionis jam praevideatur.* — 935. *Perpenduntur quidam tactus enormiter turpes.* — 936. *Qu. 3. An peccet graviter conjux turpiter seipsum tangens altero absente.* — 937. *Qu. 4. An, si morose delectetur de copula habita vel habenda.*

Usus matrimonii, per se licitus et honestus.

900. - « Resp. Per se est licitus et honestus. — Quod est de fide; et patet ex I. Cor. VII: *Uxori vir debitum reddat.*

« Per accidens est ILLICITUS in sequentibus casibus:

« I^o. Si matrimonium a parte rei sit « *nullum*: quod tamen si uterque ignorat, « non peccat nisi materialiter. — Si uterque vel alter id certo sciat, non potest, « quocumque etiam periculo proposito, « uti matrimonio. Unde, si non potest « sine periculo vitae aut famae detegere

Illicitus, in matrimonio nullo.

« impedimentum, nec sperare dispensationem, debet vel ingredi religionem « (si necdum consummavit), vel fugere; « vel petere divortium (ob conjugis saevitiam, v. gr. vel adulterium, si tale « sit), vel certe omnia incommoda patienter sustinere. — Bonacina¹.

« II^o. Si matrimonium sit *dubium*. — « Et quidem, si alter tantum dubitet, is « non potest petere debitum; reddere tamen tenetur, cum alter habeat jus petendi. — Si uterque dubia fide contraxit

In matrimonio dubio.

¹ Qu. 4, punct. 4, n. 16, 17 et 18.

« vel dubitat de ejus valore, neutri petere
« aut reddere licet ante veritatis indaga-
« tionem. Vasquez, Sanchez, Diana, Bardi¹.
« Secus, post eam. Bonacina² ».

Necessi-
tas tractan-
di hanc foe-
dam mate-
riam.

Piget me de hac materia, quae tantam prae se fert foeditatem, ut castas mentes ipso solo nomine perturbet, longiorem habere sermonem. Sed utinam non esset haec materia tam frequens in confessionibus excipiendis, ut non oporteret omnino confessarium plena tractatione, sed sufficeret compendio instructum esse! Ignoscat mihi propterea castus lector, si fuse de ea hic loquar, et ad casus particulares qui deformiorem exhibent turpitudinem, descendam. — Quod si cui mirum videatur, auctores caeteroqui prudentes ac pios de hac re fusius pertractasse, et minutas etiam variorum casuum circumstantias descripsisse, audiat clarissimum virum Ludovicum Bail, qui³ ab hac censura doctissimi Thomae Sanchez egregium opus de Matrimonio vindicat, his verbis: *Licet quaedam de materia foedorum actuum tangat, turpior... est infernus; et si foedus est sermo, foedius est in peccato putrescere, ut Petrus Blesensis ajebat⁴. Ille auctor... aliquas spurcitas movet, sed ad aegrotantium curationem. Si Angeli essent homines, talibus non indigerent.*

Dubius de impedi-
mento diri-
mendo, ante
diligentiam
nequit con-
trahere.

901. - Quaeritur 1^o. *An liceat matrimonium contrahere cum dubio de impedimento dirimente?*

Antequam diligentia adhibeatur ad veritatem assequendam, certum est non licere.

Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 66, cap. 6, n. 31 et 32. — *Sanch.*, lib. 2, disp. 41, n. 46, 47 et 55; et disp. 42, n. 2 et 7. — *Diana*, part. 4, tr. 3, resol. 15. — ¹ De Consc., discept. 6, cap. 11, part. 7, § 2 et 3. — ² Qu. 4, punct. 4, num. 5 et 6; cfr. n. 10 et 11. — ³ Sum. Concilior., tom. 2, fol. 812 (edit. Paris. 1675). — ⁴ Lib. de Confess. sacram.; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 207, col. 1083. — ⁵ Lib. 8, disp. 6, n. 18. — ⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — ⁷ In propos. 1, diss. 2,

Post vero diligentiam adhibitam, communiter docent doctores posse contrahi matrimonium cum opinione probabili probabilitate juris de carentia impedimenti: modo opinio illa sit universe vel certe ab auctoribus recepta ut probabilis. Ita Sanchez⁵, Palaus⁶, Cardenas⁷, Viva⁸, Suarez^{a)}, Croix⁹, Bossius^{a)}, Mazzotta¹⁰, et Holzmann¹¹ cum communi; hancque sententiam vocant tutam et moraliter certam Cardenas¹², Holzmann¹³, Viva^{b)} et Croix¹⁴ cum aliis. — Nec obstat dicere quod cum opinione probabili non liceat sponsis administrare sacramentum matrimonii. Nam respondetur quod eo casu non ministratur sacramentum cum sola opinione probabili, sed cum morali certitudine. Quando enim adest opinio probabilis de jure quod non subsit impedimentum, tunc Ecclesia ex antiquissima consuetudine praesumitur contractum matrimonii approbare, et omne remove impedimentum; ut communiter dicunt praefati auctores cum aliis, et fuse probat Cardenas¹⁵ pluribus decisionibus Rotae Romanae, ac quadam declaratione Urbani VIII.

Post dili-
gentiam, in
probabili-
tate juris
certa po-
test.

Advertendum tamen 1^o. Quod si dubium vertat circa mortem prioris conjugis, tunc, sive sit negativum sive positivum, non licet matrimonium contrahere (quidquid dicat Bossius¹⁶, et Vidal^{c)} ad Wigandt).

Nisi sit
dubium de
morte prioris
conjugis.

Quia, cum possideat prius conjugium, non potest secundum iniri cum praejudicio prioris, nisi constet (saltem moraliter) de morte prioris conjugis^{d)}; ut

n. 529 et seqq., n. 611 et seqq. — ⁸ In propos. 1 Innoc. XI, n. 29. — ⁹ Lib. 6, part. 1, n. 117 et 118; et part. 3, n. 527 et 528. — ¹⁰ Tr. 5, disp. 1, qu. 2, cap. 3, v. *Fit secundo*. — ¹¹ De Matr., n. 491. — ¹² Loc. cit., n. 531. — ¹³ Loc. cit., n. 491 et 492. — ¹⁴ Lib. 6, part. 1, n. 117. — ¹⁵ Loc. cit., n. 542 et seqq. — *Rota Romana*, in una *Tullen. et Neapolit.*, ap. Diana in fine partis 10 et part. 11. — ¹⁶ De Effect. Matr., cap. 2, n. 41. — *Wigandt*, tr. 16, exam. 4, post n. 52, cas.

901. - ^{a)} Suarez, de *Poenit.*, disp. 26, sect. 6, v. *Primus ergo*, id habet de jurisdictione probabili in sacramento Poenitentiae; Bossius autem, *Moral. var.*, part. 1, tit. 1, n. 384 et seqq., idem tenet de opinione probabili « circa ea ex quibus sacramentorum valor pendet solum ex institutione seu lege Ecclesiae ».

^{b)} Viva, loc. cit., n. 29, plane innuit esse tutam et moraliter certam, scribens: « Con-

suetudo et praxis Ecclesiae fert quod matrimonium sic contractum censeatur validum »; et deinde rursus affert Ecclesiae praxim, « quae semper hujusmodi matrimonia declaravit valida ».

^{c)} Seu rectius: editor qui operi Wigandt casus passim subjecit. Vidal enim eidem operi addiderat solum tract. de propositionibus damnatis et de bulla Cruciatæ.

^{d)} Media et methodum quibus acquiri pos-

REC. 7

expressum habetur in cap. *Dominus, de secund. nupt.*

Certus de impedimento, incertus de dispensatione, nequit contrahere.

Advertendum 2^o cum Palao¹, quod si constet de impedimento, et non constet de ipsius *dispensatione*; tunc non potest matrimonium contrahi, neque post contractum peti debitum: tunc enim pariter possidet impedimentum. — Secus vero, si constet de dispensatione, et dubitetur de ejus *valore*; quia tunc possessio stat pro valore dispensationis. — Hoc tamen valet, si impedimentum sit de jure ecclesiastico. Sed

Dubius de valore dispensationis potest.

902. — Quaeritur 2^o. *An, stante impedimento probabilis de jure naturali, liceat contrahere matrimonium cum opinione pariter probabilis de insubsistentia impedimenti?*

In probabilitate impedimenti juris naturalis, per se illicitum contrahere.

Respondeo: Per se loquendo non licet. Quia illicitum est ministrare sacramentum matrimonii cum opinione tantum probabilis de illius valore (ut patet ex prop. 1. damnata ab Innocentio XI), quando contra adsit etiam probabilitas impedimenti, etiam de jure naturali: nempe, si dubium vertat de solutione prioris matrimonii. Tunc enim Ecclesia nequit dispensare; ut potest et praesumitur jam dispensare cum adest dubium positivum (ut diximus) de impedimento juris tantum ecclesiastici.

Quandoque licitum, accedente declaratione pontificia.

Dixi: *per se loquendo*. Nam urgente gravissima causa poterit matrimonium contrahi, modo accedat declaratio Summi Pontificis tamquam unicus interpretis legis divinae. — Et sic refert Cardenas² olim declarasse Urbanum VIII. Delato enim ad ipsum dubio per Joannem de Lugo, postmodum cardinalem, an matrimonia quorundam infidelium Indorum in regno Paraquariae in infidelitate contracta es-

sent valida; et an ipsi post Baptismum tenerentur accipere primam uxorem ex pluribus quas habuerant, vel an possent eligere quam malebant? Pontifex, indicto consulto, dixit quod ubi doctorum sententiae utrinque probabiles intercederent, sequerentur opiniones pro conditione locorum ac hominum Barbaris favorabiliores. Vide dicta n. 897, v. *Prob. 1.*

Quaeritur 3^o. *An liceat matrimonium contrahere cum opinione probabilis, non solum juris, id est ex doctorum auctoritate, sed etiam facti, nempe cum ex utraque parte adest facti probabilitas pro existentia et pro carentia impedimenti?*

Affirmant Tamburinius³, ac Bonacina⁴ et alii apud Croix⁴.

Sed recte negant Cardenas⁵, Viva⁶; et Croix⁷ cum Gormaz et Aversa^{b)}. Ratio, quia, licet Ecclesia praesumatur supplere sive dispensare in impedimento, quando adest probabilitas orta ex jure (ut mox supra diximus); attamen hoc non procedit quando habetur probabilitas tantum orta ex facto, quae non fundat nisi semiplenam probationem, ut explicat Cardenas⁸. — Quo supposito, non licet in matrimonio contrahendo uti prima sententia. Nam quamvis probabilis esset prima opinio, quod cum sola probabilitate facti pro carentia impedimenti praesumatur Ecclesia etiam dispensare: tamen, cum haec opinio non sit communiter aut certe recepta tamquam probabilis — prout quidem esse debet, ad praesumendum quod Ecclesia suppleat, ut recte dicunt Cardenas⁹; et Croix¹⁰ cum Aversa^{b)} et Gormaz^{c)}; — et cum agatur de valore sacramenti, non possumus opinionem illam tuto sequi.

Dicunt autem Sanchez^{d)}, Cardenas¹¹,

¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — ² In propos. 1, diss. 2, n. 553. — ³ Decal., lib. 1, cap. 3, § 3, n. 27, v. *Quinto*. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 118, i. f. — ⁵ In propos. 1, diss. 2, n. 524 et 629. — ⁶ In propos. 1 Innoc. XI, n. 29. — ⁷ Loc.

cit., n. 118. *Gorm.*, de Sacram. in gen., disp. 5, n. 320 et 335. — ⁸ Loc. cit., num. 629. — ⁹ Loc. cit., num. 624. — ¹⁰ Lib. 6, part. 1, num. 117. — ¹¹ Loc. cit., num. 525 et 527.

sit haec moralis certitudo exponit Instruct. S. O. anni 1868, quae habetur in Collectan. S. C. de Prop. Fide, n. 1321 (Edit. Rom. 1907).

902. — ^{a)} Bonacina, *de Matrim.*, qu. 2, punct. 8, n. 29, loquitur de parochio assistente, et dicit valide assistere, si adsit opinio probabilis quod sit vere parochus, seu ubi est titulus coloratus cum errore communi.

^{b)} Aversa, *de Poenit.*, qu. 16, sect. 5, v. *Tum demum*, ad hoc ut Ecclesia suppleat in Poenitentia requirit, « opinionem communiter existimari probabilem, et non solum privato aliquo sensu aut errore ».

^{c)} Gormaz, *loc. cit.*, satis esse ait « probabilitatem juris ».

^{d)} Sanchez, *lib. 8, disp. 6, n. 18*, postquam

Viva¹; et Tamburinius² cum Merolla^{d)} (idque probabile putat Croix³ cum Sporer^{e)}, Gobat, Krimer, etc.), quod in quaestione facti, si adsint utrinque conjecturae, istae non constituunt nisi merum dubium negativum; et ideo, si dubium de impedimento non possit vinci, licite contrahitur matrimonium, quia tunc standum est pro libertate. — Sed huic opinioni contradicunt Palaus⁴, Lessius⁵, Contin. Tournely⁶, Roncaglia⁷; Renzi⁸ cum Vidal; et Laymann^{f)} cum Henriquez^{f)} et Veracruz^{f)}; meritoque non approbant rationem ab adversariis adductam. Quamvis enim in aliis contractibus, non obstante dubio negativo de inhonestate contractus, licitum sit illum inire, si dubium vinci non possit, quia tunc standum est pro libertate; matrimonium tamen, quia non solum habet rationem contractus, sed etiam sacramenti, non potest contrahi cum materia dubia: sicut et in aliis sacramentis non licet uti materia dubia extra casum necessitatis, ne sacramentum exponatur periculo frustrationis, juxta prop. 1. damnatam ab Innocentio XI.

Tantum igitur prima sententia posset

¹ In prop. 1 Innoc. XI, n. 31, v. f. — ² Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Matrimonium*, n. 1; cfr. ibid., § 3, n. 27. — ³ Lib. 6, part. 3, n. 533. *Gobat*, tr. 9, n. 62. *Krimer*, in 4 Decretal., qu. ult., append., n. 2436. — ⁴ Tr. 1, disp. 3, punct. 8, n. 10. — ⁵ Auctar., v. *Matrimonium*, cas. 10. — ⁶ De Dispensat., part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3, ad 1. — ⁷ Tr. 21,

dici probabilis, si probabilis esset opinio eorum quos retulimus *Lib. I, n. 51, v. Secunda*, dicentium praefatam propositionem fuisse proscripam, non ratione periculi frustrationis sacramenti, sed ratione caritatis erga suscipientem, ne privetur fructu sacramenti, si forte opinio de ejus valore non sit vera. — Et eo casu, advertit Croix⁹ cum aliis, partem dubitantem teneri ad monendam alteram de tali dubio, ne haec exponatur periculo gravium incommodorum.

Quod si vero (addunt Sanchez et Cardenas¹⁰) in tali dubio praesumptio urgeret pro impedimento, et nulla esset praesumptio pro illius carentia, v. gr. si vir coierit, et postea dubitet an seminarit, vel an intra vas aut extra; tunc praesumptio orta ex communiter contingentibus est pro impedimento, et impediendum est matrimonium. — Secus autem, si adsit praesumptio in contrarium, nempe si vir seminaverit prope vas; tunc enim (ut ait Sanchez¹¹) procul dubio nuptiae contrahi possunt.

Caeterum probabiliter dicunt Emmanuel Sà¹², Merbesius¹³ et Contin. Tournely¹⁴ cum Pichler^{g)}; ac probabile putat

Nisi adsit praesumptio contra impedimentum.

Episcopus potest dispensare in impedimentis dubiis.

qu. 3, cap. 1, qu. 5. — ⁸ De Consc., cap. 4, sect. 4, qu. 4. — *Vidal*, Arca salutar., tit. de Dubiis, inquisit. 10, n. 1, 8 et 9. — ⁹ Lib. 6, part. 3, n. 533, i. f. — *Sanch.*, lib. 8, disp. 6, n. 18. — ¹⁰ In prop. 1, diss. 2, n. 528. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² V. *Dispensatio*, n. 1. — ¹³ De Matr., qu. 89, quaestiunc. 8, v. *Quartus*. — ¹⁴ De Dispensat., part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3, ad 1.

negavit dispensatione opus esse, si res sit omnino dubia, addit: « Quod si nec sit opinio nec mere dubium, sed magis propendeatur in eam partem ut sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis habito, nec existente aliqua juris praesumptione pro impedimento, tunc adhuc censendum est non esse impedimentum ». — Idemque dicit Merolla, *disp. 3, cap. 3, n. 134*. — Notandum praeterea est quod auctores citati tum pro prima tum pro secunda sententia, non asserunt conjecturas ex utraque parte efficere merum dubium negativum; sed loquuntur in generali de casu quo datur dubium invincibile de impedimento: Solus Cardenas scribit: « Quando in quaestione facti, ex conjecturis utrinque probabilibus resultat purum dubium, ... omnino invincibile, non obstat impedimentum contrahendo matrimonio ».

^{e)} Sporer, quidquid dicat Croix, id non habet.

^{f)} Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 13*, loquitur de debiti redditione post matrimonium

mala vel dubia fide contractum. Attamen, *n. 14*, dicit: « Lite pendente de viribus primi matrimonii, vel de impedimento opposito, non licet contrahere cum alia matrimonium ». — Veracruz autem, *part. 3, art. 13, i. f.*, dicit eum qui dubitat de valore prioris matrimonii posse ratione dubii novum contrahere. — At Laymann, *lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 23*, eos auctores citat pro opinione quae dicit: Si dubium de matrimonii valore ob latentis impedimenti suspensionem antecedit, omnino ab eo contrahendo abstinendum esse.

^{g)} Pichler a Continuatore Tournely non citatur pro hac sententia; et sane *lib. 4, tit. 16, n. 32, v. Dixi 5*, dicit episcopum non posse dispensare in impedimentis dubiis, sed solum declarare non adesse impedimentum, « vel si ita cum Laym., Sanch., ... loqui placet, dispensare pro interim ad cautelam et declinandum scandalum vel scrupulos: quae tamen dispensatio non facit quo minus, si postea deprehenditur impedimentum certum, illa de novo peti debeat a Pontifice ».

Diana ^{h)} - contra Sanchez ¹, quamvis ² videatur se retractasse -, quod in impedimentis dubiis bene potest episcopus dispensare.

Et idem dicunt communissime doctores, generice loquendo de omnibus casibus sive impedimentis Pontifici reservatis, quando dubitatur an indigeant dispensatione; ut Palaus ³, Cabassutius ⁴, Barbosa ⁵, Roncaglia ⁶, Holzmann ⁷, Elbel ⁸ et Salmant. ⁹, ac probabile putat Bonacina ⁱ⁾. — Ratio, quia ex una parte, licet dispensatio hujusmodi impedimentorum sit Papae reservata; tamen, cum reservatio sit odiosa, stricte est interpretanda, et restringenda tantum ad casus certos (prout diximus in simili, n. 600, v. *Sed pariter*). Ex alia parte, sat probabiliter potest episcopus dispensare in tali dubio: tum ex cap. *Nuper 29, de sent. excom.*, ubi: *Quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi*. Ibi sic addit Glossa: *Et est hic argumentum, episcopos posse dispensare ubi specialiter dispensatio non est inhibita...; et concessum videtur quod non est prohibitum*. (Vide dicta *Lib. I, n. 191, v. Prima j); et infra, hoc *Lib. VI, num. 980, v. Sed dubit. 1.*). Et hoc approbant etiam Sporer ¹⁰, Elbel ¹¹ et Roncaglia ^{k)}. Tum quia, cum in casibus qui frequenter occurrunt, possit inferior dispensare in lege superioris (ut diximus cum communi, *Lib. I, n. 190*); bene poterit episcopus in impedimentis dubiis dispensare, eo quod in iis frequenter contingit dubitare de indigentia dispensationis.*

903. - Quaeritur 4^o. *An, matrimonio jam inito, liceat contrahentibus petere aut reddere in dubio de ejus valore?*

¹ Loc. cit. — ² Decal., lib. 4, cap. 40, n. 26. — ³ Tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 10. — ⁴ Theor. et prax. juris, lib. 1, cap. 8, n. 15. — ⁵ De Offic. et Pot. episc., alleg. 35, n. 19. — ⁶ Tr. 3, de Legib., qu. 5, cap. 1, qu. 4, resp. 2, v. *Sexto*: — ⁷ De Lege, n. 492, sub 3. — ⁸ De Legib., n. 442, sub 5. —

Certum est quod durante dubio (sive dubium antecesserit matrimonium, sive ei supervenerit), conjux dubitans, ante diligentiam adhibendam ad dubium vincendum non potest petere; sed potest et tenetur reddere alteri petenti in bona fide. — Id patet ex cap. *Dominus 2, de secundis nuptiis*, ubi dicitur: *Sane super matrimoniis quae quidam ex vobis (non dum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt, id vobis respondemus, ut nullus amodo ad secundas nuptias migrare praesumat, donec ei constet quod ab hac vita migraverit conjux ejus. Si vero aliquis... id hactenus non servavit, et de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quae sibi nupsit, debitum non deneget postulanti, quod a se tamen noverit nullatenus exigendum*. — Et hujus ratio patens est: quia in dubio nemo privandus est suo jure certo quod bona fide possidet; ut communiter docent doctores cum Sanchez ¹², Salmant. ¹³, Concina ¹⁴ et alii passim.

Idem ait Pontius ¹⁵: sed hic diversam assignat rationem, dicens ideo teneri dubitantem reddere debitum petenti, quia de duobus malis minus est eligendum; juxta can. *Duo mala, dist. 13*. Minus autem malum est in dubio reddere quam non reddere; quia non reddendo est periculum injustitiae: reddendo vero, tantum fornicationis, quae est minus malum quam injustitia. — Sed haec ratio non subsistit. Nam si possessio secundi viri non praeberet ipsi jus petendi, non evitaretur majus malum injustitiae, quam Pontius sponit; dum adhuc mulier illa se committeret periculo injustitiae, nempe irrogandi injuriam primo viro, si forte vivat. Unde

Dubius valore n
trimon
ante di
gentiam
quit pete

Tene
reddere
tenti in
na fide.

⁹ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 45. — *Glossa*, ad v. *Non retinuit*. — ¹⁰ Part. 4, cap. 4, n. 722; cfr. Suppl. Decal., cap. 1, n. 353. — ¹¹ De Matr., n. 474. — ¹² De Matr., lib. 2, disp. 41, n. 12. — ¹³ Tr. 9, cap. 15, n. 48. — ¹⁴ Diss. 4, cap. 6, § 3, n. 5. — ¹⁵ Lib. 10, cap. 15, n. 8.

^{h)} Diana, *part. 4, tr. 3, resol. 17*, alios refert qui dicunt esse probabile.

ⁱ⁾ Seu rectius: Bonacina, *disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 18*, alios quosdam affert, qui id probabile putant.

^{j)} Sed *loc. cit.*, nota sedulo ea quae S. Alphonsus, v. *Hanc primam*, contra eam sententiam congerit, confutando rationes quibus fulcitur.

^{k)} Roncaglia, *tr. 11, de 5 Praec., cap. 2, qu. 5*, non videtur apte citari. Ibi enim tractat de poenis latis contra procurantes abortum, et scribit: « Est qui doceat posse episcopum dispensare in poena privationis beneficiorum et inhabilitatis ad illa: verum non satis puto tutam hanc doctrinam, cum de sua natura inferior non possit dispensare in lege superioris ».

necessario recurrendum ad primam rationem, nempe ad jus certum possessionis quod habet secundus vir, quodque praeferri debet juri incerto primi viri, cum de ejus morte dubitetur ^{a)}.

Semper igitur ac mulier non est certa de vita primi viri, tenetur reddere secundo viro petenti. Et hoc, etiamsi adsit opinio probabilis pro invaliditate secundi matrimonii, et nulla pro valore ^{b)}; quia secundus vir non potest exspoliari suo jure certo, nisi habeatur certitudo de vita primi viri: ut recte docent S. Antoninus ¹; Croix ² cum Cardenas, Merolla ^{c)} et Bressero; ac Sanchez ³ cum Soto, Navarro, Paludano, Silvestro, Angelo, Ledesma, Conrado, Henriquez, Manuele, etc. — Idque clare probatur ex cap. *Inquisitioni, de sent. excomm.*, ubi sic habetur: *Inquisitioni tuae respondententes, credimus distinguendum: utrum alter conjugum pro certo sciat impedimentum conjugii...; an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, utrum habeat conscientiam hujusmodi ex credulitate levi et temeraria, an probabilis et discreta. Et quidem ad sui pastoris consilium (conscientia levis et temerariae credulitatis explosa) licite potest non so-*

lum reddere, sed exigere debitum conjugale. Verum, cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili et discreta, quamvis non evidenti et manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientiae, committat offensam. Nota illud certo sciat: ergo, si certo non scit, tenetur reddere. — Confirmatur ex can. *Si virgo, caus. 34, qu. 2.* Ibi: *Si virgo nesciens viro nupsit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera; si autem sciat (nota), jam ex hoc esse incipiet.* Ubi recte notat Sanchez ⁴ cum Silvestro, τὸ sciat sumi pro certitudine. — Item docet D. Thomas ⁵. Ibi: *Aut habet certam scientiam de impedimento matrimonii, aut opinionem...; si primo modo, nec exigere nec reddere debitum debet; si secundo, debet reddere, sed non exigere.* Item dicit S. Bonaventura ⁶: *Si... certificatur de vita primi viri, nec petere debet nec reddere.*

904. - Sed dubitatur 1^o. *An, contracto matrimonio in bona fide, si dubium superveniat, et adhibita diligentia illud vinci non possit, liceat dubitanti non solum reddere, sed etiam petere.*

Prima sententia negat: et hanc tenent Navarrus ⁷, Concina ⁸; item Petrus Soto ^{a)}, Medina ^{a)}, Silvester ^{a)} et Conradus ^{a)}, apud Sanchez ^{a)}. Et hujus sententiae videtur

In dubio supervenienti matrimonio bona fide contracto:

Juxta alios, nec post diligentiam licet petere.

¹ Part. 3, tit. 1, cap. 3, § 2. — ² Lib. 6, part. 3, n. 300. - *Card.*, Cris., disp. 19, n. 113. *Bresser.*, de Consc., lib. 4, cap. 12, n. 110, 115 et 117. — ³ Lib. 2, disp. 44, n. 3. *Sotus*, de Just., lib. 4, qu. 5, art. 4, v. *Post haec autem.* - *Navar.*, Man., cap. 22, n. 54 et 82. *Palud.*, in 4, dist. 36, qu. 2, art. 3 (n. 16). *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*, qu. 13, v. *Secundum*; et qu. 3, v. *Quintum.* *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 4, n. 8. *Petr. Ledesma.*,

qu. 45, art. 1, dub. 2, v. *Ad 3* (1^{ae} sent.). - *Conrad. Summenhart*, de Contract., qu. ult., concl. 3, post princ. *Henriq.*, lib. 12, cap. 6, n. 7. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 4 et 7. — ⁴ Lib. 2, disp. 44, n. 3. *Silvest.*, v. *Praescriptio I*, qu. 3, v. *Tertium.* — ⁵ In 4, dist. 41, qu. unic., art. 5, solut. 1, ad 3. — ⁶ In 4, dist. 33, dub. 11. — ⁷ *Man.*, cap. 22, n. 54 (cfr. edit. Venet. 1573, ibid., n. 81). — ⁸ *Diss.* 4, cap. 6, § 3, n. 2 et seqq.

903. - ^{a)} Et ipse Pontius etiam utitur hoc argumento quod petitur a possessione.

^{b)} Non omnes auctores citati ponunt casum verbis adeo disertis; sed aliqui rem tantum innuunt; aliqui vero, ut Sanchez, dicunt reddendum esse debitum, « non obstante ea opinione nullitatis matrimonii, donec ita certus sit, ut parum dubii remaneat ». — Ledesma dicit reddendum esse debitum in casu quo verisimilius est nullum esse matrimonium; « quod intelligitur, subdit, si maneat intra limites dubii moraliter loquendo; nam si nulla sit verosimilitudo moralis quod matrimonium est validum, nec potest reddere nec petere debitum ». — Henriquez denique reddendum

esse ait « quamdiu certus non est per assensum opinativum probabiliorem ».

^{c)} Merolla, *disp. 3, cap. 3, coroll. 12, a n. 144*, quamvis hic revera a Croix citetur, dicit tantum in dubio reddendum esse debitum.

904. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit., disp. 41, n. 45*, auctores istos citat pro sententia quae negat posse peti debitum in dubio de validitate matrimonii, nulla facta mentione de adhibita necne diligentia. Et ita revera loquuntur Petr. Soto, *lect. 9, de Matr., i. f.*; Barthol. Medina, *in 1^{am} 2^{ae}, qu. 19, art. 6, concl. 4*, v. *Rursus patet*; Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 13, v. Secundum*; Conradus

certo etiam esse D. Thomas¹, dicens: *Si... oriatur dubitatio aliqua de vita prioris viri, ex aliqua causa quae etiam certitudinem facere possit: non debet nec reddere nec exigere debitum. Si autem causa illa facit probabilem dubitationem, debet reddere, sed non exigere.* Idem sentit S. Bonaventura², dicens: *Si... probabiliter dubitat, debitum debet reddere, sed non exigere.* — Id probant ex dicto cap. *Inquisitioni*, mox supra allato; ibi: *Verum, cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili et discreta, quamvis non evidenti et manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet.*

Secunda vero sententia, longe communior et probabilior, affirmat. Et hanc tenent Sotus³, Lugo⁴, Palaus⁵, Laymann⁶, Wigandt^{b)}, Coninck⁷, Holzmann⁸, Roncaglia⁹, Filliuccius¹⁰, Habert¹¹; Diana¹² cum Valentia^{c)} et Villalobos; Salmant.¹³ cum Reginaldo et Henriquez; Bonacina¹⁴ cum Rodriguez; Croix¹⁵ cum Suarez, Lessio^{d)} et Bossio; ac Sanchez¹⁶ cum Ledesma, Lopez, Bañez, Veracruz: et probabilem tenent ibid.¹⁷ Canus, Victoria et Manuel. — Ratio, quia qui matrimonium bona fide contraxit non est privandus suo jure quod possidet petendi, donec

constet de impedimento. — Licet enim, superveniente dubio, suspendatur jus possessionis usquedum veritas inquiratur; dubio tamen remanente post diligentiam, cum ignorantia sit tunc invincibilis, manet possessio pro valore matrimonii, et consequenter pro illius usu: possessor enim bonae fidei, sicut post diligentiam potest rem retinere, sic etiam potest illa uti. — Haecque ratio bene confirmatur ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malefic.*, ubi, in dubio de valore matrimonii propter dubietatem impotentiae conjugum ad copulam, conceditur eis spatium triennii ad debitum petendum. In tantum igitur conceditur eis licentia petendi in tali dubio, in quantum conjuges bona fide contraxerunt; et ideo possident jus petendi, donec per experimentum triennii fiat certum impedimentum impotentiae.

Ad textum autem citatum in cap. *Inquisitioni*, praefati auctores multipliciter respondent. — Lugo¹⁸ dicit quod Pontifex ibi loquitur de casu quo conjux habeat probabilitatem tantum de invaliditate matrimonii, et nullam pro valore. — Alii vero communius et rectius, ut Sotus¹⁹, Sanchez²⁰, et Palaus²¹ cum Coninck, respondent quod textus intelligitur vetare

Satisf
textui opp
sito.

¹ In 4, dist. 38, in Expos. textus, ad 3. — ² In 4, dist. 38, dub. 11. — ³ De Just. et Jure, lib. 4, qu. 5, art. 4, i. f. — ⁴ De Just. et Jure, disp. 17, num. 86 et 87. — ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, num. 6. — ⁶ Lib. 1, tr. 1, cap. 5, num. 24. — ⁷ Disp. 34, dub. 10, num. 105. — ⁸ De Matr., n. 466. — ⁹ Tr. 21, qu. ult., cap. un., qu. 6, resp. 2. — ¹⁰ Tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 343 et 344. — ¹¹ De Matr., cap. 9, § 2, de Ligam., qu. 4. — ¹² Part. 3, tract. 4, resol. 295; cfr. part. 4, tr. 3, resol. 15. — ¹³ Villal., part. 1, tr. 1, diff. 23, n. 2. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 15, n. 46. — ¹⁵ Regin., lib. 31, n. 299 et 300. — ¹⁶ Henric., lib. 12, cap. 6, n. 5 et 7. — ¹⁷ De Matr., qu. 4, punct. 4, n. 5. — ¹⁸ Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241,

n. 5. — ¹⁹ Lib. 6, part. 3, n. 302. — ²⁰ Suar., de Relig., tr. 6, lib. 4, cap. 5, n. 16. — ²¹ Boss., Moral., tit. 1, n. 1943. — ²² Lib. 2, disp. 41, n. 46 et 47. — ²³ Martin. Ledesma., 2^a 4ⁱ, qu. 18, art. 1, dub. 14, v. f. — ²⁴ Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, de Matrim., cap. 39, v. *Sed perplexior*, et v. *Ex praedictis sequuntur*. — ²⁵ Bañez, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 6, dub. 5, concl. 4. — ²⁶ Veracruz, part. 1, art. 42, concl. 3; part. 3, art. 18, concl. 5. — ²⁷ Sanch., loc. cit., n. 46. — ²⁸ Man. Rodrig., loc. cit., n. 5, i. f. — ²⁹ De Just. et Jure, disp. 17, n. 88. — ³⁰ De Just. et Jure, lib. 4, qu. 5, art. 4, i. f. — ³¹ Lib. 2, disp. 41, n. 53. — ³² Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6. — ³³ Coninck, disp. 34, n. 106.

Summenhart, *de Contract.*, qu. ult., concl. 3, post princ.

^{b)} Wigandt, *tr. 16, num. 59, v. Resp. 1*, scribit: « Si facta diligenti inquisitione de matrimonii valore, adhuc maneant dubii, sine mortali petere non possunt ». Sed v. *Resp. 4*, mentem suam explicat his verbis: « Si uterque bona fide contraxit, et postea ambo de valore matrimonii dubitent, et adhibita circa inquirendam veritatem sufficientem diligentiam adhuc dubii maneant, ex titulo possessionis possunt dubium practice deponere, et salva conscientia petere ac reddere, licet speculative maneant dubii.

^{c)} Valentia male hic citatur a Diana; tenet enim priorem sententiam in *Suppl.*, disp. 10,

qu. 4, punct. 2, v. *Si tamen quis*. Primo enim negat generatim conjugem dubium de valore matrimonii a se contracti, posse « perseverante tali dubio » petere debitum. Deinde refert opinionem Soti, dicentis (quamvis sub aliqua formidine, ut ait Valentia) conjugem illum posse etiam petere debitum, quando post adhibitam quidem diligentiam maneret adhuc dubius. Sed hanc Soti opinionem rejicit Valentia, scribens: « Nihilominus tamen censeo absolute cum aliis doctoribus: nunquam licet petere quamdiu duraverit dubium ».

^{d)} Lessius, *de Just.*, lib. 2, cap. 14, dub. 4, n. 23, loquitur in generali de rei. accepta bona fide, et scribit: « Si postea incipiat dubitare an sit aliena, tenetur inquirere veritatem; et,

petitionem antequam diligentia adhibeatur. Secus vero, post diligentiam: tunc enim (ut supra jam dictum est) conjux manet in possessione sui juris, practice deposito dubio per principium illud reflexum, quod in dubio melior est conditio possidentis. Et revera textus, dicendo non posse conjugem opinantem petere, supponit eum non adhuc sibi efformasse iudicium practicum conscientiae, dubium deponendo; cum subdat non posse petere: *Ne in alterutro, vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientiae committat offensam*. Hinc apparet quam necessarium sit in moralibus admittere quod liceat deponere dubia per principia reflexa; his enim negatis, nulla apparet ratio cur licitum sit (ut licitum jam ibi declarat Pontifex) conjugii dubitanti de morte prioris conjugis debitum reddere postulanti.

Recte autem advertit Sanchez¹ non posse dubitantem reddere debitum in primo bimestri ante praemissam diligentiam, etiamsi petens sit in bona fide; quia eo tempore alter non habet jus petendi. — Et idem diceretur, si alter petens per incestum vel adulterium sit privatus jure petendi.

905. - Dubitatur 2^o. *An, contracto matrimonio in bona fide, conjux habens rationem probabilem pro invaliditate matrimonii, et nulam pro valore, possit petere post adhibitam diligentiam?*

Prima sententia negat: et hanc tenent Sanchez², Lugo³, Salmant.⁴, Sporer⁵;

Bonacina⁶ cum Reginaldo et Gutierrez, ac Viva⁷, qui vocat eam communem. — Hi dicunt conjugem taliter opinantem teneri ad reddendum alteri qui bona fide contraxit, sed petere non posse. Ratio, quia possessio suffragatur dubitanti, non autem habenti assensum opinativum tantum pro nullitate matrimonii.

Secunda vero sententia satis probabilis affirmat; et hanc tenent Palaus^{a)} cum Coninck^{a)}, et Croix^{b)}. — Hi enim dicunt conjugem non interdici a petendo post diligentiam, dubium deponendo, et conscientiam sibi formando ex eadem regula dicta ut supra, nempe quod nemo est privandus jure suo certo quod possidet bona fide, nisi certo probetur quod nullum jus habeat; ut dicunt in terminis de matrimonio Anacletus⁸ cum Herincx; ac Cardenas, Merolla et Bresserus, apud Croix⁹; atque fatetur ipse Sanchez¹⁰. — In hoc enim differre videtur qui bona fide ab eo qui mala fide contraxit. Nam possessor *malae fidei* non potest petere, ut dicunt Sanchez¹¹, Sporer¹² et Salmant.¹³, nisi habeat certitudinem vel saltem probabilitatem pro valore matrimonii (quamvis non desint doctores qui tuentur tunc etiam sufficere, si post diligentiam dubium deponatur, ut videbimus in Dubio sequenti). Possessor autem *bonae fidei* post diligentiam factam petere potest, semper ac non constet de nullitate matrimonii; quia possessio praebet ei jus certum petendi, quod praevallet cuicum-

Satis probabiliter potest.

Possessor malae fidei.

Possessor bonae fidei.

Habens probabilitatem de nullitate tantum matrimonii bona fide contracti:

Juxta alios, nec post diligentiam potest petere.

¹ Lib. 2, disp. 1, n. 48. — ² Disp. 44, n. 2 et 4. — ³ De Just. et Jure, disp. 17, n. 88. — ⁴ Tr. 9, cap. 15, n. 49. — ⁵ Tr. 1, cap. 1, n. 77. — ⁶ De Matr., qu. 4, punct. 4, n. 13. — ⁷ Regin., lib. 31, n. 101. — ⁸ Gutierrez, de Matr., cap. 50, n. 4. — ⁹ De Matr., qu. 7 art. 3, n. 11. — ¹⁰ Tr. 14, de Sacram.,

dist. 13, n. 85. — ¹¹ Herincx, de Matr., disp. 7, qu. 6, n. 32. — ¹² Carden., disp. 19, n. 106 et 107. — ¹³ Meroll., disp. 3, cap. 3, n. 147 et 150. — ¹⁴ Bresser., lib. 4, cap. 12, n. 117. — ¹⁵ Lib. 6, part. 3, n. 300. — ¹⁶ Lib. 2, disp. 44, n. 3. — ¹⁷ Loc. cit., disp. 42, n. 2 et 9. — ¹⁸ Tr. 1, cap. 1, n. 77. — ¹⁹ Tr. 9, cap. 15, n. 48.

manente dubio post inquisitionem, non tenetur restituere, sed manet in possessione bonae fidei ».

905. -) Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6*, naec dumtaxat habet: « Ob superveniens dubium vel opinionem de matrimonii nullitate, non impeditur a debiti petitione ». — Coninck autem, *disp. 34, n. 105*, negat dubium superveniens bonae fidei impedire petitionem, si post adhibitam diligentiam perduret, quia « talis bona fide possidet jus petendi debitum, quo non debet se spoliare, *quandiu non constat non esse suam* ».

^b Croix, *lib. 6, part. 3, n. 302*, loquitur

ut Coninck; sed respondens objectioni petita ex cap. *Inquisitioni*, clarius loquitur, et ait caput hoc intelligendum esse « de casu in quo conjux habet iudicium probabile de sola nullitate matrimonii, et nullum habet probabile motivum pro valore; ac tum non posse petere, sed tantum reddere, *nisi aliunde sibi formet conscientiam secundum dicta n. 300* ». At, *n. 300*, dixit posse reddere, quia possessio stat pro valore matrimonii; *n. 301* vero, negavit posse petere, « si habeat spem obtinendi majorem certitudinem... quia tum tale dubium censetur vincibile, quo stante non licet operari ».

que probabilitati oppositae: probabilitas enim, cum sit opinativa, et consequenter semper includat formidinem in opinione contentam, auferre nequit legitimam praesumptionem validitatis matrimonii, ortam ex ipsa possessione conjugii bona fide contracti. (Vide quae in simili casu diximus, *Lib. I, n. 36*).

Id confirmatur ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malefic.*, ubi, in dubio de impotentia conceditur conjugibus usque ad triennium experiri. — Etenim peto, si post biennium conjux non adhuc potuerit consummare, num est probabile matrimonium esse validum? Certe quidem est improbabilissimum; et e converso probabilissimum est tunc esse nullum: et tamen, hoc non obstante, possunt conjuges pergere ad experiendum usque ad finem triennii. Rogo, qua ratione? non utique alia, nisi quia matrimonium non est adhuc certe nullum, neque illi sua possessione adhuc sunt exspoliandi.

Praeterea ipsimet adversarii concedunt conjugem opinantem teneri ad reddendum, etiamsi adsit probabilitas tantum de nullitate matrimonii; nec id negare possunt, cum id expressum sit ^{c)} in cap. *Inquisitioni* supra citato. Et ratio est quidem, quia nemo exspoliandus est sua legitima possessione donec constet de nullitate sui juris. Sicut ergo, non obstante unico illo assensu opinativo pro nullitate, non potest conjux dubitans alteri debitum negare, ne privet eum sua certa possessione; ita post diligentiam, non tenetur ipse ex illa sua conscientia tantum opinativa, se exspoliare certa sua possessione, nisi certus sit quod nullum jus sibi competat. — Dicitur autem: *ex conscientia tantum opinativa*, quae formidinem includat et ad certitudinem non pertingat. Nam si conjux dubitans habeat rationes ita convincentes de nullitate matrimonii, ut

Si rationes fundent morale certitudinem, nec petere nec reddere potest.

fundent de ea moralem certitudinem, tunc certe nec petere nec reddere potest. — Item recte advertit Croix ¹, etc. cum Cardenas, quod dubitans, si adhuc spem prudentem habet inveniendi majorem certitudinem, tunc nequit petere; quia, cum dubium adhuc est vincibile, non potest uti jure petendi.

906. — Dubitatur 3^o. *An, contracto matrimonio cum dubia fide de impedimento, possit dubitans post diligentiam petere debitum, dubio adhuc perseverante?*

Prima sententia communior negat. Et hanc tenent ^{a)} Palaus ², Roncaglia ³, Salmant. ⁴; Bonacina ⁵ cum Coninck, Filiuccio, etc.; ac Sanchez ⁶ cum Navarro, Silvestro, etc. — Probatur 1^o ex cap. *Dominus, de secund. nupt.*, ubi dicitur contrahens in mala fide minime posse petere. Probatur 2^o ratione: quia nemo potest uti re quam mala fide incepit possidere; unde, si non potest dubium deponere, nunquam petere potest.

Secunda vero sententia satis probabilis affirmat; eamque tenent Holzmann ⁷, Elbel ⁸. — Ratio, quia, esto dubitans non possit deponere dubium ex titulo possessionis; potest tamen deponere ex aliis principiis, nempe: primo, quia in dubio standum est pro valore actus, ut habetur in leg. *Quoties in actionibus*, ff. *de reb. dub.* Secundo, quia, cum matrimonium sit causa favorabilis, in dubio standum pro ejus valore, ut probat ipse Sanchez ⁹ cum Covarruvias, Lopez et Menochio: eo quod sicut in foro externo in dubio judicandum est pro valore matrimonii (juxta communem sententiam, ibi ex cap. *fin., de sent. et re judic.*), ita etiam judicandum in foro interno, quod confirmari debet externo, quando hoc non ininitur falsa praesumptione. — Nec obstat textus oppositus in dicto cap. *Dominus*. Quia ibi sermo fit de contrahente cum dubio de

In spe venie major certitudinem ne petere.

Contr. matrimonii cum dubio fide:

Post gentia dubitans nequit tere, ju commur rem.

Satis probabilis potest.

Dubite de mor prioris conjugis neq petere:

¹ Lib. 6, part. 3, n. 301. *Carden.*, disp. 19, n. 113. — ² Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6. — ³ Tr. 21, qu. ult., cap. unic., qu. 6, resp. 2. — ⁴ Tr. 9, cap. 15, n. 48. — ⁵ Qu. 4, punct. 4, n. 10. *Coninck*, disp. 34, n. 101. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 345. — ⁶ Lib. 2, disp. 42, num. 2. *Navar.*, Man., cap. 22, n. 77 (edit. Veneta 1573). — *Silvest.*,

Matrimonium IV, qu. 9, v. *Tertium*. ⁷ De Matr., num. 466, resp. 3. — ⁸ De Matr., num. 14. — ⁹ Lib. 1, disp. 18, num. 6. *Covar.*, de Sponsal., pat. 1, cap. 4, § 1, num. 12. *Gregor. Lopez*, part. 4, tit. 1, ley 3, gloss. 8. *Menoch.*, de Praesumpt., lib. 3, praesumpt. 1, num. 30.

^{c)} Vide textum hujus canonis supra n. 903.

906. — ^{a)} Auctores citati (exceptis Roncaglia et Salmant., ubi loquuntur de utroque

mala fide contrahente), non ponunt clausulam: *post diligentiam adhibitam*; sed plura eam insinuant Bonacina et Coninck.

morte prioris conjugis: quo casu certum est dubitantem non posse petere, donec constet de illius morte; nam alias potius est jus prioris matrimonii.

Hoc tamen procedit respectu ad conjugem qui contraxit cum dubia fide. Secus vero, quoad conjugem qui contraxit cum bona fide ^{b)}; ut diximus *num. 904*, v. *Secunda*.

Communiter autem dicunt Sanchez ¹, Bonacina ², Bossius ³, Sporer ⁴, Roncaglia ⁵; et Salmant. ⁶ cum Dicastillo; et Croix ^{c)}, cum Schildere ^{c)}, Aversa ^{c)}, etc., quod, etiam contracto matrimonio cum dubia fide, possit dubitans petere, si matrimonium reputetur probabiliter validum; etiamsi probabilius sit esse nullum, ut dicunt Sanchez et Sporer. — At hoc mi-

¹ Lib. 2, disp. 42, n. 9. — ² De Matr., qu. 4, punct. 4, num. 10. — ³ De Effect. Matr., cap. 2, num. 41. — ⁴ Tr. 1, cap. 1, n. 77. — ⁵ Tr. 21, qu. ult., cap. un., qu. 6, resp. 2. —

nime admittendum. Nam in dubio de morte prioris conjugis, sive nuptiae sint initae cum bona fide sive cum dubia fide, nunquam conjux dubitans petere poterit: nisi de morte prioris conjugis habeatur certitudo, aut saltem tanta praesumptio quae moralem certitudinem statuatur. Alias, si tantum probabilitas de morte habeatur, nequit unquam conjux ille dubitans petere: tum quia tunc remanet probabile periculum injuriae prioris conjugis (juxta dicta *Lib. I, n. 42 et 52*, in tractatu de *Conscientia* quem ipse condidi); tum quia eo casu possidet prius matrimonium, donec constet fuisse solutum.

907. - Dubitatur ^{4°}. *An, in dubio positivo de valore matrimonii*, puta, si dubitetur de impedimento vel de consensu

Sive bona, sive dubia fide contraxerit.

Nisi habeatur certitudo saltem moralis de morte.

In dubio positivo de valore matrimonii:

⁶ Tract. 9, cap. 15, num. 48. - *Dicast.*, de Matr., disp. 9, dub. 13, num. 167. — *Sanch.*, loc. cit., num. 9. — *Sporer*, loc. cit.

^{b)} Ultima haec propositio, quae jam scripta erat in secunda editione, hic ex oblivione relicta reperitur; sed sustineri nequit, et prorsus juxta mentem S. Doctoris respuenda est; quippe quae apertissime pugnat cum iis quae infra dicuntur, v. *At hoc minime admittendum*, quae S. Alphonsus in sexta et subsequentibus editionibus, antiquiorem suam opinionem reformans, inseruit. — In secunda enim editione (et idem reperitur etiam in 3^a, 4^a et 5^a edition.) scripserat: «Hoc tamen procedit respectu ad conjugem qui contraxit cum dubia fide; secus vero quoad conjugem qui contraxit cum bona fide, ut diximus *n. 904*. Communiter autem dicunt..., quod etiam contracto matrimonio cum dubia fide, possit dubitans petere, si matrimonium reputetur probabiliter validum, etiamsi probabilius sit esse nullum... Et hoc valere dicunt idem Sanchez et Bossius, *ll. cit.*, quamvis matrimonium sit contractum cum dubio de morte prioris conjugis; nam si adsit probabilitas de illius morte, non improbabiler dicunt auctores mox citati licitum esse utrique conjugi reddere et petere, formando sibi probabilem conscientiam de valore secundi matrimonii. Nec obstat dicere quod non liceat dubitanti petere cum probabili praejudicio prioris conjugis; nam hoc procederet quando possessio pro primo conjugate esset certa; non vero quando est dubia; cum autem est dubia illius vita, dubia etiam est possessio». — In tertia et seqq. addit: «Nec obstat citatum cap. *Dominus*; nam textus loquitur in casu dubii, non autem probabilitatis». — In sexta vero editione et sequentibus, omnia illa, uti liquet, quae de dubio mortis prioris conjugis in fine scripta erant, deleta

sunt; unde propositio illa: *Secus vero quoad conjugem qui contraxit cum bona fide*, non amplius cohaeret cum suffectis; sed, ut diximus, prorsus respuenda est. — De eodem casu loquens in *Hom. apost.*, et *Istruzione e Pratica* (licet quaesitum generale sit tantum de matrimonio cum dubia fide contracto), S. Doctor scribit *tr. 18, n. 37*, illum qui dubitat, de morte prioris conjugis, posse non solum reddere, sed etiam petere, quando probabilitatem habet de matrimonii validitate. Haec pariter sunt reformanda juxta 6^{am} editionem operis *Istruzione e Pratica*, in qua, in locum hujus opinionis, haec contraria supposita est, *cap. 18, n. 37*: «Excipitur vero casus quo dubitatur de morte prioris conjugis; tunc enim, ex cit. cap. *Dominus*, conjux dubitans (quidquid dicant Sanchez et Bossius) nunquam poterit petere, nisi de illius morte habeat certitudinem, vel tantam saltem probabilitatem, quae moralem saltem certitudinem constituat: alias priores nuptiae semper possident».

^{c)} Croix non videtur ad rem citari; quamvis enim, *lib. 6, part. 3, n. 299*, id asserat, at certe loquitur de matrimonio bona fide contracto; quaerit enim: «Quid agendum sit, si post contractum matrimonium, suboriatur dubium de illius valore». — Schildere autem, *de Consc., tr. 2, n. 126*, scribit tantum: «Probabiliter opinans matrimonium esse validum, licite potest petere debitum». — Idemque habet Aversa, *qu. 21, sect. 2, v. Caeterum*; quin etiam Aversa aperte loqui videtur de matrimonio bona fide contracto, cum citet Sanchezium, *disp. 44*, ubi hic auctor loquitur de bona fide.

praestito, et simili, *judicandum sit in favorem matrimonii contracti?*

In utroque foro judicandum in favorem.

In foro *externo*, procul dubio affirmandum; ut communiter docent doctores. — Vide Sanchez¹.

Sed in foro *conscientiae*, negant aliqui: eo quod in dubio possidet libertas ab onere matrimonii. — Sed verius est oppositum; ut tenent Sanchez², Pontius³, Elbel⁴, et Tamburinius⁵ cum Covarruvias, Menochio et communi. Ratio, quia, licet matrimonium sit tantum probabiliter validum; tamen certa est ejus possessio, donec non constet de nullitate^{a)}, cum in dubio (ut diximus) semper judicandum sit pro validitate actus, ut dicunt Palaus⁶, Busenbaum, Elbel⁷ et Croix⁸ ex leg. *Quoties ff. de reb. dub.*

Regulae ad discernendum certum vel dubium matrimonium.

908. - Ad dignoscendum autem quomodo quis possit esse certus, vel probabiliter dubitare de *nullitate* matrimonii, tres regulae dantur:

Nemo tenetur credere alteri asserenti se fecte consensisse.

Prima est quod, ordinarie loquendo, non tenetur conjux credere alteri asserenti se fecte consensisse, etiamsi id affirmet cum juramento; ex cap. *Per tuas, de probationib.*, et cap. *Cum a nobis, de testib. et attestat.*, ubi^{a)}: *Nimis indignum*

¹ Lib. 1, disp. 18, n. 5. — ² Loc. cit., n. 6. — ³ Lib. 10, cap. 15, a n. 6. — ⁴ De Matr., n. 146. — ⁵ Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Matrimonium*, n. 9. - *Covar.*, de Sponsal., part. 1, cap. 4, § 1, n. 12. - *Menoch.*, de Praesumpt., lib. 3, praes. 1, n. 30. — ⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — *Bus.*, lib. 1, tr. 1, cap. 2, dub. 3, n. 7. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Lib. 6, part. 3, n. 298. — ⁹ Qu. 4, punct. 4, n. 19. — ¹⁰ Part. 3, tr. 4,

[est]..., *ut quod sua quisque voce... protestatus est..., proprio valeat testimonio infirmare.*

Dicitur: *ordinarie loquendo*. Nam aliter dicendum, si ex circumstantiis aliter censendum esset; puta si conjux ille sit in articulo mortis, si non soleat pejerare, vel si sit persona pia et vellet separari aut religionem ingredi, etc.: tunc enim alter habet sufficiens motivum prudenter dubitandi. Ita Bonacina⁹, Diana¹⁰; Sanchez¹¹ cum Soto, Adriano, Paludano^{b)}, Silvestro, Navarro, Angelo, etc.; ac Salmant.¹² cum Valentia^{c)}, Dicastillo, Veracruz^{d)} et Ledesma^{e)}.

Secunda regula est, quod si quis audiat a personis non fide dignis vel ex fama a nullo auctore certo exorta adesse impedimentum; licite potest matrimonium contrahere aut post contractum reddere et petere debitum. Quia talis fama aut dictum non habetur ut ratio prudens dubitandi. — Sanchez^{e)}, ex can. *Si duo, caus. 35, qu. 6*; item Salmant.¹³ cum Silvestro^{f)}, et Bonacina^{f)}.

Tertia regula est, quod dictum unius testis fide digni de impedimento, aut fama publica ex certo^{g)} auctore (ut dicunt San-

resol. 295, i. f. — ¹¹ Lib. 2, disp. 45, n. 3 et 9. - *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, prop. 1, v. *Quo ergo gradatim*. *Adrian.*, in 4, de Matr., qu. 2, § *Ad secundum*, v. *Fortepetes*. *Silvest.*, v. *Matrimonium IV*, qu. 9, dict. 3. *Navarr.*, *Man.*, cap. 22, n. 82 cum n. 77. - *Angel.*, v. *Matrimonium II*, n. 14 et 16. — ¹² Tract. 9, cap. 15, n. 52. *Dicast.*, disp. 9, dub. 15, n. 177 et seqq. — ¹³ Loc. cit., n. 53.

907. *a)* Tamburinius rejicit rationem hanc de possessione certa, licet amplectatur sententiam, quae affirmat judicandum esse in favorem matrimonii.

908. - *a)* Scilicet in cap. *Per tuas*. Sed in cap. *Cum a nobis* haec habentur: « Ne unius judicis, quantaecumque fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis, sive super testamentis, sive quibuslibet aliis contractibus quaestio agitur ».

b) Paludanus, in 4, dist. 27, qu. 2, art. 1, concl. 2 (num. 5), regulam generalem habet, sed non exceptiones hic positas.

c) Valentia, disp. 10, qu. 6, punct. 2; Petr. Ledesma, qu. 45, art. 1, dub. 2, pariter solum habent regulam generalem, etsi a Salmant. absolute et sine limitatione citantur.

d) Veracruz, eodem modo citatus ac ceteri a Salmant., affert, part. 3, art. 13, concl. 1, regulam generalem; sed concl. 2, dicit conjugem alteri credere posse, si iste statim negat

se consensisse, vel « monstrat hoc factis, fugiens a consortio ».

e) Sanchez non loquitur eodem modo de fama et de personis fide non dignis. De his enim plane concordat, lib. 2, disp. 45, n. 29, quoad usum matrimonii jam contracti. Negat vero, n. 25, famam publicam, impedire ab usu matrimonii, et ait adhibendam tunc esse diligentiam si velit petere; ad dissolvendum vero matrimonium jam contractum, n. 32, satis esse famam impedimenti ». Et hic allegat canonem *Si duo*. Denique, lib. 1, disp. 71, n. 13, ait famam impedimenti impedire ne matrimonium contrahatur, sed rumorem (n. 18) non sufficere.

f) Silvester, v. *Matrimonium VI*, qu. 8; et Bonacina, loc. cit., n. 20, loquuntur de personis fide non dignis, sed relate ad usum matrimonii jam contracti.

g) Sanchez, Silvester non loquuntur de certo auctore famae; Dicastillus omittit famam.

chez¹, Dicastillus, Silvester et Salmant.²) sufficit ut quis teneatur veritatem inquire, et interim abstinere a petendo debito. Quia, cum talis ignorantia tunc sit vincibilis, in dubio non potest operari. — Non sufficit tamen hoc ut teneatur debitum negare. Quia, licet possit, nemo tamen tenetur credere uni testi, quantumvis fide digno, qui non inducit necessitatem credendi, maxime in sui praejudicium; ex cap. *Cum a nobis, de testib. et attestat.*, Salmant.³.

Sed potest reddere.

Post diligentiam potest petere et reddere.

Petitio debiti cum gravi periculo sanitatis.

Post autem adhibitam diligentiam bene potest reddere et petere, ut dicunt iidem Salmant.⁴ cum Navarro, Silvestro, Angelo et Lopez.

909. - « III^o. Si fiat *cum gravi periculo vitae aut sanitatis*. Nisi tamen sit causa « gravis, cui damnum corporale videatur « postponendum, v. gr. periculum incontinentiae in se vel comparte. — Bona « cina^a), Martinus Perez⁵ ».

Dubatur 1^o. *An liceat petere cum periculo sanitatis, nempe, si alteruter conjugum laboret lepra, morbo gallico, phthisi aut alio morbo contagioso?*

Per se illicita.

Exceptiones.

Per se loquendo, non licet; cum nemo sit dominus suae vitae aut salutis. — At tamen probabiliter Busenbaum (ut supra) cum Bonacina et Perez; ac Sanchez⁶ cum Cajetano, Petro Soto, Graffio; item Bossius⁷ cum Pontio, Laymann et Reginaldo, dicunt quod si morbus esset diuturnus, et non proxime tendens ad mortem, nempe quod non soleat de brevi et facili mortem inferre, ut esset pestis^b) aut

lepra leonina (qua frustatim membra decidunt): tunc non erit illicitum sano petere^c), si aderit justa causa, nimirum fovendi amorem conjugalem aut vitandi incontinentiam in se vel in altero. Quia alias esset valde onerosum tamdiu abstinere ab usu conjugii: quod vix poterit esse sine periculo incontinentiae.

Advertendum tamen quod conjux infectus morbo gallico aut simili contagioso, non poterit petere ab altero inscio, nisi vitium suum illi manifestet, et manifestando possit alter remediis occurrere morbo; imo nec etiam poterit reddere nisi certiore facto sano. Hinc bene ait Bossius⁸ quod dupliciter peccaret qui laborans morbo gallico fornicationem committeret; et insuper teneretur compensare expensas pro curatione^d). Probabiliter tamen ab hac compensatione excusat feminas, nisi ipsae requisitae fraudulenter suum morbum tegerent. Non potest igitur conjux infectus tunc reddere, nisi morbum manifestet. Caeterum vero non tenetur manifestare; quia non tenetur cum tanto detrimento suae famae conjugale debitum praestare: in omnibus enim contractibus gravissimum incommodum in solutione excusat a debito reddendo; ut ait Tamburinius⁹ cum Soto^e), juxta dicenda in simili casu *n. 941, v. Secunda*.

Quando conjux tenetur manifestare morbum.

910. - Non licet autem petere *statim a balneis vel a sectione venae*. Nam, ut dicunt Sanchez¹⁰, Bonacina¹¹; et Bossius¹² cum S. Antonino et Filliuccio, coitus eo tempore est notabiliter periculosus^a). —

¹ Lib. 2, disp. 45, a n. 25. - *Dicast.*, dub. 15, n. 181. - *Silvest.*, v. *Matrimonium VI*, qu. 8. — ² Loc. cit., n. 54. — ³ Tr. 9, cap. 15, n. 54. — ⁴ Loc. cit., n. 54. - *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 81 (edit. Veneta 1573). - *Silvest.*, loc. cit. - *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 18, n. 4. *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1, cap. 81, post princ. et i. f. — ⁵ Disp. 50, sect. 4, n. 5. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 6, n. 8 (melius punct. 1, n. 8. - *Perez*, loc. cit. — ⁶ Lib. 9, disp. 24, n. 23. - *Cajetan.*, in 2^{da} 2^{ae}, qu. 154, art. 1, v. *Ad secundum* [i. e. *tertium*]

dicitur. Petr. Sotus, lect. 16, de Matr., i. f. - *Jacob. de Graffis*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 6. — ⁷ De Effect. Matr., cap. 1, n. 195 et 209. *Pont.*, de Matr., lib. 10, cap. 14, n. 4. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5, v. f. *Regin.*, lib. 31, n. 283 et 284. — ⁸ Loc. cit., cap. 1, n. 180. — ⁹ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 23. — ¹⁰ Lib. 9, disp. 24, n. 5. — ¹¹ Qu. 4, punct. 1, n. 4. — ¹² Loc. cit., n. 171. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 339.

909. - ^a) Bonacina, *qu. 4, punct. 6, n. 8*, dicit conjuges excusari a redditione debiti in periculo gravis morbi aut detrimenti.

^b) Id est lues venerea vel phthisis.

^c) Perez, Sotus, Pontius et Reginaldus disputant de redditione debiti tantum.

^d) Bossius eos excusat a compensatione expensarum, « nisi requisiti morbum aperire, si quem haberent, fraudulenter tegerint ».

^e) Sotus, *in 4, dist. 32, qu. un., art. 1,*

dub. post concl. 2, excusat a mortali saltem illum conjugem qui alteri petenti negat debitum (secluso periculo pollutionis in petente) ad evitandam numerosam prolem, « praesertim dum paupertate premuntur ut tantam sobolem alere nequeant ». Et ipsi auctores qui Sotum allegant, dant hujus dicti rationem quae refertur hic a S. Alphonso.

910. - ^a) Hodierni medici testantur concubium non solere esse notabiliter periculosum

Petitio in febrili, illicita.

Idem dicunt Bonacina¹, Pontius², Sanchez³ et Bossius⁴ cum aliis, de laborante febrili.

Coitus cum uxore laborante leucorrhoea, non illicitus.

Idem ait Croix de viro coeunte cum uxore laborante gonorrhoea, scilicet profluvio seminis, dicto *fluxo albo*. — Sed quidam medicus mihi asseruit minime nocere talem copulam neque viro neque mulieri. Praeterquam quod non videtur copula tunc prohiberi, cum hujusmodi fluxus soleant esse fere perpetui; unde grave incommodum esset conjugibus tamdiu abstinere ab usu matrimonii^{b)}: prout dictum est de muliere laborante menstruo innaturali (vide dicenda n. 925, ad 1.).

Exceptio.

Excipiendum tamen nisi fluxus sit maleficus: et tunc etiam excusatur coitus, si adsit periculum incontinentiae tam in petente quam in reddente; juxta mox dicta n. praeced. — Vir autem laborans fluxu seminis semper licite potest petere; quia coitus nullum affert damnum nec ipsi, nec uxori, nec proli. Ita Sanchez⁵.

Petitio debiti statim post prandium, non illicita.

Videtur etiam non licere petere *statim post prandium*: dum inquirunt Pontius^{c)}, Bonacina⁶; Bossius⁷ cum Paludano^{d)}; et Sanchez⁸ cum Vega^{e)}, conjuges saepe excusari a reddendo in tali tempore; eo quod coitus soleat tunc afferre grave damnum, ob ciborum cruditatem, vel corruptionem quam causat. Refertque S. Antoninus⁹, quemdam propter hoc in phthisim incidisse. — Sed dico quod si hoc

esset verum omnes fere conjuges phthisici evaderent. Medici autem quos consului et experientia negant in hoc grave damnum adesse. Hinc non auderem damnare conjugem post prandium petentem; cum isti communiter post prandium vel coenam soleant coire. — Neque contra excusarem hac ratione conjugem a reddendo: nisi experientia constaret quod tali coitu ipsi vel alteri notabile damnum provenerit. Alias certum est ipsos teneri ad reddendum, etiam cum aliquali seu levi impedimento; juxta dicenda n. 950, v. *Quaeritur*.

911. - Dubitatur 2^o. *An liceat debitum petere tempore lactationis?*

Alii negant, ut Butrius et Alexander de Nevo, apud Bossium¹⁰. — Imo Tiraquellus^{a)} et alius auctor apud Sanchez^{a)}, dicunt esse mortale. Tum quia in *can. fin. dist. 5*, D. Gregorius dicit: *Ad ejus vero concubitum vir accedere non debet (debet, non autem decet, ut refert^{b)} Sanchez) quousque qui gignitur ablactetur*. Tum quia in tali coitu est timor nocuementi prolis si uxor concipiat.

Tempo lactationi juxta alios illicita.

Communissime vero affirmant licere Palaus¹¹, Bonacina¹², Pontius¹³, Salmant.¹⁴, Croix¹⁵, Holzmann¹⁶, Elbel¹⁷; Sanchez¹⁸ cum Richardo, Turrecremata, Rosella, etc.; ac Bossius¹⁹ cum Coninck, Filliuccio, Hurtado, Leandro, Villalobos, etc. — Ratio,

Communissime dicitur licitum.

¹ Qu. 4, punct. 1, n. 4. — ² Lib. 10, cap. 14, n. 3. — ³ Lib. 9, disp. 24, n. 3. — ⁴ De Effect. Matr., cap. 1, n. 170. — Croix, lib. 6, part. 3, n. 323. — ⁵ Lib. 9, disp. 21, n. 9. — ⁶ Qu. 4, punct. 1, n. 6. — ⁷ De Effect. Matr., cap. 1, n. 171. — ⁸ Loc. cit., disp. 24, n. 4. — ⁹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10. — Butrius, Prooem., de Sponsal., num. 14. — Alex. de Nevo, Rubr. de Sponsal., n. 21, cas. 2. ¹⁰ Loc. cit., n. 213. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 14. — ¹² Qu. 4, punct. 1, n. 11. — ¹³ Lib. 10, cap. 14, n. 9. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 15, n. 79. —

¹⁵ Lib. 6, part. 3, n. 326. — ¹⁶ De Matr., n. 465. — ¹⁷ De Matr., n. 390. — ¹⁸ Lib. 9, disp. 22, n. 14. Richard. a Mediavilla, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 1, i. f. — Turrecr., in can. *Ad ejus vero*, dist. 5. — Rosella, v. *Debitum*, n. 9. — ¹⁹ De Effect. Matr., cap. 1, n. 214 et 215. — Coninck, disp. 34, num. 78, i. f. Fill., tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 337. Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, num. 13, v. f. Leandro, tr. 9, disp. 25, qu. 26. Villal., part. 1, tr. 13, diff. 41, num. 9.

post balneum, venae sectionem, prandium vel coenam.

^{b)} Et huic etiam consentit Croix, dum limitans suam sententiam scribit: « Si tamen morbus diu duraret et esset proximum periculum incontinentiae, praestat mederi animae quam corpori ».

^{c)} Pontius, *lib. 10, cap. 14, n. 3*, excusat eo casu a redditione, « si experimento cognovit grave salutis detrimentum sequi ».

^{d)} Paludanus, *in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 3 (n. 8)*, illud indicat, ut dicit Bossius, dum testatur ex relatione cujusdam medici, virum quemdam in phthisim incidisse, quia

statim post prandium consueverat uxorem cognoscere.

^{e)} Christophorus de Vega, *de Arte medendi, lib. 2, sect. 5, cap. 4, v. f.*, citatur pro ratione adjecta, scilicet: Qui cibo nuper sumpto coierit, cruditatem patietur aut ciborum corruptionem, nisi validus admodum fuerit.

911. - ^{a)} Tiraquellus a Sanchez, *loc. cit.; disp. 22, n. 13*, citatur ut qui dicat dumtaxat illicitum esse; at Tiraquellus, *in 15 leg. con nubial., n. 139 et 140*, satis insinuat esse mortale, dum dicit nihil magis obesse lactentibus, et etiam frequenter ipsi fetui lethale esse.

^{b)} Apud Sanchez, *loc. cit.*, variae repeririun-

quia non exstat lex prohibens. Textum enim D. Gregorii, ajunt Sanchez¹, Holzmann² et Bossius³, esse solum de consilio. Item, quia periculum inficiendi lac, teste experientia, rarum est; saltem non tantum ut teneantur conjuges tanto tempore abstinere ab usu conjugii, cum continuo periculo peccandi.

Limitati

Excipiunt tamen Pontius⁴ et Bossius⁵, si conjuges sint valde pauperes, et prudens adsit timor de gravi damno prolis. Tunc enim (ut dicunt) neuter tenetur reddere: imo nec potest petere, etiamsi sit periculum incontinentiae; quia non licet sibi consulere cum damno innocentis, cum alia suppetant media ad incontinentiam sedandam.

Verum Sanchez⁶ eo casu excusat quidem conjuges a reddendo (ut excusat etiam Bonacina⁷); sed non audet damnare exigentem, dicens quod tunc vel alia via ipse poterit proli consulere, vel erit justa causa ipsam periculo exponendi^{c)}, ne tamdiu conjuges cogantur abstinere cum tanta difficultate.

An autem conjuges peccent respectu prolis, petendo tempore praegnationis, vel menstrui, aut purgationis post partum? Vide dicenda n. 924, 925 et 926. — Et quid, si conjuges laborent lepra? Vide n. 950. — An autem liceat coire tempore menstrui? Vide n. 925.

Copula propter solam voluptatem, illicita.

912. - « IV^o. Si fiat *pravo fine*, v. gr. « tantum voluptatis causa. — Quod tamen « doctores communiter, ut Sanchez⁸, Bonacina⁹, censent esse tantum veniale: « contra Pontium, qui vult esse nullum. « Nullum autem erit, si delectatio non « quaesita sentiatur, vel ad eam se excitent quando copula debita redditur. Sanchez¹⁰. — Vide etiam Diana¹¹, Bonacina¹², Martinum Perez¹³ ».

¹ Lib. 9, disp. 22, n. 16. — ² De Matr., n. 465. — ³ De Effect. Matr., cap. 1, n. 215. — ⁴ Lib. 10, cap. 14, n. 9. — ⁵ Loc. cit., n. 215 et 217. — ⁶ Loc. cit., n. 15. — ⁷ Qu. 4, punct. 1, num. 11. — ⁸ Lib. 9, disp. 11, num. 4. — ⁹ Qu. 4, punct. 6, n. 7. — ¹⁰ Pont., lib. 1, cap. 21, n. 7. — ¹¹ Lib. 9, disp. 11, n. 6; cfr. n. 5 et 8. — ¹² Part. 3, tr. 4, resol. 216. —

Certum est esse *illicitum* habere copulam propter solam voluptatem; ut patet ex prop. 9 damnata ab Innocentio XI, quae dicebat: *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa ac defectu veniali*.

Commune tamen est apud omnes id non esse mortale, sed tantum *veniale* peccatum: ita Sanchez¹⁴, Pontius^{a)}, Bossius¹⁵ et alii passim, ex D. Thoma¹⁶, ubi expresse id docet. Et ratio cur non sit mortale est, quia delectatio de aliquo objecto ex duplici tantum capite potest esse mortalis: vel quia objectum ipsum est graviter vetitum, vel quia homo delectatur de illo tamquam ultimo fine. Sed in hac delectatione neutrum intervenit: non primum, ut patet; non secundum, ut supponitur.

Sed venialiter tantum.

Non excusatur autem a veniali, quia est perversio quaedam ordinis; cum delectatio, quae intenta est a natura ut medium ad generationem, fit finis habendae copulae.

Nullum autem erit peccatum, ut recte ajunt Croix¹⁷ et Viva¹⁸, si conjux principaliter intendat procreationem prolis; et utatur voluptate (eam moderate intendens), ut se excitet ad copulam. Sicut pariter minime peccat qui intendit moderatam delectationem in comedendo, ad praestandum corpori conveniens alimentum.

Principaliter intendens generationem minime peccat.

913. - « V^o. Si exerceatur *mente adultera*; ut si, dum accedit ad suam, imaginetur aliam ut animum pascat; quod « est mortale. — Sanchez, Bonacina¹⁹ ».

Copula mente adultera, graviter illicita.

Excusant autem a mortali Sanchez²⁰ et Sporer²¹ conjugem qui se excitaret ad copulam, delectando de pulcritudine alterius personae, sed absque affectu turpi; at merito dicunt hoc esse valde periculosum, et non permittendum. Sicut nec

¹⁴ Qu. 4, punct. 6, n. 7. — ¹⁵ Disp. 49, sect. 2, n. 5 et 6. — ¹⁶ Lib. 9, disp. 11, num. 4. — ¹⁷ De Effect. Matr., cap. 7, n. 63 et 67. — ¹⁸ Supplem., qu. 64, art. 6. — ¹⁹ Lib. 6, part. 3, n. 296. — ²⁰ De Matr., qu. 3, art. 2, n. 5, v. *Hinc infertur*. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 17, n. 6. — ²¹ Qu. 4, punct. 6, n. 7. — ²⁰ Lib. 9, disp. 17, n. 6. — ²¹ Part. 4, cap. 2, n. 505.

tur lectiones hujus textus; nam in Veneta edit. 1693, utique habetur *decet*; sed in Brixiensis. 1624, in Viterbiana. 1754, legitur: *debet*.

^{c)} Sanchez dicit in eo casu adesse justam causam prolem exponendi.

912. - ^{a)} Pontius, *lib. 1, cap. 21, n. 6, 7 et 11*, utique negat esse mortale, imo dicit nullum esse per se peccatum; sed addit esse per accidens aliquod peccatum propter vehementiam voluptatis.

etiam permittendum puto, cum Diana apud Sporer¹, se excitare ad coitum respiciendo ad imagines diversi sexus; maxime si essent sacrae: quod recte ajunt Croix² et Sporer^{a)} esse mortale, propter gravem irreverentiam.

914. - An autem liceat marito delectari de copula aliena cogitata, ut se excitet ad coitum cum uxore?

Quid de copula aliena cogitata.

Ex una parte videtur negandum, cum objectum de quo delectatur, sit per se turpe. — Ex alia, non videtur damnandum talem conjugem: cum ideo solutis est illicita spectatio concubitus humani, sive delectatio de visu cogitato talis concubitus, quia in tali visu vel delectatione adest proximum periculum commotionis spirituum generationi deservientium; et cum ipsis copula sit prohibita, consequenter etiam est vetita commotio spirituum: conjugatis autem, cum eis jam permissa sit copula, non videtur vetita saltem sub gravi talis commotio spirituum, quamvis ipsa ex delectatione illa oriatur. Hanc tamen cogitationem, si esset de copula inter personas determinatas, non excusarem a mortali, ob facile periculum consentiendi in delectationem de copula cum conjugate aliena. — Caeterum, quia hoc dubium apud nullum inveni discussum, sapientibus remitto discernendum.

Illud autem quod probabile putat Arriaga³, nempe licitum esse marito se delectare de copula cogitata inter ipsum et alienam, dico cum Croix⁴ omnino rejiciendum; cum talis delectatio sit de obje-

cto intrinsece malo, et ipsi conjugati omnino vetito.

915. - « VI^o. Si fiat modo indebito, v. « gr. 1^o. Si non servetur vas naturale: « quod multi docent esse veram sodomiam; alii, esse grave peccatum contra naturam (Vide sextum Praecept.). — « 2^o. Si sine justa causa situs sit innaturalis, praeposterus, etc.: quod aliqui dicunt esse mortale; alii, secluso periculo « effusionis seminis, veniale tantum, etsi « grave et graviter increpandum. Diana⁵. « — 3^o. Si alter conjugum ex morositate « vel alia ratione seminationem cohibeat: « quod quidam generatim dicunt esse mortale, quia finis actus conjugalis, scilicet « generatio, impeditur; quidam tamen, ut « Praepositus^{a)} et Sanchez^{a)}, dicunt, in « femina nullum esse. Vide Bonacina⁶ ».

Cog modo i bito.

916. - Quaeritur 1^o. An peccet mortaliter vir inchoando copulam in vase praepostero, ut postea in vase debito eam consummet?

Negant Navarrus⁷; ac Angelus, Zerola^{a)}, Graffius, Zanardus et Gambarupta, apud Diana⁸: modo absit periculum pollutionis. Quia alias (ut ajunt) omnes tactus, etiam venerei, non sunt graviter illiciti inter conjugatos. — Sed communiter et verius affirmant Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Palaus¹¹, Bonacina¹², Sporer¹³, Tamburinus¹⁴; et Bossius¹⁵ cum Filliuccio, Perez, Aversa, Fagundez et Leandro. Ratio, quia ipse hujusmodi coitus (etsi absque seminatione) est vera sodomia, quamvis non consummata; sicut ipsa co-

Incho sodomi et consummata naturaliter:

Ver peccat lethale.

Diana, part. 11, tr. 8, resol. 35, i. f. - ¹ Part. 4, cap. 2, n. 505. — ² Lib. 6, part. 3, n. 329. — ³ De Vitiis et Peccat., disp. 47, sect. 3, subsect. 3, n. 16. — ⁴ Loc. cit., n. 331. — ⁵ Part. 3, tr. 4, resol. 204. — ⁶ Qu. 4, punct. 6, n. 14 et seqq. — ⁷ Lib. 5, consil. 7, de Poenitent. etc., n. 2. — *Angél.*, v. *Debitum conjugale*, n. 25. *Jacob. de Graffius*, lib. 5, consil. 3, de Adulter., n. 11. — *Zanard.*, Director. theolog. ac confessor., part. 1, de Matr., cap. 41, v. *Decimo*. — *Horat. Gambarupt.*, de Casib. reserv., cas. 2 *Aquien.*, de Sodomia,

num. 5. — ⁸ Part. 2, tr. 17, resol. 37. — ⁹ Lib. 9, disp. 17, num. 5. — ¹⁰ Lib. 10, cap. 11, num. 5. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, num. 6. — ¹² Qu. 4, punct. 11, num. 12. — ¹³ Part. 4, cap. 2, n. 497. — ¹⁴ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, num. 31. — ¹⁵ De Effect. Matr., cap. 7, num. 174. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 329. *Perez*, disp. 49, sect. 8, num. 2. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Primo*. *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, num. 18. *Leand.*, tr. 9, disp. 25, qu. 36.

913. - ^{a)} Sporer, loc. cit., dicit: « Potius permittendae imagines, sed certe profanae, non sacrae, ob gravissimum irreverentiae periculum ».

915. - ^{a)} Praepositus, qu. 6, dub. 4, n. 35, ita quidem docet, modo tamen mulier non ita se gerat « ex intentione impediendi generationem ». — Sanchez autem minus recte citatur a Busenbaum; licet enim, lib. 9, disp. 17,

n. 9, negat praecipere ut mulier eodem tempore ac vir seminet; attamen, disp. 19, n. 5, dictum istud explicat de praeecepto gravi, et dicit veniale esse, « si viro seminante, femina ante proprii seminis effusionem desistat a copula, vel data opera nitatur non seminare ».

916. - ^{a)} Zerola citatur utique a Diana; sed id non reperitur apud eum in *Prax. poenit.*, cap. 12, qu. 25 (edit. Rom. 1597).

pula in vase naturali mulieris alienae est vera fornicatio, licet non adsit seminatatio.

An autem sit mortale viro perfricare virilia circa vas praeposterum uxoris?

Negant Sanchez¹; et Bossius² cum Filiuccio^{b)} et Perez^{b)}; quia tangere os vasis praeposteri non est ordinatum ad copulam sodomiticam. — Sed verius pariter affirmant Pontius^{c)}, Palaus³, Diana⁴; item Fagundez, Leander, etc., apud Bossium⁵; atque Tamburinius⁶ (qui testatur ab aliquibus codicibus sententiam Thomae Sanchez esse deletam: imo Moya asserit, ipsum Sanchez^{d)} se retractasse in editione Antverpiensi anni 1614). Ratio est, quia saltem talis tactus non potest moraliter fieri sine affectu sodomitico.

917. - Quaeritur 2^o. An et quomodo peccent conjuges coeundo situ innaturali?

Situs naturalis est, ut mulier sit succuba et vir incubus; hic enim modus aptior est effusioni seminis virilis, et receptioni in vas femineum ad prolem procreandam. — Situs autem innaturalis est, si coitus aliter fiat, nempe sedendo, stando, de latere, vel praepostere more pecudum, vel si vir sit succubus et mulier incuba.

Coitum hunc, praeter situm naturalem, alii apud Sanchez⁷ generice damnant de mortali; alii vero dicunt esse

mortale ultimos duos modos, dicentes ab his ipsam naturam abhorrere. — Sed communiter dicunt alii omnes istos modos non excedere culpam venialem. Ratio, quia ex una parte, licet adsit aliqua inordinatio; ipsa tamen non est tanta ut pertingat ad mortale, cum solum versetur circa accidentalium copulae. Ex alia parte, mutatio situs generationem non impedit; cum semen viri non recipiatur in matricem mulieris per infusionem seu descensum, sed per attractionem, dum matrix ex se naturaliter virile semen atrahit. Ita S. Antoninus⁸ cum Alberto Magno; Navarrus⁹, Pontius¹⁰, Petrocorensis¹¹, Salmant.¹², Bossius¹³, Holzmann^{a)}, Sporer¹⁴, Roncaglia¹⁵, Croix^{b)}; Palaus¹⁶ cum Sà, Tolet, Hurtado, Coninck et Henriquez; ac Sanchez¹⁷ cum Gersonio^{c)}, Cajetano, Petro Soto, Dominico Soto, Silvestro, Armilla, Victoria, etc. Et aperte favet D. Thomas¹⁸, ubi sic ait: *Sed in secundo modo (nempe mutando situm naturalem) non semper est peccatum mortale, ut quidam dicunt; sed potest esse signum mortalis concupiscentiae.* Ergo ex D. Thoma mutatio situs per se non est mortalis; sed potest esse mortalis ex prava concupiscentia, puta ex affectu bestialitatis vel sodomiae, vel si hujusmodi voluptas habeatur ut finis ultimus.

Situs innaturalis, venialis per se.

Situs qualis naturalis, qualis innaturalis.

¹ Lib. 9, disp. 17, n. 5 (edit. Brixien. 1624). — ² Cap. 7, n. 175. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 6. — ⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 204. — *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 19. — *Leand.*, tr. 9, disp. 25, qu. 37. — ⁵ Loc. cit., n. 175. — ⁶ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 32. — ⁷ Lib. 9, disp. 16, n. 2. — ⁸ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 3, v. f. *Albert. Magn.*, in 4, dist. 31, art. 24. — ⁹ Man., cap. 16, num. 42. — ¹⁰ Lib. 10, cap. 11, n. 2 et 3. — ¹¹ De Matr., cap. 11, qu. 2, v. *Tertius casus*. — ¹² Tr. 9, cap. 15, n. 72 et 73. — ¹³ De Effect. Matr., cap. 7, n. 168 et seqq. — ¹⁴ Part. 4, cap. 2, n. 493. — ¹⁵ Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 4. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3,

n. 1. — Sà, v. *Debitum conjugale*, n. 14. — *Tolet.*, lib. 7, cap. 24, n. 1. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 19 et 20. — *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 80, i. f. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 6, lit. t. — ¹⁷ Lib. 9, disp. 16, n. 3. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 1, v. *Ad primum ergo dubium*, et v. *Ad secundum de modo*. — *Petr. Sotus*, lect. 16, de Matr., v. *Finem sequitur*. — *Dom. Sotus*, in 4, dist. 31, qu. unic., art. 4, i. f. Dubium. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, num. 6 et 7. — *Armilla.*, v. *Luxuria*, n. 5; et v. *Matrimonium*, n. 68. — *Victor.*, Sum., de Matr., n. 273. — ¹⁸ In 4, dist. 31, expos. text., i. f.

^{b)} Filiucci et Perez, quidquid dicat Bossius, id non habent *locis cit.*, quin imo videtur Filiucci contrarium sentire cum S. Alph. Scribit enim n. 329, copulam consummatam in vase innaturali esse peccatum mortale; et addit: « Alii autem tactus, qui fierent circa corpus mulieris, nisi et periculum pollutionis extra vas, vel [nota] pertineant ad sodomiam inchoatam vel aliam speciem contra naturam, sunt peccata ad summum venialia ».

^{c)} Pontius, *loc. cit.*, n. 5, negat esse licitum, et aperte insinuat esse mortale, dicendo meram turpitudinem esse aliud asserere, et habenas laxare libidini.

^{d)} Moya utique sub ficto nomine Guimenii, in *Opusc.*, de Matr., *propos. 5, n. 1*, scribit: « Sanchez eam [sententiam] retractavit, ut constat ex impressione Antverpiensi, anno 1614 ». At sane hoc nihil probat: Sanchez enim jam anno 1610 obierat; et ceteroquin in aliquibus etiam posterioribus editionibus, ut in Brixien. 1624, eadem sententia reperitur expressa.

917. — ^{a)} Holzmann, n. 458, dicit esse « saltem » veniale.

^{b)} Croix, *lib. 6, part. 3, n. 332*, refert dumtaxat aliorum sententias.

^{c)} Gersonius, quidquid dicat Sanchez, non

Ex justa causa, nulum peccatum.

Hinc communiter dicunt praefati auctores cum Concina¹, conjuges minime peccare si mutent situm ex justa causa, nempe ob aegritudinem vel pinguedinem viri, vel ob periculum abortus aut scandalii aliorum. Idque expresse dicit Angelicus², ubi subdit: *Quandoque... sine peccato esse potest, quando dispositio corporis alium modum non patitur; alias, tanto est gravius quanto magis a naturali modo receditur.* — E converso conveniunt omnes (ut asserunt Sanchez³, Palaus⁴, Bossius⁵, etc.), quod si experientia constaret quod mutato naturali situ, nihil seminis femina retineret ob nimiam vasis laxitatem vel humiditatem, vel propter aliquam infirmitatem naturalem, ut ait Palaus^{d)}, tunc esset mortale. Secus vero dicit Sanchez, si non ex situ, sed ex aliquo morbo mulieris, talis effusio proveniret.

Quando sit mortale.

Quid, si pars seminis effundatur.

Dicunt autem Sanchez⁶, Pontius⁷, Palaus⁸; et Bossius⁹ cum Perez, Hurtado^{e)} et Aversa, non esse mortale, si ob variationem situs pars tantum seminis decidat, reliquo intra vas retento sufficienti ad generationem. Quod dicunt Sanchez et Bossius aliquando evenire; imo fere semper evenire ajunt Palaus et Pontius^{f)}: qui testatur sic medicos asserere — Verum Salmant.¹⁰ hanc opinionem vocant nimis laxam; quia (ut inquirunt) prodigere semen humanum sine rationabili causa non potest excusari a mortali. Caeterum dicunt ipsi Salmant.¹¹ ac Sanchez¹² et Sporer¹³ cum Aversa, non teneri confessarium interrogare conjugem de hoc se accusantem, an semen effusum sit vel non; quia

raro (ut ajunt) accidit semen effundi: et sic etiam ego pluries audivi ab eis qui apud me in confessione se accusabant praepostere coivisse. Eos vero qui coeunt stando vel sedendo, vel muliere incuba, puto esse in majori periculo semen effundendi. — Sed per hoc non audeo damnare sententiam Sanchezii, Pontii, Palai et aliorum (ut supra). Nam possent ipsi Salmanticensibus respondere quod sine justa causa prodigere semen, sive (ut melius Salmant. dicere debebant) permittere ut semen prodigatur, nunquam licet, quando semen extra vas uxoris effunditur: non vero quando intra immittitur, et per accidens, non autem ex ipso actu prodigitur; quia tunc matrix (ut dicunt auctores praefati) jam attrahit quod est sufficiens ad generationem, et reliquum tamquam superfluum expellit.

Utrum autem teneatur conjux reddere alteri petenti debitum situ innaturali sine justa causa? — Vide dicenda n. 946.

918. - Quaeritur 3^o. *An peccent mortaliter conjuges, si incepta copula cohibeant seminationem?* — Respondetur:

Si conjuges ambo in hoc consentiunt, nec adsit periculum seminandi extra vas, id per se loquendo non est mortale. Illa enim penetratio vasis feminei tunc reputatur instar tactus verendorum, qui inter conjuges permittitur; vel saltem non est mortalis, secluso periculo pollutionis. — Ita communiter S. Antoninus¹⁴, Pontius¹⁵, Palaus¹⁶, Laymann¹⁷, Bonacina¹⁸, Lessius¹⁹, Sporer²⁰; Salmant.²¹ cum Aversa et Dicastillo; Bossius²² cum Filliuccio, Hurtado et Perez; ac Sanchez²³ cum Paludano,

Cohil semen ambo consenti incepta copula, per non mortale.

¹ Diss. 4, cap. 9, n. 2. — ² In 4, dist. 31, expos. text., i. f. — ³ Lib. 9, disp. 16, n. 5. — ⁴ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 1, i. f. — ⁵ De Effect. Matr., cap. 7, n. 171. — *Sanch.*, loc. cit., n. 5. — ⁶ Loc. cit., n. 5. — ⁷ Lib. 10, cap. 11, n. 3. — ⁸ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 1. — ⁹ De Effect. Matr., cap. 7, n. 171. — *Perez*, disp. 49, sect. 7, n. 12. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Secundo*. — *Sanch.*, loc. cit., n. 5. — *Boss.*, loc. cit. — *Palaus*, loc. cit. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 15, n. 74. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Lib. 9, disp. 16, n. 5. — ¹³ Part. 4, cap. 2, n. 493. — *Aversa* (cit. a Salmant.), loc. cit., v. *Secundo*. — ¹⁴ Part. 3,

tit. 1, cap. 20, § 6, v. f. — ¹⁵ Lib. 10, cap. 11, n. 9. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. — ¹⁷ Lib. 3, sect. 4, n. 19. — ¹⁸ Qu. 4, punct. 10, n. 16. — ¹⁹ Lib. 4, cap. 3, n. 55, v. *Secundo*. — ²⁰ Part. 4, cap. 2, n. 490. — ²¹ Tr. 9, cap. 15, n. 82. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Tertio*. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 73; cfr. dub. 16, n. 182, 185 et 187. — ²² De Effect. Matr., cap. 9, n. 58. — *Fill.*; tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 333. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 21. — *Perez*, disp. 49, sect. 9, n. 3. — ²³ Lib. 9, disp. 19, n. 3. — *Palud.*, in 4, dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 5 (n. 15).

aliud facit, *Compend. theol., tr. 3, de Sacra. Poenit.*, § *Cui facienda sit confessio*, quam ut aliorum sententias referat.

d) Palaus, loc. cit., dicit esse mortale, si haec effusio « procedat ex aliqua infirmitate temporali feminae ».

e) Gaspar Hurtadus, *disp. 10, diff. 5, n. 20*, id profecto refert, sed ex Pontio, quem non reprobat.

f) Pontius, loc. cit., scribit: « Docent enim medici non totam seminis quantitatem in matrice retineri ».

Cajetano, Angelo, Sà, Armilla, Tabiena, etc. Dixi 1^o. *Si ambo consentiunt*. Nam si alter se retrahit sine alterius consensu, certe graviter peccat; ut dicunt omnes ^{a)} auctores praefati. — Dixi 2^o. *Per se loquendo*. Nam sapienter advertit Sanchez ¹ cum Veracruz ^{b)}, id ordinarie esse mortale; quia ordinarie adest periculum ex tali retractione effundendi semen: nisi conjuges experti sint oppositum; quo casu tamen puto nullo modo posse eos excusari saltem a veniali, quidquid dicat Sanchez ^{c)} cum aliis.

Si unus dissentiat, est mortale.

Ordinarie mortale propter periculum pollutionis.

Quid, si femina jam seminaverit.

Si vero femina jam seminaverit, vel sit in probabili periculo seminandi, non potest quidem vir data opera a seminatione se retrahere sine gravi culpa. Quia tunc ipse est causa ut semen uxoris prodigatur; ut communiter dicunt S. Antoninus ², Salmant. ³, Holzmann ^{d)}; et Sanchez ⁴ cum Paludano, Cajetano, Angelo, Sà, et alii passim. — Hoc tamen non erit ita intrinsece malum, ut aliquo casu permitti non possit, puta si vir desisteret a copula ob periculum mortis vel scandali aliorum. Tunc enim licite potest se retra-

here, etiam cum periculo pollutionis; quia haec per accidens et praeter intentionem eveniret: et contra, non tenetur cum periculo tanti damni generationem procurare. Ita communiter Sanchez ⁵, Palaus ⁶, Diana ⁷; Bossius ⁸ cum Lessio, Aversa et Perez; ac Salmant. ⁹ cum Cajetano ^{e)}, Dicastillo, Henriquez ^{e)}, etc.

Haec sunt certa apud omnes.

Si autem vir jam seminaverit, — Dubium fit: *an femina lethaliter peccet, si se retrahat a seminando; aut peccet lethaliter vir, non expectando seminationem uxoris?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Aversa, Hurtadus et Ochagavia, apud Bossium ¹⁰; et probabilem putat Diana ¹¹. Atque videntur cohaerere Tabiena et Armilla (apud Sanchez ¹²): dum indistincte dicunt esse mortale, si, altero seminante, conjux a seminatione se retrahit. — Ratio, quia (ut ajunt) etiam semen mulieris active concurrat ad generationem; prout censent ex medicis Hippocrates, Galenus, Vallesius et Petrus de Peramato (apud Sanchez ¹³). Et ex theologis, Suarez ^{f)}, ubi

Quid, si vir jam seminaverit.

Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 11, i. f. - *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 27. - *Sà*, v. *Debitum conjugale*, n. 17. - *Armilla*, v. *Debitum conjugale*, n. 9. - *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7, qu. 6, i. f. - ¹ Lib. 9, disp. 19, n. 3, i. f. - ² Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 6, v. f. - ³ Tr. 9, cap. 15, n. 81. - ⁴ Loc. cit., n. 4. - *Palud.*, in 4, dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 5 (n. 15). *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 11, i. f. - *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 27. - *Sà*, v. *Debitum conjugale*, n. 17. - ⁵ Lib. 9, disp. 19, n. 6. - ⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. - ⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 227. - ⁸ De Effect. Matr., cap. 9, n. 60. *Less.*, lib. 4, cap. 3, n. 55, v. *In actu*.

Aversa, qu. 21, sect. 5, v. *Communis tamen*. *Peres*, disp. 49, sect. 9, n. 5. - ⁹ Tr. 9, cap. 15, n. 81. *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 74 et 75. - *Aversa*, loc. cit. *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 21. - *Ochagav.*, de Matr., tr. 5, qu. 2, n. 13. - ¹⁰ Loc. cit., n. 51 et 53. - ¹¹ Part. 5, tr. 14, resol. 37. - *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7. - *Armilla*, v. *Luxuria*, n. 5. - ¹² Lib. 9, disp. 19, n. 5. - *Hippocr.*, lib. de Genitura. *Galen.*, de Usu partium corp. hum., lib. 14, cap. 7. *Valles.*, Controv. medic. et philos., lib. 2, cap. 6, post med. *Petr. de Peramato*, lib. de Semine, § *Jam vero*, usque ad fin. - ¹³ Lib. 2, disp. 21, n. 11.

918. - ^{a)} Rectius dicitur: fere omnes.

^{b)} Quin etiam Veracruz indicat esse semper mortale, quamvis non per se: « Verum mihi videtur, (ita ille *part. 3, art. 15, concl. 5*) quia difficile est actu incepto continere talem seminationem, tam ex parte viri quam ex parte feminae, propter periculum solum quo tales se exponunt, licet de se non sit mortale, esse tamen propter tale periculum ». Et paulo inferius: « Periculum tamen est tam verisimile, ut ex ipso fiat omnino damnabile ».

^{c)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 3, i. f., postquam dixit frequenter esse mortale propter periculum, addit tantum: « Si autem experti sunt id periculum non inveniri, damnandi minime sunt ».

^{d)} Holzmann, *de Matr.*, n. 452, dicit debitum conjugale recte persolvendum esse quoad substantiam sub mortali; et *num. 453*, ex hoc principio colligit « quod femina sub mor-

tali obligetur... expectare seminationem viri, quando ipsa prior seminavit... Quia semen muliebri se solo inutile est et insufficiente ad generationem prolis, propter quam, ceu finem primarium, copula inter conjuges est licita ». Quae vicissim innuunt virum non posse cohibere seminationem nec se retrahere si femina prior seminaverit.

^{e)} Cajetanus, *in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 1*, v. *Ad 2^o vero casum*; Henriquez, *lib. 11, cap. 16, n. 7*, non satis diligenter citantur a Salmant.; habent enim solum regulam generalem, non vero exceptiones appositas.

^{f)} Suarez, *in 3^a P., tom. 2, disp. 10, sect. 1*, v. *Ad primam ergo*, hanc sententiam probabilem existimat; quamvis enim dicat primo: « Si semen maternum simpliciter necessarium est ad concipiendum filium, consequenter dicendum esse B. Virginem per naturalem facultatem partem sanguinis in semen

ait: *Semen maternum simpliciter necessarium est ad concipiendum filium*. Item D. Bonaventura et Major ^{f)} apud Bossium ¹⁾; ac Cajetanus, Abulensis ^{g)} et plures alii apud Sanchez ²⁾. — Et ipsi Sanchez et Bossius hanc opinionem satis probabilem putant; saltem (ait Bossius) semen mulieris juxta omnes valde confert prolis perfectioni, cum ad hoc saltem fuerit a natura institutum.

Secunda vero sententia communior negat; et hanc tenent Sanchez ³⁾, Pontius ⁴⁾, Bonacina ⁵⁾; et Salmant. ⁶⁾ cum Cajetano ^{h)}, Henriquez, Dicastillo, Veracruz ^{h)}, etc. Hi contrario nituntur fundamento, nempe quod semen mulieris non est necessarium ad generationem; ut asserunt Aristoteles ⁱ⁾, Avicenna ⁱ⁾, Galenus (sibi contrarius), ac Hugo Senensis et Albertus Magnus, apud Sanchez ⁷⁾: qui ait hanc esse sententiam communem theologorum, exceptis scotistis. — Nec obstare dicunt auctores hujus secundae sententiae, quod semen feminae conferat perfectioni prolis. Nam respondent ^{j)} quod non tenentur conjuges ad convenientiorem modum generandi; sed satis est si generationi non obstant.

Quamvis autem dicant praefati auctores, non teneri virum exspectare seminationem mulieris, si ipse jam seminaverit,

D. Bonav., in 3, dist. 4, art. 3, qu. 1. - ¹⁾ Cap. 9, n. 51. — *Cajetan.*, in 2^m 2^{ae}, qu. 154, art. 12, v. *Ego autem*. - ²⁾ Lib. 2, disp. 21, n. 11. — *Sanch.*, loc. cit. — *Boss.*, loc. cit., n. 51. — *Boss.*, loc. cit. — ³⁾ Lib. 9, disp. 19, n. 5. — ⁴⁾ Lib. 10, cap. 11, n. 3. — ⁵⁾ Qu. 4, punct. 9, n. 16; cfr. punct. 6, n. 14. — ⁶⁾ Tr. 9, cap. 15, n. 80. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 7, i. f. *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, num. 70. — *Galenus*, de Natural. facult., lib. 2, cap. 3. — *Hugo Senen.*, Exposit. sup. libr. Tegni Galieni, lib. 2, § *Epatis vero calidi*, text. 1,

concedunt tamen ei posse continuare copulam, usque dum seminet femina; quia hoc pertinet ad complementum copulae uxoris, ut censent Pontius ⁸⁾ et Diana ⁹⁾; Bonacina ¹⁰⁾ cum Cajetano; et Sanchez ¹¹⁾ cum Tabiena et Graffio: — contra Henriquez (apud Bonacina ¹²⁾), qui sentit, virum non teneri exspectare seminationem feminae; quia periculum est ut hoc pacto impediatur generatio. Quod non videtur satis probabile nec cohaerens; nam si adesset tale periculum, non debuisset dicere non teneri, sed non posse: quod nemo asserit, nemo enim hoc periculum supponit.

Sed redeundo ad primam quaestionem, esto secunda sententia sit quidem communior et probabilior (ut videtur); censeo tamen cum Bossio ¹³⁾ primam sententiam esse satis probabilem, et ideo in praxi tenendam. — Ratio, quia non licet sequi opinionem probabilem cum damno tertii. Cum autem hic agatur de damno prolis sive generationis, adversus naturam, quae jus habet ut non impediatur generatio, cum ad hoc instituerit actum conjugalem; propterea ubi est periculum impediendi generationem, non licet uti opinione probabili: ubi enim (ut diximus *Lib. I, n. 42 et 52*) agitur, non de honestate actionis, sed de veritate rei, illicitum est sequi (ut omnes fatentur) opinio-

v. *Sed post haec*. *Albert. Magn.*, de Animalib., lib. 5, tract. 1, cap. 1. — ⁷⁾ Lib. 9, disp. 17, num. 9. — ⁸⁾ Lib. 10, cap. 11, num. 3, v. f. — ⁹⁾ Part. 3, tract. 4, resol. 204. — ¹⁰⁾ Qu. 4, punct. 6, n. 14. — *Cajetan.*, in 2^m 2^{ae}, qu. 154, art. 11, ad 5. — ¹¹⁾ Lib. 9, disp. 17, num. 11. — *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7, v. f. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 82, num. 15. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 7, i. f. — ¹²⁾ Loc. cit., num. 14. — ¹³⁾ De Effect. Matr., cap. 9, num. 52.

convertisse... Et haec sententia probabilis est, incerta tamen ». Sed addit nihil esse « quod nos cogat ad dicendum illud esse simpliciter necessarium ad formationem prolis ». — Major pariter, in 3, dist. 4, qu. 1, probabile putat semen femineum active concurrere ad generationem; sed contrarium probabilius existimat.

^{g)} Abulensis requirit quidem necessario semen femineum: *Paradoxa quinque, par. 1, cap. 48*; sed expresse ait esse « pure passivum ».

^{h)} Cajetanus, loc. cit., art. 11, v. *Ad quantum dubium*, non bene citatur ad rem a Salmant.; ceterum, ut supra notavit S. Alphonsus, Cajetanus negat fundamentum hujus

opinionis. — Veracruz item, *part. 3, art. 15, concl. 5*, casum praesentem praetermittit, quinimo videtur admittere rationem qua fundatur prima sententia, scilicet, semen mulieris necessarium esse.

ⁱ⁾ Aristoteles, *de Generat. animalium*, lib. 1, cap. 20, negat utique semen feminae inesse; sed paulo superius dixerat: « Genituram a femina non conferri ad generandum; tamen aliquid conferri; idque esse menstruum constitutionem aut proportionale in genere exsanguis ». — Avicenna autem, *de Animalib.*, lib. 9, cap. 8: « Materia mulieris quae dicitur, non habet in se virtutem generativam, sed passivam ut in ea fiat generatio ».

^{j)} Sanchez ita respondet.

nem probabilem pro libertate, adversus aliam stantem pro lege.

Hinc, neque practice probabile puto id quod dicunt Sanchez ^{k)}, et Sporer ¹ cum Perez, Escobar ^{k)}, Dicastillo et Gobat ^{k)}, nimirum posse mulierem in actu coitus animum ad alia divertere, ne concitetur ad seminationem.

919. - An autem, *si vir se retrahat post seminationem, sed ante seminationem mulieris, possit ipsa statim tactibus se excitare ut seminet?*

Negant auctor Additionum ad Wigandt ²; ac Diana et Rodriguez apud Bossium ³, adhaeretque Palaus ⁴ (dicens id non esse licitum, si mulier posset se continere). — Ratio, quia semen mulieris non est necessarium ad generationem; item, quia effusio illa mulieris, utpote separata, non fit una caro cum viro.

Communius vero affirmant Wigandt ⁵, Lessius ⁶, Bonacina ⁷, cum Sanchez ^{a)}, Po-testà ⁸, Tamburinius ⁹; Salmant. ¹⁰ cum Dicastillo; Filiuccius ¹¹, Sporer ¹²; Bossius ¹³ cum Aversa, Perez, Fagundez et Leandro; ac Elbel ¹⁴ cum Clericato, Homobono, Diana ^{b)}, Gobat et Bosco; et non reprobant Concina ¹⁵. — Ratio: tum quia seminatio mulieris pertinet ad complendum actum conjugalem, qui consistit in seminatione utriusque conjugis; unde, sicut potest uxor tactibus se praeparare ad copulam, ita etiam potest actum copulae perficere. Tum quia, si mulieres post ta-

lem irritationem tenerentur naturam compescere, essent ipsae jugiter magno periculo expositae mortaliter peccandi; cum frequentius viri, quia calidiores, prius seminent. (Sed haec ratio non suadet. Nam si hoc permetteretur uxoribus, deberet permitti etiam viris, casu quo mulier post suam seminationem se retraheret, et vir maneret irritatus; at doctores communiter dicunt id vetitum esse viris; ut Sanchez ¹⁶, Wigandt et Bonacina ¹⁷). Tum quia, ut plures sentiunt, seminatio mulieris est necessaria, vel saltem multum confert ad generationem: nihil enim a natura frustraneum agitur.

Omnes autem concedunt uxoribus quae frigidioris sunt naturae, posse tactibus se excitare ante copulam, ut seminent in congressu maritali statim habendo. — Vide Concina ¹⁸.

920. - « VII^o. Si *in loco indebito*, v. gr. « sacro, qui inde violetur, vel in loco publico ».

Vide dicta de hoc puncto *Lib. III, n. 458*, ubi diximus ^{a)} cum Navarro, Vasquez, Toletto, Azor, Coninck, Pontio, etc., quod, licet probabile sit, per copulam conjugalem occultam in ecclesia non committi sacrilegium, neque ecclesiam pollui; probabilius tamen est oppositum, nisi adsit necessitas, cum Suarez, Sanchez, Lessio, Bonacina, Holzmann, Croix, Salmant., etc. — Etsi, eo casu, non tenentur clerici ibi abstinere a divinis officiis celebrandis,

Quid de copula in loco sacro.

¹ Part. 4, cap. 2, n. 491. - Perez, disp. 49, sect. 8, n. 3. - Dicast., disp. 9, dub. 7, num. 69. — ² Tr. 16, num. 106. — Diana, part. 2, tract. 17, resol. 38, i. f. Rodrig., Sum. hispan., tom. 3, cap. 88, num. 4. ³ De Effect. Matr., cap. 9, n. 54. — ⁴ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 6. — ⁵ Tr. 16, num. 103. — ⁶ Lib. 4, cap. 3, num. 94, v. *Hinc palet*. — ⁷ Qu. 4, punct. 6, num. 15. — ⁸ Tom. 1, n. 4310. — ⁹ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 18. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 15, n. 80. - Dicast., disp. 9, dub. 7, n. 71. — ¹¹ Tr. 10, part. 1, n. 330. — ¹² Part. 4, cap. 2, n. 491. — ¹³ Loc. cit., n. 55. -

Aversa, qu. 21, sect. 5, v. *Communis tamen*. Perez, disp. 49, sect. 8, n. 4. Fagund., Decal., lib. 6, cap. 3, n. 21. - Leand., tr. 9, disp. 25, qu. 41. — ¹⁴ De Matr., num. 425. - Clericat., Erotemat., cap. 145, n. 33; et de Matr., decis. 38, n. 23. Homob., Exam. eccles., tr. 7, cap. 28, qu. 116, ad 4. Gobat, tr. 10, part. 2, n. 589. Bosco, de Matr., disp. 12, sect. 15, n. 576. — ¹⁵ De Matr., diss. 4, cap. 9, a n. 11. — ¹⁶ Lib. 9, disp. 17, n. 12 et 13 (*al.*, n. 13 et 14). — Wigandt, tr. 16, n. 103, i. f. — ¹⁷ Qu. 4, punct. 6, n. 15, i. f. — ¹⁸ Loc. cit., n. 13.

^{k)} Sanchez, *lib. 9, disp. 19, n. 5*, dicit esse veniale tantum; idemque tenent Escobar, *lib. 26, de Debito, n. 78*; et Gobat, *tr. 10, de Matr., part. 2, n. 592*, quamvis hi duo a Sporer citentur, uti refert S. Alphonsus.

919. - ^{a)} Sanchez id utique dicit, *lib. 9, disp. 17, n. 12*, in quibusdam editionibus, apud me edit. Brixien. 1624; in aliis vero expunctum est, ut in Veneta 1693.

^{b)} Diana male citatur ab Elbel pro hac sententia; expresse enim eam respuit *part. 2,*

tr. 17, resol. 38, ubi, relata opinione Emmanuelis Rodriguez negantis esse licitum, et deinde opinionem Sanchezii asserentis licitum esse, concludit: « His tamen non obstantibus, ego puto non esse recedendum a prima sententia Rodriguez ». Et iterum adhaeret sententiae negativae, *part. 9, tr. 8, resol. 31*. Cfr. etiam *part. 10, tr. 13, resol. 42*.

920. - ^{a)} Sed vide ad dictum *num. 458* notam *d* et seqq., pro citationibus auctorum, quarum quaedam explicationem requirunt.

nisi concubitus ille habitus publicetur (ut dicunt iidem auctores, et probatur in hoc *Lib. VI, n. 364*). Quia ecclesia non censetur polluta quoad celebrationem officiorum, nisi crimen sit notorium notorietate facti.

Quid de copula tempore indebito.

921. - « VIII^o. Si, absque urgente causa, « fiat tempore indebito:

« 1^o. In magna solemnitate, ut Paschae, « vel pridie communionis. — Vide Perez¹.

« 2^o. Quando uxor est gravida, saltem « si sit periculum abortus. Navarrus^{a)}, « Silvester, Sanchez, Coninck, Filliucius². — Hoc enim si non sit, non erit « saltem mortale, quod enim tunc fine « suo frustretur semen, non sequitur per « se ex actu. Unde Diana³ et Coninck⁴ « nullum peccatum agnoscunt^{b)}.

« 3^o. Quando uxor laborat fluxu men- « struo. — Quod tamen non esse mortale « (contra Azor) docet Sanchez⁵. Imo aliqui « apud Diana⁶ (ut Pontius⁷) docent, nec « veniale esse si periculum urgeat: quod « Sanchez^{c)} docet esse probabile. Addit- « que Martinus Perez⁸, si ob finem hone- « stum fiat, nullum esse; et teneri reddere « debitum uxorem, si maritus exigit^{d)} ».

922. - Quaeritur 1^o. *An liceat conjugii coire die communionis?*

Quid de copula die communionis.

Vide quae fusius diximus hoc *Lib., n. 273 et 274*, ubi tenuimus esse veniale accedere ad Eucharistiam die copulae habitae ob voluptatem: nisi excuset aliqua rationabilis causa. — Si vero copula est habita causa procreandae prolis, vel etiam incontinentiae vitandae^{a)}: tunc est

¹ Disp. 49, sect. 3. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 5. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 22, a num. 1. — *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 77 et 78. — ² Tr. 10, part. 1, n. 337. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 204. — ⁴ Loc. cit. — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 13. — ⁵ Lib. 9, disp. 21, n. 5, 7 et 8. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Lib. 10, cap. 14, n. 5 et 6. — ⁸ Disp. 49, sect. 3, n. 13 et 14. — ⁹ Suppl., qu. 64, art. 7. — ¹⁰ Loc. cit., art. 5. — ¹¹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 11. — ¹² Diss. 4,

solum consilii a communione abstinere, ex can. *Vir cum propria 7, caus. 33, qu. 4*. — Et sic pariter est consilii abstinere die quo conjux reddidit debitum: a quo autem reddendo, ordinarie loquendo, propter communionem non potest eximi; nam aliquando potest honestis precibus resistere.

Quid autem debeat confessarius respondere conjugii interroganti an teneatur reddere die communionis? — Vide dicta *n. 274, v. Quid*.

Post vero communionem sumptam nullum est peccatum reddere. — An autem petere? Alii dicunt esse veniale; alii nullum. Vide *ibid.*, v. *Die autem*^{b)}.

923. - Quaeritur 2^o. *An in diebus festi-
vis, vel jejuniis aut rogationum, sit illi-
citus actus conjugalis?* — Commune est non esse vetitum tunc debitum reddere; cum D. Thoma⁹, ubi dicit: *Cum mulier habeat potestatem in corpore viri... et e converso; tenetur unus alteri debitum reddere quocumque tempore et quacumque hora*.

An autem sit vetitum petere?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent D. Thomas¹⁰, S. Antoninus¹¹, Concina¹²; item Magister Sententiarum, Albertus Magnus, Paludanus, Gersonius, Silvester, Tabiena, etc., apud Sanchez¹³. — Hoc tamen sub culpa veniali, ut ait D. Thomas cum aliis: non vero sub mortali, ut aliqui improbabiler tenent apud Sanchez; quia tempus sacrum *non est circumstantia* (ratio S. Doctoris) *trahens*

Redde debitum festo vel junii et licitum.

Petere veniale, xta alios

cap. 8, num. 10. — *Magist. Sent.*, lib. 4, dist. 32, num. 3. — *Albert. Magn.*, in 4, dist. 31, art. 23. — *Palud.*, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 1 (n. 11). — *Gerson.*, Compend. theol., tract. 3, de Sacram. conjugii, § *An tempore et loco, etc.* — *Silvest.*, v. *Debitum*, n. 13, qu. 11. — *Tabiena*, v. *Matrimonium III*, num. 9, qu. 8. — ¹³ Lib. 9, disp. 12, num. 3. — *S. Thom.*, loc. cit., qu. 64, art. 6. — *Sanch.*, loc. cit., num. 2.

921. - ^{a)} Navarrus, *Man., cap. 16, n. 25*, negat teneri ad reddendum debitum « quando probabiliter timeret incurrere... abortiendi periculum... »: quod satis innuit tunc non legitime peti.

^{b)} Quando scilicet nullum adest periculum abortus; quod periculum credit Coninck vix unquam accidere posse.

^{c)} Quin etiam Sanchez, *lib. 9, disp. 21, n. 7*, id absolute docet.

^{d)} Clarius: Perez negat esse veniale exigere ob debitum finem; praeterea, si maritus (sive venialiter sive non) exigit, uxorem teneri reddere.

922. - ^{a)} Canon *Vir cum propria* non loquitur de copula habita propter vitandam incontinentiam. Vide textum dicto *n. 273* hujus libri.

^{b)} Sed vide etiam ibi notam *h*, ex *Hom. apost.*

in aliam speciem peccati: unde non potest in infinitum aggravare. Rationem autem cur sit veniale, assignat idem Angelicus, dicens: *Actus matrimonialis, quamvis culpa careat, tamen, quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptum ad spiritualia. Et ideo in diebus in quibus praecipue spiritualibus est vacandum, non licet petere debitum.*

Communi-
us negatur
esse illicitum.

Secunda vero sententia communior negat esse illicitum. Et hanc tenent Sanchez¹ cum S. Bonaventura^{a)}, Scoto^{b)}, Cajetano, Armilla, Soto^{c)}, Angelo, Valentia^{d)}, etc.; item Pontius², Palaus³, Bonacina⁴; Salmant.⁵ cum Henriquez^{c)}, Dicastillo, Coninck, Aversa, Ledesma, etc.; ac Bossius⁶ cum Azor, Reginaldo, Filliuccio, Perez, etc. — Ratio, quia id non habetur vetitum ullo jure: non divino, quia in festis sola opera servilia prohibentur; non ecclesiastico, quia diebus festis et jejuniis, non obstante congressu maritali, bene possunt conjuges servare ea quae sunt de praecepto. — Quod si

canones et SS. Patres videntur iis diebus expresse prohibere usum conjugii, dicunt praefati auctores id intelligi de consilio, non de praecepto: ut multis nititur probare Sanchez cum Glossis in canones et aliis interpretibus.

924. Quaeritur 3^o. *An liceat coire conjugibus tempore praegnationis?*

Commune est id non esse mortale, nisi adsit periculum abortus. — Ita omnes cum Sanchez⁷, Pontio⁸, Palao⁹, Salmant.¹⁰, Roncaglia¹¹ et Bossio¹²; ex D. Augustino¹³, ubi: *Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentiae vero satiandae, sed tamen cum conjugate propter tori fidem, venialem habet culpam.* Idem docet D. Ambrosius¹⁴; ibi: *At vero homines nec conceptis nec Deo parcunt: illos contaminant, hunc exasperant. Nota tamen contaminant; ergo supponit S. Doctor periculum abortus.* — Idem D. Hieronymus¹⁵: *Postquam uxorum venter intumuerit, non perdant filios.* Item D. Thomas¹⁶; ibi: *Ideo Hieronymus vituperat accessum viri ad uxorem impra-*

Coire tempore praegnationis, per se non lethale.

¹ Lib. 9, disp. 12, n. 5. - *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Septimum caput*. - *Armilla*, v. *Debitum conjugale*, num. 10. - *Angel.*, v. *Debitum*, n. 29. — ² Lib. 10, cap. 9. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 5. — ⁴ Qu. 4, punct. 6, n. 30. — ⁵ Tr. 9, cap. 15, n. 58. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 3, n. 17 et 18. - *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 75. - *Aversa*, qu. 21, sect. 6, v. *Secundo... Absolute tamen*. - *Petr. Ledesma.*, qu. 64, art. 7, v. *Circa istos articulos notandum* 1^o. — ⁶ De Effect. Matr., cap. 7, n. 84. - *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 7. - *Regin.*, lib. 31, n. 346. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 323. - *Perez*, disp. 49, sect. 3, n. 3 et 5. — *Sanct.*, lib. 9, disp. 12, n. 5. - *Gloss.* in can.

Proposuisti, dist. 82, ad v. *Praecepit*; in can. *Si causa*, caus. 33, qu. 4, ad v. *Concessum*; in can. *Fratres* ibid., et can. *Christiano*, ibid., ad v. *Non licet*, et v. *A licitis*. — ⁷ Lib. 9, disp. 22, n. 3. — ⁸ Lib. 10, cap. 14, n. 7. — ⁹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 12. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 15, n. 78. — ¹¹ Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 2. — ¹² De Effect. Matr., cap. 9, n. 33. — ¹³ De Bono conjugali, cap. 6, n. 6; Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 377-378. — ¹⁴ Exposit. in Luc., lib. 1, n. 44; Migne, Patrol. lat., tom. 15, col. 1551. — ¹⁵ Advers. Jovinian., lib. 1, num. 49; Migne, Patrol. lat., tom. 23, col. 281. Cfr. can. *Origo* 5, caus. 32, qu. 4. — ¹⁶ In 4, dist. 31, Exposit. text.

923. - *a)* S. Bonaventura, *in 4, dist. 32, art. 3, q. 2*, ita docet *in resp. ad 6*, quamvis *in corp. art.* contrarium tenuerit. Nam in corpore articuli dicit: «Peti... [in illis diebus] non potest sine culpa; et si aspectus sit ad delectationem, gravis est culpa; si autem ad lubricum carnis et suam infirmitatem, cujus est conscius, vel conscientia vehementer timet, et propter hoc petit, veniale potest esse peccatum; attamen vix contingit quod in praecipuis diebus non sit grave peccatum». Iterum, *in resp. ad 4*, dicit coitum iis diebus esse excessum «ex parte petentis; si tamen propter periculum faciat, non est excessus mortalis, sed venialis». His autem dictis, *in resp. ad 6* ait cessationem ab amplexu diebus festis esse «consilium», et sic concludit: «Concedendum est istud esse magis congruitatis et honestatis quam necessitatis».

b) Scotus, *dist. 32, ad 3*, loquitur de red-

ditione debiti; sed a Sanchez citatur pro petitione.

c) Sotus, *in 4, dist. 32, qu. un., art. 3, post concl. 2*, distinguit, et dicit veniale esse petere «diebus solemnitate quae sunt praecipuae». Pro diebus vero qui non sunt tantae solemnitatis et diebus jejuniis, ait: «Fortasse [SS. Patres] non tam praecepta insinuare volunt quam salutaria monita»; praeterea id non amplius servatur, ideoque «nescio an illa de causa petitio debiti sit culpae tribuenda». — Henriquez etiam, *lib. 11, cap. 16, n. 5*, quamvis a Salmant. simpliciter citetur, eandem distinctionem ponit, dicens esse veniale petere diebus solemnioribus, secus vero ceteris diebus jejuniis.

d) Valentia a Sanchez citatur pro ratione propositionis dumtaxat, scilicet unicuique canonis Decreti eam auctoritatem reddendam esse, quae auctori ejus tribuitur; quod quidem

gnatam, non tamen ita quod semper sit peccatum mortale, nisi forte quando probabiliter timetur de periculo abortus.

Secus, si sit periculum abortus.

Censent autem Silvester, Angelus et Tabiena, apud Sanchez¹, adesse periculum abortus, si copula habeatur circa initium conceptionis; quia ex novo coitu materia illa nondum plene formata facile dispergitur: nam licet matrix post conceptionem statim claudatur, tamen, ut ait Avicenna^{a)}, ex vehementi delectatione coitus irritata, aliquando aperitur, et materia effunditur. — Hoc tamen non obstante, dicunt Pontius^{b)}, Palaus²; Sanchez³ cum Angelo et Silvestro (contra Tabiena); ac Bossius⁴ cum Filliuccio^{c)}, Hurtado, Perez et Raynaudo, quod coire cum tali periculo non reputatur mortale; quia (ut ajunt Sanchez et Bossius) cum materia non sit adhuc formata, et conjuges dent operam rei licitae, utendo jure suo, (modo abortum non intendant), damnum illud non est tantum ut lethalem constituat culpam. Sed haec ratio mihi non probatur; quia, cum per copulam noceatur vitae vel formationi prolis, conjux tunc non habet jus ad copulam. — Potius videtur dicendum non adesse tale periculum; quia, ut dicunt idem Sanchez⁵, Palaus⁶, Bossius⁷; Holzmann⁸ cum Ill-

Raro adest periculum.

Silvest., v. *Debitum conjugale*, n. 8, qu. 5. *Angel.*, v. *Debitum*, n. 33. - *Tabiena*, v. *Matrimonium III*, n. 6, qu. 5. - ¹ *Lib.* 9, disp. 22, n. 1. - ² *Tr.* 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 11. - ³ *Loc. cit.*, n. 1. - *Angel.*, *loc. cit.* *Silvest.*, *loc. cit.* - *Tabiena*, *loc. cit.* - ⁴ *Cap.* 9, n. 29. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 3, n. 11. *Perez*, disp. 49, sect. 3, n. 15. *Theophil. Raynaud.*, de Ortu infant., cap. 11, num. 12. —

sung; et Bonacina⁹ cum Coninck et Reginaldo^{d)}, communiter non adest tale periculum: dum matrix, recepto semine, arctissime constringitur, nec ordinarie reseratur per coitum (ut tradunt ipse Avicenna^{e)} et Valverde^{e)}, apud Bossium¹⁰⁾, cum conjuges indiscriminatim accedant, et tamen abortus non succedunt. Unde ait Bossius quod usquedum non constet experientia, aliquam uxorem ex coitu pluries fetum emisisse, non est praesumendum periculum abortus^{f)}.

Tanto minus autem adest tale periculum, si habeatur copula tempore proximo partui, ut perperam aliqui dixerunt, putantes tunc exponi prolem discrimini suffocationis. Nam verius (ut ait Bossius¹¹ cum Raynaudo) fetus humanus ita secundinis involvitur, ut eum non possit semen contingere. — Hinc ait Petrocorensis¹² periculum abortus non ita facile praesumendum; et ideo non esse vexandos conjuges importunis interrogationibus ut abstineant tempore praegnationis: *Quae enim* (ait) *spes eos a concubitu avocandi? et quale non timendum periculum, si in sua bona fide perturbentur?*

Utrum autem, *secluso periculo abortus, sit culpa venialis habere coitum* ^{g)} *cum praegnante?*

Sanch., lib. 9, disp. 22, n. 1, i. f. — *Boss.*, de Effect. Matrim., cap. 9, n. 29. — ⁵ *Loc. cit.*, n. 7. — ⁶ *Tr.* 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 11. — ⁷ *Loc. cit.* — ⁸ *De Matr.*, n. 463. *Ills.*, de Matr., n. 132. — ⁹ *Qu.* 4, punct. 6, n. 12. *Coninck*, disp. 34, n. 77. — ¹⁰ *Cap.* 9, n. 29. — *Boss.*, *loc. cit.* — ¹¹ *Loc. cit.*, n. 30. — *Rayn.*, de Ortu infant., cap. 11, n. 13, i. f. (*al.*, cap. 6, n. 14). — ¹² *De Matr.*, cap. 11, qu. 2, v. *Quartus casus*.

significat Valentia, *tom. 3, disp. 6, qu. 6, punct. 6*, v. *Hinc sequitur: deceptum*, ubi refert quemdam canonem decreti, et dicit: « Is canon... non obligat universaliter, cum sit tantum Basilii, neque approbatus sit ab aliquo Pontifice aut concilio ».

924. — ^{a)} Avicenna, *de Animal.*, lib. 9, cap. 6, hoc tantum habet: « Quando impraegnata est mulier..., clauditur ejus [uteri] orificium, et nihil exit ». Quae vero adduntur, videntur esse ex ipso Sanchez.

^{b)} Pontius, quod sciam, non aliud habet, *loc. cit.*, n. 7, nisi mortale esse coire cum periculo abortus.

^{c)} Filliuccius, quidquid dicat Bossius, haec dumtaxat, *tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 337*, scribit: « Tempore praegnationis, si sit periculum abortus, est peccatum mortale petere aut red-

dere; si non sit, communiter censent esse veniale ».

^{d)} Reginaldus non satis accurate citatur a Bonacina; oppositum enim docet, *lib. 31, n. 286*, ubi scribit: « Quinta causa [quae excusat a redditione debiti] est periculum abortus, quod in coagulatione contingit potissimum, et quando propinquus est partus... Talique periculo... exponere se, est peccatum mortale ».

^{e)} Scilicet Avicenna, *loc. cit.*; Valverde, *La anatomia del corpo umano, lib. 3, cap. 14, i. f.*, dicunt uterum arctissime constringi in feminis praegnantibus.

^{f)} Seu rectius: Non est praesumendum periculum aperitionis.

^{g)} S. Alphonsus videtur movere hoc dubium de *petitione* debiti, ut patet ex plerisque citatis auctoribus.

Affirmant D. Antoninus¹; item Sotus, Paludanus, Alensis, Palacios, etc., apud Sanchez². Quia stante fetu concepto, frustratur semen suo fine generationis. Idque confirmant ex auctoritate plurimum SS. Patrum. — Negant vero Sanchez³ cum Gabriele et Henriquez; Bonacina⁴ cum Filiuccio^h, Palaus⁵, Roncaglia⁶, Holzmann⁷, Elbel⁸; et Salmant.⁹ cum Dicastillo, Aversa et Diana. Tum quia nullibi habetur id per se esse vetitum; tum quia esset onus gravissimum, et res exposita innumeris periculis peccandi venialiter, si conjuges tenerentur tamdiu abstinere ab usu conjugii, manendo in eodem toro. Respondent autem ad rationem oppositam, quod ut coitus sit licitus in matrimonio, sufficit ut per se actus sit ad generationem idoneus: quod autem ipsa non eveniat, per accidens se habet.

Caeterum mihi arridet sententia, quam tenent Pontius¹⁰, Azor¹¹; Bossius¹² cum Gulielmo Parisiensiⁱ), Perez, Coninck, Barbosa, Filiuccio^h), Hurtado, Aversa, etc. (et huic se adnectunt etiam Palaus¹³ et Roncaglia¹⁴), nempe, quod coitus cum praegnante non potest excusari a culpa veniali, nisi adsit periculum incontinentiae vel alia honesta causa^j); juxta dicta n. 882, *Dub. 1, et 883*.

¹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. — Sotus, in 4, dist. 31, qu. unic., art. 3, i. f. - Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12). - Alens., Sum., part. 2, qu. 147 bis (al., qu. 149), membr. 2, ad 5, v. *Ad illud vero*. - Mich. de Palacios, in 4, dist. 31, disp. 2, v. *Haec sunt argumenta*. - ² Lib. 9, disp. 22, n. 4. - ³ Loc. cit., n. 6. - Gabr. Biel, Suppl. in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, post concl. 11, v. *Ad tempus potest*. - Henricq., lib. 11, cap. 15, n. 7, lit. r. - ⁴ Qu. 4, punct. 6, n. 11. - ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 12. - ⁶ Tr. 21, qu. ult., quaestiuic. 3, resp. 2; cfr. qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2. - ⁷ De Matr., n. 463. - ⁸ De Matr., n. 390. - ⁹ Tr. 9, cap. 15, n. 78. - Dicast., disp. 9, dub. 3, n. 30. - Aversa, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto*. - Diana, part. 3, tr. 4, resol. 204. —

925. - Quaeritur 4^o. *An licitum sit conjugibus coire tempore menstrui?*

Hic praenotandum quod fluxus mulieris alius est naturalis et *ordinarius*; et iste proprie dicitur menstruus, quia communiter singulis mensibus solet in feminis accidere, et durat ut plurimum per duos vel per tres dies. — Alius, *extraordinarius*, proveniens ex aliquo morbo diuturno, qui aliquando durat usque ad duodecim dies et ultra.

Tempore *fluxus extraordinarii*, certum est licere tam reddere quam petere. — Ita communiter Sanchez¹⁵, Pontius¹⁶, Holzmann¹⁷, Salmant.¹⁸; et Bossius¹⁹ cum Azor, Rebello, Filiuccio, Hurtado, etc.; ex D. Thoma²⁰, ubi expresse hoc docet, et rationem adducit, dicens: *In fluxu... menstruorum innaturali, non est prohibitum ad... menstruatam accedere in lege nova: tum propter infirmitatem, quia mulier in tali statu concipere non potest; tum quia talis fluxus est perpetuus et diuturnus, unde oporteret quod vir perpetuo abstineret*.

Tempore autem *fluxus naturalis*, ad sunt tres sententiae:

Prima damnat coitum de mortali. Et hanc tenet idem D. Thomas²¹, ubi dicit, tempore hujus menstrui peccare mortaliter tam virum voluntarie petentem, quam

Fluxus menstruus ordinarius et extraordinarius.

Tempore menstrui extraordinarii, petere et reddere, licitum.

Tempore ordinarii, juxta alios, reddere aut petere, lethale.

¹⁰ Lib. 10, cap. 14, n. 7. — ¹¹ Part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 14. — ¹² Cap. 9, num. 36. - Perez, disp. 49, sect. 3, num. 17. - Coninck, disp. 34, n. 77. - Barbosa., Collect. in Decr. Gratiani, in cap. *Si causa*, caus. 33, qu. 4. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 13. - Aversa, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto*. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Lib. 9, disp. 21, n. 1. — ¹⁶ Lib. 10, cap. 14, n. 5. — ¹⁷ De Matr., n. 462. — ¹⁸ Tr. 9, cap. 15, num. 76. — ¹⁹ Cap. 9, num. 13. - Azor, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 13. - Rebello., part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 12. - Fill., tract. 10, part. 1, n. 336. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, num. 9, v. *Tertio*. — ²⁰ In 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, solut. 2. — ²¹ In 4, dist. 32, qu. un., art. 2, sol. 3, ad 1.

^h) Filiucci, *tr. 10, part. 1, n. 337*, non satis sibi consentit. In nota enim marginali habetur: « Non est peccatum cum mulier est praegnans. In textu vero: « Communiter censent esse veniale, quia nulla adest prohibitio, et alioqui esset magnum onus virorum, cum uxor magna ex parte temporis matrimonii gravida sit ». Quae sane rationes, praesertim prima, probant nullum esse peccatum.

ⁱ) Gulielmus Beaufet, episc. Parisiensis, *de Septem. Sacram. libell.* (dialogist.), *cap. 27*, male citatur a Bossio, scribit enim: « Si de-

bitum posset reddi sine periculo abortus, potest vir ab uxore sua praegnante debitum petere et reddere, quia usus matrimonii licitus non solum est in officium, sed etiam in remedium contra incontinentiae casum ».

^j) Hinc non videtur differre haec a secunda sententia; et re quidem vera, auctores citati fere omnes negant simpliciter esse veniale petitionem debiti tempore praegnationis, quia scilicet actus conjugii potest ordinari non solum ad procreationem prolis, sed etiam ad alios honestos fines.

uxorem voluntarie reddentem; excipit si mulier quasi coacta debitum redderet. Eandem sententiam tuentur S. Bonaventura, Alensis ^{a)}, Scotus, Tabiena ^{b)}, Palacios ^{c)}, etc., apud Bossium ¹. — Probatur 1^o. Ex Levit. cap. xx, v. 18, ubi dicitur: *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo*. Objiciunt huic Sanchez ² et Bossius ³ quod lex illa fuit caeremonialis, et ideo non obligat in lege evangelica. Sed respondet D. Thomas ⁴, quod, licet illud praeceptum fuerit caeremoniale quoad immunditiam, fuit tamen morale quantum ad *nocumentum* (verba S. Doctoris) *quod in prole ex hujusmodi commixtione frequenter sequebatur*. — Probatur 2^o. Ex *can. fin. dist. 5*, ubi Gregorius Papa: *Cum et sine partus causa, cum (uxores) in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur*. — Probatur 3^o. Ratione: tum quia proles eo tempore nascitura exponitur periculo nascendi leprosa et monstruosa; tum quia adest periculum semen frustra effundendi, cum raro vel nunquam eo tempore mater sit apta conceptioni.

Juxta
alios, omni-
no licitum.

Secunda sententia, totaliter opposita, dicit accessum ad menstruatam omni culpa carere. Hanc tenent Glossa in *can. Si causa, v. Conceptus, caus. 33, qu. 4*; item Perez, Filiuccius et Hurtadus, apud Bossium ⁵: eamque Sanchez ⁶ putat aequae probabilem ac tertiam, quam mox referemus. Ratio, quia hodie id nullo jure

prohibetur. — *Non divino*; cum lex Levitici, adveniente lege nova, jam cessaverit. Nec obstare dicunt quod prohibitio illa non cessavit, quatenus fuit moralis propter vitandum damnum prolis. Nam respondent quod testatur S. Hieronymus ⁷ rationem prohibitionis in Levitico fuisse, quia illo tempore, ob sanguinem femineum infectum ex coitu, fetus leprosi et elephantiaci nascebantur: sed hodie incertum est adesse tale damnum, et multo certius est mulierem tempore menstrui non concipere (ut dicunt Sanchez ⁸, Palaus ⁹, Bossius ¹⁰ et Salmant. ¹¹); ac demum, etiamsi concipiant cum aliquo damno prolis, dicunt Sanchez ¹² et Bossius ¹³, id non obstare, quia melius est prolem sic nasci quam non nasci: forte enim postmodum non gigneretur, vel non esset eadem proles; unde proles beneficium recipit, non damnum. Nec valet dicere quod si non proli, saltem sic infertur damnum naturae, quae postulat ut proles modo convenientiori generetur; nam respondent quod si non infertur damnum proli, neque infertur naturae. Non prohibetur igitur jure divino. — *Non jure ecclesiastico*. Nam ad textum Gregorii respondet Pontius ¹⁴ prohibitionem illam ecclesiasticam hodie exolevisse. Imo verbum illud Pontificis *prohibeantur*, explicatur ab aliis, ut dicit ibi Glossa: *Prohibeantur, id est sub forma prohibitionis dissuadeantur*. — *Nec jure naturali*. Quia, licet sit facile periculum eo tempore frustrandi semen: tamen ad coitum cohonestandum non requiritur ut

S. Bonav., in 4, dist. 32, dub. 4, v. f.; et art. 3, qu. 1. Scot., in 4, dist. 32, qu. unic., v. *Consimiliter majori*. ¹ De Effect. Matr., cap. 9, n. 16. — ² Lib. 9, disp. 21, n. 2. — ³ Loc. cit., n. 16 et 22. — ⁴ Loc. cit., solut. 2, in princ. — Perez, disp. 49, sect. 3, n. 11. Fill., tr. 10, part. 1, n. 336. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 10. - ⁵ Loc. cit.,

n. 20. — ⁶ Loc. cit., n. 7. — ⁷ In Ezechiel., lib. 6, cap. 18, v. 5 et 6; Migne, Patrol. lat., tom. 25, col. 173. — ⁸ Lib. 9, disp. 21, n. 5. — ⁹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 7. — ¹⁰ De Effect. Matr., cap. 9, n. 22. — ¹¹ Tr. 9, cap. 15, n. 77. — ¹² Loc. cit., n. 5 et 7. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Lib. 10, cap. 14, num. 6.

925. — ^{a)} Alensis, *Sum., part. 2, quaestio. 147^{bis}* (al. 149), *membr. 2, resol. ad 5*, distinguit: « Causa concubitus potest aggravare factum vel minuere. Si enim causa vitandae fornicationis fiat, diminuitur quantitas peccati; si vero libido satianda cum negligentia periculi in prole, aggravatur in hoc peccatum ut sit mortale ».

^{b)} Tabiena, v. Matrimonium III, n. 7, alio modo distinguit: « Ubi sit praesumptio prolis sequendae... est peccatum mortale...; aliter est peccatum veniale ».

^{c)} Michael de Palacios, in 4, dist. 32, disp. 1, v. *Quod si me*, item distinguit, et negat coitum illum esse culpandum, si fiat ad vitandam fornicationem, quae aliter nequit vitari; si vero « ex voluptate ducti conjuges, nulla intercedente ignorantia, se commiscant sub menstruali purgatione, peccatum admittunt mortale ». Sed addit hoc intelligendum esse, sub initio menstrui aut non longe ab illo; si autem coitus quarto, sexto die, etc., habeatur, « forte tunc non est carpendus coitus tamquam criminalis ».

ex eo sequatur generatio; sed sufficit quod coitus ille per se sit aptus generationi, esto per accidens semen dispergatur, ut accidit in accessu ad mulierem praegnantem aut sterilem. Neque (ajunt) in tali coitu adest indecentia culpabilis; nam (ut dicit Perez) illa est potius materialis. — Hinc concludunt nullo modo peccare conjuges, si eo tempore coeant, non jam ex affectu libidinis (quod non posset excusari a veniali), sed ut utantur jure suo cum moderata delectatione.

Tertia demum sententia, communissima et probabilior, dicit coitum tempore menstrui non esse mortale, sed non excusari a veniali. Ita S. Antoninus¹, Navarrus², Concina³, Pontius⁴, Palaus⁵, Roncaglia⁶, Holzmann^{d)}; Bonacina⁷ cum Henriquez, Ledesma et Rodriguez; Salmant.⁸ cum Aversa, Vivaldo, Cornejo et Soto; Bossius⁹ cum Sà^{e)}, Coninck, Paludano, Reginaldo, Villalobos, Vega, Graffio, etc.; ac Sanchez¹⁰ cum Cajetano, Abulensi, Armilla, Victoria et Lopez. — Quod non sit mortale, probat ratio adducta mox supra pro secunda sententia. — Quod autem sit veniale, probatur: quia talis concubitus, nolendo conjuges exspe-

ctare tempus generationi aptius et jam brevi adventurum, involvit quamdam turpitudinem et deordinationem, cum femina tunc sit inepta commodae receptioni et retentioni seminis; et ideo coitus tunc minus convenit fini generationis. Conveniunt autem Navarrus¹¹, Palaus¹², Sanchez¹³, Salmant.¹⁴, et Bossius¹⁵ cum Hurtado, quod nullum sit peccatum coire tali tempore, si adsit aliqua causa turpitudinem illam cohonestans, nempe ad vitanda dissidia aut incontinentiam in se vel in altero, aut alia similis f).

An autem *casu quo nulla adsit causa, uxor menstruata possit et teneatur debitum reddere, si maritus monitus nolit desistere?*

Affirmant Palaus¹⁶ cum Coninck; Salmant.¹⁷; et Sanchez¹⁸ cum Paludano, Soto, Ledesma, etc. (qui citat pro se etiam D. Thomam¹⁹, sed non bene, ut mox videbimus). — Verum probabilius negandum cum Pontio²⁰ et Bonacina²¹: qui citat Silvestrum^{g)}, Rebellum^{g)} et Henriquez^{g)}. Ratio, quia, cum culpa, etiam venialis, se tenet ex parte actus, probabilius non tenetur conjux, neque potest licite debitum reddere (Vide dicenda

Tempore menstrui, uxor non tenetur nec potest reddere.

Perez, disp. 49, sect. 3, n. 13, i. f. — ¹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 5. — ² Man., cap. 16, n. 32. — ³ Diss. 4, cap. 8, n. 20. — ⁴ Lib. 10, cap. 14, n. 6. — ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 8. — ⁶ Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 3. — ⁷ Qu. 4, punct. 6, n. 9. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 15, n. 7, lit. n, cum comment. *Petr. Ledesm.*, qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 3 et 4. *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 17. — ⁸ Tr. 9, cap. 15, n. 76. — *Aversa*, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto...* *Ita ergo.* *Vivald.*, Candelabr., de Matr., tit. de Debito conjug., num. 9 (al. edit. 1590, de Matr., num. 259). *Cornejo*, disp. 5, dub. 3, v. *Ex dictis infero.* — *Sotus*, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, ad 2, v. *At re vera.* — ⁹ De Effect. Matr., cap. 9, n. 21 et seqq. *Coninck*, disp. 34, n. 76. — *Palud.*, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 3 (n. 13). *Regin.*, lib. 31, n. 343. *Villal.*, part. 2, tr. 40, diff. 15, n. 3. *Vega*, Sum. nueva, part. 1, cap. 78, cas. 3. — *Graff.*,

Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 82, n. 19. — ¹⁰ Lib. 9, disp. 21, n. 5 et 7. *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 1, v. *Ad secundum* [i. e. *tertium*] *dicitur*; et Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Tertium caput.* *Abulen.*, in Matth., cap. 5, qu. 245, v. f. — *Armilla*, v. *Matrimonium*, n. 68, v. *Tertio.* — *Victor.*, Sum., de Matr., n. 276, i. f. — *Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 84, v. *At id quod.* — ¹¹ Man., cap. 16, n. 32. — ¹² Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 8. — ¹³ Lib. 9, disp. 21, n. 7. — ¹⁴ Loc. cit., n. 77. — ¹⁵ Cap. 9, n. 14 et 15. — *Gasp. Hurta.*, disp. 10, diff. 3, n. 10. — ¹⁶ Loc. cit., n. 9. — *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 76. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 15, n. 77. — ¹⁸ Loc. cit., n. 15 et 16. — *Palud.*, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 3 (num. 13). *Sotus*, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, ad 2, v. *Utrum vero.* — *Petr. Ledesm.*, qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 2. — ¹⁹ In 4, dist. 32, art. 2, solut. 3, corp. — ²⁰ Lib. 10, cap. 14, n. 6. — ²¹ Qu. 4, punct. 6, n. 10.

d) Holzmann, *de Matr.*, n. 462, potius adhaeret secundae sententiae. Refert enim primo opinionem dicentem esse veniale, cum ejus rationibus; deinde, opinionem negantem esse veniale, et addit: « Videri potest... Pater Schmier, recte advertens et ostendens praeallegatam turpitudinem esse solum physicam non vero moralem, fere sicut in coitu qui fit tempore menstrui innaturalis, nullamque tunc incontinentiam committi ».

e) Sà non satis accurate citatur a Bossio; nam v. *Debitum conjugale*, n. 11, scribit tantum: « Tempore menstrui debitum petere aut

reddere quidam mortale peccatum putant; quod alii probabilius negant ».

f) Et idem dicunt multi ex auctoribus citatis pro tertia sententia.

g) Silvester, v. *Debitum conjugale*, n. 8, dicit mulierem debere avertere virum a petitione; « tamen finaliter, si vir a petitione non desistat, debet debitum reddere poscenti ». — Rebellus, *part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 14*: « Ad reddendum, inquit..., uxorem teneri, si vir instet; peccatur attamen venialiter, si eum amovere amice potest ». — Henriquez pariter, *lib. 11, cap. 15, n. 7*, scribit: « Non tenetur

n. 946). Nec contrarius est nostrae sententiae D. Thomas. Nam¹ dicit tunc uxorem posse et teneri ad reddendum, *quando majus periculum timeretur in non reddendo*: sed hoc non supponitur in nostro casu.

926. - Quaeritur 5^o. *An sit illicitum coire tempore purgationis post partum?*

Certum est non teneri conjuges hodie observare tempus purgationis praescriptum in Levit. xii, ubi, cum mulier arcebatur ab ingressu templi per quadraginta dies in partu masculi, et octoginta, feminae: videtur eo tempore fuisse ei etiam interdictus conjugii usus. Sed hoc praeceptum jam cessavit. Et sicut hodie puerperae non tenentur abstinere ab ingressu ecclesiae, ut dicitur in *cap. unic., de purific. post partum*, ita nec a conjugii usu, ut communiter dicunt Sanchez², Bossius³, et alii passim cum S. Antonino⁴. — Qui tamen addit, hoc non obstante, bene posse mulierem abstinere ab ecclesia et omittere audire Missam, ubi talis est consuetudo, toto eo tempore; vel saltem per sex hebdomadas, ut testantur esse communem usum Sporer et Elbel. Vide dicta *Lib. III, n. 330, v. Pariter*.

Circa autem quaesitum, triplex adest sententia:

Prima dicit esse mortale^{a)}; et hanc tenent Butrius et Alexander de Nevo,

¹ Dist. 32, art. 2, solut. 3, ad 3. — ² Lib. 9, disp. 22, n. 8. — ³ De Effect. Matr., cap. 7, n. 130. — ⁴ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. — *Spor.*, tr. 3, cap. 4, n. 35. — *Elbel*, de 3^o Praec., n. 384. — *Butr.*, Rubric. prooem. de Sponsal., n. 14. *Alex. de Nevo*, Rubr. de Sponsal., n. 21, cas. 1.

⁵ Lib. 9, disp. 22, n. 9. — ⁶ Lib. 10, cap. 14, n. 8. — ⁷ Lib. 9, disp. 22, n. 11. — *Angel.*, v. *Debitum*, n. 34. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 15, n. 7, sub 3. — *Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 1, fol. 711. —

apud Sanchez⁵. — Ratio: tum quia in citato *can. fin., dist. 5*, D. Gregorius^{b)} id expresse vetitum declaravit, dicens: *Nisi purgationis tempus prius transierit, viris suis non debent admisceri*; tum quia damnum infertur proli, si eo tempore concipiatur, ut ait Galenus^{c)} apud Pontium⁶.

Secunda sententia dicit nullum esse peccatum. Ita Sanchez⁷ cum Angelo, Henriquez, Palacios, Turrecremata; Holzmann⁸; ac Filliuccius^{d)}, Perez, Villalobos et Hurtadus, apud Bossium⁹. — Quia (ut ajunt) hujusmodi immunditia est tantum materialis, non moralis.

Tertia sententia, probabilior et communior, quam tenent S. Antoninus^{e)} cum Richardo^{e)} et Petro de Palude^{e)}; Pontius¹⁰, Palaus¹¹, Roncaglia¹²; Bossius¹³ cum Azor, Ochagavia^{f)} et Leandro; item Sotus^{f)}, Paludanus^{e)}, Tabiena, Lopez^{f)}, etc., apud Sanchez¹⁴, dicit esse veniale, non autem per se mortale. — Est *veniale*, quia talis coitus continet aliquam indecentiam. Unde, nisi excuset causa honesta, nempe periculum incontinentiae vel dissidii, vel alia similis, nequit ab omni culpa excusari. — *Non* autem est *mortale* per se loquendo; quia talis indecentia non videtur tanta ut mortalem culpam inducat. Ad prohibitionem vero D. Gregorii respondet Pontius illam hodie exolevisse;

Turrecr., in can. fin. dist. 5. — ⁸ De Matr., n. 464. — *Perez*, disp. 49, sect. 3, n. 19. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 41, n. 9. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 3, n. 13. — ⁹ Cap. 9, n. 43. — ¹⁰ Lib. 10, cap. 14, n. 8. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 13. — ¹² Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 3. — ¹³ Cap. 9, n. 44. — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 15. — *Leand.*, tr. 9, disp. 25, qu. 25. — *Tabiena*, v. *Matrimonium III*, n. 8. — ¹⁴ Lib. 9, disp. 22, n. 10. — *Pont.*, lib. 10, cap. 14, n. 6.

communiter reddere uxor, nisi sciret viro inesse grave periculum incontinentiae». — Pontius autem et Bonacina non supponunt virum insistentem; sed dicunt mulierem venialiter peccare si reddat, nisi adsit causa.

926. — *a)* Nisi adesset periculum incontinentiae, ut auctores citati limitant.

b) Rectius: Palea post dictum canonem.

c) Apud Galenum, *de Sanit. tuenda, lib. 1*, ut citat Pontius, id reperire nequivi.

d) Filliuccius non satis apte citatur a Bossio; loquitur enim, *tr. 10, part. 1, n. 337*, de tempore a lege veteri praefixo, et negat terminum istum expectandum esse.

e) S. Antoninus, *loc. cit.*, § 4, negat quidem

cum Paludano esse mortale; sed cum Richardo addit: « Abstinere debet uterque saltem debito congruitatis ». — Et ita revera habet Richardus, *in 4, dist. 32, art. 4, qu. 1*. — Paludanus vero, *dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12)*, dicit esse veniale, non tamen mortale, si statim post partum petatur. Sed in fine dicit virum prohiberi « de honestate, non autem de necessitate », ne ad puerperam accedat.

f) Ochagavia, *tr. 5, qu. 3, n. 3*; Sotus, *in 4, dist. 32, art. 2, i. f.*, ita docent si partus paulo ante contigerit. — Idemque ex Soto refert Ludovicus Lopez, *Instr., part. 1, cap. 83, v. Porro tempore*.

Lex mo-
saica de
tempore
purgationis
non ampli-
us obligat.

Coitus,
tempore
purgatio-
nis, juxta
alios, lethalis.

Juxta
alios, om-
no licitu

Proba-
lius ven-
lis tant-
per se.

at D. Antoninus cum Gulielmo respondet eam fuisse de congruitate, non de praecepto. Ad rationem autem nocumenti prolis respondetur quod tale damnum vel non accidit, cum difficile sit eo tempore mulierem concipere; vel non erit grave. — Dicitur autem: *per se loquendo*. Nam poterit aliquando esse mortale, si ex concubitu gravis morbus vel notabilis aggravatio morbi immineret; ut dicunt S. Antoninus, et Sanchez¹ cum Paludano, Silvestro, Angelo, etc. Hujusmodi periculum etiam prudenter timeri potest, ut ait Roncaglia, si coitus habeatur statim post partum, nempe eodem die vel sequenti, ut medicus valde peritus mihi asseruit.

Lethalis
in periculo
gravis mor-
bi.

927. - « Ex dictis casibus consequenter resolvitur LICITUM esse uti matrimonio:

« 1^o *Prolis causa*; etsi haec non necessario debeat intendi dum exercetur: « dummodo positive non impediatur: imo « etiam aliquando simplici affectu licite excludatur, v. gr. a paupere, ne nimium prolibus gravetur.

« 2^o. Ad vitandum *periculum incontinentiae* in se vel comparte. Martinus Perez² ex Coninck, Pontio, Hurtado, etc.: « contra Sanchez, qui vult esse veniale^{a)}, « nisi tamen stimuli carnis aliter sedari « non possint ». — [Vide dicta n. 882, *Dubit. 1.* Idem enim fines, quos habere licet ad matrimonium contrahendum, cohonestant etiam petitionem copulae].

« 3^o. *Valetudinis causa* vel propter *alios fines extrinsecos*. Quia honestum ex

D. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. *Gulielm. Rhedon.*, Gloss. in Sum. S. Raym., lib. 4, tit. de Matrim., § 10, not. k, ad v. *Abstinendum*. — D. Anton., loc. cit. — ¹ Lib. 9, disp. 22, n. 11. — *Palud.*, in 4, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12). — *Silvest.*, v. *Debitum*, qu. 5, i. f. — *Angel.*, v. *Debitum*, n. 34. — *Roncagl.*, tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 3. — ² Disp. 49, sect. 2, n. 2 et 3. — *Coninck.* disp. 34, n. 6. — *Pont.*, lib. 10, cap. 8, n. 5. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 2, n. 3 et 4. — *Sanch.*, lib. 9,

« natura sua et relatum ad unum finem, « licite refertur ad alium isti non repugnantem; ut docent Sà^{b)}, Coninck, Laymann³, Martinus Perez⁴. Vide Diana⁵. « — Solius tamen *sanitatis causa* uti, « probabile est esse veniale; ut docent « S. Thomas, Henriquez^{c)}, Laymann⁶; « contra Martinum Perez⁷, etc. » [Vide n. 883, *Dubit. 2*].

928. - Hic quaeritur 1^o. *An aliquando vir teneatur petere?*

Per se loquendo, non tenetur petere. — Tenetur vero per accidens, nimirum si uxor tacite exigat, puta si ostendat aliquod indicium quo tacitam petitionem significet; quia in mulieribus, ob innatam earum verecundiam, talia signa habentur pro vera petitione. Ita communiter Sanchez⁸ et alii universe, ex D. Thoma⁹, ubi: *Quando... vir percipit per aliqua signa quod uxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet..., tenetur reddere.*

E converso, recte dicit Sanchez¹⁰ cum Soto et Palacios, ex eodem D. Thoma¹¹, non teneri mulierem reddere viro, nisi hic expresse petat. Cum enim non pudeat viros expresse exigere, bene possunt uxores praesumere quod viri expresse non petentes nolint ipsas obligare ad petendum; imo ego sentio nec posse, quia nequit maritus obstringere mulierem, ut cum tanta sua erubescencia debitum petat. — Recte tamen excipit Sanchez¹² cum S. Antonino^{a)}, Navarro, Silvestro^{b)} et Manuele, nisi talis erubescencia potius

Vir per se non tenetur petere.

Tenetur, si uxor tacite exigat.

Uxor non tenetur nisi vir expresse petat.

Exceptio quae raro accidit.

disp. 9, n. 4. — *Coninck.* loc. cit., n. 10. — ³ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 4. — ⁴ Disp. 49, sect. 2, n. 4. — ⁵ Part. 3, tr. 4, resol. 218. — *S. Thom.*, in 4, dist. 31, qu. 2, art. 2, ad 4. — ⁶ Loc. cit., cap. 4, n. 3. — ⁷ Loc. cit., n. 4. — ⁸ Lib. 9, disp. 2, n. 3 et 4. — ⁹ Suppl., qu. 64, art. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 5. — *Sotus*, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, v. *At vero duplex*. — *Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 1, v. *Scito tamen*. — ¹¹ In 4, dist. 32, art. 3, ad 2. — ¹² Loc. cit., n. 5. — *Navar.*, Man., cap. 16, n. 26. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 8.

927. - ^{a)} Sanchez vult esse veniale illi qui petit ad vitandam incontinentiam in se ipso.

^{b)} Sà, v. *Debitum conjugale*, n. 5, ait licitum esse, si fiat ad vitandum morbum.

^{c)} Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 5*, lit. z, dicit veniale esse, si ita fiat « sine necessitate ». — Et huic sententiae accedere videtur Laymann; dicit enim, *loc. cit.*, uti refert Busenbaum, probabile quidem esse usum conjugii, solius sanitatis tuendae causa exercitum,

venialem esse; sed contrarium non esse improbabile, et addit: « Id vero pro certo tenendum est, si aliud servandae sanitatis medium non suppetat, quod raro fit, tum nihil culpae esse ob hunc solum finem conjugio uti ».

928. - ^{a)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, capit. 20, § 7*, hoc sentire videtur, dicendo *non ita* teneri uxorem sicut virum, quia hi non ita verecundantur in hoc.

^{b)} Silvester, v. *Matrimonium VII, qu. 5*,

praesumatur aliquando (quod caeterum raro accidit) esse ex parte viri quam feminae; puta, si illa esset maximae auctoritatis aut ferae conditionis, et vir valde pusillanimis ac verecundus. — Regulariter tamen (bene subdit Sanchez) non tenetur uxor reddere ^{c)}, nisi evidenter ei constet de hac pusillanimitate et pudore mariti.

929. - Quaeritur 2^o. *An uxor teneatur aliquando petere debitum?*

Uxor ordinarie non tenetur petere.

Uterque tenetur in periculo incontinentiae alterius.

Certum est 1^o ordinarie non teneri uxorem ad petendum; quia hoc est mulieribus notabiliter inverecundum. Certum 2^o quod, cum alter conjux est in periculo incontinentiae, tam vir quam uxor tenetur petere, ad liberandum alterum a periculo. — Ita communiter Pontius¹; Sanchez² cum Soto, Adriano, etc.; ac Bossius^{a)} cum Filliuccio, Henriquez^{b)}, etc.

Sed Dubium fit: *an teneatur uxor tunc petere ex caritate vel ex justitia?*

Tunc uxor, juxta alios, tenetur ex justitia.

Prima sententia, quam tenent Pontius³; et Bossius⁴ cum Ledesma, Henriquez^{c)}, Adriano^{c)}, et Petro Soto^{c)}, dicit teneri ex justitia. — Ratio, quia, cum teneantur conjuges servare bonum fidei, quando alter est in periculo incontinentiae; tunc, esto non petat alter, ipsa tamen necessitas petit ut bonum fidei servetur vitando alterius incontinentiam: ideoque tunc potius est redditio quam petitio debiti. Confirmatur exemplo: si enim medicus teneatur ex contractu mederi aegroto, tenetur ex justitia exhibere ei medicinam, quamvis ille non petat. — Et huic sententiae videtur adhaerere D. Thomas⁵, ubi dicit: *Si aliquis per*

actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum; quia haec est quaedam redditio debiti, quae ad bonum fidei pertinet.

Secunda vero sententia, quae videtur probabilior, et quam tenent Sanchez⁶ cum Paludano et Durando^{d)}; ac Coninck apud Bossium⁷, dicit teneri tantum ex caritate. — Ratio, quia ubi nulla est petitio alterius conjugis expressa vel tacita, nulla adest obligatio justitiae ad reddendum. Ad bonum autem fidei matrimonii spectat quidem ut conjux non adulteretur, non vero ut avertat alterum ab adulterio: licet enim hoc etiam quodammodo pertineat ad bonum fidei, non tamen ita pertinet, ut stricte obliget ex justitia ad petendum. Et ideo a D. Thoma hujusmodi petitio non dicitur absolute redditio, sed *quaedam redditio debiti*; et hoc adducit S. Doctor tantum ad excusandum petentem, si petat ad vitandam incontinentiam in altero, non vero ad obligandum ut petat. — Nec obstat exemplum medici: medicus enim tenetur utique praebere medicinam infirmo non petenti; quia ex contractu se obligavit ad eum curandum. Conjux autem se obligavit ad non frangendam fidem; non vero ad impediendum alterum quominus fidem frangat.

Probat lius ex caritate tantum.

Ex hac sententia infertur quod conjux, cum non teneatur ex justitia, sed tantum ex caritate eo casu ad petendum, non tenetur petere cum magno incommodo. Hinc probabiliter tunc excusatur uxor a petendo, si in hoc magnam verecundiam subire deberet.

Excusatur in gravi incommodo.

Sanch., lib. 9, disp. 2, n. 5, i. f. — ¹ Lib. 10, cap. 2, n. 3. — ² Loc. cit., n. 6. - Sotus, in 4, dist. 32, art. 2; et dist. 31, art. 4, concl. 1, i. f. - Adrian., in 4, de Euchar., § *Restat jam videre*, v. *Ad rationes... Ad secundam*. — Fill., tr. 10, part. 1, n. 304. — ³ Lib. 10, cap. 2, n. 3. — ⁴ De Effect.

Matr., cap. 1, n. 21 et 25. — Petr. Ledesma., qu. 49, art. 5, dub. 2, concl. 2. — ⁵ Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — ⁶ Lib. 9, disp. 2, n. 7. - Palud., dist. 31, qu. 2, art. 3, v. *Dicendum quod verum* (n. 14). — Coninck, disp. 34, n. 13 et seqq. ⁷ De Effect. Matr., cap. 1, n. 22.

v. *Decimum*, scribit: « Idem judicium quantum ad hoc... est de muliere respectu viri, sicut de viro respectu mulieris ».

c) Nimirum viro non expresse petenti.

929. - a) Bossius, de *Effect. Matr.*, cap. 1, n. 17 et seqq., hoc quidem docet, cum duplici tamen limitatione: nimirum quando fornicatio aliter vitari posset, vel quando copulae oblatio non esset profutura, conjugem non teneri ad petendum.

b) Henriquez, lib. 11, cap. 15, n. 9; et lib. 12, cap. 2, n. 9, dicit eum qui vovit ca-

stitatem, licite eo casu petere; quia, ut ait, potius est reddere interpretative petenti; quod sane insinuat non solum posse, sed teneri etiam petere.

c) Henriquez, loc. cit.; Adrianus, loc. cit.; Petrus de Soto, lect. 14, de *Matr.*, v. f., ita sentire videntur, ut ait Sanchez, quatenus ajunt eo casu petitionem esse potius redditionem debiti.

d) Durandus, in 4, dist. 31, qu. 4, v. *Sed ista sunt dubia*, id videtur tenere, dum negat id esse debiti redditionem.

930. - Quaeritur 3^o. *An conjux prohibitus a petendo ratione voti, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis post matrimonium contractae, possit quandoque licite exigere debitum?*

Impeditus voto, affinitate, etc., potest aliquando petere.

Id admittunt communiter doctores ^{a)} cum Sanchez¹ (qui citat Joannem Andreae, Praepositum, Adrianum, Victoria, etc.), si adsit periculum incontinentiae in altero conjugue. — Imo dicunt Bossius²; et idem Sanchez³ cum Petro Soto, Henriquez^{b)}, Palacios, Angles, etc., tunc teneri petere; quia haec obligatio oritur ex ipsa institutione matrimonii.

Item admittunt etiam communiter S. Thomas⁴, Bossius⁵; et Sanchez⁶ cum Sà, Silvestro, Angelo, Turrecremata, Henrico, Ledesma, etc., posse conjugem impeditum petere, si alter interpretative exigat, nempe quando *mulier* (ut ait D. Thomas) *verecunda est, et vir sentit ejus voluntatem de debiti redditione*. Tunc enim potest conjux impeditus se offerre; quia tunc potius est reddere quam petere. — *Quoties autem liceat ei se offerre?* Ledesma^{c)} apud Sanchez^{c)} dicit hoc licere quater in mense; sed melius Bossius⁷, et idem Sanchez cum Victoria^{d)} dicunt id ex circumstantiis esse pensandum, nempe ex ma-

jori vel minori propensione alterius ad venerem.

Censent autem iidem Bossius⁸, et Sanchez⁹ cum Angelo, non licere marito voto impedito se ad coitum offerre, quando uxor ei concessit licentiam vovendi castitatem; quia tunc censetur ipsa cessisse juri suo, nempe quod vir in ejus gratiam debitum petat. — Nisi (excipiunt Sanchez et Bossius, contra Coninck et Palaum) uxor esset in periculo incontinentiae: quo casu dicunt quod vovens tenetur petere ex obligatione orta, ut supra dictum est, ex ipsa institutione matrimonii.

Secus, si uxor consensit voto.

Exceptio.

An autem liceat petere conjugi impedito, si ipse sit in periculo incontinentiae?

Affirmant Viguerius et Quintanadvenas, apud Bossium¹⁰: maxime si ille esset impeditus ratione affinitatis vel cognationis spiritualis, et commode non posset haberi dispensatio, essetque periculum in mora; quia lex ecclesiastica in tanto discrimine non obligat. — Negant vero Sanchez¹¹ cum Gutierrez et Covarruvias; et Bossius¹² cum Coninck, etc.; quia periculum incontinentiae est quidem justa causa dispensandi, non autem coeundi.

Probabiliter potest petere ob propriam incontinentiam.

Sed prima sententia, respectu ad impedimentum ab Ecclesia impositum, mihi

¹ Lib. 9, disp. 7, n. 5. *Joan. Andreae*, in cap. fin., de eo qui cognovit consang., n. 4. *Praepos.*, in id. cap., 3. *Adrian.*, in 4, de Euch., § *Restat jam videre*, v. *Ad rationes...* ad 2. - *Victor.*, Sum., de Matr., n. 293. — ² De Effect. Matr., cap. 1, n. 261. — ³ Loc. cit., n. 5 et 11. *Petr. de Soto*, lect. 14, de Matr., v. f. - *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 2, v. *Verumtamen casus*. *Angles*, Flores, de Matr., qu. 6, de Debito, art. 1, diff. 4, concl. 4. — ⁴ In 4, dist. 38, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 4. — ⁵ De Effect. Matr., cap. 1, n. 260. — ⁶ Lib. 9, disp. 7, n. 1 et 3. *Sà*, v. *Debitum conjugale*, n. 4. - *Silvest.*, v. *Matrimonium VII*, qu. 5, v. *Secundum ei Quartum*. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 5, n. 3; et v. *Matrimonium IV*, n. 6. - *Turrecr.*, in can. *Nos novimus*, caus. 17, qu. 2, ad 3.

Henric. Boich, in cap. *Rursus*, Qui clerici vel voventes, n. 4. - *Mart. Ledesma*, 2^a 4ⁱ, qu. 55, art. 1, v. *Sed haesitabis*. — *S. Thom.*, in 4, dist. 38, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 4. — ⁷ Loc. cit., n. 259. — *Sanch.*, loc. cit., n. 1, i. f. — ⁸ De Effect. Matr., cap. 1, n. 263. — ⁹ Lib. 9, disp. 7, n. 2. *Angel.*, v. *Matrimonium IV*, n. 7. — *Sanch.*, loc. cit., num. 5. — *Boss.*, loc. cit., num. 263. — *Coninck*, disp. 34, num. 49. — *Palaus*, tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 7, num. 8. — *Viguer.*, Instit., cap. 16, § 7, ver. 8, imped. 5. - *Quintanadv.*, tr. 9, singul. 12. — ¹⁰ Cap. 1, n. 262. — ¹¹ Lib. 9, disp. 7, n. 7. *Gutierr.*, Canon. quaest., lib. 1, cap. 23, num. 6 et 7. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, n. 5 et 6. — ¹² De Effect. Matr., cap. 1, n. 262. - *Coninck*, disp. 34, n. 49.

930. - ^{a)} Joannes Andreae et Praepositus loquuntur de affinitate; Adrianus vero et Victoria, sicut fere omnes auctores hoc numero citati, loquuntur de voto.

^{b)} Henriquez, *lib. 11, cap. 15, num. 9*; et *lib. 12, cap. 2, n. 9*, dicit posse petere, sed rationem quam adjicit, scilicet petitionem illam potius esse redditionem debiti interpretative petenti, satis innuit non solum posse sed etiam teneri petere; et idem notandum est de Turrecremata et Henrico Boich.

^{c)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 1, pro hac sententia citat Martinum de Ledesma; at profecto

non bene; Ledesma enim, loco a Sanchez citato, scil. *2^a 4ⁱ, qu. 66, art. 1, dub. 2*, non loquitur de voto; sed generatim negat esse semper mortale non reddere debitum: « ut si vir solet accedere ad mulierem quater in mense, et accessit jam quater in aliquo mense, et vult quinto accedere; si uxor nollet reddere quinto debitum, non videtur in hoc facere magnam injuriam viro, et licet male faciat negans viro debitum ».

^{d)} Victoria, *Sum.*, n. 293, i. f., dicit virum qui castitatem vovit, posse reddere non solum quando uxor petierit, « sed etiam quandocum-

non videtur improbabilis, si revera dispensatio brevi obtineri nequeat et magnum periculum sit in mora; idque magis firmatur ex Quaestione sequenti.

931. Quaeritur 4^o. *An liceat conjugi excommunicato petere debitum, et an petere ab excommunicato?*

Petere ab excommunicato, licitum.

Quod liceat conjugi *petere ab excommunicato*, certum est ex can. *Quoniam multos, caus. 11, qu. 3*, ubi D. Gregorius VII expresse id concedit.

An autem *liceat excommunicato etiam petere?* — Negat Glossa in can. *cit.*, v. *Uxores*, et aperte videntur consentire Archidiaconus, Silvester, Lopez et Tabiena^{a)}, apud Sanchez¹. Quia in bulla Martini V *Ad evitanda*, excommunicatis, quoad communicationem cum fidelibus, nullum privilegium conceditur.

Ipsi excommunicato verius licet petere.

Sed communiter et verius affirmant Suarez², Bonacina³; Sanchez⁴ cum Henriquez ac Ugolino; ac Bossius⁵ cum Paludano^{b)}, Sayro, Coninck^{b)}, Avila, Filliuccio, Gordon, etc. Ratio, quia lex ecclesiastica non obligat cum tanto periculo, in quo esset quidem excommunicatus, si ipse non posset separari ab altero conjugue (ut revera non potest), et non posset petere.

932. — « Quaeres: *An et quando liceant tactus, aspectus et verba turpia inter conjuges?*

Archid. Guido a Bajiso, in can. *Quoniam multos*, num. 1, in glos. *Sed numquid.* - *Silvest.*, v. *Excommunicatio V*, n. 4, v. *Secundo excusat.* *Greg. Lopez*, part. 1, tit. 9, ley 34, glos. 4. - ¹ *Lib. 9, disp. 14, n. 19.* - ² *De Censur.*, disp. 15, sect. 4, n. 9, v. *Major difficultas.* - ³ *Disp. 2, de Excom.*, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 20. - ⁴ *Loc. cit.*, n. 20. *Henriq.*, lib. 13, cap. 22, n. 2. *Ugol.*, de *Censur.*, tab. 2, cap. 23, § 6, n. 3. - ⁵ *Cap. 1, n. 282.*

que sibi videbitur honestum accedere ad eam». Ex quibus verbis Sanchez et Bossius dictum suum colligunt.

931. - ^{a)} Tabiena, v. *Excommunicatio I, n. 17*, de excommunicato dicit: « Reddere debitum exigenti debet; exigere etiam non puto mortale ». Quibus verbis, ait Sanchez, sentire videtur esse culpam venialem.

^{b)} Paludanus, in *4, dist. 18, qu. 6, art. 2*, v. *Lex (n. 3)*, quamvis a Bossio hic citetur, de sola tamen redditione debiti, ab excommunicato praestanda, loquitur: « Non solum quod vir uxori debitum reddat et e converso, quia hoc est juris divini, Ecclesia tollere non potest, maxime illi qui non peccavit, auferendo jus petendi; imo etiam in aliis domus obse-

« Resp. Tales actus per se iis licent: « quia cui licitus est finis, etiam licent « media; et cui licet consummatio, etiam « licet inchoatio. Unde licite talibus naturam excitant ad copulam. — Quod si « vero separatim et sine ordine ad copulam, v. gr. voluptatis causa tantum fiant, « sunt venialia peccata; eo quod, ratione « status, qui illos actus cohonestat, habeant jus ad illos. Nisi tamen, ut saepe « contingit, sint conjuncti cum periculo « pollutionis, aut conjuges habeant votum « castitatis: tunc enim sunt mortalia, ut « dictum supra *Lib. 3, tract. 4, cap. 2, dub. 1.* — Diana^{a)}.

« Unde resolves:

« I^o. Coniux *venialiter* tantum peccat:

« 1^o. Tangendo seipsum ex voluptate, « et tactum non ita expresse referendo « ad copulam; ut (contra Vasquez et alios) « probabiliter docet Sanchez⁶. — 2^o. Oblectando se veneree, sine periculo pollutionis, de actu conjugali cogitato, dum « abest compars vel actu exerceri non « potest. Filliucius, Laymann, Tanner, « Malderus cum Diana⁷; contra Navarum, Azor, etc.

« II^o. Peccat *graviter*:

« 1^o. *Vidua* quae se veneree oblectat « de copula olim habita; quia est illi illicita per statutum. — 2^o. *Bigamus* qui in « actu conjugali cum secunda exercito,

Quid de tactibus, aspectibus etc. inter conjuges.

Sayr., de *Censur.*, lib. 2, cap. 14, n. 4. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 5. *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 325. *Gordon*, lib. 7, qu. 10, n. 72. — *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 113, n. 4. — ⁶ *Lib. 9, disp. 44, n. 16.* — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 353. — *Laym.*, lib. 1, tr. 3, cap. 6, n. 12. *Tann.*, tom. 2, disp. 4, qu. 8, dub. 7, n. 140. — *Malder.*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 74, art. 10, qu. 11. — ⁷ *Part. 3, tr. 4, resol. 224.* — *Navar.*, *Man.*, cap. 16, n. 10. *Azor*, part. 1, lib. 4, cap. 6, qu. 8.

Quid de viduis et bigamis.

quiiis». — Et ita etiam Coninck, *disp. 34, n. 23*: « Nullo modo, inquit, excusat excommunicatio unius vel utriusque conjugis quin unus alteri omnia conjugalia obsequia debeat sicut prius ».

932. - ^{a)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 204*, id insinuat dum dicit esse licitum incipere tantum copulam, et eam imperfectam relinquere, dummodo non adsit periculum pollutionis. Sed, *resol. 217*, recitative dumtaxat refert sententiam Zanardi, negantis in *Direct. theolog. ac conf., part. 1, de Sacram. Matrim., cap. 41, qu. 27*, tactus, oscula, etc., inter conjuges cum periculo pollutionis esse mortalia in reddente, vel etiam in petente, si intendat copulam, vel si fiant ad fovendum amorem.

« repraesentat sibi priorem et de ea carnaliter delectatur; quia est permixtio cum aliena. — Laymann ^{b)}. Vide supra, « *Lib. 3, tract. 4, cap. 2*; et *Lib. 5, cap. 1, dub. 2, art. 2* ».

Et idem diximus *Lib. V, n. 24*, de sponsis, quibus illicitum est delectari de copula futura, etiam ex appetitu rationali, etsi non carnali.

933. - Quaeritur 1^o. *An sint mortales tactus et aspectus turpes inter conjuges propter solam voluptatem, sine ordine ad copulam, si non adsit periculum pollutionis?*

Affirmant S. Antoninus ^{a)}, Silvester, Margarita, etc., apud Sanchez ¹. — Quia (ut dicunt) omnis actus venereus, non relatus ad copulam conjugalem, est mortalis.

Negat vero sententia communis et verior. Eamque tenent Laymann ², Palaus ³, Lessius ⁴, Bonacina ⁵, Sporer ⁶; Sanchez ⁷ cum Abulensi, Victoria, Angelo, Armilla ^{b)}, Sà, Medina, Ledesma, etc.; Salmant. ⁸ cum Henriquez, Aversa, Perez et Diana; Bossius ⁹ cum Vasquez, Fagundez, Villalobos et Hurtado; ac Croix ¹⁰ cum Soto, Tolet, Cajetano, Coninck, Filliuccio et pluribus aliis. — Ratio, quia status con-

jugalis, sicut cohonestat copulam, ita etiam hujusmodi tactus et aspectus; alias enim, cum sit tanta inter conjuges societas, et ipsi multoties non possint coire, jugibus periculis essent expositi, si tales actus essent eis graviter illiciti. Sicut autem delectatio quaesita in copula culpam venialem non excedit, ita etiam in his tactibus et aspectibus. — Et hoc, etiamsi copula tunc ipsis esset vetita ob morbum, vel esset impossibilis ob impotentiam quae supervenisset; ut dicunt Sanchez ¹¹, Croix ¹²; et Bossius ¹³ cum Coninck, Fagundez, Aversa, Filliuccio, Villalobos, etc. Quia, cum copula sit licita inter conjuges, tactus inter ipsos non possunt esse graviter illiciti.

Secus vero dicendum, si conjux esset ligatus voto castitatis; quia tale votum excludit omnem voluptatem veneream, voluntarie captam. — Ita communiter Sanchez ¹⁴; et Bossius ¹⁵ cum Vasquez ^{c)}, Filliuccio, Coninck et aliis.

An autem *idem procedat, si conjux sit impeditus a copula ob affinitatem vel cognationem spiritualem contractam?*

Affirmat Aversa apud Bossium ¹⁶; quia cui vetita est copula, vetiti etiam sunt tactus, qui sunt dispositiones ad copu-

Nisi impediaturo copula voto castitatis.

Tactus et aspectus turpes inter conjuges sine ordine ad copulam, juxta alios, lethales.

Verius, veniales tantum.

Silvest., v. *Debitum conjugale*, n. 9. - *Marg. Confessorum*, Interrog. circa 6 praec., v. *Septimo*. - ¹ *Lib. 9*, disp. 44, n. 11. - ² *Lib. 3*, sect. 4, n. 12. - ³ *Tr. 28*, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 3. - ⁴ *Lib. 4*, cap. 3, n. 122. - ⁵ *De Matr.*, qu. 4, punct. 8, num. 12; cir. punct. 9, num. 6. - ⁶ *Part. 4*, cap. 2, n. 502. - ⁷ *Loc. cit.*, n. 12. *Abul.*, in *Matth.*, cap. 5, qu. 197, i. f. *Victor.*, Sum., n. 274. *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 26. *Sà*, v. *Luxuria*, n. 13. *Barth. Medina*, Sum., lib. 1, cap. 14, § 18. - *Mart. Ledesma*, 2^a 2^a, qu. 51, art. 6, prop. 8. - ⁸ *Tr. 9*, cap. 15, n. 84. *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 6. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, init. - *Perez*, disp. 54, sect. 2, n. 5 et 7. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 225. - ⁹ *Cap. 7*, n. 197 et 198. *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 113, cap. 2. *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 39;

et lib. 9, cap. 5, n. 13. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 42. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 10, num. 46. - ¹⁰ *Lib. 6*, part. 3, n. 341. - *Sotus*, in 4, dist. 31, art. 4, i. f. - *Tolet.*, lib. 7, cap. 25, i. f. *Cajetan.*, v. *Matrimonii peccata*, § *Duodecimum*. - *Coninck*, disp. 34, n. 114. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 354. - ¹¹ *Lib. 9*, disp. 44, n. 21 et 22. - ¹² *Lib. 6*, part. 3, num. 341. - ¹³ *De Effect. Matr.*, cap. 7, n. 199. *Coninck*, disp. 34, num. 115. *Fagund.*, Decal., lib. 9, cap. 6, n. 2 et 3. *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Quarto* et *Septimo*. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 355. - *Villal.*, part. 1, tract. 13, diff. 42, num. 2. - ¹⁴ *Lib. 9*, disp. 44, n. 25. - ¹⁵ *Cap. 7*, n. 201 et 202. *Fill.*, loc. cit., n. 350 et 355. - *Coninck*, disp. 34, n. 115. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Quinto*. ¹⁶ *Loc. cit.*, n. 200.

^{b)} Laymann, *lib. 1, tr. 3, cap. 6, n. 13*, de primo casu, scilicet de viduis, loquitur.

933. - ^{a)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 20, § 6*, plane innuit, negans esse peccatum si osculis vel amplexibus se excitet ad copulam, vel aliis tactibus, in quibus non quaerat delectationem propter se.

^{b)} Armilla videtur parum sibi consentire; scribit enim, v. *Debitum conjugale, n. 8*, quod si haec faciant cum cogitatione « de non consummando coitu, vel non sunt in loco apto ad consummandum illum actum, sed solum propter veneream delectationem hoc faciunt... tunc est mortale, quia omnis actus venereus,

qui non est coitus vel ad illum ordinatus actu vel habitu, inter conjuges est mortale ». Inferius tamen adducit Cajetanum negantem esse mortale, quando in hujusmodi tactibus nil aliud intenditur nisi delectatio, et periculum pollutionis in altero conjugum non est; secus vero si adsit periculum: de qua opinione Armilla dicit: « Et haec videtur bona resolutio, mihi que placet ».

^{c)} Vasquez, *in 1am 2ae, disp. 112, n. 9*, hic utique citatus a Bossio, habet tantum generale principium. Postquam enim dixit votum servandi castitatem solo opere exteriori non comprehendere delectationes internas,

Secus, si impediatur affinitate vel cognatione.

In praxi impeditus ordinarie absteineat a tactibus.

Etsi praevidetur pollutio, tactus turpes, iuxta alios, liciti.

lam. — Sed, negat Bossius¹ cum Fagundez, Filiuccio et Perez; quia lex prohibens copulam, cum sit poenalis aut inhibitiva, non est extendenda ad tactus. — Caeterum, in praxi, impeditus ordinarie se debet abstinere ab hujusmodi tactibus, praesertim turpibus, ob periculum proximum vel pollutionis vel petitionis copulae, contra prohibitionem petendo.

934. - Quaeritur 2^o. *Quid, si conjuges ex his turpibus actibus praevideant pollutionem secuturam in se vel in altero?* — Plures adsunt sententiae:

Prima sententia, quam tenent Sanchez^{a)}, Filiuccius², Viva³, Escobar^{a)}; Elbel⁴ cum Herincx^{b)}; et Sporer⁵ cum Perez^{a)} et Gobat, id excusat ab omni culpa, etiam in petente: si pollutio non

¹ Cap. 7, n. 200. - *Fagund.*, lib. 9, cap. 6, n. 4. - *Fill.* tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 355. *Perez*, disp. 54, sect. 3, n. 3. - ² Loc. cit., n. 356. - ³ De Matr., qu. 7, art. 4, n. 4. - ⁴ De Matr., n. 393 cum n. 392. - ⁵ Part. 4, cap. 2, n. 500. - *Gobat*, tr. 10, de Matr., n. 667. - ⁶ Tr. 28, disp. 3,

intendatur, nec adsit periculum consensus in eam; et modo tactus non sit adeo turpis^{c)}, ut judicetur inchoata pollutio (prout esset, digitum morose admovere intra vas femineum); ac praeterea adsit aliqua gravis causa talem tactum adhibendi, nempe ad se praeparandum ad copulam, vel ad fovendum mutuam amorem. — Ratio, quia tunc justa illa causa tales actus cohonestat, qui alioquin non sunt illiciti inter conjuges; et si pollutio obvenit, hoc erit per accidens. — Dicitur: *si adsit gravis causa*; nam si non adsit, praedicti actus non excusantur a mortali.

Secunda sententia, quam tenent Palaus⁶, Bossius⁷; et Salmant.⁸ cum Soto, Cajetano, Dicastillo, Ledesma^{d)}, Hurtado^{e)}, Aversa et communi (ut asserit),

punct. 4, § 2, n. 2. — ⁷ De Effect. Matr., cap. 7, n. 210 et 213. — ⁸ Tr. 9, cap. 15, n. 86. - *Sotus*, in 4, dist. 31, art. 4, i. f. *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Duodecesimum*; et v. *Osculum*. *Dicast.*, disp. 9, dub. 16, n. 182. *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Verum doctores*.

Conditio requisita.

Juxta alios tactus pudici lethales

addit: « Aliter autem dicendum esset cum quis vovisset castitatem absolute; sic enim suo voto comprehenderet etiam interiores delectationes, ac proinde illae essent contra virtutem religionis ».

934. - *a)* Sanchez, *lib. 9, disp. 45, n. 34 et seqq.*, distinguit reddentem a petente. Et negat *n. 34*, eo casu lethales esse tactus etiam impudicos in reddente, quia urgens videtur causa reddendi; nisi tamen adeo sint impudici ut videantur inchoata pollutio, et modo pollutio non intendatur, nec adsit periculum consensus in pollutionem. In petente vero, *n. 36*, esse lethales tactus impudicos cum periculo pollutionis, nisi conjuges in loco sint ut possint copula uti; amplexus vero, *n. 37*, et oscula, et alios tactus solitos exerceri inter conjuges ad fovendum mutuam amorem, et turpitudine carentes, minime damnandos esse de culpa lethali, ob periculum pollutionis praevisae, quando non nimia voluptas adest nec incitat. — Et idem tenet Escobar, *lib. 26, n. 206 et 207*; et Perez, *disp. 54, sect. 5, n. 4 et 5*, quamvis ultimus iste non loquatur de tactibus omnino impudicis in petente.

b) Elbel utique tenet hanc sententiam; sed Herincx quem pro ea citat, potius ei videtur contrarius; nam *disp. 7, qu. 7*, quaerit: « An conjugibus licita sint oscula, tactus, aspectus et verba amatoria, *secluso periculo pollutionis* »; et *n. 35* dicit: « Praedicta fiunt sine peccato mortali, etsi intendatur sola in illis voluptas et non sit animus exercendi actum conjugalem... Communiter tamen supponunt doctores esse peccatum veniale...: quamvis

difficultate non careat, si voluptas non sit immoderata... Quia vero in contactibus valde impudicis frequenter subest notabile periculum pollutionis, sunt isti omnino conjugibus dissuadendi, nisi intendatur copula, vel saltem sit animus eam petendi quando periculum advertitur: cui omnino tenerentur conjugati occurrere per copulam aut certe illud praecavere ». Et *n. 21*, absolute et sine limitatione docet « conjuges peccare graviter tangendo seipsos aut se mutuo, etiam consentientes, cum pollutione ».

c) Aliqui ex auctoribus citati hanc conditionem silentio praetermittunt; vel saltem de ea non loquuntur disertis verbis.

d) Petrus Ledesma, quidquid dicant Salmant., videtur potius tenere tertiam sententiam, scribit enim, *qu. 49, art. 6, concl. 8*: « Amplexus, oscula et alii tactus inter conjuges, cum periculo pollutionis extra vas, sunt peccata mortalia ».

e) Gaspar Hurtadus, *disp. 10, diff. 10, n. 45*, scribit utique: « Tactus turpes in conjugibus esse illicitos, imo mortales, quando est periculum effusionis seminis extra vas, si absque urgenti necessitate fiant ». Nec ponit alterum membrum distinctionis, sicut nec Dicastillus. — At Salmant. non citant Hurtadum, sed Henriquez, qui, *lib. 11, cap. 16, n. 6*, scribit: « Communiter est mortale... si osculis et impudicis tactibus irritent venerem cum periculo probabili pollutionis; nam licet dent operam rei de se licitae, tactus tamen actione morali incitant in pollutionem ». — Denique notandum venit quod Sotus et Cajetanus, ubi

distinguit. Et dicit esse mortalia tactus impudicos, si praevideatur pollutio ex eis provenienda; quia, cum hi proxime influant ad pollutionem, et non sint per se instituti ad fovendum affectum conjugalem, censentur voluntarii in causa. — Secus, si sint pudici, ut oscula et amplexus; quia actus isti per se inter conjuges sunt liciti, cum per se apti sint ad fovendum conjugalem amorem.

Juxta alios pudici et impudici, lethales.

Tertia sententia, quam tenet Diana¹ cum Praeposito et Villalobos, dicit tactus tam impudicos quam pudicos esse mortalia, si praevideatur periculum pollutionis. — Ratio, quia ideo tactus licent inter conjuges, in quantum quaeruntur intra limites matrimonii, et in quantum nihil sequitur repugnans fini et institutioni seminis; cum autem praevidetur seminis dispersio, licet non intendatur, qualescumque tactus sunt illiciti.

Juxta S. Doctorem, tactus turpes cum periculo pollutionis, lethales.

Limitatio.

His sententiis positus, puto probabilius dicendum quod actus *turpes* inter conjuges cum periculo pollutionis, tam in petente quam in reddente, sunt mortalia: nisi habeantur ut conjuges se excitent ad copulam proxime secuturam, quia cum ipsi ad copulam jus habeant, habent etiam jus ad tales actus, tametsi pollutio per accidens copulam praeveniat. — Actus vero *pudicos* etiam censeo esse mortalia, si fiant cum periculo pollutionis in se vel in altero, casu quo habeantur ob solam voluptatem, vel etiam ob levem causam. Secus, si ob causam gravem, puta si aliquando adsit urgens causa ostendendi indicia affectus ad fovendum mutuum amorem, vel ut conjux avertat suspicionem

Item, pudici, seclusa causa gravi.

¹ Part. 6, tr. 7, resol. 65. *Praepos.*, qu. 6, dub. 26, n. 187. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 42, n. 1. — ² Lib. 9, disp. 45, n. 34. — ³ Cap. 7, n. 211 et 213. — ⁴ Lib. 26, de Debito conjug., n. 207. — ⁵ Lib. 9, disp. 17, n. 5 (edit. Brixien., 1624; in aliis quibusdam edit. expunctum). —

ab altero quod ipse sit erga aliam personam propensus.

Probabiliter vero dicunt Sanchez², Bossius³ et Escobar⁴, in reddente, tactus etiam impudicos, nisi sint tales ut videantur inchoata pollutio, esse licitos, quamvis adsit periculum pollutionis in alterutro. Quia tunc reddens dat operam rei licitae, ad quam obligatur propter jus petentis: qui, tametsi peccet, non tamen jus amittit, cum culpa se teneat ex parte personae, juxta dicenda *ex n. 944*.

In reddente probabiliter non semper lethales.

935. — An autem sit semper mortale, si vir immittat pudenda in os uxoris?

Negant Sanchez⁵; et Bossius⁶ cum Filliuccio^{a)} ac Perez: modo absit periculum pollutionis. — Sed verius affirmant Sporer⁷, Tamburinius⁸; et Diana⁹ cum Fagundez: tum quia in hoc actu, ob calorem oris, adest proximum periculum pollutionis; tum quia haec per se videtur nova species luxuriae contra naturam (dicta ab aliquibus *irrumatio*): semper enim ac quaeritur a viro aliud vas, praeter vas naturale ad copulam institutum, videtur nova species luxuriae. — Excipit tamen Sporer¹⁰ cum Filliuccio^{b)} et Marchant^{b)}, si id obiter fiat; et hoc revera sentire videtur etiam Sanchez, dum excusat actum illum a mortali, si cesset omne periculum pollutionis. Excipit etiam Palaus¹¹, si vir hoc faceret ut se excitet ad copulam naturalem. Sed ex praedictis, neutrum admittendum puto.

Immissio pudendi in os verius semper lethales.

Eodem autem modo Tamburinius^{c)} damnat virum de mortali, qui in actu copulae immitteret digitum in vas praeposterum uxoris; quia (ut ait) in hoc actu

⁶ Cap. 7, num. 175 et 193. — *Perez*, disp. 49, sect. 8, n. 2 v. f. — ⁷ Part. 4, cap. 2, n. 498. — ⁸ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 33. — ⁹ Part. 6, tr. 7, resol. 7, v. *Quaerendum*. — *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 19; — ¹⁰ Loc. cit., n. 498, *Sanch.*, loc. cit. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 6.

dicunt oscula et amplexus, ceu amoris indicia, licita esse, non amplius loquuntur de periculo pollutionis.

935. — ^{a)} Filliuccius non videtur recte citari a Bossio; nam, *tr. 10, part. 1, n. 329*, videtur oppositum insinuare, et cum ipso S. Alphonso consentire, dum scribit: « Alii... tactus qui fierent circa corpus mulieris, nisi sit periculum pollutionis extra vas, vel pertineant ad sodomiam inchoatam, vel aliam

speciem contra naturam, sunt peccata ad summum venialia ».

^{b)} Filliuccius, *tr. 30, cap. 9, n. 195*, citat a Sporer, loquitur de osculis in partibus inhonestis; sicut pariter Jacobus Marchant, *Resol. pastor., ad 6 praec., coroll. n. 9*. Ceteroquin dictum est in nota a quid sentiat Filliuccius de casu praesenti; idemque tenet Marchant, *Resol. pastor., tr. 8, cap. 5, qu. 2^{bis} et 3*.

^{c)} Tamburinius, *loc. cit., n. 32*, loquitur

adest affectus ad sodomiam. — Ego autem censeo posse quidem reperiri talem affectum in illo actu; sed, per se loquendo, hunc affectum non agnosco in tali actu insitum. Caeterum, graviter semper increpandos dico conjuges hujusmodi foedum actum exercentes.

936. - Quaeritur 3^o. *An sint mortalia tactus turpes quos conjux habet cum seipso, altero absente, et secluso periculo pollutionis?*

Prima sententia negat: quam tenent Palaus ^{a)}, Escobar ¹; Bossius ^{a)} cum Perez, Hurtado et Ochagavia; ac Sanchez ² cum Paludano et Lopez; et pro hac sententia Salmant. ^{b)} citant etiam D. Thomam ^{b)}. — Ratio, quia hujusmodi tactus ab ipso statu conjugali cohonestantur, cum de natura sua ordinentur ad copulam; et ideo, secluso periculo pollutionis, non possunt esse in conjuge graviter illiciti, etsi copulam de praesenti ipse non posset consummare.

Secunda vero sententia, probabilior et in praxi omnino suadenda, affirmat. Et hanc tenent Laymann ³, Diana ⁴ (quamvis hic auctor sit valde benignus), Sporer ⁵ cum Armilla et Vasquez; ac Salmant. ⁶ cum Aversa, Sanctio, Salas, Montesino,

¹ Lib. 26, de Debito conjug., n. 201. - *Perez*, disp. 54, sect. 2, n. 6. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 10, n. 47. *Ochagav.*, tr. 5, qu. 12, i. f. — ² Lib. 9, disp. 44, n. 16. *Palud.*, dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 6 (n. 17). - *Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 87, i. f. — ³ Lib. 3, sect. 4, n. 12. — ⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 215. — ⁵ Part. 4, cap. 2, n. 503. *Armil.*, v. *Impudicitia*, n. 3. *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 113, cap. 2, n. 4. — ⁶ Tr. 9, cap. 15, n. 87. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Tertio*. - *Joan. Sanct.*, Select., disp. 21, n. 26. - *Salas*, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 6, sect. 19,

Dicastillo et Antonio a Spiritu S. — Ratio: tum quia conjux non habet jus per se in proprium corpus, sed tantum per accidens, nempe tantum ut possit se disponere ad copulam: unde, cum copula tunc non sit possibilis, tactus cum seipso omnino ei sunt illiciti. Tum quia tactus pudendorum, quando fiunt morose et cum commotione spirituum, per se tendunt ad pollutionem, suntque proxime connexi cum ejus periculo.

937. - Quaeritur 4^o. *An sit mortalis delectatio morosa in conjuge de copula habita vel habenda, quae tamen non possit haberi de praesenti?* Adsunt tres sententiae:

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Pontius ⁷, Wigandt ⁸ cum Silvestro; ac Vega ^{a)}, Rodriguez ^{a)} et Dicastillus, apud Salmant. ⁹ (qui probabilem vocant). — Ratio, quia talis delectatio est quasi inchoata pollutio: quae, cum eo tempore non possit haberi modo debito, omnino fit illicita.

Secunda vero sententia communior negat. Eamque tenent Bonacina ¹⁰, Escobar ^{b)}, Sporer ¹¹; Croix ¹² cum Suarez et Gersonio ^{c)}, Bossius ¹³ cum Filiuccio et Perez; et Sanchez ¹⁴ cum S. Antonino ^{d)}, Palu-

n. 129. *Montesin.*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 74, art. 8, qu. 5, i. f. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 16, n. 189. *Anton. a Spirit. S.*, Director. Confess., tr. 11, de Matr., num. 660. — ⁷ Lib. 10, cap. 16, n. 11. — ⁸ Tr. 4, n. 60. - *Silvest.*, v. *Delectatio*, qu. 2. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 16, n. 191. — ⁹ Tr. 9, cap. 15, n. 88. — ¹⁰ De Matr., qu. 4, punct. 8, n. 12. — ¹¹ Part. 4, cap. 2, n. 505. — ¹² Lib. 6, part. 3, n. 337. - *Suar.*, de Peccat., disp. 5, sect. 7, n. 9. — ¹³ Cap. 7, n. 215. *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 353. *Perez*, disp. 54, sect. 1, n. 7 et seqq. — ¹⁴ Lib. 9, disp. 44, n. 3.

utique de turpi hoc actu; sed simpliciter, et non tamquam comitante ipsam copulam.

936. - ^{a)} Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 5*, tenet potius cum ipso S. Alphonso; licet enim primam hanc sententiam censeat probabilem; de altera, quae dicit esse mortale, scribit: « Tenenda et consulenda » est. — Bossius etiam, *cap. 7, n. 205 et 207*, quamvis hanc primam probabilioris existimet, oppositam tamen valde probabilem appellat et in praxi suadendam.

^{b)} Salmant., *tr. 9, cap. 15, n. 87*, ex typographico mendo, quod in edit. Veneta irrepsit, videntur citare D. Thomam; sed revera citant Joannem Praepositum, in *3 P. Divi Thomae*, uti clare liquet ex editione Matritensi 1753. Et revera Praepositus, in *3am Part., qu. 6, dub. 26, n. 188*, opinionem hanc tuetur.

937. - ^{a)} Vega, *Summ. nueva, part. 1, cap. 81, cas. 2*; et Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 210, n. 3*, dicunt illam delectationem morosam esse illicitam; et videntur sentire eam esse lethaliter illicitam; sed a Salmant. citantur simpliciter, uti refert S. Alphonsus.

^{b)} Escobar, *lib. 26, n. 204*, loquitur de casu quo copula ob circumstantiam extrinsecam interdicitur; et ait delectationem de qua hic agitur, licitam esse. Sed, *n. 207*, loquens in generali de delectatione venerea conjugati, negat esse mortalem, secluso pollutionis periculo.

^{c)} Gersonius, *tr. de Pollut. diurna, not. 7*, negat delectationem hanc esse peccatum, scilicet mortale.

^{d)} S. Antoninus non videtur sibi satis consentire; licet enim, *part. 2, tit. 5, cap. 1,*

Tactus turpes conjugis secum, absente altero, juxta alios, non lethales.

Probabilis et in praxi suadendum, lethales.

Del mor conj copu prae juxta lethale

J alio lethale veni

dano, Cajetano, Vasquez, Armilla, Medina, Viguero ^{e)}, Tabiena et communi (ut asserit, utque fatetur etiam Pontius); item Coninck, Aversa, Gabriel ^{f)} et Diana, apud Salmant. ¹ (qui etiam probabilem putant).

Haec sententia dicit talem delectationem non esse mortalem, si absit periculum pollutionis, sed tantum venialem ^{g)}. Est *venialis*; quia ipsa caret debito fine, cum non possit ordinari ad copulam praesentem. *Non* autem est *mortalis*; quia delectatio sumit suam bonitatem vel malitiam ab objecto: et cum copula sit licita conjugatis, non potest esse eis graviter illicita illius delectatio. Et huic expresse favet id quod ait D. Thomas ², ubi: *Sicut carnalis commixtio non est peccatum mortale conjugato...; non... potest esse gravius peccatum consensus in delectationem quam consensus in actum.* — Idque admittit Sporer, etiamsi habeatur delectatio venerea orta ex commotione spirituum.

Tertia demum sententia quam tenent Salmant. ³, distinguit. Et dicit quod si delectatio sit absque commotione spirituum,

Palud., dist. 9, qu. 3, art. 1, concl. 1, v. *Sed maritus* (n. 7). *Cajetan.*, Sum., v. *Delectatio morosa*, § *Secundum...* *Tertio quod vir*, et in 1^{am} 2^{ae}, qu. 74, art. 8, ad 4. - *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 113, n. 2 et 3. - *Armilla*, v. *Delectatio*, num. 4, i. f. *Barthol. Medina*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 74, art. 8. - *Tabiena*, v. *Cogitatio morosa*, n. 10; et v. *Luxuriosus*, n. 9. - *Pont.*, lib. 10, cap. 16, n. 11, i. f. - *Coninck*,

non erit mortalis; secus, si cum commotione et titillatione partium.

Ego meum iudicium proferam. — Si delectatio habeatur non solum cum commotione spirituum, sed etiam cum titillatione seu voluptate venerea, sentio cum Concina ⁴ (contra Sporer, ut supra), eam non posse excusari a mortali; quia talis delectatio est proxime conjuncta cum periculo pollutionis. — Secus vero puto dicendum, si absit illa voluptuosa titillatio; quia tunc non est delectationi proxime annexum periculum pollutionis, etiamsi adsit commotio spirituum. Et sic revera sentit Sanchez ⁵ cum Vasquez; cum ibi non excuset delectationem cum voluptate venerea, sed tantum (ut ait) cum commotione et alteratione partium absque pollutionis periculo. At, quia talis commotio propinqua est illi titillationi voluptuosae, ideo maxime hortandi sunt conjuges ut abstineant ab huiusmodi delectatione morosa. — Item advertendum eam esse omnino illicitam in conjugate qui esset obstrictus voto castitatis; ut dicunt communiter Sanchez ^{h)}; et Bossius ⁶ cum Vasquez ⁱ⁾, Filiuccio ^{j)}, Coninck et aliis.

disp. 34, dub. 11, n. 113. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Admitti tamen*. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 200 et 224. - ¹ Tr. 9, cap. 15, n. 89. - ² De Malo, qu. 15, art. 2, ad 17. - *Spor.*, part. 4, cap. 2, n. 505. - ³ Tr. 9, cap. 15, n. 90. - ⁴ Diss. 4, cap. 9, n. 19. - *Spor.*, loc. cit., n. 505. - ⁵ Lib. 9, disp. 44, n. 4. - *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 113, n. 4. - ⁶ De Effect. Matr., cap. 7, n. 201. *Coninck*, disp. 34, n. 115.

Juxta alios, lethalis si cum titillatione partium.

Juxta S. Doctorem, lethalis, si cum titillatione.

Secus, si cum sola commotione spirituum.

At conjuges hortandi ut abstineant.

§ 6, i. f., negat esse mortale; attamen *part. 3, tit. 1, cap. 20*, § 6, mortale esse ait, si « conjux voluptatem praeventit et provocat diversis modis, ut manibus vel cogitationibus, vel utendo calidis et incentivis, ut possit pluries coire. Hoc tamen non simpliciter intelligendum est, sed quando in talibus praeparatoriis propter se delectatur... Idem videtur, si diu insistat in huiusmodi, non intendendo venire ad actum conjugalem, sed finem in his ponere ».

^{e)} Viguero, *cap. 3*, § 5, *ver. 5, v. f.*, de viduis et conjugatis in absentia alterius conjugis simul loquitur; at, quidquid dicat Sanchez, videtur tertiam amplecti sententiam: « Possunt in eis [copulis praeteritis] delectari speculative et formaliter consideratis. Practice autem, hoc est cum inclinatione ad novas similes, si ratio advertat et voluntas plene libera sit, efficiuntur mortales propter periculum voluntariae pollutionis aut incontinentiae, ad quam inducunt, maxime cum insurgunt motus partis sensitivae ».

^{f)} Gabriel a S. Vincentio, *disp. 7, qu. 14, n. 117*, negat delectationem huiusmodi malam esse.

^{g)} Auctores citati negant utique mortale esse; sed non omnes dicunt esse veniale.

^{h)} Sanchez, *lib. 9, disp. 44, n. 25*, ita profecto docet, quando votum est absolutum, scilicet quando conjux ratione voti interdicitur tum petitione tum redditione debiti.

ⁱ⁾ Vasquez male citatur a Bossio; nam in 1^{am} 2^{ae}, *disp. 112, n. 10*, loquitur de delectatione quam haberet cum muliere non sua conjugatus, qui vovit castitatem; sed forte ratio quam addit hic applicari potest; dicit enim: « Nam votum omnem talem actum sub se complectitur ».

^{j)} Filiuccio pariter, *loc. cit., num. 350*, rationem dumtaxat affert; dicit enim eum qui ante matrimonium vovit castitatem, mortaliter peccaturum quoties debitum petierit, « quia per illud vovens astringitur ad abstinentiam ab omni actu venereo ».

ARTICULUS II.

AN ACTUS CONJUGALIS SIT PRAECEPTUS ET DEBITUS.

938. *Conjuges per se tenentur reddere, et quandoque etiam petere.* — 939. *Tenentur etiam ad cohabitationem, nisi adsit justa causa excusans. Dub. 1. An possit vir expellere uxorem ob dotem non solutam. Dub. 2. An teneatur eam alere, non soluta dote. Dub. 3. An, si ipsa adulterium commiserit.* — 940. *De obligatione reddendi debitum. Qu. 1. An sit mortale negare debitum semel vel bis. Quid, si alter remisit petat vel si precibus cedat. Quid, si immoderate petat. Quid, si alter differat reddere ad breve tempus.* — 941. *Qu. 2. An multiplicitas filiorum possit esse causa justa negandi debitum.* — 942. *Peccat conjux reddens se impotentem.* — 943. *Qu. 1. An conjux teneatur reddere alteri illicite petenti.* — 944. *Dub. 1. Quid si culpa se tenet ex parte petentis, nempe si ille habeat votum castitatis, etc.* — 945. *Dub. 2. Quid, si petens sit incestuosus.* — 946. *Qu. 2. An conjux teneatur reddere petenti cum sola culpa veniali.* — 947. *Qu. 3. An liceat reddere vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam.* — 948. *An conjux teneatur et possit reddere, si mutuo cum altero voverit castitatem.* — *Quid, si alter sit amens vel ebrius.* — 949. *Incestuosus, et vovens castitatem non potest petere, sed tenetur reddere.* — 950. *Conjux non tenetur reddere cum gravi damno suo vel prolis. An teneatur reddere alteri laboranti morbo contagioso. Quid, si damnum sit leve, et alter sit leprosus. Quid, si damnum sit grave. Et an tunc possit reddere. Ex quibus causis possit conjux reddere cum gravi periculo salutis.* — 951. *An conjux possit reddere cum periculo prolis.* — 952. *An teneatur reddere uxor laborans febris, vel tempore menstrui aut praegnationis; aut si alter petat modo innaturali.* — 953. *Quid, si uxor experta sit in pariendo periculum mortis, vel filios parere mortuos.* — 954. *An aliquando liceat impedire generationem. Quando peccet uxor surgens aut mingens statim post copulam. Dub. 1. An puella oppressa possit statim expellere semen.* — *Dub. 2. An liceat copulari senibus vel infirmis, plerumque non valentibus seminare intra vas.*

Conjuges quomodo teneantur ad usum matrimonii.

938. - « Resp. I^o. Etsi conjuges nulla « lege obligentur ad usum matrimonii; « tenentur tamen per se ex justitia sibi « reddere debitum, si alter ab altero ex- « presse vel tacite (verecundia scilicet ob- « stante) petat. — Ratio prioris est, quia « non tenentur uti suo jure. Ratio po- « sterioris sequitur ex natura contractus « mutui. — S. Thomas¹, etc. communiter, « ex I Cor. vii.

« Unde resolves:

« 1^o. Neuter tenetur, per se loquendo, « ad petendum debitum. Etsi per accidens « aliquando teneatur, vel ex caritate, v. gr. « ad avertendum periculum incontinentiae « imminens conjugum: Martinus Perez² »; [Vide dicta n. 928 et 929.] « vel ex ju- « stitia legali, eo quod salus publica peri- « clitetur, nisi proles nascatur.

¹ In 4, dist. 32, qu. unic., art. 1 et 2. — ² Disp. 50, sect. 1, a n. 3. — ³ Lib. 9, disp. 4, n. 2. — ⁴ Disp. 34, dub. 2, n. 19. — ⁵ Disp. 50, sect. 3, n. 3. — ⁶ Loc. cit., n. 2. — ⁷ De Effect. Matr., cap. 6, n. 2 et 3. — ⁸ Lib. 9, disp. 4,

939. - « 2^o. Conjuges tenentur ad coha- « bitationem, nec potest alter ab altero « invito diutius abesse sine necessitate; « quia haec obligatio sequitur ex obliga- « tione reddendi debitum. — Sanchez³, « Coninck⁴, Perez⁵ ».

Certum est conjuges teneri ex obliga- tione justitiae ad cohabitandum in eadem domo, mensa ac toro. Vide Sanchez⁶ et Bossium⁷. — Hinc infertur neminem conjugum posse alio discedere, altero invito, ad longum tempus; ut habetur ex *cap. 1 de conjug. lepros.* Nisi adsint justae causae, nempe ob bonum publicum, vel ad alendam aut tuendam familiam, vel ad vitandum damnum ab inimicis; ut dicunt Sanchez⁸, Laymann⁹, Palaus¹⁰; et Bossius¹¹ cum Aversa, Villalobos et aliis.

Dicit autem Bossius^{a)} cum Toleto^{a)}

n. 12 et 13. — ³ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3, v. *Quartum corollarium.* — ¹⁰ Tr. 28, disp. 3, punct. 5, § 1, n. 3. — ¹¹ Cap. 6, n. 4 et 6. - *Aversa*, qu. 22, sect. 3, v. *Tertio.* - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 2.

939. - ^{a)} Bossius, *cap. 16, n. 12*, ita pro- fecto docet, quando scilicet vir in eodem loco moram tracturus est; secus vero, si debet de

loco in locum perpetuo transire. — At Toletus, quem pro se citat Bossius, scribit tantum, *lib. 5, cap. 2, n. 1.* « Cum spes redditus ablata

Tenentur ad cohabitationem seclusa causa justa.

et Sayro ^{a)}, quod si vir diu deberet alibi manere, teneretur, si commode potest, uxorem eo adducere ut secum cohabitaret. — An autem uxor teneatur sequi virum propter cohabitationem? Vide dicenda n. 977.

Quid de brevi peregrinatione unius altero invito.

Vir potest suscipere brevem peregrinationem devotionis causa, etiam invita uxore. Hoc tamen non potest uxor sine consensu viri, cum ipsa sit subjecta illius voluntati, et non deceat statum mulierum peregrinari.

Ita Sanchez ¹, Palaus ²; et Bossius ³ cum Laymann, Villalobos ^{b)}, Fagundez et Perez, ex D. Thoma ^{c)}.

Ex mutuo consensu quando possint separari.

Ex mutuo autem consensu, bene possunt conjuges invicem separari ^{d)}: modo absit periculum incontinentiae et nocuum proli educandae. — Sanchez ⁴; et Bossius ⁵ cum Filiuccio, Villalobos, Perez ^{e)}, Fagundez et aliis; ex illo Apostoli (I Cor. vii): *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas.*

¹ Lib. 9, disp. 4, n. 15. — ² Tr. 28, disp. 3, punct. 5 § 1, n. 3. — ³ De Effect. Matr., cap. 6, n. 8. — Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3, i. f. Fagund., Decal., lib. 4, cap. 7, n. 13 et 14. — Perez, disp. 50, sect. 3, n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 5. — ⁵ Op. cit., cap. 6, n. 18. — Fill., tr. 10, part. 1, n. 314. Villal., part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 2. Fagund., loc. cit., cap. 7, n. 7. — Panorm., in cap. Per vestras, de donat. inter vir. et uxorem, n. 4 et 9. — Armil., v. Dos,

Dubitatur 1°. *An liceat viro non cohabitare cum uxore, eamque expellere a domo, ob dotem promissam et non solutam?*

Affirmant Panormitanus, Armilla, Tabiena et Gomez, apud Bossium ⁶. Quia vir non tenetur alere uxorem si dos non sit soluta; ergo neque tenetur cohabitare: quamvis teneatur reddere debitum. — Sed negant probabilius et communius Sanchez ⁷, Palaus ⁸, Molina ^{f)}; Bossius ⁹ cum Rebello ^{g)}, Henriquez ^{h)}, Reginaldo, Villalobos, Fagundez, etc. Ratio, quia obligatio cohabitandi non oritur ex solutione dotis; sed ex ipsa lege naturali et divina, qua vir tenetur debitum reddere uxori, et ideo cum ea habitare. — Unde dicunt auctores praefati (contra tamen Molina et Rebillum) quod, etiamsi vir non adhuc uxorem traduxerit in domum suam, tenetur traducere, non obstante quod dos non fuerit soluta.

Dos promissa et non soluta probabilius non dispensat a cohabitatione.

Sed hic dubitatur 2°. *An vir teneatur alere uxorem, non soluta dote?*

Communiter negant doctores, si culpa promittentis intervenit. — Ita Sanchez ¹⁰,

n. 10. — Tabiena, v. Dos, n. 9. — Anton. Gomez, Comment. in leg. 50 Tauri, n. 31. — ⁶ Op. cit., cap. 6, n. 26. — ⁷ Lib. 9, disp. 5, n. 17. — ⁸ Tr. 28, disp. 3, punct. 5, § 2, n. 6. — ⁹ De Effect. Matr., cap. 6, n. 28. — Reginald., lib. 31, n. 304. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 44, n. 2. Fagund., Decal., lib. 4, cap. 10, num. 17. Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425, n. 4. — Rebello, part. 2, lib. 5, qu. 10, n. 29. — ¹⁰ Lib. 9, disp. 5, n. 2.

est, tenetur, si potest, uxorem extrahere ab illo loco, ut secum cohabitaret. — Et ita etiam Sayrus, *Clav., lib. 7, cap. 7, n. 9, i. f.*

^{b)} Villalobos, *part. 1, tr. 13, diff. 43, n. 3*, non satis recte citatur a Bossio; dicit enim dumtaxat virum, cum sit caput et praeses, posse libere domicilium eligere; uxorem vero minime, nisi propter necessitatem.

^{c)} D. Thomas, *Quodlib. 4, art. 11*, id significat, dicens consulendum non esse viro, ut crucem accipiat ad transfretandum, si uxor non possit eum sequi, vel si timeatur pro ejus continentia; secus vero, si possit sequi vel voluntarie continere proponat.

^{d)} Nimirum ex justa causa, ut addunt auctores citati.

^{e)} Perez, *loc. cit., sect. 3, n. 5*, id a contrario insinuat, scribendo: « Ordinarie loquendo non valere pactum inter conjuges juvenes nunquam cohabitandi..., quia permitti non debet conjuges juvenes separatos esse ob incontinentiae periculum ».

^{f)} Molina, *de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425,*

n. 4, tenet contrarium: « Potest, inquit, eam expellere ac mittere in domum parentum illius, ad effectum eam non sustentandi nec sustinendi onera matrimonii ». Sed inferius addit: « Dixi supra *neque illam adducere...* quoniam... ob non solutam dotem, non potest vir negare uxori debitum ac maritale consortium, sed solum sustentationem illius quae competentem famulatum includit ».

^{g)} Rebello quidem, *part. 2, lib. 5, qu. 10, n. 30*, dicit hanc sententiam « efficacioribus rationibus » confirmari; approbat tamen distinctionem juxta quam id non licet viro habenti unde uxorem sustentare possit; licet vero, si id non habeat.

^{h)} Henriquez, *lib. 11, cap. 16, n. 3*: « Post benedictionem et nuptias, tenentur vitam conjugalem agere, et ad petitionem unius compelletur alter per judicem cohabitare..., nisi... ob dotem non solutam ». Et *cap. 18, n. 2*: « Si tamen socer promissam dotem non vult aut non potest solvere, excusatur vir a receptione et sustentatione sponsae ».

Quando vir teneatur alere uxorem dotem non soluta.

Bonacina¹, Bossiusⁱ⁾; et Salmant.² cum Fagundez et Trullench, ac alii passim, ex leg. *Pro oneribus*, C. de jure dotium, ubi dicitur ideo constitui dos, ut ex ea vir uxorem alat^{j)}.

Excipe tamen 1°. Nisi vir duxerit sine promissione dotis. Sanchez³ cum Hostiensi, Praeposito et Silvestro; ac Salmant.⁴ cum Abbate, Molina, Bonacina, etc. — Excipe 2°. Si uxor sit in viri obsequio; tunc enim saltem ut famulam tenetur eam alere. Salmant.⁵ cum Abbate, Lupo, etc., apud Sanchez⁶. Qui tamen cum Surdo^{k)} et aliis id non admittit; quia (ut ait) uxor tenetur et dotem et obsequia praestare viro: unde non necessario alenda est, tantum obsequia praestando. Sed magis adhaereo oppositae sententiae; quia ipsum jus naturae dictat ut alas qui ad tibi famulandum se occupat. — Excipe 3°. Si uxor ex sua culpa cum viro non cohabit; secus, si ob justam causam. Salmant.⁷ cum iisdem.

Caeterum, quando sive vir sive uxor est vere pauper, puta si dos fortuito perit, tenetur alter alterum alere. — Sanchez⁸, Bonacina⁹; Salmant.¹⁰ cum Molina^{l)}, Trullench, etc., ex leg. *Si cum dotem*, § *Si maritus*, ff. *Soluto matrim.* Ibi: *Quid enim*

¹ Disp. 6, de 4° praec. Decal., punct. 7, num. 7. — ² Tr. 24, de 4° praec. Decal., n. 53. - *Fagund.*, Decal., lib. 4, cap. 10, n. 2. - *Trull.*, Decal., lib. 4, dub. 4, n. 11. — ³ Lib. 9, disp. 5, n. 8. - *Hostien.*, in cap. *Per vestras*, n. 6. - *Praepos.*, in id. cap., n. 2 et 5. - *Silvest.*, v. *Dos*, qu. 10, v. f. — ⁴ Tr. 24, n. 50. - *Abb. Panorm.*, in cap. *Per vestras*, n. 4. - *Mol.*, tr. 2, disp. 425, n. 4. - *Bonac.*, loc. cit., n. 9. — ⁵ Loc. cit., n. 50. - *Abbas*, Consil., part. 2, cons. 85, n. 2 et 3. — *Joan. Lupus*, Repetit. cap. *Per vestras*, notab. 3, § 1, n. 1. - ⁶ Lib. 9, disp. 5, n. 6. — ⁷ Tr. 24, de 4° praec. Decal., n. 51. — ⁸ Loc. cit., n. 10. — ⁹ Disp. 6, de 4° praec. Decal.,

tam humanum est quam, fortuitis casibus, mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse?

Hic autem notandum 1°. Quod, ob dotem non solutam, nequit vir debitum negare uxori. Sanchez¹¹ et Salmant.¹² cum Molina, Silvestro, etc. — Notandum 2°. Quod in *extrema* necessitate prius subveniendum est parentibus (qui diligendi sunt ratione principii) quam conjugii: ut D. Thomas¹³ et Salmant.¹⁴; cum Laymann, Bonacina, Palao, etc., apud Bossium. Et prius etiam filiis; cum ipsi sint pars parentis. Salmant.¹⁵ cum aliis. — In necessitate vero *gravi* prius succurrendum conjugii quam parentibus et filiis; quia quoad domesticam administrationem, major est conjunctio inter conjuges, cum ipsi sint una caro. Sanchez¹⁶, Bonacina^{m)}; et Salmant.¹⁷ cum Toletto^{m)}, Bañez^{m)}, Trullench^{m)} et aliis.

Dubitatur 3°. *An vir teneatur alimenta praestare uxori adulterae?*

Alii affirmant, ut Clarus et Antonius Gabriellius, apud Salmant.¹⁸; quia uxor adultera non desinit esse uxor. — Alii, ut Silvesterⁿ⁾, et Angelusⁿ⁾ ac Surdus, apud Salmant.¹⁹, negant, si adulterium est publicum; quia tunc potest vir uxorem e

punct. 7, n. 8. — ¹⁰ Loc. cit., n. 53. - *Trull.*, Decal., lib. 4, dub. 4, n. 11. — ¹¹ Lib. 9, disp. 5, n. 1. — ¹² Tr. 24, n. 52. - *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 425, n. 4. - *Silvest.*, v. *Dos*, qu. 10. — ¹³ 2^a, qu. 26, art. 11. — ¹⁴ Loc. cit., n. 51. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 3, n. 6. - *Bonac.*, loc. cit., punct. 7, n. 10. - *Palao*, tr. 6, disp. 1, punct. 10, num. 13. — ¹⁵ Loc. cit., num. 51. — ¹⁶ Lib. 9, disp. 4, num. 26. — ¹⁷ Tract. 24, num. 51. — *Jul. Clar.*, Sentent. receipt., lib. 5, § *Adulterium*, v. *Facta autem*. - ¹⁸ Tr. 24, num. 54. — *Surd.*, de Alimentis, tit. 1, qu. 118, num. 5. - ¹⁹ Loc. cit., n. 54.

ⁱ⁾ Bossius, cap. 6, n. 29, casu quo a promittente difficillime poterit dos extrahi, ait: « Ad summum sufficit viro denegare alimenta eidem uxori... Quamvis nec alimenta, saltem juxta aequitatem et honestatem, non videantur neganda ».

^{j)} « Pro oneribus matrimonii » dicit lex citata.

^{k)} Surdus male citatur a Sanchez; nam de *Alimentis*, tit. 7, qu. 17, num. 37 et 38 (citatur a Sanchez), Surdus aliorum sententiam refert; sed num. 41, ipse tenet contrarium: « Concludo, inquit, quod si maritus praestitit uxori alimenta, quamvis illa dotem non solverit, et tunc non repetit; si vero vult repellere et non praestare, et potest; aut vult

retinere in servitio, sed non alere: et non potest... Infertur ex hac conclusione, quod maritus, cui dos promissa non solvitur, non potest negare uxori alimenta, nisi illam expellat, vel si vult retinere in domo, non recipiat ab ea aliqua servitia vel obsequia ». Unde plane consentit cum ipso S. Alphonso.

^{l)} Molina, loc. cit., num. 4, non citatur a Salmant. pro casu praesenti.

^{m)} Bonacina, loc. cit., num. 10; Toletus, lib. 5, cap. 1, num. 6; Bañez, in *2am 2ae*, qu. 26, art. 11, concl. 2; Trullench, lib. 4, dub. 4, num. 12, silentio praetermittunt hoc assertum quod in necessitate gravi uxor praeferenda sit.

ⁿ⁾ Silvester, v. *Dos*, num. 16, § *Nonum*;

Dos non soluta non excusat redditio debiti.

In extrema necessitate prius subveniendum parenti et filii.

In gravi prius uxore.

Opinio de neganda alimentis uxori adulterae.

domo expellere. Secus, si occultum: tunc enim expellere nequit.

Probabilius vir non tenetur ea praestare.

Alii vero communius et probabilius, ut Sanchez¹; et Salmant.² cum Soto, Manuele, Fagundez et Trullench, negant teneri, sive adulterium fuerit publicum sive occultum. — Ratio, quia, adhuc concesso quod ob adulterium occultum uxor non posset expelli, ne ejus crimen prodatur, utque scandalum vitetur (in quo tamen quaestio est, vide dicenda *n.* 968); nihilominus ratio haec non militat in negatione alimentorum, quae sine scandalo et infamia uxoris negari possunt. — Idque dicunt esse probabile Salmant.³ cum Lara^{o)} et Surdo^{o)}, etiamsi uxor admiserit tantum oscula ab alio, modo sint notoria; vel si occulta, sint nimis lasciva, aut si uxor sit nobilis.

Peccatum negantis debitum.

940. — « 3^o. Peccat mortaliter qui con-
« jugi serio et instanter petenti debitum
« negat; quia est res gravis, et debetur
« ex justitia. — Intellige: nisi petens pre-
« cibus aut alia ratione honesta averti
« possit, et petitio non sit immoderata
« (nam, si saepe petenti semel vel bis
« negetur, citra periculum incontinentiae,
« videtur esse tantum veniale, ob levita-
« tem materiae; et aliquando, si nimis
« immoderate et justo saepius petat, nul-

lum, secundum Perez⁴⁾, nec sit alia
« justa causa negandi. Bonacina⁵, ex San-
« chez, Filliuccio, etc. — Justam autem
« (secluso periculo incontinentiae utrius-
« que) esse censet Martinus Perez⁶, si
« plures nascantur filii quam possint a-
« lere ».

Quaeritur 1^o. *An peccet graviter conjux negans debitum una vel altera vice?*

Prima sententia negat, modo absit periculum pollutionis. Et hanc tenent Pontius⁷ cum Sà^{a)}; Sanchez⁸ cum Ledesma; Bonacina⁹; ac Aversa, Hurtadus, Cornejo et Ochagavia, apud Bossium¹⁰. — Quia id non videtur materia tam gravis, ut culpam lethalem constituat^{b)}.

Negare semel vel bis, juxta alios, per se non lethale.

Secunda vero sententia, quam tenent Palaus¹¹, Tamburinius^{c)}; Bossius^{d)} cum Tanner; et Croix^{d)} cum Gobat, dicit, etiam negare semel, vel differre debitum serio et instanter petenti, per se loquendo esse mortale, adhuc remoto periculo pollutionis. — Ratio, quia hoc videtur materia satis gravis: tum ratione prolis, quae ex unica copula bene gigni potest; tum ratione discordiae et periculi incontinentiae quae ex tali negatione potest sequi.

Juxta alios, negare etiam semel serio petenti, lethale.

His tamen non obstantibus, prima sententia non videtur improbabilis; cum gravitas materiae pendeat ab hominum aesti-

Prior sententia non improbabilis.

¹ Lib. 10, disp. 8, num. 24 et 25. — ² Tr. 24, num. 55. — Sotus, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 3, dub. ult. — Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 238, n. 4. — Fagund., Decal., lib. 4, cap. 9, n. 23. — Trull., Decal., lib. 4, dub. 4, n. 14. — ³ Tr. 24, de 4^o praec. Decal., n. 55. — ⁴ Disp. 50, sect. 2, n. 3; et sect. 4, n. 3. — ⁵ De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 1. — Sanch., lib. 9, disp. 2, a n. 9. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 304. — ⁶ Disp. 50, sect. 4, n. 6. — ⁷ Lib. 10, cap. 2, n. 5. —

⁸ Loc. cit., num. 11. — Mart. Ledesma., 2^a 4ⁱ, qu. 66, art. 1, dub. 2. — ⁹ Loc. cit., num. 1. — Aversa, qu. 21, sect. 1, v. *Ex alia parte*. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 11, n. 51. — Cornejo, disp. 5, dub. 1, qu. 2. — Ochagav., tr. 5, qu. 1, num. 6. — ¹⁰ De Effect. Matr., cap. 1, n. 40. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 1, num. 5. — Tann., tom. 4, disp. 8, qu. 6, num. 26. — Gobat, de Matrim., part. 2, tr. 10, num. 611.

Angelus, *v.* Dos, *n.* 20, secundum dumtaxat membrum distinctionis habent.

^{o)} Antonius Corduba de Lara, *in leg.* Si quis a liberis, § Si quis ex his, ff. *de liberis agnosc.*, *n.* 77; Surdus, *de Alimentis*, tit. 7, qu. 16, n. 35, dicunt id locum habere, etiam in uxore quae in actibus lascivis, ut in osculis et amplexibus, est deprehensa; quod Salmant. probabile agnoscunt si oscula sint notoria; vel si occulta, sint nimis lasciva, aut uxor sit nobilis.

940. — ^{a)} Sà, *v.* Debitum conjugale, *n.* 18, hoc non habet, sed aliud quoddam quod hic etiam a Bossio asseritur.

^{b)} Aliqui ex citatis auctoribus negant esse mortale « raro » negare; et sunt Sanchez, Ledesma, Bonacina, Ochagavia; de quo Sanchez, Ledesma et Ochagavia exemplum affe-

runt: nempe si vir soleat quater in mense petere, non erit mortale si uxor quintum neget.

^{c)} Tamburinius, *Decal.*, lib. 7, cap. 3, § 5, primam sententiam tenet; quamvis enim *n.* 20 dicat: « Conjugi non adultero... serio petenti etiam semel negare vel differre conjugale debitum per se mortale est »; subdit tamen quasdam exceptiones, et quidem *num.* 22: « Quando eodem [incontinentiae] semoto periculo raro uxor denegat... Quare si quinquies soleat vir petere in mense uno, potest uxor semel non correspondere, ut etiam potest matutinae petitioni sero ad vespertas debitum reddere ». Quia « levis utraque negatio judicanda est ».

^{d)} Bossius, *cap.* 1, *n.* 41; Croix, *lib.* 6, *part.* 3, *n.* 391, concordant quoad negationem

matione, et tot graves doctores censeant hanc esse materiam levem: ipsimet autem id dicunt, supponendo quod absit periculum incontinentiae vel magni dissidii. Caeterum, procreatio prolis pro illa vice est valde incerta.

Benevole vel remisse petenti negans non peccat.

Conveniunt autem communiter non peccare ^{e)} uxorem negando, si vir benevole aut remisse petat. Ita Pontius¹, Bonacina², Croix³, Roncaglia⁴; Tamburinius⁵ cum Cornejo et Ochagavia; Laymann⁶; ac Bossius⁷ cum Soto, Rebello, Rodriguez, Henriquez ^{f)}, Reginaldo, Lopez ^{f)}, Fagundez ^{f)}, Hurtado, Villalobos, Aversa et Diana ^{g)}. — Idem, si conjux petens, adhuc instanter, cedat precibus negantis, qui neget cum justa causa; alias etiam venialiter saltem peccaret ^{g)}; ita Sanchez ^{h)} cum Navarro ^{h)}, Silvestro ^{h)}, Margarita ^{h)}, Philiarcho ^{h)}, etc. Nisi preces

Item, si petens cedat precibus justis.

¹ Lib. 10, cap. 2, n. 5. — ² De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 1. — ³ Lib. 6, part. 3, n. 391. — ⁴ Tr. 21, qu. ult., quaestiu. 2, resp. 1. — ⁵ Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 21. Cornejo, disp. 5, dub. 1, qu. 2, cas. 2 et 4. — Ochagav., tr. 5, qu. 1, n. 6. — ⁶ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 1. — ⁷ De Effect. Matr., cap. 1, n. 35. — Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2, object. Rebel., part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 2. Rodrig.,

essent ita importunae, ut alter quasi coactus videretur cedere; vel nisi adesset in altero periculum incontinentiae: tunc enim nec etiam precibus, sine causa gravi, liceret eum avertere. Ita Sanchez ^{h)} cum Navarro ^{h)}, Silvestro ^{h)}, Lopez ^{h)} et D. Thoma ^{h)}.

Praeterea non peccat negans, quando alter immoderate petit, sine tamen periculo incontinentiae. Et in hoc etiam omnes conveniunt: vide Bossium⁸. — Hinc dicunt Laymann ⁱ⁾, Croix⁹, Holzmann¹⁰; et Sporer¹¹ cum Rodriguez ⁱ⁾ et Glossa ⁱ⁾, non esse mortale ^{j)}, post tertiam copulam in eadem nocte habitam, negare quartam. — Imo addunt Tamburinius¹², Sporer ^{k)}; et Sanchez ^{k)} cum Ledesma ^{k)}, nec esse mortale petenti quinquies in mense negare semel. Sed huic non acquiesco: cum ex una parte, petere quinquies in mense sit

Limitationes.

Negans immoderate petenti, peccat.

Quando sit immoderate petiti.

Sum., part. 1, cap. 241, n. 1. — Regin., lib. 31, n. 282. Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 11, n. 51. Villal., part. 1, tr. 13, diff. 45, n. 3. Aversa, qu. 21, sect. 1, v. Ex alia parte. — ⁸ De Effect. Matr., cap. 1, num. 38. — ⁹ Lib. 6, part. 3, n. 396. — ¹⁰ De Matr., n. 468, v. Aller casus. — ¹¹ Part. 4, cap. 2, num. 513. — ¹² Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, num. 22.

debiti; et ita etiam Gobat. Sed quoad brevem dilationem, Bossius, *n. 37*; et Croix, *loc. cit.*, negant cum Tamburinio esse mortalem; uti notabit S. Alphonsus in fine hujus numeri.

^{e)} Multi ex allegatis auctoribus negant peccare lethaliter. Et aliqui (Roncaglia, Tamburinius, Ochagavia, Bossius) hanc sententiam limitant, nisi conjux ex verecundia ita remisse debitum petat.

^{f)} Henriquez videtur id innuere, *lib. 11, cap. 15, n. 7, i. f.*, ubi dicit petentem non semper intendere obligare. — Et ita etiam Ludovicus Lopez, *Instruct., part. 1, cap. 80*; Fagundez, *Decal., lib. 6, cap. 3, n. 49*.

^{g)} Diana, *part. 5, tr. 14, resol. 36*, recitative tantum refert verba Ochagaviae.

^{h)} Distinctius exponendum videtur hoc assertum cum sua duplici limitatione. Sanchez ergo, *lib. 9, disp. 2, num. 13*, scribit: « Quando... rogatus cedit facile jure suo, non est mortale negare ». Et paulo inferius: « Non esse mortale, quando conjux petens solis precibus avertitur... docent etiam Silv..., Navar... etc... Non debet autem conjux petens averti nisi ex causa, propter periculum incontinentiae; nec preces debent esse valde importunae, ne involuntarie et quasi coacte cedat ». — Navarrus autem, *Man., cap. 16, num. 25*, negat esse peccatum, si « petenti precibus contrarium suadeat; quae tamen non debent esse nimium importunae ». — Et ita etiam

Philiarchus, *part. 2, lib. 4, cap. 19, v. Quarto*; et Ludov. Lopez, *loc. cit., cap. 79, v. Peccat etiam*. — Silvester vero, *v. Debitum, qu. 8*, negat esse mortale debitum negare, si « subsit rationabilis causa, VEL [si]... precibus aut suasionibus eum avertat; quod tamen cum multa instantia fieri non debet, propter multa pericula ». — Idemque habet Margarita Confessorum, *Interrog. circa 6 praec., v. Octavo*. — S. Thomas denique, *in 4, dist. 32, qu. un., art. 2, solut. 1, ad 4*, scribit: « Non debet vir uxorem avertere ne petat debitum, nisi propter aliquam rationabilem causam; ET TUNC non debet cum magna instantia averti, propter pericula imminencia ».

ⁱ⁾ Laymann, *loc. cit., num. 1*; Rodriguez, *loc. cit., num. 1*; Glossa *in can.* Quoniam in Romani, *dist. 31, v. Opportuno*, habent quidem principium generale, sed non hoc exemplum.

^{j)} Croix, Holzmann et Sporer negant teneri tunc reddere; quo insinuant nullum in hoc esse peccatum.

^{k)} Sporer, *loc. cit., n. 513, i. f.*, hoc modo casum ponit: negat scilicet peccatum esse, « si conjux valde raro petit debitum, v. g., in mense quater, et quinta vice negatur ». — Sanchez autem, *lib. 9, disp. 2, n. 11*; Martinus Ledesma, *2^a 4ⁱ, qu. 66, art. 1, dub. 2*, in eodem casu negant peccari lethaliter, secluso periculo incontinentiae.

valde moderatum; et ex altera, negare semel in mense videtur materia sat gravis.

Item non videtur peccare ¹⁾ uxor, si differat reddere ad breve tempus, nempe usque ad noctem; ut Pontius ¹; Sanchez ² cum Victoria ^{m)}; Roncaglia ³; Sporer ⁴ cum communi; et Croix ⁵ cum Perez, Gobat ⁿ⁾ et Diana. — Vel, si a nocte differat ad mane; ut Bossius ⁶ cum Sanchez ^{o)}, Pontio ^{o)}, Victoria ^{m)}, Hurtado, Villalobos ^{o)}, Ledesma, etc.: excluso tamen semper periculo incontinentiae. — Non potest autem post copulam habitam in die negare in nocte.

941. - Quaeritur 2^o. *An sit justa causa negandi debitum, si plures nascantur filii quam conjuges possint alere?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Laymann ⁷, Roncaglia ⁸, Sporer ⁹ (qui excipit solum casum ^{a)} quo conjuges, multiplicata prole, ad extremam necessitatem redigerentur); item ^{b)} Palaus ¹⁰ cum Silvestro, Coninck, Navarro, Angelo, Rebello, Margarita, Lopez et Graffio. — Ratio: tum quia procreatio prolis spectat ad praecipuum finem matrimonii, cui postponendum quodvis incommodum: melius enim

est ut proles vivat inops, quam, ut omnino non sit. Tum quia aut conjux negaret diu, aut aliquando: si diu, exponeret alterum periculo incontinentiae: si aliquando, frustra negaret; nam conjuges rarius coeundo facilius concipiunt.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent ^{c)} Sanchez ¹¹, Pontius ¹², Diana ¹³; Bonacina ^{d)} cum Ledesma ^{d)}, Rodriguez et Sà; ac Bossius ¹⁴ cum Soto, Comitolo, Villalobos, Reginaldo, Hurtado et Fagundez. Et probabilem putant Tamburinius ^{e)} et Sporer. — Ratio: tum quia multiplicitas prolium futurarum cederet in nocumentum filiorum jam genitorum; tum quia in omnibus debitis magna difficultas excusat a solutione.

Conveniunt tamen omnes esse obligationem reddendi, si adsit in altero periculo incontinentiae: quod revera (ut bene advertit Coninck) vix non aderit, si in eodem toro conjux habitet, et alter debitum petat ^{f)}. — Et ideo prima sententia magis mihi arridet.

942. - « 4^o. Peccat graviter vir vel mulier, si se impotentem reddat, etiam « mediis alias licitis, v. gr. jejuniis, etc.,

Juxta alios, excusat.

Seculo periculo incontinentiae.

Prior sententia arridet Auctori.

Reddere se impotentem, invita parte, illicitum.

Timor nimis numerosae prolis, juxta alios, non excusat a redditione.

¹ Lib. 10, cap. 2, n. 5. — ² Lib. 9, disp. 2, n. 11. — ³ Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 2, resp. 1. — ⁴ Part. 4, cap. 2, n. 513. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 391, i. f. Perez, disp. 50, sect. 2, n. 3. — Diana, part. 5, tr. 5, resol. 14. — ⁶ De Effect. Matr., cap. 1, n. 37. Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 11, num. 51. — Mart. Ledesma, 2^o 4ⁱ, qu. 66, art. 1, dub. 2. — ⁷ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 16. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Part. 4, cap. 2, n. 516. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 9. Silvest., v. Debitum conjugale, qu. 8. — Coninck, disp. 34, dub. 3, num. 24. — Navar., Man., cap. 16, n. 25. Angel., v. Debitum conjugale, num. 15. Rebello., part. 2, lib. 2, qu. 16, num. 5. Margav. confessor., Interrogat. circa

6 Praec., v. Octavo. Ludov. Lopes, Instruct., part. 1, cap. 79, v. Peccat etiam. — Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 1. — ¹¹ Lib. 9, disp. 25, n. 3. — ¹² Lib. 10, cap. 3, n. 7. — ¹³ Part. 9, tr. 7, resol. 3. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241, n. 1, i. f. — Sà, v. Debitum conjugale, n. 18. — ¹⁴ De Effect. Matr., cap. 1, n. 220. Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, Dubium. — Comit., Respons. moral., lib. 1, qu. 136, n. 10, v. f. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 49, n. 2. — Reginald., lib. 31, n. 289. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 12, n. 54. Fagund., Decal., lib. 6, cap. 3, n. 49. — Sporer, part. 4, cap. 2, num. 516. — Coninck, disp. 34, dub. 3, num. 24, vers. finem.

¹⁾ Saltem mortaliter, uti dicunt auctores citati.

^{m)} Victoria, Sum., n. 275, principium generale habet, scilicet: non esse mortale si « per aliquod breve tempus differat ». Ex quo ipse Sanchez hoc exemplum colligit.

ⁿ⁾ Gobat, n. 614, id habet ex Perez, et quidem his verbis: « P. Perez est circa obligationem reddendi admodum benignus, dum practice sic scribit... ». Videtur tamen Gobat hanc doctrinam approbare; ex ea enim ipse colligit aliud quoddam suum assertum.

^{o)} Sanchez, loc. cit., n. 11; Pontius, lib. 10, cap. 2, n. 5; Villalobos, part. 1, tr. 13, diff. 45, n. 4, hoc exemplum omittunt.

941. - ^{a)} Eademque exceptionem habet Laymann.

^{b)} Rebello et Coninck expresse sic tenent;

ceteri vero auctores a Palao citati idem insinuant, dum indistincte affirmant esse peccatum mortale negare debitum, ne proles multiplicetur.

^{c)} Saltem negant esse mortale Bonacina, Rodriguez, Sà, Bossius, Sotus, Comitolo, Reginaldus, Hurtadus, Fagundez.

^{d)} Bonacina, de Matr., qu. 4, punct. 1, n. 13, limitat hanc suam sententiam, et negat esse justam causam debitum non reddendi, « si conjuges habeant facultates ad alendos filios quamdiu uterque vel alter eorum vixerit, licet post eorum mortem non supersit filiis quo se alant ». Eademque limitationem apponunt Ledesma, Villalobos et Reginaldus.

^{e)} Tamburinius, Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 23, simpliciter hanc sententiam tenet.

^{f)} Et hoc ei diu negetur, addit Coninck.

« invita comparte. — Imo, si aliter non « possit reddere debitum, licite non observat jejunia Ecclesiae [Vide dicta Lib. III, n. 1034, ad 4, v. Bene autem, ubi diximus id procedere de viro: nam uxorem, difficile videtur per jejunia fieri impotentem ad reddendum; ut Salmant. ^{a)}] « sicut et uxor, si notabiliter iis fiat de- « formior. — Bonacina ¹, Sanchez ², Reginaldus ^{b)}, Coninck, Filliuccius ³, etc., « Perez ⁴ ».

943. — « 5^o. Conjux tenetur reddere « debitum, quamvis illicite petenti, si red- « ditio hic et nunc non sit illicita, v. gr. « petenti voluptatis causa, vel ligato ca- « stitatis voto, vel die festo, etc. Vide « Sanchez ⁵, Pontium ⁶, Coninck ⁷, Perez ⁸. « Quia malitia alterius non dat illi jus « negandi quod suum est. — Non tamen « tenetur reddere petenti, sine gravi causa, « modo innaturali, vel in loco publico vel « sacro, etc. ».

Certum est conjugem non teneri ad reddendum debitum cum peccato proprio, et etiam veniali; cum nemo possit esse obligatus ad peccandum ^{a)}. — Ita commu-

niter Palaus ⁹, Bonacina ¹⁰, Laymann ¹¹, Sporer ¹², Bossius ¹³ et alii passim.

Sed quaeritur 1^o. *Utrum liceat reddere illicite petenti cum peccato mortali?*

Si culpa se tenet *ex parte actus*, puta, si alter petat in loco sacro vel publico, vel si cum periculo abortus, vel sanitatis propriae aut alterius: omnes conveniunt non teneri conjugem, nec posse reddere sine gravi culpa. Quia tunc, cum actus sit per se malus, alter injuste petit, eo quod non habet jus petendi. — Ita Sanchez ¹⁴, Pontius ¹⁵; Salmant. ¹⁶ cum D. Thoma ^{b)}, Coninck, Bonacina, Henriquez ^{c)}; et alii passim. — Sed

944. — Dubitatur 1^o. *Si culpa se tenet ex parte personae exigentis*, nempe si ille sit obstrictus voto castitatis, aut petat ob pravum finem, *an alter possit reddere?*

Prima sententia communis dicit non solum posse, sed etiam teneri ^{a)}. Et hanc sequuntur Suarez ¹⁷, Lugo ¹⁸, Contin. Tournely ¹⁹, Concina ²⁰, Laymann ²¹, Bonacina ²², Palaus ²³, Sporer ²⁴, Holzmann ²⁵, Elbel ²⁶; Escobar ²⁷ cum Silvestro ^{b)}, Coninck, Covarruvias et Henriquez; Sanchez ²⁸ cum

Redder petenti cum mortali e: parte actus illicitum.

Potent cum mortali ex parte personae:

Juxta: alios, debe reddi.

Quid de reddente illicite petenti.

Nullus tenetur reddere cum peccato proprio.

¹ De Matr., qu. 4, punct. 1, n. 3. — ² Lib. 9, disp. 3, n. 11. — Coninck, disp. 34, dub. 2, n. 18. — ³ Tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 306. — ⁴ Disp. 50, sect. 2, n. 7. — ⁵ Lib. 9, disp. 6, n. 7. — ⁶ Lib. 10, cap. 3, n. 3. — ⁷ Disp. 34, dub. 4, n. 31. — ⁸ Disp. 50, sect. 5, n. 4 et 11. — ⁹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 11, n. 1. — ¹⁰ Loc. cit., punct. 3, n. 4. — ¹¹ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 17. — ¹² Part. 4, cap. 2, n. 517. — ¹³ De Effect. Matr., cap. 1, n. 226 et 227. — ¹⁴ Loc. cit., disp. 6, n. 16; et disp. 16, n. 8. — ¹⁵ Lib. 10, cap. 3, n. 3. — ¹⁶ Tr. 9, cap. 15, n. 21. — Coninck, disp. 34, n. 27. Bonac., qu. 4,

punct. 3, n. 4, 6 et 10. — ¹⁷ De Censur., disp. 15, sect. 4, n. 9, v. *Major difficultas*. — ¹⁸ De Sacram. i. g., disp. 8, n. 182. — ¹⁹ Decal., de Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, qu. 3, v. *Secunda*. — ²⁰ De Matr., diss. 4, cap. 5, n. 2. — ²¹ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 17. — ²² De Matr., qu. 4, punct. 3, n. 2. — ²³ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 11, n. 3. — ²⁴ Part. 4, cap. 2, n. 517. — ²⁵ De Matr., n. 467, v. *Tertio*. — ²⁶ De Matr., n. 416. — ²⁷ Lib. 25, de Matr., n. 91. — Coninck, disp. 34, n. 26, 28, 30 et 31. Covarr., de Matr., part. 2, cap. 3, § 1, n. 8. Henr., lib. 11, cap. 15, n. 8. — ²⁸ Lib. 9, disp. 6, n. 7.

942. — ^{a)} Salmant., *tr. 23, cap. 2, n. 127*, hoc dicunt tum de marito tum de uxore.

^{b)} Reginaldus, *lib. 4, n. 221*, casum diversimode ponit: « Uxor, inquit, cujus jejunium viro catholico ingratum est; ideoque illam vexat clamoribus, jurgiis, dissidiis, ac etiam verberibus, ad vitandam talium malorum gravem molestiam, potest solvere jejunium ».

943. — ^{a)} Auctores hic citati, praeter Bossium, habent tantum id quod a S. Alphonso ponitur inferius, de casu quo culpa se tenet ex parte actus. At profecto uterque casus videtur eodem recidere.

^{b)} S. Thomas, *in 4, dist. 31, Exposit. text., i. f.*, non videtur ad rem, quamvis a Salmant. citetur ut refert S. Alphonsus.

^{c)} Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 7*, dicit conjugem a redditione debiti *excusari* ob periculum gravis morbi.

944. — ^{a)} Lugo, Continuator Tournely et Elbel praetermittunt obligationem reddendi, et solum dicunt posse reddere, quamvis Contin. Tournely rationem afferat quae insinuat etiam teneri ad reddendum: « In his casibus, inquit, gravior urget obligatio, quam vitandi scandali, cujus materia subministratur ».

^{b)} Silvester, *v. Matrimonium VIII, qu. 15, dict. 7*, aliud quoddam assertum habet, quod hic etiam ab Escobar ponitur. At *v. Matrimonium VII, quaer. 5, v. Sextum*, pro secunda sententia citatus, loquitur de utroque conjugum vovente, quos negat posse petere aut reddere. — Barthol. Medina male citatur a Sanchez; nam locus a Sanchez relatus non est ad rem, siquidem ibi, *Sum., lib. 1, cap. 14, § 6, fol. 68*, Medina dicit voventem petere non posse; sed si alter conjux petit, teneri voventem reddere debitum, idque sub poena mortalis peccati.

Angelo, Ledesma, Manuele, Petro Soto, Veracruz et Medina ^{b)}; Bossius ¹ cum Perez, Diana, Filiuccio et Villalobos; ac Salmant. ² cum Aversa ^{c)}, Rebello, Dicastillo ^{d)}, etc. — Ratio, quia conjux ille per votum non amisit jus petendi: unde, quamvis illicite, non tamen injuste debitum exigit.

Juxta alios, unde quaque sit peccatum, non licet reddere.

Secunda vero sententia, quam tenent Pontius ³; et Croix ⁴ cum Silvestro ^{b)}, Comitolo et aliis paucis, dicit quod, sive culpa se teneat ex parte actus, sive ex parte personae petentis, non licet ei reddere (nisi sit in potestate petentis ab illa prava circumstantia se liberare, puta si exigeret ob malum finem). — Ratio, quia, posito impedimento voti, actus conjugalis necessario est illicitus petenti, cui cooperari alteri non licet. Nec petens eo casu habet dominium in corpus alterius: tum quia dominium tunc est impeditum a voto; tum quia conjux non habet jus nisi ad usum licitum matrimonii. — Huic autem congruunt dicta *de Restit.*, n. 697, v. *Probabilissimum*, ubi dicunt Lugo ⁵, et Croix cum Lessio, Molina, Soto, Navarro, etc. ^{e)}, quod debitor non tenetur restituere domino rem qua ille est abusurus ad peccandum: quod expresse etiam tradit D. Thomas ⁶, ubi: *Quando res restituenda apparet esse graviter nociva ei cui restitutio facienda est..., non ei debet tunc restitui; quia restitutio ordinatur ad utilitatem ejus cui restituitur*. Dicit tamen Lugo ⁷ quod,

Angel., v. *Matrimonium III*, imped. 5, n. 5. - *Petr. Ledesm.*, qu. 53, art. 1, v. *Est tamen adhuc... concl. 2.* - *Man. Rodriguez*, Sum., part. 2, cap. 92, n. 4 (*al.*, cap. 90, n. 4). *Petr. de Soto*, lect. 16, de Matr., i. f. *Veracr.*, part. 1, art. 15, i. f.; et Append. ad art. 15, v. *Unum tamen*. — ¹ De Effect. Matr., cap. 1, num. 241. - *Perez*, disp. 50, sect. 5, num. 4, 9 et seqq. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 296. *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 307 et 309. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 47, n. 2. — ² Tr. 9, cap. 15, n. 18.

cum haec obligatio sit tantum caritatis, non obligatur debitor ad negandum, si non possit negare sine gravi incommodo.

Haec sententia est quidem probabilis. — Sed *prima* videtur probabilior, saltem extrinsece. Gravi utique nititur ratione; quia obstrictus voto adhuc retinet jus ad petendum, et consequenter tenetur alter ei reddere. Prout si quis votum emitteret non exigendi a te pecuniam debitam, si ille postea petit, teneris tu reddere; quia per votum creditor non amisit jus suum. Et eo casu tu reddendo minime cooperaris formaliter ejus peccato, cum non sis causa cur ille debitum exigit; sed tantum concurris ad materiale peccati, quod tu non potes impedire, cum debes rem suo domino reddere: et ideo nec teneris impedire, quia impediendo, actum injustitiae committeres. — Nec valet dicere quod nemo habet jus ad actum illicitum. Nam respondetur quod, esto conjux ille petens non habeat jus ad petendum cum peccato; habet tamen jus ad actum conjugalem, qui per se est honestus. Unde alter reddendo non peccat; quia dat operam, non alterius peccato, sed actui licito et ex justitia debito.

Haec sententia probabilis, prima probabilior.

Hinc dicunt Sanchez ⁸ cum Paludano, Henriquez, Manuele ^{f)} et Ledesma; ac Salmant. ⁹ cum Coninck et Bonacina, quod, licet conjux voverit ex consensu alterius, si tamen expresse non cessit juri suo petendi, etiam tenetur alter debitum red-

Rebel., part. 2, lib. 3, qu. 17, n. 10. — ³ Lib. 10, cap. 3, n. 3. — ⁴ Lib. 6, part. 3, num. 353. *Comitol.*, Respons. moral., lib. 1, qu. 136, n. 9, v. *Magis est*. — ⁵ De Just. et Jure, disp. 21, n. 26. — ⁶ 2^a 2^{ae}, qu. 62, art. 5, ad 1. — ⁷ Loc. cit., n. 26. — ⁸ Lib. 9, disp. 36, n. 11. *Palud.*, dist. 32, qu. 2, art. 2, concl. 3 (n. 20). - *Henriq.*, lib. 11, cap. 15, n. 8. - *Barthol. Ledesma*, de Matr., diff. 20, concl. 1. — ⁹ Tr. 9, cap. 15, n. 20. - *Coninck*, disp. 34, dub. 6, n. 53. - *Bonac.*, qu. 4, punct. 3, n. 7.

^{c)} Aversa male citatur a Salmant. Nam primo, *qu. 21, sect. 7, v. Septimo*, destruit principium generale; et admittit solum posse et teneri reddere, quando alter pravo fine petit. Deinde, *qu. 10, sect. 4, v. Quodsi*, adhaeret opinioni quae negat conjugem posse reddere quando alter sacrilege ob votum petit, modo tamen (explicat) « possit negare absque suo vel alterius gravi dispendio ».

^{d)} Dicastillus, *disp. 9, dub. 19, n. 243*, probabilissimum esse ait quod reddere possit; sed, *n. 244*, probabilissimam etiam ait Pontii

distinctionem, nempe: Si illicite petat ratione impedimenti a quo se liberare nequeat, ut est votum, affinitas, non licet reddere; si vero possit se liberare, ut si petat ob pravum finem, potest et tenetur reddere.

^{e)} Vide tamen pro Croix et ab eo allegatis auctoribus notam *d* ad dictum n. 697.

^{f)} Emmanuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 241, n. 14*, scribit utique: « Quando unus conjugum de consensu alterius promittit continentiam; qui consensit potest solvere ». Sed, *part. 2, cap. 92, num. 5*, oppositum omnino

dere. — Imo, etiamsi ad invicem voverint, non intendentes cedere juri suo ^{g)}, adhuc tenetur alter petenti reddere; ut dicunt iidem Salmant. ¹ cum Sanchez, Lessio, Bonacina et Henriquez.

Impeditus voto moneendus ut desistat, si fieri potest.

Bene tamen advertunt Sanchez ² cum Covarruvias ^{h)} et Adriano ^{h)}; ac Bossius ³ cum Coninck, Rebello et Villalobos, quod eo casu tenetur conjux monere petentem ligatum voto, ut a petitione desistat; modo possit monere sine timore magni dissidii, vel indignationis aut incontinentiae alterius: quae incommoda dicunt Sanchez et Bossius ut plurimum adesse. — Quando autem conjux praevidet quod alter impeditus voto vel alio impedimento illicite petet; tunc tutius erit ut ipse praeveniat, et si ille jam petierit, ipse tunc etiam petat, dicens: *volo ut tu mihi reddas*. Sed ad hoc merito ait Sanchez ⁴ uxores raro obligari; quia magnum onus esset eis, ob naturalem mulierum verecundiam, teneri ad semper petendum. — Praeterea advertendum cum Bossio ⁵ quod si conjux

Praevidens petitionem ab impedito, ipse petat.

In primo bimestrino, qui reddi impedito.

impeditus petat infra primum bimestre, non tenetur nec potest alter ei reddere ⁱ⁾, cum eo tempore ille non habeat jus ad petendum.

945. — Dubitatur 2^o. *An conjux possit et teneatur reddere debitum incestuoso petenti?* — Adsunt tres sententiae.

Alii, ut Hostiensis et Lopez, apud Bossium ⁶, dicunt teneri. — Alii, ut Pontius ⁷; et Palacios ac Petrus Ledesma, apud Sanchez ⁸, dicunt nec teneri nec posse. Quia, cum incestuosus sit privatus jure petendi; alter reddendo, illicite cooperaretur illius peccato.

Incestuoso, juxta alios, debet reddi.

Juxta alios, nequit reddi.

Alii vero communius et probabilius dicunt non teneri, sed posse ^{a)}. Ita Sanchez ⁹, Palaus ¹⁰, Bonacina ¹¹, Salmant. ¹²; Bossius ¹³ cum S. Antonino, Paludano, Silvestro, Laymann, Covarruvias, Victoria, Reginaldo, Villalobos, etc. — Ratio, quia, licet incestuosus sit privatus jure suo; conjux tamen innocens, cum habeat jus petendi, a fortiori habet jus reddendi. Alioqui grave onus deberet subire (maxime uxor), si

Probabilius potest, sed non debet.

¹ Tr. 9, cap. 15, n. 20. - *Sanch.*, lib. 9, disp. 37, n. 4. - *Less.*, lib. 2, cap. 40, dub. 15, n. 96. - *Bonac.*, qu. 4, punct. 3, n. 8. - *Henriq.*, Lib. 11, cap. 15, n. 8. — ² Lib. 9, disp. 6, n. 5. — ³ De Effect. Matr., cap. 1, n. 248. - *Coninck*, disp. 34, n. 30. - *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 17, n. 10. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 47, n. 2. — *Sanch.*, loc. cit., n. 5. — *Boss.*, loc. cit. — ⁴ Lib. 9, disp. 6, n. 5, v. f. — ⁵ Cap. 1, n. 252 et 273. — *Hostien.*, in cap. *Si vir*, n. 3, v. *Patrocinarum*, de cognat. spirit. *Greg. Lopez*, part. 4, tit. 2, ley 13, gloss. 9. ⁶ Cap. 1, n. 249. — ⁷ Lib. 10, cap. 3, n. 3. — *Mich. de Palac.*, in 4, dist. 34, disp. 2, v. *Quodsi objeceris*. - *Petr.*

Ledesm., qu. 55, art. 6, diff. 6, v. *His non obstantibus*. - ⁸ Lib. 9, disp. 6, n. 11. — ⁹ Loc. cit., n. 12. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 7. — ¹¹ Qu. 4, punct. 3, n. 3. — ¹² Tr. 9, cap. 15, num. 15. — ¹³ De Effect. Matr., cap. 1, n. 250. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. *Tertius casus*. *Palud.*, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 4 (n. 9). - *Silvest.*, v. *Luxuria*, qu. 4, v. *Quantum*. - *Laym.*, lib. 5, tract. 10, part. 3, cap. 1, num. 17. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, num. 5. *Victor.*, Sum., num. 288. *Regin.*, lib. 31, n. 292. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 47, num. 3.

tenet: « Si uxor voverat continentiam de consensu mariti, nec uxor poterit petere, nec ipse solvere, quia esset cooperari peccato ejus ».

^{g)} Haec tamen intelligenda sunt de casu quo uterque seorsum, sed de consensu alterius, castitatem voverit; si vero votum emissum fuerit ab utroque per modum reciprocae conventionis (quod est proprie vovere mutuo consensu), ita ut inter eos fuerit mutuum pactum: voveo ut voveas, neutrum posse reddere, ut ait Sanchez, *disp. 37, n. 10*, et indicat etiam Lessius. — Henriquez autem, licet primo intuitu contradicere videatur, re tamen vera ab hac sententia non dissentit, dicens: « Si post matrimonium uterque mutuo consensu emittat votum continentiae; primo neuter reddere tenetur nec licite potest..., quia uterque in favorem divini cultus aequae cessit jure suo ».

^{h)} Covarruvias, *de Matr.*, part. 2, cap. 3, § 1, num. 8, i. f.; Adrianus, *in 4, de Matr.*,

dub. 14, § Ad rationes, v. f., id potius supponunt quam expresse dicant. Covarruvias enim negat in his casibus uxorem mortaliter peccare ex cooperatione, « cum non cooperetur sponte sed coacte, nec possit ab hoc peccato virum avertere ». — Adrianus pariter: « Non omnis cooperatio facta alteri ad peccatum est consensus cooperationis... Sed spontanea cooperatio, et quae est causa peccati, dicitur consensus cooperationis, videlicet quando non cooperando potest prohibere vel revocare a peccato ».

ⁱ⁾ Bossius tamen, *n. 254*, dicit valde probabile esse quod potest reddere, quamvis dixerit oppositum esse magis commune.

945. - ^{a)} Bossius, *n. 250*, negat teneri reddere; et ita etiam S. Antoninus, Paludanus, Silvester, Covarruvias et Victoria. Posse tamen reddere valde probabile ait Bossius, *n. 254*; idemque satis innuit Reginaldus, *n. 293*. — Villalobos autem, *n. 3*, negat teneri, et *n. 4*, negat posse debitum reddere.

semper deberet petere; imo magnis scrupulis deberet angi, existimans ne forte moveatur ad reddendum ex tacita petitione alterius: hoc autem onus satis excusat a cooperatione ad materiale peccati quod committit incestuosus. — Tutius autem erit (ut diximus), ut conjux innocens tunc ipse petat.

946. - Quaeritur 2^o. *An petenti cum sola culpa veniali teneatur alter reddere?*

Alii affirmant, ut Bossius¹, Escobar², Sporer³; Sanchez⁴ cum Cajetano^{a)} et Petro Soto; Laymann⁵ cum Dominico Soto^{b)} et Navarro^{c)}; ac Bossius⁶ cum Coninck^{c)}, etc. — Ratio: tum quia vinculum justitiae, quo conjuges tenentur reddere, fortius stringit quam vinculum caritatis, quo tenentur vitare peccatum alterius; tum quia semper (ut ajunt) adest justa causa reddendi, scilicet ne exigenti displiceat, vel saltem (ut dicit Sanchez) ne privetur jure suo reddendi. — Alii tamen, ut Bonacina^{d)} cum Armilla^{d)}, dicunt non teneri, nisi adsit justa causa ex parte petentis.

Ego dico omnino distinguendum:

Si actus est illicitus ex parte *personae petentis*, puta si petat ob voluptatem vel alium finem leviter malum, vel die quo vult Eucharistiam accipere: tunc tenetur reddere. Quia, cum actus sit per se honestus, tenetur ex justitia ad reddendum,

etiamsi exigens peccet graviter in petendo; ut diximus *n. 944*, v. *Prima*.

Si vero actus est venialiter illicitus ex parte *ipsius actus* seu copulae, ut si petatur situ innaturali, vel tempore menstrui aut puerperii: tunc, quando adest justa causa, potest quidem reddere; cum quaelibet justa causa excuset a veniali. Justa autem causa erit v. gr., ne incurrat indignationem alterius sive rancorem illius quodammodo notabilem, et non possit eum commode avertere. Causa vero quam adducit Sanchez, nempe ne conjux privetur suo jure reddendi, non videtur sufficiens; nam sicut petens tunc non habet jus ad sic petendum, ita nec alter jus habet ad sic reddendum. — Dixi: *potest reddere*, sed non tenetur. Quia, licet vinculum justitiae fortius sit vinculo caritatis; attamen, cum actus sit tali modo per se illicitus, alter non habet jus ad illum: et sic respondetur ad rationem primae sententiae. Ita Busenbaum (ut supra, *n. 943*) ac Lessius⁷; item Palacios et Ledesma, apud Sanchez⁸. Et probabilem putat Croix^{e)} cum S. Antonino⁹: ubi ait tunc teneri conjugem ad reddendum, quando alter petit modo naturali; ergo, si innaturali, non tenetur. — Sane vero teneretur reddere, si petens haberet justam causam etiam ex sua parte sic petendi: puta si peteret copulam situ innaturali, eo quod uxor sit praegrans, aut ipse sit pinguis,

Si ex parte actus, potest reddere ex justa causa.

Sed non tenetur.

Nisi petens habeat justam causam.

¹ Cap. 1, n. 230. — ² Lib. 25, n. 93. — ³ Part. 4, cap. 2, n. 518. — ⁴ Lib. 9, disp. 6, n. 6; et disp. 16, n. 8, v. f. *Petr. de Soto*, lect. 16, de Matr., i. f. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 18. — ⁶ Cap. 1, n. 230. — *Sanch.*, lib. 9,

disp. 6, n. 6, i. f. — *Sanch.*, loc. cit. — ⁷ Lib. 4, cap. 3, n. 89, v. f. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 1, Casus 10. — *Barthol. Ledesma.*, de Matr., diff. 71, concl. 4. — ⁸ Loc. cit. disp. 16, n. 8. — ⁹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 7.

946. - ^{a)} Cajetanus, in *2am 2ae, qu. 154, art. 1*, v. *Ad secundum de modo*, tractat de casu speciali mutationis situs; et id « videtur sentire », uti prudenter loquitur Sanchez *disp. 16, n. 8*, quia objiciens non esse uxorem ad tales actus, id negat dicitque « quod uxor est uxor, ad omnem actum ex quo potest sequi generatio. Ex quo non dat tantam latitudinem in hujusmodi actibus, quamvis unus sit principalis ».

^{b)} Laymann citat Petrum, non vero Dominicum Sotum.

^{c)} Navarrus, *Man.*, cap. 16, n. 32, dicit reddi posse menstruorum tempore, si id recto fine fiat. — Coninck autem, *disp. 34, n. 27*, dicit posse reddi, quando copula illicita quidem est ratione alicujus indecentiae, sed negari non potest sine gravioris incommodi

periculo; et *n. 76*, addit teneri reddere tempore menstrui.

^{d)} Bonacina eandem distinctionem affert ac S. Alphonsus; nam, *qu. 4, punct. 3, n. 9*, ait esse reddendum si peccatum veniale se teneat solum ex parte personae petentis; non esse reddendum, si se teneat ex parte actus; hinc sequitur, addit *n. 10*, « conjugem non debere reddere debitum alteri conjugi qui petit modo indebito quoad situm, nisi adsit justa causa ob quam excusetur a petendo tali modo ». Et hic citat Armillam; qui, v. *Debitum, n. 7*, dumtaxat a redditione debiti excusat, « quando modo indebito exigitur, ut viro succubo et uxore incubata, vel alio modo periculoso de non generando, aut inhonesto, aut indebito tempore ».

^{e)} Croix, *lib. 6; part. 3, n. 356*, utramque

Petenti cum veniali, juxta alios, conjux debet reddere.

Juxta alios, non tenetur seculosa causa.

S. Doctor distinguit: si veniale est ex parte petentis, tenetur.

vel alioquin immineret periculum scandali (Vide dicta n. 917, v. *Hinc*). Vel, si petat tempore menstrui aut puerperii, cum periculo incontinentiae; juxta dicta n. 925, v. *Tertia*, in fine.

An autem conjux teneatur reddere petenti statim post prandium? Vide dicta n. 910, v. *Videtur*. — An, petenti die Communionis? Vide n. 922, ac in Tract. de *Euchar.*, n. 274. — An petenti in die festivo, jejunii et rogationum? Vide n. 923.

947. - Quaeritur 3^o. *An liceat uxori reddere debitum, vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Pontius¹, Tamburinius² et Sporer³. Quia (ut ajunt) cum mulier reddit aut petit, dat operam rei licitae; nec ipsa, propter malitiam viri, debet suo jure privari. — *Secunda* sententia, quam tenent Roncaglia^{a)} et Elbel^{a)}, dicit uxorem non posse nec petere nec reddere: nisi adsit gravis causa, quae ipsam excuset in permittendo peccatum viri et in cooperando ad materiale peccati illius. Alias tenetur ex caritate, cum possit sine gravi incommodo, viri peccatum impedire.

Ego tamen distinguendum puto:

Si agatur de *reddendo* debito, dico uxorem probabiliter posse et teneri negare debitum, si possit sine gravi incom-

modo: juxta secundam sententiam allatam n. 944; quia abusus re sibi debita non habet jus ad rem sibi vindicandam. — Sed probabiliter videtur uxor non solum posse reddere, ut dicit prima sententia, quam sequitur etiam Sanchez⁴, sed etiam teneri. Ratio, quia (juxta dicta citato n. 944) quando culpa se tenet ex parte personae petentis, cum ipse habeat jus ad copulam, nequit alter sine injustitia debitum negare, si non possit monendo a tali culpa illum avertere. Et tunc patet quod reddens ne materialiter quidem cooperatur peccato illius; cum non cooperetur seminationi extra vas, sed tantum copulae inceptae, quae per se omnino utrique est licita.

Si vero agatur de *petitione* debiti, dico cum secunda sententia uxorem non posse petere, si non adsit justa et gravis causa; tunc enim revera tenetur ex caritate impedire peccatum viri. — Justam autem causam habebit petendi, si ipsa esset in periculo incontinentiae; vel si deberet alias privari suo jure petendi plusquam semel vel bis, cum perpetuo scrupulo an ei sit satis grave incommodum vel ne tunc se continere. Vide dicta in pari casu, *Lib. II, n. 53, v. Affirmant*, in fine^{b)}.

948. - « 6^o. *Non tenetur reddere*: 1^o. Si « alter alteri *debitum remiserit*: v. gr. si « consensu mutuo voverint castitatem »,

Probabiliter tenetur reddere.

Sed non potest petere, seclusa gravi causa.

Causae excusantes a redditione debiti.

Volenti seminare extra vas:

Uxor potest reddere, juxta alios.

Juxta alios, nequit, seclusa gravi causa.

S. Doctor distinguit: uxor probabiliter potest negare debitum.

¹ Lib. 10, cap. 11, n. 8. — ² Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 4. — ³ Part. 4, cap. 2, n. 490, ad 1. — ⁴ Lib. 9, disp. 17, n. 3.

sententiam affert, nec de alterutra suum judicium interponit.

947. - ^{a)} Roncaglia hanc sententiam plane indicat, licet via contraria procedat: « Si vir post inceptam copulam (ita ille, *qu. ult., quaestiuinc. 10, resp. 2*) se retrahat, et seminet extra vas, non proinde impeditur femina a petendo vel reddendo, quoties illi grave sit se continere ». — Elbel pariter, n. 394 ait: « Reddere potest licite, si absque gravi incommodo, offensa, periculo rixarum aut incontinentiae (quod raro abesse solet in similibus casibus) illud declinare nequeat ».

^{b)} Ad quaestionem: an liceat uxori reddere debitum vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam? respondit pluries Sacra Poenitentiarum, et inter alia, 1 Febr. 1823: Cum in proposito casu, mulier a sua quidem parte nihil contra naturam agat detque operam rei licitae, tota autem actus inordinatio ex viri malitia procedat, qui

loco consummandi retrahit se et extra vas effundit; ideoque si mulier post debitas admonitiones nihil proficiat, vir autem instet, minando verbera, mortem aut alia gravissima mala, poterit ipsa (ut probati theologi docent) citra periculum permissive se habere; cum in rerum adjunctis ipsa sui viri peccatum simpliciter permittat idque ex gravi causa quae eam excusat; quoniam caritas, qua illud impedire tenetur, cum tanto incommodo non obligat. — Pariter 15 Nov. 1816: Probati castigatique morales theologi in hoc consentiunt, ut liceat uxori debitum reddere, si ex ejus denegatione male habenda sit a viro suo, et grave inde incommodum sibi timere possit; neque enim, ajunt, hoc in casu, censetur uxor viri sui peccato formaliter cooperari, sed illud tantummodo ex justa et rationabili causa permittit. Moneat tamen orator hujusmodi uxorem, ut non cesset prudenter commonere virum suum, ut ab hac turpitudine desistat.

[Sed oppositum est probabile, si non intenderint cedere juri suo; juxta dicta *n. 944*, v. *Hinc*] « vel auctoritate publica « celebrarint divortium. — 2°. Si petens sit « *amens*; quia talis non est capax usus « dominii, nec petit cum ratione et humano modo. Quod etiam valet in *ebrio*. « Simpliciter tamen uti petere, ita red- « dere licet tam ebrio quam amenti: nisi « esset periculum foetus enecandi. Na- « varrus ^{a)}, Silvester ^{a)}, Laymann ¹. — 3°. Si « alter *moechatus* sit; quia *frangenti fidem* « *fides frangitur eidem*: nisi tamen ipse « quoque sit adulter vel causa adulterii ». [Vide dicenda *n. 966*].

Quaeritur: *an conjux teneatur reddere debitum amenti vel ebrio?*

Juxta alios, conjux teneatur reddere amenti vel ebrio.

Affirmant Navarrus ²; et Silvester, Angelus, Graffius, Ledesma, etc., apud Bossium ³. — Quia conjux ebrius vel factus amens adhuc retinet dominium acquisitum in corpus alterius; nec officit amentia ad procreationem prolis.

Probabilius non teneatur.

Negant vero communissime et probabilius cum Busenbaum (ut supra), Laymann ⁴, Palaus ⁵, Bonacina ⁶, Sanchez ⁷, Concina ⁸, Croix ⁹; et Bossius ¹⁰ cum Soto, Coninck, Filliuccio, Victoria, Lopez, Henriquez, Reginaldo, Fagundez, Aversa, Hur-

tado, etc. Ratio, quia, licet isti dominium retineant, sunt tamen incapaces usus dominii. — Excipe 1°. Si in eis sit periculum prodigendi semen; quia tametsi ipsi non peccent, est tamen impediendus actus materialiter malus. — Excipe 2°. Si quis non esset universe amens, sed in una tantum vel altera materia ^{b)}. Sanchez ¹¹, Bossius ¹². Vel, si ille esset tantum fatuus, non vero omnino mente captus; vel si petat, dum habet lucidum intervallum ^{c)}. Bossius ¹³ cum Sanchez, Richardo et Coninck.

Exceptiones.

Quamvis autem non sit obligatio reddendi conjugi amenti vel ebrio; licitum est tamen ei reddere (ut communiter dicunt praefati auctores), cum usus matrimonii per se sit licitus, et proles educari possit a conjuge sanae mentis. Modo (intelligendum) absit periculum scandali vel abortus. Unde bene addunt Sanchez ¹⁴ et Bossius ¹⁵ quod non licet coire cum uxore amente furiosa, nisi ipsa experta sit sterilis. — Peccaret etiam qui conjungeret ad copulam conjuges ambos amentes; quia esset causa ut filii carerent debita educatione. Sanchez ¹⁶ cum Ledesma et Lopez; et Bossius ¹⁷ cum Bonacina ^{d)}, Coninck ^{d)}, Laymann ^{d)}, Dom. Soto, Filliuccio, etc.

Licitum est reddere amenti vel ebrio.

Conditiones et exceptiones.

¹ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 9. — ² Man., cap. 16, n. 27. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 1, v. *Secunda est Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 5. *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 4. — *Mart. Ledesm.*, 2^a 4ⁱ, qu. 60, art. 3, v. *An autem*. — ³ De Effect. Matr., cap. 1, n. 293. — ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 9. — ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 18. — ⁶ Qu. 4, punct. 1, n. 10. — ⁷ Lib. 9, disp. 23, n. 10 et 12. — ⁸ Diss. 4, cap. 8, n. 31. — ⁹ Lib. 6, part. 3, num. 394. — ¹⁰ De Effect. Matr., cap. 1, n. 294. *Sotus*, in 4, dist. 34, art. 4, *Aliud dubium*. *Coninck*, disp. 34, num. 80. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 338. — *Victor.*, Sum., n. 287. *Ludov. Lopes*, Instruct., part. 1,

cap. 82, v. *Ad haec furioso*. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 4, n. 5, lit. *b*; et cap. 15, n. 10. — *Regin.*, lib. 31, n. 347. — *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 48 et 50. — *Aversa*, qu. 21, sect. 7, v. *Tertio*. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 12, num. 55. — ¹¹ Lib. 9, disp. 23, n. 2. — ¹² Loc. cit., n. 297. — ¹³ Loc. cit., n. 298 et 299. — *Sanch.*, loc. cit., n. 3. — *Richard. de Medievilla*, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 2, i. f. — *Coninck*, disp. 34, n. 79. — ¹⁴ Loc. cit., n. 8. — ¹⁵ Loc. cit., n. 302. — ¹⁶ Lib. 9, disp. 23, n. 5. — *Petr. Ledesm.*, qu. 58, art. 3, dub. 2. *Ludov. Lopez*, loc. cit. — ¹⁷ Loc. cit., n. 303. — *Dom. Sotus*, in 4, dist. 34, qu. unic., art. 4, Dub., v. *Utrum autem*. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 338.

948. — ^{a)} Navarrus et Silvester melius citantur a S. Alphonso; dicunt enim necessario reddendum esse debitum conjugi fatuo vel furioso, quoties scilicet reddi potest sine periculo propriae personae. Et hanc limitationem etiam habent Angelus et Graffius infra citandi.

^{b)} Addit Sanchez: « Cum tamen circa matrimonium et alia sint sui compotes ». Itemque Bossius.

^{c)} Pro lucidis intervallis Bossius sententiam hanc ita limitat: « Dummodo tamen non timeatur periculum prolis ratione abortus vel defectus educationis, quod facile contingeret, si lucida intervalla essent rara, et subesset

probabile periculum perpetuae amentiae ». — Sanchez vero, de casu quo sunt rara lucida intervalla et adest periculum perpetuae amentiae, ait « judicandum esse ac distinguendum sicut de perpetua amentia unius aut utriusque conjugis ». — Coninck denique: « Quodsi lucida habeant intervalla, prudenti judicio videndum est an sine periculo prolis possint matrimonio uti, et secundum hoc judicandum an separandi sint necne ».

^{d)} Bonacina male citatur a Bossio; etenim, *qu. 4, punct. 1, n. 10*, ubi tractat de amentia alterutrius conjugis, omittit casum de quo in praesenti, scilicet de utroque amente. — Coninck autem et Laymann assertum innuunt;

Incestuosus et vovens castitatem quando prohibeantur a petendo.

949. - « 7^o. Etsi is qui, matrimonio con-
« tracto, sciens prudens voluntarie co-
« gnovit consanguineam uxoris in primo
« vel secundo gradu, non possit petere
« debitum », [Ex cap. 1, de eo qui cognov.
consang. Vide dicenda ex n. 1070.] « te-
« netur tamen reddere. — Idem est de eo
« qui, inscia comparte, vovit castitatem
« post matrimonium consummatum. Si
« tamen ante vovisset, videtur obligari ad
« ingressum religionis, saltem primo bime-
« stri (nisi tamen matrimonium consum-
« maverit); imo etiam post, si uxor consen-
« tiat. De quo plura vide apud Laymann¹ ».

Quando conjux excusetur a reddendo.

950. - « Resp. II^o. Conjux non tenetur
« reddere debitum, si inde grave damnum
« vel periculum sibi vel proli merito ti-
« meat. Perez². — Unde non tenetur se-
« quentibus casibus:

« 1^o. Si illud petat maritus morbo con-
« tagioso laborans^{a)}, v. gr. gallico, peste,
« lepra, etc. (nisi tamen haec ante matri-
« monium fuerit cognita, et non sit nimis
« gravis). — Bonacina³, Perez⁴, Sanchez⁵,
« Laymann⁶ ».

Quaeritur: *an conjux teneatur reddere debitum alteri laboranti aliquo morbo contagioso*, puta, lepra, peste, phthisi, morbo gallico et simili?

Conjux reddere tenetur cum levi suo damno.

Certum est 1^o. Conjuges teneri ad reddendum *cum levi suo damno*. Hinc enim praeponderat lex justitiae, obligans quidem sub gravi; cum redditio debiti gravis sit materia. — Ita communiter Sanchez⁷ cum Soto, Navarro^{b)}, etc.; ac Bossius⁸ cum Bonacina, Rebello, Villalobos, etc.

¹ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, a. n. 10. — ² Disp. 50, sect. 4, n. 1. — ³ Qu. 4, punct. 1, n. 8. — ⁴ Loc. cit., n. 4. — ⁵ Lib. 9, disp. 24, n. 14, 17, 18 et 22. — ⁶ Loc. cit., n. 5, et 6. — ⁷ Loc. cit., n. 2. - *Sotus*, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2. — ⁸ De Effect. Matr., cap. 1, n. 168. - *Bonac.*, loc. cit., n. 3 et 4. - *Rebel.*, part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 4. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 2. — ⁹ Suppl., qu. 64, art. 1, ad 4. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 32, art. 2, qu. 1. - *Richard. de Mediavilla*, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 2. — ¹⁰ Lib. 9, disp. 24, n. 15. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., n. 183. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5 et 6, ad III. — ¹³ Loc. cit., n. 17. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. *Quartus casus*. *Navar.*, Man.,

Unde dicunt D. Thomas⁹; et D. Bonaventura, Richardus et alii, apud Sanchez¹⁰, uxorem teneri ad reddendum debitum *viro leproso*; ex cap. 2, de conjug. lepros., ubi: *Quod si virum sive uxorem leprosum fieri contigerit, et infirmus a sano carnale debitum exigat; generali praecepto Apostoli, quod exigitur est solvendum: cui praecepto nulla in hoc casu exceptio invenitur*. Ratio, quia, cum copula brevi fit, non imminet ex ea periculum infectionis; et ideo ait D. Thomas¹¹: *Tenetur reddere..., non tamen... cohabitare, quia non ita cito inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione*. — Communiter tamen id limitant doctores. 1^o. Si ex tali coitu, judicio medicorum, adsit periculum infectionis notabiliter noxae. Ita Bossius¹² cum Laymann; et Sanchez¹³ cum S. Antonino, Navarro, Soto, Paludano, Cajetano, Victoria et aliis. — Limitant 2^o. Si conjux sanus tantum horroris habeat ad coeundum cum leproso, ut id sit ipsi moraliter impossibile: impossibilium enim nulla est obligatio ex leg. *Impossibilium*, ff. de divers. regul. juris. Ita Sanchez¹⁴; et Bossius¹⁵ cum Hostiensi, Panormitano, Silvestro, Pontio, Soto, Barbosa, Laymann, Filiuccio, Reginaldo, Villalobos, etc.

Hinc tenetur reddere leproso.

Limitationes.

Certum est 2^o. *Non teneri* conjugem reddere debitum *cum gravi periculo* propriae vitae aut sanitatis. — Ita D. Thomas¹⁶, ubi: *Vir tenetur uxori debitum reddere..., salva tamen prius personae incolumitate*. Et ita communiter omnes (vide Sanchez¹⁷). Ratio, *quia* (ut ait D. Thomas

Non tenetur reddere cum suo gravi periculo.

cap. 16, n. 25. *Sotus*, in 4, dist. 32, art. 1. - *Palud.*, in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 1 (n. 6). *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii usus*, v. *Primus est*. - *Victor.*, Sum., n. 275, v. f. — ¹⁴ Lib. 9, disp. 24, n. 21. — ¹⁵ De Effect. Matr., cap. 1, num. 194. - *Hostien.*, in cap. 2, de conjug. lepros., i. f. - *Panorm.*, in cap. 2, eod., n. 5. - *Silvest.*, v. *Lepra*, n. 3. *Pont.*, lib. 10, cap. 14, n. 4. - *Sotus*, loc. cit. *Barbos.*, Collect. in cap. 2, de conjug. lepros., n. 5. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6, ad II. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 340. *Regin.*, lib. 31, n. 284. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 3. — ¹⁶ Suppl., qu. 64, art. 1. — ¹⁷ Lib. 9, disp. 24, num. 2.

et quidem Coninck, *disp. 34, n. 79*, scribens: « Si uterque conjux sit omnino amens, illicitus est inter eos usus conjugii ob periculum quod proli imminet, quia eam non possunt bene educare; et quia tales vix ut decet matrimonio uti possunt: quare omnino separandi sunt ». — Laymann vero, *lib. 5, tr. 10, part. 3,*

cap. 1, n. 9: « Si uterque conjux, inquit, in amentiam incidat, separandi sunt donec ad mentem redeant ».

950. - ^{a)} Bonacina, Perez et Sanchez id limitant ad periculum propriae infectionis.

^{b)} Navarrus, *Man., cap. 16, n. 25*, via contraria procedit: « Non tenetur reddere,

hic est ordo naturalis, ut prius aliquid in seipso perficiatur, et postmodum alteri de perfectione sua communicet; et hic est etiam ordo caritatis, quae naturam perficit.

Nec potest, cum tali periculo suo vel petentis.

Certum est 3°. Conjugem non solum non teneri, sed *nec etiam posse reddere cum gravi periculo suae salutis*; quia nemo est dominus vitae suae. Ita communiter Palaus¹, Pontius²; Sanchez³ cum Soto, Cajetano, Armilla, Ledesma, etc.; ac Bossius⁴ cum Laymann, Coninck, Filliuccio, etc. — Et hoc, etiamsi illud grave damnum immineret soli petenti; ut dicunt Sanchez⁵; et Bossius⁶ cum Soto, Armilla, etc. Eo enim casu, reddens tantum excusari posset, si ab altero timeretur proximum periculum occisionis. — Limitant vero Sanchez⁷ cum Ledesma, Palacios, Vega, Manuele, etc.; ac Laymann, Azor, Filliucius, apud Bossium⁸, si conjux sanus ante matrimonium jam noverit alterius morbum contagiosum; quia (ut ajunt) in omnibus contractibus, quando detegitur vitium rei, non minus obligantur contra-hentes quam si res vitio careret. Sed merito hanc limitationem rejiciunt Palaus⁹; et Angles ac Villalobos, apud Bossium¹⁰;

Quaedam limitatio rejicitur.

quia emens rem quam scit vitiosam, cedit juri suo, cui bene cedere potest: sed conjux (ut dicimus) non potest cedere juri servandae suae salutis.

Probabiliter tamen *poterit* conjux reddere alteri infecto, etiam cum periculo gravi propriae sanitatis:

Aliae limitationes probatae.

1°. Si proles sit necessaria ad bonum commune. — Sanchez¹¹ cum Ledesma; nemine contradicente, ut asserit.

2°. Si conjux infectus petens esset in probabili periculo incontinentiae. — Nam, licet sanus nec etiam eo casu teneatur reddere cum periculo suae sanitatis, ut dicunt Laymann¹², Pontius¹³, Sanchez¹⁴; Bossius¹⁵ cum Majore, Reginaldo, Comitolo et Villalobos^{c)}; ac Palaus¹⁶ cum Coninck — contra Gabrielem^{d)}, Ledesma et Rodriguez^{d)} —: tum quia caritas non obligat cum tanto onere; tum quia alter non est in extrema necessitate, cum possit aliter sibi subvenire: attamen licite potest reddere, et tale periculum subire ex motivo caritatis. Quia, esto homo non sit dominus suae vitae, potest tamen propter caritatem illam exponere; ut Pontius^{e)}, Sanchez¹⁷, Bonacina^{f)}; et Bossius¹⁸ cum Majore^{f)}, Villalobos, Coninck, Aversa,

¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, num. 4. — ² Lib. 10, cap. 14, n. 3. — ³ Lib. 9, disp. 24, n. 8. - Sotus, in 4, dist. 32, art. 1, concl. 2. *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, v. *Quartum caput*. *Armilla*, v. *Matrimonium*, n. 68. *Mart. Ledesma*, 2^a 4ⁱ, qu. 66, art. 1, v. *Sed in oppositum*. — ⁴ De Effect. Matr., cap. 1, n. 169. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5. *Coninck*, disp. 34, n. 20. *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 339. — ⁵ Lib. 9, disp. 24, n. 9 et 10. — ⁶ Loc. cit., n. 209. - *Sotus*, in 4, dist. 31, art. 3, v. *Quodsi rursus*. *Armilla*, v. *Matrimonium*, n. 67. — ⁷ Loc. cit., n. 22. - *Petr. Ledesma*, qu. 64, art. 1, diff. 2, concl. 2. - *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 1, v. *Caeterum haec exactio*. *Vega*, Sum. nueva, part. 1, cap. 78, cas. 3, v. f. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 2. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6, v. *Porro*. - *Asor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 20. -

Fill., tr. 10, part. 1, n. 340. — ⁸ Loc. cit., n. 188. — ⁹ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10. - *Angles*, Flores, de Matrim., qu. 6, de solvendo debito, art. 1, diff. 1. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 48, num. 2. — ¹⁰ De Effect. Matr., cap. 1, num. 189. — ¹¹ Lib. 9, disp. 24, n. 11. *Petr. Ledesma*, qu. 64, art. 1, diff. 2, concl. 4. — ¹² Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5. — ¹³ Lib. 10, cap. 14, n. 2. — ¹⁴ Loc. cit., n. 12. — ¹⁵ Loc. cit., n. 204 et 205. *Major*, in 4, dist. 32, qu. 1, v. *Contra 3am conclus.* *Regin.*, lib. 31, n. 283. - *Comitol.*, lib. 1, qu. 136, n. 4 et seqq. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 4. *Coninck*, disp. 34, num. 21. *Petr. Ledesma*, loc. cit., diff. 2, concl. 3. — ¹⁷ Lib. 9, disp. 24, n. 12. — ¹⁸ Loc. cit., n. 206. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 4. - *Coninck*, loc. cit. num. 21. *Aversa*, cap. 21, sect. 7, v. *Primo et Secundo*.

inquit, ... quando probabiliter timeret incurrere ob id mortem aut gravem infirmitatem ».

^{c)} Villalobos, *diff. 48, n. 4*, id habet ex alio auctore, quem non reprobat.

^{d)} Gabriel Biel, *Suppl. in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, i. f.*, docet utique eo casu teneri, sed « citra tamen praecepti: Non occides te vel alium, temerariam violationem ». — Rodriguez autem dicit teneri, si « damnum quod timetur sit parvum et sit periculum incontinentiae ».

^{e)} Pontius, *loc. cit., n. 4*, de cohabitatione cum leproso ait: « Licet non negaverim actum caritatis esse et valde meritorium, si ex Dei

amore velit cohabitare nec deserere ita infirmantem conjugem, etiam cum periculo suae infectionis ». Sed de ipsa redditione debiti, propter periculum incontinentiae alterius, negat posse reddi: « Non solum conjugem posse non reddere, sed etiam teneri non reddere, cum non habeat suae vitae dominium ». Et, *lib. 10, cap. 3, n. 7*: « Cum ex copula periclitatur vita, vel salus alterius conjugis, non reddendum debitum, quia fortius est vinculum vitandi homicidium et tuendi propriam vitam, quam vitandi incontinentiam alterius conjugis, qui se, si voluerit, continere potest ».

^{f)} Bonacina, *qu. 4, punct. 1, n. 5*; Major,

Petro Soto, Laymann, Hurtado, Comitolo ^f) et Reginaldo.

3°. Si redderet ad vitanda magna dissidia vel ad fovendum amorem conjugalem; et etiam ad vitandum periculum incontinentiae propriae (et tunc potest etiam petere). — Quia vitatio incontinentiae aut conservatio pacis familiae ac amoris conjugalis praevallet obligationi vitandi infectionis periculum.

Haec tamen omnia intelligenda (ut diximus *n. 909*), si morbus sit diuturnus et quasi habitualis, ut lepra, morbus gallicus, phthisis, etc. Non vero, si sit de illis qui de brevi et facili solent mortem afferre, ut est infectio pestis aut leprae leoninae.

4°. Addo, si conjux sanus possit praeservativis facile vitare contagium sive ejus periculum.

Infectus nequit reddere cum periculo peccentis sani.

Sicut autem non potest conjux sanus reddere infirmo cum periculo propriae salutis; sic etiam infectus nec potest reddere sano cum periculo salutis illius, etiamsi ille petat jam conscius sui periculi: prout non licet reddere gladium volenti se necare, cum nemo sit dominus suae vitae. Ita Sanchez ¹, Pontius ²; et Bossius ³ cum Soto ^g), Coninck ^h), Azor, etc. communiter. — Probabiliter tamen excipiunt Busenbaum (*n. 909*) cum Perez;

Limitationes probabiles.

Petr. de Soto, lect. 16, de Matr., i. f. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5, v. f. *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 12, n. 53. - *Regin.*, lib. 31, n. 283. — ¹ Lib. 9, disp. 6, num. 17; et disp. 24, num. 10. — ² Lib. 10, cap. 3, num. 7. — ³ Cap. 1, n. 209. *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 15. — *Perez*, disp. 50, sect. 4, n. 5. — ⁴ Qu. 4, punct. 1, n. 8. — ⁵ Lib. 9, disp. 24, n. 23. — ⁶ De Effect. Matr., cap. 1, n. 209, i. f., et n. 195. — *Joan. Medina*, Cod. de Restit., qu. 19, v. l., v. *In tertia ratione*. - *Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 1, cas. 7. — ⁷ Loc. cit., num. 24. — ⁸ In 4, dist. 32, qu. unic.,

Bonacina ⁴; Sanchez ⁵ cum Cajetano, Petro Soto et Graffio; ac Bossius ⁶ cum Laymann, Pontio et Reginaldo ⁱ), si reddat ad vitandum periculum incontinentiae in se vel in altero, vel ad vitanda dissidia; aut ne diu privetur usu conjugii, quod vix esse potest sine periculo incontinentiae. — Hocque etiam intelligendum, si ejus morbus sit diuturnus, et non proxime ad mortem tendens; itemque, si alter sanus petens jam ejus morbi sit conscius, juxta dicta *n. 909*, *Dubit. 1*.

951. - An autem conjux possit et teneatur reddere, quando timetur damnum proles nasciturae?

Negant ^a) Medina et Palacios, apud Sanchez ⁷; quia nemo tenetur nec potest reddere debitum cum damno innocentis. — Sed communiter et verius affirmant D. Thomas ⁸, S. Antoninus ⁹; Sanchez ¹⁰ cum S. Bonaventura, Paludano, Silvestro, Ledesma ^b), etc.; ac Bossius ¹¹ cum Soto, Laymann, Bonacina, Rebello, Filliuccio, Reginaldo, Villalobos, etc. Ratio assignatur a D. Thoma ¹², ubi: *Uxor etiam viro leproso tenetur reddere debitum...; et quamvis proles gigneretur infirma, tamen melius est ei sic esse quam penitus non esse.*

Timor damni proles nasciturae verius non excusat a reddendo.

An vero liceat reddere tempore praenationis vel menstrui aut purgationis

art. 1, ad 4. — ⁹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, v. f. — ¹⁰ Loc. cit., n. 25. - S. Bonav., in 4, dist. 32, art. 2, qu. 1, ad 3.

Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 1, (num. 6). *Silvest.*, v. *Debitum*, qu. 1, v. *Secunda est*. — ¹¹ Loc. cit., num. 196. - *Sotus*, in 4, dist. 32, art. 1, v. *Neque sufficit*. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, num. 8. - *Bonac.*, qu. 4, punct. 1, num. 9. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 16, n. 4, i. f. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 341. *Regin.*, lib. 31, n. 284. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 48, n. 5. — ¹² Loc. cit., ad 4.

loc. cit., habent solum primum assertum, scilicet: non teneri reddere. — Comitulus vero pejus a Bossio citatur; negat enim, *loc. cit.*, num. 5, posse tunc reddi, et idipsum dicit Aversa casu quo alter possit sua voluntate et aliis remediis suae incontinentiae subvenire, et ipse sibi timeat praesentaneum mortis periculum.

^g) Sotus, *loc. cit.*, dicit conjugem infectum posse tunc non reddere.

^h) Coninck non recte citatur a Bossio; nam *disp. 34, n. 78* (citatur a Bossio), tractans de usu matrimonii statim post partum, scribit: « Mulier tenetur reddere, nisi aliquod grave periculum ei inde imminet ». Hinc

sermo ibi est de periculo in reddente, non in petente.

ⁱ) Auctores citati hic ex Sanchez et Bossio: Cajetanus, in *2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 1, i. f.*; Petrus de Soto, *lect. 16, i. f.*; Graffius, *Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 6*; Laymann, *loc. cit.*, n. 5; Pontius, *lib. 10, cap. 14, n. 4, i. f.*; Reginaldus, *lib. 31, n. 283 et 284*, ad rem non faciunt; loquuntur enim de periculo non in ipso petente sed in reddente.

951. - ^a) Negant scilicet teneri ad redditionem debiti.

^b) Petrus Ledesma, *qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 1*, affirmat posse reddere.

post partum? — Vide dicta n. 924, 925 et 926.

952. - « 2°. Si petat ab uxore laborante « feбри vel alio morbo cui copula noceret. « Bonacina¹ ex Sanchez, etc., item Perez² ». [Sive post balnea aut sectionem venae: vide dicta n. 910]. — « Aut, ut quidam volunt, tempore menstrui. Bonacina³; contra Sanchez, Hurtadum, Perez⁴ ». [Vide dicta n. 925]. — « Aut cum « uxor est gravida, et ex redditione periculum mortis (vel etiam abortus) probabile « timetur proli jam conceptae: imo tunc « nec petere nec reddere licitum est, ut per se patet, ait Laymann⁵; et esse mortale « dicit Perez^{a)}, addens ex Sanchez, Coninck et Hurtado, cessante periculo pro- « lis, usum matrimonii licitum esse »; [Vide dicta n. 924]. — « Aut si non possit uxor « edere fetum, nisi mortuum. Bonacina⁶. « (Laymann tamen⁷ dicit eo casu licere « reddere, imo et petere: quod Bonacina⁸ « concedit, si fiat ob periculum inconti- « nentiae). — Aut non possit edere, nisi « cum praesenti periculo vitae. Bonacina⁹, « Laymann^{b)}. Quod tamen ad vitandam « incontinentiam, aut alia gravi ex causa, « eam posse permittere, et debitum red- « dere, insinuat Laymann^{c)} ex Sanchez¹⁰ ». [Vide mox dicenda n. seq. 953].

« Denique, propter grave periculum

¹ Qu. 4, punct. 1, n. 4. — Sanchez, lib. 9, disp. 24, n. 3. — ² Disp. 50, sect. 4, n. 2. — ³ Loc. cit., punct. 3, n. 11; et punct. 6, n. 10. — Sanchez, lib. 9, disp. 21, n. 15 et 16. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 10. — ⁴ Disp. 49, sect. 3, n. 14. — ⁵ Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 7. — Sanchez, lib. 9, disp. 22, n. 2 et seqq. Coninck, disp. 34, n. 78. Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 12 et 13. — ⁶ Qu. 4, punct. 1, n. 14. — ⁷ Loc. cit., n. 7. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit., n. 7. — ¹⁰ Lib. 7, disp. 102, n. 11. — Sanchez, lib. 9, disp. 24, n. 12. -

« morbi (non tamen propter ordinarios « dolores partus), potest conjux negare « debitum; etiamsi in altero esset pericu- « lum incontinentiae, Sanchez, Praeposi- « tus, Palaus, Diana¹¹ ». — [Vide dicta mox supra, n. 950, ad 2°].

« 3°. Si alter debitum exigat innaturali « modo: nisi tamen ex negatione timean- « tur graviora mala, v. gr. rixae, odium, « incontinentia ». — [Vide dicta n. 946].

953. - Commune est non teneri uxorem reddere debitum, si experta sit non posse parere sine probabili periculo mortis. Ita Laymann¹², Bonacina¹³, Sanchez¹⁴; et Bossius¹⁵ cum Coninck^{a)}, Rebello, Filiuccio et Rodriguez. — Quia solutio debiti non obligat cum tanto detrimento.

Quid, si mater experta sit filios parere mortuos?

Hoc casu, Laymann¹⁶ dicit quod bene poterit uxor reddere, quia illa mors fetus per accidens evenit; et praeterea, melius est puero esse cum culpa originali quam omnino non esse. — Attamen Bossius^{b)}; et Bonacina^{c)} cum Rodriguez^{d)}, Victoria, Ledesma et Reginaldo^{e)}, tenent eam non posse reddere; quia mater ex morte prolis (ut ait etiam Bossius) exponitur magno periculo vitae. — Excipit tamen Bonacina¹⁷ cum aliis, nisi adsit periculum incontinentiae. Et huic consentit Sanchez^{e)}, addens

Timor mortis in partu excusat a reddendo.

Quid si mater sit experta se filios mortuos parere.

Praepos., qu. 6, dub. 5, num. 40 et 42. Palaus, tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 10, n. 4. — ¹¹ Part. 6, tr. 7, resol. 64. — ¹² Tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 6. — ¹³ Qu. 4, punct. 1, n. 7. — ¹⁴ Lib. 7, disp. 102, n. 9. — ¹⁵ De Effect. Matr., cap. 1, n. 173. Rebel., part. 2, lib. 3, qu. 16, n. 10. - Fill., tr. 10, part. 2, cap. 3, n. 103, v. Si quarto. - Rodrig., Sum., part. 1, cap. 233, n. 6. — ¹⁶ Loc. cit., n. 7. — Petr. Ledesma., qu. 58, art. 1, i. f., v. Dubium. - Boss., loc. cit., n. 173. — ¹⁷ Qu. 4, punct. 1, n. 14.

952. - a) Perez, disp. 49, sect. 3, n. 15 et 17, ait esse mortale, sed solum casu quo fetus formatus sit.

b) Laymann, loc. cit., n. 6, id sane insinuat, dicens uxorem non potuisse sese obligare ad reddendum, si gravissimum corporis sui incommodum ex generatione accidat.

c) Laymann, loc. cit., n. 5, i. f., id insinuare censetur, in quantum, loquens de conjugate cui imminet periculum incontinentiae, approbat sententiam Sanchezii, qui, lib. 9, disp. 24, n. 12, ait conjugem sanam tunc posse quidem reddere cum periculo infectionis, sed ad id non obligari. Sanchez tamen expresse casum praesentem habet, lib. 7, disp. 102, n. 11, et concordat.

953. - a) Coninck, disp. 31, n. 86, hanc suam sententiam limitat: nisi mulier sui defectum conscia contraxerit, vel nisi velit eodem toro uti ac maritus; tunc enim obligaretur ad reddendum.

b) Bossius, cap. 1, n. 177, dicit hoc esse valde probabile.

c) Bonacina, loc. cit., n. 14; Reginaldus, lib. 31, num. 288, dicunt posse debitum negare.

d) Rodriguez, loc. cit., n. 6; Petrus Ledesma, qu. 58, art. 1, v. Dubium, rationem dumtaxat habent qua nititur haec sententia, scilicet: non teneri, imo non posse reddere, cum probabili periculo vitae propriae.

e) Quin etiam Sanchez, loc. cit., num. 8,

quod si perpetuo propter hanc causam deberent conjuges ab usu matrimonii abstinere, essent ipsi in maximo incontinentiae periculo.

An autem uxor quae non possit reddere propter arctitudinem vasis, teneatur pati incisionem? — Vide dicenda n. 1099.

954. - « Quæres: *An aliquando liceat impedire prolis generationem?*

« Resp. Possunt quidem conjuges ex « gravi causa aliquid facere, ex quo per « accidens sequatur effusio seminis. Pec- « cant tamen, si in usu matrimonii vel « post usum faciant aliquid quo impedia- « tur conceptio, aut semen conceptum. « rejiciatur. — Ratio prioris est, quia non « impeditur generatio, ne indirecte qui- « dem; sed tantum permittitur ut non fiat: « quod licet ex causa rationabili. Ratio « posterioris, quia agunt contra fidem et « finem principalem matrimonii. — Unde « tales non excusat paupertas imminens « aut periculum ex partu ^{a)}.

« Unde resolves:

« 1°. Licite interrumpitur actus conju- « galis, etsi ex naturae concitatione secu- « tura sit pollutio, dummodo sit justa « causa interrumpendi; v. gr. si ex con- « tinuatione immineat periculum morbi, « vel mortis ab hoste, vel aliquis alius « interveniat. Vide Perez ¹ ». — [Ita etiam Sanchez ², Palaus ³; et Bossius ⁴ cum Les- sio, Perez et Aversa; ac Salmant. ⁵ cum Cajetano ^{b)}, Dicastillo, etc.].

¹ Disp. 49, sect. 9, n. 5. — ² Lib. 9, disp. 19, n. 6. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. — ⁴ De Effect. Matr., cap. 9, n. 60. — *Less.*, lib. 4, cap. 3, n. 55. — *Perez*, loc. cit. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Communis tamen*. — ⁵ Tr. 9, cap. 15, n. 81. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 74. — ⁶ Loc. cit., n. 7. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 19, n. 5. — ⁷ Loc. cit., disp. 20, n. 3. — ⁸ Lib. 10, cap. 13, n. 1. — ⁹ Loc. cit., n. 75. — ¹⁰ Qu. 4, punct. 6, n. 18. — *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 15.

« 2°. Peccat probabiliter femina quae « in usu matrimonii animum alio distrahit « ne natura excitetur; venialiter tamen, « ut Perez ⁶ docet ex Sanchez ». — [Sed verius est id esse mortale; juxta dicta n. 918, in fine, v. *Hinc*].

Dicunt Sanchez ⁷, Pontius ⁸, Salmant. ⁹; Bonacina ¹⁰ cum Rebello, Henriquez et Reginaldo; ac Bossius ¹¹ cum Filliuccio, Fagundez, Diana ^{c)} et Villalobos, quod uxor peccabit mortaliter, si statim post copulam mingit aut surgit, vel aliud aliquid facit animo ut semen receptum expellat; quia frustrat finem ad quem semen est a natura institutum. Ita praefati auctores: — contra Tamburinium ¹², qui cum Bellochio id excusat a mortali ^{d)}; eo quod matrix mulieris, semine effuso, semper retinet id quod necessarium est ad generationem. — Dictum est autem: si mulier id facit *statim* et *animo expellendi semen*. Nam si id faceret ex aliqua necessitate, puta ad vitandum periculum mortis aut scandalum aliorum, omnes dicunt non peccare. Sicut etiam conveniunt non opus esse ut uxor post copulam diu immota et resupina maneat; eo quod brevi tempore matrix semen attrahit, et arctissime clauditur.

Dubitatur autem hic 1°. *An puella violenter oppressa, possit licite expellere in continenti semen viri immissum, ne concipiat?*

Affirmant Sanchez ¹³; et Bossius ¹⁴ cum Raynaudo, Marchant ac Diana ^{e)}; et non

Henriq., lib. 11, cap. 16, n. 8. — *Regin.*, lib. 31, n. 334, i. f. — ¹¹ Loc. cit., n. 3. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 334. — *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 22 et 50. — *Villal.*, part. 2, tr. 40, diff. 18, n. 2. — ¹² Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 14. — *Belloch.*, Prax., de Casib. reserv., part. 2, qu. 4, n. 365 et 367. — ¹³ Lib. 2, disp. 22, n. 17. — ¹⁴ Loc. cit., n. 5. — *Rayn.*, de Ortu infant., cap. 10, n. 37. — *Jacob. Marchant*, Resol. pastor., part. 1, cap. 6, qu. 21.

absolute tenet hujusmodi conjugatos posse petere et reddere.

954. - ^{a)} Conjuges tamen qui ad vitandam numerosiorem prolem, eo tantum tempore coeunt quo fecundatio difficile accidere potest, per se non sunt arguendi de peccato, quia utuntur jure suo; ex fine tamen vel aliis circumstantiis, per accidens peccare possunt. Confessarius igitur hanc praxim caute insinuare potest illis conjugibus quos alia ratione a detestabili onanismo crimine abducere frustra tentaverit (S. Poenit. 16 Junii 1880).

^{b)} Cajetanus, in *2am 2ae*, qu. 154, art. 1,

v. *Ad secundum vero casum*, hoc silentio praetermittit, quidquid dicant Salmanticenses.

^{c)} Diana non bene citatur a Bossio; nam, *part. 7, tr. 5, resol. 31*, scribit: « Talem feminam non peccare mortaliter de se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum ».

^{d)} Excusant scilicet *per se* a mortali; quod Tamburinius explicat: si desit pravus animus impediendi generationem. Sed ait fore mortale, si fiat ex tali prava intentione.

^{e)} Diana, *part. 7, tr. 5, resol. 31*, refert dumtaxat Marchantii sententiam.

improbabile putat Escobar ¹. — Quia (ut ajunt) tunc puella licite expellit semen tamquam sui honoris aggressorem; cum illud non adhuc sit in pacifica possessione uteri.

Puella vi
oppressa
nequit se-
men rece-
ptum expel-
lere.

Sed rectius id non admittunt Pontius ^{f)}, Tamburinius ²; et hanc tenet etiam ut veriorum Escobar ³ cum Leandro ^{f)}. Huic ego etiam adhaesi *Lib. III, n. 394, v. Dicunt*; et hic quoque adhaereo, quamvis diversa ratione ductus. — Ratio cur haec sententia mihi probatur est, quia nunquam licet ejicere semen effusum, atque receptum in utero: ubi statim ac recipitur (quod puto quidem statim recipi), habet suam pacificam possessionem; unde non potest mulier ab eo expellere, quia injuriam irrogaret naturae sive speciei humanae, cujus propagatio impeditur.

Merito tamen et communiter dicunt

¹ Lib. 25, n. 301. — ² Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 14. — ³ Loc. cit., n. 301. — ⁴ De Effect. Matr., cap. 7, n. 190, i. f. — ⁵ Qu. 4, punct. 6, n. 17 et 18. — ⁶ Part. 4, cap. 1, num. 127;

auctores tam primae quam secundae sententiae, quod mulier vi oppressa bene potest se vertere (imo dico, tenetur) et coitum interrumpere, quamvis semen viri esset extra vas effundendum. Tunc enim non expellitur semen immisum, sed impeditur ne immittatur; et ideo tunc licite illud repellitur tamquam violentus honoris aggressor.

Potest im-
pedire ne
recipiatur,

Dubatur 2^o. *An liceat conjugibus copulari, si ob senectutem vel aliam indispositionem plerumque accidat quod semen extra vas effundatur?* — Affirmant probabiliter Bossius ⁴, Bonacina ⁵, Sporer ⁶, Laymann ⁷; Sanchez ⁸ cum Henriquez; et Croix ⁹ cum Gobat: modo adsit spes probabilis seminandi intra vas. Quia semper adest talis spes, jus habent ad copulam; et si semen effunditur, hoc per accidens evenit. Vide dicenda *n. 1067, in fine §*.

Quid de
sene extra
vas semi-
nante pro-
pter aeta-
tem.

cfr. cap. 2, n. 490, ad 2. — ⁷ Lib. 3, sect. 4, n. 19. — ⁸ Lib. 9, disp. 17, n. 24. *Henriq.*, lib. 11, cap. 15, n. 4, lit. n. — ⁹ Lib. 6, part. 3, n. 318. *Gobat*, tr. 10, part. 2, n. 591.

f) Pontius, *lib. 9, cap. 10, n. 4*; Leander, *tr. 9, disp. 5, qu. 35*, negant utique posse fieri; sed loquuntur de uxore quae violenter primo bimestri a marito cognita fuerit.

g) Hic quaedam addenda sunt responsa SS. CC. de onanismo conjugali. Et primo quidem confessarius debet nonnunquam interrogare de onanismo, cum scilicet prudens timor subest ne poenitens hujus peccati reus sit; ex responso S. Inq., diei 21 Maji 1851, quae declaravit contrariam opinionem, nempe nunquam interrogandos esse poenitentes de hac materia: « falsam, nimis laxam et in praxi periculosam ». Deinde ex responso S. Poenitentiarum, diei 14 Decembr. 1876, non esse licitum favere poenitentium errori, qui a multis bona fides dicitur, nec talem bonam fidem creare. — Quaesitum etiam est ab eadem S. Poenitentiarum: 1^o Quando adest fundata suspicio poenitentem qui de onanismo omnino silet, huic crimini esse addictum, num confessario liceat a prudenti et discreta interrogatione abstinere, eo quod praevideat plures a bona fide exturbandos multosque sacramenta deserturos esse? Annon potius teneatur confessarius prudenter ac discrete interrogare? — 2^o An confessarius, qui, sive ex spontanea confessione, sive ex prudenti interrogatione, cognoscit poenitentem esse onanistam, teneatur illum de hujus peccati gravitate, aequae ac de aliorum peccatorum mortalium, MONERE, eumque (uti ait Rituale Romanum)

paterna caritate reprehendere, eique absolutionem tunc solum impertiri, cum sufficientibus signis constet, eundem dolere de praeterito, et habere propositum non amplius onanistice agendi? — Quibus S. Poenit. die 10 Martii 1886 respondit: Ad 1. Regulariter *negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam. Ad 2. *Affirmative*, juxta doctrinam probatorum auctorum. — Denique ad eandem S. Poenitentiarum delatus est casus viri cujusdam divitis, honorabilis ac literati, qui confessus fuerat se ita cum uxore congregi ut copulam abrumperet et se ferme semper extra vas uxoris seminare, et hoc quidem propter duplicem rationem: 1. ne prole numerosiore status familiae dejiceretur (habebat enim jam filium et filiam); 2. ne uxor graviditate iterata nimium defatigaretur; addideratque hunc agendi modum a quodam perillustri confessario probatum fuisse, « modo maritus in actu intendat sedationem concupiscentiae et non pollutionem »; parochus vero hunc in eodem modo perseverare volentem absolvere non est ausus, qui ubique coepit praedicare parochum ignarum et superbum esse. Hinc parochus ad S. Poenitentiarum pro norma recurrit, quae, die 13 Novembr. 1901 respondit: « Parochum de quo in casu recte se gessisse, atque absolvi non posse poenitentem qui abstinere nolit ab hujusmodi agendi ratione, quae est *purus putus onanismus* ».

ARTICULUS III.

AN, ET QUIBUS EX CAUSIS POSSIT FIERI DIVORTIUM.

955. *Fit divortium quoad vinculum: 1. Si habentur sufficientia indicia de morte conjugis. 2. Si alter convertatur ad fidem. 3. Si fit religiosus ante consummationem. 4. Si Papa dispenset in matrimonio rato.* — 956. *De indissolubilitate matrimonii.* — 957. *An, si infidelis nolit converti, liceat fidei transire ad alias nuptias.* — 958. *Inter fideles matrimonium ratum solvitur tantum per professionem religiosam.* — 959. *An solvatur etiam per dispensationem Papae.* — 960. *Permittitur autem divortium quoad torum: I. Ob adulterium conjugis.* — 961. *Qu. 1. An ad divortium sufficiat suspicio de adulterio.* — 962. *Qu. 2. An liceat facere divortium ob sodomiam vel bestialitatem commissam a conjuge.* *Qu. 3. An, ob copulam sine seminatione.* — 963. *Qu. 4. An vir, cognito adulterio uxoris, teneatur eam dimittere.* — 964. *Qu. 5. An uxor teneatur divertere a viro adultero.* — 965. *Et an conjux innocens teneatur recipere alterum adulterum emendatum.* — 966. *Qu. 6. In quibus casibus conjux nequit divertere ab adultero: 1. Casus, si uterque sit reus adulterii. 2. Si conjux consentiat in adulterium alterius. 3. Si adulterium accidit sine culpa. 4. Si injuria remittatur.* — 967. *Dub. 1. An, facto divortio per sententiam judicis, possit conjux innocens adulterium ad se revocare.* *Dub. 2. Quid si, facto divortio, innocens etiam adulteretur.* — 968. *Dub. 3. An vir possit adulteram dimittere propria auctoritate.* — 969. *Facta juridica separatione, vir potest ingredi religionem aut fieri sacerdos, invita adultera. Adultera vero id non potest nisi de licentia alterius.* — 970. *Permittitur II. divortium ob saevitiam alterius.* — 971. *Qu. 1. An ob hanc causam possit conjux recedere propria auctoritate.* *Qu. 2. An possit fieri religiosus altero invito.* *Qu. 3. Qualis timor sufficiat ad faciendum divortium ob saevitiam.* — 972. *Qu. 4. An sola verbera sint justa causa divortii.* — 973. *Permittitur III. divortium conjugi, si alter trahat eum in peccatum.* — IV. *Ob morbum contagiosum.* — 974. *Permittitur V. imo aliquando praecipitur divortium ob haeresim alterius.* — 975. *Permittitur VI. Ob mutuum consensum.* — 976. *Facto divortio, apud quem sint filii educandi. Et cujus conjugis expensis.* — 977. *An uxor teneatur sequi virum ad cohabitationem.*

Matrimonium est indissolubile.

955. - Resp. I^o. Etsi matrimonium « consummatum inter christianos nullo « casu solvi possit quoad vinculum, vi- « vente utroque conjuge (vide Sanchez « et Perez¹): — *divortium* tamen, seu po- « tius separatio quoad torum^{a)} ». [Hic error irrepsit; nam pro verbo *torum* debet dici *vinculum*: alias enim non congruunt ea quae sequuntur] « fit sequentibus casibus:

In quibus casibus potest fieri divortium.

« 1^o. Si alter conjux moriatur. — De « quo si est certum, rursus nubere potest. « Quod si interim alter mortuus non sit, « fama tamen et indicia sufficientia habeantur, excusatur nubens; neque ex dubio « superveniente an prior vivat, debent separari, cum forte non vivat, ideoque matrimonium sit validum ». — [Vide dicta n. 906, *Dubit.* 3].

Sanch., lib. 2, disp. 13. — ¹ Disp. 20, sect. 9; et disp. 55, sect. 4, num. 3. — ² Disp. 36, sect. 4, num. 5 et 6. — ³ Disp. 20, sect. 3, num. 3. — *Navar.*, Man., cap. 22,

« 2^o. Si ex conjugibus infidelibus, altero « ad fidem converso, alter maneat infidelis « (saltem nisi pacifice cohabitare velit sine « contumelia Creatoris): idque, ex dispensatione divina in favorem fidei, ut patet « ex I. Cor., vii, 15. — Perez², etc. communiter.

« 3^o. Si ante matrimonii consummationem (ad quam intra primum bimestre, « quod ad deliberationem datur, non tenentur, nec cogi possunt sine injuria) « alter intret religionem, in eaque profiteatur. — Perez³, etc. communiter.

« 4^o. Si Papa ex alia justa causa dispenset ante consummationem: sicuti « eum posse probabilior sententia affirmat. — Navarrus, Bellarnimus, Perez⁴ ».

956. - Certum est 1^o. Quod inter catholicos matrimonium est indissolubile; ut

Matrimonium catholicum est indissolubile.

num. 21. — *Bellarm.*, de Monachis, lib. 2, cap. 38, v. *Altera solutio*; et v. *Ad tertiam*. — ⁴ Disp. 20, sect. 7, num. 2.

955. - ^{a)} Ita profecto habet Busenbaum apud me in edit. Monasterii 1650, 1652, 1659, Veneta 1698, Patavina 1716; sed in eam le-

ctionem irrepsit error, ut notat S. Alphonsus. In editionibus vero Romanis anni 1658 et 1665 totum responsum immutatur et emendatur,

declaravit Tridentinum¹. Et hoc per se verum est, non solum de matrimonio consummato, sed etiam de tantum rato (vide Salmant.²). — Haec autem indissolubilitas est ab ipso jure naturali; quia necessarium est ad proles educationem ut parentes perpetuo ejus bono incumbant. Ita communissime D. Thomas³, Bellarminus^{a)}, Pontius⁴, Bonacina⁵; et Salmant.⁶ cum Palao, Becano, Ledesma, etc. (contra Sanchez^{a)}, qui cum aliis tenet, sed minus probabiliter, ex se praecise matrimonium non esse necessario indissolubile). Quamvis autem olim apud Judaeos permissus erat libellus repudii, ex Deuter. xxiv; in lege tamen nova interdictus fuit a Christo Domino, Matth. xix: *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur*. Ubi nota quod τὸ *nisi ob fornicationem* (ut communiter explicant interpretes, vide Cornelium a Lapide) non intelligitur quod, fornicatione interveniente, possit vir aliam ducere; sed tantum quod possit ab ea separari.

Certum est 2^o. Quod inter infideles validum est matrimonium, si fuerit legitimum, id est juxta leges celebratum; ut patet ex cap. *De infidelibus, de consanguin.*

Certum est 3^o. Quod si uterque conjux ad fidem convertitur, matrimonium fit ratum, id est indissolubile; ex cap. *Quanto, de divort.*, modo sit consummatum post conversionem. Alias Papa in aliquo casu,

¹ Sess. 24, de Sacr. Matr., init. — ² Tract. 9, cap. 4, n. 11 et 12. — ³ Suppl., qu. 67, art. 1. — ⁴ Lib. 1, cap. 13. — ⁵ Qu. 2, punct. 11, n. 2. — ⁶ Tr. 9, cap. 4, n. 16 et 17. — *Palao*, tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 1, n. 6. — *Becan.*, de Sacram., cap. 47, qu. 1, num. 2. — *Petr. Ledesma.*, qu. 67, art. 1, dub. 1, concl. 1. — ⁷ Lib. 6, cap. 4, num. 5. —

ex urgentissima causa bene potest in eo dispensare (ut diximus n. 897, *Prob. I, v. Nec dicas*), ex decreto Urbani VIII; et fuse defendit Benedictus XIV, in quadam Dissertatione, quam innuit *de Synodo*⁷, ubi asserit S. Pium V et Gregorium XIII, id in praxim deduxisse.

Certum est 4^o. Quod si unus convertitur, et alter non vult cohabitare nisi cum injuria Creatoris, sive cum blasphemia divini nominis: tunc fidelis libere potest alias nuptias inire; ut expressum est in eodem cap. *Quanto*, ubi dicitur ex triplici causa posse fidelis transire ad alias nuptias: 1) Si infidelis renuat cum eo habitare; 2) si velit habitare, sed non nisi cum injuria Creatoris; 3) si eum vult pertrahere ad peccatum mortale.

957. — Quaeritur: *an, si infidelis nolit converti, sed tamen vult pacifice cohabitare sine injuria Creatoris, liceat fidei ab eo separari, non solum quoad torum, sed etiam quoad vinculum?* — Adsunt tres sententiae:

Prima absolute negat. Et hanc tenent D. Thomas⁸, Estius⁹, Petrocorensis¹⁰; item S. Bonaventura, S. Antoninus, Paludanus^{a)}, Gabriel, etc., apud Sanchez¹¹. — Idque probant ex Apostolo I. Cor. vii, ubi: *Si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam.*

Secunda sententia absolute affirmat; et hanc tenet Bellarminus¹². — Ratio hujus

⁸ In 4, dist. 39, qu. unic., art. 5. — ⁹ In 4, dist. 39, § 6. — ¹⁰ De Matr., cap. 5, qu. 4, resp. 2. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 39, art. 2, qu. 1. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 6, post med. — *Gabr. Biel*, Suppl., in 4, dist. 39, qu. unic., art. 2, concl. 6 (n. 10). — ¹¹ Lib. 7, disp. 74, n. 8. — ¹² De Matr., cap. 12.

et habetur his verbis: « Resp. I. Matrimonium consummatum inter christianos quoad vinculum solvi non potest vivente utroque conjuge. Sanch. et Perez *d. 20, s. 9 et d. 55, s. 4*. Solvitur tamen vinculum in sequentibus casibus ».

956. — *a)* Bellarminus videtur parum dissentire a Sanchez; scribit enim, *de Matrim., cap. 12*, de infidelium matrimonio: « Etsi rata sint et firma ex natura sua; tamen sacramenta non sunt, et ideo deest illis potissima ratio insolubilitatis ». Et *cap. 4, v. Primum aperte colligitur*: « Habet quidem matrimonium ex jure naturae *quamdam* insolubilitatem, ut S. Thomas docet...: non tamen tantam, quin aliquando ratio dictet expedire ut

solvatur, accedente praesertim dispensatione divina ». — Sanchez pariter, *lib. 2, disp. 13, n. 7*: « *Aliqualem* inseparabilitatem, inquit, esse de natura matrimonii »; sed « omnimodam indissolubilitatem non competere matrimonio ex jure naturae, nec ex ratione sacramenti, sed ex significatione, qua Christus evexit illud ad significandum unionem indissolubilem Christi cum Ecclesia, per carnem assumptam ».

957. — *a)* Paludanus, *in 4, dist. 39, qu. un., art. 2, n. 12* (uti citat Sanchez), id non habet; sed solum: « An liceat contrahere [cum infideli]? Et dicendum quod non, illo nolente cohabitare sine contumelia et periculo; aliter autem sic ».

Si unus convertitur, ex triplici causa potest solvi matrimonium.

Si infidelis vult pacifice cohabitare:

Juxta alios divor-tium nequit fieri.

Juxta alios fieri potest.

Matrimonium legitimum infidelium est validum.

Si uterque convertitur, fit ratum.

mox adducetur in tertia sententia. Dicit autem Bellarminus textum mox relatum D. Pauli non continere praeceptum, sed tantum consilium; cum Apostolus statim ad praedicta verba subdiderit: *Caeteris ego dico, non Dominus.*

Probabilius olim non poterat fieri.

Tertia demum sententia, communior et probabilior, quam tenent Sanchez¹, Concina², Pontius³, Tournely⁴, et alii apud Salmant.⁵, dicit, olim, si nullum aderat periculum perversionis, non potuisse fidelem transire ad alias nuptias; quia non aderat causa discedendi a conjuge infideli, cum per miracula quae frequentius tunc per fideles fiebant, plures infideles ad fidem converterentur. Sed hodie, cum cessaverint miracula tam frequentia, illicitum est cohabitare cum conjuge infideli: ex recepta Ecclesiae consuetudine, quae introducta est ex eo quod experientia docuit non modicum perversionis periculum imminere ex consortio infidelis: nisi (excipiunt Tournely⁶ et Sanchez⁷) episcopus dispenset ad cohabitandum propter probabilem spem conversionis illius.

Nunc non licet cohabitare, nisi ex dispensatione.

Verumtamen advertendum^{b)} 1° cum D. Thoma⁸, Concina⁹ et Petrocorensi¹⁰,

Servanda in divortio cum infideli.

¹ Lib. 7, disp. 74, n. 9. — ² Diss. 1, cap. 8, § 2, n. 5. — ³ Lib. 7, cap. 48, n. 5 et seqq. — ⁴ Praelect., de Matr., qu. 5, art. 2, § *De firmitate vinculi ap. infideles*, qu. 3. — ⁵ Tr. 9, cap. 4, n. 42. — ⁶ Loc. cit., resp. 2. — ⁷ Lib. 7, disp. 73, num. 13. — ⁸ In 4, dist. 39, qu. unic., art. 5,

quod matrimonium illud non solvitur donec fidelis ad alias nuptias transeat. Advertendum 2° quod antequam fidelis cum alia matrimonium contrahat, debet monere infidelem si velit ad fidem converti: ex praecepto Gregorii XIII et S. Pii V, ut dicunt Pontius¹¹, Sanchez¹² et Croix¹³. Excipit tamen Sanchez¹⁴ cum aliis, contra Pontium^{c)}, si constet infidelem esse pertinacem, vel si multum distet. — Notat autem Croix^{d)} quod casu quo infidelis non possit moneri, ad contrahendas alias nuptias requiritur dispensatio Pontificis; ut asserit jam praescripsisse praefatum Gregorium XIII^{e)}.

958. — Matrimonium autem inter fideles nunquam solvitur, nisi alter conjugum intra bimestre a matrimonio contracto et non consummato, religionem ingrediatur; ut habetur in can. *Si quis conjugatus, caus. 27, qu. 2*, et in Tridentino¹⁵ — Hoc tamen intelligitur (prout diximus n. 870, *in fine*), modo matrimonium non esset necessarium ad legitimandam prolem, vel reparandum scandalum aut honorem sponsae. Tunc enim non posset vir fieri religiosus relinquendo sponsam, quae ob in-

Fidelium matrimonium non consummatum in bimestri solvitur ob ingressum religionis.

Exceptiones.

ad 2. — ⁹ Dissert. 1, cap. 8, § 2, num. 7. — ¹⁰ De Matr., cap. 5, qu. 4, resp. 3. — ¹¹ Lib. 7, cap. 48, num. 19. — ¹² Lib. 7, disp. 74, num. 12. — ¹³ Lib. 6, part. 3, num. 408. — ¹⁴ Loc. cit., n. 13 et 14. — ¹⁵ Sess. 24, de Sacr. Matr., can. 6.

b) Casu scilicet quo conjux infidelis non vult converti, vel saltem cohabitare absque contumelia Creatoris.

c) Pontius, *lib. 7, cap. 48, n. 22*, distinguit, et dicit casu quo conjux infidelis reperiri nequeat eo quod interdicta sit communicatio ob perversionis periculum, probabile esse quod sit satis experiri voluntatem; constat enim, ait Pontius, ob ejusmodi periculum conjugium dissolvi posse; casu vero quo reperiri nequeat propter viae et itineris difficultatem, ut si in remotissimis regionibus sit, vel si nesciat ubi sit, requiritur dispensatio Pontificis.

d) Croix, *loc. cit., num. 408*, dicit requiri tunc dispensationem Pontificis, non ad validitatem sed ad liceitatem novi matrimonii.

e) De usu hujus privilegii quod dicitur *Paulinum*, quaedam addere juvat. Et primo quidem, ex decreto S. Officii diei 5 Augusti 1759, conversus potest eo privilegio frui, etiamsi conjux infidelis per aliquod tempus, imo per plures annos pacifice cohabitare consenserit, et deinde mutata voluntate, id am-

plius facere nolit. Duplex interpellatio: an scilicet infidelis velit ad fidem converti an saltem cohabitare sine contumelia Creatoris, ante Baptismum facienda est, et requiritur non tantum ut novae nuptiae licite, sed etiam ut valide iniri possint, ex declaratione S. C. de Prop. Fide, 5 Martii 1816. « A qua interpellatione, si justae rationabilesque causae adsint, dispensabitur. Justae autem causae tunc aderunt, cum ex processu saltem summario et extrajudiciali moraliter constet conjugem infidelem interpellari non posse, aut interpellationem vel inutilem vel graviter periculosam futuram esse. Matrimonium vero ejus cum quo dispensatum fuerit, etiamsi postea innotuerit conjugem infidelem suam voluntatem juste impeditam declarare non potuisse, et ad fidem etiam tempore initi matrimonii conversum fuisse, nihilominus nunquam rescindi, sed validum esse debet ». (S. O., 4 Febr. 1891). Privilegio Paulino frui possunt soli baptizati non autem catechumeni. — Neque eo frui potest fidelis qui, ob tenta dispensatione pontificia super impedi-

famiam nequiret amplius nuptias invenire. — Dicunt autem Sanchez ^{a)}, Pontius ¹⁾; et Salmant. ²⁾ cum Cornejo, Trullench ^{a)} et Dicastillo ^{a)}, quod, si transacto bimestri conjux ingreditur religionem, illicite hic profiteretur, sed valide; quia concilium ³⁾ indistincte sic pronuntiavit: *Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.*

Matrimonium consummatum, quid.

Ut dicatur autem matrimonium consummatum, non sufficit penetratio vasis femineae, sed requiritur effusio seminis in illud. — Ita communiter doctores cum Concina ⁴⁾ et D. Thoma. Vide dicenda n. 1036, v. *Hic autem.*

In primo bimestri negare debitum semper licitum.

Quilibet vero conjugum licite potest intra bimestre debitum negare, quamvis non habeat animum intrandi religionem; quia utitur jure suo. Ita communiter Palaus ^{b)}, et Salmant. ⁵⁾ cum Soto ^{c)}, Coninck ^{d)}, Ledesma ^{e)}, Henriquez ^{d)}, Dicastillo et Trullench. — Peccaret tamen (ut

diximus n. 870, *Dubit. 2, in fine*) sponsus qui matrimonium contraheret animo intrandi religionem.

959. — An vero possit Papa ex dispensatione solvere matrimonium ratum et non consummatum? — Adest duplex sententia probabilis ^{a)}:

Prima negat. Et hanc tenent ^{b)} Pontius ⁶⁾, Palaus ⁷⁾, Gonet ⁸⁾; item S. Bonaventura, Scotus, Valentia, Sotus, Ledesma, etc., apud Salmant. ⁹⁾ — Ratio, quia matrimonium ratum ejusdem est naturae quam consummatum, cujus indissolubilitas (ut declaravit Tridentinum ¹⁰⁾) est de jure divino, in quo nihil potest Pontifex.

Papa, juxta alios, nequit solvere matrimonium ratum.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent cum Busenbaum, Sanchez ¹¹⁾, Bellarminus ¹²⁾, Navarrus ¹³⁾; et Salmant. ¹⁴⁾ cum Cajetano, Vasquez, Coninck, Bonacina, Rebello, Becano, etc. Ratio: tum quia Pontifices pluries hoc in usum deduxerunt, dispensando in matrimonio rato; ut referunt de propria scientia Navarrus et Cajetanus. Tum quia Summus Pontifex

Juxta alios, ex justa causa potest.

¹⁾ Lib. 9, cap. 9, num. 7. — ²⁾ Tr. 9, cap. 4, num. 90. — Cornejo, disp. 6, dub. 2, v. *Quo posito*. — ³⁾ Sess. 24, de Sacram. Matr., can. 6. — ⁴⁾ Diss. 1, cap. 8, § 8, n. 4. — S. Thom., Suppl., qu. 55, art. 4, ad 2. — ⁵⁾ Loc. cit., num. 91. *Dicast.*, disp. 2, dub. 33, n. 410. *Trull.*, lib. 7, cap. 4, dub. 6, n. 9. — ⁶⁾ Lib. 9, cap. 3, n. 3. — ⁷⁾ Tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 2, n. 3. — ⁸⁾ Clys., tr. 8, de Matr., disp. 5, n. 13. — S. Bonav., in 4, dist. 27, art. 3, qu. 2. *Scot.*, in 4, dist. 31, Ad qu., v. *Tertio modo dici*. *Valent.*, disp. 10, qu. 1, punct. 7, v. *Tertius casus*. — Sotus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, v. *Sed*

objiciet forsitan. *Petrus Ledesma.*, qu. 67, art. 2, dub. 1, concl. 2. — ⁹⁾ Tr. 9, cap. 4, n. 58. — ¹⁰⁾ Sess. 24, de Sacram. Matr., init. — ¹¹⁾ Lib. 2, disp. 14, n. 2. — ¹²⁾ De Monachis, lib. 2, cap. 38, v. f. — ¹³⁾ Man., cap. 32, n. 21. — ¹⁴⁾ Loc. cit., n. 61. *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 28, qu. unic., concl. *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 165, cap. 7. *Coninck.*, disp. 26, dub. 3, num. 33. *Bonac.*, qu. 2, punct. 11, num. 4. *Rebello.*, part. 2, lib. 2, qu. 15, num. 4. *Becan.*, de Sacram., cap. 47, qu. 4. — *Navarr.*, loc. cit. — *Cajetan.*, loc. cit.

mento disparitatis cultus, matrimonium cum infideli contraxit, etsi hic pacifice cohabitare nolit, ex declaratione S. Off. 4 julii 1855.

958. — ^{a)} Sanchez, *lib. 2, disp. 24, n. 27*, paululum differenter loquitur: « Adhuc posse ingredi, inquit, quia licet peccarit negando debitum post id bimestre, etiamsi religionem ingredi intenderet, minime tamen amisit jus statim ingrediendi ». Et ita etiam Trullench, *lib. 7, cap. 4, dub. 6, num. 7*; et Dicastillus, *disp. 2, dub. 33, n. 412*.

^{b)} Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 5, n. 7*, communem esse ait hanc sententiam; sed « verius existimo, inquit..., hoc bimestre solum concedi in conjugatis qui animum habent religionis capessendae ».

^{c)} Sotus, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, post. 3 concl., dubia circa 1^{am}*, v. *Praeter haec*, id satis videtur innuere, eo quod adducit alias rationes propter quas etiam conceditur illud bimestre.

^{d)} Coninck et Henriquez male citantur a Salmant. Quamvis enim Coninck, *disp. 26,*

dub. 4, num. 46, concedat id esse probabile, at dicit probabilius esse contrarium, seclusa consuetudine. — Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 7*, nullam aliam rationem assignat, nisi ut deliberare possit de religionis ingressu.

^{e)} Bartholomaeus a Ledesma, *de Matr., diff. 71, concl. 3*, tantum tempus concedit « quantum sufficit ad observandas debitas ac honestas solemnitates. Unde ante benedictionem non tenetur reddere; quo spatio transacto, neuter potest differre debitum reddere petenti ».

959. — ^{a)} In *Hom. apost., tr. 18, n. 90*, S. Doctor non loquitur de probabilitate harum opinionum, sed solum dicit: « Duplex adest sententia ». In opere autem inscripto *Il Confessore diretto per le confessioni della gente di campagna, cap. 17, n. 37*, scribit: « Negant Pont. S. Bonav... Sed probabiliter affirmant Cajet. Bellarm... ».

^{b)} Pontius, Palaus, Gonet, Valentia tenent hanc opinionem ut probabiliores *speculative*; sed Pontius, *loc. cit., n. 1*; Gonet et Valen-

tamquam Christi Vicarius, cui regimen Ecclesiae est commissum, bene potest cum justa causa dispensare in aliquibus quae sunt de jure divino, et humanos actus concernunt.

Causa autem justa (ut dicunt praefati auctores) esset, vel impotentia superveniens, aut scandalum imminens, vel sterilitas de novo cognita, quando opus esset ad bonum publicum ut proles gigneretur. — Addunt etiam, si adsit disparitas conditionis, morbus contagiosus, dissensiones praevisae, mutuus conjugum consensus. Sed has quatuor causas non admittit Bonacina¹, et merito, saltem nisi urgeat necessitas boni publici; nam alias, istis admissis, pauca matrimonia rata et firma stare possent.

960. — « Resp. II^o. Manente vinculo matrimonii, licite fit divortium et separatio quoad *torum* et *cohabitationem*, ad tempus vel in perpetuum, ob gravem et justam causam, qualis est:

« 1^o. Alterius conjugis culpabile *adulterium*. (Per quod hic etiam intelligitur « omnis species luxuriae, in qua caro cum « alia dividitur, qualis est bestialitas, sodomia, etiam intra eundem sexum. Bonacina², contra Filliuccium^{a)}, Sanchez^{a)}, Perez³; ex Matth., v; et ex cap. *Gaudemus*, et cap. *Ex litteris*. Non « tamen mollities, vel pollutio, oscula, « tactus, vel amplexus impudici. Bonacina⁴, Sanchez⁵, Perez⁶; licet propter « similia, ad tempus possit aliquando fieri « separatio, ut nocens emendetur ». [Ut Salmant.⁷ cum Sanchez, Trullench et communi^{b)}]. — « Tunc enim innocens reli-

« gionem ingredi, aut sacros etiam ordines suscipere potest; nocens vero non, « nisi cum innocentis consensu.

« Excipitur tamen ab hoc casu: 1^o. Si « uterque conjux particeps sit ejusdem « criminis vel aequalis. Sanchez⁸, Bonacina⁹. — 2^o. Nisi innocens alteri condonarit. Quod aliqui eum fecisse censent, « si eam post adulterium intellectum rursus cognoverit. Bonacina, ex Coninck, « Henriquez, Filliuccio, Perez¹⁰: ubi vide « plures casus exceptos ».

Certum est virum posse dimittere uxorem adulteram; ut docuit Christus Dominus (Matth. v et xix), et expressum habetur in cap. *Gaudemus*, cap. *Ex litteris* et cap. *Significasti, de divort.* Idem communiter dicunt DD. de viro adultero, quem uxor possit relinquere. Ita Sanchez¹¹, Pontius¹²; et Salmant¹³ cum Coninck, Bonacina, Trullench: ex can. *Præcepit, caus. 32, qu. 5*, et can. *Idololatria, caus. 28, qu. 1*.

961. — Quaeritur 1^o. *An, ad divortium faciendum, sufficiat suspicio de conjugis adulterio?*

Quod sola suspicio sufficiat, habetur expressum in can. *Dixit Dominus, caus. 32, qu. 1*, ubi D. Hieronymus dixit: *Ubi cumque est... fornicatio vel fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur*. Communiter tamen advertunt D. Thomas¹⁴, Viva¹⁵; et Sanchez¹⁶ cum S. Bonaventura, S. Antonino, Paludano, Soto, Sà, Innocentio, Hostiensi, Abbate et aliis, non sufficere quamcumque probabilem suspicionem; sed requiri violentam, quae moralem certitudinem fundet, prout si probetur visus

Conjux adulteri potest ab altero dimitti.

Suspicio adulterii violenta sufficit.

Separatio corporis ex gravi causa fieri potest.

¹ Diss. 1, cap. 8, § 7, a num. 10. — ² Qu. 4, punct. 5, num. 2 et 4. — ³ Disp. 56, sect. 2, num. 4. — ⁴ Loc. cit., n. 3 et 5. — ⁵ Lib. 10, disp. 4, a n. 9. — ⁶ Loc. cit., n. 6 et 7. — ⁷ Tract. 9, cap. 16, num. 10. — *Sanch.*, loc. cit., n. 8. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 5. — ⁸ Lib. 10, disp. 6, num. 5; et disp. 5, num. 2. — ⁹ Qu. 4, punct. 5, n. 14. — *Bonac.*, loc. cit. — *Coninck*, disp. 35, dub. 2, n. 11. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 17, n. 5. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 298 et 392. — ¹⁰ Disp. 56, sect. 3. — ¹¹ Lib. 10, disp. 3, n. 6. — ¹² Lib. 9, cap. 16, n. 4. — ¹³ Tr. 9, cap. 16, n. 2. — *Coninck*, disp. 35, dub. 1, n. 6. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 2 et 6. —

Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 4. — ¹⁴ In 4, dist. 35, qu. unic., art. 3, ad 4. — ¹⁵ De Matr., qu. 8, art. 2, n. 4. — ¹⁶ Lib. 10, disp. 12, n. 41. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 32, art. 2, qu. 2, concl. in princ. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 21, § 5. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, concl. 1, i. f. (n. 17, i. f.); et dist. 35, qu. 1, art. 1, concl. 4 (n. 9). — *Sotus*, in 4, dist. 36, qu. unic., artic. 3, post concl. 3, v. *Circa singulas*. — *Sà*, v. *Divortium*, n. 3. — *Innoc.*, in cap. *Maritis*, de adulter. — *Hostien.*, in cap. *Porro*, de divort., n. 3. — *Abb. Panorm.*, in cap. *Maritis*, de adulter., num. 1.

tia, loc. cit., secundam sententiam putant in praxi tutam; et Palaus probabilissimam existimat. — Becanus etiam, qui pro secunda sententia a Salmant. allegatur, idem tenet ac Pontius, Gonet, etc.

960. — ^{a)} Filliuccius, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 367; et Sanchez, lib. 10, disp. 4, num. 3 et 4 et n. 14, male citantur a Busenbaum: eadem enim sententiam tenent quam Bonacina.

^{b)} Loquentes nimirum de sodomia cum

fuisse solus cum sola, et nudus cum nuda, ut dicitur in cap. *Litteris 12, de prae-sumpt.*

Dicit autem Palaus ^{a)} cum Farinacio ^{a)}, Gutierrez ^{a)}, etc., hoc requiri ad divortium faciendum auctoritate Ecclesiae; nam quoad forum internum, ait sufficere suspicionem probabilem, modo sit vehemens. — Sed hoc intelligendum quod, licet in foro interno non requiratur tanta certitudo quanta in externo, semper tamen requiritur talis suspicio, ut habeatur non sola probabilitas, sed moralis etiam certitudo de adulterio patrato: alias (bene ait Viva ¹⁾) per solam probabilitatem nequit alter privari sua certa possessione.

Casus speciales suspensionis.

Hinc, nisi aliae adsint circumstantiae, non sufficiunt amplexus, tactus et oscula ad faciendum divortium. Ita Pontius ², Viva ³; Sanchez ⁴ cum Navarro, Palacios, Perez, Barbosa et Lopez; et ipse Palaus ⁵ cum Coninck, Hurtado, etc. — Item non sufficit quod inveniatur solus cum sola in loco secreto; ut Sanchez ⁶ cum Navarro ^{b)}, contra Menochium.

Sufficit vero in foro conscientiae, si vir fide dignissimus testetur de adulterio vel de violento indicio; ut Sanchez ⁷, Viva ⁸; et Palaus ⁹ cum Gutierrez, Menochio ^{c)}, etc. — Sufficiunt etiam, ut ait Palaus ¹⁰ cum Menochio, litterae amatoriae uxoris, quibus adulterium praeteritum fa-

tetur. — Et sic puto etiam sufficere si aspiciatur aliquis solus cum sola in eodem lecto.

962. — Quaeritur 2^o. *An liceat facere divortium ob sodomiam aut bestialitatem commissam a conjuge?*

Prima sententia negat: quam tenent Innocentius, Abulensis ^{a)} et Palacios, apud Sanchez ¹¹; et hanc sequitur, speculative loquendo, etiam Pontius ¹². — Ratio: tum quia per solam fornicationem caro dividitur; tum quia lex poenalis, qualis haec est, non debet extendi de casu ad casum: textus autem in cap. *Gaudemus*, et cap. *Litteris, de divort.* (ut supra) de sola fornicatione loquuntur.

Sodomii vel bestialitas, juxta alios, non sufficit ad divortium.

Secunda vero sententia, communior et probabilior (saltem extrinsece), affirmat; et hanc tenent D. Thomas ¹³, Sanchez ¹⁴, Palaus ¹⁵, Concina ¹⁶; Salmant. ¹⁷ cum Soto, etc. Ratio, quia ex jure naturali uterque conjux tenetur fidem servare non dividendi carnem suam cum alia: quae vere dividitur cum habetur concubitus sodomiae vel bestialitatis. — Nec obstat quod lex poenalis non est extendenda. Nam jus discedendi ab adultero qui cum alia carnem suam dividit, non oritur ex lege positiva, sed ex ipso jure naturali, quod prohibet ne conjux cum alia carnem dividat. Sed auctores primae sententiae semper replicare possent, vere non dividi carnem sine

Probabilius sufficit.

¹ Qu. 8, art. 2, n. 4. — ² Lib. 9, cap. 16, n. 5, i. f. —

³ Loc. cit. — ⁴ Lib. 10, disp. 12, n. 47. *Navar.*, Comment. in Rubric. de Judiciis, n. 10. *Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *Sed numquid suspicio*. *Didac. Perez*, in Ordin. Castellae, lib. 8, tit. 15, leg. 2, v. *Sed est dubium*. — *Petr. Barbosa*, de Matr., part. 1, leg. 2, in princ., n. 73. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 1, cap. 295, v. *Ad haec quaestio*. — ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 1, n. 2. — *Coninck*, disp. 35, n. 5. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 11, diff. 2, n. 7. — ⁶ Loc. cit., num. 45. — *Menoch.*, de Praesumpt. lib. 5,

praesumpt. 41, n. 11 et 13. — ⁷ Lib. 10, disp. 12, n. 51. —

⁸ Qu. 8, art. 2, num. 4. — ⁹ Loc. cit., num. 8. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 129, n. 12, concl. 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 8. — *Menoch.*, lib. 5, praesumpt. 41, n. 39. — *Innoc.*, in cap. 1 de adulter., n. 1. — *Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *Verum etiam*; et dist. 35, v. *Vocant in dubium*. — ¹¹ Lib. 10, disp. 4, n. 2. — ¹² Lib. 9, cap. 16, n. 5. — ¹³ Suppl., qu. 62, art. 1, ad 4. — ¹⁴ Lib. 10, disp. 4, n. 3 et 14. — ¹⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 1, n. 2. — ¹⁶ Diss. 1, cap. 9, n. 7. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 16, n. 9. — *Sotus*, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 1, v. *Utrum vero*.

ipsa uxore invita, vel de pollutione cum ipsa.

961. — ^{a)} Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 4*, loquitur de divortio propria auctoritate faciendo, et, n. 7, dicit requiri ut innocens sit moraliter certus de adulterio, nec satis esse suspicionem probabilem, nisi sit violenta. Attamen, n. 8, negat requiri tantam probationem ad faciendum divortium propria auctoritate, quanta requiratur ad faciendum divortium auctoritate Ecclesiae. « Praeterquam quod (subdit) satis probabile est, ut pluribus firmant... Farinac... Gutierr... ad divortium celebrandum, non esse opus ea indicia adulte-

rii, quae suspicionem violentam, sed satis esse quae probabilem et vehementem suspicionem indicarent ». Et ita sane docent pro foro externo (vel utroque, ut ait Gutierrez) Farinacius, *Prax. crimin., qu. 136, n. 18*; Gutierrez, *de Matr., cap. 129, n. 12, v. f*

^{b)} Navarrus videtur male citari a Sanchez; id enim non habet, *loc. cit., n. 10*, in meis saltem editionibus.

^{c)} Menochius non citatur a Palao pro hoc asserto.

962. — ^{a)} Abulensis ita profecto docet, *in Matth., cap. 5, qu. 233*; sed contrarium tenet *in Matth., cap. 19, qu. 65, ad 3; qu. 66, 67 et 70*.

copula naturali. — Caeterum, bene ait Pontius¹ ab hac sententia non recedendum, cum sit communis; sed revera eam non probari.

Quaeritur 3°. *An copula habita cum aliena sine seminis effusione, sit causa sufficiens ad divortium?*

Copula sine seminatione, juxta alios, sufficit.

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Concina², citans S. Bonaventuram^{b)}, Sotum^{c)}, Silvestrum^{d)}, Paludanum^{b)}, Vega^{d)} et Henriquez^{d)}. Rationem non assignat; sed ratio videtur esse, quia fornicatio sine seminatione vera fornicatio est, licet non consummata, qua vere dividitur caro. — Citat etiam D. Thomam et Bonacina sine locis. Sed Bonacina (ut infra) expresse oppositum tenet; et locum D. Thomae, ubi id tradat, non potui invenire.

Probabilius non sufficit.

Secunda vero sententia probabilior negat; eamque tenent Sanchez³, Bonacina^{e)}, Escobar⁴; et Salmant.⁵ cum Filliuccio, Trullench et Ledesma^{f)}. — Ratio, quia nomine *fornicationis* intelligenda est fornicatio in suo genere perfecta, nempe consummata per seminationem. Alias non adest vera divisio carnis, sed potius divisio attentata: per solam enim seminationem fornicantes fiunt una caro.

963. Quaeritur 4°. *An vir, cognito adulterio uxoris, teneatur eam dimittere?*

¹ Lib. 9, cap. 16, num. 5. — ² Diss. 1, cap. 9, num. 9. — ³ Lib. 10, disp. 4, n. 13. — ⁴ Lib. 25, n. 131. — ⁵ Tr. 9, cap. 16, num. 10. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, num. 369. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 1, n. 5. — ⁶ Suppl., qu. 62, art. 2. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, num. 3. — ⁹ Qu. 4, punct. 5, n. 13. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 16, n. 6. — ¹¹ Loc. cit.,

Ratione *adulterii* certe non tenetur; cum haec dimissio a Christo Domino tantum sit permessa, non praecepta. Ita D. Thomas⁶ et alii omnes, ex can. *Idololatria, caus. 28, qu. 1*, ubi D. Augustinus sic dixit: *Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti; sed quia permisit, non jussit: dedit locum Apostolo monendi, ut qui voluerit non dimittat uxorem infidelem.* — Ratio patet: quia divortium introductum est in favorem innocentis, unde non debet in ejus poenam verti.

Vir non tenetur dimittere adulteram ratione adulterii.

Tantum vero potest vir teneri ad dimittendam adulteram ratione *correctionis* fraternae aut *scandali* vitandi; ut docent S. Thomas⁷, Palaus⁸, Bonacina⁹, Salmant.¹⁰ et alii, ex cap. *Si vir, de adulter.*, ubi dicitur: *Si vir, sciens uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, et ejus peccati particeps.* — Sed quod ad obligationem *correctionis* pertinet, communiter dicunt DD. non teneri virum dimittere uxorem, si alia via, nempe verbis aut verberibus, possit eam corrigere. Ita D. Thomas¹¹, Salmant.¹²; ac S. Bonaventura^{a)}, Cajetanus, Silvester, Armilla, Covarruvias^{b)}, Barbosa, Manuele, etc., apud Sanchez¹³. — Item nec tenetur, si ex tali dimissione timeat gravia incommoda,

Quando excusetur non obstante lege correctionis.

art. 2, ad 1. — ¹² Loc. cit., num. 7. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 29, v. f. — *Silvest.*, v. *Debitum*, n. 12, qu. 10. — *Armil.*, v. *Debitum conjugale*, num. 16. — *Petr. Barbosa*, de Matr., part. 1, leg. 2, in princ., n. 102. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 238, num. 6. — ¹³ Lib. 10, disp. 13, num. 9.

^{b)} Concina auctores citat sine locis, et tamquam ex Leandro, sed falso; nam Leander, *disp. 26, qu. 12 et qu. 8*, eorum ne nomen quidem facit. Et revera apud S. Bonaventuram, *in 4, dist. 35, qu. 1*, id non reperitur, sicut neque apud Paludanum, *dist. 35, qu. 1, art. 1, concl. 3 et 4 (n. 8 et 9)*.

^{c)} Sotus videtur male citari a Concina; nam, *dist. 36, qu. unic., art. 1, v. Utrum vero*, scribit: « Seminatio extra vas non sufficit...; et multo minus tactus vel affectus impudici, quia per hujusmodi seminationem et impudicitiam, mulier non fit una caro cum altero, atque adeo nec carnem suam dividit ». Quae sane, et potiori ratione, dicenda sunt de copula absque ulla seminatione. Et eodem modo ac Sotus loquitur Ledesma, pro secunda sententia citatus.

^{d)} Silvester, v. *Divortium, n. 10*; Vega, *Sum. nueva, part. 1, cap. 89, cas. 4*; Henri-

quez, *lib. 11, cap. 17, num. 7*, videntur sic tenere, eo quod dicunt sub nomine fornicationis comprehendendi omnem illicitum concubitum.

^{e)} Bonacina hanc sententiam potius insinuat, *qu. 4, punct. 5, n. 2*, ubi dicit adulterium satis esse ad divortium, quia tenentur conjuges sibi servare fidem; perfecte autem violari fidem et dividi carnem ab eo « qui commiscetur cum alio cum seminis emissionem, sicut coniuges fiunt una caro quando carnalis copula habetur cum seminatione in vase debito ». Ex quibus dictis colligit *num. seq.*, tactus impudicos non satis esse ad divortium.

^{f)} Petrus de Ledesma id perspicue significat, *qu. 62, art. 1, dub. 4*; loquitur enim ut Sotus hic supra nota c.

963. — ^{a)} S. Bonaventura, *in 4, dist. 35, qu. 2*, id non habet, nec pro hac parte citatur a Sanchez.

^{b)} Covarruvias, *de Matr., part. 2, cap. 7*,

nimirum periculum propriae incontinentiae, vel rixas cum propinquis uxoris, vel infamiam, aut jacturam gubernationis domesticae, et similia; quia praeceptum correptionis non obligat cum gravi incommodo^{c)}. Ita S. Antoninus¹, Pontius², Palaus³, Escobar⁴, Navarrus⁵, Bonacina⁶, Salmant.⁷; et Sanchez⁸ cum Soto^{d)}, Paludano^{d)}, Ledesma^{d)}, etc. — Caeterum bene ajunt Laymann⁹, Viva¹⁰ quod si putet vir hac sola via adulteram corrigendam esse, eo casu tenetur ex caritate (intellige, si possit absque gravi incommodo) ad tempus^{e)} eam dimittere.

Quod ad *scandalum* autem pertinet, tenetur etiam vir uxorem dimittere, ne videatur ipse peccato uxoris consentire; ut docent D. Thomas¹¹, Sanchez¹², Pontius¹³ et Salmant.¹⁴ cum aliis: ex citato cap. *Si vir*, ubi maritus retinens uxorem pertinacem declaratur *reus, et ejus peccati particeps*. Et idem dicitur in can. *Non solum 6, caus. 28, qu. 1*; ibi: *Quod si in his factis perseverat..., recede ab illa... Sin autem, et tu particeps peccati illius eris*. — Hoc tamen intelligitur 1), ut dicunt S. Antoninus¹⁵, Sanchez¹⁶, Pontius¹⁷ et Salmant.¹⁸,

si adulterium sit notorium; non vero si occultum. Intelligitur 2), ut dicunt Laymann¹⁹, Palaus²⁰, Pontius²¹; Salmant.²² cum Dicastillo et Perez; ac Bonacina²³ cum Silvestro, Toletus^{f)}, Coninck, Cajetano, Reginaldo, Gutierrez^{g)}, Rebello, Filiuccio et Ledesma^{g)}, si vir aliquo modo nequeat scandalo occurrere; secus vero, si posset alia via, nempe uxoris reprehensione, reclusionem, verberationem aut alia moderata coercitione.

Quod si, his mediis adhibitis, scandalum perseverat, erit vir excusatus, si uxorem non dimittit ex justa causa, nempe ratione periculi suae incontinentiae; vel si labore inopia aut morbo, et ideo indigeat ope uxoris; vel si alias deberet grave damnum subire; vel si alias uxor deterior evaderet aut illi immineret notabile detrimentum sanitatis; aut si adsit probabilis spes ut brevi uxor resipiscat: prout docent S. Antoninus²⁴, Palaus²⁵, Salmant.²⁶; et Sanchez²⁷ cum Soto, Navarro, Paludano, Majore, Tabiena, Ledesma, Palacios, Graffio, Philiarcho, Gabriele, Angelo, Silvestro, Lopez, Armilla, Richardo et Abulensi; etsi non omnes auctores citati

Justa causa excusat a dimittenda uxore adultera.

Tenetur dimittere ratione scandalum.

Quomodo intelligendum.

¹ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — ² Lib. 9, cap. 17, n. 4. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — ⁴ Lib. 25, n. 136. — ⁵ Man., cap. 16, n. 28. — ⁶ Qu. 4, punct. 5, n. 13. — ⁷ Tr. 9, cap. 16, num. 7. — ⁸ Lib. 10, disp. 13, num. 7. — ⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 15. — ¹⁰ Qu. 8, art. 2, n. 5. — ¹¹ Suppl., qu. 62, art. 2. — ¹² Lib. 10, disp. 13, n. 10. — ¹³ Lib. 9, cap. 17, n. 3. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 16, n. 6. — ¹⁵ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — ¹⁶ Loc. cit., n. 14. — ¹⁷ Lib. 9, cap. 17, n. 3. — ¹⁸ Tr. 9, cap. 16, n. 7. — ¹⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 15. — ²⁰ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — ²¹ Loc. cit., n. 3. — ²² Loc. cit., n. 7. — ²³ *Dicast.*, disp. 10, dub. 4, n. 53 et 56. — ²⁴ *Perez*, disp. 56, sect. 4, n. 5. — ²⁵ Qu. 4, punct. 5, num. 13. — ²⁶ *Silvest.*, v. *Debitum*, num. 12, qu. 10. — ²⁷ *Coninck*, disp. 35, dub. 3, n. 19. — *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Decimum caput*. — *Regin.*, lib. 31, num. 329. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 17, n. 12 et 13. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 389. — ²⁸ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — ²⁹ Tr. 28,

disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — ³⁰ Loc. cit., n. 7. — ³¹ Lib. 10, disp. 13, a n. 19 ad 24. — *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 2, post concl. 2, v. *Nervus ergo*. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 22, v. *Sexto*. — *Palud.*, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4 (n. 23). — *Major*, in 4, dist. 35, qu. 1, v. *Contra priorem concl.*, i. f. *Tabiena*, v. *Matrimonium IV*, n. 4, qu. 3. — *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 2, concl. 2, v. f. *Palacios*, in 4, dist. 35, disp. unic., v. *Porro autem quia*. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 84, n. 6. — *Philiarch.*, part. 2, lib. 4, cap. 19, v. *Quarto*. — *Gabr. Biel*, Suppl., in 4, dist. 35, qu. unic., art. 2, concl. 3. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 8. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 10. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 54, v. *Porro circa*. — *Armill.*, v. *Debitum conjugale*, num. 16. — *Richard. de Mediavilla*, in 4, dist. 35, artic. 1, qu. 2. — *Abulen.*, in Math. cap. 19, qu. 71, in med.

§ 2, n. 4, dicit turpe esse rem habere et vitam agere cum uxore adultera quae nondum poenituit, et mortaliter peccare reddentem debitum uxori publice adulterae, « nisi scandalum ab eo vitetur et uxoris correctio salva sit ». Quibus innuit posse eam corrigi aliis mediis quam dimissione. Et idem insinuant potius quam expresse dicant auctores et Sanchez citati.

^{c)} Non omnes auctores citati cuncta haec inconvenientia adducunt, sed alii aliud afferunt.

^{d)} Sotus, in 4, dist. 36, art. 2, concl. 2, et v. f., v. *De secundo autem*, negat virum

teneri uxorem dimittere cum tanto detrimento; Paludanus, *dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4, num. 23*; Martinus Ledesma, *2^a 4ⁱ, qu. 64, art. 2, v. f.*, negant teneri dimittere, si timeat periculum incontinentiae. Isti tamen auctores a Sanchez citantur pro alia assertionem.

^{e)} Laymann non limitat ad tempus.

^{f)} Toletus, *lib. 7, cap. 24, n. 4*, non tractat de hac parte.

^{g)} Gutierrez, *de Matr., cap. 129, n. 15, v. f.*, negat virum teneri uxorem dimittere, « nisi quando... esset scandalum, quasi ipse in adulterium ejus consentiret ». — Et Petrus

omnes praefatas causas excusantes proponant. — Addunt Salmant.¹, sufficere insuper causam, si plures expensae essent impendendae ut divortium fieret auctoritate iudicis; vel si ex divortio contentiones timeantur. Demum D. Antoninus² sic concludit: *Ergo vir cum detrimento juris sui et periculo, non tenetur (uxorem) expellere.* — Ita praefati auctores.

Sed alii probabiliter dicunt, quod si vir jam praebuerit sufficientia indicia quod ipse aegre ferat uxoris adulterium, non tenetur eam dimittere ratione scandali; quia si nihilominus alii scandalizantur, scandalum ipsorum erit pharisaicum, quod non tenetur ipse vitare. — Ita Palaus³, cui consentit etiam Laymann⁴ cum Paludano^{h)}, qui ait: *Si explicet maritus quod non foveat illam in crimine, sed juxta se retineat ut cohibeat a peccato. Quod si nihilominus aliquis scandalizetur, scandalum est ex malitia, quod contemnitur.* Idem sentit Glossa in can. *Non solum*, supra citato, ubi ad verba: *sin autem, et tu particeps peccati illius eris*, explicat: *Id est, si non revocas eam a proposito.* Ergo vir qui revocat adulteram a proposito non est reputandus particeps peccati illius. — Clarior id docet D. Antoninus⁵, dicens: *Propter scandalum phariseorum non tene-*

tur homo dimittere jus suum; prius debet (maritus) exponere... quod non ut foveat illam in crimine, sed magis ut eam melius cohibeat a peccato, juxta se retinet: et cum hoc sit verisimile, si quis ex hoc scandalizatur, non est scandalum pusillorum, et cum non potest dimittere sine periculo suo, licite potest retinere.

Hinc, ex omnibus praedictis bene inferunt Palaus⁶; Sanchez⁷ cum Ledesma et Abulensi; et Salmant.⁸ cum Sotoⁱ⁾, Pontioⁱ⁾, Dicastillo, Perez, Trullenchⁱ⁾, etc., quod propter hanc causam scandali raro tenetur vir uxorem adulteram dimittere.

964. - Quaeritur 5^o. *An uxor teneatur divortium facere a viro adultero?*

Prima sententia, quam tenent S. Antoninus⁹; et Sanchez¹⁰ cum Paludano, Silvestro, Soto, Tabiena^{a)}, Armilla, Sà, Ledesma, etc., dicit nunquam teneri. — Non ratione *scandali*, quia nunquam praesumitur uxor consentire in viri adulterium. Non ratione *correctionis*, quia tantum superioris est corrigere facto; uxor autem est subdita viro: unde *ipsa* (ait D. Antoninus) *non habet virum corrigere facto, sed verbo.*

Secunda tamen sententia mihi verior, quam tenent Bonacina^{b)}, Concina¹¹, Navarrus^{c)}, Antoine¹²; Salmant.^{d)} cum Di-

Raro tenetur dimittere propter scandalum.

Uxor, juxta alios, nunquam tenetur divertere a viro adultero.

Verius aliquando tenetur.

¹ Tr. 9, cap. 16, n. 7. — ² Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 3, n. 3. — ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 15. — ⁵ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Lib. 10, disp. 13, n. 25. *Mart. Ledesma*, 2^a 4ⁱ, qu. 64, art. 2, i. f. - *Abulen.*, in *Matth.*, cap. 19, qu. 71. — ⁸ Tr. 9, cap. 16, num. 7. *Dicast.*, disp. 10, dub. 4, n. 51 et 36. *Perez*, disp. 56, sect. 4, n. 5. — ⁹ Part. 3,

tit. 1, cap. 20, § 9. — ¹⁰ Lib. 10, disp. 13, n. 29. - *Palud.*, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 5 (n. 24). *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, num. 12, qu. 10. *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 2, v. *De altero vero membro*. - *Armil.*, v. *Debitum conjugale*, n. 16; et v. *Matrimonium*, n. 75. - *Sà*, v. *Divortium*, n. 6. - *Mart. Ledesma*, 2^a 4ⁱ, qu. 64, art. 2, prop. 1. — ¹¹ Diss. 1, cap. 9, n. 16. — ¹² De Matr., cap. 2, qu. 9, n. 1.

de Ledesma, *qu. 62, art. 2, concl. 2*, ait teneri dimittere: « Quando sequitur scandalum; sequitur autem regulariter. Nam cum vir possit etiam facto corripere mulierem, illi crimen adulterii imputabitur ».

^{h)} Paludanus, in 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 4, (n. 24), ita sane tenet, sed textus iste potius est Laymanni quam Paludani.

ⁱ⁾ Sotus, in 4, dist. 36, art. 2, post concl. 2, v. *Nervus ergo*; Pontius, lib. 9, cap. 17, n. 3; Trullench, lib. 7, cap. 12, dub. 3, n. 4, id non habent. Sed auctores, post plura asserta diversa quae simul congerunt Salmant., indiscriminatim ab iis citantur.

964. - ^{a)} Tabiena, v. *Matrimonium IV*, n. 4, qu. 3, postquam plures casus enumeravit, quibus viro licet uxorem adulteram non dimittere, addit: « Et similiter dicitur de

muliere et plus, quia non tantum tenetur corrigere virum ». Unde non absolute negat teneri; proindeque non satis recte citatur a Sanchez.

^{b)} Bonacina, *qu. 4, punct. 5, num. 13*, ait uxorem teneri ad correctionem, etsi non ex officio, quando est spes emendationis; teneri item scandalum cavere, quamvis hoc « raro » uxori possit imputari, quia censetur communiter displicentiam habere de mariti adulterio.

^{c)} Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 22, plane innuit *aliquando* teneri, negando scilicet peccare uxorem quae retineat maritum adulterum, « modo id ei non placeat (quod fere semper contingit) ».

^{d)} Salmant., *loc. cit.*, n. 7, non tractant de hac uxoris obligatione.

castillo ^{e)} et Perez ^{e)}; item Petrus Soto, Palacios, Gabriel, Ledesma, etc., apud Sanchez ¹, dicit etiam uxorem teneri aliquando divertere a viro adultero. Quia aliquando tenetur etiam subditus, si potest sine gravi incommodo, corrigere superiorem modo quo potest. — Et a fortiori ad id tenetur uxor, cui jam concessum est relinquere virum adulterum; dummodo tamen (ait Antoine) ipsa sciat virum hoc medio certo emendandum. Sed melius dicit Concina, si probabilis sit spes emendationis, quia correctio bene debet fieri ubi spes probabilis intervenit; ut dicunt Salmant. ² cum Suarez, Palao, Diana, etc.

Sed rarissime.

Merito vero dicunt praefati auctores ad hoc raro sive rarissime teneri uxorem: tum quia rarissime uxor potest corripere virum; tum quia rarissime poterit uxor a viro discedere sine gravi incommodo. — Et ideo nec etiam tenetur ei debitum negare: tanto magis quia negando vir deterior fieret, ut docent S. Antoninus ³; et Bonacina ⁴ cum Sanchez, Filliuccio ^{f)} et aliis.

965. - Utrum autem teneatur conjux innocens recipere alterum ex adulterio emendatum?

Juxta alios, innocenstenetur emendatum accipere.

Affirmant Concina, ac Busenbaum ^{a)} (infra, n. 974) cum Laymann et Perez ^{a)}, ad hoc teneri ex caritate, si alias ille sit in periculo relabendi. — Sed ego minime audeo innocentem ad hoc obstringere sub culpa: cum, ex una parte, Christus

Petr. de Soto, lect. 12, de Matr., v. f. - *Palacios*, in 4, dist. 35, disp. 1, v. *Ex istis palam est*. - *Gabr. Biel*, in 4, dist. 35, qu. unic., art. 2, concl. 4. - *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 2, concl. 1. - ¹ Lib. 10, disp. 13, num. 28. - *Concina*, diss. 1, cap. 9, n. 16. - ² Tr. 21, de praec. Decal., cap. 7, n. 66. *Suar.*, de Carit., disp. 8, sect. 3, n. 3. *Palao*, tr. 6, disp. 3, punct. 5, num. 3. *Diana*, part. 7, tr. 3, resol. 43. - ³ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 9. - ⁴ Qu. 4, punct. 5, n. 13. - *Sanch.*, lib. 10, disp. 13, n. 29. - *Concina*, loc. cit., n. 15. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. - ⁵ Tr. 9, cap. 16, n. 21. - ⁶ Lib. 10, disp. 6, n. 8 et 9. —

Dominus eum perpetuo liberaverit ab obligatione cohabitandi cum adultero; et ex alia, non videtur caritas ad tantum onus obligare, ut conjux recipiat alterum qui fregit sibi fidem. Unde merito dicunt Salmant. ⁵ tantum ex honestate et decencia debere innocentem sibi reconciliare emendatum si commode potest. Nec obstat quod in cap. *Si vir, de adulter.*, dicatur: *Debet, sed non saepe, recipere peccatricem*; nam Glossa τὸ debet explicat: *Debet debito honestatis et non necessitatis*.

Juxta S. Doctorem non tenetur nisi ex honestate.

966. - Quaeritur 6°. In quibus casibus illicitum sit conjugi divortium facere ab altero in adulterium lapsa?

Non licet divortium facere ob adulterium.

PRIMUS est, si *uterque* reus sit adulterii. Tunc enim neuter jus habet ad divortium; etsi unus semel peccaverit et occulte, alter vero centies et publice ^{a)}. — Ita Sanchez ⁶, Pontius ⁷; et Salmant. ⁸ cum Soto, Coninck, Trullench, Dicastillo et aliis passim, ex D. Thoma ⁹.

1°. Si uterque adulteravit.

Dubatur autem hic: *an in tali casu conjux emendatus possit divortium facere ab altero in adulterio perseverante?* — Adest duplex sententia probabilis:

Prima negat, nisi condonationem sui criminis jam obtinuerit. Quia emendatio illius, ut dicunt, injuriam alteri (vel semel factam) non extinguit. — Ita Pontius ¹⁰; Dicastillus, Ledesma, Hurtadus, Basilius, apud Salmant. ¹¹.

Quid si unus sit emendatus.

Secunda autem sat probabilis sententia, quam tenent Sanchez ¹², Viva ¹³; Aversa,

⁷ Lib. 9, cap. 17, n. 5. — ⁸ Tr. 9, cap. 16, n. 11 et 12. *Sotus*, in 4, dist. 36, art. 1, cas. 1, dub. 2, obj.; et v. *Dubium autem ad hujus*, et v. *Dubitatio vero*. *Coninck*, disp. 35, num. 12. - *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 2, num. 2. - *Dicast.*, disp. 10, dub. 3, num. 25 et 26. — ⁹ In 4, dist. 35, qu. unic., art. 1, corp. — ¹⁰ Lib. 9, cap. 17, n. 9. — *Dicast.*, loc. cit., n. 27 et 29. - *Petr. Ledesma*, qu. 62, art. 1, dub. 2, concl. 2. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 11, diff. 3, n. 10. *Basil. Pont.*, loc. cit. — ¹¹ Tr. 9, cap. 16, n. 13. — ¹² Lib. 10, disp. 7, n. 4. — ¹³ Qu. 8, art. 2, n. 7. — *Aversa*, qu. 23, sect. 4, v. *Quinto*.

^{e)} Dicastillus, loc. cit., num. 57; Perez, disp. 56, sect. 4, num. 8, dicunt multo minorem esse in uxore quam in viro hanc obligationem, quam ceteroquin antea dixerunt rarissime astringere virum. Quin etiam Dicastillus videtur insinuare nunquam uxorem ad hoc teneri.

^{f)} Filliuccius, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 390, non satis accurate citatur a Bonacina; loquitur enim de dimissione viri adulteri, non de negatione debiti.

965. - ^{a)} Busenbaum, loc. cit., non loquitur de adultero conjuge, sed de conjuge post matrimonium apostatante, vel in haeresim lapsa. Et ita etiam Perez, disp. 57, sect. 1, n. 2. De conjuge autem adultero, sed emendato, Perez tractat, disp. 56, sect. 6, n. 9; sed tenet eandem sententiam quam S. Alphonsus.

966. - ^{a)} S. Thomas habet tantum principium generale; virum scilicet non posse uxorem adulteram dimittere, « si ipse vir similiter fornicatus fuerit ».

Trullench, Coninck, Bonacina, Reginaldus, Henriquez^{b)}, etc., ac Salmant¹, dicit quod emendatus possit separari ab altero qui post correctionem non resipiscit. — Ratio, quia (ut dicunt) si post crimina ambo conjuges se reconciliarent, tunc, uno relabente, posset alter certe recedere. Ita pariter in praesenti casu: nam emendatus per ipsam correptionem jam virtualiter offert reconciliationem quam alter admittere tenetur, et sic terminus jam imponitur compensationi; ita ut alter non amplius habeat jus in posterum compensandi novum peccatum cum praeterito conjugis emendati: et ideo ob novum adulterium juste tribuitur emendato jus recedendi.

2°. Si conjux consentit adulterio alterius.

SECUNDUS CASUS est, si conjux *consentiat in adulterium alterius*. Tunc enim amittit jus recedendi: ex cap. *Discretionem, de eo qui cognovit consang. etc.* Et est communis sententia cum Sanchez², Bonacina³; et Salmant.⁴ Coninck, Trullench, Perez, etc., ex D. Thoma⁵.

Quando vir non censetur consentire.

Notant tamen hi uniformiter^{c)} quod non sufficit ad praesumendum consensum viri, si ille prudenter dissimularit vel non averterit adulterium uxoris eo quod non potuit sine magno incommodo; vel si causam tantum remotam praebuit, ut si male eam tractavit. In allatis enim textibus statuitur, non excusari feminam adulterantem, etiamsi a viro sit injuste dimissa.

Trull., lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 3. *Coninck*, disp. 35, n. 17. *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 15. *Regin.*, lib. 31, n. 321, i. f. — ¹ Tr. 9, cap. 16, n. 14. — ² Lib. 10, disp. 5, n. 4. — ³ Qu. 4, punct. 5, n. 14. — ⁴ Loc. cit., n. 15. *Coninck*, disp. 35, dub. 2, n. 8. *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 4. *Perez*, disp. 56, sect. 3, n. 6. — ⁵ Suppl., qu. 62, art. 1. — ⁶ Suppl., qu. 62, art. 1. — *Sanch.*, lib. 10,

TERTIUS CASUS est, si conjux *sine culpa formali adulteretur*, puta ob errorem inculpabilem vel si violenter cognita sit. Ita communiter S. Thomas⁶; ac Sanchez, Coninck, etc. cum Salmant.⁷ — Secus vero, ut notat Sanchez⁸, si per metum consentiret; quia propter metum non excusatur a culpa. — Notat etiam Dicastillus^{d)} apud Salmant.⁹, quod si uxor, putans virum esse mortuum, extra matrimonium fornicetur, etiam vir potest eam dimittere. Secus, si vir fornicetur, putans mortuam uxorem.

3°. Si conjux sine culpa formali adulteret.

QUARTUS CASUS est, *si injuria sit remissa*, sive ante sive post divortium. Si autem post remissionem relabatur vel reconciliatus vel reconcilians, alter jam dimittendi jus habet. Sanchez¹⁰, Salmant.¹¹ et alii.

4°. Si culpa sit condonata.

Praesumitur autem facta remissio vel ex verbis vel factis, ut si conjux innocens, conscius et memor adulterii, omnino sponte coeat cum adultero; ut docent S. Thomas¹², Sanchez¹³; Salmant.¹⁴ cum Dicastillo, Trullench, Aversa, et aliis apud Busenbaum (*n. 960, v. Excipitur*). — Signa pariter sunt remissionis, si maneant in eadem domo, mensa, lecto; maxime, si interveniant oscula, tactus, amplexus. Notandum tamen quod si conjux innocens per haec vere animum non habeat remittendi^{e)}, in conscientia semper recedere

Quando praesumatur condonata.

disp. 5, n. 11, 13 et 17. *Coninck*, disp. 35, dub. 2, n. 9 et 10. — ⁷ Tr. 9, cap. 16, n. 17. — ⁸ Loc. cit., n. 16. — ⁹ Loc. cit., n. 17. — ¹⁰ Lib. 10, disp. 6, n. 7; et disp. 5, n. 20. — ¹¹ Loc. cit., n. 18. — ¹² Suppl., qu. 62, art. 1. — ¹³ Disp. 5, n. 19; et disp. 14, n. 6, 9, 13. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 16, n. 19. *Dicast.*, disp. 10, dub. 3, n. 47. *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 8 et seqq. *Aversa*, qu. 23, sect. 7, v. *Tertio*.

^{b)} Henriquez, *lib. 11, cap. 17, n. 3*, hanc sententiam amplectitur casu quo vir occulte moechatus est et emendatur.

^{c)} Sanchez nempe, *loc. cit., num. 5 et 6*; Salmant., *loc. cit., n. 16*, id plane tenent. — Bonacina autem, *loc. cit.*, v. *Dixi, quando vir*; Coninck, *loc. cit., dub. 1, num. 7*; Trullench, *loc. cit.*; Perez, *loc. cit.*, habent tantum ultimum casum, nempe casum quo vir causam tantum remotam adulterii praebuit. — Trullench tamen insinuat etiam primum, dicens virum consentire in uxoris adulterio, « si... non prohibet cum possit absque gravi damno ». Item Perez, *loc. cit.*, dicit: « Censetur autem consentire, quoties potens prohibere, non prohibet; si non habeat justam cau-

sam ad non prohibendum ». — Coninck denique, *dub. 2, n. 8*, negat conjugem posse alterum adulterantem dimittere, si in ejus adulterio consentit, « illud permittendo cum facile posset prohibere ».

^{d)} Dicastillus, *disp. 10, dub. 3, n. 39 et 40*: « Mihi non videtur improbabile, inquit, saltem si res sit nota vel publica, non teneri cum tali uxore cohabitare ». De cetero concordat in eis quae dicuntur de viri fornicatione.

^{e)} Sanchez ita docet de casu quo conjux innocens habeat *animum positivum non condonandi*. Si vero negative se habuerit tantum, non posse recedere neque in foro interno neque in externo. Et idem videntur insinuare

potest, quamvis in foro exteriori divortium ei negetur. Ita Sanchez¹; et Filliucius, Aversa, Trullench, Villalobos, cum Salmant.²

967. - Sed dubitatur hic 1^o. *An, facto divortio per sententiam iudicis, possit innocens adhuc adulteram cogere ut ad se redeat?* - Duplex est sententia:

Prima, quam tenent Sotus et Ledesma^{a)}, apud Sanchez³ (qui probabilem vocat) dicit quod per sententiam etiam adultera remanet soluta ab obligatione cohabitandi et reddendi debitum.

Secunda vero sententia, et communis, quam tenent Sanchez⁴ cum Silvestro, Henrico, Ledesma, Sà et pluribus aliis; item Palaus⁵, Pontius⁶, Bonacina⁷; et Salmant.⁸ cum Coninck, Gutierrez^{b)}, Reginaldo, Aversa, etc., docet, quod semper ac status utriusque conjugis non sit mutatus^{c)}, nempe si neuter voverit castitatem, etc., tenetur adultera redire; quia innocens suum jus non amittit per sententiam, quae tantum in poenam adulterae, non in favorem emanatur. Ita expresse docet D. Thomas⁹, ubi: *Cum divortium sit inductum in favorem viri, non aufert ei jus petendi debitum vel revocandi uxorem. Unde uxor tenetur ei reddere et ad eum redire si fuerit revocata; nisi de licentia ejus votum continentiae emiserit.* -

Et ad hoc ut adultera teneatur redire, recte dicit Sanchez¹⁰ (contra Palacios), non requiri novam sententiam iudicis. - Merito vero ait Palaus¹¹ cum Gutierrez^{a)}, raro posse compelli uxorem adulteram redire ad virum, propter prudentem timorem mortis aut saevitiae facile ab illo inferendae.

Dubitatur 2^o. *Si conjux innocens, facto divortio per sententiam, labitur in adulterium, utrum is amittat jus ad divortium, ita ut, altero petente, teneatur ad eum redire?*

Prima sententia affirmat. Quia injuria jam est compensata; nec sententia ita absolutit adultero jus, ut innocens post divortium possit adulterari. - Ita Pontius¹²; item, apud Salmant.,¹³ S. Antoninus, S. Bonaventura, Perez, Dicastillus, Coninck, Aversa, Sotus, Diana, Leander. Et probabilem vocant Salmant.¹⁴

Secunda tamen sententia, quam longe probabilior censeo, et tenent S. Thomas¹⁵, Sanchez¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Filliuccio, Reginaldo, Bonacina, Ledesma et aliis, dicit non teneri. Quia per sententiam absolute latam jam innocens absolutus mansit a servitute, et adulter jure suo privatus. - Hoc tamen non obstante, D. Thomas¹⁸ sic advertit: *Secundum aequitatem juris, iudex ex officio suo debet eum cogere^{e)} ut caveat periculo animae ejus et*

Raro compellenda est uxor adultera ad redeundum.

Si, divortio per sententiam facto, innocens adulteret.

Juxta alios, perdit jus ad divortium.

Longe probabilior non perdit.

Facto divortio per iudicem, adulter, juxta alios, nequit revocari.

Communitate affirmatur.

¹ Lib. 10, disp. 14, n. 21. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 394. - *Aversa*, qu. 23, sect. 7, v. *Secundo*. - *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. 2, n. 11, v. *Quarto*. *Villal.*, part. 1, tr. 15, diff. 1, n. 14. - ² Tr. 9, cap. 16, n. 19. - *Sotus*, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 5, ad 3. - ³ Lib. 10, disp. 10, num. 2. - ⁴ Loc. cit., n. 3. - *Silvest.*, v. *Divortium*, n. 13, qu. 10. *Henric. Boich.*, in cap. *Ex litteris*, de divort., num. 13. *Barthol. Ledesma.*, de Matr., diff. 70, post princ. *Sà*, v. *Divortium*, n. 2. - ⁵ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, n. 1, - ⁶ Lib. 9, cap. 19, n. 1. - ⁷ Qu. 4, punct. 5, n. 16. - ⁸ Tr. 9, cap. 16, n. 22. *Coninck*, disp. 35, dub. 2, n. 18. - *Regin.*, lib. 31, n. 325 et 326. *Aversa*, qu. 23, sect. 6, v. *Asserendum*. - ⁹ Suppl., qu. 62, art. 6, ad 3. - ¹⁰ Lib. 10, disp. 10, n. 4. - *Palacios*, in 4, dist. 35, disp. unic., v. *Ser-*

vitus ergo. - ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, num. 3. - ¹² Lib. 9, cap. 20, num. 6. - ¹³ Tr. 9, cap. 16, num. 23. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 21, § 6, v. *Item nota quodsi*. - *S. Bonav.*, in 4, dist. 35, qu. 5. - *Perez*, disp. 56, sect. 3, n. 5. - *Dicast.*, disp. 10, dub. 3, n. 31. - *Coninck*, disp. 35, dub. 2, n. 13 et 15. *Aversa*, qu. 23, sect. 4, v. *Septimo rursus*. *Petr. de Soto*, lect. 12, de Matr., v. f. *Diana*, part. 3, tract. 4, resol. 257, v. *Notanda*. *Leand.*, tr. 9, disp. 26, qu. 23. - ¹⁴ Loc. cit., n. 23. - ¹⁵ Suppl., qu. 62, art. 6, ad 4. - ¹⁶ Lib. 10, disp. 9, n. 30. - ¹⁷ Loc. cit., num. 24 et 25. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 10, num. 377 et 378. *Regin.*, lib. 31, n. 330. - *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 19. - *Petr. Ledesma.*, qu. 62, art. 6, concl. 2. - ¹⁸ Loc. cit., ad 4.

Salmant., dum tenent ea quae hic a S. Alphonso habentur, casu quo « copulam et caetera exercuit non animo reconciliandi illam sibi, quin potius oppositum habuerit ».

967. - ^{a)} Petrus Ledesma, qu. 62, art. 6, concl. 3, v. *Circa hoc*, asserit posse probabiliter sustineri hanc sententiam. Ipse tamen in conclusione expresse statuit: « Quando celebrato divortio, vir innocens adulteram revocat, illa tenetur ex justitia redire ».

^{b)} Gutierrez parum diligenter a Salmant.

allegatur; nam, *de Matr.*, cap. 129, n. 14, vocat hanc sententiam communem, sed eam non sequitur: « Ego, inquit, praefatam communem opinionem minime sequor, neque servarem in praxi, si iudex essem, instante uxore ne viro restituatur ».

^{c)} Nimirum legitime; vide infra, n. 969.

^{d)} Quin etiam Gutierrez, loc. cit., absolute et simpliciter negat compellendam esse invitam.

^{e)} Alii legunt: *monere*.

scandalo aliorum, quamvis uxor non possit reconciliationem petere. Et in hoc omnes conveniunt, ut dicunt Salmant.¹

968. - Dubitatur 3^o. *An conjux possit adulteram dimittere propria auctoritate?* — Adsunt tres sententiae satis probabiles:

Prima sententia absolute negat. Et hanc tenent D. Thomas², ubi: *Divortium non potest celebrari, nisi iudicio Ecclesiae*; Concina³; ac Bellarminus, Aversa, apud Salmant.⁴ — Ratio, quia separatio conjugum est actio publica, pertinens ad externam gubernationem: unde non potest fieri privata auctoritate sine perturbatione.

Secunda sententia, quam tenent Laymann⁵, Pontius⁶; et Salmant.⁷ cum S. Antonino^{a)}, Soto^{a)}, Coninck, Henriquez^{b)}, Villalobos^{c)}, etc., distinguit: et affirmat, si adulterium est notorium; negat vero, si occultum, quia tunc fama conjugis adulteri injuste proderetur. — Idque confirmant ex cap. *Significasti 4, de divort.*, ubi dicitur: *Si notorium est mulierem... adulterium commisisse, ad eam recipiendam praefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium com-*

misisse. Item ex cap. *Ex parte 9, de sponsal.*; ibi: *Nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere.*

Tertia demum sententia absolute affirmat posse fieri divortium sine sententia, sive adulterium sit publicum sive occultum: modo sit certum, et ex separatione non interveniat scandalum quod non possit aliter reparari. Ita Sanchez⁸ cum Soto, Palacios, Henriquez, Abbate, etc.; ac Bonacina⁹ cum Sà, Ledesma^{d)}, Reginaldo, Coninck^{e)} et Filliuccio. — Probatur ex can. *Dixit Dominus, [caus.] 32, qu. 1*; ibi: *Ubicumque est... fornicatio vel fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur.* Nota τὸ *libere*, quod denotat nullam requiri sententiam aut licentiam. Et ratio est, quia absolute concessum est a Christo Domino dimittere conjugem adulterantem. — Haec sententia mihi probabilior est, saltem si adulterium sit ex parte feminae; durum enim esset cogere virum certum de adulterio uxoris, ut publicum faciat illius crimen in iudicio cum suo perpetuo dedecore.

Bene tamen advertit Bonacina¹⁰ quod si post divortium iudex cogat conjugem

Probabiliter semper potest, si adulterium sit certum et absit scandalum.

Opinio haec probabilior in adulterio feminae.

Conjux probabiliter nequit propria auctoritate dimittere adulteram.

Probabiliter potest, modo adulterium sit notorium.

¹ Tr. 9, cap. 16, n. 24. — ² Suppl., qu. 62, art. 3, corp. — ³ Diss. 1, cap. 9, n. 14. — *Bellarmin.*, de Matr., cap. 14, v. *Secundum est.* - *Aversa*, qu. 23, sect. 2, v. *Secundo.* — ⁴ Loc. cit., n. 46. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 8 et 9. — ⁶ Lib. 9, cap. 18, n. 2 et 6. — ⁷ Tr. 9, cap. 16, n. 47. - *Coninck*, disp. 35, n. 2. — ⁸ Lib. 10, disp. 12, n. 31 et 32. -

Sotus, in 4, dist. 36, art. 3, v. f., v. *Circa secundam concl.* - *Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 3, v. *At forsans rogatas.* *Henriq.*, lib. 11, cap. 17, n. 2. - *Abb. Panorm.*, in cap. fin. de adulter., n. 6. — ⁹ Qu. 4, punct. 5, n. 10. - *Sà*, v. *Divortium*, n. 1. - *Regin.*, lib. 31, n. 324. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 10, n. 386. — ¹⁰ Qu. 4, punct. 5, n. 10.

968. - ^{a)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 21, § 5*, affert plures opiniones; et primo quidem negat divortium posse fieri propria auctoritate, « nisi fornicatio incontinenti possit probari ». Et addit: « Item secundum Hostien., si adulterium sit notorium, ita quod inficiationi non sit locus, tunc potest dimittere auctoritate sua; sed Gulielmus dicit hoc esse verum, si alter recedit a conjugate et publice moratur cum adultero vel adultera: alias, si propria auctoritate dimitteret, cogetur recipere ». — Et fere etiam Sotus, *in 4, dist. 36, art. 3, concl. 2*: « Quamvis, inquit, crimen publicum esset et notorium, semper est adeundus iudex... Tametsi tam notorium esse potest, ut possit maritus eam absque alio iudicio deserere, utpote si adultera in aedes adulteri se receperit, cum quo publice habitat ». Alias cogetur ad eam recipiendam, « nisi incontinenti testimonia ipse legitima fornicationis perhibeat ». Concedit tamen posse divortium fieri propria auctoritate in casu matrimonii clandestini.

^{b)} Henriquez potius tertiam tenet senten-

tiam, *lib. 11, cap. 17, n. 2*; dicit enim licitum esse dimittere uxorem adulteram ante sententiam Ecclesiae: « Primo, quando adulterium est publicum... Tertio, quando uxor secreto adulterata est, et vir eam de occulto peccato monitam, quod per duos testes probare potest, relinquit sine scandalo ».

^{c)} Villalobos, *part. 1, tr. 15, diff. 3, n. 3*, id habet pro foro externo. Sed, *num. 4*, pro foro interno potius tenet tertiam sententiam.

^{d)} Petrus Ledesma, *qu. 62, art. 3, concl. 2*, dicit divortium posse fieri propria auctoritate, si adulterium ita est manifestum, ut celari non possit, vel si matrimonium est occultum.

^{e)} Coninck jam citatus pro secunda sententia, eam revera tenet, sed cum hac limitatione in casu adulterii quod probari nequeat, *n. 3*: « Propter scandalum... tenetur alteri cohabitare; quod si abesset, ut si ivisset ad remotas terras, nec ad hoc teneretur ». Quibus verbis plane recidit in tertiam sententiam. Et idem venit notandum de Laymann, pariter pro secunda sententia allegato.

ad cohabitandum, tenetur obedire; sed juxta hanc sententiam non teneretur reddere.

Facto juridico divor-
tio, vir innocens potest
ingredi religionem vel
ordines suscipere.

969. - Notandum autem hic quod, facta juridica separatione, vir *innocens* potest ingredi religionem, etiam invita adultera, ex can. *Agathosa*, [caus.] 27, qu. 2; potestque etiam ordines sacros suscipere (ut Salmant.¹ cum communi), manente tamen vinculo matrimonii. Quare, si is, suscepta religione vel ordinibus sacris, cum alia coiret, licet tunc non detur amplius criminis compensatio, attamen verum adulterium committeret. Item, si uxorem cognosceret, peccaret quidem peccato sacrilegii, sed non fornicationis. — Hoc autem esset, si matrimonium jam consummatum fuerit. Nam alias, matrimonium per professionem religiosam (non autem per ordines sacros) etiam quoad vinculum dissolvitur. Salmant.² et communiter. — Recte tamen advertunt Salmant.³ quod si conjux innocens absque sententia judicis separetur ab adultera, vix unquam posset (etiam juxta primam opinionem^{a)}, ut supra) sacerdotium suscipere: quia difficulter hoc fieri posset absque scandalo^{b)}.

Adulter non potest, invito innocente.

E converso *adulter*, nec etiam facto divorcio juridico, potest religionem ingredi aut sacerdotium suscipere, nisi de licentia alterius, vel nisi alter jam statum irrevocabilem assumpserit. Alias, si religionem aut sacerdotium suscipere velit, esto jam assumpserit, potest ab illo repeti, et tenetur reddere. — Sed sufficit ad hoc licentia

¹ Tr. 9, cap. 16, n. 50. — ² Loc. cit. — ³ Loc. cit., n. 52. — ⁴ Lib. 10, disp. 10, n. 12 et seqq.; et n. 16. — ⁵ Tr. 9, cap. 16, num. 53 et 54. — *Aversa*, qu. 23, sect. 8, v. *Bene autem*. *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 257, i. f.

tacita, ut si alter sciens hunc velle mutare statum, non impediatur cum commode possit. Et sufficit etiam si alter requisitus neget reconciliationem; ut dicunt Sanchez⁴; et Salmant.⁵ cum Coninck^{c)}, *Aversa*, *Dicastillo*^{c)}, *Diana*, *Bonacina*, *Ledesma*^{d)}, ex cap. *Gaudemus*, de *convers. conjug.* Addunt Pontius⁶, Sanchez⁷ cum aliis, et Palaus⁸, quod si post biennium adulter non revocatur, potest libere religionem ingredi vel sacris initiari^{e)}; quia tunc censetur alter in hoc ei consentire, jure sic disponente in Authentica *Sed hodie*, C. ad *legem Juliam*, de *adulter*.^{f)}

Qualis licentia sufficiat.

970. - « 2°. *Saevitia mariti vel uxoris*. « Ex qua, si grave periculum comparti imineat, potest separatio peti a iudice; « imo, si mortem minetur vel venenum « paret, potest divertere ante iudicis consensum. — Vide *Bonacina*⁹, *Laymann*, « *Perez*¹⁰ ».

Saevitia conjugis, justa causa separationis.

Constat ex cap. *Ex transmissa*, de *restit. spoliator.*, ob saevitiam conjugis posse alterum separari; quamvis iste ob aliquod suum crimen fuerit causa saevitiae illius; can. *De Benedicto*, [caus.] 32, qu. 1. Non tamen sine sententia judicis, et postquam crimen sit plene probatum; ut ex concilio Carthaginensi, in can. *Saeculares*, [caus.] 33, qu. 2^{a)}.

971. - Sed quaeritur 1°. *An tunc possit recedere propria auctoritate?*

Affirma, si periculum sit in mora (ut ait hic *Busenbaum*); vel si non posset litigare, aut iudicem adire, vel facile sae-

Quandoque propria auctoritate.

Bonac., qu. 4, punct. 5, n. 23. — ⁶ Lib. 9, cap. 19, n. 3. — ⁷ Lib. 10, disp. 10, n. 8. — ⁸ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 7, n. 2. — ⁹ Qu. 4, punct. 5, n. 25. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. — ¹⁰ Disp. 57, sect. 5.

969. - ^{a)} Primam opinionem, scilicet apud Salmant., quae est tertia apud S. Alphonsum.

^{b)} Si videlicet adulterium sit occultum.

^{c)} Coninck, *disp.* 35, *dub.* 5, n. 26; *Dicastillus*, *disp.* 10, *dub.* 8, n. 87, ultimum dictum dumtaxat habent, scilicet de casu quo requisitus neget reconciliationem.

^{d)} Petrus *Ledesma*, qu. 53, art. 4, concl. 2, non satis diligenter citatur a Salmant.; hoc enim ultimum assertum non habet, sed solum principale, nimirum quod si adulter ordines receperit, uxore innocente invita, uxor non privatur jure petendi debitum et ille tenetur reddere.

^{e)} Quando scilicet sententia lata est a iudice saeculari.

^{f)} Adulterio etiam equiparatur diuturna et injuriosa desertio, uti colligere licet ex quadam S. C. C. declaratione diei 31 Julii 1869. Quemadmodum enim adulterium, ita diuturna et injuriosa desertio fidem conjugalem graviter violat, quae individuum vitae consuetudinem exigit.

970. - ^{a)} Can. *Saeculares*, non quidem tractat de saevitia in specie, sed de saecularibus, « qui conjugale consortium nulla gravius culpa dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas dissidii probabiliter propo- nentes ». Canon iste qui ab aliquibus concilio Carthaginensi tribuitur, revera est ex concilio Agathensi, anno 506 habito, cap. 25. Cfr. *Labbe*, tom. 5, col. 525.

vitiam probare ^{a)}. Ita Sanchez ¹, Anacle-
tus ²; et Salmant. ³ cum Aversa, Trullench,
Villalobos.

Si vero possit iudicem adire et saeviti-
am probare, tenetur exspectare senten-
tiam; ut dicunt Sanchez ^{b)}, Palaus ^{b)},
Pontius ^{b)} et Salmant. ⁴ ex cap. *Signifi-
casti, de divort.* (contra Trullench et Hur-
tadum). Ratio: tum quia exigitur sententia
ne passim divortia fiant; tum quia causa
haec saevitiae introducta est auctoritate
Ecclesiae, et ideo aequum est ut nemo ea
utatur ad discedendum sine Ecclesiae
auctoritate.

Quaeritur 2^o. *An talis juste recedens
possit, invito conjuge, religiosus fieri?*

Negatur: nisi timor de damno gravi
sit talis ut nunquam deponi possit, ex
cap. *Litteras, de restit. spoliat.* Alias di-
vortium tantum ad tempus erit, donec
cesset periculum, data cautione in iudicio.
Ita Sanchez ^{c)}; Salmant. ⁵ cum Basilio,
Trullench, Filliuccio, Dicastillo. — Notant
autem Salmant. ⁶ cum Dicastillo, in praxi
vix credi posse quod cesset unquam peri-
culum, si conjux fuerit amens et furiosus;
vel ita pronus ad iram, ut saepe interve-
nerit periculum damni, et aliquando uxorem
vulneraverit; vel si dederit venenum,
etiam semel.

¹ Lib. 10, disp. 18, n. 3. — ² Tr. 14, de Sacram., dist. 13,
n. 100. — ³ Tr. 9, cap. 16, n. 38. — *Aversa*, qu. 23, sect. 10,
v. *Quinto*. — *Trull.*, lib. 7, cap. 12, dub. ult., n. 4. — *Villal.*,
part. 1, tr. 15, diff. 11, n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 38. — *Trull.*,
lib. 7, cap. 12, dub. 4, n. 3. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 11, diff. 6,
n. 21. — ⁵ Tr. 9, cap. 16, n. 37. — *Basil. Pont.*, lib. 9, cap. 23,
n. 6 et 8. — *Trull.*, loc. cit., dub. ult., n. 7. — *Fill.*, tr. 10,
part. 1, cap. 10, n. 406. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 5, n. 69. —
⁶ Loc. cit., n. 40. — *Dicast.*, loc. cit. — ⁷ Lib. 10, disp. 18,
n. 10 et seqq. — ⁸ Tr. 9, cap. 16, n. 41. — ⁹ Loc. cit. —
¹⁰ Loc. cit., n. 13. — ¹¹ Tr. 21, qu. 6, quaestiunc. 5, resp. 1. —

Quaeritur 3^o. *Qualis timor sufficit ad
divortium ratione saevitiae?*

Resp. Sufficit ut prudenter timeri pos-
sint quaecumque mala gravia a conjuge
vel ab ejus propinquis; ut si adessent com-
minatio mortis, verbera injusta, frequen-
tia convicia et jurgia, ex quibus nimis
molesta redderetur cohabitatio; vel esset
periculum abortus intentati, vel mali gra-
vis in aliis filiis aut consanguineis, etc. Ita
Sanchez ⁷, ac Salmant. ⁸ cum communi.
— Recte tamen advertunt Salmant. ⁹ quod
aliqua ex his, quae respectu feminae nobi-
lis essent gravia, respectu alterius humi-
lis conditionis levia erunt. — Item adver-
tunt Sanchez ¹⁰ et Roncaglia ¹¹ non sufficere
solas minas, nisi conjux solitus sit illas
exsequi. Quapropter, iudex bene perpen-
dere debet minantis conditionem et mo-
dum, ex leg. *Haec autem 4*, ff. *Si cui
plus, etc.*

972. — Quaeritur 4^o. *An sola verbera sint
causa justa divortii?*

Alii affirmant ^{a)}: Bartolus, Baldus, Lu-
pus, Graffius, etc., apud Sanchez ¹². — Alii
negant, nisi ex verberibus probabiliter
timeatur periculum mortis; ut Cujacius ^{b)},
etc. — Alii vero communissime, ut Pon-
tius ¹³, Roncaglia ¹⁴; et Sanchez ¹⁵ cum Ho-
stiensi, Abbate, Angelo, Silvestro, Henrico,

Bartol., in leg. 22 *Cum satis*, num. 7, C. de agricolis et
censitis. — *Baldus*, in leg. 1 *Quamvis*, n. 11, C. de legatis. —
Joan. Lupus, Repet. cap. *Per vestras*, notab. 3, in princ.,
n. 6. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 84, n. 2 et 3. —
¹² Lib. 10, disp. 18, n. 14. — ¹³ Lib. 9, cap. 23, n. 5. —
¹⁴ Tr. 21, qu. 6, quaestiunc. 5, resp. 1. — ¹⁵ Loc. cit., n. 16. —
Hostien., in cap. *Quemadmodum*, num. 12, de jurejur.
Abbas Panorm., in id. cap., § *Illud autem*; et in cap. *Cum
contingat*, n. 20, de foro compet. — *Angel.*, v. *Uxor*, n. 3. —
Silvest., v. *Uxor*, qu. 3. — *Henric. Boich*, in cap. *Quem-
admodum*, de jurejur., n. 4 et 5.

971. — ^{a)} Ex auctoribus citatis soli Sal-
mant. recensent omnes hos casus divortium
faciendi propria auctoritate propter saevitiam;
sed Sanchez indicat solum periculum in mora
et accessum difficilem ad iudicem; Analectus
videtur afferre solum periculum in mora;
Aversa affert solum periculum in mora; Trul-
lench denique et Villalobos solum accessum
difficilem ad iudicem.

^{b)} Sanchez, *loc. cit.*, num. 3, id plane in-
nuit, dicens divortium posse propter saeviti-
am fieri auctoritate propria: « Quod intelli-
gerem, dum esset periculum in mora, vel non
esset facilis aditus ad iudicem ». — Palaus,
loc. cit., punct. 6, § 9, n. 6, requirit aucto-

ritatem iudicis, « nisi in mora periculum ad-
sit ». — Et Pontius pariter, *lib. 9, cap. 23*,
n. 7, nisi periculum sit in mora vel iudex fa-
cile adiri non possit.

^{c)} Sanchez *loc. cit.*, a n. 49, id signifi-
cat, negans posse transire ad religionem ce-
lebrato divortio ad tempus, ad experiendum
utrum recipiscat, vel ad cautionem recipien-
dam; si vero absolute lata sit sententia di-
vortii a iudice ecclesiastico, eo quod despe-
retur de correctione, liber erit juste recedens.

972. — ^{a)} Bartolus affirmat si « flagellis »
verberatur; Lupus et Graffius, si acriter.

^{b)} Cujacius non citatur pro hoc asserto a
Sanchez, *loc. cit.*, n. 15.

Quandoque
post senten-
tiam.

Iuste rece-
dens non
semper po-
test fieri re-
ligiosus, al-
tero invito.

Qualis ti-
mor saevi-
tiae suffi-
ciat ad di-
vortium.

Qualis ver-
beratio suf-
ficiat.

Armilla, Tabiena, etc., dicunt licitum esse viro verberare uxorem: modo non fiat frequenter, nec ex levi causa, nec acriter, quamvis causa sit magna; sed raro et mediocriter.

Unde probabiliter ait Sanchez non posse uxorem discedere si verberatio est levis, etiamsi sine causa verberata fuerit (excipiunt Salmant. ¹, nisi mulier esset nobilis). — Item addunt Roncaglia ², Bonacina ^{c)}, Palaus ^{c)}; et Sanchez ³ cum Rolando ^{d)} et Riminaldo ^{d)}, non licere uxori divortium facere ex una verberatione, etsi gravi, sed requiri saltem binam: nisi probabiliter timeatur ne maritus verberationes replicet, attenda illius natura et circumstantiis, puta si ipse domi vel etiam extra domum detineat concubinam.

973. - « ³o. Si conjux *compartmentem trahat* « in peccatum, v. g. sollicitet ad haeresin, « veneficium, etc. ». [Adde, si vir alios in domum introducat cum periculo quod tentent ad adulterium. Vel si vir velit exercere sodomiam cum uxore, etsi ipsa consentire renuerit; ut Salmant. ⁴ cum Sanchez, Basilio, Soto]. — « Tunc enim « innocens potest se separare; imo tenetur, si periculum sit grave ^{a)}. Laymann ⁵ ».

« ⁴o. *Morbus contagiosus*, v. gr. lepra ». — [Ut D. Thomas ⁶, ubi: *Uxor viro leproso tenetur reddere debitum, non tamen... ei cohabitare*. Hoc autem recte ait Sanchez ⁷ cum S. Antonino et aliis, intelligi si ex cohabitatione probabiliter immineat peri-

Armilla., v. *Uxor*, n. 2. *Tabiena*, v. *Uxor*, n. 2. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 18, n. 16. — ¹ Tr. 9, cap. 16, n. 41. — ² Tr. 21, qu. 6, quaestiunc. 5, resp. 1. — ³ Lib. 10, disp. 18, n. 16. — ⁴ Tr. 9, cap. 16, n. 35. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 17, n. 5 et seqq.; cfr. disp. 14, n. 6 et 8. *Basil. Pont.*, lib. 9, cap. 23, n. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 39, art. 4, v. *Caeterum inter universa*. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. —

^{c)} Bonacina, *qu. 4, punct. 5, n. 25*, scribit: « Non solum saevitiam praeteritam praebere justam causam divertendi, sed etiam timorem futurae saevitiae et malae tractationis ». — Palaus vero, *punct. 6, § 9, num. 7*, negat damnum factum praebere causam justam divortii, « nisi inde sumatur praesumptio sufficiens iterum inferendum esse », quod contingit « regulariter ex percussione immoderatis et sanguinolentis ».

^{d)} Sanchez auctores istos citat pro confirmatione hujus sententiae, in quantum scilicet negant ex unica verberatione saevitiam

culum infectionis. Item justa erit causa discedendi, si alter conjux sit furiosus aut maleficus aut energumenus ^{b)}; ut Salmant. ⁸ cum communi]. — « Quod si tamen « sine gravi detrimento possit cohabitare, « ad id tenetur, aut saltem adhabitare et « ministrare; nisi alter remittat ».

974. - « ⁵o. *Haeresis vel apostasia* super- « veniens matrimonio. Quo casu, si separatio facta sit iudicio Ecclesiae, non « tenetur conjugem conversum recipere « saltem ex justitia: nam ex caritate ali- « quando tenetur, ut si sit periculum in- « continentiae ^{a)}. — Bonacina, Laymann ⁹, « Perez ¹⁰ ».

Nota hic quod non ob quaecumque crimina conjugis potest alter separari, sed tantum ob perniciosa. Potest autem ab haeretico discedere, etsi haeresis sit occulta: imo tenetur, si sit in periculo perversionis. Vide Salmant. ¹¹. — Et si crimen sit declaratum, potest alter etiam fieri religiosus [ut Salmant. ¹²]: modo iudicio Ecclesiae discesserit, ut patet ex cap. *De illa, de divort.*, ubi hoc divortium declaratur esse perpetuum.

975. - « ⁶o. *Mutuus consensus*. Ex quo « licite se separant; vel toro, sive ad tempus sive in perpetuum, ob finem spirituales; vel etiam habitatione. — Quod « tamen non solet permitti, nisi uterque « ingrediatur religionem; vel, uxore ad « religionem transeunte (aut si vetula sit, « id est sexagenaria, Azor, etc.; vel saltem « quinquagenaria, Sanchez, Bonacina, Bar-

⁵o. Haeresis vel apostasia superveniens, vel crimina perniciosa.

⁶o. Mutuus consensus.

⁶ Suppl., qu. 64, art. 1, ad 4. — ⁷ Lib. 9, disp. 24, n. 29. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10, i. f. — ⁸ Loc. cit., n. 35. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, n. 25, v. *Sexta causa*. — ⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 16. — ¹⁰ Disp. 57, sect. 1, n. 3. — ¹¹ Tr. 9, cap. 16, n. 27 et 28. — ¹² Loc. cit., n. 34. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 14, qu. 11. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 32, n. 16. — *Bonac.*, qu. 3, punct. 4, n. 12.

concludi. Et ita revera habet Rolandus, *tom. 3, consil. 27, n. 12*; at vero Hippolytus Riminaldus, *vol. 2, consil. 174, n. 31*, in generali dicit: « Ex verberibus mariti collatis in uxorem, non dicitur probata saevitia, sed correctio ».

973. - ^{a)} Laymann addit: Si aliis mediis nequeat periculo occurrere.

^{b)} Addunt Salmant.: Si timeatur magnum damnum conjugum inferendum.

974. - ^{a)} Auctores citati non loquuntur de obligatione recipiendi conversum ex caritate.

³o. Sollicitatio ad peccatum.

⁴o. Morbus contagiosus vel periculosus.

« bosa, Diana ¹, manente in saeculo in « voto continentiae), maritus suscipiat sa- « cros ordines ».

Si autem conjux remanens in saeculo nesciebat teneri eo casu ad emittendum votum castitatis, dicunt Sanchez, Fagnanus ^{a)}, etc., contra ^{b)} Anacletum, apud Patrem Ferraris ², quod ille adhuc praestito consensu, potest ad se revocare conjugem etiam in religione professum.

« Porro, apud quem et cujus expensis, « facto divortio, liberi sint educandi, vide « Laymann ³ et Sanchez. — Vide Perez ⁴, « Bonacina ⁵ ».

976. - Conveniunt doctores quod, facto divortio juridico, filii sunt educandi apud conjugem innocentem.

Quo vero *ad expensas*, si divortium fit *culpa patris*, ejus expensis educanda est proles; ex Authentica *Si pater, C., Divortio facto*, ubi: *Si pater causam divortii praestiterit apud matrem, ad secundas nuptias non venientem, liberi nutriantur patris expensis.* — Et contra, expensis matris, si divortium fit *culpa matris*. Ita

Barbos., Collect. in Decretal., lib. 3, tit. 32, cap. 4, n. 4. — ¹ Part. 4, tr. 4, resol. 73. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 33, n. 14. — ² V. *Conjuges*, n. 23. — ³ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 7, n. 19. — *Sanch.*, lib. 10, disp. 20. — ⁴ Disp. 58, sect. 4; et disp. 59, sect. 1. — ⁵ Qu. 3, punct. 4, n. 11. — ⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 10, n. 5. — ⁷ Loc. cit., n. 19. — ⁸ Lib. 10, disp. 20, n. 6 et 7. *Bartol.*, in leg. *Alimenta* 11, C. de

Glossa in dicta Authentica, Palaus ⁶, Laymann ⁷; et Sanchez ⁸ cum Bartolo, Paulo, Hostiensi, Silvestro, Henrico ^{a)}, Gutierrez, etc.; ex eadem Authentica, ubi legitur: *Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expensis: nisi pater minus idoneus sit, tunc enim apud matrem locupletem nutriantur.* Sed negant Salycetus, Boerius ^{b)} et Alexander ^{b)}, apud Sanchez ⁹: eo quod asserunt praedicta verba non esse in textu originario (ut fatetur ipsa Glossa), sed inserta fuisse ab Irnerio. At hoc non obstante, non discedendum a sententia communi, ut ait eadem Glossa ^{c)}; quia, cum matri adulterae dos, facto divortio, restituatur, jus naturale postulat ut ipsa matrimonii onera sustineat; alias, commodum ex suo crimine reportaret. Ad hoc tamen bene advertit Sanchez ¹⁰ cum communi omnium, omnino requiri sententiam judicis.

Quando autem alter conjugum esset infidelis vel haereticus, proles semper apud fidelem educanda est, quamvis fidelis fuerit in culpa; ut Sanchez ¹¹ et Palaus ¹² cum aliis ^{d)}.

Si alter sit infidelis vel haereticus educandi semper apud fidelem.

negotiis gestis, n. 1. - *Paul. de Castro*, in eumd. loc., n. 3. - *Hostien.*, in cap. fin. de convers. infidel., n. 4. - *Silvest.*, v. *Filii*, n. 24 (edit. Antverp. 1569) *Gutierr.*, Quaest. canon., lib. 1, cap. 24, num. 19. — *Salycet.*, in leg. *Alimenta*, C. de negot. gest., n. 3. — ⁹ Lib. 10, disp. 20, n. 5. — ¹⁰ Lib. 10, disp. 20, n. 8. — ¹¹ Loc. cit., n. 3. — ¹² Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 10, n. 3.

975. - ^{a)} Fagnanus, *in cap. Praeterea, de convers. conjug. n. 7*, hanc opinionem satis rationabilem appellat; sed *in cap. Conjugatus, num. 8*, ipse tenet contrarium.

^{b)} Anacletus, *Jus can., lib. 3, tit. 32, n. 23*, absque distinctione scientiae vel ignorantiae juris, dicit eum qui in saeculo remanet et votum continentiae non emittit, posse revocare alterum qui religionem professus est.

976. - ^{a)} Henricus Boich, *in cap. Ex literis, de convers. infidel., n. 6*, non satis diligenter citatur a Sanchez; etsi enim dicit filios apud patrem alendos esse, non tamen explicat cujusnam expensis.

^{b)} Nicolaus Boerius, *Consil. 17, n. 11*, dicit commune esse inter doctores quod filius debet eo casu apud patrem ali expensis matris, « licet opinio Salyceti in puncto juris secundum Alexandrum, in d. leg. *Alimenta*, sit verior ». — Et revera Alexander Imolensis, *in d. leg., num. 6*, dicit forte verius esse in puncto juris, quod eo casu mater non teneatur: licet contrarium sit commune.

^{c)} Seu rectius: A sententia communi, quam affert Glossa.

^{d)} Hic quaedam addere juvat ex responsis S. Off., de divortio quod a civilibus tribunalibus pronuntiatur. — Et primo quidem quoad corporum separationem, ex declaratione S. Off. diei 22 Maji et 19 Decembr. 1860: « Dummodo pars catholica nullum aliud tribunal adire possit a quo sententiam obtineat separationis quoad torum et mensam, et dummodo sententia hujus tribunalis nullum alium habeat effectum quam separationem praedictam, posse tolerari ut catholici in eo foro actoris et advocati partes agant, dummodo adsint justae separationis causae iudicio episcopi; et, si quid habeat praeterea dubii, recurrat, plenius exponens omnes circumstantias et legis dispositiones ». — Quoad divortium autem perfectum, ex eadem declaratione, advocatus catholicus non potest licite in dicto tribunali actoris causam sustinere, et vinculi matrimonii solutionem a iudice postulare. Pariter catholicus nequit tamquam iudex in dicto tribunali sedere, vel tamquam juratus, ut dicitur, cum aliis juratis assistere. Et haec quidem valent de tribunali erecto ad pronuntiandum divortium perfectum. — De tribunalibus vero

977. - « Quaeres: *An uxor teneatur sequi virum ad cohabitationem?*

« Resp. Teneri; quia vir est caput familiae et uxoris. — Excipiuntur tamen sequentes casus:

« 1^o. Si ex sequela timeatur grave onus, vel periculum, v. gr. vitae, pudicitiae vel salutis; vel uxor a viro peregre non alatur.

« 2^o. Si vir post matrimonium factus sit vagus, nec facile sit sequi. Secus tamen, si ante fuit vagus, idque ipsa scivit.

« 3^o. Si in contractu matrimonii additum fuit pactum de non mutando domicilio, et nulla gravis necessitas urgeat ».

Regulariter uxor tenetur sequi virum mutantem domicilium, etiamsi mutet sine justa causa: modo causa non sit turpis. Sanchez¹. — Et hoc, etiamsi alicubi adsit contraria consuetudo: quae non potest

¹ Lib. 1, disp. 41, num. 2 et 6. — ² Loc. cit., num. 11. — *Alex. de Nevo*, in cap. *De illis*, de sponsal., n. 9, cas. 3. — ³ De Effect. Matr., cap. 6, n. 44. *Farinac.*, Prax. crimin.,

derogare juri divino, quod constituit virum caput uxoris, ut in I Cor., xi, 3. — Item, etiamsi vir longe discedat, et ibi per longum tempus sit moraturus. — Secus vero, si brevi inde reversurus sit: ita Sanchez² cum Panormitano^{a)} et Alexandro de Nevo; ac Bossius³ cum Suarez^{b)}, Barbosa^{b)} et Farinacio. Tunc enim nec uxor tenetur sequi virum, nec vir secum ducere uxorem; ut dicunt Salmant.^{c)} cum Sanchez^{c)}, Toledo^{d)}, Bonacina^{d)}, Sayro^{d)}, Filliuccio^{d)}, etc. — Prout neque tenetur vir eam secum ducere, etiamsi longe discedat, si magnae expensae requirentur ad eam illuc transvehendam. Salmant.⁴ cum auctoribus citatis.

E converso, uxor non tenetur sequi virum, si ille velit eam pertrahere ad peccatum, vel uxor per discessum exponeretur gravi periculo vitae (ut Sanchez⁵ cum Silvestro, Navarro, Armilla, An-

qu. 143, n. 282. — ⁴ Tr. 24, de 4^o Praec., n. 48. — ⁵ Lib. 1, disp. 41, n. 5. *Silvest.*, v. *Uxor*, qu. 8, v. f. *Navar.*, Man., cap. 14, n. 20. *Armill.*, v. *Uxor*, n. 6, i. f.

civilibus, quae inter alias causas cognoscunt etiam causas matrimoniales, haec specialiter pro Gallia a S. Off. die 25 Junii 1885 declarata sunt: « Tolerari posse ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant, quin officio cedere teneantur, dummodo catholicam doctrinam de matrimonio deque causis matrimonialibus ad solos iudices ecclesiasticos pertinentibus palam profiteantur, et dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem conjugii, tum circa separationem corporum de quibus causis iudicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam neque ad proferendam defendant vel ad eam provocent vel excitent divino aut ecclesiastico juri repugnantem, et in casibus dubiis vel difficilioribus suum quisque Ordinarium adeat, ejus iudicio se dirigat, et quatenus opus sit, per ejus medium ad Apostolicam Poenitentiarium recurrat ». — Praeterea circa secundam conditionem in hoc decreto requisitam, idem S. Off. die 27 Maji 1886 declaravit: 1^o. Non esse rectam interpretationem juxta quam satisfacit conditioni praecitatae iudex qui, licet matrimonium aliquod validum sit coram Ecclesia, ab illo matrimonio vero et constanti animo abstrahit, et applicans legem civilem pronuntiat locum esse divortio, modo solos effectus civiles solumque contractum civilem abrumperet mente intendat eaque sola respiciant termini prolatae sententiae. Aliis terminis sententia sic lata dici non potest divino aut

ecclesiastico juri non repugnans. — 2^o. Postquam iudex pronuntiavit locum esse divortio, non potest syndicus (gallice *le maire*), et ipse solos effectus civiles solumque civilem contractum intendens, ut supra exponitur, divortium pronuntiare, si matrimonium validum sit coram Ecclesia. — 3^o Pronuntiato divortio non potest syndicus conjugem ad alias nuptias transire attentantem civiliter cum alio jungere, si matrimonium prius validum sit coram Ecclesia, vivatque altera pars.

977. - ^{a)} Abbas Panormitanus, in cap. *De illis*, n. 4, de sponsal., videtur, ut ait Sanchez, sic tenere dum scribit: « Si tamen ex causa se transfert ad alia loca, vel etiam sine causa *mutando domicilium*, tenetur maritum sequi ».

^{b)} Suarez et Barbosa non citantur a Bossio pro hac sententia.

^{c)} Salmant., tr. 24, de 4^o Praec., n. 48, v. f.; Sanchez, lib. 9, disp. 4, n. 14, negant teneri secum ducere uxorem in peregrinatione, quia magnae expensae faciendae essent.

^{d)} Toletus, lib. 5, cap. 2, n. 1; Bonacina, qu. 4, punct. 6, n. 26; Sayrus, *Clav.*, lib. 7, cap. 7, num. 9; Filliucius, tr. 28, part. 2, cap. 9, n. 143, id non habent; et solus Toletus assertum fortasse innuit negans virum teneri uxorem secum ducere, si ad templum alio discedit; sed « cum spes reditus ablata est, tenetur, si potest, uxorem extrahere ab illo loco, ut secum cohabitet ».

gelo, etc.), aut periculo gravis detrimenti, ut Bossius¹ cum Laymann et aliis communiter. — Sic pariter non tenetur uxor sequi virum vagantem, nisi uxor ante matrimonium id sciverit; ut Sanchez² cum Silvestro, Angelo, Navarro, Lopez, Ma-

Angel., v. *Uxor*, n. 9. — ¹ De Effect. Matr., cap. 6, n. 41. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 2, n. 3. — ² Lib. 1, disp. 41, n. 7. - *Silvest.*, loc. cit. - *Navar.*, loc. cit. - *Angel.*, loc. cit. -

nuele, et Bossius³ cum aliis communiter.

An autem uxor teneatur sequi virum in exilium condemnatum? — Probabilius affirmandum cum Sanchez⁴, Bossio^{e)} et aliis. Vide dicta *Lib. III, n. 353*.

Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 54, i. f. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 15, n. 3, i. f. — ³ Cap. 6, n. 49 et seqq. — ⁴ Lib. 1, disp. 41, n. 13.

^{e)} Bossius, *de Effect. Matrim.*, cap. 6, n. 46, dicit hanc opinionem esse speculative probabiliorem; sed « in praxi tamen non levem haec sententia patietur difficultatem,

ut plurimum, cum frequentius occurrere possit causa, ob quam uxor viri, et praesertim vir uxoris, praefatum infortunium sequi non teneatur ».

CAPUT III.

De Impedimentis Matrimonii.

978. *Impedimenta alia sunt impedientia, alia dirimentia.* — 979. *An Ecclesia possit constituere impedimenta dirimentia.* — 980. *Quis possit ea constituere. Dub. 1. An episcopi.* — 981. *Dub. 2. An impedimenta dirimentia apposita ab Ecclesia obligent infideles.*

Impedi-
menta im-
pedientia et
dirimentia.

978. — « Duplicis generis sunt impedi-
« menta: quaedam illicitum tantum, alia
« insuper irritum matrimonium reddunt.
« — Priora dicuntur *impedientia*, poste-
« riora *dirimentia* ».

Ecclesia
potest con-
stituere u-
traque.

979. — Non dubitant haeretici nostri
temporis posse Ecclesiam constituere im-
pedimenta matrimonium *impedientia*.

Negant tamen posse constituere *diri-
mentia*. — Sed concilium Tridentinum ¹
sic statuit: *Si quis dixerit, Ecclesiam non
potuisse constituere impedimenta matri-
monium dirimentia vel in iis constituen-
dis errasse, anathema sit* ^{a)}. — Nec obstat
dicere quod Ecclesia nequit invalida red-
dere sacramenta instituta a Christo Do-
mino, quando celebrantur cum debita
materia et forma. Nam resp. quod sacra-
mentum matrimonii subsistit in illius con-
tractu. Quare, etsi Ecclesia sacramentum
invalidare non possit; potest tamen ob

bonum commune spirituale (ratione cujus
supremam habet potestatem super popu-
lum christianum) invalidare *contractum*,
sine quo sacramentum minime conficitur.

980. — Hanc autem facultatem indicendi
impedimenta dirimentia, certum est habere
Summum Pontificem et *concilium gene-
rale* auctoritate illius confirmatum.

Sed dubitatur 1^o. *An habeant illam
etiam episcopi ex potestate ordinaria in
suis dioecesibus?*

Attento jure naturae, affirmant San-
chéz ², Pontius ³; item Sotus ^{a)}, Trullench,
Bonacina et alii, apud Salmant. ⁴. Ratio,
quia episcopi possunt in suis dioecesibus
quod Papa potest in Ecclesia universali,
nisi aliquid Pontifex sibi expresse reser-
vet ^{b)}; ut sentiunt Sotus ⁵, Pontius ^{c)}; Ca-
bassutius ⁶ cum Panormitano ^{d)} et Joanne
Andreae ^{d)}; ac Sanchez ⁷ cum Abulensi,
Aragon, Victoria, Covarruvias ^{e)}, Perez,

Episcopi
jure natu-
rae possent
constituere
dirimentia.

¹ Sess. 24, de Sacr. Matr., can. 4. — ² Lib. 7, disp. 1,
n. 9. — ³ Lib. 6, cap. 1, n. 12. — Trull., lib. 7, cap. 9, dub. 1,
n. 4. — Bonac., qu. 3, punct. 1, n. 4. — ⁴ Tr. 9, cap. 11, n. 8. —
⁵ De Just. et Jure, lib. 10, qu. 1, art. 3, ad 2. — ⁶ Theor.
juris, lib. 1, cap. 8, n. 6. — ⁷ Lib. 1, disp. 61, n. 3. — Abul.,

in Matth., cap. 16, qu. 87, lit. d. — Aragon, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88
art. 12, concl. 1. — Victoria, Relect. 7, de Matr., part. 1,
n. 7, arg. 4. — Didacus Perez, in Ordinat. Castellae, lib. 8,
tit. 15, leg. 5, paulo post princ.; et tit. 18, leg. 2, in verba
Estatutos contra ellos.

979. ^{a)} Quin imo sola Ecclesia jus habet
constituendi impedimenta dirimentia pro ba-
ptizatis, ut constat ex damnatione propositio-
num 59 et 60 synodi Pistoriensis, in bulla *Au-
ctorem fidei*; constat pariter ex Syllabo, § 8,
prop. 68 et 69. Denique S. Poenit. die 1 Junii
1824 episcopo Vivariensi respondit vali-
da omnino esse christianorum conjugia inita
cum impedimentis civilibus irritantibus. Et
rationem hujus responsi eruit ex instructione
S. Off. ad episcopum Brexinonensem per
S. C. Concilii anno 1824 transmissa, nimirum:
matrimoniis fidelium quibus nullum obstat
canonicum impedimentum, suam quoad ma-
ritalem nexum inesse vim et valorem, qua-
liacumque tandem fuerint impedimenta a
saeculari potestate, Ecclesia non consulta nec
probante, perperam ac nulliter adjecta.

980. ^{a)} Sotus, *loc. infra citand.*, habet
solum rationem adjectam et pro ea tantum a
Salmant. citatur.

^{b)} Vide tamen *lib. I, num. 191, v. Hanc
primam*, quomodo S. Doctor, a sexta editione
hanc rationem rejicit. Cfr. etiam *Elenchum
2 Quaest. reformat.*, qu. 3.

^{c)} Pontius, *loc. cit.*, n. 12, id non habet.

^{d)} Panormitanus, *in cap.* In quibusdam,
n. 5, de poenis; Majolus, *lib. 5, cap. 51, n. 4*,
de dispensandi potestate hoc dicunt. Idemque
forte innuit Joannes Andreae, sed valde ob-
scure, *in cap.* Licet canon, *de elect.*, in 6^o, n. 6.

^{e)} Covarruvias a Sanchez, *lib. 7, disp. 1*,
n. 9, citatur pro sententia quae negat praela-
tum Romano Pontifice inferiorem posse impe-
dimenta statuere. Et revera ita tenet Covar-
ruvias, *de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 30*.

Hurtado ^{f)}, Henriquez, Majolo ^{d)}, Veracruz et aliis. Exceptis tamen iis quae pertinent ad statum universae Ecclesiae, prout est res fidei definire. — Negant vero Suarez ¹, Lugo ²; et Salmant. ³ cum Coninck, Diana ^{g)}, Perez et Dicastillo; quia res maximi momenti non sunt decernendae nisi a suprema Sede.

Sed hoc
ipsis veti-
tum est.

Caeterum, ipsi Sanchez et Pontius fatentur quod, esto nulla sit lex prohibens episcopis indicere impedimenta dirimentia, id tamen vetitum est ex inveterata consuetudine. — Sed praeter hanc consuetudinem, refert Benedictus XIV ⁴, Urba-

num VIII suo decreto approbasse declarationem Sacrae Congregationis, ubi id expresse vetitum fuit; ac insuper Pontificem praecepisse ne in posterum hoc in dubium revocaretur.

981. - Dubitatur 2°. *An impedimenta dirimentia ab Ecclesia assignata obligent infideles?* — Resp. cum Sanchez ^{a)}, et Salmant. ⁵, Becano ^{a)}, Aversa ^{a)}, etc., tantum obligare infideles viventes in locis Summo Pontifici temporaliter subjectis; cum ibi universaliter adstringantur legibus contractuum. Secus, si alibi degant.

Dirimen-
tia, ab Ec-
clesia statu-
ta, obligant
infideles in
solo statu
pontificio.

DUBIUM I.

Quae sint Impedimenta impedientia tantum.

982. *Quae reddant matrimonium illicitum:* I. Ecclesiae vetitum, scil. *prohibitio episcopi, etc.* — 983. II. Tempus feriarum, *quo prohibentur solemnitates, benedictio, etc.* — 984. *Dub. 1. An tunc liceat consummare. Dub. 2. An liceat consummare ante benedictionem.* — 985. III. Catechismus. — IV. Crimen, scil. *incestus, raptus, uxoricidium, etc.* — V. Sponsalia. — 986. VI. Votum castitatis aut religionis. *Dub. 1. An episcopus possit dispensare in voto castitatis emisso post matrimonium.* — 987. *Dub. 2. An in voto ante matrimonium, ad debitum petendum. An id possint Mendicantes. Dub. 3. An aliquando episcopi, etiam ad matrimonium contrahendum.* — 988. *Impedit etiam matrimonium:* 1. *Clandestinitas.* — 2. *Omissio benedictionis.* — 989. 3. *Omissio denuntiationum.* — 990. *Dub. 1. An peccet graviter parochus eas omittens, si aliunde sciat non esse impedimentum. Et quod dicitur de obligatione denuntiationum ante matrimonium, idem dicitur post illud. Quid, si una tantum denuntiatio omittatur.* — 991. *Dub. 2. An denuntiationes faciendae in ecclesia et in Missa. Dub. 3. In qua parochia debent fieri.* — 992. *Dub. 4. In quibus diebus festivis. Et an aliquando possint fieri in diebus ferialibus.* — 993. *Quando sint repetendae.* — 994. *De obligatione denuntiandi impedimenta.* — 995. *Dub. 1. An teneatur denuntiare impedimentum qui illud probare nequit.* — 996. *Dub. 2. An unus testis de impedimento impediatur matrimonium.* — 997. *Requisita ut talis testis impediatur.* — 998. *Dub. 3. An sufficiat unus testis, si sponsalia fuerint jurata.* — 999. *An fama impediatur matrimonium. Quid, si iudex privatam habuerit notitiam famae aut ipsius impedimenti.* — 1000. *An contrahens teneatur impedimentum fateri.* — 1001. *Quid debeat agere parochus cognito impedimento.* — 1002. *Dub. 1. An parochus teneatur impedire matrimonium, si ipse solus noverit impedimentum. Dub. 2. Quid, si Ordinarius solus sit impedimenti conscius.* — 1003. *Quis possit dispensare in denuntiationibus.* — 1004. *An episcopus, et ob quam causam.* — 1005. *Causae ob quas episcopus teneatur dispensare.* — 1006. *Causae ob quas non tenetur, sed potest dispensare.* — 1007. *Dub. 1. An possit dispensare vicarius generalis. Dub. 2. An aliquando parochus possit dispensare, aut saltem declarare.*

Impedi-
menta im-
pedientia.

982. - « Resp. Praeter peccatum mor-
« tale et excommunicationem, sex potis-
« simum reddunt matrimonium mortaliter
« illicitum, scilicet:

« 1. Ecclesiae vetitum, 2. nec non tempus
« feriarum,
3. Atque catechismus, 4. crimen,
« 5. sponsalia, 6. votum.

Henriquez, lib. 6, cap. 14, n. 7, lit. k; lib. 10, cap. 35, n. 2; lib. 12, cap. 3, n. 2, lit. n. Veracruz., part. 2, art. 28, concl. 3, v. *Ex ista*. — ¹ De Censur., disp. 7, sect. 4, n. 5, v. *Quapropter*. — ² Resp. moral., lib. 1, dub. 45. — ³ Tr. 9,

cap. 11, n. 9. — Coninck, disp. 30, dub. 1, n. 8. — Mart. Peres, disp. 21, sect. 4, n. 7. Dicast., disp. 7, dub. 1, n. 28. — Sanch., lib. 7, disp. 1, n. 9. — Pont. lib. 6, cap. 1, n. 12. — ⁴ De Synodo, lib. 12, cap. 5, n. 10 et 11. — ⁵ Tr. 9, cap. 11, n. 10.

f) Hurtadus non citatur a Sanchez.

g) Diana, *part. 8, tr. 1, resol. 76*, revera negat episcopum posse impedimenta statuere, « ex.... consuetudine vim legis habente ».

981. - a) Sanchez, *lib. 7, disp. 1, n. 3*, non dicit infideles in statu pontificio commorantes,

de facto astrictos esse huiusmodi impedimentis; sed Pontificem, ut principem temporalem, posse eos astringere. — Idemque notandum venit de Becano, *cap. 49, qu. 1, n. 2*; et de Aversa, *qu. 9, sect. 2*, quamvis isti duo auctores a Salmant. citentur ut refert S. Alphonsus.

« *Impediunt fieri, permittunt facta te-
« neri.*

Vetitum,
quid.

« Dicitur I^o. VETITUM: id est prohibitio
« Ecclesiae, quae fit ab episcopo vel pa-
« rocho, ob dubium impedimenti alicujus
« vel inhabilitatis inter copulandos. Vide
« Bonacina¹ ». — [Et tunc sponsi contra-
trahendo graviter peccarent; leviter tamen,
si prohibitio sit ob venerationem alicujus
festi. Salmant.²].

Quid pro-
hibeatur
tempore fe-
riarum.

983. - « Dicitur II^o. TEMPUS FERiarUM:
« quod, secundum Tridentinum³, incipit
« nunc ab Adventu Domini usque ad Epi-
« phaniam inclusive; et a die Cinerum
« usque ad octavam Paschae inclusive. —
« Quo tempore non prohibetur ipse contra-
« ctus aut ejus consummatio; sed tantum
« nuptiarum solemnitates, ut est benedi-
« ctio nuptiarum, sollemnis sponsae in do-
« mum sponsi traductio, sollemniora con-
« vivia et tripudia, etc. ». [Sed haec non
sub gravi, nisi excessus sit magnus: imo,
si fiant moderate, nulla erit culpa, ut ait
Sanchez⁴]. — « Neque Tridentinum⁵ pro-
« hibet matrimonium consummari ante
« benedictionem; sed tantum hortatur ne
« fiat^a). Vide Bonacina⁶, Sanchez⁷, Co-
« ninck⁸, Filliuccium⁹, Martinum Pe-
« rez¹⁰ ».

984. - Dubitatur 1^o. *An liceat consum-
mare matrimonium tempore feriarum?*
Negant D. Thomas^a), Fagnanus¹¹; item
S. Antoninus et plures canonistae, apud
Sanchez¹². — Et probant ex can. *Nec ux-*

Usus con-
jugii tempo-
referiarum,
juxta alios,
illicitus.

¹ De Matr., qu. 3, punct. 14, n. 1 et 2. — ² Tr. 9, cap. 13, n. 1. — ³ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 10. — ⁴ Lib. 7, disp. 7, n. 18. — ⁵ Loc. cit., cap. 1. — ⁶ Qu. 3, punct. 14, n. 4. — ⁷ Lib. 7, disp. 7. — ⁸ Disp. 30, dub. 3, n. 36 et seq. — ⁹ Tr. 10, part. 2, cap. 9, n. 268 et seq. — ¹⁰ Disp. 23, sect. 2. — ¹¹ In cap. *Capellanus*, de feriis, num. 11. — S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 17, i. f. — ¹² Lib. 7, disp. 7, n. 21. — ¹³ Loc. cit., n. 23. — ¹⁴ Lib. 6, cap. 8, n. 9. — ¹⁵ De Matr., cap. 31, v. *In altero*. — ¹⁶ Notif. 80, n. 17. — *Diana*, Coord., tom. 2, tr. 6, resol. 102; cfr. *Dianam ipsum*, part. 3, tr. 4, resol. 266. — *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 470. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 14, n. 4. — *Pignat.*, tom. 6, consult. 47, n. 16. — *Perez*, disp. 23, sect. 2, n. 2. — *Fill.*, tr. 10, part. 2,

rem, [caus. 33], qu. 4, ubi eo tempore interdicitur uxoris traductio. Ex quo inferunt interdici etiam usum conjugii, quia propter hunc traductio prohibetur.

Sed verius affirmant Sanchez¹³, Pontius¹⁴, Bellarminus¹⁵; et fuse noster Summus Pontifex Benedictus XIV¹⁶ cum Diana, Croix, Bonacina, Pignatello, Perez, Filiuccio, Monacelli et aliis. Idque confirmat ex quadam declaratione S. Congregationis, edita die 10 Junii anno 1684, ubi dictum fuit permissam esse temporibus vetitis traductionem sponsae ad domum sponsi, modo fiat absque solemnitatibus. — Et ratio est, ut ait praefatus Benedictus, quia non sunt imponenda certa onera ubi manifesta lex non adest illa praescribens. Ad canones autem qui opponuntur, respondet idem Pontifex eos consilii esse, non praecepti. Hinc refert Van-Espen^b) reprehendentem canonistas qui, nimis addicti rigorosis antiquorum canonum expressionibus, in praecipuum reduxerunt quod potius erat consilii.

Verius, li-
citus.

Dubitatur 2^o. *An liceat consummare matrimonium ante benedictionem sacerdotalem?*

Negant plures: quorum alii dicunt esse tantum veniale, ut Cajetanus, Sotus, Covarruvias, Ledesma, Henriquez, apud Bossium¹⁷. — Alii tenent esse mortale, ut Concina¹⁸; ac Paludanus, Gulielmus et Rosella, apud Escobar¹⁹; et S. Antoninus^c), qui putat conjuges toties peccare tunc

Consum-
matio ma-
trimonii an-
te benedi-
ctionem,
juxta alios,
illicita.

n. 269 et 271. — *Monacel.*, Formular., tit. 8, form. 8, n. 2. — *S. Congr. Conc.*, cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 22, n. 14. — *Bened. XIV*, Notif. 80, n. 19. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 13, qu. 1; et Sum., v. *Matrimonii usus*, § *Octavum*. — *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. unic., art. 2. — *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, num. 2. — *Petr. Ledesm.*, qu. 45, art. 5, punct. 3, § *Sed adhuc est dubium*, concl. 2. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 5, n. 7; et cap. 16, n. 3. — ¹⁷ De Matr. Contractu, cap. 9, n. 11. — ¹⁸ Diss. 2, cap. 5, n. 16. — *Palud.*, in 4, dist. 28, qu. 2, art. 1, concl. 6, num. 10. — *Gulielm. Rhedon.*, Gloss. in Sum. S. Raym., lib. 4, tit. de Matr., § 14, not. x. — *Rosel.*, v. *Impedimentum I*, n. 12. — ¹⁹ Lib. 25, num. 638.

983. - ^a) Hortatur ne fiat cohabitatio in eadem domo ante benedictionem.

984. - ^a) S. Thomas, in 4, dist. 32, art. 5, sol. 4, loquitur de ipsa celebratione nuptiarum et de sponsae traductione.

^b) Van-Espen, part. 2, tit. 13, cap. 2, n. 16, scribit: « Quidquid sit de hac sententia, attenda canonum antiquorum rigorosa expressione, hoc certum est, hodie, dictis temporibus nequaquam vetitum esse actum matrimoniale, sed ad summum consilii esse iis temporibus abstinere ».

bus nequaquam vetitum esse actum matrimoniale, sed ad summum consilii esse iis temporibus abstinere ».

^c) S. Antoninus, part. 3, tit. 1, cap. 17, i. f., dicit consummationem matrimonii tempore feriarum esse mortale; sed addit: « Tamen post primam copulam iterum cognoscendo non peccat mortaliter, nisi hoc faceret in contemptum Ecclesiae ordinantis ».

mortaliter quoties coeunt. Id probant ex pluribus canonibus quos affert Sanchez ¹.

Probabilius, licita.

Probabilius tamen et communius dicunt nullum esse peccatum Navarrus ², Pontius ³, Laymann ⁴, Salmant. ⁵, Viva ⁶; Palaus ⁷ cum Coninck et Ledesma ^{d)}; Escobar ⁸ cum Villalobos, Ochagavia; Sanchez ⁹ cum Palacios ^{e)}, Veracruz ^{e)}, Philiarcho, etc.; Bossius ¹⁰ cum Bellarmino, Barbosa ^{f)}, Gutierrez, Filliuccio, etc. Idemque docet Benedictus XIV ¹¹. — Probatur 1^o ex can. *Nostrates*, [caus.] 30, qu. 5, ubi expresse dicitur id nullum esse peccatum his verbis: *Sicque demum benedictionem et velamen coeleste suscipiunt... Peccatum autem esse, si haec cuncta in nuptiali foedere non interveniant, non dicimus.* — Probatur 2^o ex Tridentino ¹², ubi: *Praeterea eadem S. Synodus hortatur ut conjuges, ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent.* Per τὸ hortatur clare denotat concilium id esse consilii, non praecepti. Et idem habetur ex Rituali Romano ¹³; ibi: *Moneat parochus conjuges ut ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque matrimonium consumment.* Cuique patet monitionem non importare praeceptum.

Conveniunt tamen omnes quod ommissio

¹ Lib. 3, disp. 12, n. 1. — ² Man., cap. 22, n. 83. — ³ Lib. 5, cap. 2, n. 3. — ⁴ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 12. — ⁵ Tr. 9, cap. 8, n. 80. — ⁶ De Matr., qu. 4, art. 5, n. 6. — ⁷ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 5, n. 8. — *Coninck*, disp. 27, n. 71. — ⁸ Lib. 25, n. 642 et 643. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 24, n. 12. — *Ochagav.*, tr. 3, qu. 5, n. 2. — ⁹ Lib. 3, disp. 12, n. 7. — *Philiarch.*, part. 2, lib. 4, cap. 19, v. *Quinto*. — ¹⁰ De Matr. Contractu, cap. 9, num. 12.

^{d)} Petrus de Ledesma male citatur a Palaus; quamvis enim huic opinioni «aliqualem... probabilitatem» agnoscat; attamen sententiam, quae vult esse veniale, probabiliorem appellat.

^{e)} Veracruz, *Specul.*, part. 1, art. 12, concl. 2, negat esse mortale (secluso contemptu); sicut et Palacios, in 4, dist. 28, disp. ult., i. f., et pro hac opinione citantur a Sanchez; sed Veracruz negat posse excusari a veniali; Palacios vero plane innuit nullum esse peccatum, cum dicat esse tantum consilii.

^{f)} Barbosa, de *Offic. et Potest. episc.*, alleg. 32, n. 181; de *Parocho*, cap. 21, n. 97, negat esse mortale; sed inter auctores quos citat, aliqui negant ullum esse peccatum; unde prudenter eum citavit Bossius dicens:

absoluta benedictionis non excusatur saltem a veniali. — Vide dicenda n. 988, v. *Secundum*.

985. — « Dicitur III^o. CATECHISMUS. Quod « impedimentum contrahitur ab eo qui « respondet pro infante, quando suppletur caeremoniae post Baptismum collatum in necessitate ». — [Dicunt tamen Salmant. ¹⁴, *catechismum* esse illam professionem fidei, quae ante Baptismum fit nomine baptizandi. Sed hoc impedimentum probabilius est sublatum per Tridentinum; ut Salmant. ¹⁵ cum Palaus, etc. Et sic decisum a S. Congregatione refert Diana ^{a)}]. — « Sed videtur sublatum per « Tridentinum, secundum Sanchez, Fagundez ^{b)}, Coninck, Filliuccium ^{c)}, etc.: « qui ideo monent parochos, ut in libro « distinguant paternos catechismi a patris Baptismi. Vide Bonacina ¹⁶.

Catechismus.

« Dicitur IV^o. CRIMEN, ut: 1^o. Incestus « cum consanguinea conjugis in primo vel « secundo gradu, scienter admissus (qui « impedit matrimonium cum quacumque « alia persona: vide Perez ¹⁷), vel cum propria matre vel filia. 2^o. Raptus alienae « sponsae. 3^o. Uxoricideum. 4^o. Presbytericideum. 5^o. Susceptio propriae prolis ex « Baptismo ad impediendam redditionem « debiti. 6^o. Publica poenitentia, quamdiu « durat. 7^o. Matrimonium cum moniali. —

Crimen, ut impediens.

Bellarmino, ad Trid. sess. 24, de reform. Matr., cap. 1, n. 24, in Addit. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 58, n. 3. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 184. — ¹¹ Notif. 80, n. 17, v. f. — ¹² Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹³ De Sacr. Matr., v. *Moneat*. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 13, n. 3. — ¹⁵ Loc. cit. — *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 1, num. 9. — *Sanct.*, lib. 7, disp. 10, num. 12. — *Coninck*, disp. 30, dub. 3, n. 24. — ¹⁶ Qu. 3, punct. 14, n. 6. — ¹⁷ Disp. 23, sect. 5, n. 1.

« Et tenere [neque esse mortale nec veniale] videtur etiam Barbosa ».

985. — ^{a)} Diana, part. 3, tr. 4, resol. 260, hanc declarationem ex Pontio refert; ea tamen est de casu quo quis in suppletionem caeremoniarum praesens est infanti cui suppletur.

^{b)} Busenbaum utique citat Fagund., sed videtur esse mendum pro Reginaldo, qui revera hanc opinionem tenet, lib. 31, n. 190; et tota allegatio videtur desumi a Bonacina, qui citat Reginaldum, minime vero Fagundez.

^{c)} Filliuccius, tr. 10, part. 2, cap. 9, n. 273, scribit: « Probabile est adhuc permanere huiusmodi impedimentum; sunt tamen qui censeant esse sublatum per Trident. ». Et utriusque opinionis probationes affert.

« Verum haec per non usum sunt sublata :
« ut Laymann¹ ex Navarro, Sanchez² ;
« Coninck³ ». [Sic etiam Concina⁴ ; et
Salmant.⁵ cum Sanchez et communi : —
excepto voto, interdicto et sponsalibus.
Episcopus autem tantum in interdicto po-
test dispensare^{d)}. Salmant.⁶⁾.

Sponsali

« Dicitur V^o. SPONSALIA : si cum una
« contracta et non dissoluta. — Coninck⁷,
« Sanchez, Filliuccius, Bonacina⁸ ».

Votum sim-
plex.

986. - « Dicitur VI^o. VOTUM, scilicet
« simplex sive castitatis, sive religionis,
« sive non nubendi. — Vide Sanchez⁹,
« Reginaldum¹⁰, Bonacina¹¹ ».

Notandum hic quod votum religionis
aut castitatis *absolutum* non potest ab
episcopo dispensari ante matrimonium.
Secus, si fuerit *conditionale* aut *poenale* ;
ut dictum est *de Voto, Lib. III, n. 261*.

Sed dubitatur 1^o. *An possit episcopus
dispensare in voto castitatis, a conjugibus
emisso post consummatum matrimo-
nium?*

Episcopus
potest di-
pensare in
voto casti-
tatis se-
quenti ma-
trimonium
consumma-
tum.

Resp. Affirmative cum S. Antonino^{a)},
Palao^{b)}, Bonacina¹² ; Sanchez¹³, et ibi
Aragon, Manuele et Gutierrez ; ac Sal-

¹ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 15, n. 2. - *Navar.*, Man.,
cap. 22, n. 74 et 85. — ² Lib. 7, disp. 17, n. 8. — ³ Disp. 30,
dub. 3, n. 25. — ⁴ Diss. 3, cap. 3, n. 15. — ⁵ Tr. 9, cap. 13,
n. 15. - *Sanch.*, loc. cit., n. 9. — ⁶ Loc. cit., n. 16. — ⁷ Loc.
cit., n. 23. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 6, n. 7. — *Fill.*, tr. 10,
part. 2, cap. 9, n. 274. — ⁸ Qu. 3, punct. 14, n. 5. — ⁹ Lib. 7,
disp. 11, n. 4 et 6. — ¹⁰ Lib. 31, n. 184. — ¹¹ Qu. 3, punct. 14,
n. 7. — ¹² Qu. 3, punct. 15, n. 5. — ¹³ Lib. 8, disp. 11, n. 3
et seqq. *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 8, dub. ult.
Man. Rodrig., Sum., part. 2, cap. 92, n. 6 ; cfr. etiam part. 1,
cap. 241, n. 14. *Gutierr.*, Canon. Quaest., lib. 2, cap. 22,
n. 49 ; de Matr., cap. 123, n. 7. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 14, n. 13.
Aversa, qu. 19, sect. 3, v. *Communis tamen. Cornejo*,

mant.¹⁴, et ibi Aversa et Cornejo (contra
Lopez et alios). Ratio, quia votum hoc non
est omnimodae castitatis, cum nequeat
obligare ad non reddendum debitum ; nisi
(bene advertit Sanchez¹⁵) emittatur ante
consummationem, cum animo ingrediendi
religionem. — Censent autem Salmant.¹⁶,
etiam vicarium generalem episcopi posse
dispensare in hujusmodi voto, ex conces-
sione generali quam ipse habet ad omnes
casus episcopales.

In voto tamen castitatis conjugum de
mutuo consensu emisso solus Papa dispen-
sare valet ; ut communiter docent San-
chez, Sporer^{c)}, Anacletus^{c)}, etc., apud
Ferraris¹⁷.

987. - Dubitatur 2^o. *An possit episco-
pus dispensare in voto castitatis emisso
ante matrimonium ad petendum debitum?*

Negant Lessius^{a)} ; et Cajetanus^{b)}, Sil-
vester, Toletus ac Ledesma apud San-
chez¹⁸ : nisi adsit necessitas, puta pericu-
lum incontinentiae.

Sed communius et valde probabiliter
affirmant Sanchez¹⁹ cum S. Antonino,
Soto^{c)}, Valentia, Sà, Vega, Henriquez et

disp. 7, dub. ult., i. f. — *Ludov. Lopez*, Instruct. consc.
part. 1, cap. 80, v. *Sed an modo*. — ¹⁵ Lib. 8, disp. 11, n. 4. —
¹⁶ Tr. 9, cap. 14, n. 13. — *Sanch.*, loc. cit., n. 10. — ¹⁷ V. *De-
bitum conjugale*, art. 2, n. 4. — *Silvest.*, v. *Dispensatio*,
num. 15 ; v. *Debitum conjugale*, num. 11 ; v. *Matrimo-
nium VII*, qu. 5, i. f. ; v. *Votum IV*, qu. 4. *Tolet.*, lib. 4,
cap. 18, num. 2. *Mart. Ledesma.*, 2^a 4ⁱ, qu. 55, art. 1,
v. *Sed haesitabis*. ¹⁸ Lib. 8, disp. 12, n. 2, (*al.*, n. 1). —
¹⁹ Loc. cit., num. 4. *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 22,
§ 2, i. f. *Valent.*, disp. 10, qu. 5, punct. 5, i. f. *Sà*,
v. *Debitum conjugale*, n. 4. - *Vega*, Sum. nueva, part. 2,
cap. 129, cas. 51, i. f. ; et cas. 118, punct. 2. *Henriq.*,
lib. 12, cap. 2, n. 9, lit. s.

Nisi mutuo
consensu e-
missum sit.In voto
antecedenti
matrimo-
nium, ad pe-
tendum de-
bitum :Valde pro-
babiliter
potest di-
pensare
episcopus.

a) Salmant. addunt etiam, *n. 17*, votum
castitatis temporaneum aut conditionatum.

986. - a) S. Antoninus, *part. 3, tit. 1*,
cap. 22, § 2, i. f., hoc dicit de voto continen-
tiae quoad debiti petitionem.

b) Palao, *tr. 28, disp. 4, punct. ult.*, § 1,
n. 16, ita docet, nempe episcopum posse dis-
pensare ad debiti petitionem, in « impedi-
mentis matrimonio supervenientibus... quae-
que debiti petitionem interdicit ».

c) Sporer, *tr. 3, cap. 3, n. 69, 76 et 78* ;
Anacletus, *Jus can., lib. 4, Append. de di-
spensat., num. 561*, concordant quidem ; sed
concedunt episcopum dispensare posse quoad
debiti petitionem ob urgentem necessitatem.

987. - a) Lessius, *lib. 2, cap. 40, n. 125*,
videtur potius tenere secundam sententiam,
dicendo episcopum eo casu posse dispensare
ob incontinentiae periculum.

b) Stephanus de Gaeta (hic enim juris-
consultus, non vero Thomas de Vio card. Ca-
jetanus, citatur a Sanchez), *Repet. in cap. Ad
limina, caus. 30, qu. 1, § 4, qu. 127, n. 350*, non
loquitur de casu necessitatis, sed simpliciter
dicit : « Videtur quod post contractum matrimo-
nium Papa habeat habitare taliter voventes
ut in dicto matrimonio remanere possint, non
obstante tali voto... quod satis expedit pro exi-
gendo debito conjugali per voventem, pro-
pter opiniones et stylum curiae Romanae ».

c) Sotus, *in 4, dist. 37, art. 1, i. f.*, v. Quar-
tum ; et *art. 2, v. Et per hoc resp.*, hanc uti-
que sententiam tenet. Sed, *dist. 38, qu. 2*,
art. 1, v. Reddere etiam debet, eam limitat ita
ut in primam sententiam recidere videatur,
scribens : « Potest tamen episcopus justa de
causa, et si non pateat accessus ad Urbem
vel alia urgenti, super illa petitione debiti

pluribus aliis. Item Elbel¹, Tamburinius², auctor libri *Istruz. per li novelli confess.*³; Barbosa⁴ cum Sayro, Gutierrez^{c)} et Silvestro^{d)} ex D. Thoma^{d)}; ac Concina⁵ cum Navarro^{e)} et Henriquez. — Ratio: tum quia lex reservationum est in aedificationem: esset autem in destructionem, si Pontifex vellet sibi reservare talem dispensationem, cum tanto periculo quod communiter adest. Tum quia (ut ait Sanchez) haec facultas dispensandi conceditur episcopis ex consuetudine, quae jurisdictionem praebet, ex cap. *Cum contingat, de foro compet.*

An autem in hoc voto possint dispensare confessarii Mendicantes? — Communiter affirmant Palaus⁶, Wigandt⁷; Sanchez⁸ cum Corduba, Veracruz, Palacios, Manuele et Henriquez; Contin. Tournely⁹ cum Suarez^{f)} et Laymann^{f)}; ac Salmant.¹⁰ cum Gutierrez, Candido, Diana et Aversa^{g)}. — Et hoc virtute privilegiorum plurium Pontificum (quae referemus infra n. 1128), et signanter vi privilegii S. Pii V vivae vocis oraculo.

Id admittit etiam Pontius¹¹, quando votum castitatis est emissum ante matrimonium. Negat vero, si post matrimonium contractum; quia, ut ait (et idem dicunt Manuel et Vega, apud Sanchez¹²), privilegium S. Pii loquitur tantum de dispensatione voti emissi ante matrimonium. — Sed verius Sanchez¹³ et Sal-

mant.¹⁴ admittunt pariter de voto emisso post matrimonium. Quia, licet virtute privilegii S. Pii non possint regulares dispensare, possunt tamen virtute aliorum privilegiorum, vi quorum valent ipsi dispensare in omnibus votis in quibus episcopi dispensare possunt jure ordinario; ut procul dubio episcopi jure ordinario in eo voto dispensant, cum tale votum non sit omnimodae castitatis. Vide dicenda dicto n. 1128.

An autem regulares possint dispensare in impedimento affinitatis, in ordine ad petendum debitum? — Vide dicenda n. 1076, v. *Insuper.*

Dubitatur 3^o. *An episcopus, urgente necessitate et periculo incontinentiae, possit dispensare in voto castitatis ad matrimonium contrahendum?*

Resp. Affirmative (vide dicta *Lib. III, de Voto, n. 258, v. Not. II*). Et ita tenent Sanchez¹⁵ cum Suarez, Ledesma, etc.; item Salmant.¹⁶; et Lessius¹⁷ cum Navarro^{h)}, Soto^{h)} et Silvestro^{h)}: dummodo periculum sit in mora, et non sit facilis aditus ad Papam. — Caeterum, ante matrimonium, episcopus (excepto voto castitatis et sponsalibus cum altero initis) potest universe in aliis impedimentis impedientibus dispensare, sicut etiam in omnibus matrimonio supervenientibus. — Croixⁱ⁾; et Salmant.¹⁸ cum Palao, Bonacina, etc. Vide dicenda n. 1126.

Urgente necessitate episcopus dispensat in voto ad contrahendum.

In quibus impedimentis dispensat episcopus.

¹ De Matr., n. 71. — ² Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 43. — ³ Part. 2, cap. 15, n. 317. — ⁴ De Offic. et Potest. episc., alleg. 37, n. 9. — *Sayr.*, Clav., lib. 6, cap. 11, n. 53, v. f. — ⁵ Diss. 3, cap. 4, n. 8. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 2, n. 9, lit. s. — *Sanchez.*, lib. 8, disp. 12, n. 4. — ⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 18. — ⁷ Tr. 16, n. 100, v. *Resp.* 3. — ⁸ Lib. 8, disp. 16, n. 3. — *Cordub.*, Sum., qu. 136, punct. 2. — *Veracr.*, part. 1, art. 15, paulo ante dub. 2. — *Palacios*, in 4, dist. 32, disp. 2, v. *Suffragatur communi.* — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 14; et Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 2. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 2, n. 9, lit. t. — ⁹ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 1. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 14, n. 14. —

Gutierr., de Matr., cap. 123, n. 14. — *Candid.*, disquis. 27, dub. 21 et 22. — *Diana*, part. 3, tr. 2, resol. 14. — ¹¹ Lib. 8, cap. 10, num. 12. — *Man. Rodrig.*, locis cit. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 129, cas. 77. — ¹² Lib. 8, disp. 16, n. 5. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 14, n. 14. — ¹⁵ Decal., lib. 4, cap. 40, n. 34. — *Suar.*, de Relig., tr. 6, lib. 6, cap. 26, n. 9. — *Petr. Ledesm.*, Sum., part. 2, tract. 10, cap. 8, part. 3, v. *Dico* 4. — ¹⁶ Tr. 17, de Voto et Juram., cap. 3, n. 101. — ¹⁷ Lib. 2, cap. 40, n. 127. — ¹⁸ Tr. 9, cap. 14, n. 13; cfr. etiam cap. 13, n. 26. — *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 16; cfr. etiam punct. 2, n. 5, 9, 12, 18 et 23. — *Bonac.*, qu. 3, punct. 15, n. 5.

dispensare; imo debet ad cavendum periculum ». — Et ita etiam Gutierrez, *Can. Quaest., lib. 1, cap. 23, num. 17*, qui dicit episcopum posse dispensare « ex causa legitima..., nempe propter periculum animae, aut ex mora, aut ex impossibilitate omnino adeundi Romam ».

^{d)} Silvester jam citatus est a S. Alphonso ex Sanchez pro prima sententia, quam revera tenet; quamvis a Barbosa hic citetur. — Item S. Thomas, *Quodlib. 3, qu. 7, art. 1, ad 1*, videtur tenere priorem sententiam, quae non nisi de auctoritate apostolica loquitur.

^{e)} Navarrus non citatur a Concina pro hac opinione.

^{f)} Suarez et Laymann citantur a Contin. Tournely pro alio casu.

^{g)} Aversa, *qu. 19, sect. 3, v. Potest insuper*, loquitur de sola affinitate, de qua tractant etiam ibid. Salmant.

^{h)} Navarrus, *Man., cap. 12, n. 59 et 76*; Sotus, *de Just. et Juve, lib. 1, qu. 7, art. 3*; Silvester, v. *Votum IV, qu. 4*, non loquuntur de matrimonio contrahendo.

ⁱ⁾ Croix, seu rectius Busenbaum apud

988. - Dixi in responsione: *potissimum*. Quia, praeter supra dicta, alia « impedimenta numerantur:

« Primum est CLANDESTINITAS. Etsi enim « valeat matrimonium clandestine contra- « ctum, ubi Tridentinum non est receptum, « non licet tamen sub mortali. — Ubi autem « Tridentinum est receptum, saltem quoad « punctum matrimonii, est irritum: de quo « sequenti Dubio.

« Secundum, OMISSIO BENEDICTIONIS. — « Quia sine hac, etsi valide, illicite tamen « contrahitur matrimonium, saltem pri- « mum: ut ex can. *Nostrates* et can. *Spon- « sus*, [caus. 30], qu. 5, docent Bona- « cina¹, Sanchez², Sà, Henriquez^{a)}, Fil- « liuccius^{a)}, etc. — Qui tamen concedunt « non esse mortale»: [Ut communiter do- « cent Sanchez³, Bossius⁴, Mazzotta⁵ cum « communi; et Escobar⁶ cum Soto, Sà, Hur- « tado, etc.] — « intellige, per se loquendo. « Nam per accidens, ratione praecepti par- « ticularis, scandali vel contemptus (ut si « omittant, nihili faciendo ac si esset res « vana, vel vile ac puerile haberent ei se « subicere), docet Perez⁷ posse^{b)} esse « mortale ».

« Dixi: *primum*. Nam secundae nuptiae « non benedicuntur, nisi primae non fuis- « sent benedictae. — Quod si autem alter « conjugum sit viduus, alter vero primas « nuptias celebret, aut saltem nunquam « fuerit benedictus; etsi jure antiquo non « licuerit, nunc tamen quibusdam locis « consuetudo habet ut benedicantur: ut « vide Bonacina⁸. Et patet ex *Agenda*.

« Debet autem fieri in templo a pro-

¹ Qu. 4, punct. 6, n. 2. — ² De Matr., lib. 7, disp. 82, n. 6. — Sà, v. *Matrimonium*, n. 6. — ³ Loc. cit., n. 6. — ⁴ De Contr. Matr., cap. 9, n. 7. — ⁵ Tr. 7, disp. 3, qu. 1, cap. 2, § 2, n. 3. — ⁶ Lib. 25, n. 649. — *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. 1, art. 2. — Sà, loc. cit. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 5, diff. 23, n. 83. — ⁷ Disp. 43, sect. 10, n. 4. — ⁸ Qu. 4, punct. 6, n. 4. — ⁹ Lib. 3, disp. 5, num. 7. — ¹⁰ Disp. 5, diff. 18, num. 59. —

« prio parochus: sine cujus licentia si quis « faciat, manet ipso facto suspensus, donec « absolvatur ab Ordinario parochi a quo « benedictio erat accipienda ».

989. - « Tertium, si contrahatur matri- « monium *sine praeviis* PROCLAMATIONI- « BUS. Sine quibus, etsi valeat, non licet « tamen sub mortali; ut habet communis « (quamquam Sanchez⁹ et Gaspar Hurta- « dus¹⁰ putent non esse mortale unam « omittere, quando certum est moraliter « nullum subesse impedimentum; sed con- « trarium docet^{a)} Perez¹¹ ex Coninck et « Pontio): nisi episcopus vel ejus vicarius « dispenset; ut patet ex Tridentino¹². — « Quod circa eas praecipit sequentia: « 1°. Ut fiant in ecclesia inter Missarum « solemnias. Possunt tamen etiam fieri in « oratorio vel juxta ecclesiam aliove loco, « confluente magno populo. 2°. Ut fiant a « proprio parochus, vel alio sacerdote, de « ejus licentia. 3°. Ut fiant in parochia pro- « pria, et quidem utriusque contrahentis; « ut declaravit Congregatio. 4°. Ut fiant « tribus diebus festivis, non immediatis, « continuis tamen, id est, qui feriatis qui- « dem diebus, nullo tamen festo, interpo- « lentur. — Vide Bonacina¹³ ».

990. - Plura Dubia hic discutienda.

Dubitatur 1°. *An peccet mortaliter pa- rochus, si assistat matrimonio, omissis de- nuntiationibus sine dispensatione episcopi, quando jam per diligentiam certus factus fuerit nullum subesse impedimentum?*

Negant Sotus, Machado et Ledesma, apud Sanchez¹⁴; quia (ut ajunt), cessante adaequate fine legis, cessat lex.

¹¹ Disp. 43, sect. 1, num. 7. — *Coninck*, disp. 27, dub. 5, n. 51. — *Pont.*, lib. 5, cap. 30, n. 3. — ¹² Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹³ Qu. 2, punct. 6, a n. 6. — *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. 1, art. 2, ad 1. — *Machad.*, lib. 4, part. 2, tr. 2, docum. 17, n. 2 (non cit. a Sanch.). — *Petr. Ledesm.*, qu. 45, artic. 5, punct. 3, dub. 1, concl. 1. — ¹⁴ Lib. 3, disp. 5, num. 5.

Croix, lib. 6, part. 3, num. 818; cfr. tamen ipsum Croix, num. 471 et 841, ubi quaedam ex his habet.

988. - ^{a)} Henriquez et Sà male citantur a Busenbaum. Nam Henriquez, lib. 11, cap. 16, n. 2, scribit: « Benedictiones debent ex praecepto conc. Trid. sub mortali ante cohabitationem publicam suscipi in primis nuptiis »; sed n. 3, dicit peccare eum qui petit debitum ante benedictionem, « sed non gravius

quam venialiter ». — Filiuccius autem scribit; si benedictiones ex negligentia tantum omittantur, « probabile quidem est esse peccatum mortale... sunt tamen qui excusant a mortali ».

^{b)} Perez dicit *posse* esse mortale ratione praecepti particularis; ait vero: « Certum est, si ex contemptu omittantur [benedictiones], esse peccatum mortale ».

989. - ^{a)} Seclusa gravi et urgenti causa.

Clandesti-
nitas.

Omissio be-
nedictionis.

Omissio
proclama-
tionum.

Quomodo
faciendae
proclama-
tiones.

Parochus
certus abes-
se impedi-
mentum et
omittens
proclama-
tiones.

Verius
peccat le-
thaliter.

Sed communissime et verius affirmant Sanchez¹, Pontius², Bonacina³, Escobar⁴, Bossius⁵, Barbosa⁶, Roncaglia^{a)}, et Salmant.⁷ cum aliis pluribus. — Ratio: tum quia, esto per diligentiam parochus impleat finem Tridentini, transgreditur tamen diligentiae formam quam concilium praescribit: quod cum sit in re gravissima, non excusatur a mortali, nisi urgens adsit necessitas quae moram non patiat. Tum quia alias non adaequate satisfit fini praeccepti denuntiationum; nam diligentia parochi non satis supplet effectum denuntiationum ad impedienda mala quae alioquin evenire possunt: eo quod, neglectis denuntiationibus, si supervenit impedimentum, filii reputantur illegitimi, etiamsi contrahentes impedimentum ignoraverint (ut habetur ex *cap. fin., § Si quis, de clandest. despons.*): quando contra legitimi habiti fuissent, si praecessissent denuntiationes (ut in *cap. Ex tenore, Qui filii sint legit.*). Praeterea, in Tridentino,⁸ contrahentibus sine denuntiationibus adimitur spes de obtinenda dispensatione impediendi, scilicet consanguinitatis vel affinitatis (non autem publicae honestatis; ut declaravit S. Congregatio apud Farinacium, prout refert Bossius⁹).

¹ Lib. 3, disp. 5, n. 6. — ² Lib. 5, cap. 30, n. 3. — ³ Qu. 2, punct. 6, n. 7. — ⁴ Lib. 25, n. 547. — ⁵ De Matr. Contr., cap. 8, num. 3. — ⁶ Alleg. 32, num. 2 et 4. — ⁷ Tract. 9, cap. 8, n. 77. — ⁸ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 5. — *Farinac.*, Declar. in Trid., sess. 24, cap. 5. ⁹ Loc. cit., n. 27. — ¹⁰ Lib. 3, disp. 11, n. 3. — ¹¹ Lib. 10, cap. 4, n. 2. — ¹² Tr. 9, cap. 8, n. 94. — ¹³ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 5, n. 6. — ¹⁴ Lib. 25, n. 612. *Palas*, loc. cit. — *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 8, n. 4. *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 183. — ¹⁵ De Matr. Contractu, cap. 8, n. 6 et 8. — *Navar.*, Man.,

Hoc autem quod dicitur de denuntiationibus faciendis ante matrimonium, idem dicendum de obligatione eas faciendi *post nuptias contractas ante consummationem*. Ita recte docent Sanchez¹⁰, Pontius¹¹, Salmant.¹², Palas¹³; Escobar¹⁴ cum Palas, Trullench et Filliuccio; ac Bossius¹⁵ cum Navarro, Laymann^{b)}, Coninck, Bonacina, Reginaldo, Diana^{b)}, etc., contra Dicastillum^{c)}, Lopez^{d)} et Ledesma^{e)}. Quia concilium, juxta textum mox supra allatum, aequae praecipit fieri denuntiationes ante matrimonium, quam postea ante ejus consummationem. — Et bene addunt Pontius¹⁶ ac Palas¹⁷, Bossius¹⁸; Sanchez¹⁹ cum Navarro et Manuele; ac Escobar²⁰ cum Coninck, Bonacina, Trullench et Leandro (contra Henriquez), conjuges consummantes ante denuntiationes toties peccare graviter quoties copulantur; quia toties copulantur cum eodem periculo fornicationis. Unde oppositum mihi videtur dicendum, si ipsi certi essent nullum subesse impedimentum, quia violato jam praeccepto Tridentini per consummationem, illud amplius non urget.

An autem *omittere unam denuntiationem sit mortale?*

Pariter affirmant Pontius²¹; ac Palas,

cap. 16, n. 38; et cap. 22, n. 70. — *Coninck*, disp. 27, n. 51. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 6, n. 8. *Regin.*, lib. 31, n. 237. — ¹⁶ Lib. 10, cap. 4, num. 2. — ¹⁷ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 5, n. 6. — ¹⁸ De Matr. Contr., cap. 8, n. 7. — ¹⁹ Lib. 3, disp. 11, n. 5. — *Navar.*, Man., cap. 16, n. 38. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 219, n. 1. — ²⁰ Lib. 25, n. 614 et 615. *Coninck*, disp. 27, dub. 6, n. 58. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 6, n. 9. — *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 8, n. 4. — *Leand.*, tr. 9, disp. 7, n. 70. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 1. — ²¹ Lib. 5, cap. 30, n. 3. — *Palas*, loc. cit., punct. 13, § 3, n. 4.

990. — *a)* Roncaglia, *tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 1*; « Volunt plures », inquit, non esse mortalem omissionem unius vel alterius denuntiationis, si moraliter sit certum non adesse impedimentum. Videtur tamen ipse praesentem sententiam tenere, eo quod affert poenas Tridentini contra transgressores, ut hic apud S. Alphonsum.

b) Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 11*; Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 241*, solum dicunt, faciendas esse denuntiationes post celebratum matrimonium, antequam consummetur, si ante celebrationem omissae sunt.

c) Dicastillus, *disp. 3, dub. 25, num. 224 et 228*, omnino tenet eandem sententiam quam et ipse S. Alphonsus, nedum sit ei contrarius.

d) Ludovicus Lopez, *Instr. consc., part. 1, cap. 87, v. Caeterum*, contrarius quidem est doctrinae expositae, sed solum casu quo conjuges vellent per breve tempus sic manere non publicato matrimonio, postea opportuno tempore illud manifestare volentes; si vero conjuges intentionem habeant ut tale matrimonium perpetuo aut per multum temporis maneat secretum, dicit usum matrimonii non carere culpa mortali.

e) Petrus Ledesma, *qu. 45, art. 5, punct. 3, post dub. 1, § Sed adhuc est dubium*, negat esse mortale « quando ex parte contrahentium vel parochi fieret debita diligentia ad cognoscendum an interveniret aliquod impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel hujusmodi inter ipsos ».

Item quoad
denuntia-
tiones post
contractum
ante con-
summatum.

Coninck et Leander ^{f)}, apud Escobar ¹.
 — Sed probabiliter negant Sanchez ², Bossius ³; et Escobar ³ cum Filliuccio, Barbosa, Gutierrez, Ledesma, Diana, Vera-cruz et Villalobos; quia respectu ad totum praeceptum non videtur gravis materia ^{h)}.
 — Imo Salmant. ⁱ⁾ cum Trullench ⁱ⁾, Rebello ⁱ⁾ et aliis, putant nec esse mortale, si etiam duae denuntiationes omittantur. Sed huic probabiliter contradicit Pater Concina ⁴.

991. - Dubitatur 2^o. *An denuntiationes debeant fieri in ecclesia et inter Missarum solemnias?*

Revera sic praescribitur in Tridentino ⁵: et in Missa parochiali vel conventuali, arbitrio parochi, etiam contradicente capitulo; ut declaravit S. Congr. (Vide Zaccaria apud Croix ⁶). — Sed probabiliter dicunt Sanchez ⁷, Barbosa ⁸ et Roncaglia ⁹, posse etiam fieri in ecclesia tempore concionis vel processionis ^{a)}. — Imo Wigandt ¹⁰, Sanchez ¹¹, Laymann ¹², Barbosa ¹³, Bossius ¹⁴; et Escobar ¹⁵ cum Filliuccio, Villalobos, Diana ^{b)}, Trullench, etc. (contra ^{c)} Pontium et Hurtadum, Leandrum et Possevinum), ajunt posse fieri extra ecclesiam in loco magni concursus;

Coninck, disp. 27, dub. 5, n. 51. ¹ Lib. 25, n. 549. — ² Lib. 3, disp. 5, n. 7. — ³ Lib. 25, n. 550. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 173. *Barbos.*, alleg. 32, n. 5. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 57, n. 1, v. f. - *Petr. Ledesm.*, qu. 45, art. 5, punct. 3, dub. 1, concl. 3. *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 236. - *Veracr.*, Append. Specul., dub. 1, propos. 5. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 24, n. 3. — ⁴ Diss. 2, cap. 5, n. 4. — ⁵ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ⁶ Lib. 6, part. 3, n. 474. - S. C. C., in una *Novarien.*, die 8 Julii 1724, in Thesaur. Resol. — ⁷ Lib. 3, disp. 6, n. 10. — ⁸ Alleg. 32, n. 15. — ⁹ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ¹⁰ Tr. 16,

quia sic jam obtinetur finis concilii. Idque probabile videtur, saltem sine mortali; et si adsit aliqua causa, sine ulla culpa.

Notat autem Bossius ¹⁶ cum Marchino ^{d)}, quod tempore pestis, si nequeant fieri denuntiationes in ecclesia, et non possent induci sponsi ad matrimonium differendum: tunc episcopus potest, vel permittere ut fiant denuntiationes per vocem praecanis, aut per edicta loco publico affixa, et hoc in quocumque die; vel eas remittere, et ad id etiam tenetur, si urgeat necessitas (juxta dicenda n. 1005). — Quod si nequeat adiri episcopus, parochus bene potest (et justa urgente causa etiam tenetur) sponso conjungere, postquam sit certior factus, nullum subesse impedimentum.

Dubitatur 3^o. *In qua parochia debeant fieri denuntiationes?*

Certum est faciendas esse in parochia utriusque contrahentis; ut dicunt communiter cum Busenbaum (n. 989), Sanchez ¹⁷, Laymann ¹⁸, Palaus ¹⁹ et alii passim: quia sic fert consuetudo. — Excipiunt Laymann ^{e)}, Bossius ²⁰; et Salmant. ²¹ cum Dicastillo, nisi parochiae essent valde propinquae.

Sed Dubium fit: *Ubinam faciendae denuntiationes, si alter sponsorum de brevi*

n. 96. — ¹¹ Loc. cit., n. 9. — ¹² Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 10. — ¹³ In Trid., sess. 24, cap. 1, n. 24. — ¹⁴ De Matr. Contr., cap. 7, n. 13. — ¹⁵ Lib. 25, n. 558 et 559. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 174. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 24, n. 4. *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 8, n. 7. — *Pont.*, lib. 5, cap. 30, n. 6. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 5, diff. 18, n. 61. - *Leand.*, tr. 9, disp. 7, qu. 50. - *Possev.*, de Off. Curati, cap. 10, n. 10. — ¹⁶ De Matr. Contr., cap. 7, n. 99. — ¹⁷ Lib. 3, disp. 6, n. 4. — ¹⁸ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 10. — ¹⁹ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 3, n. 2. — ²⁰ Loc. cit., cap. 7, n. 18. — ²¹ Tr. 9, cap. 8, n. 72. *Dicast.*, disp. 3, dub. 25, n. 218.

Faciendae in parochia utriusque.

^{f)} Leander, *loc. cit.*, qu. 47, hanc sententiam (quam videtur amplecti) aequae probabilem vocat.

^{g)} Bossius potius tenet primam sententiam; nam de *Matr. Contr.*, cap. 8, num. 14, refert opinionem Pontii et addit: « Et non displicet haec opinio, suppositis iis quae dicta sunt supra n. 3 ».

^{h)} Fere omnes auctores citati pro hac secunda sententia, eam admittunt, modo moraliter certum sit nullum adesse impedimentum.

ⁱ⁾ Salmant., *tr. 9, cap. 8, n. 78*, quaerunt utrum mortale sit « unam vel alteram » denuntiationem praetermittere; et negant ut probabiliter, mortale esse « aliquam praetermittere denuntiationem », si moraliter constet non adesse impedimentum. Et pariter idem tenent, et sub eadem conditione, Trullench,

lib. 7, cap. 6, dub. 8, n. 3, et Rebellus, de *Oblig.*, part. 2, lib. 2, qu. 7, n. 10.

991. - ^{a)} Et S. C. C. videtur huic opinioni assentiri, declarando faciendas esse denuntiationes in Missa, « sive alia hora magis a populo frequentata ». In una *Sarzanen.* 20 Sept. 1828, in Thesaur. Resolut.

^{b)} Diana, quamvis hic ab Escobar citetur, dumtaxat refert, *part. 3, tr. 4, resol. 236*, opiniones aliorum de hoc argumento.

^{c)} Hi nempe auctores, saltem Pontius, Hurtadus et Leander, negant posse fieri extra ecclesiam, nisi adsit consuetudo in contrarium.

^{d)} Marchinus a Bossio citatur non tamquam haec omnia teneat, sed uti tractans de his, de *Peste*, part. 6, cap. 3, num. 7 et seqq.

^{e)} Laymann, *loc. cit.*, n. 10, de hac exceptione non loquitur.

Omittere unam denuntiationem, probabiliter non lethale.

Secus, omittere duas.

Ubi et quando faciendae denuntiationes.

moratur in aliquo loco? — Pontius¹ putat sufficere si fiant in loco ubi ille actu degit. — Sed longe probabilius Sanchez², Coninck³, Barbosa⁴, Roncaglia⁵; et Escobar⁶ cum Gutierrez, Henriquez^{f)}, Reginaldo, Ochagavia, etc., ex declaratione S. Congregationis, dicunt, omnino fieri debere in parochia unde discessit; quia denuntiationes ideo fiunt ut impedimenta manifestentur, ac propterea oportet eas fieri ubi sponsi diutius sunt commorati^{g)}.

Et hic notandum, quod si alter sponsorum sit exterus, parochus non debet facere denuntiationes^{h)} nisi postquam ipse per fidem authenticam probaverit statum liberum coram Ordinario; ut habetur ex instructione S. C. S. Officii (quae observatur apud Genettum⁷ et apud Pittonum⁸). — Et pluries declaravit S. Congregatio denuntiationes necessario faciendas in loco originis; ut refert Pater Zaccaria apud Croixⁱ⁾.

Quoad *vagos* autem, Tridentinum⁹ praecipit parochis non assistere eorum matrimoniis, nisi post diligentem inquisi-

tionem adhibitam, et nisi prius ab Ordinario licentiam assistendi obtinuerit^{j)}. — Hinc recte ait Roncaglia¹⁰ quod graviter peccaret parochus si tale praeceptum non servaret: esto alioquin matrimonium esset validum, cum concilium nullam irritantem clausulam apposuerit. — Vide alia dicenda circa *vagos*, n. 1089.

992. - Dubitatur^{4º}. *In quibus diebus possint fieri denuntiationes?*

In Tridentino¹¹ praescribitur ut fiant *tribus continuis diebus festivis*. — Praxis fert, prout ait Roncaglia^{a)}, ut denuntiationes fiant tribus diebus festivis *continuis*, ita tamen ut non intercedant alii dies festivi: sed non immediatis (nempe tribus festis Paschatis), ut sentiunt ipse Roncaglia et Barbosa¹², Sanchez¹³, Pontius¹⁴ et alii; quia tempore tam brevi non satis obtineretur finis concilii. — At probabiliter dicunt Salmant.¹⁵ cum Trullench, Hurtado, Reginaldo^{b)}, Leandro, etc., posse fieri etiam in tribus festis *immediatis*; quia in concilio dicitur *continuis diebus festivis*, nec ibi excipitur quod non sint immediati.

Faciendae
tribus festis
continuis.

¹ Lib. 5, cap. 30, n. 5. — ² Lib. 3, disp. 6, n. 6. — ³ Disp. 27, n. 46 et 50. — ⁴ Alleg. 32, n. 11. — ⁵ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 3. — ⁶ Lib. 25, n. 556. *Gutierr.*, de Matr., cap. 56, n. 6. *Regin.*, lib. 31, n. 225. *Ochagav.*, tr. 3, qu. 3. — ⁷ In Append. post tr. de Matr. — ⁸ Decis. pro Matrim., n. 1734. — ⁹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. —

¹⁰ Tr. 21, qu. 4, cap. 7, qu. 4, v. f. — ¹¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — *Roncagl.*, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ¹² Alleg. 32, n. 12. — ¹³ Lib. 3, disp. 6, n. 8. — ¹⁴ Lib. 5, cap. 30, n. 8. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 8, n. 75. — *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 8, n. 5. *Gasp. Hurtad.*, disp. 5, diff. 18, n. 60. *Leand.*, disp. 7, qu. 52.

f) Henriquez, *lib. 11, cap. 7, n. 1*, id non habet, nec citatur ab Escobar.

g) Attamen auctores citati hoc ultimum dumtaxat habent, scilicet faciendas esse denuntiationes in loco ubi sponsi diutius commorati sunt; vel, ut magis placet Barbosa et Reginaldo, in parochia in qua verisimilius est sciri impedimenta, ut in ea in qua fuit antiqua parentum habitatio. — Quidquid autem sit de hic allegata declaratione S. C., at certe in Thesaur. Resolut. S. C. C., in una *Senogallien.* de die 3 April. 1734, expresse negatur necessarias esse denuntiationes in loco unde discessit sponsus et in quo domicilium per viginti circiter annos habuerat.

h) Instructio haec vult ut « supersedeatur in licentia contrahendi » donec etc.

i) Apud Zaccaria, in Croix, *lib. 6, part. 3, n. 476*, legitur: « S. C. ejusdem Concilii interpretis, constanter tenuit necessarias non esse proclamationes etiam in loco originis ». Ast haec ita absolute prolata non sunt veritati consentanea. Nam S. C. C., die 29 Januarii 1684, in una *Senogallien.* respondit: « Denuntiationes etiam in loco originis esse necessarias ». Sed si quis per longum tem-

pus, puta per decem, octo vel etiam septem annos, habitaverit in loco in quo matrimonium contrahit, eadem S. C. pluries declaravit denuntiationes in loco originis non esse necessarias. Quae omnia habentur in una *Vercellen.* diei 9 Maji 1719, in Thes. Resol. S. C. C. Cfr. etiam Pallottini, *v. Matrimonium*, § 5, n. 33 et seqq. — Decretum *Ne temere* nihil immutavit quoad denuntiationes et quoad locum in quo sunt faciendae.

i) Quoad *vagos* (quo nomine veniunt « omnes et soli, qui nullibi habent parochum vel Ordinarium proprium ratione domicilii vel menstruae commorationis », ut explicuit S. C. de Sacram. die 12 Mart. 1910, ad 5, c) Decretum *Ne temere*, art. V, § 4 prohibet ne parochus assistat matrimonio « nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata licentiam assistendi impetraverit ».

992. - a) Roncaglia haec utique habet, *tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 1, resp. 2*; sed praxim adducit solum pro festis non immediatis.

b) Reginaldus, *lib. 31, n. 226*, id forte innuit, negando requiri ut sint immediata festa. et addendo: « Si obicias fieri posse. ut

Et sic pariter dicunt Salmant.¹ cum Trullench^{c)}, Aversa^{c)} et Leandro^{c)}, — citant etiam Bonacina, Coninck et Diana, sed non bene, ut mox videbimus — posse fieri denuntiationes tribus diebus festivis *discontinuis*, modo plures dies festi non intercedant; quia sic sufficienter jam satisfit intento concilii. — Sed verius Sanchez², Palaus³, Bonacina⁴; et Escobar⁵ cum Coninck^{d)}, Villalobos, Diana, Machado et Reginaldo, censent id non esse quidem mortale (contra Henriquez), quia non videtur gravis transgressio; sed non excusari a veniali, quia jam transgreditur praescriptum concilii.

An autem *possint fieri denuntiationes diebus ferialibus si ex aliqua causa fieret magnus concursus in ecclesia?*

Negant Pontius⁶; et Filliuccius^{e)}, Leander, Hurtadus^{f)}, etc., apud Escobar⁷ ex declaratione S. Congregationis^{g)}. — Sed probabiliter affirmant Sanchez⁸, Bonacina⁹, Barbosa¹⁰; Bossius¹¹ cum Lay-

¹ Tr. 9, cap. 8, n. 75. — ² Lib. 3, disp. 5, n. 8. — ³ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 3, n. 4. — ⁴ Qu. 2, punct. 6, n. 15. — ⁵ Lib. 25, n. 568. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 24, n. 3. *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 236. — *Machado*, lib. 4, part. 2, tr. 2, docum. 17, n. 4. — *Regin.*, lib. 31, n. 226. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 7, n. 1, lit. c. — ⁶ Lib. 5, cap. 30, n. 7. — *Leand.*, disp. 7, qu. 51. — ⁷ Lib. 25, n. 560. — ⁸ Lib. 3, disp. 6, n. 10. — ⁹ Qu. 2, punct. 6, n. 18. — ¹⁰ Alleg. 32, n. 15. — ¹¹ De

mann, Reginaldo et Possevino^{h)}; et Escobar¹² cum Ochagavia, Reginaldo et Gutierrez, ex alia contraria declaratione S. Congr. ^{g)} apud Ochagavia; quia sic jam satis impletur finis concilii. Saltem probabile est id posse fieri sine culpa gravi; ut diximus n. 991 de denuntiationibus factis extra ecclesiam in loco magni concursus.

993. Unde resolves: 1^o. Licet statim post ultimam proclamationem contrahere, etiam eadem die. — Non licet autem differre ultra quatuor menses: « intra quos si non contrahant, repetendas esse denuntiationes declaravit Congregatio¹³ ». [Et Salmant.¹⁴ cum Pontio et Leandro]. — Imo Rituale Romanum « duos tantum menses permittit: intra quos si non contrahatur, jubet repetere denuntiationes, nisi videatur aliud episcopo ».

994. — « 2^o. Post proclamationes teneatur sub mortali, qui novit impedimen-

Matr. Contr., cap. 7, n. 6. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 10. — *Regin.*, lib. 31, n. 227. — ¹³ Lib. 25, n. 562. — *Ochagav.*, tr. 3, qu. 3, n. 3. — *Regin.*, loc. cit. — *Gutier.*, de Matr., cap. 56, n. 8. — *Ochagav.*, loc. cit. — ¹⁴ *Bellarm.*, Declar. Cardinal., ad sess. 24, cap. 1, § *Item si peractis*. Cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 5, n. 51. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 8, n. 75. — *Pont.*, lib. 5, cap. 30, n. 10. — *Leand.*, disp. 7, qu. 55. — *Rit. Rom.*, de Sacr. Matr., v. *Si vero infra*.

Probabiliter etiam diebus ferialibus, si adsit concursus.

Potest contrahistatim post proclamationes.

Quis teneatur denuntiare impedimentum.

plures dies festivi se immediate sequantur... Sanchez respondet consentaneum esse eidem fini, ut tunc.. expectetur seu differatur matrimonium per aliquod temporis spatium ».

^{c)} Trullench, *loc. cit.*, num. 5; Leander, *disp. 7, qu. 53*, negant esse mortale, modo interpolatio non sit notabilis; Aversa vero, *qu. 7, sect. 1*, v. *Adnotari tamen*, negat item esse mortale « si praetereatur aliquod festum intermedium ».

^{d)} Coninck, quamvis hic ab Escobar citeatur, videtur tamen potius priori sententiae adhaerere; scribit enim, *disp. 27, num. 47*: « Quando festa continua sunt, praestare intermittere aliquot dies inter proclamationes.... Quare concilium, dum jubet eas fieri tribus festis continuis, intelligendum est de festis quae sibi non succedunt immediate. Tantum enim vult ne illae nimis diu differantur, ut auditoribus excidant, et matrimonium diu cogatur differri ». — Praeterea ceteri auctores hic citati negant profecto id esse mortale, sed non dicunt esse veniale. — Reginaldus denique dicit solum a concilio excludi festorum mediationem.

^{e)} Filliuccius, *tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 174*, hanc opinionem insinuat, dicens pro-

clamationes faciendas esse « tribus diebus festis continuis ».

^{f)} Gaspar Hurtadus, *disp. 5, diff. 18, n. 60*, negantem opinionem, quam utique tenet, limitat: nisi adsit consuetudo.

^{g)} In Thesaurio Resol. S. C. C., in una *Brunensi* 17 Junii 1780, et una *Tudertina*, 19 April. 1823, S. C. declaravit denuntiationes fieri non posse in festis abrogatis, nisi de licentia episcopi; et tunc sub conditione « quod nempe in illis diebus qui festi non sunt, frequens adhuc perseveret populi ad ecclesiam concursus », ut habetur in litteris ejusdem S. C. ad episcopum Brunensem, datis die 5 Julii 1780, et referuntur in dicta *Tudertina*. Et pariter S. C. C. declaravit posse fieri denuntiationes *diebus ferialibus* ex legitima dumtaxat causa, si talis ab Ordinario fuerit iudicata, ut refertur a Pallottini, v. *Matrimonium*, § 5, n. 18.

^{h)} Possevinus, *cap. 10, num. 12*, scribit: « Intelligendos festos ex praecepto et consuetudine, et etiam ex devotione, etsi non servetur festus nisi usque ad meridiem, quia... in omnibus salvatur mens concilii, quae est ut denuntiationes fiant tempore quo audiantur a populo, et his diebus populus potest audire, quia ad ecclesiam confluit ».

« tum, illico denuntiare, quantumvis se-
 « cretum esset, ad impedienda gravia
 « mala, v. gr. incestum, sacrilegium, etc.
 « Si tamen inde alteri periculum infamiae
 « nasceretur, is ex caritate prius esset mo-
 « nendus ut a matrimonio desisteret. San-
 « chez ¹, Fagundez ² Henriquez ^{a)}, Lay-
 « mann, etc. communiter: — contra Pon-
 « tium ³, qui negat teneri denuntiare si sit
 « occultum. Idemque tenet Martinus Pe-
 « rez ⁴, sed cum hac limitatione: si tantum
 « audiverit et nesciat a quo, vel si pro foro
 « interno sit dispensatum, vel si metuat
 « magnum scandalum aut periculum, vel si
 « sciat contrahentes esse in bona fide ^{b)} ».

Si potest
 probari per
 testes, qui-
 libet tene-
 tur denun-
 tiare.

Certum est 1^o. Quod si impedimentum
possit per testes probari, quilibet illud
 sciens denuntiare tenetur, sive impedi-
 mentum sit dirimens sive impediens: esto
 sit occultum et infamatorium, nempe quod
 ortum habuerit ex peccato. Ita Palaus ⁵,
 Pontius ⁶, Bossius ⁷; et Salmant. ⁸ cum
 Trullench, Aversa, Dicastillo, et communi.
 Quivis enim tenetur manifestare peccatum
 occultum alterius quod est tertio nocivum,
 quando praelatus legitime id praecipit:
 prout praecipit episcopus, imponens (dum
 fiunt proclamationes) omnibus consciis ali-
 cujus impedimenti ut revelent. — Et tenen-
 tur revelare etiam ii qui noverint impe-
 dimentum sub secreto naturali, et adhuc
 cum juramento non propalandi ^{c)}; ut di-

cunt Sanchez ⁹; Escobar ¹⁰ cum Paludano
 et Corduba ^{d)}; Bossius ¹¹ cum Barbosa ^{d)}
 et Fagundez; ac Salmant. ¹² cum aliis: ex
 D. Thoma ¹³, ubi docet promissionem et
 juramentum non obligare quando imminet
 damnum communitati vel tertiae perso-
 nae, prout in nostro casu utriusque damnum
 imminet. — Advertunt tamen praefati au-
 ctiores, antequam fiat denuntiatio, prae-
 mittendam esse correptionem fraternam,
 et etiam pluries, si probabiliter sit profu-
 tura: modo periculum non sit in mora.

Certum est 2^o. Quod si impedimentum
 est *occultum*, et jam fuerit pro eo obtenta
 dispensatio quoad forum internum, illud
 sciens non tenetur denuntiare: secus, si
 adesset publica fama de impedimento, et
 dispensatio esset occulta; ut Sanchez ¹⁴,
 Bossius ¹⁵ et Palaus ¹⁶.

Quid de
 occulto im-
 pedimento.

Certum est 3^o. Quod si noveris impe-
 dimentum *ex auditu*, sed non recordaris
 a quo, vel si accepisti a persona non fide
 digna, non teneris denuntiare. — San-
 chez ¹⁷, Pontius ¹⁸; Palaus ¹⁹ cum Gutier-
 rez et Farinacio ^{e)}; ac Bossius ²⁰ cum
 Navarro, Coninck ^{f)}, Bonacina, Filliuccio,
 Corduba ^{e)} et Hurtado ^{f)}.

Quid, si
 scias ex au-
 ditu.

995. - Sed dubitatur 1^o. *An si tu solus
 impedimentum noveris, nec possis pro-
 bare, tenearis illud denuntiare?*

Prima sententia, quam tenent Pon-
 tius ²¹, Diana ^{a)}; ac Sà ^{b)}, Major et Gabriel,

¹ Lib. 3, disp. 13, n. 2 et 3. — ² De 2 praec. Eccl., lib. 6, cap. 5, n. 4. — *Laym.*, lib. 3, tr. 3, part. 2, cap. 4, n. 8. — ³ De Imped. Matr., caus. 30, qu. 5, § 4. — ⁴ Disp. 43, sect. 6. — ⁵ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 6, n. 1. — ⁶ Lib. 5, cap. 34, n. 3. — ⁷ De Matr. Contr., cap. 7, n. 158. — ⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 95. — *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 11, n. 2. — *Aversa*, qu. 7, sect. 4. — *Dicast.*, disp. 3, dub. 28, n. 286 et 287. — ⁹ Lib. 3, disp. 13, n. 5 et 6. — ¹⁰ Lib. 25, n. 622. — *Palud.*, in 4, dist. 28, qu. 2, art. 5, concl. 3 (n. 31). — ¹¹ De Matr. Contr., cap. 7, n. 176. — *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 6, cap. 5, n. 4. — ¹² Tr. 9, cap. 8, n. 99. — ¹³ 2^a 2^{ae}, qu. 70, art. 1, ad 2. — ¹⁴ Lib. 3,

disp. 14, n. 4; cfr. disp. 13, n. 8. — ¹⁵ Loc. cit., n. 167 et 189. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 6, n. 2. — ¹⁷ Lib. 3, disp. 13, n. 7. — ¹⁸ Lib. 5, cap. 34, n. 1. — ¹⁹ Loc. cit., n. 3. — *Gutier.*, de Matr., cap. 59, n. 11 et 12. — ²⁰ De Matr. Contr., cap. 7, num. 164 et 165. — *Navar.*, comment. in cap. *Inter verba 11* qu. 3, n. 788, (edit. Venet. 1594); et *Man.*, cap. 25, n. 46, v. *Tertium*. — *Bonac.*, de Matr., qu. 2, punct. 6, n. 20. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 186. — ²¹ Loc. cit., n. 5 et seqq. — *Major*, in 4, dist. 21, qu. 2, v. *Tertio arguitur*. — *Gabr. Biel*, Suppl., dist. 28, qu. 1, art. 3, dub. penult.

994. - ^{a)} Henriquez, *de Poenit.*, lib. 3, cap. 21, n. 3, lit. o, dicit caritatem quandoque obligare ne prodatur occultum.

^{b)} Addit Perez pro contrahentibus bona fide: « Si ita sit occultum, ut probabile sit nunquam manifestatum iri ».

^{c)} De Juramento non loquuntur Escobar, Paludanus, S. Thomas.

^{d)} Corduba, *Quaestionar.*, lib. 1, qu. 43, dub. 2, v. *Secundo, si autem*; Barbosa, *alleg.* 96, n. 63, rationem tantum hujus opinionis habent.

^{e)} Farinacius, *Prax. crimin.*, de *Testib.*,

quaestio, 69, n. 76 et 85; Corduba, *loc. cit.*, v. *Sexto*; et *Sum.*, qu. 64, n. 6, tractant de testibus in generali.

^{f)} Coninck, *disp.* 27, n. 62; Gaspar Hurtadus, *disp.* 5, *diff.* 21, n. 76, hoc dicunt de impedimentis infamatoriis tantum.

995. - ^{a)} Diana, *part.* 3, *tr.* 4, *resol.* 221, videtur forte hanc Pontii doctrinam probare; postquam enim eam exposuit, haec scribit: « Quando acciderit casus, lege illum, et omnia solide pertractata invenies; nam ego in his meis laboribus brevitati studeo ».

^{b)} Sà, v. *Matrimonium*, n. 23, non satis

Sciens solus impedimentum quod non potest probare, juxta alios, non tenetur denuntiare.

Verius tenetur.

apud Salmant.¹, negat; quia nemo tenetur denuntiare impedimentum quod probare non potest. — Unde sic arguunt: Aut sponsi sunt in bona vel in mala fide; si in bona, non peccant contrahendo matrimonium; si in mala, nihil proficies, cum testimonium unius non sufficiat ad nuptias impediendas.

Secunda vero sententia, communissima et verior, affirmat teneri, si commode potes. Eamque tenent Sanchez²; Palaus^{c)} cum Hurtado, Coninck, Henriquez, Covarruvias; Escobar³ cum Laymann, Bonacina, Barbosa, Fagundez, Aragon^{d)} et Lopez^{d)}; Bossius⁴ cum Filliuccio et Reginaldo; ac Salmant.⁵ cum Dicastillo, Trullench, Leandro, etc. — Ratio, quia, si sponsi sunt in *mala fide*, bene proficiet revelatio ad vitandum peccatum; cum testimonium unius de impedimento satis est ad matrimonium impediendum (ut diximus *n. 878, Dubit. 2*, et mox fusius probabimus in Dubio seq., v. *Quarta*). Si vero in *bona fide*, proficiet saltem ad reparandam injuriam materialem sacramenti.

Diximus: *si commode potes*. Nam cum tuo gravi damno aut aliorum scandalo non teneris denuntiare; cum neque lex ecclesiastica, neque praeceptum corre-

ctionis obliget cum gravi incommodo aut scandalo aliorum.

996. Dubitatur 2^o. *An sufficiat unus testis de impedimento, ut episcopus prohibeat contrahi matrimonium?* Adsunt quatuor sententiae:

Prima sententia, quam tenent Pontius⁶ et Diana^{a)}, dicit sufficere si impedimentum ortum habeat ex crimine. — Si vero non provenerit ex peccato, sed ex cogitatione carnali aut spirituali, requiri duos testes fide dignos: nisi adsint alia adminicula quae plenam faciant probationem.

Secunda sententia omnino opposita, quam tenet Lacroix^{b)}, dicit quod si impedimentum non sit ob crimen, sufficit ad impediendum unus testis fide dignus. — Si vero ob crimen, requiruntur saltem duo; quia tunc agitur de praejudicio tertii, adversus quem nequit ferri iudicium sine plena probatione.

Tertia sententia, quam tenent Concina⁷; et Salmant.⁸ cum Trullench, Dicastillo, Aversa, etc., dicit sufficere unum testem, quaecumque sit impedimentum: modo testis ille sit omni exceptione major, et deponat ex certa scientia^{c)}.

Quarta demum sententia, communissima et verior, quam tenent Sanchez⁹, Panormitanus¹⁰, Navarrus¹¹, Roncaglia¹²;

Unicus testis, juxta alios, sufficit, si impedimentum sit ex peccato.

Juxta alios, sufficit si impedimentum non sit ex peccato.

Juxta alios, omni exceptione major sufficit pro quolibet impedimento.

Verius sufficit unus, etsi non exceptione major.

Modo commode possit.

¹ Tr. 9, cap. 8, n. 97. — ² Lib. 3, disp. 13, n. 2. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 5, diff. 21, n. 75. - *Coninck*, disp. 27, n. 60 et 61. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 14, n. 5, i. f. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 38. — ³ Lib. 25, n. 625. - *Laym.*, lib. 3, tr. 3, part. 2, cap. 4, n. 9. - *Bonac.*, de Matr., qu. 2, punct. 6, num. 20. *Barb.*, alleg. 96, num. 51, i. f. *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 6, cap. 5, n. 4. — ⁴ De Matr. Contr., cap. 7, n. 173. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 185. *Regin.*, lib. 31, n. 228, i. f. — ⁵ Tr. 9, cap. 8,

n. 97. - *Dicast.*, disp. 3, dub. 28, n. 290. *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 11, n. 3. - *Leand.*, disp. 7, qu. 88. — ⁶ Lib. 5, cap. 34, num. 8 et 9; et cap. 36, num. 2. — ⁷ De Matr., diss. 2, cap. 5, num. 12. — ⁸ Loc. cit., num. 106. - *Trull.*, loc. cit., num. 7. *Dicast.*, loc. cit., num. 291. *Aversa*, qu. 7, sect. 5, v. *Attamen.* — ⁹ Lib. 1, disp. 71, a num. 1. — ¹⁰ In cap. *Super eo*, num. 7, de testib. et attest. — ¹¹ Man., cap. 22, num. 83. — ¹² Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 7, resp. 1.

apte citatur a Salmant.; ait enim: « Impedimentum... etiam secretum teneris revelare, si non possis aliter impedire (sufficit enim unus testis ad impediendum)... Quidam tamen putant crimen occultum tacendum. Ego potius dicerem tacendum, si illi bona fide contrahant, impedimentum nescientes: et quidem qui putat non profuturum, non debet revelare ».

^{c)} Palaus, *tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 6, n. 5*, ait: « Verius est et omnino consulendum... obligatum esse ».

^{d)} Ludov. Lopez, *Instruct. consc., part. 1, cap. 37, v. Etiam peccatum*, male citatur ab Escobar (ex Diana tamen); allegatio enim non est ad rem. — Aragon autem (eodem modo citatus ab Escobar) dicit tantum, *in 2am 2ae,*

qu. 70, art. 1, ad 2, testem teneri revelare judici interroganti, delictum de quo adest accusator et unus testis.

996. - ^{a)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 221, i. f.*, negat dumtaxat matrimonium unico teste impediri posse.

^{b)} Croix, *lib. 6, part. 3, n. 215*, tractat de dissolutione juridica sponsalium, ad quam satis esse ait unum testem fide dignum, si ob impedimentum dissolvenda sunt: si vero ob crimen, requiri duo testes omni exceptione majores.

^{c)} Trullench, Aversa et Dicastillus non requirunt ut testis sit omni exceptione major. Praeterea Aversa et Dicastillus, pro impedimento consanguinitatis requirunt saltem duos testes.

Palaus¹ cum Coninck^{d)}, Covarruvias et Mascardo; ac Bossius² cum Hostiensi, Silvestro, Gutierrez, Farinacio, Barbosa, Piasecio, Comitolo, Hurtado, etc., — absolute docet sufficere unum testem ad impediendum matrimonium, etiamsi non sit omni exceptione major: modo habeat qualitates infra explicandas. — Id probatur 1^o ex cap. *Super eo, 22, de testib. et attest.* ubi sic habetur: *Matre asseverante (intelligit alterius sponsorum) ipsos esse consanguineos, non debent conjungi; quia praesumptio est non modica quod se linea consanguinitatis attingant. Si vero matrimonium est firmatum, non debet sine plurimum juramento dissolvi.* — Probatur 2^o ex cap. *Praeterea 12, de sponsal.*, ubi, cum quidam vir cupiebat contrahere matrimonium, ejus consanguineus asserebat se cum sponsa coivisse, respondit Papa: *Ut matrimonium ipsum fieri, nisi juramentum intervenisset, districte prohibeas, ne deterius inde contingat.* Ex quo textu recte inferunt Sanchez³ cum Mascardo et Alexandro de Nevo; ac Bossius⁴ cum Panormitano, Gutierrez et aliis supra citatis, hoc procedere etiamsi testis sit accusator vel denunciator, et etiam sit criminosus, suamque turpitudinem alleget.

Ratio nostrae sententiae est, quia licet quando agitur de praedictio tertii plena requiratur probatio: attamen, cum hic agatur de vitando *periculo animae*, nempe si

forte matrimonium contraheretur cum impedimento, minori probatione jus contentum est. — Secus vero dicendum, ut bene ajunt Sanchez⁵ cum Panormitano^{e)}; et Bossius⁶ cum Gutierrez (contra Paludanum), si agatur de *praedictio tertii*, et non agitur de peccato vitando, puta si testis allegaret fornicationem sponsae, vel quid simile. Tunc enim bene requiritur plena probatio, ex cap. *Licet, cap. Veniens* et cap. *In omni, de testib. et attest.*

997. — Quamvis autem (ut diximus) ad impediendum matrimonium non requiratur ut testis sit omnino integer, requiritur tamen: 1^o. Ut ipse non tantum denuntiet, sed etiam *deponat*, esto sponte se offerat ad deponendum^{a)}; ut dicunt Sanchez⁷ cum Alexandro de Nevo; ac Bossius⁸ cum Gutierrez. — Nisi talis testis denunciando probaret de fama impedimenti, ut ajunt iidem auctores, ex cap. *Cum in tua, de sponsalib.*; quia tunc sufficit ut tantum denuntiet quin deponat.

2^o. Ut deponat *cum juramento*: Roncaglia⁹; Sanchez¹⁰ cum Hostiensi, Panormitano, Paludano, Praeposito, Lopez, etc.; Palaus¹¹ cum Covarruvias et Gutierrez; ac Bossius¹² cum Coninck, Barbosa et Hurtado. — Quia in iis quae sunt in praedictio tertii non creditur testi nisi jurato, ex cap. *Tua nos, de cohabit. cleric. et mulier.*

3^o. Ut deponat non ex auditu, sed *ex certa scientia*; ut Roncaglia¹³; Sanchez¹⁴

Qualitates requisitae in teste.

¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 3. - Covarr., de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 38. Mascard., de Probation., concl. 1031, a n. 2. — ² De Matr. Contr., cap. 7, n. 133. Hostien., in cap. Praeterea 12, num. 3, de sponsal. Silvest., v. Testis, qu. 5, v. Tertio. Gutierr., de Matr., cap. 36, num. 2 et seqq. Farinac., Prax. crimin., de Testib., qu. 63, n. 48. Barbos., Collect. in cap. Praeterea 12, a num. 2, de sponsal.; et in cap. Super eo 22, n. 9, de testib. Piasec., Prax. episcop., part. 2, cap. 4, art. 4, num. 27. Comitol., lib. 1, qu. 112, i. f. Gasp. Hurtad., disp. 2, diff. 19, n. 67. — ³ Lib. 1, disp. 71, n. 4 et 5. Mascard., loc. cit., n. 5. Alex. de Nevo, in cap. Praeterea 12, de sponsal. — ⁴ De Matr. Contr., cap. 7, n. 142. Panorm., in cap. Praeterea, n. 7. Gutierr., de Matr., cap. 36, n. 6. — ⁵ Lib. 1, disp. 71, n. 7. — ⁶ De Matr. Contr., cap. 7, n. 155. - Gutierr., de Matr., cap. 36, n. 17. —

Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, cas. 1, v. Quinto (n. 17). — ⁷ Lib. 1, disp. 71, n. 9. Alex. de Nevo, in cap. Cum in tua, de sponsal., n. 4, et 14. — ⁸ De Matr. Contr., cap. 7, n. 146. Gutierr., de Matr., cap. 36, n. 8. — ⁹ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 7, resp. 1. — ¹⁰ Loc. cit., n. 10. - Hostien., in cap. Praeterea 12, de sponsal., initio. - Panorm., in cap. 1 de consanguin., n. 4. Palud., in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, cas. 9 (n. 27). - Praepos., in cap. Ex litteris 1, de consang. et affin., n. 6. - Ludov. Lopez, Instruct., part. 2, de Matr., cap. 46, v. Circa hanc doctrinam (ed. Salm. 1592). — ¹¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 4. Covarr., de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 38. Gutierr., loc. cit., n. 8; et Canon. Quaest., lib. 1, cap. 11, n. 31 et 32. — ¹² Loc. cit., n. 147. - Coninck, disp. 23, n. 78. - Barb., in cap. Praeterea 12, n. 5. Gasp. Hurtad., disp. 2, diff. 19, n. 67. — ¹³ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 7, resp. 1. — ¹⁴ Lib. 1, disp. 71, n. 11.

d) Coninck, disp. 23, n. 78, requirit testem (si sit unus tantum) omni exceptione majorem, « qualis in hac causa etiam est is qui propriam turpitudinem fatetur, et quamvis ob justam causam nolit publicato nomine suum testimonium deponere ».

e) Panormitanus, loc. cit., n. 7, ita scribit:

« Pro peccato commisso, criminosus non admittitur »; pro peccato autem vitando admittitur.

997. - a) Sanchez, loc. cit., n. 2, negat satis esse testem seipsum ingerentem, « tunc enim sicut suspectus esset repellendus »; in reliquis vero concordat.

cum Abbate, Covarruvias, Praeposito, etc.; Palaus¹ cum Coninck et Gutierrez; ac Bossius² cum Navarro et Riccio^{b)}. — Excipiunt tamen auctores citati, et Salmant.³ ex cap. *Licet ex quadam, de testib. et attest.*, nisi impedimentum sit consanguinitatis vel affinitatis. Tunc enim sufficit ut testis deponat se illud audisse a duobus fide dignis, et maxime a consanguineis sponsorum, qui magis sunt idonei ad probandam vel negandam consanguinitatem^{c)}; ut Bossius⁴ cum aliis.

4°. Demum requiritur ut testis ille *non sit persona vilis*: dummodo factum non sit ita occultum ut nequeat probari nisi per vilem personam; quia ubi deest facultas probandi, admittitur probatio etiam per se non sufficiens. — Ita Palaus⁵ cum Menochio^{d)}; Bossius⁶ cum Gutierrez; et Sanchez⁷ cum Panormitano et communi; contra Goffredum.

998. - Dubitatur 3°. *An, si sponsalia fuerint jurata, sufficiat unicus testis deponens impedimentum ad impediendum matrimonium?*

Negant Glossa in cap. *Praeterea 12, de sponsal.*, v. *Nisi*; ac Paludanus, Henricus, Lopez, etc., apud Sanchez⁸. — Quia in praefato textu *Praeterea* supra allato expresse dicitur non sufficere unum testem, si sponsalia sint jurata.

Abbas Panorm., in cap. 1, de consang. et affin., n. 2 et 3; cfr. in cap. *Licet ex quadam, de testibus et attest.* - *Covarr.*, loc. cit., n. 38. *Praepos.*, in cap. *Ex litteris, de consang.*, n. 6. — ¹ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 4. *Coninck*, disp. 23, n. 79. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, n. 9. — ² De Matr. Contr., cap. 7, num. 148. - *Navar.*, lib. 4, consil. 2, n. 1, de consanguin. — ³ Tr. 9, cap. 8, n. 107. — ⁴ Loc. cit., n. 152. — ⁵ Loc. cit., n. 4, i. f. — ⁶ Loc. cit., n. 145. *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, n. 12. — ⁷ Lib. 1, disp. 71, n. 12. *Panorm.*, in cap. *Praeterea*, i. f.; et cap. *Cum in tua*, n. 7, de sponsal. — *Goffred. de Trano*, Sum. in tit. Decretal., tit. de Accusation., n. 32 et 33. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, cas. 9 (num. 27). *Henric. Boich*, in cap. *Praeterea*, de sponsal., n. 3. - *Gregor. Lopez*, part. 4, tit. 9, ley 18, ad v. *Por jura*. — ⁸ Lib. 1,

Sed probabilius affirmant Sanchez⁹ cum Covarruvias et Veracruz; Palaus¹⁰ cum Gutierrez et Mascardo; ac Bossius¹¹ cum Hostiensi, Praeposito, Hurtado, etc.: modo testis ille sit fide dignus et deponat ex certa scientia^{a)}. — Ratio, quia, si fama impedimenti bene sufficit ad dissolvenda sponsalia, ut habetur ex cap. *Super eo, de consang.*, tanto fortius debet sufficere testis integer, qui efficacius probat quam sola fama. Idque certum esse apud omnes testantur Palaus¹² et Sanchez¹³. — Ad textum autem oppositum in citato capite *Praeterea* recte respondent Panormitanus¹⁴; atque Sanchez¹⁵, Palaus¹⁶ et Bossius¹⁷, quod in casu textus praefati non esset testis ille omnino integer: tum quia allegabat turpitudinem suam, tum quia non deponebat in forma testimonii.

999. - Notandum autem hic quod *fama* impedimenti satis est ad impediendum matrimonium (ut expressum habetur in cap. *Super eo, de consang.*), nisi fama infirmetur juramento consanguineorum; ut excipiunt Sanchez¹⁸; et Palaus¹⁹ cum Abbate, Gutierrez, etc., ex cap. *Cum in tua, de sponsal.* Imo addit Sanchez²⁰ quod juramentum ipsorum contrahentium etiam valet adversus famam arbitrio judicis. Probabilius autem censet Palaus²¹ cum Gutierrez, contra Sanchez^{a)}, in probatione famae oportere ut testis denuntiet cum

Probabilius sufficit.

Fama impedimenti satis est ad impediendum matrimonium.

Exceptiones.

Testis de fama debet denuntiare cum juramento.

Si sponsalia sint jurata:

Juxta alios, non sufficit unus testis de impedimento.

disp. 71, n. 8. — ⁹ Loc. cit. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 10, n. 39. - *Veracr.*, part. 3, art. 8, v. *Notandum etiam*. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 6. *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, n. 8. *Mascard.*, de Probat., concl. 1031, n. 10. — ¹¹ De Matr. Contr., cap. 7, n. 144. - *Hostien.*, in cap. *Praeterea 12*, de sponsal. et matrim. - *Praepos.*, in cap. *Praeterea 12*, de sponsal., n. 9. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 19, n. 68. — ¹² Loc. cit., n. 6. — ¹³ Lib. 2, disp. 45, n. 27. — ¹⁴ In cap. *Super eo*, n. 7, de consang.; et in cap. *Super eo*, num. 5, de eo qui cognov. consang. — ¹⁵ Lib. 1, disp. 71, n. 8. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 6. — ¹⁷ De Matr. Contr., cap. 7, n. 144. — ¹⁸ Lib. 1, disp. 71, n. 17. — ¹⁹ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 7. *Abb. Panorm.*, in cap. *Cum in tua*, n. 9. *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, n. 15. — ²⁰ Lib. 1, disp. 71, n. 17. — ²¹ Loc. cit., n. 7. - *Gutierr.*, loc. cit., n. 14.

^{b)} Riccius utique citatur a Bossio, sed loco allegato ab ipso, scilicet *Prax. fori ecclesiast.* 263, concl. 3, Riccius id non habet in mea saltem edit. Veneta 1674.

^{c)} Si nempe, addit Bossius, eorum non intersit neque ipsis commodum afferat; alias enim in propria causa testificarentur et non audirentur.

^{d)} Menochius, *de Arbitrar. judicium*, lib. 2,

cas. 90, non adducitur pro hac doctrina, sed pro alio quodam asserto huic annexo.

998. - ^{a)} Sanchez, Covarruvias, Veracruz, Mascardus, Bossius requirunt testem omnino integrum; Praepositus vero testem solemniter deponentem; Hurtadus denique, testem juratum, qui publicato nomine deponat.

999. - ^{a)} Sanchez, quidquid dicat Palaus, requirit, *loc. cit.*, n. 9, « ut testis deponat; si

juramento; cum ipse Sanchez fateatur (ut supra dictum est *n. 997, ad 2^o*) in iudicio non credi testi non jurato, ubi agitur de praeiudicio tertii.

Praeterea notandum quod notitia privata famae non sufficit iudici ut possit nuptias impedire; sed tantum ut possit inquirere de impedimento. — Ita communiter Sanchez¹; Palaus² cum Gutierrez; et Bossius³ cum Innocentio^{b)}, Barbosa et aliis.

An autem possit iudex impedire matrimonium, si sciat privatim impedimentum esse notorium?

Negat Palaus⁴ cum Gutierrez, dicens requiri ut talis notorietas sit probata in iudicio; nam alias notitia esset privata, ex qua iudex nequit ferre iudicium. Haec opinio probabilis videri posset alicui, ex eo quod iudex debet iudicare secundum allegata et probata; juxta dicta *Lib. IV, n. 208*. — Sed probabilior est mihi sententia affirmans, quam tenent Sanchez⁵ cum Glossa *in leg. 1, C. Qui et adversus quos, v. In consilio*; ac Bossius^{c)} cum Barbosa. Quia alias iudex, pronuntiando sententiam de matrimonio contrahendo, cooperaretur ad ineundum matrimonium nullum: quod esset intrinsece malum.

1000. — « Contrahens ipse, legitime interrogatus de impedimento occulto, tenetur illud fateri, vel matrimonio abs-
tinere. Nisi dispensationem pro foro con-

« scientiae acceperit: tunc enim fateri non
« tenetur nisi iudex aliunde habeat suffi-
« cientem probationem. Sanchez, Silve-
« ster^{a)}, Laymann⁶. Vide Bonacina⁷,
« Perez⁸ ». — [Ita communiter Sanchez⁹,
Pontius¹⁰; et Bossius¹¹ cum Laymann,
Coninck, Filliuccio^{b)}, etc.].

An autem sponsi teneantur fateri copulam incestuosam, si in dispensatione adsit clausula: *Nisi copula fuerit habita?* — Vide dicenda *n. 1135*.

1001. « 4^o. Parochus, cognito impedi-
« mento, tenetur prohibere matrimonium,
« et remittere ad episcopum vel ejus offi-
« cialem; neque potest assistere. Sanchez¹²,
« Martinus Perez¹³, etc. » [Cum Salmant.¹⁴
et communi] « contra Pontium^{a)}. Nisi
« tamen ex sola confessione nosset: tunc
« enim nullo modo posset negare matri-
« monium, sive publice sive privatim pe-
« tenti, neque illum admonere officii extra
« confessionem, licet in confessione posset
« ac deberet. Et tunc, si quidem sine ma-
« gno scandalo a matrimonio non possent
« desistere nec vellent, suadere ut con-
« trahant communi consensu, sub condi-
« tione, si Papa dispenset, animo tantisper
« cohabitandi ut fratres (non autem quoad
« torum) donec accedat dispensatio, et ite-
« rum contrahant. Ita, ex Beja et Pontio¹⁵,
« Martinus Perez¹⁶: qui addit, si id omnino
« nolint, persistentque petere, debere pa-
« rochum assistere ».

Quid faciendum parochus, cognito impedimento.

Notitia privata famae sufficit solum ad inquirendum.

Judex sciens privatim impedimentum esse notorium.

Probabilius potest impedire matrimonium.

Ad quid teneatur contrahens interrogatus.

Sanch., lib. 1, disp. 71, n. 10. — ¹ Loc. cit., n. 15. — ² Tr. 28, disp. 1, punct. 32, n. 7. *Gutierr.*, loc. cit., n. 14. — ³ De Matr. Contr., cap. 7, n. 126 et 128. — *Barb.*, Collect. in cap. *Cum in tua*, de sponsal., n. 5. — ⁴ Tr. 28, disp. 1, punct. 32, num. 7. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 36, num. 14. — ⁵ Lib. 1, disp. 71, n. 15. — *Barb.*, Collectan., in cap. *Cum in tua*, n. 5. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 14, n. 2 et 4. — ⁶ Lib. 3, tr. 3, part. 2, cap. 4, n. 10. — ⁷ De Matr., qu. 2, punct. 6,

num. 21. — ⁸ Disp. 43, sect. 7, num. 2 et 3. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Lib. 5, cap. 33, n. 1 et 6. — ¹¹ De Matr. Contr., cap. 7, num. 182, 188 et 189. *Laym.*, loc. cit., num. 10. — *Coninck*, disp. 27, n. 63 et 64. — ¹² Lib. 3, disp. 15, n. 3. — ¹³ Disp. 43, sect. 8, n. 6. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 8, n. 103. — *Beja*, Cas. consc., part. 2, cas. 31 (*al.*, part. 2, Cong. 18 Decembr., cas. 2). — ¹⁵ Lib. 5, cap. 35, num. 1, 2 et 4. — ¹⁶ Disp. 43, sect. 8, num. 4.

enim solum denuntiaret, non impediret matrimonium, nisi probaret de fama ».

^{b)} Innocentius, *in cap. Cum in tua, de sponsal., i. f.*, non citatur pro hoc asserto.

^{c)} Bossius, *de Matrim. Contract., cap. 7, num. 127*, utramque sententiam refert, quin aperte suam mentem aperiat.

1000. — ^{a)} Silvester, *v. Ordo II, qu. 2*, tractat de casu simili, nempe de ordinando, qui « tenetur, inquit, confiteri crimen seu impedimenta notoria juris aut facti, nisi fuerit cum eo dispensatum ».

^{b)} Filliuccius, *tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 187*, concordat utique; sed non addit nupturientem teneri impedimentum fateri, quamvis dispen-

satus fuerit, si iudex habeat aliunde sufficientem probationem.

1001. — ^{a)} Pontius, *lib. 5, cap. 35, num. 6*, hoc modo contradicit: « Si *occultum* est impedimentum, et solus parochus novit, non teneri comparere coram Ordinario et illi impedimentum detegere...; sed posse ac teneri assistere matrimonio petentium, sive teneantur impedimento dirimenti, sive impediendi tantum...; sive petant publice sive occulte, quando admoniti contrahentes desistere nolunt a contrahendo ». Verum, *cap. 36, num. 1*, scribit: Si quis alius « opponat impedimentum, jam non potest parochus ulterius procedere, non tantum in matrimonio, sed

1002. - Dubitatur 1°. *An parochus, si ipse solus noverit impedimentum, teneatur impedire matrimonium publice petendum?* — Si impedimentum denuntiatur ab aliis, certum est ex *cap. fin. de clandest. despons.*, teneri parochum interdicere nuptias, et rem ad Ordinarium deferre ut ille cognoscat.

Si impedimentum alii denuntiant, parochus tenetur prohibere nuptias.

Parochus solus sciens impedimentum extra confessionem.

Dubium fit: *si solus parochus impedimentum sciat extra confessionem, an possit et teneatur nuptias impedire?*

Negat Pontius¹, eadem ratione ductus (ut dixi supra in Dubio 1°, n. 995), quia nemo tenetur denuntiare quod probare non potest. — Affirmant tamen verius Sanchez², Bossius³, Roncaglia⁴, Palaus⁵ [cum] Coninck et Gutierrez; ac Escobar⁶ cum Henriquez, Hurtado, etc. Ratio, quia, si quilibet tenetur (ut diximus dicto n. 995) impedimentum revelare, etiamsi ipse solus illud sciat; a fortiori tenetur parochus cui ex officio incumbit consulere salutem suarum ovium. — Nec obstat quod peccatori occulto, publice petenti sacramentum, illud non est denegandum. Nam respondetur cum auctoribus citatis quod hoc procedit quando impedimentum dumtaxat reddit illicitam sacramenti susceptionem; secus vero, si impedimentum (praeter susceptionem) praebet occasionem aliorum damnorum et culparum.

Verius tenetur prohibere nuptias.

Dubitatur 2°. *An Ordinarius qui solus conscius sit impedimenti teneatur matrimonium impedire?*

Sanchez⁷, Pontius⁸; et Palaus⁹ cum Gutierrez, Coninck^{a)} et aliis, sentiunt eum nec teneri nec posse; quia nemo potest esse iudex et testis. — Sed probabilius affirmant Concina¹⁰; Escobar¹¹ cum Lean-

dro; Bossius¹² cum Coninck et Hurtado; et Salmant.¹³ cum Aversa, Trullench, Dicastillo, etc. Ratio: tum quia bene potest esse aliquis iudex et testis, quando agitur de peccato impediendo; tum quia eo casu saltem potest ipse Ordinarius deferre impedimentum ad iudicem superiorem (et etiam ad suum vicarium, ut ajunt Salmant.¹⁴ cum auctoribus^{b)} citatis), ut ille iudicium proferat: et ad hoc ipse episcopus tenetur, ut impediatur peccata quae ex matrimonio invalido orirentur.

Ordinarius solus conscius impedimenti probabiliter tenetur nuptias prohibere.

1003. - « 5°. Potest episcopus vel ejus « vicarius, non autem decanus ruralis, « dispensare, vel ut una tantum fiat proclamatio; vel ut fiant post contractum « subito factum coram parochus et testibus « ante consummationem; vel etiam ut « plane omittantur, si justa causa subsit, « v. gr. timor ne alioqui malitiose impediantur matrimonium, pudor contrahentium, « senium, inconstantia, status disparitas, « metus scandali, infamiae, incontinentiae, « etc. — Bonacina¹⁵.

Quis possit dispensare a proclamationibus, et quando.

« 6°. Etsi, quando per dispensationem « contractum est matrimonium ante proclamationes postea faciendas, conjux « non teneatur nec debeat alteri reddere debitum, priusquam factae fuerint: « quando tamen certi sunt nullum subsesse impedimentum, non peccare mortaliter consummando, tenet Sotus^{a)}, « Ledesma, Texeda (contra Sanchez), apud « Diana¹⁶.

« 7°. Etsi parochus dispensare non possit, potest tamen in casu necessitatis per « epikejam declarare praeceptum hoc hic « et nunc non obligare, v. gr. si moriturus concubinam velit ducere, ob prolis

Parochus dispensare nequit, sed potest uti epikeja.

¹ Lib. 5, cap. 35, n. 6. — ² Lib. 3, disp. 15, n. 11. — ³ De Matr. Contr., cap. 7, n. 205. — ⁴ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 7, resp. 2. — ⁵ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 7, n. 3. — Coninck, disp. 27, n. 66. — Gutierrez, de Matr., cap. 60, n. 5. — ⁶ Lib. 25, n. 628. — Henricq., lib. 1, cap. ult., n. 6. — Gasp. Hurtad., disp. 5, diff. 21, n. 77. — ⁷ Lib. 3, disp. 15, n. 11. — ⁸ Lib. 5, disp. 35, n. 5. — ⁹ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 7, n. 7. — Gutierrez, loc. cit., n. 5. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 5, n. 11. — ¹¹ Lib. 25, n. 634. — Leand., disp. 7, qu. 90. — ¹² Cap. 7,

n. 206. — Coninck, disp. 27, n. 67. — Gasp. Hurtad., disp. 5, diff. 21, n. 77. — ¹³ Tr. 9, cap. 8, n. 104. — Aversa, qu. 7, sect. 5, v. *At si praelatus*. — Trull., lib. 7, cap. 6, dub. 11, num. 6. — Dicast., disp. 3, dub. 29, num. 312. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ De Matrim., qu. 2, punct. 6, num. 7. — Petr. Ledesma., qu. 45, art. 5; punct. 3, v. *Sed adhuc est dubium*. — Texeda, Theol. mor., tom. 2, lib. 4, tr. 1, contr. 9, n. 49. — Sanch., lib. 3, disp. 11, n. 3. — ¹⁶ Part. 9, tr. 8, resol. 19.

neque in denuntiationibus, si nondum tres denuntiationes factae, sed rem deferret ad Ordinarium ».

1002. - ^{a)} Coninck male citatur a Palao; tenet enim secundam sententiam, (quae S. Alphonso probatur) uti infra a Bossio allegatur.

^{b)} Salmant. nullum auctorem citant pro hoc dicto.

1003. - ^{a)} Quidquid dicat Texeda (a quo Diana allegationem mutuatus est), Sotus, *in 4, dist. 28, qu. un., art. 2*, sententiam hanc non tenet.

« legitimacionem ^{b)}. — Bonacina ¹ ex Silvestro, Sanchez, etc., ».

Sanctio Tridentini de dispensatione proclamationum.

Quoad dispensationem denuntiationum, observa quae habentur in Tridentino ², ubi: *Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes; tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem parochus et duobus vel tribus testibus praesentibus, matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit ut praedictae denuntiationes remittantur: quod illius prudentiae et iudicio S. Synodus relinquit.*

Episcopus potest dispensare etiam ob alias causas.

1004. — Quamvis autem a concilio ³ concedatur episcopo facultas dispensandi in denuntiationibus, ob solam causam si timeatur quod matrimonium injuste impediat: — tamen communiter dicunt doctores quod etiam *ob alias justas causas* episcopus potest, et quandoque tenetur in denuntiationibus dispensare. Licet enim concilium unicam dumtaxat assignasset, eam tamen exemplificative, non taxative proposuit: praeterquam quod rem hanc statim postea prudentiae Ordinarii relinquit. Ita Sanchez ⁴, Pontius ⁵, Cabassutius ⁶ Palaus ⁷, Barbosa ⁸, Roncaglia ⁹, Concina ¹⁰, Wigandt ¹¹, Escobar ¹², Salmant. ¹³ et Bossius ¹⁴ cum aliis, contra Cephalum ^{a)} et Borrellum ^{a)}.

Et ita pluries declaravit S. C. Concilii; ut referunt Escobar ¹⁵ et Bossius ¹⁶, qui praesertim ex Bellarmino ¹⁷ has declarationes affert: *Denuntiationes possunt*

¹ De Matr., qu. 2, punct. 6, n. 7. - *Silvest.*, v. *Matrim. VI*, qu. 7, v. *Secundum*, cum v. *Matr. II*, § 17, v. *Tertium*. - *Sanch.*, lib. 3, disp. 10, n. 27. — ² Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ³ Loc. cit. — ⁴ Lib. 3, disp. 9, n. 2. — ⁵ Lib. 5, cap. 32, n. 1. — ⁶ Theor. jur., lib. 3, cap. 20, n. 3 et seq. — ⁷ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 4, n. 7. — ⁸ Alleg. 32, n. 27. — ⁹ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 4, resp. 2. — ¹⁰ De Matr., diss. 2, cap. 5, n. 7. — ¹¹ Tr. 16, n. 96. — ¹² Lib. 25, n. 587. — ¹³ Tr. 9, cap. 8, n. 89. — ¹⁴ De Matr. Contr., cap. 7, n. 34. — ¹⁵ Loc. cit., n. 586. — ¹⁶ Loc. cit., n. 34. — ¹⁷ In Trid. sess. 24, cap. 1, de reform. Matr., Declar. Cardin. — ¹⁸ Lib. 3, disp. 10,

omitti, non solum ex causis hic expressis, sed ex aliis bene visis episcopo: qui has denuntiationes potest remittere, etiam post matrimonium contractum, et ante consummationem. Item in alia declaratione: *Episcopus potest has omnes denuntiationes remittere, etiamsi non sit rationabilis suspicio quod possit matrimonium impediri; quia relinquitur suae prudentiae.*

1005. — Docent etiam communiter doctores quod, si oportet ad vitandum grave damnum commune vel privatum, spirituale aut temporale, et adhuc si expedit ad notabile bonum spirituale aut temporale communitatis vel alterius privati, episcopus non solum potest, sed etiam tenetur dispensare. Ita Sanchez ¹⁸, Pontius ¹⁹, Barbosa ²⁰, Palaus ²¹; Roncaglia ²² cum Gutierrez; Bossius ²³ cum Coninck, Bonacina, Filiuccio et Hurtado. — Hujusmodi igitur causae ob quas *episcopus tenetur dispensare* sunt:

Causae ob quas episcopus tenetur dispensare.

1°. Si adsit probabilis timor ne matrimonium malitiose impediat, juxta sensum Tridentini.

2°. Si matrimonium sit necessarium ad vitandum damnum sive infamiam contrahentium vel proles: nempe si concubinarij reputabantur conjuges, vel si praecesserit defloratio, et timeatur ne vir mutet voluntatem. Item, si alter sponsorum esset in articulo mortis, et esset proles legitimanda. — Sanchez ²⁴, Bossius ²⁵, Roncaglia ²⁶ cum Barbosa.

3°. Si immineat periculum animae, corporis aut fortunae. — Sanchez ²⁷ et Roncaglia ²⁸ ac Bossius ²⁹.

n. 5 et 6. — ¹⁹ Lib. 5, cap. 32, n. 5. — ²⁰ Alleg. 32, n. 51. — ²¹ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 5, n. 1. — ²² Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 4, resp. 1. *Gutierr.*, de Matr., cap. 57, n. 4 et 5. — ²³ De Matr. Contr., cap. 7, n. 103. - *Coninck*, disp. 27, n. 59. *Bonac.*, de Matr., qu. 2, punct. 6, n. 7. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 179. *Gasp. Hurtad.*, disp. 5, diff. 20, num. 71. — ²⁴ Lib. 3, disp. 10, num. 6. — ²⁵ Cap. 7, num. 103, cum num. 86, 90 et seqq. — ²⁶ Loc. cit., qu. 4, resp. 2. - *Barb.*, alleg. 32, num. 47, 49 et 51. — ²⁷ Loc. cit., num. 6. — ²⁸ Loc. cit., resp. 2. — ²⁹ Loc. cit., num. 90, 92 et 93.

^{b)} Et hoc *implicite* firmatur decreto S. C. de Sacram., 29 jul. 1910, vi cujus in mortis periculo, parochus dispensare potest ab omnibus impedimentis dirimentibus (exceptis sacro presbyteratus ordine, et affinitate lineae re-

ctae ex copula licita). Ergo a fortiori, dicendum, parochum tunc dispensare posse in denuntiationibus.

1004. - ^{a)} Joannes Cephalus, *Consil.*, tom. 3, *consil.* 421, n. 60; et Borrellus, *Decisionum*

4°. Si sponsus statim sit longe profecturus, et urgeat necessitas contrahendi ob unam ex causis supra descriptis. — Bossius ¹.

5°. Si parentes vel tutor praetendant ut virgo nubat indigno. — Escobar ^{a)} cum Cajetano ^{b)}

6°. Addit Roncaglia ², si immineat tempus adventus vel quadragesimae, et alias urgeat periculum incontinentiae vel grauis praeiudicii. Ratio hujus videtur esse, quia non licet consummare matrimonium ante benedictionem nuptialem. — Verum (juxta nostram sententiam, allatam *n. 984, Dubit. 2*), cum nulla sit culpa ante benedictionem consummare: melius dicendum est posse propter hanc causam episcopum dispensare, sed non teneri; ut dicunt Barbosa ^{c)} cum Coninck ^{c)}, Reginaldo ^{d)}, Ugolino ^{d)}, etc.; et Bossius ^{e)} cum Sanchez ^{d)}, Pontio ^{e)}, Salzedo ^{f)} et Hurtado ^{e)}.

Caeterum, bene ait Roncaglia teneri

¹ De Matr. Contr., cap. 7, n. 90, i. f. — ² Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 4, resp. 2. — *Roncagl.*, loc. cit., resp. 2, i. f. — ³ Lib. 3, disp. 9, n. 3 et seqq., cum disp. 10, n. 6. — ⁴ De Matr., qu. 2, punct. 6, n. 7, v. *Rogabis*. — ⁵ Cap. 7,

episcopum dispensare ob quamcumque aliam causam quae, prudentis iudicio, urgens videatur.

1006. - Causae vero ob quas episcopus non tenetur, sed *potest dispensare*, sunt:

1°. Si nuptiae sint contrahendae inter magnates; quia horum conjugia non fiunt, nisi magna praecedente consideratione. — 2°. Si sponsi sint valde senes; aut valde dispares in conditione, aetate, divitiis aut qualitate. — 3°. Si certo moraliter constet nullum adesse impedimentum. — Ita Sanchez ³, Barbosa ^{a)}, Bonacina ⁴, Bossius ⁵, Palaus ⁶, Pontius ⁷, Cabassutius ^{b)}, Filliucius ^{c)}, Salmant. ^{c)}: licet non omnes hi auctores omnes dictas causas exprimant.

Praeterea notant hic Roncaglia ⁸ et Barbosa ⁹ cum aliis, quod episcopus possit in denuntiationibus dispensare etiam cum altero sponsorum non sibi subdito: sicut enim potest eum cum subdito conjungere, ita etiam dispensare. — Et hanc esse con-

Causae ob quas episcopus potest dispensare.

Episcopus potest dispensare cum non subdito.

num. 85, 88, 89 et 104. — ⁶ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 4, num. 8, cum § 5, n. 3. — ⁷ Lib. 5, cap. 32, n. 2 cum n. 5. — ⁸ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 3, resp. 1. — ⁹ Alleg. 32, num. 35.

universar. Sum., part. 3, tit. 1, n. 343 et seqq. (ed. Veneta 1627), eo sensu contradicere censentur, quod nullam aliam dispensandi causam assignant praeter timorem ne matrimonium malitiose impediatur.

1005. - ^{a)} Escobar, *lib. 25, n. 587*, dicit episcopum propter hanc causam *posse* dispensare. Atvero, *num. 602*, dicit dispensationem debitam esse in casibus in quibus, si non dispensaret, « damnum notabile obveniret ».

^{b)} Cajetanus, *Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2*, citatur ab Escobar dumtaxat pro ratione adjecta; scilicet eo casu potuisse olim clandestine contrahi.

^{c)} Barbosa, *alleg. 32, n. 48 cum n. 51*, dicit episcopum hoc casu teneri dispensare ad petitionem partis. — Idemque tenet Coninck, *disp. 27, n. 57 et 59*.

^{d)} Reginaldus, *lib. 31, n. 235*, ait hanc esse justam causam dispensandi. — Itemque Ugolinus, *de Potest. episc., cap. 60, n. 4*. — Sed Reginaldus, *n. 236*, affirmat in generali episcopum teneri dispensare, quando id valde expedit bono animae vel corporis. — Et ita etiam Sanchez, *lib. 3, disp. 9, n. 8; et disp. 10, n. 6*.

^{e)} Bossius, *loc. cit., n. 87*, dicit hanc esse justam causam dispensandi; sed *n. 103*, addit: « Teneri episcopum remittere denuntiationes... quando instat tempus clausum, et si

differatur matrimonium subsit periculum incontinentiae ». — Et ita etiam Pontius, *loc. cit., n. 2 cum n. 5*; et Gasp. Hurtadus, *disp. 5, diff. 20, n. 69 cum n. 71*.

^{f)} Salzedo, *in Pract. crim. Diaz, cap. 76, not. D, v. Dispenset*, dicit esse justam causam dispensandi.

1006. - ^{a)} Barbosa, *alleg. 32, n. 45 et 46*, has causas recenset ut justas, sed *n. 51*, dicit: « Existente justa dispensandi causa, tenetur Ordinarius ad petitionem partis sub poena peccati mortalis dispensare ».

^{b)} Cabassutius, *Theor. juris, lib. 3, cap. 20, n. 4*, postquam has et alias causas dispensandi adduxit, scribit: « In his aut saltem quibusdam praedictorum casuum affirmant... teneri etiam Ordinarium dispensare a denuntiationibus... Ratioque est, quia praelatus ex officio tenetur, quoad fieri commode potest, ovium suarum periculis occurrere, si gravia et urgentia sunt ».

^{c)} Filliucius, *loc. cit., n. 178*, has ait esse justas causas; et *n. 179*, addit (quod casibus hic enumeratis convenit): « Non tenebitur, sed erit gratia, quando nullum publicum vel notabile damnum sequitur ». — Et pariter Salmant., postquam *n. 89 et 90*, adduxerunt causas dispensandi, addunt *n. 91*, quasdam ex eis esse quidem sufficientes, sed gratiosas, « ut si parum ac leviter bono communi aut particulari conducat ».

suetudinem testatur Roncaglia: qui addit¹ eamdem facultatem dispensandi habere praelatos qui jurisdictionem quasi episcopalem habent.

Hic autem notandum quod episcopus, dispensando in denuntiationibus, semper tenetur diligenter aliunde inquirere de impedimentis: nisi communiter constaret non adesse.

1007. - Dubitatur 1^o. *An vicarius generalis episcopi possit in denuntiationibus dispensare?*

Negant Pontius², Diana^{a)}; et Gomez, Menochius et Henriquez, apud Escobar³: ex concilio Toletano et concilio Mediolanensi, ac declaratione S. Congregationis anno 1591 (apud Henriquez). — Sed affirmant communius et probabilius Sanchez⁴, Palaus⁵, Bonacina⁶, Wigandt⁷, Elbel⁸, Barbosa⁹, Roncaglia¹⁰ (qui asserit cum Gutierrez et Sperelli, ex antiqua consuetudine vicarios semper in hoc dispensasse); et Escobar¹¹ cum Navarro^{b)}, Coninck, Filiuccio, Rodriguez et Hurtado. Quia vicarius facit unum tribunal cum episcopo. — Bossius^{c)} autem et Escobar dubitant de authenticitate oppositae declarationis S. Congregationis.

Vicarius probabilius potest dispensare in denuntiationibus.

¹ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, qu. 3, resp. 1. — ² Lib. 5, cap. 31, n. 5. — Anton. Gomez, in bull. Cruciat., cap. 4, n. 19 et 21. — Menoch., Consil. 69, n. 55. — Henricq., lib. 11, cap. 5, n. 5. — ³ Lib. 25, n. 570. Concil. Tolet. provinc., act. 3, habita 12 Mart. 1583, decr. 47, (al. 48); ap. Aguirre, edit. 1, 1693. Concil. Mediol. provinc. V, § Quae ad Matrim. pertinent, v. Matrimonii denuntiationes. — Henricq., loc. cit., n. 5, lit. t. — ⁴ Lib. 3, disp. 7, num. 10. — ⁵ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 4, num. 2. — ⁶ De Matr., qu. 2, punct. 6, n. 7. — ⁷ Tr. 16, num. 96. — ⁸ De Matr., num. 81. — ⁹ Alleg. 32, n. 28 et 29. — ¹⁰ Tr. 21, qu. 3, cap. 3, quaestiunc. 3, resp. 1. Gutierrez, de Matr., cap. 56, n. 11. Sperelli, Decis. fori eccles., decis. 97, n. 6. — ¹¹ Loc. cit., n. 572. Coninck, disp. 27, n. 55. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 5, n. 176. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 215, n. 4. — Gasp. Hurtad., disp. 5, diff. 19, n. 63. — Escob., loc. cit. — Machad., lib. 4, part. 2,

Dubitatur 2^o. *An parochus possit aliquando dispensare in denuntiationibus?*

Affirmant Vega^{d)}, Machado, Vivaldus, Ledesma et Veracruz, apud Escobar¹², et alii apud Salmant.¹³: qui satis probabile putant^{e)}, casu quo (ut ajunt) urgeat necessitas et non possit adiri episcopus, qui alias teneretur tunc dispensare ob aliquam ex causis descriptis n. 1005. — Verius tamen et communiter negant posse parochum dispensare Sanchez¹⁴, Palaus¹⁵, Pontius¹⁶; et Escobar¹⁷ cum Navarro, Laymann, Coninck^{f)}, Villalobos, etc. Ratio, quia revera parochus nullam habet jurisdictionem in foro externo.

Parochus verius non potest.

Valde probabiliter tamen dicunt Sanchez^{g)}, Laymann¹⁸, Croix¹⁹, Elbel²⁰; et Roncaglia²¹ cum Gobat, quod, esto parochus non possit dispensare; tamen in casibus quibus episcopus dispensare tenetur, et adiri non possit, periculumque sit in mora, poterit declarare praeceptum proclamationum non obligare: modo certus sit nullum adesse impedimentum. — Imo, in hujusmodi casibus censent Busenbaum^{h)}, supra n. 1003, ad 7; Pontius²², Bossius²³ cum Hurtado; Salmant.²⁴ cum Palao, Trullench, Dicastilloⁱ⁾, Sanchez, Coninck, Gu-

Quandoque potest declarare praeceptum non obligare.

tr. 2, docum. 18, n. 2. — Vivald., Candelabr. aur., part. 1, de Matr., n. 243 (edit. Brix. 1590). — Petr. Ledesma., qu. 45, art. 5, punct. 3, dub. 1, v. Dubitatio autem est. Veracr., Specul. Append., dub. 1, propos. 3 et 4. — ¹³ Lib. 25, n. 603. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 8, n. 84. — ¹⁵ Lib. 3, disp. 7, n. 17. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 4, n. 3. — ¹⁷ Lib. 5, cap. 31, n. 2. — ¹⁸ Lib. 25, n. 605. — Navarr. Consil. 1, de clandest. despons. — Laym., lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 11. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 24, n. 8. — ¹⁹ Loc. cit. — ²⁰ Lib. 6, part. 3, n. 494; cfr. n. 491. — ²¹ De Matr., n. 81. — ²² Loc. cit., qu. 3, resp. 2. — Gobat, tr. 10, n. 493 et 494. — ²³ Lib. 5, cap. 32, n. 6. — ²⁴ Cap. 7, n. 107 et seqq. — Gasp. Hurtad., disp. 5, diff. 20, n. 72. — ²⁵ Tr. 9, cap. 8, n. 92. — Palaus, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 3, n. 5. — Trull., lib. 7, cap. 6, dub. 10, num. 12. — Sanch., lib. 3, disp. 10, n. 27. — Coninck, disp. 27, num. 52.

1007. - *a)* Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 238*, opiniones aliorum de hac re dumtaxat refert.

b) Navarrus, *Consil. 2, de clandest. despons.*, hanc sententiam tenet, in quantum scribit: « Omnis Ordinarius potest remittere denuntiationes matrimoniales ».

c) Bossius, *De Matr. Contr., cap. 7, n. 52*: « Ex qua communi praxi, inquit, seu usu infertur praefatam declarationem S. Cong., si vere emanavit, non fuisse receptam ».

d) Vega, *Sum. silva, lib. 6, cas. 112; et lib. 3, cas. 211*, concedit parochum posse diminuire denuntiationes; sed negat posse ab omnibus dispensare,

e) Salmant. probabilem esse ajunt hanc opinionem, seclusa necessitate; sed n. 83, ubi de urgente necessitate agunt, non solum probabile esse, sed « apud omnes inconcussum » quod parochus possit dispensare.

f) Coninck, *disp. 27, n. 53*, limitat hanc suam sententiam; nisi dispensatio episcopi difficillime obtineri possit.

g) Sanchez, *lib. 3, disp. 10, n. 27*, simpliciter dicit matrimonium eo casu posse contrahi sine denuntiationibus.

h) Busenbaum, *loc. cit.*, loquitur de consummatione matrimonii.

i) Dicastillus, *disp. 3, dub. 27, n. 281*,

tierrez; ac Escobar¹ cum Soto, Lopez, Ledesma, etc., posse ipsos sponso, si certi sint non esse impeditos, nuptias inire sine denuntiationibus. — Dicit autem Bossius² quod si in talibus casibus episcopus injuste neget dispensationem, tenentur sponsi^{j)} recurrere ad judicem superiorem; alias non possunt contrahere, nisi forte

periculum sit in mora, et ad superiorem non pateat aditus.

Notandum hic denique quod si quis praesumit adistere matrimonio sine proclamationibus, ex capite *Cum inhibitio*, § *Sane, de clandest. despons.*, incurrit suspensionem ab officio per triennium, sed ferendae sententiae.

DUBIUM II.

Quae sint Impedimenta dirimentia Matrimonium.

1008. *Impedimenta dirimentia sunt quindecim, videlicet: 1. Error, 2. Conditio, 3. Votum, 4. Cognatio, 5. Crimen, 6. Cultus disparitas, 7. Vis, 8. Ordo, 9. Ligamen, 10. Honestas, 11. Aetas, 12. Affinis, 13. Si Clandestinus, 14. Et impos, 15. Raptave sit mulier, nec parti reddita tutae. — 1009. I. Error personae. — 1010. De errore circa personam. — 1011. De errore circa qualitates personae. — 1012. An irritet matrimonium error circa qualitatem, si dederit causam contractui. — 1013. Dantur tres regulae ad dignoscendum quando error qualitatis redundat in substantiam. — 1014. Prima, si quis actualiter contrahit sub conditione qualitatis. — 1015. Secunda, si qualitas est propria cujusdam personae. — 1016. Tertia, si consensus fertur directe in qualitatem. — 1017. II. Conditio, scilicet servilis. — Plura notanda usque ad n. 1023. — 1024. III. Votum solemne. — 1025. Dub. 1. An hoc dirimat matrimonium jure divino vel ecclesiastico. — 1026. Dub. 2. An Papa possit dispensare in voto solemni. — 1027. IV. Cognatio. Et 1° de cognatione legali. — 1028. 2° De cognatione spirituali (de qua, vide dicta de Bapt., ex n. 146). — 1029. 3° De cognatione carnali, et de regulis pro distinguendis gradibus. — 1030. Arbor consanguinitatis. — 1031. V. Crimen. Primum, homicidium. Secundum, adulterium. — 1032. Tertium, raptus. — 1033. Assignatur regula: 1° Utrouque patrans, scil. si adsit solum homicidium. — 1034. An requiratur quod intentio matrimonii alteri sit manifestata. — 1035. 2° Uno patrans, scil. si adsit homicidium cum adulterio. — 1036. Requisita ad hoc impedimentum incurrendum. — 1037. 3° Neutro patrans, scil. si adsit adulterium sine homicidio. Requisita ad hoc impedimentum. — 1038. Dub. 1. An taciturnitas adulterae sufficiat pro consensu. — 1039. Dub. 2. An promissio ficta inducat impedimentum. — 1040. Dub. 3. An promissio conditionata inducat impedimentum. — 1041. Dub. 4. An ad incurrendum impedimentum requiratur ut promissio fuerit mutua. — 1042. Oritur etiam impedimentum ex adulterio cum matrimonio attentato vivente conjuge. — 1043. Peccat qui vivente conjuge promittit alteri matrimonium. — 1044. VI. Disparitas cultus. — Quid de matrimonio cum haereticis. — 1045. VII. Vis, sive metus gravis et injuste incussus ad extorquendum matrimonium. — 1046. In quo vis differat a metu. Et quid sit metus ab intrinseco, et metus ab extrinseco. — 1047. Quae requirantur ad metum gravem. — 1048. Quae mala constituent metum gravem. — 1049. Quae requirantur ut metus irritet matrimonium. — 1050. Dub. 1. Quid, si judex injuste aliquem damnet, et promittat liberationem si ducat filiam. — 1051. Dub. 2. Quid, si reus juste damnetur. — 1052. Dub. 3. Quid, si quis esset innocens, sed juste damnaretur secun-*

Gutierr., de Matr., cap. 57, n. 6. — ¹ Lib. 25, n. 606 et 608. — Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, post concl. 3, v. *Ex his primum.* — Ludov. Lopez, Instr. nov., part. 2, de

Matr., cap. 39, v. *Ex praedictis corollarie.* — Petr. Ledesm., qu. 45, artic. 5, punct. 1, dub. 2, concl. 3. — ² De Matr. Contr., cap. 7, n. 115.

dicit esse probabile propter auctoritatem; « si tamen ratione agamus (addit), eam doctrinam non puto generaliter veram, sed tantum quando denuntiatio aut mora efficiendi denuntiationes nocet notabiliter bono communi vel ipsis contrahentibus, aut quando impedit opus alicujus misericordiae notabilis, ut diximus de matrimonio existentis in articulo mortis ». Si vero haec non occurrant, dicit relinquen-

dum esse judicio prudentis. Et n. 282, addit praeceptum hoc de proclamationibus, cum sit ecclesiasticum, non obligare, « quando ex illius observatione notabile damnum sequitur. Quapropter in talibus occasionibus nulla requiritur dispensatio, etiam si Ordinarius posset commode adiri, sitque paratus dispensationem concedere ».

j) Pro foro judiciali.

dum allegata. — 1053. *Dub. 4. Quid, si medicus neget mederi, nisi ducas filiam.* — 1054. *Dub. 5. An metus irritet matrimonium de jure naturae aut ecclesiastico.* — 1055. *Dub. 6. An irritet metus levis.* — 1056. *Dub. 7. An metus reverentialis.* — 1057. *Dub. 8. An possit resilire qui metum incussit.* — 1058. VIII. Ordo. — 1059. *An ordo sacer dirimat matrimonium de jure divino.* — 1060. IX. Ligamen. — 1061. X. Honestas. *Non oritur hoc impedimentum ex sponsalibus incertis, neque ex conditionatis.* — 1062. *Qu. 1. An ex matrimonio nullo.* — 1063. *Qu. 2. An ex sponsalibus juste dissolutis.* — 1064. *Qu. 3. An ex matrimonio clandestino.* — 1065. XI. Aetas. — 1066. *Vide plura de matrimonio impuberum.* — 1067. *An sit nullum matrimonium contractum, si puer aetate completa nequeat coire. Quid de matrimonio senum.* — 1068. XII. Affinis. — 1069. *De impedimento affinitatis ante matrimonium contractum.* — 1070. *De impedimento non petendi.* — 1071. *Qu. 1. An uxor cognita per metum a consanguineo viri privetur jure petendi.* — 1072. *Qu. 2. An ignorantia excuset ab hoc impedimento contrahendo. Et primo, si ignorantia sit juris.* — 1073. *Secundo, si ignorantia sit facti.* — 1074. *Tertio, si ignorantia sit poenae.* — 1075. *Qu. 3. An ad contrahendam affinitatem requiratur ut copula ex utraque parte sit consummata.* — 1076. *Qu. 4. Quis possit dispensare in hoc.* — 1077. *Poenae contrahentium cum impedimento affinitatis.* — 1078. XIII. Clandestinitas. — 1079. *Quid, si alicubi non possit haberi parochus.* — 1080. *An peregrini valide contrahant sine parochis.* — 1081. *Quis intelligatur nomine parochi.* — 1082. *An parochus excommunicatus aut irregularis, etc.* — 1083. *Dub. 1. An excommunicatus assistens peccet graviter.* — 1084. *Dub. 2. An talis parochus possit alteri dare licentiam.* — 1085. *Quales testes sufficiant.* — 1086. *Quid, si sint duo parochi. Vel, si sponsi habeant duo domicilia.* — 1087. *An sufficiat parochus alterutrius sponsi.* — 1088. *Sufficit licentia praesumpta de praesenti, et oretenus.* — 1089. *De vagabundis.* — 1090. *De militibus.* — 1091. *De peregrinis, carcere detentis, aegris, puellis in conservatoriis degentibus, etc.* — 1092. *An valide nubant sponsi coram parochis nolente.* — 1093. *An licite.* — 1094. *Quomodo peccet parochus non interrogans de consensu, vel non dicens: Ego vos conjungo, etc.* — 1095. XIV. Impotentia. *Vide plura apud Busenbaum. Qualis impotentia dirimat matrimonium.* — 1096. 1°. *De impotentia ex maleficio.* 2°. *Ex frigidityte.* 3°. *Ex improportione corporum.* — 1097. *Dub. 1. An valeat matrimonium, si femina possit incidi cum periculo gravis morbi, sed non mortis.* — 1098. *Dub. 2. An, soluto matrimonio per arctitudinem feminae, si postea per copulam cum secundo viro fiat apta primo, teneatur ad primum redire.* — 1099. *Dub. 3. An femina arcta teneatur pati incisionem.* — 1100. *Dub. 4. An teneatur pati incisionem claustris virginalis, si etc.* — 1101. *Quid agendum, si impotentia est certa.* — 1102. *Quid, si dubia, et dubium antecedit matrimonium.* — 1103. *Quid, si dubium superveniat.* — 1104. *Quid in dubio an matrimonium sit consummatum, vel an impotentia praecesserit.* — 1105. *Quid censendum de matrimoniis in partibus haereticorum.* — 1106. XV. Raptus. — 1107. *Ad incurrendum impedimentum raptus, requiritur ut mulier rapiatur 1° de loco ad locum; 2° causa matrimonii; 3° invita.* — 1108. *Quid, si vir rapiat eam cum qua sponsalia contraxerat.*

Impedi-
menta diri-
mentia.

1008. - « Resp. Praeter defectum *consensus* (de quo supra, Cap. 2, dub. 1°), « sunt quae sequentibus versibus comprehenduntur:

« 1. *Error*, 2. *Conditio*, 3. *Votum*, 4. *Co-*
« *gnatio*, 5. *Crimen*,

« 6. *Cultus disparitas*, 7. *Vis*, 8. *Ordo*,
« 9. *Ligamen*, 10. *Honestas*.

« 11. *Aetas*, 12. *Affines*, 13. *Si clande-*
« *stinus*, 14. *et Impos*,

« 15. *Raptave sit mulier, nec parti red-*
« *dita tutae:*

« *Haec socianda vetant connubia, facta*
« *retractant* ^{a)}.

1009. - « Dicitur I°. *ERROR*, scilicet per-
« *sonae: qui dirimit jure naturae; v. gr.*
« *si Cajo volenti ducere Annam offerat*
« *se Maria, cum qua, putans esse Annam,*
« *contrahat. — Quia error aufert liberta-*
« *tem, et consensum requisitum jure na-*
« *turae ad contractum.*

« *Dixi: personae. Quia error qualitatis*
« *seu conditionis personae (excipio servi-*
« *tutem) non irritat matrimonium, ut v. gr.*
« *si putetur esse nobilis, virgo, dives, etc.*
« *quam quis vult ducere, nec sit talis:*
« *quia hic error non tollit consensum in*
« *personam et materiam contractus. —*

Error per-
sonae diri-
mit jure na-
turae.

Quid de
errore qua-
litate.

1008. - ^{a)}In prima operis editione, col. 884, nota a, S. Alphonsus hic notam adjecerat, scilicet: « Impedimenta de jure naturae sunt

quatuor: error personae, consanguinitas in primo gradu lineae rectae, impotentia naturalis perpetua, et ligamen ».

« Aliud tamen esset, si absolute nollet
« consentire in personam, nisi tali condi-
« tione affectam; aut si ipsa conditio, juxta
« intentionem contrahentis, transiret in
« conditionem personae: ut si quis vellet
« ducere primogenitam regis, nec aliam,
« et tamen alia substitueretur, non subsi-
« steret contractus. — Bonacina¹ ex San-
« chez², Coninck³, Filliuccio, etc. ».

1010. - Certum est 1^o. apud omnes quod *error circa personam de jure naturae dirimit matrimonium*; quia contrahentium personae sunt substantiale matrimonii objectum: ergo si variatur persona, erratur circa substantiam contractus, dum qui intendit contrahere cum una non consentit contrahere cum alia. Ita D. Thomas⁴, Sanchez⁵, Pontius⁶; et Salmant.⁷ cum Soto, Bonacina, Palao; et alii passim. — Et hoc, etiamsi error sit *vincibilis* et crassissimus; ut Sanchez⁸, Roncaglia⁹; et Salmant.¹⁰ cum Coninck, Aversa^{a)}, Trullench, etc. — Item, etiamsi error sit *concomitans*, seu non dans causam contractui, nimirum si, cognito errore, adhuc fuisset initum matrimonium. Sanchez¹¹, Roncaglia¹², Bonacina¹³; et Salmant.¹⁴ cum Coninck, Aversa, etc.

1011. - Certum est 2^o. quod *error circa qualitatem personae concomitans*, seu non dans causam contractui, non *irritat matrimonium*. Unde, si quis contraheret cum corrupta aut paupere aut ignobili, quam putabat virginem aut divitem aut nobilem, non principaliter motus ex his qualitati-

bus, sed aliunde, valet procul dubio matrimonium; quia tunc jam adest voluntarium ad illud requisitum. — Sanchez¹⁵, Pontius¹⁶, Bonacina¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Coninck, Trullench, Palao, Aversa, Dicastillo; et alii communiter.

1012. - Sed magna Quaestio fit: *An irritet matrimonium error circa qualitatem dans causam contractui*, nempe si, cognito errore, matrimonium non fuisset contractum?

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Pontius¹⁹, citans Aragon et Ledesma (citatur etiam Sanchez, sed non bene, ut mox videbimus). — Ratio, quia, dum sponsus contrahit, credens sponsam habere aliquam qualitatem nobilitatis aut pulchritudinis, etc., tunc praestat consensum virtualiter conditionatum, nempe si sponsa habeat illam qualitatem: qualitate igitur deficiente, deficit consensus.

Secunda vero sententia, communis et verior, negat. Et hanc tuentur Sanchez²⁰, qui eam verissimam vocat cum Abbate, Molina, Lopez, etc.; Laymann²¹, Concina²², Navarrus²³, Roncaglia²⁴, Habert²⁵, Holzmänn²⁶; Palao²⁷ cum Valentia; Escobar²⁸ cum Tolet, Gutierrez et Filliuccio; et Salmant.²⁹ cum Gonet, Lessio, Bonacina, Trullench, Candido, Aversa, Dicastillo, etc., ex D. Thoma³⁰. Ratio: tum quia tunc jam adest simpliciter voluntarium circa substantiam matrimonii, nempe circa personam, quamvis deficiat voluntarium secundum quid circa accidentia, quae sunt

Error personae dirimit jure naturae.

Licet sit concomitans.

Error qualitatis concomitans non dirimit.

Dans causam contractui, juxta alios, dirimit.

Verius non dirimit.

¹ De Matr., qu. 3, punct. 2, n. 2, 5 et seqq. - ² Lib. 7, disp. 18. - ³ Disp. 31, dub. 1, n. 9 et seqq. *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 31 et seqq. - ⁴ Suppl., qu. 51, art. 1 et 2. - ⁵ Lib. 7, disp. 18, num. 12. - ⁶ Lib. 4, cap. 20, num. 3 et 7. - ⁷ Tr. 9, cap. 10, num. 4. - *Soto*, in 4, dist. 30, qu. 1, art. 1, concl. 1. *Bonac.*, qu. 3, punct. 2, n. 2. *Palao*, tr. 28, disp. 4, punct. 4, n. 1. - ⁸ Lib. 7, disp. 18, n. 7. - ⁹ Tr. 21, qu. 4, cap. 1, qu. 2. - ¹⁰ Tr. 9, cap. 10, n. 5. *Coninck*, disp. 31, dub. 1, n. 9. *Trull.*, lib. 7, cap. 9, dub. 3, num. 5. - ¹¹ Lib. 7, disp. 18, num. 6. - ¹² Loc. cit., qu. 2. - ¹³ Qu. 3, punct. 2, n. 4. - ¹⁴ Loc. cit., n. 6. *Coninck*, loc. cit., n. 9. *Aversa*, qu. 12, sect. 1, v. *Non solum*. - ¹⁵ Lib. 7, disp. 18, n. 8. - ¹⁶ Lib. 4, cap. 21, n. 3, 5 et 6. - ¹⁷ Loc. cit., n. 5. - ¹⁸ Tr. 9, cap. 10, n. 9. *Coninck*, disp. 31, n. 11. *Trull.*, lib. 7, cap. 9, dub. 3, n. 7. *Palao*, tr. 28, disp. 4, punct. 4, n. 3. *Aversa*, qu. 12, sect. 1, v. *Communis tamen*. *Dicast.*, disp. 7, dub. 5, n. 60. - ¹⁹ Lib. 4, cap. 21, n. 7 et 13. - *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 77, art. 3, dub. 1, ad 2 arg.

Petr. Ledesma, qu. 51, art. 2, dub. 3, post 2 concl. - ²⁰ Lib. 7, disp. 18, num. 18. - *Abb.*, in cap. *Cum dilectus*, de his quae vi metusve, n. 13; et in cap. *Cum dilecti*, de empt. et vendit., n. 7. *Molina*, tr. 2, disp. 352, n. 5; et disp. 259, n. 8. - *Ludov. Lopes*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 47, v. *Secundo quaeritur*. - ²¹ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 2, n. 2. - ²² De Matr., diss. 3, cap. 2, n. 4. - ²³ Man., cap. 22, n. 32, i. f. - ²⁴ Tr. 21, qu. 4, cap. 1, qu. 3. - ²⁵ De Matrim., cap. 9, § 2, de Errore. - ²⁶ De Matr., n. 511 et 515. - ²⁷ Tr. 28, disp. 4, punct. 4, n. 3. - *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 20, punct. 4, v. *Secundo*. - ²⁸ Lib. 27, de Impedim., n. 9. *Tolet.*, lib. 7, cap. 7, n. 2. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 89, n. 3. *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 33. - ²⁹ Tr. 9, cap. 10, n. 14. - *Gonet*, Clyp., de Matr., disp. 9, n. 6. *Less.*, lib. 2, cap. 17, dub. 5, n. 29. - *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 2, n. 5. *Trull.*, lib. 7, cap. 9, dub. 3, n. 7. - *Candid.*, disquisit. 28, art. 2, dub. 3. - *Aversa*, qu. 12, sect. 1, v. *Communis*. - *Dicast.*, disp. 7, dub. 5, n. 63. ³⁰ Suppl., qu. 51, art. 2, corp. et ad 1 et 4.

1010. - a) *Aversa*, qu. 12, sect. 1, v. *Certum tamen*, dicit dumtaxat: « De jure naturae non

valet matrimonium, quamvis alioqui error esset vincibilis et superabilis ».

personae qualitates; tum quia alias innumera conjugia evaderent dubia et litibus exposita.

Nec valet dicere cum Pontio quod, cum consensus sit actus indivisibilis et feratur in objectum tali qualitate vestitum, deficiente qualitate, deficit consensus; alias dici deberet quod contrahens duos actus eliceret, unum consentiendo in objecti sive personae substantiam, alterum in qualitatem: quod ait Pontius non posse dici, cum actus voluntatis sit unus indivisibilis. Sed recte respondent Salmant.¹, quod, licet actus voluntatis formaliter sit in se indivisibilis, virtualiter tamen respectu ad objectum sive personam bene potest esse divisibilis: unico enim illo actu voluntas fertur aequivalenter circa substantiam et circa qualitatem, ac si duos actus eliceret; et ideo, deficiente consensu minus principali circa qualitatem, remanet consensus principaliter movens circa substantiam.

1013. Communiter tamen et recte docent doctores quod error circa qualitatem personae bene irritaret matrimonium, si qualitas redundaret in substantiam. — Sed magna difficultas est ad dignoscendum *quandonam error qualitatis redundet in substantiam sive in personam*. Tres attende regulas:

1014. — *Prima*: Tunc qualitas redundat in substantiam, *cum quis actualiter intendit contrahere sub conditione talis qualitatis*: tunc enim verificatur quod, deficiente conditione, omnino deficit consensus. Hoc certum est cum Sanchez², Palao³, Pontio⁴ et Salmant.⁵, et aliis passim. — Et idem est cum iisdem auctoribus (vide Salmant.⁶), si contrahens ante matrimonium expressam habuerit intentionem, et eam non retractavit, non contrahendi nisi sub tali conditione; quia tunc consensus ille, si non actualiter, est saltem *virtualiter* conditionatus.

¹ Pontius, lib. 4, cap. 21, n. 7. — ² Tr. 9, cap. 10, n. 11. — ³ Lib. 7, disp. 18, n. 21. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 4, n. 5. — ⁵ Lib. 4, cap. 21, n. 7. — ⁶ Tr. 9, cap. 10, n. 9. — ⁷ Loc. cit., n. 11. — ⁸ Loc. cit., n. 5. — ⁹ De Matr., cap. 7, qu. 1. — ¹⁰ De

1015. — *Secunda regula* est: Quando *qualitas* non est communis aliis, sed *propria et individualis alicujus determinatae personae*, puta si quis crederet contrahere cum primogenita regis Hispaniae: tunc qualitas redundat in personam; unde errando in qualitate, erratur in personam, et proinde nullum est matrimonium, etiam si ille non habuerit expressam intentionem non contrahendi. — Ita Palaus⁷, Petrocorensis⁸, Habert⁹ Holzmann¹⁰, Laymann^{a)} et Sporer^{a)}.

Non autem acquiesco doctrinae Bonacinae¹¹, Sanchez¹² et Escobar¹³, qui dicunt idem esse, cum qui putaret contrahere cum filia regis Hispaniae; quia cum qualitas filiae sit communis aliis filiabus regis Hispaniae, qualitas illa non est individualis: unde non redundat in personam. — Et tanto minus approbo id quod dicunt Salmant.¹⁴ cum Aversa, nempe quod qualitas etiam transit in personam, si sit individi vagi, puta si quis crederet contrahere cum filia regis, cujuscumque regis filia sit; et citant D. Thomam¹⁵: sed non bene. Nam ibi S. Doctor non loquitur de eo qui in contrahendo credit illam esse filiam regis, sed de eo qui antea directe et principaliter intendit qualitatem personae, nempe contrahendi cum filia regis; tunc enim, dicit Angelicus, quod, si alia praesentetur ei, error redundat in personam. En ejus verba: *Si consensus mulieris feratur in istam personam directe, error nobilitatis ipsius non impedit matrimonium. Si autem directe intendit consentire in filium regis, quicumque sit ille: tunc si alius praesentetur ei quam filius regis, est error personae, et impeditur matrimonium*. Ubi observa quod hic clare loquitur D. Thomas, non de muliere quae erravit in credendo, sed de illa quae ante matrimonium directam habuit intentionem contrahendi cum filio regis; et ideo nullum dicit esse matrimonium cum alio celebratum.

Item, si qualitas est propria et individualis determinatae personae.

Nisi redundet in substantiam.

Redundat in substantiam si intenditur qualitas ut conditio.

Matr., cap. 9, § 2, de errore. — ¹⁰ De Matr., n. 512, v. *Tertius casus*. — ¹¹ Qu. 3, punct. 2, n. 7. — ¹² Lib. 7, disp. 18, n. 27. — ¹³ Lib. 27, n. 10. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 10, n. 17. — *Aversa*, qu. 12, sect. 1, v. *Addit*. — ¹⁵ Suppl., qu. 51, art. 2, ad 5.

1015. — ^{a)} Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 2, n. 2, ita profecto docet, si persona haec « *visu alioquin ignota est* »; secus vero,

si « *visu prius nota, et ad matrimonium determinata fuisset* ». — Et ita etiam tenet Sporer, part. 4, cap. 1, n. 7.

Item si consensus fertur principaliter in qualitatem et secundario in personam.

1016. - *Tertia* igitur *regula*, quam tradit D. Thomas, et sequuntur Sotus, Abulensis, Silvester, Tabiena, Ledesma, Manuel, Lopez, Rosella, Philiarchus, etc., apud Sanchez¹; item Holzmann² et Tamburinius³, — est quod si *consensus fertur directe et principaliter in qualitatem*, et minus principaliter in personam, tunc error in qualitate redundat in substantiam. Secus, si consensus principaliter fertur in personam, et secundario in qualitatem. — V. gr., si quis dixerit: *Volo ducere Titiam, quam puto esse nobilem*: tunc error non redundat in substantiam, et ideo non invalidat matrimonium. Secus, si dixerit: *Volo ducere nobilem, qualem puto esse Titiam*: tunc enim error redundat in substantiam; quia directe et principaliter intenditur qualitas, et minus principaliter persona.

Hinc, ad casum relatum a Sanchez⁴, scilicet, cum quidam adolescens petierit in conjugem filiam cujusdam secundogenitam valde pulchram: pater negavit illam, et obtulit primogenitam juveni ignotam, quam hic postulavit prius ostendi cuidam suo amico; pater isti amico pro primogenita, quae turpis erat, ostendit secundogenitam, quam cum audisset juvenis etiam esse pulchram, contraxit, sed visa deinde illius deformitate, contendebat matrimonium esse nullum. Sentit Sanchez⁵ cum Tabiena, valuisse matrimonium, quia error fuit qualitatis, non personae. — Sed probabilius contradicunt Pontius⁶, Sporer⁷ et Tamburinius⁸. Ratio, quia verius est eo casu qualitatem pulchritudinis fuisse (ut mox supra diximus) principaliter intentam quam personam, cum ideo juvenis petierit ostendi amico; item, quia voluntas ejus revera non fuit determinata ad accipiendam oblatam a patre, sed ostensam amico.

D. Thom., Suppl., qu. 51, art. 2, ad 5. — Sotus, in 4, dist. 30, qu. 1, art. 1, post concl. 3, Nota. Abulen., in Genesis, cap. 27, qu. 7. - Silvest., v. *Matrimonium VIII*, qu. 1, v. *Quartum*. - Tabien., v. *Impedimentum I*, n. 4. Petr. Ledesma., qu. 51, art. 2, dub. 3, post concl. 2, v. *Ad cujus expositionem*. - Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 220, n. 2. Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 47, v. *Secundo perpendendum*. Rosell., v. *Impedimentum II*. - Philiarch., de Offic. sacerdot., tom. 1, part. 2, lib. 2, cap. 5. - ¹ Lib. 7, disp. 18, n. 25. — ² De Matr., n. 515. — ³ Lib. 8, de Matr., tr. 1, cap. 2, § 2, n. 4 et 5.

1017. - « Dicitur II^o. *CONDITIO*, scilicet « *servilis*; ut, si homo liber ignoranter « contrahat cum serva, vel servus cum « serva, nullum est matrimonium. Idque, « secundum sententiam communiorem, « jure tantum ecclesiastico », [Et sic probabiliter tenent D. Thomas⁹, et Salmant.¹⁰ cum communi] « fundato tamen in jure « naturali, cui est valde conforme. — Ratio, « quia talis contractus adversatur 1^o. Bono « sacramenti, cum servus, invito domino, « nequeat cohabitare conjugi. 2^o. Bono fidei « conjugalis, cum non possit solvere debitum ad libitum alterius. 3^o. Bono prolis, « cum servus omnia acquirat domino. — Ubi « tamen notandum non esse proprie servos « qui sunt coloni originarii vel adscititii, « vulgo dicti *Leibeigene*. Vide Laymann¹¹ ».

1018. - Certum est quod si liber scienter contrahat cum ancilla, matrimonium est validum. Et si forte jus civile aliud statuerit in leg. *Cum ancillis, C. de incest. et inutilib. nupt.*, in hoc correctum est a jure canonico. — Nec talis contrahens graviter peccaret, quamvis efficeretur irregularis, ex can. *Si quis viduam, dist. 34*. Vide Salmant.¹²

Si vero ignoranter quis contrahat cum ancilla, nullum est matrimonium: sive contrahens sit liber sive servus, ut sentit Busenbaum. — Sed hoc probabiliter negandum: nam si servus contrahit cum serva, valet matrimonium; ut absolute docent S. Thomas¹³, Sanchez¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Bonacina, Coninck, etc. Quia Ecclesia irritans talia matrimonia attendit conditionis inaequalitatem, quae solum adest quando liber contrahit cum serva.

1019. - Dubitatur 1^o. *Utrum si error liberi sit crassus, irritet matrimonium?* Negant ^{a)} Sotus, Ledesma, Villalobos, etc.,

— ⁴ Loc. cit., n. 35. — ⁵ Loc. cit. - Tabien., loc. cit., n. 5. — ⁶ Lib. 4, cap. 22, num. 3. — ⁷ Part. 4, cap. 1, num. 8. — ⁸ Lib. 8, de Matr., tr. 1, cap. 2, § 2, num. 2. — ⁹ Suppl., qu. 52, art. 1, ad 3. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 10, n. 25. — ¹¹ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 2, n. 3 et 5. — ¹² Loc. cit., n. 20. — ¹³ Loc. cit., art. 1, ad 1. — ¹⁴ Lib. 7, disp. 19, n. 23. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 10, num. 23. - Bonac., qu. 3, punct. 3, num. 1 et 2. Coninck, disp. 31, nu. 24. — Sotus, in 4, dist. 35, qu. un., art. 2, concl. 2, v. *De his*. - Barthol. Ledesma., de Matr., diff. 31, concl. 1, limit. 1. - Villal., part. 1, tr. 14, diff. 6, num. 4.

Conditio servilis irritat matrimonium.

Liber scienter contrahens cum serva, valide contrahit.

Ignoranter, invalide contrahit.

Nisi servus cum serva contrahat.

1019. - ^{a)} Hoc negant auctores citati, sed casu solum ubi ignorantia sit levissima aut

tam crassa ut vir censeatur non ignoranter sed sciens cum serva contraxisse.

Error li-
beri crassus
probabilius
dirimit.

apud Salmant.¹; quia in errore crasso videtur adesse voluntaria deceptio. — Sed probabilius affirmant Sanchez²; et Salmant.³ cum Coninck, Dicastillo^{b)}, Aversa, Trullench, etc.; quia quaecumque ignorantia efficit actum saltem non perfecte voluntarium.

1020. - Dubitatur 2^o. *An, tunc utraque pars possit propria auctoritate a matrimonio resilire?* — *Deceptus* certe potest: nisi adsit scandalum. Et ita pariter *serva*.

Deceptus
et serva po-
test propria
auctoritate
resilire.

Sed utrum *haec, si liber, factus conscius ejus servitutis, vellet revalidare matrimonium, teneatur consentire?* — Probabiliter opinantur Salmant.⁴ cum Soto^{a)}, etc., quod, si serva bona fide contraxit, non tenetur. Secus, si mala fide, decipiens alterum: quia tunc tenetur ratione injuriae.

Quid, si
serva mala
fide contra-
xit.

1021. - Dubitatur 3^o. *Cuinam incumbit onus probandi ignorantiam servitutis?* — Henriquez censet libero. — Sed communius et probabilius Sanchez⁵; Salmant.⁶ cum Palao, etc. tenent incumbere ancillae probare scientiam: nisi ipsa communiter ut talis sit nota.

Probabilius
servae in-
cumbit pro-
bare scien-
tiam.

1022. - Dubitatur 2^o. *An validum sit matrimonium cum serva ignorata, si per matrimonium illa fiat libera?* — Tres sunt casus in quibus per matrimonium acquiritur libertas: 1^o. Si dominus dotale instrumentum conferat ancillae contrahenti, ut ex *l. un. [§ 9] C. de latin. libert.* — 2^o. Quando dominus accipit ancillam in conjugem; ut dicunt Salmant.⁷ cum Pontio, Palao, Vasquez, etc. (contra Sanchez, Gutierrez, etc.). — 3^o. Quando dominus servam matrimonio tradit libere

Casus in
quibus ma-
trimonium
confert li-
bertatem.

¹ Tr. 9, cap. 10, n. 27. — ² Lib. 7, disp. 19, n. 20. — ³ Loc. cit., n. 28. Coninck, disp. 31, n. 26. - Aversa, qu. 12, sect. 2, v. Quinto. - Trull., lib. 7, cap. 9, dub. 4, n. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 31. Henriq., lib. 10, cap. 10, n. 5. — ⁵ Lib. 7, disp. 19, n. 8. — ⁶ Tr. 9, cap. 10, n. 32. Palaus, tr. 28, disp. 4, punct. 5, § 1, n. 7. — ⁷ Loc. cit., n. 35. - Pont., lib. 7, cap. 44, n. 2 et 3. Palaus, loc. cit., § 3, n. 1. Vasq., in 3 P., disp. 80, cap. 8, n. 41. — Sanch., lib. 7, disp. 20, n. 11 et 12. Gutier., de Matr., cap. 91, n. 13 et 14. — ⁸ Tr. 28, disp. 4, punct. 5, § 3, n. 5. - Covarr., de Matr.,

alteri illius servitatem ignoranti, ut ex Authen. *Ad hoc, C. de latin. libert.*

In his autem casibus fit Dubium: *an matrimonium sit validum?* — Negat Palaus⁸ cum Covarruias. — Affirmant vero communius et probabilius Sanchez⁹, Bonacina¹⁰ et Salmant.¹¹ cum aliis. Et idem putat Sanchez¹² (contra Palaum¹³ cum Pontio), si dominus promiserit servam brevi dimissurum; quia illa tunc moraliter jam censetur libera.

Tunc ma-
trimonium
probabilius
est vali-
dum.

1023. Matrimonium autem cum liberta (id est serva quae facta est libera) certe validum est: modo libertas non solum illi sit promissa, sed etiam jam donata; ut censent Salmant.¹⁴ cum Pontio, Palao, etc., contra Sanchez et Coninck.

1024. - « Dicitur III^o. Votum, scilicet « solemne castitatis, per susceptionem or- « dinis sacri, vel per solemnem profes- « sionem in religione approbata sponte « emissam.

Votum so-
lemne casti-
tatis irritat

« Dico 1^o. Sponte; quia metus gravis « irritat professionem (ut vide supra *Lib. 4, « cap. 1, dub. 2).*

« Dico 2^o. Solemne; quia votum sim- « plex tantum impedit, non dirimit (excipe « tamen vota simplicia Societatis). — Vide « Laymann¹⁵ ».

1025. - Dubitatur 1^o. *An votum solemne religionis dirimat matrimonium de jure divino vel ecclesiastico?*

Prima sententia dicit de jure *ecclesiastico*; et hanc tenet Sanchez¹⁶ cum Scoto, Gersonio, Hostiensi, Abbate, etc. — Quia votum solemne non irritat matrimonium ratione voti, sed ratione solemnitatis: cum

Professio
solemnis
juxta alios
irritat, jure
ecclesiastico.

part. 2, cap. 3, § 7, n. 1. — ⁹ Loc. cit., n. 14. — ¹⁰ Qu. 3, punct. 3, n. 3. — ¹¹ Tr. 9, cap. 10, n. 38. — ¹² Lib. 7, disp. 19, n. 4. — ¹³ Loc. cit., § 1, n. 4. Pont., lib. 7, cap. 43, n. 1. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 10, n. 40 et 41. Pont., lib. 7, cap. 43, n. 1. Palaus, tr. 28, disp. 4, punct. 5, § 1, n. 5. — Sanch., lib. 7, disp. 19, n. 4. Coninck, disp. 31, n. 26. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 3. — ¹⁶ Lib. 7, disp. 26, n. 2 et n. 4, i. f. - Scot., in 4, dist. 38, v. f. - Gerson., Reg. moral., de Matr., n. 147. Hostien., in cap. Rursus, n. 2, Qui clerici vel voventes. Abb. Panorm., in id. cap., n. 6.

b) Dicastillus, *disp. 7, dub. 7, n. 85*, dicit errorem « nimis » crassum; seu, ut habet in probatione: crassissimum et temerarium, invalidare matrimonium.

1020. - a) Sotus, *loc. cit.*, v. *Postremum dubium*, quamvis simpliciter a Salmant. ci-

tetur, scribit tantum: « Respondetur jure matrimonii ancillam non teneri consentire; nam cum matrimonium nequeat ex una parte claudicare, et consensus ancillae ab initio nullus fuerit, matrimonium nullum erat. Et ideo nisi denuo consentiat nihil fit. Quare, si alteri nu-

autem solemnitas sit ex jure ecclesiastico (ut habetur in *cap. un. de voto et voti redempt.*, in 6^o), ergo solo jure ecclesiastico dirimitur matrimonium.

Probabilius, jure divino.

Secunda tamen sententia probabilior dicit dirimere de jure *divino*; eamque tenent D. Thomas¹; item D. Bonaventura, Major, Valentia, Henriquez, Victoria, etc., apud Sanchez². — Ratio, quia in voto simplici corpus tantum promittitur Deo; sed in solemnī, per acceptationem legitimam praelatorum, corpus insuper Deo traditur.

1026. - Dubitatur 2^o. *An Papa in aliquo casu possit dispensare in voto solemnī castitatis in professione emisso?* — Vide dicta *Lib. III, n. 256, v. Majus dubium*, ubi affirmativam tenuimus sententiam cum eodem D. Thoma³ et pluribus, quibus adde Roncaglia⁴ et Fagnanum⁵, qui asserit eam esse communem theologorum.

Papa potest aliquid quando dispensari.

An vero ordo sacer dirimat matrimonium de jure divino? — Vide dicenda *n. 1059*.

Quomodo autem votum quod emittitur in susceptione sacrorum Ordinum dirimat matrimonium? — Vide dicta hoc *Lib. VI, ex n. 808*.

Cognatio legalis quae et quando dirimat.

1027. - « Dicitur IV^o. COGNATIO, quae « triplex est:

« Prima dicitur *legalis*, quae est *pro-pinquitas personarum, proveniens ex adoptione perfecta* (qua scilicet persona « extranea assumitur in filium vel nepotem, ita ut transeat in potestatem adoptantis; eique succedat, vel tamquam

« haeres necessarius ex testamento, in « quarta parte, vel tamquam filius ab « intestato, in totum). Ea enim dirimit « matrimonium usque ad quartum gradum « inter adoptantem et adoptatum ejusque « descendentes^{a)}. Vide Bonacina⁶. — Vide « tamen Laymann⁷, et Diana⁸, ubi contra « communem sententiam, notat ex Henriquez, Lessio, etc., probabile esse quod « post Tridentinum tantum dirimat usque « ad gradum secundum inclusive, sicut « cognatio spiritualis ».

Notandum igitur 1^o. Quod adoptio *perfecta* est illa qua principis rescripto persona sui juris transit in potestatem et familiam adoptantis, sicut ac etiam filii ejus. — *Imperfecta* est, quando fit sine rescripto principis supremi, sed auctoritate inferioris magistratus, nec adoptatus cum filiis transit in potestatem adoptantis.

Adoptio perfecta et imperfecta.

Dubitatur: *an cognatio legalis oriatur etiam ex adoptione imperfecta?* — Affirmant Palaus⁹; et Pontius, Toletus^{b)}, etc., apud Salmant.¹⁰. — Sed probabilius dicunt S. Thomas^{c)}, Sanchez¹¹, Salmant.¹² cum aliis, oriri tantum ex adoptione perfecta.

Notandum 2^o. Quod hoc impedimentum est perpetuum inter adoptatum et adoptantem et uxorem illius, vel e converso. Verum inter adoptatum et filios adoptantis est tantum ad tempus, scilicet usquedum filii sunt sub potestate illius. — Ita Salmant.¹³ cum S. Thoma et aliis passim.

Quandiu duret impedimentum.

Hic autem dubitatur: *ad quos extendatur haec legalis cognatio?*

¹ In 4, dist. 38, qu. 1, art. 3, solut. 3. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 38, art. 2, qu. 1. *Major*, in 4, dist. 38, qu. 14, concl. 1. *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 6, punct. 5, v. *Est igitur* et v. *Altero*. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 5, n. 2 et 3. *Victor.*, Relect. 4, de Potest. Papae, propos. 1, ad 1 argum. ² *Lib. 7*, disp. 26, n. 4. — ³ *Loc. cit.*, qu. 1, art. 4, solut. 1, ad 3; et solut. 2, corp. — ⁴ *Tr. 21*, qu. 4, cap. 2, quaestiunc. 4. — ⁵ In *cap. Cum ad monasterium*,

de statu monachor., n. 56 et 65. — ⁶ *Qu. 3*, punct. 5, § 3, n. 4 et 5. — ⁷ *Lib. 5*, tr. 10, part. 4, cap. 7. — ⁸ *Part. 9*, tr. 6, resol. 54, v. f. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 12, n. 3. — *Less.*, in 3 P., de Matr., cap. 10, dub. 9, num. 176. — ⁹ *Tr. 28*, disp. 4, punct. 9, num. 9. — *Pont.*, lib. 7, cap. 41, num. 1. ¹⁰ *Tr. 9*, cap. 12, n. 39. — ¹¹ *Lib. 7*, disp. 63, n. 9. — ¹² *Loc. cit.*, num. 40. — ¹³ *Loc. cit.*, num. 42. *S. Thom.*, *Suppl.*, qu. 57, art. 3.

bat, secundum tenet matrimonium. Attamen ob honestatem praemissae fidei, deberet induci ut consentiret, non tamen jure cogi ».

1027. ^{a)} Hic adducuntur a Busenbaum can. *Per adoptionem 6, caus. 30, qu. 3* et can. *Ita diligere 1, ibid.*, qui solum dicunt, quod ad praesens attinet, matrimonium ex adoptione impediri.

^{b)} Toletus id censetur dicere in quantum,

lib. 7, cap. 8, n. 3, non restringit cognationem ad adoptionem perfectam.

^{c)} S. Thomas videtur ita tenere, ut dicunt ipsi Salmant., in quantum, *Suppl., qu. 57, art. 2*, scribit: « Quia filius adoptatus conversatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis; ideo legibus humanis prohibitum est inter tales matrimonium contrahi ». Quod autem adoptatus conversetur in domo ado-

Ad quos
se extendat.

Pontius, Sotus, Valentia, etc., apud Salmant.¹, dicunt extendi usque ad quartum gradum in linea recta. — Sed Salmant.² cum Sanchez, Aversa, Cornejo^{d)} et Hurtado tenent, omnino dicendum non extendi ultra primum gradum; quia hic tantum a jure positivo assignatur. — Extenditur tamen inter adoptantem et omnes qui sunt sub potestate adoptati^{e)}. Vide Salmant.³.

Cognatio
spiritualis.

1028. - « Secunda est cognatio *spiritualis*: quae jure ecclesiastico oritur inter personas aliquas ratione Baptismi et Confirmationis; dirimitque matrimonium (ut habetur^{a)} *cap. 1, de cognat. spirit.*, in 6^o; *cap. Veniens*; et constat ex Tridentino⁴: vide Bonacina⁵, Sanchez⁶, Suarez⁷) inter baptizantem et baptizatum, et hujus patrem et matrem: inter susceptorem et susceptum et hujus patrem et matrem ».

Hic plura Dubia occurrunt, de quibus jam satis egimus in Tract. *de Baptismo*. — Unde, ne actum repetamus, vide dicta ibi, *ex n. 146*.

Cognatio
carnalis.

1029. - « Tertia est cognatio *consanguinitatis carnalis*: quae est vinculum personarum ab eodem stipite proximo descendentium; dirimitque matrimonium usque ad quartum gradum lineae transversae inclusive. — Et quidem quoad primum, fortassis jure naturae: quoad reliquos tres, solo jure ecclesiastico. — Unde etiam Pontifex in his ex justa

« causa dispensare potest. — Gradus vero lineae rectae, probabile est omnes jure naturae esse prohibitos ». [Sed satis probabile est omnes esse vetitos jure ecclesiastico; excepto primo gradu in linea recta. Vide dicta *Lib. VI, n. 470*].

« Porro pro gradibus consanguinitatis dignoscendis statuuntur sequentes regulae:

« *Prima*. In linea *recta* tam ascendentium quam descendentium, quot sunt personae, tot sunt gradus, una dempta, scilicet stipite ». — [*Linea* est series personarum ab uno stipite descendentium per varias generationes, diversos continens gradus. *Stipes* est ille a quo descendunt contrahentes]. — « V. gr., pater et filius sunt consanguinei in primo gradu: nepos et avus, in secundo, etc.

« *Secunda*. In linea *transversa aequali* (quae est inter personas, a communi stipite aequaliter distantes), quot gradibus personae singulae a communi stipite distant, totidem distant inter se. — Unde, frater et soror sunt in primo gradu lineae transversae: patruus et consobrini, in secundo: filii eorumdem, in tertio.

« *Tertia*. In linea *transversa inaequali*, inter personas inaequaliter distantes a communi stipite, quot gradibus remotior persona distat a stipite, tot gradibus distant inter se. — Unde, patruus et nepos, filius et soror patris, sunt consanguinei in secundo gradu.

Distinctio
gradum in
linea recta.

In linea
transversa
aequali.

In trans-
versa inae-
quali.

Pont., lib. 7, cap. 41, n. 3. - *Sotus*, in 4, dist. 42, qu. 2, art. 2, concl. 2. *Valent.*, in 3 P., disp. 10, qu. 5, punct. 3, v. *Porro*, ¹ Tr. 9, cap. 12, n. 43. — ² Loc. cit. - *Sanch.*, lib. 7, disp. 63, n. 34. - *Aversa*, qu. 16, sect. 3, v. *Cognatio*

autem. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 19, diff. 3, n. 7. — ³ Loc. cit., num. 44. — ⁴ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 2. — ⁵ Qu. 3, punct. 5, § 2, n. 1 et 2. — ⁶ Lib. 7, disp. 54. — ⁷ De Sacram., qu. 67, art. 8, disp. 33, sect. 3.

ptantis, hoc, inquit Salmant., non convenit nisi perfectae adoptioni.

^{d)} Cornejo, *tr. 6, disp. 7, dub. 9, qu. 2*, affirmat utramque sententiam esse probabilem, neque expresse dicit quamnam amplectatur.

^{e)} Hodie, cum omnes status reguntur legibus discrepantibus a jure Romano, cognatio legalis non amplius existit ubi leges civiles non admittunt adoptionem. Ubi vero adoptionem perfectam admittunt pergit existere cognatio legalis; sed requiritur ut adoptio fuerit peracta juxta modum a legibus civilibus praescriptum. Ita resolvendum videtur ex variis responsis S. Poenit. et S. Officii. Sic, die 17 Maji 1826, S. Poenit. declaravit, per

adoptionem in Gallia vigentem et legitime peractam, induci impedimentum. Et ad dubium: « An adoptio celebrata in forma praescripta a codice regni neapolitani producat necne impedimentum canonicum cognationis legalis dirimens matrimonium? » S. Officium, sub die 23 Febr. 1853, respondit: *Afirmative*. — Attamen personae ad quas hoc impedimentum sese extendit sunt semper computandae ex juris Romani dispositionibus, cum haec sola norma sit recepta in Ecclesia. Ceteroquin hoc impedimentum cognationis legalis hodie est admodum rarum.

1028. - ^{a)} Clarius: « Ut habetur *cap. Veniens 6, de cognat. spirit.*, et *cap. 1, eod. tit. in 6^o* ».

« Quae omnia patent in adjuncto sche-
mate.

1030. - SCHEMA CONSANGUINITATIS.

	IV. Abavus - Abavia.	
IV. Magnus Propatruus - Magna Promamita.	III. Proavus - Proavia.	IV. Magnus Proavunculus - Magna Promatertera.
III. Magnus Patruus - Magna Amita.	II. Avus - Avia.	III. Magnus Avunculus - Magna Matertera.
II. Patruus - Amita.	I. PATER - MATER.	II. Avunculus Matertera.
I. Frater.	⊕ Hypotheticus.	I. Soror.
II. Filii et Filiae Fratris.	I. Filius - Filia.	II. Filii et Filiae Sororis.
III. Nepotes et Nepotes ex Fratre.	II. Nepos - Neptis.	III. Nepotes et Nepotes ex Sorore.
IV. Pronepotes et Proneptes ex Fratre.	III. Pronepotes - Proneptes.	IV. Pronepotes et Proneptes ex Sorore.
	IV. Abnepotes - Abneptes.	

Advertendum hic cum Sanchez¹, Tournely², quod in linea transversali inaequali, in supplicatione dispensationis, tam ex una

Servanda in petenda dispensatione pro linea inaequali.

¹ Lib. 8, disp. 24, n. 32. — ² Praelect., de Sacram. Matr., qu. 8, art. 1, de Imped. cognat. seu consang., qu. 12. — S. Pius V, Declaratio Sanctissimus in Christo, de die

quam ex altera parte debet exprimi gradus propinquior et remotior, si propinquior esset primus gradus. — Hoc habetur ex bulla S. Pii V *Sanctissimus*; quia in eo primo gradu Papa non intendit dispensare, nisi exprimatur a).

1031. - « Dicitur V^o. CRIMEN, idque « triplex:

Impedimentum criminis.

« Primum est *homicidium* conjugis ab « altero conjuge et alio tertio: sive physice (v. gr. gladio vel veneno), sive moraliter (ut imperio), perfectum eo consilio « ut postea inter se matrimonium contrahant. — Quod si caedes tentata sit, « sed non perfecta; vel perfecta, sed absque intentione matrimonii ineundi; vel « cum intentione quidem ea, sed non significata exterius; vel non communitatis, sed ab altero tantum: — non dirimit matrimonium, nisi etiam adulterium « praecesserit: tunc enim etsi unus tantum « caedem perfecit, altero ignaro, dummodo id fecerit intentione matrimonii, « vere dirimit. — Ita Coninck, Ledesma, « Sà, Sanchez³.

Homicidium.

« Secundum est *adulterium*: quando « nimirum duo carnaliter se cognoscunt, « vivente alterius conjuge, et vel matrimonium ineunt de praesenti, vel saltem « dant fidem de ineundo post mortem « conjugis. — Sed in hoc casu requiritur « ut promissio sit acceptata, et uterque « sciat alterum esse conjugatum. Si enim

Adulterium.



20 Aug. 1566, in Bullar. Rom. Mainardi. — Coninck, disp. 31, dub. 5. — Petr. Ledesm., qu. 60, art. 2, cas. 2. — Sà, v. Matrimonii impedimenta dirimentia, n. 7. — ³ Lib. 7, disp. 78.

1030. - a) Non unico tantum, sed multiplici consanguinitatis vinculo personae inter se jungi possunt.


Tres autem sunt causae cur consanguinitatis vinculum multiplicetur.

Prima multipliciter causa est, quando *parentes sunt consanguinei*, cum eorum filii, tum linea paterna, tum linea materna, ex communi stipite descendant. — Sic in adjecta figura, *Petrus* et *Maria* sunt consanguinei in tertio aequali, hocque duplici gradu lineae collateralis, ex stipite, qui est *Joannes*, a quo *Petrus* duplici via descendit.

Secunda multipliciter causa est, quando *personae inter se consanguineae*, v. g. fra-



tres, prolem procrearunt *ex personis inter se consanguineis*, v. g. ex sororibus, vel consobrinis. — Unde, si duo fratres ducunt duas sorores, eorum filii sunt consanguinei in duplici secundo gradu aequali, ut figura annexa demonstrat de *Josepho* et *Anna*.



Tertia multipliciter causa est, quando prolem quis habet *ex pluribus personis inter se consanguineis*. — Sic, v. g. si quis ex duabus sororibus filios procreavit, hi ratione patris sunt consanguinei in primo gradu, ratione matrum in secundo. Vide figuram annexam.

« vel alteruter ignoret, non irritatur ma-
 « trimonium, si quod postea inreatur con-
 « juge mortua: Perez, Coninck ¹, San-
 « chez ², Filliuccius ³; vide etiam Bona-
 « cina ⁴, Diana ⁵; excusatque ignorantia
 « quaevis etiam facti ^{a)}; Sanchez, Marcus
 « Leo ⁶. — Sufficit autem si adulter dubitet
 « utrum tempore adulterii et promissionis
 « de matrimonio cum adultera alter con-
 « jux vixerit: quia praesumitur vixisse,
 « nisi mors probetur. Navarrus, Sanchez ^{b)},
 « Bardi ⁷.

Raptus.

1032. - « Tertium est raptus: per quem
 « persona cum violentia abducitur, libidi-
 « nis exercendae vel matrimonii ineundi
 « causa. S. Thomas, Molina ⁸. — Durat
 « autem hoc impedimentum, secundum
 « Tridentinum, quamdiu rapta est in pote-
 « state raptoris, etiamsi libere consentiat.
 « Unde libertati restitutam ducere potest.

« Probabile tamen est Tridentini de-
 « creto tantum comprehendere raptum qui
 « fit causa matrimonii. Sanchez ^{a)}. Vide
 « Laymann ».

1033. - De impedimento ob crimen
 raptus loquemur in fine hujus Dubii, ex
 n. 1107. Hic tantum sermonem facimus
 de impedimento ob crimen homicidii, et
 ob crimen adulterii. — Ad distinguendum
 autem tale impedimentum, attende regu-
 lam ab aliquibus traditam. Incurritur hoc
 in tribus casibus, nempe utroque patrante
 (id est crimen homicidii, ut illud patrante
 intelligendum), uno patrante, et nemine
 patrante. Et 1^o. *Utroque patrante*, quando
 non adest adulterium; sed uterque con-
 spirat ad homicidium, animo inter se nu-

bendi. 2^o. *Uno patrante*, quando v. gr. vir
 post adulterium occidit conjugem ad du-
 cendam adulteram, licet ista non conspi-
 ret ad homicidium: modo illius intentio
 huic manifestata sit. 3^o. *Nemine patrante*,
 quando non adest homicidium sed tantum
 adulterium, et promissio matrimonii, quae
 non sit ficta, et sit saltem acceptata ante-
 quam moriatur conjux adulteri.

Ex primo capite igitur, nempe *Utroque
 patrante*, id est cum homicidium conjugis
 fit sine adulterio, ad contrahendum impe-
 dimentum criminis requiritur 1^o. Ut occi-
 sio eveniat ex communi consilio viri et
 feminae. Ita communiter Bellarminus ⁹,
 Sanchez ¹⁰, Pontius ¹¹, Palaus ¹², Bonacina ¹³,
 Cabassutius ¹⁴, Concina ¹⁵, Holzmann ¹⁶ et
 Salmant. ¹⁷, ex cap. *Laudabilem*, 1, de con-
 vers. infidel. — Requiritur 2^o. Ut homici-
 dium fiat animo contrahendi matrimonium
 cum complice homicidii; ut communissime
 tenent Glossa ¹⁸, Bellarminus ¹⁹, Palaus ²⁰,
 Pontius ²¹, Contin. Tournely ²², Laymann ²³,
 Sporer ²⁴, Salmant. ²⁵, Bonacina ²⁶, Cabas-
 sutius ²⁷ et Concina ²⁸; Sanchez ²⁹ cum
 S. Bonaventura, Soto, Paludano ^{a)}, Ma-
 jore et aliis multis: — contra Cajetanum,
 Scotum ^{b)} et alios paucos, qui dicunt
 non requiri animum nubendi cum adul-
 tero, eo quod in citato cap. *Laudabilem*,
 nulla fit mentio de hac conditione. Sed
 bene respondent auctores primo loco ci-
 tati quod, licet in jure non exprimatur
 praefata conditio, ipsa tamen colligitur ex
 fine legis, nimirum ne conjux machinetur
 mortem alterius ut postea cum altero
 nubat.

Requisita
 ad impedi-
 mentum u-
 troque pa-
 trante.

Quomodo
 distingua-
 tur impe-
 dimentum
 propter ho-
 micidium.

Perez, disp. 33, sect. 3, 4 et 5. — ¹ Disp. 31, n. 56 et
 seqq. — ² Lib. 7, disp. 79, n. 2. — ³ Tr. 10, part. 2, cap. 8,
 n. 256. — ⁴ Qu. 3, punct. 6, n. 8 et 9. — ⁵ Part. 3, tr. 4,
 resol. 198. - *Sanch.*, lib. 7, disp. 79, n. 38. — ⁶ Prax. S. Poe-
 nitent., part. 2, v. *Et cum hic*. — *Navar.*, Consil. 17, de
 sponsal., n. 3. — ⁷ Discept. 6, cap. 11, part. 7, § 8, n. 2. —
 S. Thom., 2^a 2^{ae}, qu. 154, art. 7. — ⁸ De Just. et Jure,
 tr. 3, disp. 105, n. 1. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 13.
 — ⁹ De Matr., cap. 22, v. *Crimen autem*. — ¹⁰ Lib. 7,
 disp. 78, n. 9 et 23. — ¹¹ Lib. 7, cap. 45, n. 4. — ¹² Tr. 28,
 disp. 4, punct. 12, n. 3. — ¹³ Qu. 3, punct. 6, n. 5. — ¹⁴ Lib. 3,

cap. 23, n. 3. — ¹⁵ De Matr., diss. 3, cap. 2, § 5, n. 4. — ¹⁶ De
 Matr., n. 568. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 55 et 47. — ¹⁸ In can. *Si
 quis vivente*, caus. 31, qu. 1, v. *Occidisse*. — ¹⁹ Loc. cit.,
 v. *Adde*. — ²⁰ Loc. cit., num. 5. — ²¹ Loc. cit., num. 4.
²² De Dispensat., part. 1, cap. 5, not. 4, v. *An autem*. —
²³ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 10, num. 2. — ²⁴ Part. 4,
 cap. 1, num. 102. — ²⁵ Loc. cit., num. 55. — ²⁶ Loc. cit.,
 n. 5. — ²⁷ Loc. cit., n. 3. — ²⁸ Loc. cit., n. 4. — ²⁹ Loc.
 cit., num. 13. S. Bonav., in 4, dist. 37, art. 2, qu. 3. -
 Sotus, in 4, dist. 37, qu. un., art. 4. - *Major*, dist. 35, qu. 2,
 cas. 2. *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonium*, imped. 5.

1031. - ^{a)} Sanchez dicit ignorantiam facti
 excusare, etiam crassam et supinam; Marcus
 Leo dicit excusare quamlibet ignorantiam
 etiam crassam.

^{b)} Sanchez, loc. cit., n. 36, ita sane docet:
 contrahi scilicet impedimentum, « si vere tunc
 vivebat ».

1032. - ^{a)} Quin etiam Sanchez, lib. 7,
 disp. 13, n. 4, hoc tenet ut probabilius.

1033. - ^{a)} Paludanus, in 4, dist. 34, qu. 1,
 art. 3 (num. 17); et dist. 37, qu. 2, art. 2
 (n. 4), tractat de casu adulterii concurrentis
 cum occisione.

^{b)} Scotus, in 4, dist. 35, v. f., negat re-

1034. - Notant tamen Sanchez¹; et Salmant.² cum Candido et Dicastillo, sufficere ad incurrendum impedimentum quod, inita ab utroque machinatione occisionis, intentio matrimonii adsit tantum ex parte unius.

Utrum autem *requiratur ut talis intentio saltem manifestetur?*

Negant Sanchez^{a)} cum Manuele^{a)} et Vega; ac Palaus³ cum Soto^{b)} et Gutierrez^{a)}: tum quia Ecclesia non punit praecise intentionem, sed occisionem externam hac intentione factam. Tum quia haec intentio, quando patratum homicidium, jam praesumitur: argumento *Clem. 1, § Verum, de haeret.*, ubi excommunicantur inquisitores qui ex odio reis injustitiam faciunt, vel ex eorum amore omittunt inquirere. — Affirmant vero Pontius⁴, Diana^{c)}; et Salmant.⁵ cum Vasquez^{d)}, Perez et Hurtado. Quia Ecclesia non potest punire quod non potest cognoscere; lex enim humana exposcere nequit nisi illam obedientiam quae homini debetur: homini autem non debetur nisi externa operatio quae praecipitur, interna enim soli Deo debita est. Respondent autem ad casum Clementinae, quod ibi non excommunicantur qui, ex odio vel amore simpliciter interno ducti, injustitiam committunt; sed qui insuper talis odii vel amoris externum indicium praestant.

Unde sic mihi probabilius dicendum videtur: Si occisionem praecesserint sufficientia indicia intentionis, puta munera,

¹ Lib. 7, disp. 78, n. 14. — ² Tr. 9, cap. 12, n. 53. *Candid.*, disquis. 28, art. 6, dub. 4. - *Dicast.*, disp. 7, dub. 56, n. 609. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 74, not. 2. — ³ Loc. cit., n. 5. — ⁴ Lib. 7, cap. 45, n. 4. — ⁵ Tr. 9, cap. 12, n. 53. - *Perez*, disp. 33, sect. 1, nmu. 7. *Gasp. Hurtad.*,

familiaritates, epistolae amatoriae, et similia, inter eos qui contrahere volunt: tunc incurritur impedimentum. — Secus, si intentio remanserit omnino interna: tunc enim Ecclesia nequit punire homicidium ex tali intentione factum, si nullum de ea indicium praecesserit.

1035. - Ex secundo capite, *Uno patrate*, nempe *ex homicidio cum adulterio*, ad dirimendum matrimonium sufficit quod, stante adulterio, una pars tantum perpetret homicidium, quamvis altera inscia. Ita communiter Sanchez⁶, Pontius⁷, Palaus⁸, Bonacina⁹; et Salmant.¹⁰ cum Dicastillo, Aversa, Cornejo, etc. — Id patet ex can. *Si quis vivente 5, caus. 31, qu. 1*, ubi dicitur, non obstante adulterio, valere matrimonium cum adultero post mortem conjugis: *nisi forte vir aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur*. Item, ex cap. *Propositum 1, de eo qui duxit, etc.*, ubi: *Nullus copulet matrimonio quam prius polluerat adulterio; et illam maxime cui fidem dederat, uxore sua vivente, vel quae machinata est in mortem uxoris*. Item ex cap. *Significasti 6, eod. tit.*, ubi validum fuit declaratum conjugium cum adultera: *nisi alter eorum in mortem uxoris defunctae fuerit machinatus, vel ea vivente, sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo*.

1036. - Ad hoc autem impedimentum incurrendum:

Requiritur 1^o. Ut mors vere secuta sit ex percussione, veneno, etc., dato a con-

disp. 23, diff. 1, n. 3. — ⁶ Lib. 7, disp. 78, n. 9. — ⁷ Loc. cit., n. 5. — ⁸ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 3. — ⁹ Qu. 3, punct. 6, n. 8. — ¹⁰ Loc. cit., n. 47. - *Dicast.*, disp. 7, dub. 56, n. 620. - *Aversa*, qu. 18, sect. 4, v. *Quinto*, v. *Communis tamen*. - *Cornejo*, disp. 7, dub. 21.

Requisita ad impedimentum uno patrate.

quiri hanc intentionem, « dum tamen mulier non sit conscia ».

1034. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 19, hoc innuit, sed loquens de casu occisionis conjunctae cum adulterio. Et ita etiam Manuel Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 227, n. 5; et Gutierrez, *de Matr.*, cap. 105, n. 23.

^{b)} Sotus, *loc. cit.*, art. 4, pariter innuit non requiri ut intentio manifestetur, cum sufficiat praesumptio hujus intentionis coram Ecclesia: « Quantum ad praesumptionem Ecclesiae, quomocumque sequeretur homicidium, impediretur matrimonium, quia censetur illo fine factum ». In conscientia tamen,

si revera non adfuit haec intentio valebit matrimonium. Et ita etiam loquitur Vega, expresse de casu praesenti tractans.

^{c)} Diana, *part. 9, tr. 7, resol. 25*, hoc utique dicit, sed in casu quo « homicidium ab adultero et adultera perpetratum [est] animo et intentione contrahendi inter se ».

^{d)} Vasquez, *in 1^{am} 2^{ae}, disp. 160, cap. 3, 4 et 5*, rationem tantum hujus sententiae habet, scilicet Ecclesiam non posse cognoscere, nec judicare, nec punire actus internos ut sic; neque eos posse judicare nisi quatenus manifestantur externe aliquo actu, qui de se ad eorum manifestationem referatur.

Non sufficit intentio matrimonii omnino interna.

juge vel ejus mandato. — Ita Pontius ¹, Palaus ², Bonacina ^{a)}; Salmant. ³ cum Sanchez ⁴ et communi.

2° Ut adulterium praecedat occisionem. — Pontius ⁵, Elbel ^{b)}; et Salmant. ⁶ cum Coninck.

3° Ut prius matrimonium fuerit validum, licet non consummatum; et licet obtentum sit divortium. — Sanchez ⁷ ac Pontius ⁸, ex cap. *Significasti 6, de eo qui duxit, etc.*

Requiritur 4° Ut adulterium sit consummatum, ita ut facta sit una caro. — Hinc, si vir vere non seminet in vase mulieris, nequaquam incurritur hoc impedimentum; ut Sanchez ^{c)}, Pontius, Palaus ⁹, Elbel ^{c)}; et Salmant. ¹⁰ cum S. Thoma ^{d)}, S. Antonino ^{d)} et communi.

Hic autem dubitatur: *an requiratur ad consummationem adulterii, ut non solum vir, sed etiam femina seminet?* — Negant Sanchez ^{e)}, et Palaus ^{e)}, Trullench ^{e)}, Bonacina ^{e)}, etc., apud Salmant. ¹¹. — Sed plures alii affirmant, ut Concina ^{f)} cum communi; S. Bonaventura ^{g)}, Innocentius ^{g)}, Hostiensis ^{g)} et Viguerius ^{g)}, apud Sanchez ¹²; et expresse id tenet D. Thomas ¹³, ubi: *Vir et mulier efficiuntur... una caro per commixtionem seminum. Unde, quan-*

tumcumque aliquis claustrum pudoris invadat vel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur... affinitas. Et ideo merito hanc sententiam probabilem vocant Sanchez ¹⁴ et Salmant. cum Palao, Trullench, Diana, Roncaglia. Vide infra. *n. 1075, v. Secunda.*

Requiritur 5° Ut adulteri sint conscii matrimonii; quare si femina rem habet cum conjugato quem putabat solutum, impedimentum non contrahitur. — Ita Sanchez ¹⁵, Palaus ¹⁶; ac Coninck, Aversa, Dicastillus, etc., cum Salmant. ¹⁷, ex cap. *Veniens*, et cap. *Propositum, de eo qui duxit, etc.*

An autem excuset tunc ignorantia crassa et culpabilis adulterii? — Negant Valentia, Coninck, Perez, etc., apud Salmant. ¹⁸; quia tunc (ut dicunt) adesset verum adulterium. — Sed affirmant probabiliter Busenbaum (ut supra *n. 1031, v. Secundum*) et Sanchez ¹⁹; ac Salmant. ²⁰ cum Rebello, Aversa. Tum quia excusat quaelibet ignorantia facti, ut esset haec, *ex reg. 13, de reg. juris in 6°*; tum quia ad adulterium requiritur dolus ex *leg. penult. ff. Ad legem juliam de adulteriis*: at cum ignorantia crassa, nisi fuerit saltem affectata, non datur dolus, ex Glossa ^{h)}.

Probabiliter excusat ignorantia crassa adulterii.

¹ Lib. 7, cap. 45, n. 5. — ² Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 4. — ³ Tr. 9, cap. 12, n. 48. — ⁴ Lib. 7, disp. 78, n. 7. — ⁵ Loc. cit., n. 5. — ⁶ Loc. cit., n. 50. — *Coninck*, disp. 31, n. 54. — ⁷ Lib. 7, cap. 45, n. 20. — ⁸ Lib. 7, disp. 78, n. 5. — ⁹ Loc. cit., n. 9. — ¹⁰ Loc. cit., n. 50. — ¹¹ Tr. 9, cap. 4, n. 5. — ¹² Lib. 2, disp. 21, n. 11. — ¹³ Suppl., qu. 55, art. 4, ad 2. — ¹⁴ Loc. cit. — *Salmant.*, loc. cit., n. 5. — *Palaus*, loc. cit., disp. 3, punct. 2, § 1, n. 1. — *Trull.*, lib. 7, cap. 4, dub. 5, n. 4. — *Diana*, part. 3, tr. 5, resol. 19; part. 4, tr. 2, resol. 43. —

Roncagl., qu. 4, cap. 3, qu. 9. — ¹⁵ Lib. 7, disp. 78, n. 12. — ¹⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 8. — *Coninck*, disp. 31, n. 53. — *Aversa*, qu. 18, sect. 4, v. *Octavo*. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 56, n. 620. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 51. — *Valent.*, in 3^{am} Part., disp. 10, qu. 5, punct. 3, imped. Crimen. — *Coninck*, disp. 31, n. 61. — *Perez*, disp. 33, sect. 3, n. 6. — ¹⁸ Loc. cit., n. 52. — ¹⁹ Lib. 5, disp. 79, n. 38 cum disp. 78, n. 12. — ²⁰ Loc. cit., n. 52. — *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 8, n. 12. — *Aversa*, loc. cit., sect. 3, v. *Sed plerique*.

1036. — ^{a)} Bonacina, *qu. 3, punct. 6, n. 6*, haec habet de crimine *utroque patrans*.

^{b)} Elbel, *de Matr.*, *n. 159*, non hanc conditionem, sed praecedentem habet.

^{c)} Sanchez, *lib. 7, disp. 79, n. 2*, hoc dicit de casu criminis *neutro patrans*; sed cum in utroque casu requiratur adulterium, quod de uno dicitur, de altero dicendum etiam est. — Idemque notandum venit de Pontio, *lib. 7, cap. 45, num. 2*; et Elbel, *n. 160*.

^{d)} S. Thomas, *in 4, dist. 41, qu. un., art. 1, sol. 4, ad 2*; S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 11, init.*, requirunt ad consummationem matrimonii, ut vir seminet intra vas mulieris.

^{e)} Sanchez, *lib. 2, disp. 21, n. 11*; Palaus, *tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 1, n. 1*; Trullench, *lib. 7, cap. 4, dub. 5, n. 4*; Bonacina, *qu. 3,*

punct. 12, n. 13, negant requiri ad consummationem matrimonii, ac proinde (Bonacina) ad impedimentum affinitatis.

^{f)} Concina contra, *de Matr.*, *diss. 1, cap. 8, § 8, n. 4*, probabilius esse ait quod non requiratur seminatio mulieris ad matrimonii consummationem.

^{g)} S. Bonaventura, *in 4, dist. 41, qu. 1*; Innocentius, *in cap. Fraternalitati, de eo qui cognovit consang.*; Viguerius, *Instit.*, *cap. 16, § 7, vers. 9, in 6 imped.*, requirunt ad affinitatem contrahendam commixtionem seminum. Quae tamen opinio « non multum placeat » Hostiensi, *in d. cap. Fraternalitati*. — Praeterea Innocentius non satis sibi consentire videtur; nam *ibid.*, dicit dubitari posse utrum requiratur ut mulier seminet.

^{h)} Lex Magna ff. *de verbor. et rer. si-*

Requiritur 6^o. Ut occisio facta fuerit cum animo nubendi cum adultera, saltem ex parte occidentis: modo is externe talem intentionem alteri manifestarit, juxta sententiam allatam mox supra *n. 1034*, ubi diximus requiri manifestationem saltem per indicia praecedentia. Idque procedere in utroque casu dicunt Salmant. ¹ cum Sanchez ⁱ⁾, Pontio, Vasquez ^{j)}, Perez ^{k)}, Dicastillo ^{l)}, etc. — Hinc infertur quod si vir uxorem occidat ut liberius adultera fruatur, vel ob aliam causam, etiamsi ista consenserit ad homicidium, sed absque intentione matrimonii, impedimentum non contrahitur. Immo, si vir occidat uxorem ut aliam indeterminatam ducat, potest deinde ducere adulteram. Sanchez ², Pontius ³, Palaus ⁴, Bonacina ⁵; et Salmant. ⁶ cum Palaus, etc. Secus tamen, si occidat ut aliquam ex adulteris ducat; ut Salmant. ⁷ cum Coninck, Aversa ^{m)}, Dicastillo, etc. ⁿ⁾.

1037. - Ex tertio capite, *Neutro patrante*: nempe quando *non adest homicidium*, sed solum *adulterium cum promissione matrimonii*; ut habetur in relatis *cap. 1 et 6, de eo qui duxit, etc.*, et clarius in *cap. fin. eod. tit.* — Docentque Sanchez ⁸, Pontius ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Palaus, Bonacina, Coninck, etc., tale impedimentum contrahi a conjugate fideli etiam cum infi-

deli adultera ^{a)}; quia, licet Ecclesia non possit punire infidelem, potest tamen fidelem.

Ad hoc autem impedimentum incurrendum, requiritur 1^o. Quod tam adulterium quam promissio habita sint vivente conjugate; ut Sanchez ¹¹, Sporer ¹²; et Salmant. ¹³ cum Bonacina et Cornejo. — Requiritur 2^o. Ut promissio non fuerit revocata ante adulterium. Sanchez ¹⁴, Sporer ¹⁵; et Salmant. ¹⁶ cum Coninck et Bonacina. Dixi: *ante adulterium*. Nam si fuit revocata postea, tunc remanet impedimentum; cum jam contractum sit, sive promissio antecesserit, sive subsecuta fuerit adulterium; ut expressum habetur in *cap. fin. de eo qui duxit*; ibi: *Ceterum tolerari non debet, si prius vel postea (ad fidem datam) dum vixerit uxor ipsius, illam adulterio poluisset.* — Requiritur 3^o. Ut promissio fuerit externa et acceptata: unde non sufficit si adultera mere negative se habuerit; ut communiter docent Palaus ¹⁷, Bonacina ¹⁸, Cabassutius ¹⁹, Concina ²⁰ et Salmant. ²¹.

1038. — Sed dubitatur 1^o. *An taciturnitas adulterae sit sufficiens signum consensus?*

Affirmant Pontius ²²; et Coninck, Rebellus et Hurtadus, apud Palaus ²³; quia in materia favorabili taciturnitas habetur

Quid de taciturnitate adulterae.

¹ Tr. 9, cap. 12, n. 53. *Pont.*, lib. 7, cap. 45, n. 4 et 5. — ² Lib. 5, disp. 78, n. 18. — ³ Loc. cit., n. 5. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 5. — ⁵ Qu. 3, punct. 6, n. 17. — ⁶ Loc. cit., n. 54. — *Palaus*, loc. cit., n. 5. — ⁷ Loc. cit., n. 54. *Coninck*, disp. 31, n. 55. *Dicast.*, disp. 7, dub. 56, n. 616. — ⁸ Lib. 7, disp. 79, n. 42. — ⁹ Lib. 7, disp. 45, n. 6. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 64. *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 6. *Bonac.*, qu. 3, punct. 6, n. 20. *Coninck*, disp. 31, n. 55. — ¹¹ Lib. 7, disp. 79, n. 5. — ¹² Part. 4, cap. 1, n. 108. —

¹³ Tr. 9, cap. 12, n. 60. — *Bonac.*, qu. 3, punct. 6, n. 12. — *Cornejo*, tr. 6, de Imped. Matr., dub. 22, n. 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 7. — ¹⁵ Loc. cit., n. 107. — ¹⁶ Tr. 9, cap. 12, n. 60. *Coninck*, disp. 31, n. 60. — *Bonac.*, loc. cit., n. 13. — ¹⁷ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 11. — ¹⁸ Qu. 3, punct. 6, n. 9. — ¹⁹ Lib. 3, cap. 23, n. 5. — ²⁰ De Matr., diss. 3, cap. 2, § 5, n. 6. — ²¹ Tr. 9, cap. 12, n. 61. — ²² Lib. 7, cap. 45, n. 2. — *Coninck*, loc. cit., n. 58. — *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 8, num. 6. *Gasp. Hurtad.*, disp. 23, diff. 2, n. 9, i. f. — ²³ Loc. cit., n. 11.

gnif., dicit: « Magna negligentia culpa est; magna culpa, dolus ». Id est « comparatur » ait Glossa.

ⁱ⁾ Sanchez hic non citatur a Salmant.

^{j)} Vasquez, in *Iam 2ae*, disp. 160, cap. 3, rationem adjectam dumtaxat habet, uti supra notatum est.

^{k)} Perez, disp. 33, sect. 1, n. 7, id habet de crimine, utroque patrante.

^{l)} Dicastillus, disp. 7, dub. 56, n. 608, hanc utique requirit intentionem nubendi cum adultera; sed *n. 611*, probabile esse ait, quod hoc impedimentum incurratur ob hunc finem internum et incognoscibilem, non tamen citatur a Salmant. pro hoc asserto.

^{m)} Aversa, qu. 18, sect. 4, v. *Tertio*, occasione criminis *utroque patrante*, dicit ge-

neratim: « Si intendebat ducere unam ex tali v. g. familia, hoc sufficit ad incurrendum impedimentum, si adsint aliae conditiones ».

ⁿ⁾ Super hoc autem casu (uno patrante) notandum occurrit, quod impedimentum directe et principaliter incurritur a parte adultera, quae mortem conjugati intulit. Quare si haec impedimentum non contrahit; puta, quia est infidelis, nec altera pars illo irretitur. — In ceteris vero casibus, incurritur impedimentum directe a parte fideli: unde et infidelis indirecte illo ligatur, cum matrimonium non possit claudicare.

1037. - ^{a)} Pontius et Bonacina haec dicunt de quocumque impedimento ex crimine, idemque videntur sentire Palaus et Coninck.

pro consensu. — Sed negant Sanchez ¹; et Palaus ² cum Gutierrez; quia talis materia potius est odiosa quam favorabilis, cum acceptans subjiciatur poenis ecclesiasticis. — Merito Sporer ^{a)} cum Tamburino utramque sententiam vocat probabilem.

1039. - Dubitatur ²o. *An promissio ficta matrimonii cum adulterio inducat impedimentum?*

Affirmant (modo fictio externe non appareat) Sanchez ³; et Palaus ⁴ cum Coninck et Gutierrez; quia talis promissio ficta jam apta est inducere adulteram ad captandam mortem conjugis: quod jura vitare intendunt. — Sed probabilius et communius negant Bonacina ⁵, Sporer ⁶, Holzmann ⁷, Croix ⁸, Elbel ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Laymann, Perez, Dicastillo, etc. Ratio, quia jura (in textibus citatis *n. 1035*) requirunt fidem sive promissionem matrimonii: ficta autem promissio non est promissio. Et quamvis cum tali ficta promissione non vitetur periculum in adultera decepta captandae mortis conjugis: tamen, cum agatur de lege prohibitiva et de materia odiosa, stricta facienda est interpretatio: tanto magis quod finis praecepti non cadit sub praecepto.

1040. - Dubitatur ³o. *An promissio conditionata eo casu inducat impedimentum?*

Affirmant Contin. Tournely ¹¹; ac Sanchez ^{a)} cum Navarro, Manuele et Vega. Quia promissio conditionata inducit obli-

gationem non resiliendi; et per eam vere dicitur data fides, et vere praebetur ansa captandi mortem conjugis.

Negant vero probabilius Laymann ¹², Holzmann ¹³, Tamburinus ¹⁴, Elbel ^{b)}; et Sporer ¹⁵ cum Coninck et Perez. Ratio, quia jura requirunt fidem, per quam (cum simus in odiosis, ubi lex stricte interpretanda) intelligenda est fides, seu promissio pura et absoluta. Praeterquam quod per promissionem conditionatam non ita datur ansa captandae mortis, sicut per promissionem absolutam. — Dicunt tamen praefati auctores ^{c)} talem promissionem bene inducere impedimentum, postquam conditio verificata fuerit ante mortem conjugis. Sed huic responderi posset quod promissio illa, adhuc impleta conditione, nec pura per se dici potest, prout requiritur a jure. Caeterum, quia communiter hanc exceptionem doctores tradunt, sapientibus me remitto.

1041. — Dubitatur ⁴o. *An ad incurrendum impedimentum requiratur ut promissio fuerit mutua?*

Affirmant Bellarminus ¹⁶, Elbel ¹⁷ et Holzmann ¹⁸; item Laymann ^{a)}, Henriquez, Gobat ^{b)} et Diana, apud Croix ¹⁹: idque clare indicat Glossa in cap. *Significasti 6, de eo qui duxit*. Quia (ut ajunt) jura videntur illam requirere promissionem, quae alias in sponsalibus obligationem utrinque inducit ad matrimonium contrahendum. — Sed communius et probabilius negant

Nec (probabilius) promissio conditionata.

Juxta alios, requiritur promissio mutua.

Promissio ficta cum adulterio probabilius non inducit impedimentum.

¹ Lib. 7, disp. 79, n. 25. — ² Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 11. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 105, n. 28. — *Tambur.*, lib. 8, de Matr., tr. 1, cap. 6, § 3, n. 7. — ³ Loc. cit., n. 10. — ⁴ Loc. cit., n. 12. *Coninck*, disp. 31, n. 57. *Gutierr.*, loc. cit., n. 28, v. *Quarta*. — ⁵ Qu. 3, punct. 6, n. 8, i. f. — ⁶ Part. 4, cap. 1, num. 109. — ⁷ De Matr., num. 562, v. 4. — ⁸ Lib. 6, part. 3, n. 625. — ⁹ De Matr., n. 175. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 62. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 10, n. 4, v. *Quarta*. - *Perez*, disp. 33, sect. 4, n. 2. *Dicast.*, disp. 7, dub. 56, n. 638. — ¹¹ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 5, n. 2. —

Navar., Consil. 2, de eo qui duxit. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 227, n. 5. *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 70, i. f. — ¹² Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 10, n. 4, v. *Sexta*. — ¹³ De Matr., n. 562, v. 5. — ¹⁴ De Matr., tr. 1, cap. 6, § 3, n. 4. — ¹⁵ Part. 4, cap. 1, n. 109. *Coninck*, disp. 31, n. 59. *Perez*, disp. 33, sect. 4, n. 5. — ¹⁶ De Matr., cap. 22, v. *Secundus est*. — ¹⁷ De Matr., n. 165. — ¹⁸ Loc. cit., v. 6. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 14, num. 3. *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 198 (Coord., tom. 2, tr. 6, resol. 168). — ¹⁹ Lib. 6, part. 3, n. 626.

1038. - ^{a)} Sporer, *part. 4, cap. 1, n. 109*, adducit Tamburinum dicentem utramque sententiam esse probabilem, et addit: « Et ego, nisi de consensu constet, in mitiorem sententiam inclino ».

1040. - ^{a)} Sanchez, *lib. 7, disp. 79, n. 11*, dicit utique oriri impedimentum; sed hoc dictum limitat: nisi deficiat conditio ante commissum adulterium.

^{b)} Elbel, *de Matr.*, n. 162, ait: « Ante purificatam seu impletam conditionem non in-

curritur hoc impedimentum, bene vero si conditio sit adimpleta, et accesserit adulterium ».

^{c)} Scilicet Laymann, Tamburinus, Sporer et Perez.

1041. - ^{a)} Laymann, *loc. cit.*, num. 4, v. *Quinta*, dicit: « Non est improbabile ».

^{b)} Gobat citatur a Croix pro alio asserto; ceteroquin ipse, *tr. 9, n. 197*, tenet secundam opinionem, quae est et ipsius S. Alphonsi: « Communius, inquit, ... si una pars adulte-

Probabilius negatur.

Sanchez¹; Bonacina² cum Coninck, Silvestro^{c)}, Perez et Rebello; et Palaus³ cum Soto, Hurtado et communi, ut asserit. Ratio, quia in jure (ut patet ex *cap. 1 et 6, de eo qui duxit* relatis n. 1035) nulla mentio fit de repromissione, sed tantum de fide data. Alia igitur promissio requiritur in sponsalibus inter solutos, ut obliget ad matrimonium: quod pendet a jure naturali; alia inter conjugatos, ut inducat impedimentum: quod pendet a jure positivo^{d)}.

Adulterium cum matrimonio attentato dirimit.

1042. - Ultimo hic notandum quod tribus criminibus, ex quibus oritur impedimentum, additur quartum: *Adulterium nimirum cum matrimonio attentato*; scilicet cum quis, sua uxore vivente, copulam habuerit cum alia, cum qua matrimonium insuper contrahere ausus sit. — Hoc matrimonium nullum est, sive copula praecesserit attentatum, sive subsequuta sit. Ita ex *cap. Significavit 2, cap. Ex litterarum 4, cap. Cum haberet 5, et cap. Si quis uxore 8, de eo qui duxit*. Vide Croix⁴.

Promittere matrimonium alteri, vivente conjuge, lethale.

1043. - Qui autem, vivente sua conjuge, promitteret alteri matrimonium, sed sine adulterio et matrimonio attentato: quamvis non incurrat impedimentum, non tamen excusatur a peccato mortali; ut Sanchez⁵, Laymann⁶, Bonacina⁷, Elbel⁸, et Pa-

laus⁹ cum Abbate, ex *cap. fin., de eo qui duxit*.

1044. - « Dicitur VI^o. DISPARITAS CULTUS, sive religionis: quae dirimit matrimonium inter baptizatum et non baptizatum, etiam catechumenum. Idque jure tantum ecclesiastico, non scripto. Bonacina¹⁰ ex Coninck, etc. *a)*. — Inter baptizatos vero non dirimit, etsi impediat. « Matrimonia vero cum haereticis, etsi illicita, sunt tamen valida. Vide supra, « *Lib. 2, tract. 1, cap. 4, dub. 3* ».

Disparitas cultus qualiter impediat.

Ut habetur in *cap. 7, de divortiiis*. Vide dicta *de Sacram. in gen., n. 56*. — Ubi adde id quod dicit noster Summus Pontifex Benedictus XIV in bulla *Matrimonia*, edita die 4 Nov. 1741. Ibi postquam Pontifex declaravit conjugia inter haereticos esse valida, sic ait: *Dolens... Sanctitas Sua eos esse inter catholicos, qui, insano amore turpiter dementati, ab hisce detestabilibus connubiis, quae sancta Mater Ecclesia perpetuo damnavit..., ex animo non abhorrent...: episcopos omnes, vicarios apostolicos, parochos..., in iis partibus degentes, serio graviterque hortatur et monet, ut catholicos... ab hujusmodi nuptiis, in propriarum animarum perniciem ineundis, quantum possint absterreant... atque efficaciter impedire satagant*^{b)}.

¹ Lib. 7, disp. 79, n. 24. — ² Qu. 3, punct. 6, n. 9. Coninck, disp. 31, n. 62. Perez, disp. 33, sect. 5, n. 5. - *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 8, n. 6. — ³ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 13. - *Sotus*, in 4, dist. 37, art. 4, v. *Secundus casus*. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 23, diff. 2, n. 9. — ⁴ Lib. 6,

part. 3, n. 621. — ⁵ Loc. cit., n. 40. — ⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 10, n. 7. — ⁷ Loc. cit., n. 10 et 11. — ⁸ De Matr., n. 174. — ⁹ Tr. 28, disp. 4, punct. 12, n. 15. - *Abb. Panorm.*, in cap. fin., de eo qui duxit. — ¹⁰ Qu. 3, punct. 7, n. 2. - *Coninck*, disp. 31, n. 43. — *Bened. XIV* bulla *Matrimonia*, § 3.

rantium acceptet promissionem factam ab altera, esto non repromittat vicissim, exurgit nihilominus inhabilitas ».

^{c)} Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 9, v. Quartum*, quidquid dicat Bonacina, hoc non habet.

^{d)} Impedimentum criminis longe probabilis incurritur ab iis qui illud suo delicto annexum esse ignorant, quia ab Ecclesia statutum fuit, nedum tamquam poena, sed vel maxime quia publice inhonestum ac perniciosum est contrahi matrimonium inter eos qui tantorum flagitiorum rei sunt. Cum hac sententia, juxta de Angelis, maxime cohaeret praxis Poenitentiariae Apostolicae, quod satis indicat illud tribunal nolle recognoscere rationabilitatem sententiae negantis.

1044. *a)* A. S. O. quaesitum est: « An Calvinistae et Lutherani in illis partibus degentes, quorum Baptisma dubium et suspe-

ctum est, infideles habendi sint, ita ut inter eos et catholicos disparitatis cultus impedimentum dirimens adesse censeatur? » — Et S. Tribunal, die 17 Novemb. 1830, respondit: « 1^o Quoad haereticos, quorum sectae Ritualia praescribunt collationem Baptismi absque necessario usu materiae et formae essentialis, debet examinari casus particularis. — 2^o Quoad alios, qui juxta eorum Ritualia baptizant valide, validum censendum est Baptisma. Quod si dubium persistat etiam in primo casu, censendum est validum Baptisma in ordine ad validitatem matrimonii. — 3^o Si autem certo cognoscatur nullum Baptisma ex consuetudine actuali illius sectae, nullum est matrimonium ». Cfr. etiam aliud responsum S. O., datum die 1 Aug. 1883.

b) Matrimonia mixta aliquando licita fieri possunt ex dispensatione Pontificia ob gravem causam concessa, adhibitis insuper de-

Vis et metus dirimunt matrimonium.

1045. - « Dicitur VII^o. Vis, sive violentia, et gravis metus injuste incussus ad « matrimonium extorquendum. — Irritat-
« que in utroque foro ». [Ex cap. *Significavit*, de eo qui duxit; ex cap. *Cum locum*, cap. *Veniens* et cap. *Consultationi*, de sponsal. Vide Salmant.¹ cum D. Thoma et communi. Et hoc, etiamsi intervenierit

juramentum: nisi juramentum sit de ponendo consensu libero; quia tunc certe obligat, ut bene notat Viva²]. — « Et « quidem jure naturae, si a contrahente; « positivo autem, si a tertio sit incussus.
« Addo 1^o. *Gravis*: qualis scilicet cadit « in virum constantem, v. gr. mortis, per- « petui carceris, amissionis bonorum, inju-

Conditio- nes requi- sitae in me- tu.

¹ Tr. 9, cap. 9, n. 2 et 3. - S. Thom., in 4, dist. 29, qu. un., art. 3, solut. 1. — ² De Matr., qu. 4, art. 3, n. 4, v. *Sequitur 2*.

bitis cautionibus, et servatis certis conditionibus. Cautiones adhibendae, et quae nunquam, ne in mortis quidem articulo, remitti seu dispensari possunt, sunt: ut non solum catholicus conjux ab acatholico perverti non possit; quinimo catholicus ipse conjux teneri se sciat ad acatholicum pro viribus ab errore retrahendum; verum etiam ut universa utriusque sexus proles ex mixtis hisce matrimoniis procreanda, in sanctitate catholicae religionis educari omnino debeat. Ad has cautiones hodie, secluso peculiari statuto, sufficit talis promissio, quae, in pactum deducta, praebeat morale fundamentum de veritate executionis. — Praeterea certae conditiones in ipsa matrimonii celebratione servandae sunt, nempe ut haec mixta connubia extra ecclesiam et absque parochi benedictione ulloque alio ecclesiastico ritu celebrentur. Unde parochi praesentia ea esse debet ut matrimonio non assistat in loco sacro, nec cum vestimentis quae sacrum ritum praeferant; nec debet super contrahentes liturgicas preces recitare, neque ullo modo ipsis benedicere, nec proclamationes facere. Requiritur tamen omnino ad validitatem, juxta hodiernam disciplinam, ut contrahentium consensum exquirat et recipiat (Vide notam *a* ad *num.* 1094 infra). Quodsi propter gravia rerum adjuncta, hae conditiones servari nequeant, relinquatur arbitrio episcopi, onerata ejus conscientia, ut possit permittere in hujusmodi nuptiis ritum in Rituali dioecesano legitime praescriptum, exclusa semper Missae celebratione. Et eo casu posse etiam tolerari proclamationes, tacita nupturientium religione, et de factis proclamationibus litteras testimoniales, quae unice enuntiant nil praeter Ecclesiae vetitum matrimonio obstare, omissis quibuscumque verbis ex quibus consensus vel cujuslibet approbationis suspicio oriri possit. — Et haec quidem de matrimoniis mixtis licitis; de illicitis vero, quae videlicet sine apostolica dispensatione contrahuntur, sequentia sedulo sunt notanda. Parochus per se et regulariter loquendo nequit eis assistere. Verum si in Ecclesiae utilitatem et commune animarum bonum cedere posse dignoscatur, hujusmodi nuptias, quantumlibet illicitas et vetitas, coram parochi catholico potius quam coram ministro haeretico, ad quem partes facile con-

fugere possent, celebrari: tunc ipse parochus catholicus, aliusve sacerdos ejus vices agens, poterit iisdem nuptiis, omni excluso ecclesiastico ritu, adesse, perinde ac si partes unice ageret testis mere vulgo qualificati seu autorizabilis, ita scilicet ut utriusque conjugis exquisito et audito consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimonium librum referre queat. Item fieri possunt proclamationes et concedi litterae testimoniales eo modo quo supra dictum est. — Si vero sponsi contrahere velint coram ministro haeretico, sed ad actum mere civilem implendum, nempe ut lege civili imperante, habeantur civiliter honesti conjuges prolesque censeantur legitimae, hoc non improbat. Si autem minister haereticus censetur veluti sacris addictus et quasi parochi munere fungens, non licet parti catholicae coram illo se sistere ad contrahendum, sub poena excommunicationis latae sententiae. In hoc casu, parochus debet ab omni interventu abstinere, nisi forte, remoto scandalo et gravissima accedente causa, v. g. concubinatus periculo. — Parochus interrogatus a contrahentibus, vel certo sciens eos adituros esse ministrum haereticum, silere non potest, sed monere debet sponso de gravissimo peccato quod admittunt et de censuris quas incurrunt. Nihilominus, ad gravia mala praecavenda, si in aliquo peculiari casu parochus non fuerit interpellatus, et nulla fiat explicita sponsorum declaratio de adeundo ministro haeretico, sed praevideat illum adituros et suam monitionem certo non profuturam, tunc sileat. Quodsi jam praestiterint consensum coram ministro haeretico (idque publice notum sit vel ab ipsis sponsis parochi notificetur) et velint eum coram parochi catholico renovare, parochus huic matrimonio non intererit, nisi, servatis, ut supponitur, ceteroquin servandis, pars catholica facti poenitens, praeviis salutaribus poenitentiis, absolutionem a contractis censuris rite prius obtinuerit. Cautiones vero a conjugibus in foro etiam externo praestari debent et hunc in finem recursus ad episcopum postulatur.

Hic demum addenda veniunt quae decreta sunt a S. O. circa matrimonia contrahenda cum *franco-muratoribus* et *liberis pensatoribus*. Quaesitum porro fuit « 1^o Quid agendum quando vir baptizatus, sed apostasiam a

« stae excommunicationis, enormis indignationis patris valde austeri. — Quando vero metus est *levis*, contractus censetur spontaneus: idque, ad cavendas lites, etiam in matrimonialibus, ut sacramento consulatur. Rebellus ^{a)}, Sanchez, Pontius ^{a)}, etc. communiter cum Diana ^{b)}, — quamvis Navarrus, Gabriel et Covarruvias ^{c)} id negent, si metus ita extorserit consensum, ut absque eo non fuisset.

« Addidi 2^o. *Injuste*. — Quia si *juste* sit incussus, valet matrimonium: talis enim non tam infertur ab alio quam ab ipsomet qui causam dedit, ut si v. gr. deprehenso in crimine cum filia mineris accusationem nisi illam ducat.

« Addidi 3^o. *Ad extorquendum*. — Quia matrimonium ex metu etiam gravisimo, undecumque et quandocumque incusso, dummodo non ad matrimonium

« extorquendum, valet: tunc enim non tam contrahitur metu quam eligitur medium evadendi periculum; et matrimonium est simpliciter voluntarium.

« Unde resolvitur valere matrimonium in sequentibus casibus (Vide Bonacina ¹⁾):

« 1^o. Si concubiniarius metu gehennae vel mortis, in morbo vel naufragio contrahat cum concubina. — Bonacina ².

« 2^o. Si quis a medico persuasus non diu se victurum, nisi ducta uxore, eam ducat. — Bonacina ³.

« 3^o. Si in carcerem conjectus, spe evadendi, contrahat cum filia lictoris. — Sanchez ⁴, Coninck ⁵.

« 4^o. Si ad mortem damnatus, ut evadat, ducat meretricem ^{a)} aut aliam. — Coninck ⁶, Filliuccius ⁷.

« 5^o. Si princeps obsessus offerat filiam in matrimonium obsidenti, ut liberetur a obsidione ^{e)}.

Metus non dirimens matrimonium.

Sanch., lib. 4, disp. 17, n. 3 et 4. — *Navar.*, Man., cap. 17, n. 30; et cap. 22, n. 51, v. *Septimum*. *Gabr. Biel*, Suppl., dist. 29, qu. un., artic. 2, concl. 4. — ¹ Qu. 3,

punct. 8. — ² Loc. cit., n. 18. — ³ Loc. cit., n. 19. — ⁴ Lib. 4, disp. 12, n. 10. — ⁵ Disp. 28, n. 10. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 103.

fide verbis et corde profitens, asserensque nominatim se non credere sacramentis Ecclesiae, petit matrimonium coram ejusdem Ecclesiae facie, unice ut desiderio sponsae satisfaciat? — 2^o Quid si idem vir petit, sectae condemnatae muratorum vel simili addictus, qui licet fidem non omnino amiserit, sectae tamen debite renunciare recusat?»

Quibus S. O., die 30 Januarii 1867, respondit: « Ad 1. Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae a fide ita defecit, ut alicui falsae religioni vel sectae sese adscripserit, requirendam esse consuetam et necessariam dispensationem cum solitis ac notis praescriptionibus et clausulis. Quodsi agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram, quae fidem abjecit, at nulli falsae religioni vel haereticae sectae sese adscripsit, quando parochus nullo modo potest hujusmodi matrimonium impedire (ad quod totis viribus incumbere tenetur), et prudenter timet ne ex denegata matrimonio assistentia grave scandalum vel damnum oriatur, rem deferendam esse ad episcopum, qui..., inspectis omnibus casus adjunctis, permittere poterit ut parochus matrimonio passive intersit tamquam testis *authorizabilis*, dummodo cautum omnino sit catholicae educationis universae prolis aliisque similibus conditionibus ». — « Ad 2. Dandum esse decretum diei 28 Junii 1865, quod est hujusmodi. Quoad matrimonia in quibus una contrahentium pars clandestinis aggre-

gationibus per Pontificias Constitutiones damnatis adhaeret, dummodo absit scandalum, Ordinarius, habita circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat quae magis expedire judicaverit ». Quae iterum confirmata sunt decreto 25 Maji 1897 et 11 Januarii 1899. — Sed, juxta decretum *Ne temere*, responso ad 1^{um} addendum est: requiri ad validitatem, ut parochus exquirat et recipiat contrahentium consensum.

1045. — ^{a)} Rebellus, *part. 2, lib. 2, qu. 11, n. 9*, ita sane docet, sed subdit: « Si modo consensum omnino non tollat ». Quo casu dicit metum levem dirimere in foro conscientiae, quamvis non dirimat in foro externo. Et Pontius, *lib. 4, cap. 18, num. 2*, approbat limitationem Rebelli: Hinc isti auctores non dissentiant a Navarro et Gabriele.

^{b)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 230*, ait theologos communiter negare matrimonium ex metu levi irritum esse; sed, *tr. 5, resol. 117*, dicit utramque opinionem, affirmantem scilicet et negantem, probabilem esse.

^{c)} Covarruvias, *de Matr., part. 2, cap. 3, § 6, n. 5 et 6*: « Adnotandum est, inquit, matrimonium ex tacito consensu filii praesentis, nec contradicentis patri pro eo contrahenti..., minime tenere quando filius taceat propter metum reverentialem patris, alias non taciturus ».

^{d)} Coninck et Filliuccius non loquuntur de meretrice, bene tamen Bonacina. De cetero concordant.

^{e)} Casus iste, ut exponitur a Busenbaum,

« 6°. Si raptor vel deflorator virginis, « metu mortis offerat se judici ad eam « ducendam. — Bonacina ^{f)}, ex Regi- « naldo ^{f)}, Henriquez ^{f)}, etc.

« 7°. Si ad mortem decumbens con- « trahat cum filia medici, alias illi mederi « nolentis. — Rebellus ^{g)}, Sanchez ¹, Co- « ninck ^{h)}, Filliuccius ²; etsi alii quidam « negent.

« 8°. Etsi metus gravis incussus fuerit « tantum ad contrahendum matrimonium « in genere ⁱ⁾, contractum tamen nullum « esse docent Sanchez, Salas, Palaus, Pon- « tius, etc., cum Diana ³; — contra Azor « et alios quatuor ^{j)}.

« 9°. Quando matrimonium ex gravi « metu contractum fuit, non teneri (in foro « conscientiae) per se loquendo, illud per- « ficere, posseque altero invito resilire, « etiam eum qui liber a metu fuit ^{k)}, etiamsi « ab ipso seu ejus culpa illatus fuerit; do- « cent Sanchez, Villalobos, Hurtadus et « Ochagavia, cum Diana ⁴; — contra Co- « ninck et Pontium ^{l)} ».

¹ Lib. 4, disp. 12, n. 15. — ² Tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 103. — *Sanch.*, lib. 4, disp. 12, n. 20. *Salas*, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 3, disp. 3, n. 27. — *Palaus*, tr. 2, disp. 1, punct. 9, n. 9. — *Pont.*, lib. 4, cap. 14, n. 14. — ³ Part. 4, tr. 4, resol. 33. — *Azor*, part. 1,

1046. — Supponendum est 1°. Vim dif- ferre a metu. — *Vis* enim omnino tollit voluntarium; cum sit a principio extrin- seco, et ipse vim passus nihil agit. *Metus* vero non tollit simpliciter voluntarium; unde in *leg. 1*, ff. *Quod metus causa*, sic metus definitur: *Est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio*. — Hic autem advertendum quod *vis* accipitur pro *metu*.

Supponendum 2°. *Metum* alium esse ab intrinseco, alium ab extrinseco. — *Metus ab intrinseco* est ille qui infertur a causa intrinseca vel naturali, qualis est metus mortis ex morbo aut naufragio, etc. — *Metus vero ab extrinseco* est qui infertur a causa extrinseca et libera, nempe ab homine; et hic requiritur ad irritan- dum matrimonium.

Supponendum est 3°. *Metum* alium esse *gravem*, sive cadentem in virum constan- tem, alium esse *levem*. — Dicitur metus *gravis*, quando grave est malum quod timetur.

lib. 1, cap. 11, qu. 11. — *Sanch.*, lib. 4, disp. 15, n. 5. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 37, n. 3. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 6, diff. 4, n. 16. *Ochagav.*, tr. 3, qu. 30. ⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 229; et part. 9, tr. 8, resol. 27. — *Coninck*, disp. 28, n. 7.

Vis et me- tus qualite- differant.

Metus quo modo divi- datur.

videtur sensu carere; sed Filliuccius, *loc. cit.*, v. *Quartus*, rectius loquitur, dicens validum fore matrimonium « quod princeps obsessus faceret cum filia obsidentis, ut sic solvatur ab obsidione ».

^{f)} Bonacina, *loc. cit.*, n. 22, loquitur de deflорatore deprehenso a patre vel fratre puellae, quibus ex metu mortis se offert ad eam ducendam. — Et ita etiam Reginaldus, *lib. 31*, n. 79; et Henriquez, *lib. 11*, cap. 9, n. 2; Henriquez tamen addit etiam judicem.

^{g)} Rebellus, *loc. cit.*, qu. 11, num. 15, id dicit de femina quae nubit medico qui « eam nolit curare, nisi sibi nubat ».

^{h)} Coninck, *disp. 28*, num. 11, loquitur de femina, quam vel cujus parentem medicus curare non vult nisi sibi nubat, et distinguit, affirmans matrimonium validum esse, « quando medicus ex longinquis regio- nibus esset petendus, et non nisi cum gravi difficultate posset ad aegrum venire, aut quando alias habet causas, sive justas sive injustas, ob quas suam operam aegro negat, ita ut hoc non faciat ut matrimonium extor- queat, quamvis paratus sit eam exhibere aegro, si puella ei nubat ». Quando vero medicus « in iisdem aut propinquis locis habitat, nec ob aliam causam negat aegro suam ope- ram, nisi ut matrimonium extorqueat... Vide-

tur probabile (n. 13) tale matrimonium esse irritum, praesertim quando medicus esset jam certo pretio ab aegroto vel civitate condu- ctus ad curandum ».

ⁱ⁾ Quamvis Diana hoc modo ponat casum; atvero tam ipse in responso, quam auctores ab eo citati, loquuntur de matrimonio coacte contrahendo cum quadam indeterminata per- sona ex certo genere vel numero personarum, quod dicunt esse invalidum; ratio tamen quam Diana affert (eamdemque insinuat Pa- laus), est quod ad libertatem matrimonii re- quiritur non solum electio hujus vel illius personae, sed requiritur ut electio talis status libere plena sit et non coacta.

^{j)} Diana praeter Azorium, citat quinque auctores contrarios expositae doctrinae.

^{k)} Nisi tamen aliquod damnum secutum sit, ut limitant auctores citati pro comparte quae causam dedit metui.

^{l)} Pontius, *lib. 4*, cap. 15, n. 1, concordat cum Sanchez pro casu quo libere consentiens non fuit particeps nec conscius metus. Id vero in quo a citatis auctoribus dissentit, est quando « particeps fuit aut conscius metus illati al- teri cum quo contrahit », quem negat posse resilire in conscientia, et quem dicit teneri obligatione expectandi voluntatem ejus qui metum passus est, sive damnum aliquod se-

1047. - Ut autem *metus* censendus sit *gravis*.

Quando-
nam metus
sit gravis.

Requiritur 1^o. Ut malum quod alter minatus fuerit sit grave, saltem respectu metum passi, ex leg. *Metum 5*, ff. *Quod metus causa*. Sufficit vero quod malum sit absolute in se grave ex communi hominum opinione, quamvis non sit majus respectu ad illud quod eligitur; ut advertunt communiter Sanchez¹, Pontius²; et Bossius³ cum Lessio, Navarro et Coninck. — Sufficit etiam, si malum timetur non solum sibi, sed aliis sibi stricte conjunctis (Sanchez⁴, Pontius⁵, Lessius⁶, Salmant.⁷; et Bossius⁸ cum Villalobos, ex leg. *Isti quidem*, ff. *Quod metus causa*). Dummodo propinqui sint conjuncti saltem in quarto gradu, sive sint consanguinei sive affines^{a)}; ut Sanchez⁹ et Pontius¹⁰ cum aliis. Id extendunt etiam ad famulos et domesticos, ex cap. *Quicumque, de sent. excom. in 6^o*, et ex *clement. un., de excessib. praelat.*

Requiritur 2^o. Ut prudenter (non autem vane et leviter) malum timeatur proxime inferendum. — Sanchez¹¹ et Salmant.¹²

Requiritur 3^o. Ut malum nequeat alias^{b)} evitari. — Sanchez¹³ et Salmant.¹⁴, ac Bossius¹⁵.

Requiritur 4^o. Ut minans malum possit exsequi: nisi expertus sit verbosus^{c)}, qui facile minas jactat, et postea non exsequitur vel facile placatur; ut dicunt Sanchez¹⁶; Salmant.¹⁷ cum Palao, Cornejo,

¹ Lib. 4, disp. 2, n. 3. — ² Lib. 4, cap. 2, n. 9; cfr. etiam cap. 3, n. 3. — ³ De Matr. Contr., cap. 12, n. 13 et 90. — *Less.*, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 17, dub. 6. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 51. — *Coninck*, disp. 28, dub. 2, n. 21 et seqq., et n. 29 et 30. — ⁴ Lib. 4, disp. 4, n. 1. — ⁵ Lib. 4, cap. 3, n. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 35. — ⁷ Tr. 9, cap. 9, n. 18. — ⁸ Cap. 12, n. 28. — *Villal.* part. 1, tr. 3, diff. 8, n. 11. — ⁹ Lib. 4, disp. 4, n. 8, 11 et 12. — ¹⁰ Lib. 4, cap. 3, n. 4 et 5. — ¹¹ Lib. 4, disp. 1, n. 15 et 16. — ¹² Loc. cit., n. 19. — ¹³ Loc. cit., disp. 1, n. 24. — ¹⁴ Loc. cit., n. 19. — ¹⁵ Cap. 12, n. 16. — ¹⁶ Lib. 4, disp. 1, n. 19 et 20. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 9, n. 19. — *Palao*, tr. 2, disp. 1, punct. 7, n. 8 et 9. — *Cornejo*, disp. 7, dub. 25, qu. 2. — *Dicast.*, disp. 4, dub. 2, n. 10; cfr. dub. 3, n. 31. — *Aversa*, qu. 4, sect. 3, v. *Rationabilis*. — ¹⁸ Cap. 12, n. 15. — *Barb.*, in cap. *Si justus 73*, de appellat., n. 11. —

Dicastillo et Aversa; et Bossius¹⁸ cum Barbosa, Menochio, etc. Insuper addunt Sanchez¹⁹, Salmant.²⁰ et Bossius²¹, requiri, quod incutiens metum solitus sit minas exsequi^{d)}; ex leg. *Metum*, C. *de his quae vi metusve causa*, ubi: *Metum, non jactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenit*. — Sed venia praefatorum doctorum, huic doctrinae nescio acquiescere. Nam, etsi aliquis non sit expertus verbosus et levis, non video cur prudenter non possit timeri malum quod vir gravis serio et ex proposito minatur. — Concedunt autem ipsi Sanchez²²; et Bossius²³ cum Barbosa, Gutierrez, Aragon et Rota Romana, ex leg. 3, ff. *de vi et de vi armata*, sufficere ad metum gravem incutiendum, si alii actu armati matrimonium exposcant.

1048. - *Mala gravia*, quorum metus irritat matrimonium, censentur:

Mala gravia, quorum metus irritat matrimonium.

1^o. Mors vel gravis cruciatus, ex capite *Cum dilectus, de his quae vi metusve causa fiunt*.

2^o. Exilium; ut Sanchez²⁴ cum Soto, Henriquez, etc.

3^o. Carcer, ex leg. *Qui in carcerem* ff. *Quod metus causa gestum erit*. — Hoc tamen dicunt Sanchez²⁵ cum Soto, Rodriguez et Ledesma; ac Bossius^{a)} cum Coninck, Lessio, Gutierrez, etc. (contra aliquos), intelligendum de carcere diuturno aut vinculis atrocibus.

Menoch., de Praesumpt., lib. 3, praes. 126, n. 24 et 25. — ¹⁹ Lib. 4, disp. 1, n. 20. — ²⁰ Tr. 9, cap. 9, n. 19. — ²¹ Loc. cit., n. 15. — ²² Lib. 4, disp. 5, n. 5. — ²³ De Matr. contr., cap. 12, n. 55. — *Barb.*, loc. cit., n. 7. — *Gutier.*, de Matr., cap. 77, n. 8. — *Aragon.*, id est *Monier de Cueva*, Decis. regni Aragonum, decis. 45, n. 19. — *Rota Rom.* in una *Colimbrien.*, Matrim. 19 Decembr. 1614, inter decis. Farinacii, part. 1, decis. 643, n. 10 et 21. — ²⁴ Lib. 4, disp. 5, n. 8. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 2, art. 1, v. *Haud tamen hic*. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 9, n. 4. — ²⁵ Lib. 4, disp. 5, n. 9. — *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 2, v. *Ejusmodi autem metum*. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 229, n. 3. — *Barthol. Ledesm.*, de Matr., diff. 23, fundam. 3. — *Coninck*, disp. 28, n. 34. — *Less.*, lib. 2, cap. 17, n. 35. — *Gutierr.*, de Matr., Cap. 77, n. 10. —

cutum sit (n. 4), sive etiam secluso quovis damno (n. 5).

1047. - ^{a)} Auctores citati hoc utique dicunt de affinibus; sed de affinibus ex matrimonio tantum, secus vero de affinibus ex fornicatione.

^{b)} Scilicet facile, nam si malum facile evitari potest metus nequit dici gravis.

^{c)} Limitationem istam Sanchez, Salmant., Aversa et Bossius expresse habent; eam tamen satis insinuant Palao, Cornejo et Dicastillus.

^{d)} Idemque requirunt Barbosa et Menochius.

1048. - ^{a)} Rectius: Coninck, Lessius, Gutierrez *apud* Bossium, cap. 12, n. 46.

4°. Amissio status, ex leg. *Isti quidem*, ff. *Quod metus causa*, — sive honoris: Sanchez ¹ et Bossius ² cum multis.

5°. Violatio virginis — ex dicta leg. *Isti quidem* — aut viduae honestae: Sanchez ³ et Bossius ⁴ cum Pontio, etc.

6°. Ablatio famae, puta si quis, deprehenso altero in crimine infami, comminetur eum prodere, ex leg. *Nec timorem*, ff. *Quod metus causa*. Vide Sanchez ⁵. — Et idem ait Bossius ⁶ cum Pontio, Barbosa, etc., de metu magnae verecundiae: nempe si quis, nisi contrahas matrimonium, minetur te denudare cum publico dedecore.

7°. Injusta excommunicatio (nisi facile ei possit occurri); quia haec saltem in externo, irrogat gravem notam infamiae. — Sanchez ⁷ cum Hostiensi ^{b)}, Abbate et Silvestro; ac Bossius ⁸ cum Pontio, Azor, Coninck et aliis communiter.

8°. Amissio bonorum magni momenti. — Sanchez ⁹ cum Soto, Corduba, etc.; ac Bossius ¹⁰ cum Barbosa, Gutierrez, etc.

9°. Amissio magni lucri. — Sed recte ajunt Sanchez ¹¹ et Bossius ¹² cum Pontio et Coninck, hoc intelligi tantum, quando metum passus habet jus ad illud lucrum, vel saltem ne ab illo injuste impediatur; quia alias non esset pati metum damni, sed potius allici ad spem lucri.

Advertit autem Sanchez ¹³, quod ubi causa metus non est in jure expressa, arbitrio judicis definienda est.

1049. - Ut autem *metus irritet matrimonium*.

Requiritur 1°. Ut sit *ab extrinseco* sive ab homine, non autem ab intrinseco; ut communiter docent Sanchez ¹⁴, Pontius ¹⁵, Bonacina ¹⁶, Roncaglia ¹⁷, Bossius ¹⁸; et Salmant. ¹⁹ cum Soto, Covarruvias, Aversa, Candido et communi.

Requiritur 2°. Ut metus incutiatur *ad finem contrahendi matrimonium*. — Sanchez ²⁰, Bonacina ²¹, Holzmann ²², Roncaglia ²³; et Salmant. ²⁴ cum Pontio, Soto, Trullench, Henriquez ^{a)} et communi. Et patet ex cap. *Cum locum* ^{b)} et cap. *Veniens, de sponsal.*

Requiritur 3°. Ut metus sit *injuste incussus*. Sanchez ²⁵, Bonacina ²⁶, Holzmann ²⁷ et Roncaglia ²⁸. — Unde, si pater inveniret stupratorem suae filiae, et minas illi incuteret mortis ad extorquendum matrimonium, equidem matrimonium esset nullum; ut habetur in dicto cap. *Veniens, de sponsal.* — Secus vero, si comminaretur mortem ad ulciscendam injuriam, et stuprator ad se liberandum iniret nuptias; quia tunc metus non fuisset ad matrimonium extorquendum. Ita communiter Sanchez ²², Pontius ^{c)}, Bonacina ²⁹,

Requisita ut metus irritet matrimonium.

Sit ab extrinseco incussus.

Ad finem contrahendi matrimonium.

Injuste.

¹ Lib. 4, disp. 5. n. 10 et 11. — ² De Matr. Contr., cap. 12, n. 42 et 43. — ³ Loc. cit., n. 12. — ⁴ Cap. 12, n. 45. - *Pont.*, lib. 4, cap. 4, n. 4. — ⁵ Disp. 5, n. 14 et 15. — ⁶ Cap. 12, n. 44. - *Pont.*, loc. cit., n. 4. *Barb.*, in cap. *Si justus*, num. 10. — ⁷ Lib. 4, disp. 5, num. 17 et 18. — *Abb.*, in cap. *Cum dilectus*, de his quae vi etc., num. 6. - *Silvest.*, v. *Metus*, qu. 5. — ⁸ Cap. 12, num. 53. *Pont.*, lib. 4, cap. 4, num. 7. *Azor*, part. 1, lib. 1, cap. 10, qu. 7. *Coninck*, disp. 28, n. 34. — ⁹ Lib. 4, disp. 5, n. 25. *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 2, v. *Ejusmodi*. - *Cordub.*, tr. dei casi, qu. 171, punt. 1. — ¹⁰ Cap. 12, n. 49. *Barb.*, in cap. *Si justus*, num. 9. *Gutierr.*, de Matr., cap. 77, num. 13. — ¹¹ Lib. 4, disp. 5, n. 28. — ¹² Cap. 12, n. 52. - *Pont.*, lib. 4, cap. 4, n. 10. - *Coninck*, disp. 28, n. 34. — ¹³ Loc. cit., n. 2

et 3. — ¹⁴ Lib. 4, disp. 12, n. 2 et seqq. — ¹⁵ Lib. 4, cap. 19, n. 2 et 3. — ¹⁶ Qu. 3, punct. 8, n. 1, 8 et 16. — ¹⁷ Tr. 21, qu. 4, cap. 5, qu. 3, resp. 2. — ¹⁸ Cap. 12, n. 120 et 125. — ¹⁹ Tr. 9, cap. 9, n. 41. *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 3, v. *Regula ergo*. *Covar.*, de Matr., cap. 3, § 4, n. 26. *Aversa*, qu. 4, sect. 4, v. *Alius deinde metus*. *Candid.*, disquis. 28, art. 8, dub. 4. — ²⁰ Lib. 4, disp. 12, n. 3. — ²¹ Qu. 3, punct. 8, n. 16. — ²² De Matr., n. 579 et 583. — ²³ Tr. 21, qu. 4, cap. 5, qu. 3, resp. 3. — ²⁴ Tr. 9, cap. 9, n. 52. *Pont.*, lib. 4, cap. 19, n. 2 et 3. - *Sotus*, loc. cit. v. *Rursus quamvis*. - *Trull.*, lib. 7, cap. 7, dub. 1, n. 12. — ²⁵ Lib. 4, disp. 12, n. 3 et 18. — ²⁶ Qu. 3, punct. 8, n. 8. — ²⁷ De Matr., n. 579 et 583. — ²⁸ Loc. cit., qu. 3, resp. 3. — ²⁹ Lib. 4, disp. 12, n. 14. — ³⁰ Qu. 3, punct. 8, n. 22.

^{b)} Hostiensis, in cap. *Cum dilectus, de his quae vi, etc.*, n. 5, videtur sic tenere, quamvis non satis perspicue loquatur de injusta excommunicatione.

1049. - ^{a)} Henriquez, lib. 11, cap. 9, n. 2, loquitur de casu quo quis deprehenditur in crimine, et cui mortem minatur nisi contrahat; et refert aliquos negare validum esse matrimonium (quos videtur approbare), quia metus incutitur ad finem contrahendi.

^{b)} Cap. *Cum locum*, dicit indagandum esse animum contrahentis, « ne per timorem dicat sibi placere quod odit ».

^{c)} Pontius, lib. 4, cap. 19, num. 10, scribit validum esse, « si deprehensus in stupro offerat consanguineis matrimonium cum illa..., dummodo id non faciat metu mortis inferendae a consanguineis.... Is enim metus esset illatus injuste, cum non possint juste occidere ».

Salmant.¹; et Bossius² cum Hostiensi^{d)}, Abbate, Coninck^{e)}, Henriquez^{e)}, Gutierrez^{e)}, Villalobos^{e)}, Hurtado^{e)}, etc. — Idem dicendum, si pater minetur accusare stupratorem apud judicem, et ille, ne accusetur, duceret filiam. Busenbaum^{f)} ut supra, Sanchez^{f)} et Bossius^{f)}. — Idem, si judex includeret stupratorem in carcerem, ut puellam ducat vel dotet (juxta praescriptum in *cap. 1 et 2 de adulter.*), et ille matrimonium iniret. — E converso, nullum esset matrimonium, si absolute eum cogeret ad ducendum: quia de jure ille non tenetur absolute eam ducere, sed vel ducere vel dotare; ut recte dicunt Sanchez³, Pontius⁴ et Bossius⁵ cum aliis. Nisi (excipiunt) stuprator ille nollet vel non posset alia via damnum resarcire; et merito: quia stuprator, quando non dotat, omnino tenetur ducere violatam^{g)}; ut docent Lugo⁶, Tamburinius⁷ et Salmant.⁸ cum aliis communiter.

1050. - Dubitatur 1^o. *Si judex injuste damnaret reum ad mortem, et promitteret*

¹ Tr. 9, cap. 9, n. 46 et 47. — ² De Matr. Contr., cap. 12, n. 120, 126, 128 et 165. - *Abb.*, in cap. *Cum locum*, de sponsal. n. 9. — ³ Lib. 4, disp. 13, n. 7. — ⁴ Lib. 4, cap. 19, n. 14. — ⁵ De Matrim. contr., cap. 12, n. 173 et 174. — ⁶ De Just. et Jure, disp. 12, n. 11. — ⁷ Decal., lib. 7, cap. 5, § 3, n. 27. — ⁸ Tr. 13,

[*se*] eum liberaturum, si ducat suam filiam, an valeret tale matrimonium?

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Sanchez⁹; et Salmant.¹⁰ cum Coninck, Aversa, Dicastillo, Trullench et Candido^{a)}. — Ratio (ut ajunt), quia tunc non incutitur illi metus ad extorquendum matrimonium; sed ei offertur modus se liberandi, matrimonium ineundo.

Secunda tamen veri^or sententia negat; et hanc tenent Pontius¹¹, Bossius¹²; Diana^{b)} cum Covarruvias^{b)}, Gutierrez^{b)}, Ledesma^{b)} et Vega^{c)}. — Ratio, quia tunc metus jam oritur ab extrinseco, nempe a judicis injustitia. Licet enim a principio damnatio illa non sit facta ad extorquendum matrimonium, tamen revera ad hunc finem saltem incutitur sententiae executio, a qua judex teneretur abstinere. — Secus vero dicendum cum Bossio, quando alius tertius offerret ei liberationem, si ejus filiam duceret; hic namque nullo modo incuteret metum, sed potius offerret modum vitandi metum.

Si judex injuste damnat et promittit reo liberationem, modo ducat suam filiam, valet matrimonium juxta alios.

Verius tamen non valet.

de Restitut., cap. 3, n. 9. — ⁹ Lib. 4, disp. 12, n. 11. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 9, n. 49. *Coninck*, disp. 28, n. 10. - *Aversa*, qu. 4, sect. 4, v. *Plerique etiam limitant.* - *Dicast.*, disp. 4, dub. 9, n. 109. *Trull.*, lib. 7, cap. 7, dub. 1, n. 12. — ¹¹ Lib. 4, cap. 19, n. 9. — ¹² Cap. 12, n. 186. — *Boss.*, loc. cit.

^{d)} Hostiensis, in *cap. Veniens 15, de Spons.*, n. 5, dicit metum excusare si sit injustus, et addit patrem illius puellae minatum esse injustam mortem juveni illi.

^{e)} Coninck, *disp. 28, n. 9 et 15*, habet regulam generalem et primam partem casus; et ita etiam Hurtadus, *disp. 6, diff. 2, n. 3; et diff. 3, n. 13.* — Henriquez vero, *lib. 11, cap. 9, num. 2*; et Villalobos, *part. 1, tr. 13, diff. 37, n. 1*, regulam generalem et secundum membrum casus. — Gutierrez denique, *de Matr., cap. 76, n. 8*, regulam generalem, tantum.

^{f)} Busenbaum, Sanchez, *disp. 13, n. 3*; Bossius, *cap. 12, n. 188*, ita docent, etsi huic stupratori pater puellae accusationem minitetur nisi contrahat, quia potest juste metum istum incutere.

^{g)} Haec intelligenda sunt de stupratore injusto scilicet per vim, metum et fraudem, et nisi stuprator sit longe melioris conditionis quam stuprata; uti explicant auctores citati.

1050. - ^{a)} Candidus, *disquis. 28, art. 8, dub. 6*, loquitur de juste capto et capite puniendo, cui judex vitae condonationem promittit, si ducat ipsiusmet judicis filiam, alio-

quin mortem juste inferendam ei comminetur. Et dicit validum esse matrimonium.

^{b)} Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 228*, loquitur de morte juste inferenda, et negat esse validum matrimonium. Covarruvias vero, *de Matr., part. 2, cap. 3, § 4, n. 25*; Gutierrez, *de Juramento, lib. 1, cap. 57, num. 9*; Petrus Ledesma, *qu. 47, art. 3, diff. 1, concl. 3 et v. Ex hac conclusione*, loquuntur pariter de morte juste inferenda, sed dicunt esse validum matrimonium proindeque, ait Sanchez a quo citantur, videntur negare fore validum si damnatio esset injusta. Diana ipse, *part. 9, n. 8, resol. 27*, sibi contradicens: « Ego puto..., inquit, quod si judex capto juste mortemque timentis, vitae condonationem promittat, si ducat ipsius judicis filiam aut aliam foeminam, alioquin ei mortem juste inferendam comminetur, valere matrimonium ».

^{c)} Vega, *Sum. silv., lib. 3, cas. 236*, loquitur pariter de juste capto et morte plectendo quem quis judici praesentat; sed distinguit: si hoc faciat ex intentione cogendi illum ad contrahendum cum filia sua, invalidum erit matrimonium; si vero absque ulla intentione cogendi ad matrimonium fuisset juste captus et timore mortis contraheret cum

1051. - Dubitatur 2°. *Quid, si reus juste meretur mortem, et iudex offert ipsi liberationem, si filiam ducat?*

Si iudex offert liberationem reo juste damnando, non valet matrimonium juxta alios.

Negat pariter Pontius¹ cum Rebello, valere tale matrimonium; et consentiunt Molinus et Bonacina^{a)} apud Bossium². Quia, licet iudex juste damnaret illum ad mortem, injuste tamen ab eo consensum extorqueret ad matrimonium: ad quod reus non tenetur, nisi esset in compensationem delicti, nempe si existeret consuetudo ut condonetur vita reo qui ducit uxorem vel filia occisi, juxta id quod ait Sanchez³. - Probabilius vero affirmant valere Bossius⁴; et Sanchez⁵ cum Covarruvias, Praeposito^{b)}, Vega^{c)}, Ledesma, Gutierrez et Palacios^{d)}. Ratio, quia tunc non infertur metus a iudice, sed potius aufertur: et quamvis iudex injuriam irroget legi, reo tamen favorem praebet.

Probabilius valet.

1052. - Dubitatur 3°. *Quid, si iudex secundum allegata et probata cogeret ad matrimonium aliquem qui revera esset innocens?*

Si iudex cogit innocentem, valet matrimonium juxta alios.

Prima sententia dicit validum esse matrimonium; et hanc tenent Sanchez⁶, Bonacina⁷, Bossius⁸; et Dicastillus et Trullench, apud Salmant.⁹. - Ratio, quia

¹ Lib. 4, cap. 19, n. 13. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 11, num. 14. - *Molin. Franciscus*, de ritu nuptiar., lib. 2, differ. 17, num. 58. *Bonac.*, qu. 3, punct. 8, n. 10 et seqq. ² De Matrim. contr., cap. 12, n. 184 cum n. 169. - ³ Lib. 4, disp. 12, n. 12. - ⁴ Cap. 12, n. 184. - ⁵ Loc. cit., n. 10 et 11. *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 3, § 4, n. 25. *Petr. de Ledesm.*, qu. 47, art. 3, diff. 1, concl. 3, et v. *Ex hac conclusione. Gutierr.*, de Juram, lib. 1, cap. 57, n. 9. - ⁶ Loc. cit., disp. 13, n. 8. - ⁷ Qu. 3, punct. 8, n. 14. - ⁸ Cap. 12, n. 175 et 177. - *Dicast.*, disp. 4,

hujusmodi coactio jam approbatur a jure canonico. Unde credi non potest quod ab ipso jure tale matrimonium dirimatur; cum de jure naturali jam sit validum, juxta sententiam multorum (ut infra n. 1054, v. *Prima*).

Secunda vero sententia probabilis, et forte probabilior, dicit matrimonium esse nullum. Et hanc tenent Pontius¹⁰, [Contin.] Tournely¹¹, Diana¹²; et Salmant.¹³ cum Aversa et Dicastillo probabilem putant^{a)}. - Ratio, quia sententia judicis fundatur in falsa praesumptione, et ideo non obligat. Unde, licet iudex decernat secundum allegata, non tenetur tamen patiens secundum rei veritatem matrimonium contrahere. - Nec valet dicere, credi non posse reprobari a jure canonico quod ab eodem approbatur. Nam hoc valeret, si metus irritaret matrimonium tantum de jure ecclesiastico; sed valde probabile est metum irritare etiam de jure naturae, (ut videbimus dicto num. 1054, v. *Secunda*).

Forte probabilius non valet.

1053. - Dubitatur 4°. *An, si medicus nollet mederi aegrotum nisi contrahat cum sua filia, valeat matrimonium?*

Affirmant absolute Sanchez¹⁴ cum Ledesma, Corduba, Vega et Lopez; ac Bo-

dub. 9, n. 107. *Trull.*, lib. 7, cap. 7, dub. 1, n. 10. - ⁹ Tr. 9, cap. 9, n. 50. - ¹⁰ Lib. 4, cap. 19, n. 11. - ¹¹ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. *Sed quid si bene.* - ¹² Part. 4, tr. 4, resol. 33, i. f. - ¹³ Loc. cit., n. 51. *Aversa*, qu. 4, sect. 4, i. f., v. *Quod sit.* - *Dicast.*, disp. 4, dub. 9, num. 100. - ¹⁴ Lib. 4, disp. 12, num. 15. - *Barthol. Ledesm.*, de Matr., diff. 23, fundam. 5. *Corduba*, Sum., qu. 171, punct. 1. *Vega*, Sum. silv., lib. 2, cas. 281. - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 40, v. *Jam ex praedictis.*

filio sui captoris, validum foret matrimonium; secus autem, si injuste captus fuisset.

1051. - ^{a)} Quamvis Bonacina hunc casum expresse non habeat, recte tamen dicitur consentire, eo quod, qu. 3, punct. 8, n. 10, et seqq., habet tum rationem qua nititur haec sententia, tum alia exempla huic plane similia, in quibus negat valere matrimonium.

^{b)} Praepositus, in cap. Cum locum, de sponsal., n. 12, de casu simili loquitur, ut ait Sanchez, scilicet de matrimonio ejus qui in carcerem detruditur cum ipso detrudente: « Aut matrimonium contrahitur cum illo vel illa qui incarceratum tenet; et tunc, aut juste tenet incarceratum et valet matrimonium... Aut injuste, et tunc est incarceratus ad hunc finem ut matrimonium contrahat, et tunc

non valet matrimonium... Aut est incarceratus ob aliud, et valet matrimonium ».

^{c)} Vide notam c ad num. praeced.

^{d)} Michael de Palacios, in 4 dist. 29, disp. un., v. f. v., *Nono respondeo*, loquitur de meretrice, quae petit in maritum aliquem homicidam aut latronem, et iste, alias juste suspendendus, illam ducit ad effugiendum supplicium: et valet matrimonium, quia « haec damnatio non sibi imminet ex injuria quae illi fit, quia nulla illi fit ex justa damnatione... Si vero damnatio esset evidenter injusta, tunc metus ille esset ex injuria illi facta », et tunc nullum esset matrimonium.

1052. - ^{a)} Rectius: Salmant. et Aversa hanc opinionem tenent; Salmant. vero citant Dicastillum tamquam qui eandem probabi-

Si medicus nollet curare aegrotum nisi ducat filiam, valet matrimonium juxta alios.

Melius distinguitur.

nacina ¹ cum Sà, Coninck ^{a)}, Filiuccio, etc. communiter. — Ratio, quia tunc metus non incutitur extrinsece a medico, sed intrinsece ab ipso morbo.

Seq̄ melius distinguunt Pontius ^{b)} et Salmant. ^{c)} cum Aversa ^{d)} et Rebello, ac Bossius ². Et dicunt quod si medicus non tenetur ex justitia curare infirmum, tunc utique validum est matrimonium. — Secus, si tenetur ex justitia; quia tunc metus, licet principaliter oriatur intrinsece ab infirmitate, tamen oritur etiam ab extrinseco, nempe a curationis denegatione, quae vere est grave damnum. Et idem dicendum ajunt Salmant. ³, et Bossius ^{e)} cum Coninck ^{a)}, si necessitas urgeret et alius non adesset, quamvis medicus tantum ex caritate teneretur ad curandum.

1054. - Dubitatur 5^o. *An metus irritet matrimonium de jure naturae aut ecclesiastico?*

¹ Qu. 3, punct. 8, n. 23. - Sà, v. *Matrim. impedimenta dirim.*, num. 9. *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, num. 103. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 11, n. 16. - ² De Matr. contractu, cap. 12, n. 192 et 193. - ³ Tr. 9, cap. 9, n. 54. - ⁴ Lib. 4, disp. 14, n. 2. - ⁵ Lib. 3, tr. 4, cap. 6, n. 3. - ⁶ Qu. 3, punct. 8, n. 8. - ⁷ Lib. 2, cap. 17, n. 47. - ⁸ De Matr., diss. 1, cap. 6, n. 21. - ⁹ De dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. *Conclusio*. - ¹⁰ Tr. 21, qu. 4, cap. 5, qu. 2, resp. 1. - ¹¹ Tr. 9, cap. 9, n. 7. - *Gonet*, *Clyp.*, de Matr.,

Prima sententia dicit irritare de jure ecclesiastico. Et hanc tenent Sanchez ⁴, Laymann ⁵, Bonacina ⁶, Lessius ⁷, Concinca ⁸, Contin. Tournely ⁹, Roncaglia ¹⁰ cum communi (ut asserit); et Salmant. ¹¹ cum Gonet, Soto, Valentia, Palao, Ledesma, etc. — Ratio, quia in tali matrimonio jam adest sufficiens voluntarium. Et licet libertas ex metu minuatur, ex tali tamen diminutione nequit reddi nullum matrimonium; nam alias irritari deberet etiam ex metu intrinseco: quod nemo dicit. Cum autem hujusmodi matrimonium naturaliter sit illicitum, merito Ecclesia illud irritat.

Secunda vero sententia non minus probabilis, et forte probabilior ^{a)}, tenet metum irritare matrimonium de jure naturae. Hanc tenent Pontius ¹², Navarrus ^{b)}, Diana ¹³; Bossius ¹⁴ cum Molina, Covarruvias, Medina ^{c)}, Comitolo, Rebello, Villalobos, etc.;

disp. 4, n. 77. - *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 3, v. *Hinc ego primum*. *Valent.*, in 3^{am} Part., disp. 10, qu. 3, punct. 2, assert. 2. *Palao*, tr. 2, disp. 1, punct. 9, n. 2. - *Petr. Ledesma*, qu. 47, art. 3, diff. 1, concl. 6. - ¹² Lib. 4, cap. 14, n. 4. - ¹³ Part. 4, tr. 4, resol. 33. - ¹⁴ Cap. 12, n. 269. *Molina*, tr. 2, disp. 326, n. 14, v. *Hanc autem*. - *Comit.*, Respons. moral., lib. 3, qu. 2, num. 8. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 11, num. 8. *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 37, n. 8.

Metus irritat matrimonium de jure tantum ecclesiastico, juxta alios.

Forte probabilius irritat etiam de jure naturae.

Probatur ex auctoritate.

lem existimet, et ita revera Dicastillus habet *loc. cit.*, n. 100.

1053. - ^{a)} De Coninck, vide *num. 1045*, notam *h*.

^{b)} Pontius, *lib. 4, cap. 19, n. 15*, de casu quo medicus ex justitia tenetur, concordat; quando vero non tenetur ex justitia et petit matrimonium ut praemium curationis, refert Rebellum affirmantem matrimonium esse validum: « Quod mihi, ait Pontius, non omnino placet ».

^{c)} Salmant., *tr. 9, cap. 9, n. 54*, casum praesentem non habent, sed solum eum qui sequitur quando urget necessitas, neque est alius medicus, et tunc invalidum est matrimonium; si vero opera medici non est simpliciter necessaria, et aegrotus promittat ex sua voluntate matrimonium, hoc erit validum.

^{d)} Aversa, *qu. 4, sect. 4, v. Adnotari etiam*: « Si aegrotus, inquit, habeat copiam alterius medici, a quo convenienter curari possit, ... matrimonium valeret. Si autem aegrotus non habeat copiam alterius medici, et hic teneatur vel ex justitia vel saltem ex caritate praestare suam operam, ... tunc non valeret ».

^{e)} Bossius, *loc. cit.*, n. 191: « Si medicus in iisdem locis habitet, nec ob aliam causam

neget aegroti suam operam, nisi ut matrimonium extorqueat, tunc, inquit Coninck, invalidum foret matrimonium, quia in tali casu medicus vere infert metum, subtrahendo aegroti media vitae necessaria, quae antea una cum reliqua civitate communiter possidebat, idque directe ut matrimonium extorqueat ».

1054. - ^{a)} S. Doctor in *Hom. Apost. tr. 18, n. 64*, absolute affirmat: « Metus dirimit matrimonium tam lege ecclesiastica... quam lege naturali ».

^{b)} Navarrus forte non satis sibi consentit: quippe qui, *Man., cap. 22, n. 50*, scribit: « Sacramentum matrimonii per metum contracti nil valet..., quia ita Ecclesia decrevit, ob multa quae Panorm. et alii tradunt in d. cap. *Cum locum*, quae tamen sola sine statuto Ecclesiae vix sufficerent ». At *n. 51, v. Septimum*: « Ad reddendum actum inefficacem coram Deo sufficit quilibet timor etiam minor justo, modo sit causa sine qua non, saltem principalis ejus..., quia leges constituentes discrimen inter alium metum se fundant super praesumptione qua praesumunt alium esse causam actus, alium vero non; et lex fundata in praesumptione non habet locum coram Deo, si veritas ei non respondet ».

^{c)} Joannes Medina, *Cod. de Restit., qu. 3*,

Holzmann¹ cum Scoto et scotistis communiter (ut asserit). — Eamque expresse tenet etiam D. Thomas², ubi ait: *Vinculum matrimonii est perpetuum; unde illud quod perpetuitati repugnat, matrimonium tollit. Metus autem qui cadit in constantem virum, perpetuitatem contractus tollit; quia potest peti restitutio in integrum; et ideo talis coactio metus, quae cadit in constantem virum, tollit matrimonium, et non alia.*

Ex ratio-
ne.

Prima ratio igitur est haec D. Thomae. Dicit enim S. Doctor quod omnes contractus metu initi non sunt firmi et perpetui, ac ideo per restitutionem in integrum rescindi possunt. Contractus autem matrimonii, cum sit per se perpetuus et indissolubilis, non aliter gaudere potest restitutione in integrum, nisi ab ipso jure naturali dispositum sit quod ab initio sit nullus. — Ratio secunda est, quia matrimonium est vinculum perpetuum mutui amoris inter conjuges; ut ex Matth. xix: *Dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae.* Unde, quando ob metum matrimonium contrahitur, oportet de se esse nullum; alias, cum metu non potest mutuus amor consistere: nemo enim adhaerere solet rei quam tenet invitus. — Ratio tertia. Quia, si tale matrimonium naturaliter valeret, natura approbaret actum ex quo gravissima mala contra commune bonum orientur, nempe quod saepe innocens cogeretur vitam duram ducere, et reus commodum ex sua iniquitate reportaret: quae non sunt naturali rationi consona.

¹ De Matr., num. 583. - Scotus, in 4, dist. 29, § De secundo dico. — ² Suppl., qu. 47, art. 3; cfr. in 4, sent., dist. 29, art. 3, quaestiunc. 1. — ³ De Just. et Jure, disp. 22, num. 141. — ⁴ Cap. 22, num. 51, v. *Septimum*. — *Veracr.*, part. 1, art. 8, concl. 7. — ⁵ Tr. 9, cap. 9, n. 59. — ⁶ Lib. 4, disp. 17, n. 2 et 5. — ⁷ Decal., lib. 1, cap. 2, § 6, n. 12. — ⁸ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 6, v. *Utraque*. — ⁹ Lib. 4,

Valide insuper confirmatur haec sententia ex cap. *Cum locum 14, de sponsal.*, ubi sic habetur: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit: necesse est, ubi assensus cujusquam requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur; et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus: ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus qui de invitis solet nuptiis provenire.* — Observa igitur quod in hoc textu non loquitur Pontifex tamquam aliquid novum statuens; sed potius ut jus naturale declarans et promulgans: quod probat matrimonium ex ipso jure naturae esse nullum.

Confirma-
tur.

1055. - Dubitatur 6°. *An metus levis irritet matrimonium?*

Affirmant Lugo³, Navarrus⁴, Tamburinius^{a)}, Viva^{a)}; et Covarruvias^{b)}, Rodriguez, Manuel^{b)} et Veracruz, apud Salmant.⁵ Et probabilem putant Sanchez⁶, Tamburinius⁷ et Viva⁸.

Metus levis irritat matrimonium juxta alios.

Verius tamen negant Busenbaum (ut supra, n. 1045, v. *Addo*) cum communi, Pontius⁹, Palaus¹⁰, Tamburinius¹¹ et Viva¹², Bossius¹³; et Sanchez¹⁴ cum D. Bonaventura, Soto, Paludano, Armilla^{c)}, Aragon, et alii communissime cum D. Thoma¹⁵, ubi: *Coactio metus quae cadit in constantem virum, tollit matrimonium et non alia.* — Ratio, quia matrimonium initum ex metu levi neque est nullum de jure naturali neque de jure positivo. Non de jure naturali; quia non censetur invitus

Verius communiternegatur.

cap. 18, n. 2. — ¹⁰ Tr. 2, disp. 1, punct. 12, n. 1. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit. — ¹³ De Matr. contr., cap. 12, n. 163. — ¹⁴ Loc. cit., n. 3 et 4. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 29, qu. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 3, concl. 2. — *Palud.*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 20). — *Aragon.*, in 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 3, § *De voto ex metu*, concl. 3. — ¹⁵ Suppl., qu. 47, art. 3.

caus. 2, v. Si fiat remissio, id non habet, quidquid dicat Bossius.

1055. - ^{a)} Tamburinius et Viva hanc opinionem probabilem existimant, sed contrariam probabiliorem, uti recte S. Alphonsus inferius notat.

^{b)} Covarruvias et Manuel Rodriguez non bene citantur a Salmant., nam locis citatis a Salmant., loquuntur de metu reverentialem; sed Covarruvias, de Matr., cap. 3, § 4, n. 2,

cum ipso S. Alphonso, negat matrimonium invalidari per metum levem. — Idemque plane innuit Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 229, n. 3*, ubi distinguit metum gravem a levi metu, et dicit matrimonium ex metu gravi factum irritum esse.

^{c)} Armilla, v. *Matrimonium, n. 41*, pariter idem innuit; dicit enim matrimonium ex gravi metu irritum esse, omittens metum levem.

contraxisse qui contraxit ex metu levi quem facile repellere poterat (vide dicta *Lib. III^o, n. 718, v. Secunda*). Neque de jure *positivo*. Nam ab hoc (ut patet ex cap. *Veniens 15*, et cap. *Consultationi, de sponsal.*) sola matrimonia ex metu gravita invalida declarantur; et merito: nam alias, si adhuc ex levi metu redderentur nulla, innumera matrimonia dissolverentur.

1056. Dubitatur 7^o. *An metus reverentialis sufficiat ad invalidandum matrimonium?* — Metus reverentialis est ille quo quis veretur resistere ei cui subicitur, nempe patri, matri ^{a)}, avo, socero, marito, regi, domino, praelato, tutori et curatori; ut communiter docent DD. cum Sanchez ¹.

Item etiam patruo aut patrueli, vel fratri majori, si cum eis metum passus habet et ab ipsis alimenta recipiat. Sanchez ²; et Bossius ³ cum Pontio, Gutierrez, Menochio, etc.

Ad Dubium autem deveniendo:

Prima sententia, quam tenent Abbas ^{b)}, Navarrus, Imola et alii canonistae, apud Sanchez ⁴, dicit purum metum reverentialem, si est principalis causa matrimonii, illud irritare. — Ratio, quia metus sine

quo matrimonium non fieret, jam liberum aufert consensum.

Secunda vero sententia communis et recepta, quam tenent Lessius ⁵; Sanchez ⁶ cum Soto, Palacios, Henriquez ^{c)} et Sà ^{d)}; Bonacina ⁷ cum Suarez ^{e)}, Valentia, Molina ^{e)} et Rebello; ac Bossius ⁸ cum Laymann, Coninck, Barbosa ^{f)}, Gutierrez, Covarruvias, Villalobos, etc., ac decisionibus Rotae Romanae, dicit non sufficere puram reverentiam; sed requiri ut adjungantur aut verbera, aut minae, aut timor alicujus gravis mali, puta odii, diuturnae indignationis, etc. — Ratio, quia purus metus reverentialis per se non est gravis, prout requiritur ad contractum irritandum. Idque expressum habetur in leg. *Interpositas, C. de transact.*, ubi: *Nec... quilibet metus ad rescindenda ea quae consensu terminata sunt sufficit; sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum vel corporis cruciatum contineat.* — Praeterquam quod bene ait Pontius ⁹ quod purus metus reverentialis sine apprehensione alterius gravis mali non est metus; sed reverentia, quae non inducit metum alicujus mali, sed tantumquamdam erubescientiam, quae verius non ab extrinseco, sed ab intrinseco provenit.

Sed communiter negatur, nisi accedant verbera, aut minae aut timor gravis mali.

Metus reverentialis, quid.

Juxta alios irritat matrimonium.

Lib. 4, disp. 6, a n. 24. — ² Loc. cit., n. 32 et 34. — ³ De Matr. contr., cap. 12, n. 85. - *Pont.*, lib. 4, cap. 5, n. 2. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 44, n. 39 et 50; et cap. 77, n. 15. *Menoch.*, de Arbitr. judic., lib. 2, cas. 136, n. 6; et Consil. 1, n. 492 et 493. — *Navar.*, Consil. 10, de his quae vi metusve, a n. 4 et n. 10. *Joan. ab Imola*, in cap. *Causam matrimonii*, de offic. delegati, n. 11 et 12. ⁴ Lib. 4, disp. 6, n. 4. — ⁵ Lib. 2, cap. 17, n. 36; cfr. n. 38 et 47. — ⁶ Lib. 4, disp. 6, n. 7. *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 1, art. 2, v. *Ejusmodi autem*. *Michael. de Palacios*, in 4, dist. 29, disp. 1,

i. f. — ⁷ Qu. 3, punct. 8, n. 6, v. *Addo*; cfr. n. 8. *Valent.*, in 3^{am} Part. disp. 10, qu. 3, punct. 2. *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 11, n. 10. — ⁸ Cap. 12, n. 99. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 5, n. 3. *Coninck*, disp. 28, n. 35. *Gutierr.*, de Matr., cap. 44, n. 31 et 32. *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 3, § 6, n. 3 et 4. *Villal.*, part. 1, tr. 3, diff. 8, num. 6; cfr. tr. 13, diff. 37, num. 3 et 5. *Rota Rom.*, Decis. diversor., part. 2, decis. 341, num. 2; cfr. decis. Ludovisii 120, num. 22. — ⁹ Lib. 4, cap. 5, num. 3.

1056. - ^{a)} Si nempe, ut ait Sanchez, mater esset crudelis et austera, solitaque minas exequi.

^{b)} Abbas, in cap. *Tua, de despons. impub.*, citatur a Sanchez pro opposita sententia. Et profecto Abbas, *loc. cit.*, n. 4, ad v. *Coactione paterna ductus*, scribit: «Intellige... de actione reverentialem paterna, ut quia ob reverentiam patris filius contraxit cum ea cum qua [non] fuisset contracturus si sui juris extitisset... Secus autem si fuisset coactus a parente vi vel metu qui potuisset cadere in constantem; nam tunc matrimonium nullum esset».

^{c)} Henriquez, *lib. 11, cap. 9, n. 5*, citatur quidem a Sanchez; at scribit tantum: «Consensus extortus ex reverentialem metu puellarum (quae patri aut tutori truculento, dum

pro filiabus tacentibus respondet, contradicere non audent) quamvis filio consensum ob reverentiam exprimat, irritus est».

^{d)} Sà, v. *Matrimonii impedim. dirim.*, n. 9, utramque sententiam tantum refert; non tamen citatur a Sanchez.

^{e)} Suarez et Ludov. Molina, quamvis a Bonacina non citentur, ita tamen tenent, et Suarez quidem, *de Relig.*, tr. 7, lib. 6, cap. 4, n. 17; Ludovicus Molina autem in casu simili, *de Primigen.*, lib. 2, cap. 3, n. 9, dicit hanc esse justam timoris causam, si nempe minae, verba injuriosa metui reverentialem accedant.

^{f)} Barbosa, *loc. cit.* a Bossio, scilicet *Collect. in cap. Cum virum 12, de Regular.*, n. 4, de casu simili, nempe de religiosa professione loquitur.

1057. - Dubitatur 8°. *An in matrimonio contracto ex metu gravi possit resilire ille qui metum incussit?*

In matrimonio contracto ex metu gravi, juxta alios, potest resilire ille qui metum incussit.

Prima sententia affirmat. Et hanc tenet Busenbaum (ut supra n. 1045, ad 9); Sanchez ¹ cum Soto ^{a)}, Henriquez ^{a)}, Manuele ^{a)}, Aragon ^{a)}; Palaus ² cum Hurtado, Ochagavia, Villalobos et Gutierrez; Diana ³. Et probabilem putat Bonacina ^{b)}. Ratio: tum quia in contractu matrimonii nequit alter esse obligatus, altero libero remanente. Tum quia incutiens metum non tenetur stare matrimonio neque ratione contractus neque ratione injuriae illatae. Non ratione *contractus*; quia ex contractu nullo nulla consurgit obligatio. Non ratione *injuriae*; quia haec injuria non censetur tanta ut non possit nisi per matrimonium resarciri ^{c)}.

Juxta alios non potest.

Secunda vero sententia negat. Eamque tenent Navarrus ⁴, Bonacina ^{d)}, Pontius ⁵ cum Coninck; et Salmant. ⁶ cum Aversa, Henriquez, Trullench ^{e)}, Leandro, etc. Ratio, quia nemo debet ex suo crimine commodum reportare. — Haec autem sententia una cum praefata ratione maxime probatur ex cap. *Propositum 1, de eo qui duxit, etc.*, ubi, cum quidam conjugatus aliam uxorem duxerit, insciam prioris matrimonii, mortua deinde prima uxore, Pontifex decrevit virum teneri stare secundo matrimonio, si mulier voluerit, hanc rationem adducens: *Nec dignum est ut praedictus vir... lucrum de suo dolo reportet. Nec valet dicere quod ibi sermo fit de dolo, non de metu: nam in cap. Cum contingat, de jurejur., dolus et metus aequiparantur. Imo ait Lugo ⁷ quod jura majorem cen-*

¹ Lib. 4, disp. 15, n. 5. — ² Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 2. *Gasp. Hurtad.*, disp. 6, diff. 4, n. 16. *Ochag.*, tr. 3, qu. 30. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 37, n. 3. *Gutierr.*, de Matr., cap. 76, n. 17. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 229. — ⁴ Man., cap. 22, num. 51, i. f. — ⁵ Lib. 4, cap. 15, num. 3. — *Coninck*, disp. 28, n. 7. — ⁶ Tr. 9, cap. 9, n. 17. — *Aversa*,

sent injuriam irrogari per metum quam per dolum: unde, quod in textu disponitur de dolo aequae et forte potius intelligendum de metu. — Hinc fit quod, licet metum incutiens non remaneat obligatus vi contractus, remanet tamen obligatus ratione injuriae.

Utraque sententia est probabilis. — Sed haec secunda videtur probabilior: maxime si metus non possit probari; quia tunc, cum Ecclesia cogat metum passum ad cohabitandum, tale gravissimum incommodum non est reparabile nisi per verum matrimonium. Et tanto magis, si pars metum passa fuerit femina quae alias, soluto matrimonio, semper aliqua infamia remaneret notata. — Et huic consentit etiam Palaus ⁸, ubi dicit primam sententiam tantum locum habere quando injuria posset alia via reparari.

Judicium de probabilitate.

1058. - « Dicitur VIII° ORDO, scilicet « sacer, sive major: quem qui non coactus « suscepit, invalide matrimonium con- « trahit; ut vide supra *de Sacram. Ordinis*, et hic *Impedimento tertio* ».

Impedimentum ordinis.

1059. - Certum est ordinem sacrum dirimere matrimonium; ut habetur in cap. *De diacono*, et cap. *Ex litterarum, Qui clerici vel voventes*; et in *Extrav. [Joan. XXII] Antiquae, de voto*.

Sed dubitatur: *an ordo sacer dirimat matrimonium ex jure divino vel ecclesiastico?*

Prima sententia quam tenent Major, Barbosa et alii, apud Sanchez ⁹, dicit dirimere jure *divino*. — Quia in cap. *un. de voto, etc.*, in 6° votum solemne ordinis sacri aequiparatur professioni religiosae ^{a)},

Ordo dirimit jure divino, juxta alios.

qu. 4, sect. 2, v. *Estque omne*. *Henriq.*, lib. 11, cap. 10, n. 5, v. f. *Trull.*, lib. 7, cap. 7, dub. 2, n. 5. — *Leand.*, disp. 16, qu. 31. — ⁷ De Just. et Jure, disp. 22, n. 119, v. *Quarto*. — ⁸ Tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 2. — *Major*, in 4, dist. 24, qu. 2. — *Petr. Barbosa*, de Matrim. Rubric., part. 2, n. 98. — ⁹ Lib. 7, disp. 28, n. 9.

1057. — ^{a)} Sanchez citat Sotum, in 4, dist. 35, qu. un., art. 2, v. *Postremum dubium*; et de *Jure et Just.*, lib. 7, qu. 1, art. 2, § *An vero*; Henriquez, lib. 11, cap. 11, num. 3; Manuel Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 94, num. 5; Aragon, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 1, concl. 2^{bis}, pro alio casu simili.

^{b)} Quin etiam ipsi Bonacinae, qu. 3, punct. 8, n. 33, haec sententia videtur in rigore verior.

^{c)} Hinc auctores huius prioris sententiae, eam limitant: nisi aliud damnum secutum sit quod aliter reparari nequeat.

^{d)} Bonacina, *loc. cit.*, probabilem existimat.

^{e)} Trullench, *loc. cit.*, ait: « Utraque opinio valde probabilis; ego vero in priorem [hic est secunda] inclinarem ».

1059. — ^{a)} Ita sane, sed ibidem additur: « Voti solemnitas ex sola Ecclesiae constitutione est inventa ».

quae de jure divino jam irritat matrimonium (juxta probabiliorem sententiam, quam tenuimus *n. 1025*).

Secunda vero sententia, communior et probabilior, docet dirimere de jure *ecclesiastico*. Ita D. Thomas¹, ubi: *Sed quod (ordo) impediatur matrimonium, ex constitutione Ecclesiae habet*. Bellarminus², Pontius³, Palaus⁴, Contin. Tournely⁵, Bonacina⁶, Holzmann⁷, Sporer⁸ cum Scoto, Suarez et Perez; ac Sanchez⁹ cum S. Bonaventura, Alberto Magno, Soto, Cajetano, Victoria, Palacios, etc. — Ratio, quia ordo per se non dirimit matrimonium; cum status ordinis per se non repugnet statui conjugali, ut patet in Graecis. Ergo ordo dirimit tantum ratione voti castitatis: votum autem non dirimit matrimonium qua votum (quia votum tantum impedit matrimonium), sed qua solemne; at solemnitudo est solum ex jure ecclesiastico: dumtaxat igitur ex jure ecclesiastico ordo dirimit matrimonium. — Ac proinde, bene potest Papa dispensare cum ordinatis in sacris; non vero cum sacerdotibus (juxta dicta *n. 807 et 808*). Quamvis referat Contin. Tournely^{b)} olim Benedictum IX permisisse Ramiro presbytero, religionem professo, ut labentem Arragoniae prosapiam liberis propagaret^{c)}.

Quomodo autem votum solemne clericorum dirimat matrimonium? — Vide dicta *ex n. 808*.

1060. — « Dicitur IX^o. **LIGAMEN:** propter quod, quamdiu quis ligatus est conjugii adhuc viventi, invalide contrahit

« cum alio; quamquam licite, et sine peccato, si moraliter sit certus de morte conjugis: qui si postea compareat, teneatur ad eundem redire, dimisso posteriori. Vide Bonacina¹⁰ ». — [Vide dicta *n. 901, v. Advertendum, et 903*].

1061. — « Dicitur X^o. **HONESTAS:** hoc est justitia publicae honestatis, ob quam nemo potest contrahere cum consanguineis illius cum qua contraxit sponsalia vel matrimonium ratum. — Et quidem ante Tridentinum et jure antiquo, hoc impedimentum dirimit matrimonium inter sponsum et consanguineos sponsae usque ad quartum gradum; oriturque ex sponsalibus quibuscumque, etiam invalidis (praeterquam ex defectu consensus).

« Jure vero novo Tridentini non oritur, si sponsalia sint *invalida*^{a)}. Et irritat tantum usque ad primum gradum, si ex sponsalibus: ad quartum vero, si ex matrimonio rato sequatur ». — [Etiam ex matrimonio *rato nullo*, nisi nullitas sit ex defectu consensus, oritur impedimentum publicae honestatis usque ad quartum gradum; ut notat Croix¹¹ et Pater Zaccaria¹² ex mente S. Congregationis et cardinalis Lambertini^{b)}]. — « Vide Bonacina¹³, Sanchez¹⁴, Filiuccium¹⁵ ».

« Notat etiam Diana¹⁶, non oriri ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis: ex Pontio et aliis tribus contra Sanchez ». — [Neque ex sponsalibus *incertis*; ut habetur in *cap. un. de sponsal., in 6^o*. Incerta autem sponsalia sunt, si v. gr. fuerint contracta cum persona incerta,

Communi et probabilius dirimit jure ecclesiastico.

Impedimentum publicae honestatis, quid.

Undenam oriatur.

Impedimentum ligaminis.

¹ In 4, dist. 37, qu. 1, art. 1, corp. — ² De Clericis, cap. 18. — ³ Lib. 7, cap. 27, n. 5 et 7; cfr. cap. 22, n. 4. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 6, n. 5. — ⁵ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 8. — ⁶ Qu. 3, punct. 9, n. 12. — ⁷ De Matr., n. 587. — ⁸ Part. 4, cap. 1, n. 45. — *Scot.*, in 4, dist. 37, § *Dico igitur*. — *Suar.*, de Relig., tr. 7, lib. 2, cap. 6, n. 7; lib. 9, cap. 13 et cap. 14, n. 1. — *Perez*, disp. 27, sect. 6, n. 4 et 5. — ⁹ Lib. 7, disp. 28, num. 11. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 37, art. 1, qu. 2. — *Albert. Magn.*, in 4, dist. 37, art. 1. — *Sotus*,

in 4, dist. 38, qu. 1, art. 1, v. *Dubium tamen est*; qu. 2, art. 2, v. *Et ut claritatis causa*. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 7, v. *Quantum vero ad secundam*. — *Victoria*, Sum., n. 291. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 25, disp. 2, concl. 6; et disp. 37, concl. 4. — ¹⁰ De Matr., qu. 3, punct. 10. — ¹¹ Lib. 6, part. 3, n. 681. — ¹² In dict. loc. Croix. — ¹³ Qu. 3, punct. 11. — ¹⁴ Lib. 7, disp. 68 et 70. — ¹⁵ Tr. 10, part. 2, cap. 5, a n. 220. — ¹⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 222. — *Pont.*, lib. 7, cap. 36, n. 9. — *Sanch.*, lib. 7, disp. 68, n. 21.

^{b)} Contin. Tournely, *loc. cit.*, cap. 8, v. *Prob. 3*, ita scribit: « De facto permisit Benedictus IX ad Polonorum preces, ut Casimirus, Cluniacensis Monachus idemque et diaconus, a Polonis electus in regem, matrimonium contraheret. Idemque, teste Felino, in *cap. 5 de resc.*, permissum fuit Raniero [apud Felinum, legitur Remigius] presbytero, religionem professo, ut labentem

Arragoniae prosapiam editis liberis propagaret ».

^{c)} Vide tamen de hoc argumento notam *b* ad *n. 808*.

1061. — ^{a)} Vide dicta *lib. 6, n. 831*, not. *a*.

^{b)} Clarius cum ipso Zaccaria: « Atque id videtur etiam esse ex mente S. C., ut citato hoc Lacroix loco, expendit Lambertini, *tom. 2, Thesaur. Resol.*, p. 242 ».

puta cum una ex filiabus Petri]. — « Uti « neque ex *conditionatis*, donec conditio sit « impleta¹, ex Opatovio ». [Ita Sanchez² et Salmant.³ cum Palao, Bonacina et communi. Et certum est ex declaratione Bonifacii VIII (apud Contin. Tournely⁴), ubi dictum fuit: *Qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis eventum cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de praesenti, cum secunda remanere debet*]. — « Oriri tamen ex matrimonio « *invalido*, nisi sit tale ob defectum consensus⁵: ex declaratione Pii V. — Atque « adeo etiam ex *clandestino*. Ibid.^{c)} ex Pontio, Palao, Hurtado, Perez, etc.; contra « Sanchez et Praepositum ».

1062. - Breviter discutiamus quaestiones ab auctore hic vix enuntiatas.

Quaeritur 1^o. *An oriatur impedimentum publicae honestatis ex matrimonio nullo?* — Praenotandum quod si nullitas sit ex alia ratione quam ex defectu consensus, certum est induci impedimentum ex matrimonio nullo; cum in hoc minime sit correctum a Tridentino jus antiquum: ut dicunt Sanchez⁶, Pontius⁷, Palaus⁸, Bonacina⁹ et Salmant.¹⁰ cum communi.

Dubium est: *an detur impedimentum, si nullitas sit ex defectu consensus?*

Affirmant Sanchez¹¹, Pontius^{a)}; et Silvester, Henriquez, et Leander^{a)} apud Sal-

mant.¹², si defectus sit occultus. — Et pariter dicunt isti^{b)} oriri impedimentum ex sponsalibus nullis ob quemcumque defectum occultum, si contra in foro externo sint valida. Quia (ut ajunt) hoc impedimentum introductum est ab Ecclesia ad evitandam indecentiam, quae jam appareret, si publice sponsalia haberentur ut valida. — Sed Palaus¹³, Bonacina¹⁴, Contin. Tournely¹⁵. Concina¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Dicastillo, Aversa, Coninck, Hurtado, Ledesma, etc., probabilius dicunt, ex matrimonio nullo ex defectu consensus, et ex sponsalibus ex quocumque defectu (praecise consensus) nullis, nullum oriri impedimentum. Nam quoad *sponsalia*, concilium Tridentinum indistincte dixit, sponsalia quacumque ratione invalida, nullum parere impedimentum; quod intelligendum, sive defectus fuerit publicus sive occultus. Circa autem *matrimonium*, in *cap. un. de sponsal.*, in 6^o, sancitum etiam universe fuit, ex matrimonio nullo ex defectu consensus non oriri impedimentum. Atque ita confirmasse S. C. Cardinalium^{c)} testantur Barbosa et Farinacius apud Salmant.¹⁸.

1063. - Quaeritur 2^o. *An ex sponsalibus mutuo consensu vel ex alia justa causa dissolutis, oriatur impedimentum?*

Negant Pontius¹⁹, Palaus²⁰ cum Hurtado, Gutierrez et Farinacio; ex decreto

Si nullitas sit ex defectu consensus, alii affirmant oriri.

Probabilius negatur.

Quando nam oriatur hoc impedimentum ex matrimonio nullo.

¹ Part. 9, tr. 6, resol. 52. - *Opatov.*, de Matrim., disp. 4, qu. 7, n. 31. — ² Lib. 7, disp. 69, n. 2. — ³ Tr. 9, cap. 12, n. 91. *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. 10, n. 3. *Bonac.*, qu. 3, punct. 11, n. 5. — ⁴ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 10, v. *Dicitur* 3, n. 3. *Bonifac. VIII*, cap. un. de sponsal., in 6^o. — ⁵ Part. 9, tr. 6, resol. 50. *S. Pius V*, Bulla *Ad Romanum*, de die 1 Julii 1568, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Pont.*, lib. 7, cap. 35, n. 5. - *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. 10, n. 3. *Gasp. Hurtad.*, disp. 21, diff. 2, n. 7. *Perez*, disp. 32, sect. 3, n. 2 et 3. *Sanch.*, lib. 7, disp. 70, num. 13. *Praepos.*, qu. 7, dub. 14, num. 123. — ⁶ Lib. 7, disp. 70, num. 5. — ⁷ Lib. 7, cap. 35, num. 3 et 5. — ⁸ Tr. 28, disp. 4, punct. 10, n. 5. — ⁹ Qu. 3, punct. 11, n. 11. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 83. — ¹¹ Lib. 7, disp. 70, n. 11 et disp. 68, n. 14 et 15. - *Silvest.*, v. Matrimonium VIII,

qu. 14, v. *Sextum*. - *Henriq.*, lib. 12, cap. 10, n. 2. — ¹² Loc. cit., num. 84. — ¹³ Loc. cit., num. 7. — ¹⁴ Loc. cit., num. 3 et 11. — ¹⁵ De dispens. in specie, part. 1, cap. 10, v. *Secunda opinio*, et not. 2. — ¹⁶ De Matr., diss. 3, cap. 2, § 8, n. 3. — ¹⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 84 et 85. *Dicast.*, disp. 7, dub. 40, num. 422; et dub. 39, num. 407. - *Aversa*, qu. 17, sect. 5. - *Coninck*, disp. 32, n. 60, 69 et 70. *Gasp. Hurtad.*, disp. 21, diff. 1, num. 4; et diff. 2, num. 7. - *Petr. Ledesma.*, qu. 55, art. 4, dub. 1, v. *Ad 3 arg. dubii princip.* - *Barb.*, in Trid. sess. 24, cap. 3, num. 14. *Farinac.*, in Trid. sess. 24, cap. 3. — ¹⁸ Tr. 9, cap. 12, num. 85. — ¹⁹ Lib. 7, cap. 36, num. 9. — ²⁰ Tr. 28, disp. 4, punct. 10, num. 9. *Gasp. Hurtad.*, disp. 21, diff. 1, num. 5. *Gutier.*, de Matr., cap. 103, num. 11. *Farin.*, Declarat. in Trid. sess. 24, cap. 3.

^{c)} Rectius: Apud Diana, *loc. cit.*, *resol. 53*, Pontius, Palaus, Hurtadus, Perez.

1062. - ^{a)} Pontius utique, *lib. 7, cap. 36, n. 10*, hoc affirmat de sponsalibus, quia, juxta illum, haec sponsalia sunt valida; sed *cap. 35, n. 5*, negat de matrimonio nullo ex defectu consensus. — Item Leander, *disp. 19, qu. 3 et qu. 12*.

^{b)} Sanchez, *disp. 68, n. 15*, et Henriquez,

loc. cit., utique hoc dicunt. — Silvester autem, *loc. cit.*, absolute affirmat impedimentum oriri ex sponsalibus ob quemcumque defectum nullis. Ast auctor ille scripsit ante concil. Trid. — Pontius autem, *lib. 7, cap. 36, n. 10*, et Leander, *disp. 19, qu. 2*, dicunt induci impedimentum solum ex sponsalibus validis.

^{c)} Seu rectius: S. Pius V in dicta bulla *Ad Romanum*.

S. Congregationis, ubi fertur dictum fuisse invalida esse sponsalia soluta de consensu. — Sed verius affirmant Sanchez ¹, Contin. Tournely ², Concina ³; et Salmant. ⁴ cum Soto ^{a)}, Laymann, Bonacina, Perez, Dicastillo, Aversa. Et sic omnino tenendum (recte ait Croix ⁵), ob declarationem S. C. approbatam ab Alexandro VII die 6 Julii 1658 (quam affert etiam Pittonus ⁶), ubi Pontifex prohibuit quod deinceps haec resolutio in dubium revocetur. Et ratio est, quia in Tridentino ⁷ dicitur quod sponsalia valida dirimunt matrimonium usque ad primum gradum: unde, cum ex sponsalibus validis jam sit ortum impedimentum, hoc amplius non potest auferri per voluntatem sponsorum vel aliam causam supervenientem.

1064. - Quaeritur 3^o. *An inducatur hoc impedimentum ex matrimonio nullo, eo quod fuerit clandestinum?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Sanchez ⁸ cum Paludano, Navarro, Sà ^{a)}; etc.; et Coninck ^{b)} ac Dicastillus apud Salmant. ⁹. Et probabilem putat Sporer ¹⁰. — Ratio quia (ut ajunt) Bonifacius VIII definivit non oriri impedimentum publicae

honestatis ex matrimonio nullo per defectum consensus. Tale autem matrimonium clandestinum dicunt vere ex defectu consensus esse nullum, cum careat eo consensu quem exigit Ecclesia; ergo non parit impedimentum.

Secunda tamen verior sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius ¹¹, Palaus ¹², Pignatellus ¹³, Concina ¹⁴, Contin. Tournely ¹⁵, Holzmann ¹⁶, Roncaglia ¹⁷, et Salmant. ¹⁸ cum Laymann, Bonacina et Aversa. — Ratio, quia de jure antiquo, ex dicto *cap. un. de sponsal. in 6^o* (quod etiam nunc viget, ut declaravit S. Pius V, apud Salmant. ¹⁹), tantum ex matrimonio nullo directe ob defectum consensus, non autem ex alia causa, impedimentum excusatur. Et sic declarasse S. Congr. Cardinalium refert Holzmann ²⁰ ex Gallemart, ubi dictum fuit: *Praesupposita declaratione per constitutionem Pii V super hoc decreto; censuit Congregatio oriri impedimentum justitiae publicae honestatis ex sponsalibus per verba de praesenti etiam nulliter contractis, omissa forma decreti concilii Tridentini*: ²¹ nempe clandestine, sine parcho et testibus ^{c)}.

Verius affirmatur.

Ex sponsalibus dissolutis verius incurritur.

Si matrimonium est nullum ob clandestinitatem, alii negant induci hoc impedimentum.

¹ Lib. 7, disp. 68, n. 21. — ² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 10, v. *Ceterum*. — ³ Diss. 3, cap. 2, § 8, n. 5. — ⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 89. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 9, n. 3. *Bonac.*, qu. 3, punct. 11, n. 7. *Perez*, disp. 32, sect. 2, et disp. 8, sect. 2. *Dicast.*, disp. 7, dub. 39, n. 406. *Aversa*, qu. 17, sect. 5, v. *Addit etiam*. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 683. — ⁶ Const. et Decis. pro Matr., n. 1397. Et habetur apud Pallottini, v. *Matrimonium*, § 12, n. 42. — ⁷ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 3. — ⁸ Lib. 7, disp. 70, n. 13. — *Palud.*, dist. 27, qu. 2, art. 5, concl. 3 (n. 31). — *Navar.*, Man., cap. 22, num. 58. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 40,

n. 419. — ⁹ Tr. 9, cap. 12, n. 86. — ¹⁰ Part. 4, cap. 1, n. 62. — ¹¹ Lib. 7, cap. 35, n. 5. — ¹² Tom. 4, consult. 15, n. 2 et 4. — ¹³ Consult. can., tom. 4, cons. 15, n. 2 et 4. — ¹⁴ Diss. 3, cap. 2, § 8, n. 4. — ¹⁵ Loc. cit., cap. 10, v. *Opposita*. — ¹⁶ De Matr., n. 602. — ¹⁷ Tr. 21, qu. 4, cap. 6, qu. 2, resp. 4. — ¹⁸ Loc. cit., n. 86. — *Laym.*, loc. cit., n. 5. — *Bonac.*, qu. 3, punct. 11, num. 18. — *Aversa*, qu. 17, sect. 5, v. *Addit Sanchez*. — *S. Pius V*, bulla *Ad Romanum*, de die 1 Julii ann. 1568, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹⁹ Tr. 9, cap. 12, n. 86. — ²⁰ De Matr., n. 602, v. f. *Gallemart.*, in Trid., sess. 24, cap. 3, n. 2. — ²¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1.

1063. - ^{a)} Sotus, in 4, dist. 41, qu. un., art. 2, v. *Secunda conclusio*, fortasse innuit hanc sententiam, dicendo publicam honestatem, quae ex sponsalibus contrahitur, esse perpetuam.

1064. - ^{a)} Sà, v. *Matrimonii imped. dirim.*, num. 12, negat induci hoc impedimentum, ubi matrimonium foret nullum et occultum, aut ubi manifestum fuisset esse nullum.

^{b)} Coninck, *disp. 32, n. 70*, distinguit, et negat inducere impedimentum, qua matrimonium, sed affirmat inducere, qua sponsalia; tenet enim opinionem quae vult hujusmodi matrimonium in sponsalia transire.

^{c)} Antea contrahebatur hoc impedimentum etiam ex occultis seu « clandestinis sponsalibus » de futuro, juxta declarationem S. Poenitentiariae de die 10 Sept. 1834; sed post decretum *Ne temere* sponsalia clandestina

invalida sunt. — Minime vero contrahitur hoc impedimentum ex *matrimonio civili*, ut constat ex decreto 17 Martii 1879, quo Leo XIII « declarat ac statuit praememoratum actum, qui vulgo dicitur *matrimonium civile*, in locis ubi promulgatum est decretum concilii Tridentini, sess. 24, cap. 1, de reform. *Matrim.*, sive fideles actum ipsum explentes intendunt, uti par est (matrimonio ecclesiastico jam rite celebrato, vel cum animo illud quantocius celebrandi), meram caeremoniam civilem peragere; sive intendunt sponsalia de futuro inire; sive tandem ex ignorantia, aut in spretum ecclesiasticarum legum, intendunt matrimonium de praesenti contrahere, impedimentum justitiae *publicae honestatis* non producere ». — Denique, cum praedictum impedimentum sit juris tantum ecclesiastici, non contrahitur ab infidelibus. Unde v. g. Ti-

Notandum autem hic quod habetur in *cap. un. de sponsal. in 6^o* nempe, quod matrimonium ratum invalidum non inducit impedimentum in praejudicium priorum sponsalium. — Unde, si quis post sponsalia valide contracta cum una, ducat ejus sororem, antequam rem habeat cum secunda, potest et tenetur contrahere cum prima, cum matrimonium fuerit nullum.

Impedimentum aetatis, quid.

1065. « Dicitur XI^o. AETAS. - Quia ad « valorem matrimonii jure ecclesiastico « requiritur annus decimus quartus viri, « et duodecimus feminae completus: nisi « tamen malitia aetatem suppleat, hoc est, « adsit et doli capacitas et potentia ad « copulam: de quibus judicare prudentum « est. — Laymann¹, ex *cap. De illis* et « *cap. fin. de despons. impub.* ».

Dirimit matrimonium jure tantum ecclesiastico.

1066. - Certum est quod matrimonium impuberum per se est nullum; ut habetur ex *cap. 6, 10 et 14, de despons. impub.* Et hoc, etiamsi pauci deessent dies ad aetatem pubertatis; ut communiter docent Sanchez², Pontius³, Palaus⁴, Escobar⁵ et alii (contra paucos); ut clare probatur ex dicto *cap. 2, et cap. 11 Ex litteris, eod. tit.*, ubi: *Donec compleat... puer annum decimum quartum, expectet.* — Ante autem aetatem hanc praescriptam, commune est matrimonium non esse nullum de jure naturae, sed tantum ecclesiastico. Sanchez⁶, Contin. Tournely⁷, Pontius⁸ et Palaus⁹, ac alii passim. Dicunt vero canones validum esse matrimonium, si malitia suppleret aetatem; ut habetur in *cap. De illis 9, et cap. Puberes, eod. tit.*, ubi: *Certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, et generare jam potest.*

Matrimonium validum si malitia supplet aetatem.

¹ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 12, num. 1. — ² Lib. 7, disp. 104, n. 1 et 3. — ³ Lib. 7, cap. 65, n. 1. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 4, n. 1. — ⁵ Lib. 27 n. 525, et 526. — ⁶ Loc. cit., n. 9. — ⁷ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. f. v. *Quod ad impuberes.* — ⁸ Lib. 7, cap. 65, n. 2. — ⁹ Loc. cit., n. 1. — ¹⁰ In 4, dist. 36, art. 5, ad 4. — ¹¹ Lib. 7, disp. 104, n. 21. *Abb.*, in *cap. De illis*, n. 4. - *Silvest.*, v. *Matrimonium V*, qu. 2. - *Sotus*, in 4, dist. 35, qu. un., art. 5. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, impedim. 16, n. 8. -

Docent vero D. Thomas¹⁰; et Sanchez¹¹ cum Abbate, Silvestro, Soto, Angelo, Covarruvias, Tabiena, etc., non sufficere ad valorem matrimonii solam potentiam generandi (ut volunt Hostiensis, Praepositus, Henricus, etc., *ibid.*¹²), sed insuper requiri discretionem ad intelligendam vim consensus conjugalis; cum enim tale vinculum sit perpetuum, perfectus exigitur consensus, ut infertur ex *cap. fin. de despons. impub.*, ubi haec malitia prudentia nuncupatur.

Nomine malitiae intelligitur potentia generandi.

Et discretio sufficiens.

Plura autem assignant doctores signa, ex quibus conjiciatur impubes posse generare; v. gr. si puer jam habuerit copulam, vel si jam sit aptus ad effusionem seminis, vel si puella jam habuit menstruum. Haec tamen signa non admittuntur, nisi sponsi sint proximi ad pubertatem; ut ex dicto *cap. Continebatur* (vide Sanchez¹³). — In quam aetate quis dicendus sit pubertati proximus, alii apud Sanchez¹⁴ dicunt, si desint tres dies: alii, sex menses: alii, tres anni: Palaus¹⁵, si desit annus. Sanchez¹⁶ vero et Pontius¹⁷ dicunt id relinquendum prudentiae judicis, qui spectare debet qualitatem personae, temperiem regionis, etc. — Ait autem [Contin.] Tournely¹⁸, quod si certo constaret de matrimonii consummatione, v. gr. si puella jam concepit, iniquum erit eos separare^{a)}.

Quando nam conjiciatur et admittatur potentia generandi.

Addit idem Tournely¹⁹ cum Navarro, posse Papam dispensare cum principibus, si aliquando expedit conjungi impuberes ob bonum pacis: ex *cap. Ubi non 2, de despons. impub.*, in quo interdicuntur impuberes a matrimonio, *nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente, ut-*

Papa dispensare potest cum principibus.

Covar., de Matr., part. 2, cap. 5, n. 5. - *Tabien.*, v. *Matrimonium II*, n. 7. — *Hostien.*, in *cap. Puberes*, n. 7. *Praepos.*, in *cap. Puberes.* *Henric. Boich*, in id. *cap.*, n. 2 et seqq. - ¹² *Sanch.*, loc. cit., n. 20. — ¹³ Loc. cit., n. 30. — ¹⁴ Loc. cit., n. 37 et seqq. — ¹⁵ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 4, n. 3. — ¹⁶ Loc. cit., n. 40. — ¹⁷ Lib. 7, cap. 65, n. 5. — ¹⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *Censent.* — ¹⁹ Loc. cit., v. *Haec regula.* *Navar.*, lib. 4, consil. 5, de despons. impub., addit.; cfr. consil. 4, n. 9 et 10.

tius ab infidelitate ad veram fidem conversus, potest matrimonium inire cum sorore Maeviae quacum, dum ambo infideles essent, matrimonium contraxerat, quod tamen non fuit consummatum, et legitime, v. g. per mortem, fuit solutum. Ita C. S. Off., 9 Apr. 1837.

1066. - ^{a)} Judicium de hac quaestione, utrum scilicet in aliquo casu malitia suppleat aetatem, spectat ad episcopum vel ad Ordinarium loci, quemadmodum advertit Benedictus XIV, in epistola quae incipit: *Magnae nobis*, diei 29 Junii 1748.

pote pro bono pacis talis conjunctio toleretur.

1067. - Quaeritur hic: *an, si aetate completa pubertatis, puer non valeat coire, nullum sit matrimonium?*

Si, aetate completa pubertatis, puer non valeat coire, matrimonium est nullum juxta alios.

Affirmant Abbas ^{a)} et Veracruz, apud Sanchez ¹; eo quod in cap. *Puberes, de despons. impub.*, dicuntur ii esse puberes, qui possunt generare. — Ergo (inferunt) qui generare nequeunt, impuberes potius sunt dicendi, et inepti ad nuptias.

Communiter negatur.

Communiter vero negant Palaus ², Escobar ³; et Sanchez ⁴ cum Silvestro, Hostiensi, Praeposito, Navarro, Covarruias, Henriquez etc. Ratio, quia in jure tantum habetur ad matrimonium requiri aetatem pubertatis. Licet autem dispositum sit in textu praefato et aliis valere matrimonium inter impuberes, si potestatem habeant generandi; tamen nullo jure habetur matrimonium esse nullum inter puberes, si potentia generandi careant: tunc enim impotentia potius judicanda est temporalis.

Per quantum tempus sit experiendum.

Unde dicunt aliqui his dandum esse biennium vel triennium ad experiendum. — Sed communius censent Palaus ⁵, Pontius ⁶; Escobar ⁷ cum Henrico, Silvestro et Praeposito; et Sanchez ⁸ cum Abbate, Hostiensi, Angelo, Tabiena, etc., expectandum in viro usque ad annum decimum octavum, et in femina usque ad decimum, quartum ^{b)}; quia tunc natura perfecto robore pollet. Neque hic procedit regula

Veracr., part. 1, art. 39, concl. 2. - ¹ Lib. 7, disp. 104, n. 14. — ² Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 4, n. 5. — ³ Lib. 27, n. 541. — ⁴ Loc. cit., n. 15. - *Silvest.*, v. *Matrimonium V*, qu. 7. *Hostien.*, in cap. *Puberes*, n. 5. - *Praepos.*, in id. cap., v. f. *Navar.*, lib. 4, consil. 4, de despons. impub., n. 14. *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 5, n. 3. *Henric.*, lib. 11, cap. 13, n. 10, lit. e; et lib. 12, cap. 7, n. 1. — ⁵ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 4, n. 6. — ⁶ Lib. 7, cap. 65, n. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 543 et 544. - *Henric. Boich*, in cap. *Puberes*, n. 8. *Silvest.*, v. *Matrimonium V*, qu. 7. *Praepos.*, in cap. *Puberes*, v. f. — ⁸ Lib. 7, disp. 104,

triennii, in cap. *Laudabilem, de frigidis et malefic.*: illa enim procedit quando impotentia provenit ex frigiditate vel alio impedimento; non vero quando provenire potest ex imbecillitate aetatis.

Matrimonium autem *senum*, quantumcumque decrepitorum, validum est; modo possint, saltem arte medicinae, copulam habere. Ita communiter Sanchez ⁹, et Salmant. ¹⁰ cum D. Thoma et aliis passim. — Secus dicendum (contra Navarrum et alios), si omnino sint impotentes; ut Sanchez ¹¹ cum Angelo, Silvestro, Lopez, Scoto, Richardo ^{c)}, et Bossius ¹².

Matrimonium senum.

1068. - « Dicitur XII: AFFINES. — Est « autem affinitas, propinquitas personarum, nata ex copula carnali, sive licita, « sive illicita ^{a)}. Utraque, jure saltem ecclesiastico, dirimit matrimonium: illa, « usque ad quartum gradum inclusive; « haec vero jure novo, usque ad secundum tantum. Et quidem, si antecedit « matrimonium. — Nam si superveniat, « v. gr. si Titius cognoscat uxoris suae « cognatam in secundo gradu, non dirimit; licet is qui peccavit non possit peccate debitum, sed tantum reddere. — « Porro gradus et lineae affinitatis accipiuntur, sicut in consanguinitate; ita ut « qui est uxoris consanguineus in primo « gradu, sive rectae sive transversae lineae, is sit affinis marito in eodem gradu « lineae rectae vel transversae. — Denique omnis affinitas quae oritur ex affi-

Impedimentum affinitatis.

n. 18. *Abb.*, in cap. *Puberes*, n. 4. - *Hostien.*, in id. cap. n. 5. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 16, n. 6. *Tabiena*, v. *Matrimonium II*, n. 7. — ⁹ Lib. 7, disp. 92, n. 19 et 20. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 126. - *D. Thom.*, Suppl., qu. 58, art. 1, ad 3. — *Navar.*, consil. 4, de despons. impub., n. 15 et 18. — ¹¹ Loc. cit., disp. 92, n. 23 et 24. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 16, n. 2. - *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*, qu. 16, v. *Tertium*. *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 52 init., v. *Circa praedictam*. *Scot.*, in 4, dist. 34, v. *Ad 2*. — ¹² De Effect. Matr., cap. 7, n. 190.

1067. - ^{a)} Abbas, in cap. *Puberes, n. 4*, de hac opinione scribit: « Forte est verior »; de opinione vero contraria quam dicit esse communem, ait: « Est aequior ».

^{b)} Henricus, Silvester, Praepositus, Abbas, Hostiensis, Angelus loquuntur de solo viro; et idem videtur notandum etiam de Tabiena, eo quod dicit expectandum esse decimum octavum annum.

^{c)} Richardus de Mediavilla, in 4, dist. 34,

art. 2, qu. 1, ad 2, id ex aliis habet, quos non reprobatur.

1068. - ^{a)} Et contrahitur etiam in infidelitate; hinc vir fidelis qui adhuc in infidelitate positus cognovit sive publice sive private, illicite vel licite, quamdam mulierem sive fidelem sive infidelem, nequit post susceptum Baptisma contrahere cum consanguinea ejusdem cognitae mulieris, si ista consanguinea Baptisma susceperit, sive ante sive post

« nitate, sublata est per Concilium Lateranense. — Vide Laymann, et Bonacina ¹ ».

« Unde resolves :

1069. - « 1. Is qui fornicatus est cum « sorore sponsae suae, cum neutra potest « valide contrahere, citra dispensationem; « imo, nec cum earum consobrina vel « matertera ».

Sic pariter censuit S. Congregatio, ut refert Pater Zaccaria apud Croix ², posse contrahi matrimonium inter vitricum et uxorem quae fuit privigni. — Si quis post dispensationem rursus cognoscit eandem sororem sponsae, non eget nova dispensatione. Vide n. 1140.

« 2. Potest quis ducere affinem fratris « sui, etiam in primo gradu; v. gr. duo « fratres possunt ducere duas sorores. « Imo, pater et filius possunt ducere matrem et filiam. — Laymann, Bonacina ³.

« 3. Titius potest successive ducere « Titiam et Bertam, quae fuerunt uxores « Caji et Sempronii fratrum.

« 4. Titius qui duxerat sororem Caji, « potest post mortem Caji ejusque sororis, « ducere Bertam uxorem Caji ».

Hoc igitur impedimentum affinitatis tantum contrahitur quando vir habet rem cum consanguinea uxoris, vel uxor cum consanguineo viri. Unde minime contrahitur si a consanguineis viri habeatur copula cum consanguineis uxoris vel e converso. — Hic autem notandum quod de iure antiquo hoc impedimentum extendebatur usque ad septimum gradum. Sed deinceps ex can. *Nullum* et can. *Aequaliter* [caus.] 35, qu. 3 restrictum fuit ad quartum gradum ex cap. *Non debet, de consanguin. et affin.*, tam ex copula licita quam illicita. Item, ex Tridentino ⁴ restricta est affinitas ex copula illicita solum ad secundum gradum.

Laym., lib. 5, tract. 10, part. 4, cap. 5. — ¹ Qu. 3, punct. 12. — ² Lib. 6, part. 3, n. 693. *Laym.*, loc. cit., cap. 5, n. 4. — ³ Loc. cit., n. 2. — ⁴ Sess. 24, de reform.

Sic de impedimento affinitatis contracto ante matrimonium.

1070. - Post vero matrimonium, si conjux rem habet cum consanguinea vel consanguineo alterius conjugis, tunc contrahit impedimentum ad petendum (ut communiter dicunt doctores): modo incestus sit cum consanguineis conjugis in primo vel secundo gradu; ut habetur ex cap. *Si quis 1, de eo qui cognovit.*, etc., ubi: *Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiam unquam habere potest uxorem.* Hic igitur praescribitur impedimentum ob incestum in primo gradu affinitatis. — Quod autem extendatur tantum ad secundum gradum, habetur ex declaratione Gregorii XIII (apud Bossium ⁵), ubi dictum fuit: *SS. Dominus noster Gregorius XIII ex sententia Congregationis dixit per hoc Decretum (id est Tridentini) ablatum censerit impedimentum quoque supervenientis affinitatis post contractum matrimonium... Concilium sustulit tertium et quartum [gradum]; ergo in omnibus.*

1071. - Quaeritur 1.^o *An uxor cognita a consanguineo viri, metu gravi coacta, privetur jure petendi?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Pontius ⁶, et Sanchez ⁷ cum Silvestro ^{a)}, Richardo ^{a)}, Ledesma, Graffio ^{a)}, etc. — Ratio, quia id clare videtur inferri ex cap. *Sacris 5, de his quae vi, etc.* ubi, cum dubium verterit, an communicans propter metum cum excommunicato excommunicationem incurrerit, Innocentius III, dixit: *Licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.* Nec valet interpretatio aliquorum, id intelligi de metu

Matr., cap. 4. — ⁵ De Effect. matr., cap. 5, n. 24. — ⁶ Lib. 10, cap. 7, n. 6. — ⁷ Lib. 9, disp. 31, n. 4. *Petr. Ledesma*, qu. 55, art. 6, diff. 5, v. *In hujus rei expositionem.*

De affinitate contracta post matrimonium.

Uxor, metu gravi coacta, privatur jure petendi, juxta alios.

copulam de qua agitur. Et constat ex decreto S. C. de Prop. Fide, 23 Aug. 1852, et alio S. O., de die 14 Decembr. 1898.

1071. ^{a)} Silvester, v. *Luxuria, qu. 4, v. Tertium*, videtur sic tenere, ut ait Sanchez; negat enim uxorem privari jure petendi, quando ex metu gravi, sed consentiente

marito, sic fuerit cognita idque « in detestationem criminis viri Ubi aperte sentire videtur contrarium, si nullum esset viri delictum. — Idemque prorsus notandum est de Richardo, *in 4, dist. 35, art. 2, ad 4*; et de Graffio, *Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 80, n. 14.*

levi: nam Pontifex aperte intelligit etiam de gravi, cum dicat *pro nullo metu, etc.*

Probabilius non privatur.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, negat; et hanc tenent Bonacina¹ cum Navarro^{b)} et Rebello; Elbel² cum Tamburinio^{c)} et Illsung. Et probabilem putant Laymann³, Palaus⁴, Salmant.^{d)} cum Gabriele^{d)} et Antonio a Spiritu S.^{d)}; ac Sotus^{d)} et Villalobos^{d)} apud Bossium⁵. — Ratio, quia, sicut metus excusat a lege ecclesiastica, sic etiam a poena ab ipsa imposita. Nec obstat textus supra oppositus. Quia (ut explicant auctores praefati, cum Soto, Barbosa^{e)} et Victoria, apud Bossium⁶) textus ille intelligitur loqui de metu incusso in contemptum excommunicationis. Nam extra contemptum, metus gravis certe excusat a lege ecclesiastica; et etiam ab excommunicatione, casu quo res quae metu agitur ex solo jure ecclesiastico est prohibita, ut certum est apud omnes. Vide dicenda *de Censur., Lib. VII, n. 46.*

1072. Quaeritur 2.^o *An ignorantia excuset ab incurrendo hoc impedimento petendi?* — Hic distinguenda est triplex ignorantia, *juris, facti* et *poenae*.

Primo igitur, si adsit ignorantia *juris*, nempe, si vir accedit ad consanguineam uxoris, nesciens adesse legem humanam

Juxta alios ignorantia juris non excusat.

¹ Qu. 4, punct. 2, n. 5. - *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 18, n. 14. — ² De Matr., n. 232. *Ills.*, de Matr., disp. 9, n. 134. — ³ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 14. — ⁴ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 3. — ⁵ De Effect. Matr., cap. 5, n. 152. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, v. f. *Victor.*, Sum., de Excom., quaer. 12. ⁶ De Effect. Matr., cap. 5, n. 52. — *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 12, art. 1, v. *Ex quo sequitur*. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, n. 241, n. 11. - ⁷ Lib. 9, disp. 32, n. 46. — *Sotus*, loc. cit., qu. 1, art. 2, v. f. *Abbas*, in cap. *A nobis* 21, de sent. excom., n. 9. -

id prohibentem. — Corduba et Manuel, apud Sanchez⁷ dicunt incurrere impedimentum. Et idem sentire debent Sotus, Turrecremata^{a)}, Abbas, Ledesma, etc. (apud eundem Sanchez⁸), qui censent omnes poenas ecclesiasticas, excepta excommunicatione, incurri etiam ab ignorante legem positivam: modo ipse sciat id esse vetitum de jure naturali^{b)}. Ratio (ut ajunt), tum quia obligatio ad poenam non oritur ex scientia delinquentis, sed a voluntate legislatoris; tum quia excusat quidem a poena ignorantia facti, non vero ignorantia juris, ut habetur in *regula 13, de reg. juris in 6.*

Probabilius vero et communius docent non incurrere impedimentum, Navarrus⁹, Suarez¹⁰, Sanchez¹¹, Wigandt^{c)}; Bossius¹² cum Pontio, Aversa et Villalobos; Salmant.¹³ cum Perez, Dicastillo et Gabriele; ac Bonacina¹⁴ cum Sà^{d)}, Ledesma, Henriquez^{d)} et Reginaldo. — Ratio, quia, cum poena sit imposita a lege humana, qui cum ignorantia contra illam operatur, sicut excusatur ab ejus transgressione, ita etiam excusatur a poena. Et sic respondetur primae rationi sententiae oppositae. — Respondetur autem ad secundam, quod regula illa currit tantum pro foro externo, non vero pro interno.

Probabilius excusat.

Barthol. Ledesm., de Excom., diff. 5, v. f. - ⁸ Loc. cit., n. 16. — ⁹ Man., cap. 16, n. 34. — ¹⁰ De Censur., disp. 4, sect. 8, n. 20, v. *Quarto*. — ¹¹ Lib. 9, disp. 32, n. 49. — ¹² Cap. 5, n. 157. *Pont.*, lib. 10, cap. 6, n. 8 et 10; cfr. cap. 7, n. 6, i. f. *Aversa*, qu. 17, sect. 3, v. *Rursus*. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 52, n. 9. — ¹³ Tr. 9, cap. 15, n. 30. - *Perez*, disp. 52, sect. 5, n. 3. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 9, n. 104. - *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 7, qu. 9, n. 79 et 80. — ¹⁴ Qu. 4, punct. 2, n. 6. *Petr. Ledesm.*, qu. 56, art. 1, dub. 4; cfr. qu. 55, art. 6, diff. 5, concl. 2. *Regin.*, lib. 31, n. 298.

^{b)} Navarrus, *loc. cit.* a Bonacina, scilicet, *Man.*, cap. 27, n. 63, i. f., loquitur de casu simili; dicit enim metum mortis aut verberum excusare ab incurrenda excommunicatione.

^{c)} Tamburinius, *lib. 8, de Matr., tr. 1, de Imped., cap. 12, § 3, n. 5*, habet hanc opinionem ut probabilem.

^{d)} Salmant. *tr. 9, cap. 15, n. 28*; Gabriel a S. Vinc., *disp. 7, qu. 9, n. 78*; Antonius a Spiritu Sancto, *tr. 11, de Matr., n. 621*, hanc opinionem simpliciter tenent, ut ipse S. Alphonsus; itemque Sotus, *in 4, dist. 37, qu. un., art. 2*; et Villalobos, *part. 1, tr. 13, diff. 52, num. 7*

^{e)} Barbosa, *Collect. in cap. Sacris, de his*

quae vi etc., citatur quidem a Bossio, ut refert S. Alphonsus, sed affert tantum hanc opinionem, et eam rejicit.

1072. - ^{a)} Turrecremata, *in can. Qui bis, de cons., dist. 4, num. 8*, tractat de irregularitate, et videtur de ignorantia solius poenae loqui.

^{b)} Auctores a Sanchez citati non apponunt hanc conditionem.

^{c)} Wigandt, *tr. 16, n. 100*, loquitur de ignorantia poenae; Suarez vero, etsi de ignorantia juris, tractat de censuris in genere.

^{d)} Sà, v. *Debitum conjugale, num. 13*; Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 11*, lit. q, de ignorantia facti loquuntur.

Ignoran-
tia facti ex-
cusat.

1073. - Secundo, si adsit ignorantia *facti*, nempe si vir sciat legem ecclesiae prohibentem petitionem debiti, sed nesciat illam ad quam accedit esse consanguineam suae uxoris; tunc commune est non incurrere impedimentum, ut docent Sanchez¹ (contra ^{a)} Ovando), Bonacina², Palaus³, Pontius⁴, Bossius⁵, Wigandt⁶ et Salmant.⁷, et alii passim. — Ratio, quia, cum privatio juris petendi sit poena incestus, ubi deest incestus culpa, cessat etiam poena.

Etiamsi
ignorantia
fuerit cras-
sa.

Et hoc dicendum, etiamsi ignorantia fuerit crassa, ut docent etiam communiter Sanchez⁸, Navarrus^{b)}, Pontius⁹; et Bossius¹⁰ cum Palao, Bonacina, Coninck, Hurtado, etc. (contra Toletum et quemdam alium auctorem). Et ratio patet ex textu citato *Si quis 1. de eo qui cognovit, etc.*, ubi imponitur hoc impedimentum tantum *scienter* peccanti, juxta verba relata *n. 1070.* — Excipiunt tamen Sanchez¹¹; et Bossius¹² cum Suarez, Bonacina, Reginaldo, Diana, etc. (contra ^{c)} Hurtadum, Vasquez, Silvestrum, etc.), nisi ignorantia, sit adeo crassa, ut videatur ingens temeritas ignorare; talis enim ignorantia crassissima aequiparatur dolo, *ex leg. 2, § Et Generaliter, ff. de doli mali et metus except. d)*.

Limitatio.

¹ Lib. 9, disp. 32, n. 47. — ² Qu. 4, punct. 2, n. 6. — ³ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 3. — ⁴ Lib. 10, cap. 6, n. 9. — ⁵ De Effect. Matr., cap. 5, n. 154. — ⁶ Tr. 16, n. 100. — ⁷ Tr. 9, cap. 10, n. 30. — ⁸ Lib. 9, disp. 32, n. 36 et 47. — ⁹ Lib. 10, cap. 6, n. 10. — ¹⁰ Loc. cit., n. 160. — *Palaus*, tr. 2, disp. 1, punct. 18, n. 1 et 3. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 11; et qu. 1, punct. 3, n. 18. — *Coninck*, disp. 13, dub. 11, num. 93. — *Gasp. Hurtad.*, de Censur. in communi, diff. 21, n. 91. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 8, n. 4 et 5. — *Quidam alius auctor*, hic est *Allerius*, de Suspens., disp. 11, cap. 5, v. *Autem*. — ¹¹ Loc. cit., n. 39 et 47. — ¹² Loc. cit., n. 162. — *Suar.*, de Censur., disp. 4, sect. 10, n. 3, v. *Quamvis in his*. — *Bonac.*, loc. cit., qu. 2, punct. 1,

An autem excuset ignorantia affectata? — Vide dicenda *de Censur., Lib. VII, n. 48.*

Quid de
ignorantia
affectata.

1074. — Tertio, si adsit ignorantia *poenae*, nempe si quis habeat scientiam legis et facti, sed nesciat poenam non petendi.

Dubitatur: *an haec ignorantia excuset?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Sanchez¹³, Salmant.¹⁴; et Croix¹⁵ cum Pontio et Aversa. — Ratio, quia poena haec magis habet rationem impedimenti sive inhabilitatis, quam poenae.

Ignorantia
poenae non
excusat
juxta quos-
dam.

Secunda vero sententia satis probabilis affirmat. Et hanc tenent Bonacina¹⁶, Wigandt¹⁷, Palaus¹⁸, Bossius¹⁹, Tamburinius²⁰, Elbel²¹; Sporer²² cum Portello; ac Diana²³ cum Coninck^{a)} et Duardo^{b)}. Et probabilem putant Sanchez²⁴, et Laymann^{c)}, apud Croix²⁵. — Ratio horum auctorum: quia censent hanc non esse meram inhabilitatem, sed veram poenam in vindictam incestus. Idque probant ex eo quod, si haec non esset poena, affinitas illa contraheretur etiamsi incestus eveniret sine peccato, vel etiamsi haberetur copula per vim et metum; sed hoc ipsi adversarii negant. — Nec obstat dicere nullam poenam incurri sine sententia saltem declaratoria; sed nemo dicit ad hoc impe-

Satis proba-
biliter ex-
cusat.

Objectioni
satisfit.

n. 11. — *Regin.*, lib. 31, num. 297. — *Diana*, part. 3, tr. 5, resol. 13, v. *Notandum*. — *Gasp. Hurtad.*, loc. cit., n. 92. — *Vasq.*, de Excom., dub. 15. — *Silvest.*, v. *Culpa*, qu. 11, n. 14. — ¹³ Lib. 9, disp. 32, n. 50. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 15, n. 30. — ¹⁵ Lib. 6, part. 3, num. 376. — *Pont.*, lib. 10, cap. 6, num. 12, cfr. cap. 7, n. 6, i. f. — *Aversa*, qu. 17, sect. 3, v. *Rursus*. — ¹⁶ De Matr., qu. 4, punct. 2, n. 6, v. *Resp.* 2. — ¹⁷ Tr. 16, n. 100. — ¹⁸ Tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 8. — ¹⁹ De Effect. Matr., cap. 5, n. 179. — ²⁰ Decal., lib. 7, cap. 4, § 2, n. 3. — ²¹ De Matr., num. 233. — ²² Part. 4, cap. 1, num. 84. — *Portel.* (a Diana citatus), Dub. regul., v. *Ignorantia*, n. 31. — ²³ Part. 3, tr. 5, resol. 12. — ²⁴ Loc. cit., n. 21 et 50. — ²⁵ Lib. 6, part. 3, n. 376.

1073. — ^{a)} Ovandus, *in 4, dist. 41, propos. 9*, cum ceteris negat privari jure petendi eum qui invincibiliter ignorat cognationem mulieris cum propria uxore; sed negat etiam contrarium esse improbabile.

^{b)} Navarrus, qui in *Man., cap. 27, n. 141*, scribit: « Lex puniens facientem aliquid *scienter*, requirit dolum..., a quo quaelibet ignorantia etiam crassa excusat ».

^{c)} Auctores isti, qui citantur tamquam contrarii exceptioni positae, loquuntur de poenis in universum.

^{d)} Lex 2, § 5. *Et generaliter, ff. de doli mali et metus except.*, quae hic allegatur,

dicit: « Dolo facit, quicumque id quod quaqua exceptione elidi potest, petit. Nam etsi inter initia nihil dolo malo facit [« quia ignoravit quare non debeat petere » ut addit Glossa], attamen nunc petendo facit dolose: nisi si talis sit ignorantia in eo, ut dolo careat ».

1074. — ^{a)} Coninck, *disp. 18, n. 31*, negat esse improbabile.

^{b)} Duardus, *in bull. Coenae, lib. 1, cap. 2, qu. 5, n. 27, v. f.*, loquitur tantum de irregularitate ex delicto; unde non videtur satis bene citari a Diana.

^{c)} Laymann citatur a Croix tamquam tenet hanc opinionem; sed revera, *lib. 1, tr. 4,*

dimentum incurrendum requiri sententiam; ergo non est poena. Sed respondetur quod sententia tunc requiritur quando crimen facile potest probari: non vero quando est difficillimae probationis, ita ut si requireretur sententia, poena redderetur fere inutilis; ut docent Suarez et Villalobos, apud Bossium¹. Et ita accideret in nostro casu, ubi ut plurimum incestus occultus est, nec potest probari.

Et cum probabilissimum sit ab ignorantibus non incurri poenas a lege ecclesiastica impositas, quando sunt extraordinariae, scilicet quae per se ne in confuso quidem praevideri possunt; ut docent Navarrus² cum Cajetano^{d)}, Silvestro et Angelo; S. Antoninus³; item Hostiensis^{e)}, Coninck^{e)}, Sayrus, Duardus, Philiarchus, Manuel, etc., apud Bossium⁴: hinc satis pariter probabile est non incurri ab ignorantibus hanc poenam, quae certe videtur extraordinaria, cum per se praevideri nequeat.

Suar., de Legib., dub. 5, cap. 8, n. 9 et cap. 9, n. 6. Villal., part. 1, tr. 2, diff. 25, n. 5. ¹ De Effect. Matr., cap. 5, n. 26. — ² Man., cap. 23, n. 47 et cap. 27, n. 274. Silvest., v. Ignorantia, n. 14 et 16. Angel., v. Ignorantia, n. 4, v. f.; et v. Excommunicatio VII, cas. ult., n. 3. — ³ Part. 3, tit. 24, n. 33, v. f. — Sayr., de Censur., lib. 1, cap. 18, num. 37. Duard., in bull. Coenae, lib. 1, cap. 2, qu. 5, n. 30 et 31. Philiarch., de Offic. sacerdot., part. 1, lib. 3, cap. 4, v. Tertio objic. Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 194, num. 3. ⁴ Cap. 5, num. 173. — ⁵ Lib. 7, cap. 33, num. 2. — ⁶ Tr. 28, disp. 3, punct. 2, § 1, n. 1 et 2. — ⁷ Lib. 6, part. 3, n. 696. — ⁸ Lib. 7, disp. 64, n. 21. Armill., v. Matrimonium, n. 26. Tabiena, v. Impedimentum IV, n. 3. — Henricus Boich, in cap. Fraternalitati, i. f. Gabr. Biel, Supplem., dist. 41, qu. un., art. 1, not. 1, v. Ex illo sequitur. — ⁹ De Matr., qu. 3, punct. 12, v. 13. Palud., in 4, dist. 41, qu. 1,

1075. - Quaeritur 3°. *An ad contrahendam affinitatem requiratur ut copula ex utraque parte sit consummata?* — Certum est requiri seminationem viri.

An autem *requiratur etiam seminatio feminae?*

Negant Pontius⁵, Palaus⁶, Croix⁷; Sanchez⁸ cum Armilla, Tabiena, Henrico, Gabriele, etc.; ac Bonacina⁹ cum Paludano, Silvestro et Soto. — Ratio, quia ad generationem non est necessarium semen femineum; juxta plurimorum sententiam relatum n. 918, v. *Secunda*.

Secunda vero sententia, etiam probabilis, affirmat; et hanc tenent S. Bonaventura, Innocentius, Archidiaconus, Lopez, Graffius^{a)}, Cenedo, etc., apud Sanchez¹⁰. Et probabilem vocant ipsi Sanchez¹¹ et Palaus¹², ac Roncaglia¹³; Elbel¹⁴ cum Hurtado^{b)} et Mastrio^{b)}; ac Salmant.¹⁵ cum Silvestro^{c)}, Trullench et Durandus^{d)}; item Aversa, Diana et Krimer, apud Croix¹⁶. — Ratio: tum quia, juxta alio-

Ad contrahendam affinitatem certe requiritur seminatio viri.

Probabiliter etiam requiritur seminatio foeminae.

Probatur ratione,

art. 3, concl. 2, (n. 19). - Silvest., v. Matrimonium VIII, qu. 15, v. *Secundum*. - Sotus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, v. *Hoc autem perplex.* — S. Bonav., in 4, dist. 41, qu. 1.

Innoc., in cap. Fraternalitati, de eo qui cognovit, etc. Archidiac., in cap. un. de sponsal., in 6°, num. 3 et 3; et in can. *Extraordinaria*, caus. 35, qu. 3, num. 3. Ludov. Lopes, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 50, v. *Praeterea quia dictum est*. Cenedo, Collectan. ad Decretal., collect. 19, num. 1. — ¹⁰ Lib. 7, disp. 64, num. 20. — ¹¹ Loc. cit., num. 20, i. f. — ¹² Tr. 28, disp. 4, punct. 8, num. 3. — ¹³ Tr. 21, qu. 4, cap. 3, qu. 10. — ¹⁴ De Matr., num. 227. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 4, num. 5 et 6; cfr. cap. 12, n. 92. Trull., lib. 7, cap. 9, dub. 16, n. 4; cfr. cap. 4, dub. 5, num. 4. — Aversa, qu. 17, sect. 1, v. *Dubitatur tamen*. Diana, part. 5, tr. 13, resol. 54. Krimer, in lib. 4, decretal., qu. 1, num. 460. ¹⁶ Lib. 6, part. 3, n. 696.

cap. 20, n. 6, generaliter dumtaxat dicit ignorantiam poenae a poena excusare, quando « poena sit admodum gravis et plus quam delictum absolute spectatum mereatur ».

^{d)} Cajetanus, in *1am 2ae*, qu. 76, art. 3, v. *Judas igitur non peccavit peccato incestus*, dicit ignorantiam circumstantiae incestus excusare a sententia, si qua esset lata in committentes incestum, quia excommunicatio praesupponit illam culpam.

^{e)} Hostiensis, in cap. A nobis 21, de sent. excom. n. 2, dicit ignorantiam poenae excusare. — Coninck vero disp. 18, n. 31, negat esse improbableem.

1075. ^{a)} Jacobus de Graffis, quidquid dicat Sanchez, habet oppositum ut verius; quamvis enim, *Decis. aur. part. 1, lib. 2, cap. 80, n. 8*, hanc sententiam secundam ex-

ponat, addit tamen, juxta alios « sufficere ut vir emittat semen intra claustra pudoris, licet mulier non emittat, cum secundum medicos semen mulieris necessario non concurrat ad generationem; et haec est verior opinio ».

^{b)} Gaspar Hurtadus, de Matr., disp. 20, diff. 1, n. 4; Mastrius, in 4, disp. 7, n. 477, simpliciter hanc sententiam tenent.

^{c)} Silvester, v. Matrimonium VIII, qu. 15, v. *Secundum*, oppositum tenet, quidquid dicant Salmant. « Si vero... spermatizet vir in vase debito intra claustra pudoris, et non mulier..., revera contrahitur hic affinitas, et matrimonium est consummatum ».

^{d)} Durandus, in 4, dist. 41, qu. 1, art. 1, absolute negat oriri affinitatem per actum « secundum naturam, in quo non est conjunctio seminum ».

rum plurium sententiam (vide dicta n. 918, v. *Prima*), etiam semen feminae requiritur ad generationem; tum quia (et haec ratio fortius urget) non contrahitur affinitas nisi coeuntes fiant una caro: at non fiunt una caro, nisi semina commisceantur. — Et haec sententia valde firmatur ex auctoritate D. Thomae (cuius verba retulimus n. 1036, v. *Hic autem*), ubi expresse docet exigi seminationem tam maris quam feminae ut affinitas contrahatur.

Hic tamen bene advertunt Sanchez¹, Croix² et Elbel³, quod *in dubio* praesumendum est pro copula perfecta; quia ex communiter contingentibus haec prudenter adfuisse praesumitur: quapropter si *vir* coierit, et dubitat an seminaverit, vel an intra vas, copula praesumitur perfecta. — Et sic etiam dicunt Aversa^{e)}, Diana^{f)}, Krimer^{f)} et Gobat apud Croix, semper praesumi seminationem etiam *mulieris*, quando ipsa in coitu magnam senserit voluptatem, esto seminationem non adverterit.

Imo, merito dicit Elbel⁴ cum Sanchez, Clericato et aliis, quod in foro *externo*, ubi constat de coitu, semper pronuntian- dum pro impedimento affinitatis contra- cto. Et sic etiam judicandum in foro *inter- no*, quod praesumptioni fori externi conformari debet, semper ac non constat hanc esse falsam.

D. Thom., Suppl., qu. 55, art. 4, ad 2. — ¹ Lib. 8, disp. 6, n. 18. — ² Lib. 6, part. 3, n. 696. — ³ De Matr., n. 236. — Gobat, tr. 9, n. 391. — Croix, loc. cit. — ⁴ De Matr., n. 227. Sanchez., lib. 7, disp. 64, num. 9. — Clericat., de Matr., decis. 31, n. 7, v. f. — Covar., de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, n. 6, i. f. Jacob. de Graffius, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 12. — ⁵ Lib. 8, disp. 12, n. 9. — Silvest., v. *Debitum conjugale*, n. 11. Ludov. Lopez, Instruct. consc., part. 1, cap. 80, qu. 1; et Instruct. nov., part. 1, cap. 296, i. f.; et part. 2, de Matr., cap. 59, v. *Jam et illam*. Margar. confessorum, Interrogat. circa 6 praec., v. *Undecimo*. ⁶ Lib. 8, disp. 12, n. 10. — ⁷ Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 15. — ⁸ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 5. — ⁹ De Matr., qu. 89, quaestiunc. 7, v. *Quod autem*. Pont., lib. 8, cap. 13, n. 9. — ¹⁰ Tr. 16, n. 100. v. *Resp.* 3, § — ¹¹ Decal., lib. 7, cap. 4, § 2, n. 3. — ¹² De Matr., n. 234. Anacl.,

1076. - Quaeritur 4^o. *Quis possit dispensare in hoc impedimento?*

Alii dicunt solum Pontificem; cum ab ipso fuerit haec poena imposita. Ita Covarruvias, Graffius et Matienzo^{a)}, apud Sanchez⁵. — Alii dicunt posse dispensare etiam episcopum, sed tantum in casu necessitatis; ut Silvester, Lopez et Margarita, apud eundem Sanchez⁶.

Alii vero communissime docent semper et absolute posse episcopum dispensare. Ita Laymann⁷, Palaus⁸; Merbesius⁹ cum Pontio, Wigandt¹⁰, Tamburinius¹¹; Elbel¹² cum Anacleto; Bossius¹³ cum Henriquez et Villalobos; et Sanchez¹⁴ cum Paludano, Soto, Armilla, Sa, Vega, Manuele, etc. — Ratio quia, dato quod episcopus id non posset ex dispositione juris, bene tamen id potest ratione consuetudinis. — Hanc autem facultatem dispensandi bene potest alteri delegare, non solum in particulari, sed etiam in generali. Vide dicenda Dubio IV, n. 1125, v. *Sed communiter*.

Insuper possunt etiam in hoc impedimento dispensare omnes *confessarii regulares Mendicantium* a provinciali ad hoc munus deputati. — Ex pluribus privilegiis, nempe Martini V, cum declaratione Julii II, ut ferunt Sanchez¹⁵, Sporer¹⁶, Elbel¹⁷, Pontius¹⁸; et Salmant.¹⁹ cum Gutierrez^{b)}, Aversa et Candido (con-

Possun
dispensari
SS. Ponti
fex,

et episco
pus, is qui
non solo ca
su necessi
tatis,

sed sem
per et abso
lute,

cum facultate
delegandi.

Item conf
fessarii re
gulares
Mendican
tium.

Append. ad 4 Decretal.; § 12, n. 565. — ¹³ De Effect. Matr., cap. 5, n. 14. Henriq., lib. 12, cap. 2, n. 9, lit. s. Villal., part. 1, tr. 13, diff. 52, n. 10. — ¹⁴ Lib. 8, disp. 12, n. 13. — Palud., dist. 42, qu. 1, art. 3, concl. 2 et 3 (n. 28 et 29) Sotus, in 4, dist. 37, qu. un., art. 2, v. *Dubium autem circa*. Armil., v. *Dispensatio*, n. 18. — Sa, v. *Debitum conjugale*, n. 13. Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 5, cas. 1, v. f. — Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241, n. 12. — Martinus V, apud Casarubios, Compend. Privilegior., v. *Dispensatio*, Capuccini annotat.; et Rodriguez, Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1. Julius II, Declaratio S. Poenit. de die 29 Julii 1503, ap. Rodriguez Bullar. regul., Julii II bulla 22. — ¹⁵ Lib. 8, disp. 16, num. 8. — ¹⁶ Part. 4, cap. 2, n. 483. — ¹⁷ De Matr., n. 71. — ¹⁸ Lib. 8, cap. 13, n. 11. — ¹⁹ Tr. 9, cap. 14, n. 14. Aversa, qu. 19, sect. 3, v. *Potest insuper*. Candid., disquis. 27, art. un., dub. 9.

e) Aversa, loc. cit., scribit: «Semper tamen, non solum in foro externo praesumetur ac reputabitur femina in copula fuisse suum semen; sed etiam in rei veritate ita censendum est, nisi evidenter aliud constaret».

f) Diana et Krimer, locis cit., illud non habent, neque allegantur a Croix pro hoc asser- to.

1076. - a) Ioannes Matienzo, *Comment. in lib. 5 Recollect. legum Hispan., tit. 1, Rubric., glos. un., n. 103*, affert tantum opinionem Covarruviae, quam nec reprobatur nec probatur.

b) Gutierrez, de Matr., cap. 123, n. 14, tractat de casu simili, scilicet de eo qui jure petendi privatur propter votum castitatis.

tra Concina ¹, ubi ait omnia haec privilegia esse prorsus commentitia, cum ipse in Bullario ea non invenerit). Item, ex privilegio S. Pii V vivae vocis oraculo, ut ferunt Wigandt ²; et Bossius ³ cum Laymann ^{c)}, Rebello, etc. Idem privilegium concessum Societati Jesu affert Palaus ⁴.

An autem *Mendicantes*, ut vi suorum privilegiorum possint dispensare in praedicto impedimento, *debeant habere licentiam specialem a suo generali vel provinciali?*

Alii dicunt nullam requiri licentiam; quia in privilegiis concessis Benedictinis et Minoribus absolute conceditur praedicta facultas. — Alii affirmant, ut Sanchez ⁵, Palaus ⁶; item Villalobos, Rodriguez, Aversa, etc., apud Salmant. ⁷; quia (ut hi ajunt) in privilegiis omnino requiritur deputatio a provinciali. — Alii demum, ut Salmant. ⁸ cum Leandro et Joanne de la Cruz, dicunt requiri quidem licentiam superioris, sed satis esse quod habeatur a praelato monasterii ^{d)}; quia privilegium concessum Benedictinis Vallisletanis fuit concessum a Martino V et Julio II priori monasterii.

1077. — Nota hic ultimo quod contrahentes scienter cum impedimento consanguinitatis vel affinitatis incurrunt excommunicationem ipso facto; ut habetur in *clem. un. de consanguin.*, ubi praecipitur etiam Ordinariis ut istos curent vitari donec satisfecerint ^{a)}. — Et idem ibi statuitur de religiosis, monialibus et clericis in sacris constitutis matrimonium

contrahentibus (qui insuper denuntiandi sunt ex edicto Inquisitionis generalis, apud Potestà ⁹), ac de laicis nubentibus cum monialibus. — Cum autem haec poena sit odiosa, recte dicit Croix ¹⁰ cum Pontio, Sporer et Aversa, eam non extendi ad alia impedimenta.

1078. « Dicitur XIII. SI CLANDESTINUS. — Quia Tridentinum irritat matrimonia eorum qui contrahunt aliter quam coram parochi vel alio sacerdote de ipsius vel Ordinarii licentia, et duobus ad minimum testibus; vultque graviter puniri eos qui contra hoc contraxerint vel etiam interfuerint ^{a)} ».

1079. — Ad rem melius intelligendam, notandum est duplici modo matrimonium esse clandestinum.

Vel quando malitiose contrahitur sine denuntiationibus: et tunc est tantum illicitum.

Vel, quando contrahitur non coram parochi et testibus: et tunc distinguendum est. Nam:

Quoad infideles, aut fideles qui degunt in locis infidelium, vel ubi Tridentinum non est receptum, tale matrimonium est quidem validum; cum lex saltem per decem annos non recepta non obliget: ut dicunt Sanchez ¹¹, Pontius ¹², Bonacina ¹³; et Salmant. ¹⁴ cum Perez, Dicastillo, Aversa, Ledesma et Rodriguez.

Quoad fideles autem qui sunt in loco ubi receptum est Tridentinum, matrimonium esset nullum, etiam in casu necessitatis. Ita communiter Sanchez ¹⁵, Pontius ¹⁶,

vel Ordinis, aut voti.

Impedimentum clandestinitatis. quid.

Non existit ubi Tridentinum non est receptum.

Semper existit ubi Tridentinum est receptum.

Pro quibus, juxta quosdam, nulla requiritur deputatio.

Juxta alios, requiritur deputatio a provinciali.

Juxta alios, sufficit deputatio a superiore locali.

Poenae inflictae contrahentibus cum impedimento consanguinitatis vel affinitatis.

¹ De Matr., diss. 3, cap. 4, n. 10. — ² Tr. 16, exam. 7, n. 100, v. Resp. 3. — ³ Cap. 5, n. 14. *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 18, n. 16. — ⁴ Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 6, n. 5. — ⁵ Lib. 8, disp. 16, n. 8. — ⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 18. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 52, n. 10; cfr. et diff. 51, n. 5. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1. *Aversa*, qu. 19, sect. 3, v. *Potest.* ⁷ Tr. 9, cap. 14, n. 15. — ⁸ Loc. cit., n. 16. — *Leand.*, tr. 9, disp. 24, qu. 19. *Joan. de la Cruz*, de Privileg., lib. 2, cap. 6, dub. 9. — ⁹ Exam. confessor., tom. 2, n. 226. — ¹⁰ Lib. 6,

part. 3, n. 807, i. f. — *Pont.*, lib. 7, cap. 28, n. 2. *Sporer*, part. 4, cap. 2, num. 441. *Aversa*, qu. 9, sect. 5, i. f. — ¹¹ Lib. 3, disp. 18, num. 1. — ¹² Lib. 5, cap. 7, num. 1 et 2. — ¹³ Qu. 2, punct. 7, num. 1. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 8, num. 11. *Perez*, disp. 39, sect. 4, num. 1. *Dicast.*, disp. 3, dub. 4, num. 21 et 22. *Aversa*, qu. 6, sect. 2, v. *Jam vero*. *Petr. Ledesma*, qu. 45, artic. 5, punct. 3, dub. ult. *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 216, num. 1, v. *Nota autem*. — ¹⁵ Lib. 3, disp. 17, num. 4. — ¹⁶ Lib. 5, cap. 6, num. 3.

^{c)} Pro Laymann qui non citatur a Bossio, videtur legendus Villalobos, qui citatur a Bossio, et hoc revera affert, *part. 1, tr. 13, diff. 52, n. 10*.

^{d)} Hanc sententiam aperte tenet S. Doctor in *Praxi Conf.*, n. 86, in *Hom. Apost.*, tr. 18, n. 69 et in *Confessore diretto*, cap. 17, n. 24.

1077. — ^{a)} Excommunicatio haec non amplius viget quoad eos qui scienter contrahunt

cum impedimento consanguinitatis aut affinitatis.

1078. — ^{a)} Decretum concilii Tridentini *Tametsi* (sess. 24, de reform. *Matrim.*, cap. 1) in multis est immutatum recenti S. C. Conc. decreto *Ne temere* diei 2 Augusti 1907; textum hujus decreti integrum referemus in fine tractatus, sed singulas ejus dispositiones quaestionibus convenientibus subinde adnectemus

Palas¹; et Salmant.² cum Laymann^{a)}, Coninck, Cornejo, Henriquez, etc. communiter: — contra Sotum et alios paucos, qui censent posse aliquando dari casum (etsi rarum), in quo sine parochia^{b)} valeret matrimonium. Sed hos recte dicunt Salmant.³, non esse audiendos; quia necessitas non potest reddere habiles eos quos Tridentinum *omnino inhabiles* declaravit, ut habetur *sess. 24, de reform. Matrim., cap. 1.* — Et hoc currit, etiamsi matrimonium esset contractum cum ignorantia invincibili. Salmant.⁴ cum communi.

Exceptio.

Dicunt tamen Laymann⁵, Coninck⁶; Croix⁷ cum Bellarmino et communi (contra Lessium); item Vega, Tanner^{c)}, Dicastillus et Veracruz^{d)}, apud eosdem Sal-

mant.⁸, quod si non possit in aliquo opido haberi pastor aut alius gerens ejus vices: tunc validum est matrimonium initum cum testibus sine parochia^{e)}. Et probabile id putant Salmant.⁹ propter quamdam declarationem Clementis VIII (apud Coninck). — Quia tunc, vel non adest ibi parochia, vel ibi non durat promulgatio Tridentini, quamvis facta fuerit: destructa enim parochia, censetur destructa promulgatio quoad ejus valorem.

Pariter, matrimonium celebratum sine parochia in locis infidelium a fidelibus captivis, vel mercatoribus ibi degentibus per modum hospitii, validum est et licitum. — Salmant.¹⁰ cum Sanchez, Bonacina, etc. *f)*.

¹ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 8, n. 9. — ² Tr. 9, cap. 8, n. 13. — Coninck, disp. 27, n. 13. — Cornejo, disp. 7, dub. 39, qu. 7. — Henrig., lib. 11, cap. 3, n. 8. — Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3. — ³ Loc. cit., n. 14 et 15. — ⁴ Loc. cit., n. 16. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 7. — ⁶ Disp. 27, n. 11, v. Quarto. — ⁷ Lib. 6, part. 3, n. 778. — Bellarm., ad

Nuntium Octav. Caraffa, ap. Sbogar, Theol. radic., tr. 116, cap. 4, n. 30. — Less., Auctarium, v. *Matrimonium*, cas. 17. — Vega, Sum. silv., lib. 3, cas. 361. — Dicast., disp. 3, dub. 4, n. 28 et 29. — ⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 17. — ⁹ Loc. cit. — Coninck, disp. 27, n. 11, i. f. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 8, n. 22. — Sanchez, lib. 3, disp. 18, n. 35. — Bonac., qu. 2, punct. 7, n. 3.

juxta ordinem in quo a S. Alphonso exponuntur.

1079. — *a)* Laymann non citatur pro hac doctrina a Salmant.

b) Sotus dicit: Absque testibus.

c) Tanner, *disp. 8, qu. 3, dub. 6, n. 122*, loquitur de matrimoniis haeticorum coram praedicante, quae valida esse ait, etiam in locis in quibus Tridentinum est promulgatum, et ubi haetici inter catholicos impune versantur.

d) Veracruz, *Specul. Append., dub. 5, concl. 7, object.*, loquitur de eo qui moratur apud Turcos vel Saracenos, ubi « publicatio facta non est, neque parochia fidelium est, ubi fieri posset ».

e) Croix et Salmant. utique sic dicunt, ceteri vero de testibus non loquuntur et dicunt posse tunc contrahi sine parochia.

f) Hodierna vero disciplina, ex decreto *Ne temere*, non respicit ad loca ubi Tridentinum fuit necne promulgatum, sed ubique ad validitatem matrimonii requirit praesentiam parochi vel Ordinarii loci et duorum saltem testium « Ea tantum matrimonia (ita decretum *n. III*) valida sunt quae contrahuntur coram parochia vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato et duobus saltem testibus, iuxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas et salvis exceptionibus quae infra *n. VII* et *VIII* ponuntur ». — Pro locis vero ubi parochus deest, decretum *n. VIII* haec sancivit: « Si contingat ut in aliqua regione parochus, locive Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possint, ea-

que rerum conditio a mense iam perseveret matrimonium valide ac licite iniri potest, emisso a sponsis formali consensu coram duobus testibus ». Hanc sanctionem interpretans S. C. C. die 27 Julii 1908 *ad 5, invalida* declaravit matrimonia contracta sine Missionarii seu parochi praesentia, in locis dissitis ad quae missionarius singulis mensibus non venit, in quibus tamen si peteretur haberi posset, et vel ad eum aut ad alium missionarium, qui sit missionarius in sensu decreti, absque gravi incommodo possent accedere sponsi. — Decretum *Ne temere* obligat omnes qui sunt vel aliquando fuerunt catholici. « Statutis superius legibus (ita *n. XI*, § *I*) tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant ». Excipiuntur tamen catholici ritus orientalis pro quibus nihil immutatum esse declaravit S. C. C. die 1 Februarii 1908 *ad 1*, nisi tamen contrahant cum catholico ritus latini, ut constat ex alia ejusdem S. C. declaratione die 28 Martii 1908, *ad 1*. — Prosequitur decretum § *2* « Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum catholicis, sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus sponsalia vel matrimonium contrahunt, nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum ». Sub hac exceptione, comprehendi tantummodo constitutionem *Provida*, non autem alia quaecumque decreta, ex declaratione S. C. C. diei 1 Fe-

Hicque advertatur quod matrimonia clandestina hodie ne sponsaliorum quidem vigorem habent; prout declaravit S. Congregatio, apud Fagnanum ¹.

Quid de peregrinis ubi viget Tridentinum.

1080. - *Peregrini* autem, si contrahant in loco ubi Tridentinum est receptum, matrimonium sine parochi et testibus est nullum; quia etiam peregrini obligantur legibus locorum quoad contractus. — Ita communiter Sanchez ², Pontius ³, Bonacina ⁴; Salmant. ⁵ cum Palao, Coninck, Dicastillo, Reginaldo, Perez ^{a)}, etc.: ex *cap. fin. de foro compet.*, ubi dicitur, in contractibus servandas esse leges et consuetudines locorum.

Quid si se transferunt ubi Tridentinum non viget.

Si quis vero se transferret ad locum, vel illac transiret, ubi Tridentinum non est receptum, et ibi contraheret sine pa-

¹ In cap. *Ad audientiam*, de sponsal., n. 11 et 15. Cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 27 et seqq., ubi plures similes declarationes habentur. ² Lib. 3, disp. 18, n. 26. — ³ Lib. 5, cap. 9, n. 1. — ⁴ Qu. 2, punct. 7, n. 5. —

rocho et testibus; nullum est matrimonium. Secus autem, si in illum locum vere transferret domicilium, quamvis cum animo ibi contrahendi sine parochi et testibus.

Ita declaratum fuit a S. Congregatione, die 14 Aug. 1627 ^{b)}. Et haec declaratio (quidquid dicant Sanchez ^{c)} et alii apud Salmant. ⁶⁾ omnino tenenda est cum Salmant. ⁷ et Croix ⁸ et aliis; cum ipsa fuerit approbata ab Urbano VIII pro tota Ecclesia, dum ibi dictum fuit: *Sicque... per quoscumque iudices definiri debere...* Et decretum Urbani iterum confirmatum est a Benedicto XIV in epistola *Paucis abhinc hebdomadis*, edita die 19 Martii anno 1758, ubi decretum Urbani in extensum refertur ^{d)}.

⁵ Tr. 9, cap. 8, n. 18. - *Palao*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 8, n. 5. - *Coninck*, disp. 27, n. 14. *Dicast.* disp. 3, dub. 6, n. 38. - *Regin.*, lib. 31, n. 176. — ⁶ *Loc. cit.*, n. 20. — ⁷ *Loc. cit.*, n. 21. — ⁸ Lib. 6, part. 3, n. 712.

bruarii 1908 *ad 4*. Constitutio autem *Provida*, 18 Januarii 1906 valida pronuntiat matrimonia mixta clandestina celebrata in quibusvis imperii Germanici provinciis et locis. Sed exceptio valet « tantummodo pro natis in Germania ibidem matrimonium contrahentibus », ex declaratione S. C. C. 28 Martii 1908 *ad 3*. Quinimo ea non fruuntur catholici qui in Imperio Germanico ad sectam haereticam vel schismaticam transierunt, vel conversi ad fidem catholicam ab ea postea defecerunt, etiam in juvenili vel infantili aetate; unde hi, ad contrahendum valide cum persona catholica debent adhibere formam in decreto *Ne temere* statutam, ita scilicet ut contrahere debeant coram parochi et duobus testibus. S. C. C. 1 Februarii 1908, *ad 5* et *6*. Per concessionem diei 23 Februarii 1909, constitutio *Provida* extensa fuit ad regnum Hungariae, servatis declarationibus S. C. C. diei 1 Februarii 1908. Sed non obstante hac extensione, ad fruendum privilegio dictae constitutionis, in quolibet matrimonio mixto, *ambo* conjuges debent esse nati in Germania, seu respective in regno Hungariae; et qui nati sunt in Germania nequeunt valide clandestine contrahere in Hungaria, et vice versa ambo nati in Hungaria nequeunt clandestino modo contrahere in Germania; ex declaratione S. C. de Sacram. 18 Junii 1909. — Quoad acatholicos vero decretum statuit § 3: « Acatolici, sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam sponsalium vel matrimonii formam servandam ». — Denique, *n. VII*, providet decretum casui necessitatis: « Imminente mortis periculo, ubi

parochus vel loci ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus haberi nequeat, ad consulendum conscientiae, et (si casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide et licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus ». Et hunc sacerdotem in iis rerum adjunctis, secundum declarationem S. C. de Sacramentis diei 14 Maji 1909, « dispensare quoque posse super impedimentis omnibus etiam publicis, matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus, exceptis sacro presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita ». Et hoc quidem valere non solum pro concubinariis, sed etiam si « alia adsit causa ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis », ex alia ejusdem S. Congregationis declaratione diei 16 Augusti 1909. Insuper eadem Sacra Congregatio de Sacramentis, die 29 Julii 1910 declaravit parochos comprehendi in decreto diei 14 Maji 1909.

1080. - ^{a)} Perez, *disp. 39, sect. 6, n. 4*, quod ad praesens attinet, habet tantum rationem adjectam, scilicet contrahentes sortiri quoad contractus, forum loci in quo contrahunt.

^{b)} Seu rectius: Declaratio S. C. C. de die 5 Septembr. 1626, quam confirmavit Urbanus VIII, suo brevi de 14 Augusti 1627.

^{c)} Scilicet Sanchez, *loc. cit.*, n. 28, dicit valide contrahere sine parochi et testibus, eos qui ex locis ubi viget Tridentinum, ad loca ubi non viget confluunt etiam per modum solius transitus; quin imo *n. 29*, etiamsi illud faciant animo contrahendi clandestine.

^{d)} In nova disciplina non est amplius

« Unde resolves:

« 1081. - 1^o. Per *parochum* intelligitur is « qui habet ordinariam jurisdictionem in « contrahentes, utpote qui domicilium et « habitationem habeant in ejus parochia ». — [Nomine *parochi* commune est intelligi parochum domicilii, non autem originis. Ita Sanchez¹, Pontius², Salmant.³; et Benedictus XIV⁴ cum Barbosa, Perez, etc. a)].

« Item episcopus vel ejus vicarius in « sua dioecesi ». [Ut Sanchez⁵, Pontius⁶, Palaus⁷ et Salmant.⁸ cum aliis (contra aliquos), ex cap. *Romana, de appellat. in 6^o*, et cap. 2, *de consuet. in 6^o*. Et hoc, etiamsi episcopus suo vicario id prohibuerit, juxta declarationem S. Congregationis, quam refert Pater Zaccaria apud Croix⁹. Episcopus enim nec parochus nec suo vicario potest interdicare ne matrimoniis assistant; ut alias declaravit S. C., apud Croix¹⁰. — Idemque dicitur de vicario capituli, sede vacante, et de abba-

tibus qui habent jurisdictionem quasi episcopalem erga suos subditos]. — « Uti et « Papa. Item capitulum, sede vacante, « cardinales in ecclesiis sui tituli, legati « in sua provincia ».

« Sufficit etiam excommunicatus aut « non sacerdos ». — Infra annum, in quo debet sumere sacerdotium, ex cap. *Cum ex eo, de elect. in 6^o*. — Is igitur non solum valide, sed etiam licite assisteret; ut Sanchez¹¹, Pontius¹², Palaus¹³ et Salmant.¹⁴ cum Aversa, Gabriele et Leandro (contra paucos); atque cum decreto S. C. (apud Pittonum¹⁵) die 12 Martii 1693. Et hoc, etiam transacto anno, ex alio Decreto S. C. 12 Martii 1583 (apud Bossium¹⁶).

Parochus autem qui potest assistere potest etiam dare licentiam assistendi alteri sacerdoti, ut habetur in Tridentino¹⁷, ubi: *Praesente parochus, vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia* b). — Item hic notandum quod

Parochus potest delegare.

¹ Lib. 3, disp. 23, n. 7. — ² Lib. 5, cap. 13, n. 2. — ³ Tr. 29, cap. 8, n. 25. — ⁴ Notif. 33, n. 6. *Barb.*, de Parochus, cap. 21, n. 36. *Perez*, disp. 40, sect. 2, n. 1. — ⁵ Lib. 3, disp. 29, n. 18. — ⁶ Lib. 5, cap. 11, n. 1 et 11. — ⁷ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 11, n. 3. — ⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 55. — ⁹ Lib. 6, part. 3, n. 725, i. f. Et habetur etiam in *Thes. Resol.*, in una *Segnen*. Matrimonii 17 Nov. 1736. ¹⁰ Loc. cit., n. 725. Cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 139 et seqq. — ¹¹ Lib. 3, disp. 20, n. 3 et 4.

— ¹² Lib. 5, cap. 17, n. 1 et 4. — ¹³ Loc. cit., § 10, n. 2 et 4. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 8, num. 40 et 45. - *Aversa*, qu. 6, sect. 3, v. *Posse tamen*. *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 3, qu. 8, num. 70. - *Leand.*, disp. 7, qu. 22 et 23. — ¹⁵ Decis. pro Matr. n. 106. Cfr. etiam Pallottini (quoad validitatem), v. *Matrimonium*, § 15, n. 102, mense decembr. 1593. — ¹⁶ De Matrim. Contr., cap. 4, n. 99. Cfr. Pallottini, loc. cit., n. 103, 29 Martii 1653. — ¹⁷ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1.

distinctio facienda de peregrinis *quoad validitatem* matrimonii; neque amplius requiritur (quoad validitatem) ex parte contrahentium domicilium vel quasi domicilium in territorio illius parochi vel Ordinarii qui matrimonio assistit; hinc etiam neque accidere potest ut contrahentes agant in fraudem legis. Decretum enim *Ne temere* haec, n. IV, statuit: « Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio assistunt... § 2. intra limites dumtaxat sui territorii in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adsistunt ». Sed *quoad licentiam* assistendi, idem decretum, n. V, decernit: « Licite autem assistunt: § 1. Constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de jure servandis [quod, ut patet, valet etiam pro matrimonio propriorum subditorum]; § 2. constituo insuper de domicilio vel saltem de mensura commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii; § 3. quodsi deficiat, ut parochus et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quae ab ea excuset ».

1081. - a) In nova disciplina « Nomine parochi... venit non solum qui legitime praest parociae canonice erectae, sed in regionibus ubi parociae erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parochus equiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis moderatore ad animarum curam in aliqua natione universaliter deputatus ». Ita decretum *Ne temere*, n. II; sed n. IV addit: « Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio assistunt: § 1, a die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii ». Et in ordine ad validitatem non est amplius parochus aut Ordinarius domicilii vel quasi domicilii, sed dumtaxat loci in quo contrahitur matrimonium. Vide notam d ad n. 1080.

b) Et ita etiamnum; sed cum duplici determinatione seu limitatione: « Parochus et loci Ordinarius (ita decretum *Ne temere*, n. VI) licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo ut matrimoniis intra limites sui territorii adsint. Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare tenetur limites mandati et regulas pro parochus et

parochus potest assistere nuptiis sui parochiani, etiam extra parochiam, et adhuc contradicente parochio illius loci ^{c)}; ut scribit Fagnanus ¹, ex pluribus decretis S. Congregationis ^{d)}.

Quid si parochus non est vere parochus.

« Nec requiritur ut a parte rei vere sit parochus; sed sufficit si habeat titulum saltem coloratum, ita ut communi errore habeatur parochus, nec sit intrusus absque omni titulo ^{e)}. — Vide « Bonacina ² ».

An autem sufficiat error communis sine titulo? — Vide dicta, hoc *Lib. VI, n. 572, v. Maius dubium f)*.

Quid si parochus sit excommunicatus, irregularis aut suspensus.

1082. - Parochus igitur excommunicatus, etiamsi sit vitandus, irregularis et suspensus, valide assistit in matrimonio. Quia ibi nullam exercet jurisdictionem; sed tantum assistit ut testis qualificatus, qui de matrimonio testificari possit. — Ita communiter Sanchez ³, Pontius ⁴, Barbosa ⁵, Bossius ⁶, Bonacina ⁷; et Salmant. ⁸ cum Palao, Coninck, Ledesma, Aversa et Henriquez (contra paucos). Et idem ait

¹ In cap. *Quod nobis*, de clandest. despons., num. 35. ² Qu. 2, punct. 8, n. 27 et 28. — ³ Lib. 3, disp. 21, n. 4. — ⁴ Lib. 5, cap. 17, n. 6. — ⁵ Alleg. 32, n. 90. — ⁶ De Matr. Contr., cap. 4, n. 85. — ⁷ Loc. cit., n. 24. — ⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 46. *Palao*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 10, n. 6. *Coninck*, disp. 27, n. 24. *Petr. Ledesma*, qu. 45, art. 5, punct. 3, dub. 3, v. *Ultimo*. *Aversa*, qu. 6, sect. 3, v. *Praeterea*. *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, num. 4. — ⁹ In cap. *Quod a praedecessore*, de schismatic., num. 81.

Fagnanus ⁹ cum decreto S. Congregationis ^{a)}.

1083. Sed dubitatur 1^o. *An parochus excommunicatus vitandus peccet graviter assistendo?*

Affirmant Coninck ¹⁰; Pontius ¹¹ cum Covarruvias ^{a)}, Suarez ¹²; ac Vasquez ^{a)}, Rebellus et Bonacina, apud Bossium ¹³: modo non adsit necessitas; quia alioqui communicaret cum aliis in re sacra et gravi. — Negant vero Sanchez ¹⁴, Bossius ¹⁵; ac Hurtadus, Diana, Villalobos ^{b)}, Leander, etc., apud Salmant. ¹⁶ (quorum aliqui tenent nec etiam leviter peccare). Ratio, quia communicaret cum suis parochianis in re necessaria ad eorum utilitatem, quam eis ex officio praestare tenetur.

Parochus vitandus peccat graviter assistendo.

Juxta alios non peccat.

Sed hoc non obstante, magis mihi arridet prima sententia; juxta dicta *de Sacram. in gen., n. 88, v. Idem dicunt*, ubi scripsimus, parochianis non licere petere assistentiam in matrimonio parochi excommunicati, nisi urgeat gravissima

Arridet prima sententia.

S. C. Conc., cfr. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 104. — ¹⁰ Disp. 27, num. 24, v. f. — ¹¹ Lib. 5, cap. 17, num. 11 et 12. — ¹² De Censur., disp. 11, sect. 1, num. 24, v. *Ordo vero*. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 9, num. 9. *Bonac.*, qu. 2, punct. 8, num. 24, i. f. ¹³ De Matr. Contr., cap. 4, num. 90. — ¹⁴ Lib. 3, disp. 21, num. 8. — ¹⁵ Loc. cit., n. 91. — *Gasp. Hurtad.*, § disp. 5, diff. 8, n. 27. *Diana*, pars 3, tr. 4, resol. 233. — *Leand.*, disp. 7, n. 27. ¹⁶ Loc. cit., n. 48.

loci Ordinario n. IV et V superius statutas ». — Et S. C. C. interrogata utrum ad tramitem hujus art. VI requiratur delegatio specialis, an vero sufficiat generalis, die 27 Julii 1908 respondit: « Ad IV. Quoad delegationem nihil esse immutatum, excepta necessitate eam faciendi sacerdoti determinato et certo, et restrictam ad territorium delegantis ».

^{c)} Fagnanus non loquitur de contradictione parochi illius loci; sed plane videtur insinuare oppositionem istam non obesse validitati matrimonii, dum dicit esse actum jurisdictionis voluntariae. De cetero unam dumtaxat affert S. C. declarationem.

^{d)} Hoc assertum non potest amplius sustineri post decretum *Ne temere*, quod absolute negat parochum vel Ordinarium posse extra limites proprii territorii valide assistere matrimoniiis. Vide notam *d* ad n. 1080.

^{e)} Decretum *Ne temere* nihil omnino sancivit de hoc; unde videtur valere etiamnum auctoris assertum.

^{f)} Ibi S. Doctor loquitur solum de sacra-

mento poenitentiae, sed hoc valet etiam de matrimonio.

1082. - ^{a)} Decretum *Ne temere* omnino negat parochum aut Ordinarium vitandum vel ab officio suspensum posse valide assistere matrimonio: « Parochus et loci Ordinarius [ita n. IV] valide matrimonio adsistent: § 1 a die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi ». Si igitur non fuerint nominatim excommunicati aut suspensi, vel non totaliter suspensi, valide assistunt.

1083. - ^{a)} Vasquez non satis ad rem citatur a Bossio; nam, *de Excom., dub. 7, n. 7*, dicit generaliter tantum mortale esse cum excommunicato communicare in sacris. — Idemque dicit Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 1, § 3, n. 9*, quamvis in fine de ipso excommunicato addat: « Excommunicatum posse absque ulla culpa ecclesiam ingredi causa orandi, eo tamen tempore quo divina officia non celebrantur ».

^{b)} Villalobos, *part. 1, tract. 13, diff. 18*,

causa, et alius non adsit qui possit supplere.

Omnes autem conveniunt quod si talis parochus a suo episcopo juste fuerit interdictus ab assistendo, tunc valide assisteret; sed a culpa gravi non excusaretur, quia violaret praeceptum superioris in re gravi ^{c)}. Sanchez ¹; Salmant. ² cum Pontio, Coninck, Palao, Bonacina, etc.

1084. - Dubitatur 2^o. *An parochus excommunicatus aut irregularis possit alteri sacerdoti dare licentiam assistendi?*

Affirmant Sanchez ³, Palaus ⁴, Barbosa ⁵, Pontius ⁶, Bonacina ⁷ cum Gutierrez et Ledesma ^{a)}; ac Salmant. ⁸ cum Trullench, Henriquez, etc. — Quia concessio licentiae illius non est actus jurisdictionis, sed potestatis. Negant vero Laymann ⁹; et Coninck, Dicastillus, Suarez ^{b)}, etc., apud Salmant. ¹⁰; quia, licet assistere non sit actus jurisdictionis, talis tamen est dare licentiam. — Sed sapienter respondet Sanchez, hujusmodi facultatem concedendi

¹ Lib. 3, disp. 21, n. 10. — ² Tr. 9, cap. 7, n. 49. - *Pont.*, lib. 5, cap. 17, n. 13. *Coninck*, disp. 27, n. 28. - *Palaus*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 10, n. 7. - *Bonac.*, qu. 2, punct. 8, n. 21 et 22. — ³ Lib. 3, disp. 21, n. 7. — ⁴ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 10, n. 8. — ⁵ Alleg. 32, n. 110. — ⁶ Lib. 5, cap. 17, n. 14. — ⁷ Qu. 2, punct. 8, n. 25. - *Gutier.*, de Matr., cap. 62,

licentiam non spectare ad parochum qua parochum, sed qua legitimum testem matrimonii destinatum a Tridentino cum potestate alium substituendi.

Unde prima sententia probabilior videtur ^{c)}.

« 2^o. Parochus vel quivis habens juris-
« dictionem ordinariam potest alium sibi
« substituere, non tamen nisi sacerdotem ».

1085. - « 3^o. Cum ad testes requisitos
« non addatur debere esse omni exce-
« ptione majores, sufficiunt etiam infames,
« feminae, pueri habentes usum sufficien-
« tem rationis, parentes, domestici ac
« servi ». — [Etiam infideles ^{a)}, quamvis
casu transeant aut vi detineantur; ut San-
chez ¹¹, Palaus ^{b)}, Barbosa ^{b)}, Laymann ¹²,
Bonacina ^{c)}; et Salmant. ¹³ cum Coninck ^{b)},
Dicastillo ^{b)}, etc.].

1086. - « 4^o. Si duo sint parochi ejusdem
« parochiae, potest utervis assumi ^{a)} ». —
[Etiam invito altero, Salmant. ¹⁴ cum Pon-
tio ^{b)}, Coninck ^{c)}, Henriquez ^{b)}, etc.]. —

n. 24. — ⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 51. - *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 13. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 5. — ⁹ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 5. — *Coninck*, disp. 27, n. 25. - *Dicast.*, disp. 3, dub. 10, n. 75. - ¹⁰ Loc. cit., n. 50. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 21, n. 7. — ¹¹ Lib. 3, disp. 41, n. 5; cfr. disp. 39, n. 9 et 11. — ¹² Loc. cit., n. 6, i. med. — ¹³ Tr. 9, cap. 8, n. 59. — ¹⁴ Loc. cit., n. 32.

Parochum excommunicatum aut irregularem posse delegare affirmant alii,

negant alii.

Prima sententia probabilior.

Qualitates testium.

Si duo sint parochi potest utervis assumi.

num. 7, id habet ex Sanchez, quem non reprobatur.

^{c)} Haec dicta sunt non solum de parochi excommunicato, sed de quocumque cui ab episcopo juste interdictum est ne matrimonio assistat. — Praeterea Salmant. et Palaus soli loquuntur de culpa, ceteri omnes de validitate tantum.

1084. - ^{a)} Petrus de Ledesma non recte citatur a Bonacina; tota enim quaestio haec moveri videtur de parochi excommunicato vitando; sed quamvis Ledesma, *qu. 45, art. 5, punct. 3, dub. 4, concl. 1, v. Ex hoc sequitur*, dicat parochum toleratum valide sed illicite hanc facultatem concedere posse; eum asserit invalide eandem concedere, si sit vitandus.

^{b)} Suarez, *de Censur.*, disp. 14, sect. 1, n. 7, v. *Quamobrem*, non aliud habet quam rationem adjectam.

^{c)} Controvertitur inter auctores utrum circa hoc sit aliquid immutatum per decretum *Ne temere*.

1085. - ^{a)} S. O. die 19 Aug. 1891, declaravit heterodoxos « non esse adhibendos » ut testes in catholicorum matrimoniis; « posse tamen ab Ordinario tolerari ex gravi causa, dummodo non adsit scandalum ». Nihil quoad qualitates testium immutatum esse per decre-

tum *Ne temere*, constat ex declaratione S. C. de Sacram., 12 Martii 1910.

^{b)} Palaus, *loc. cit.*, punct. 13, § 13, n. 3, non loquitur de infidelibus; sed generaliter et absolute ait posse quoscumque testes, modo rationi usum habeant, adhiberi posse; et *n. 1* ait satis esse etiam vi detentos et repugnantes. — Eademque notanda sunt de Barbosa, *alleg. 32, n. 138 et 139*, de Coninck, *disp. 27, n. 41 et 44*. Dicastillus vero, *disp. 3, dub. 18, n. 157*, negat requiri ut testes sint omni exceptione majores; de iis qui casu assistunt aut coacti habet, *dub. 19, n. 165 et 167*.

^{c)} Bonacina, *qu. 2, punct. 8, n. 46 et 48*, ita sane docet; sed de iis qui casu transeunt, *n. 49*, ait probabiliter eos sufficere; ast oppositum ipse tenet.

1086. - ^{a)} Et profecto S. C. C. interpretans decretum *Ne temere* declaravit die 1 Februarii 1908, *ad 8*, parochos illos qui territorium exclusive proprium non habentes cumulative territorium cum alio vel aliis parochis retinent, matrimoniis adsistere valere in territorio cumulative habito.

^{b)} Pontius, *lib. 5, cap. 13, n. 2*, Henriquez, *lib. 6, cap. 7, n. 2*, male hic citantur a Salmant.; nam loquuntur de casu quo sponsus duo domicilia habet.

^{c)} Coninck, *disput. 27, num. 18*, uti-

« Similiter, qui habet duo domicilia quae
« aequaliter inhabitat; vel domum ^{d)} quae
« partim pertinet ad unam parochiam par-
« tim ad alteram: potest alterutrum accer-
« sere, quia uterque est proprius parochus.
« Laymann, Bonacina ¹ [Et Sanchez,
communiter].

Quid si
sponsi ha-
bent duo do-
micilia.

Si sponsi habent *duo domicilia in dua-
bus parochiis*, dicunt S. Antoninus, Palu-
danus, Angelus, Gabriel, etc., apud San-
chez ², matrimonium esse contrahendum
in illa parochia ubi tunc temporis habi-
tant ^{e)}.

Sed communissime et valde probabi-
liter dicunt Sanchez ³, Roncaglia ⁴ cum
communi; Bossius ⁵, Bonacina ⁶ cum Gu-
tierrez et Rebello ^{f)}; Pontius ⁷; Barbosa ⁸
cum Coninck; et Salmant. ⁹ cum Perez,
Trullench, Dicastillo et Henriquez ^{g)}, ma-
trimonium posse contrahi in alterutra pa-
rochia; modo in utraque sponsi aequalem
habuerint habitationem; quia tunc in al-
terutra possunt recipere sacramenta. —
Idque confirmatur ex *cap. 2, de sepult.*,
in 6^o, ubi dicitur: *Cum ab eo qui duo
habet domicilia, se collocans aequaliter in
utroque, in loco tertio eligitur sepultura,*

Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 6. — ¹ Qu. 2, punct. 8,
n. 8. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 24, n. 5. — *S. Anton.*, part. 3,
tit. 17, cap. 4, v. *Secundus casus*. *Palud.*, in 4, dist. 17,
qu. 3, art. 2, concl. 3, i. f. (num. 17). *Angel.*, v. *Con-
fessio III*, num. 12. *Gabr. Biel*, in 4, dist. 17, qu. 2,
art. 3, dub. 2, i. med. — ² Lib. 3, disp. 24, num. 4. —
³ Lib. 3, disp. 24, n. 5. — ⁴ Tr. 21, qu. 4, cap. 7, qu. 2,
resp. 1. — ⁵ De Matr. Contr., cap. 4, n. 5. — ⁶ Qu. 2,
punct. 8, n. 8. *Gutier.*, de Matr., cap. 64, n. 1, 2 et 4.
— ⁷ Lib. 5, cap. 13, n. 2. — ⁸ Alleg. 32, n. 69. *Coninck.*,
disp. 27, n. 18. — ⁹ Tr. 9, cap. 8, n. 32. *Perez*, disp. 40,
sect. 2, n. 2. *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 7. — *Dicast.*,
disp. 3, dub. 8, n. 48. — ¹⁰ Respons. moral., lib. 1, dub. 37,
n. 3. — ¹¹ Loc. cit., n. 5. — ¹² Loc. cit., qu. 2, resp. 1, i. f. —

*domiciliorum ecclesiae habebunt inter se
dividere canonicam portionem*. Ergo non
habenda est ratio actualis, sed tantum
aequalis habitationis. Haec autem aequa-
litas moraliter accipienda est, ut dicunt
Lugo ¹⁰, Barbosa ^{h)}, Bossius ¹¹, Roncaglia ¹²,
Salmant. ¹³; et Sanchez ¹⁴ cum S. Anto-
nino ^{h)} et Paludano ⁱ⁾. — Idque procedere
dicit Bossius ^{j)} cum Sanchez ^{j)}, Pontio ^{j)}
et Gutierrez ^{j)}, non solum si quis habitet
hieme in civitate, aestate ruri, sed etiam
si indifferenter modo habitet in uno, modo
in alio loco.

Notandum autem id quod habetur in
decreto S. Congregationis (apud Benedi-
ctum XIV ¹⁵), ubi dicitur: *Parochum ru-
ralem non esse proprium...*, *quando rus-
itur causa recreationis, vel pro rusticanis
negotiis; ideoque matrimonium valide co-
ram hujusmodi parochis celebrari non
posse*. Hoc tamen intelligi, recte dicunt
Bonacina ¹⁶, Barbosa ¹⁷, Bossius ¹⁸; et Sal-
mant. ¹⁹ cum Sanchez, Palao, Dicastillo,
Trullench et Aversa, si sponsus aliquoties,
sive per breve tempus (ut ait Barbosa cum
Lugo) ruri degit. — Hinc Benedictus ²⁰,
Salmant. ²¹, Barbosa ²²; et Bossius ²³ cum

¹³ Tr. 9, cap. 8, num. 32. — ¹⁴ Lib. 3, disp. 24, num. 3. —
¹⁵ Notif. 33, n. 7. Cfr. Thesaur. Resolut. S. C. C. tom. 2,
fol. 284 et seqq. post declarat. de die 20 Februarii 1723;
Cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 266. —
¹⁶ Loc. cit., n. 6. — ¹⁷ Alleg. 32, n. 66. — ¹⁸ De Matr. Contr.,
cap. 4, n. 17. — ¹⁹ Loc. cit., n. 26. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 23,
n. 9. — *Palao*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 9. — *Dicast.*,
disp. 3, dub. 8, n. 48. *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 5.
Aversa, de Matr., qu. 6, sect. 3, v. *Quisnam vero*, cum
de Sacram. in gen., qu. 64, sect. 6, v. *Melius tamen*, et v.
Requiritur tamen. — *Barb.*, loc. cit., n. 66. — *Lugo*, Resp.
moral., lib. 1, dub. 37, n. 12. — ²⁰ Notif. 23, n. 7. —
²¹ Tr. 9, cap. 8, n. 27. — ²² Alleg. 32, n. 66. — ²³ Loc. cit.,
num. 17.

que concordat, sed non addit: *etiam invito
altero*.

^{d)} Auctores citati silent de hujusmodi
domo. — Praeterea quaestio haec de duplici
domicilio vel de ficta domicilii mutatione lo-
cum non amplius habet quoad validitatem in
nova disciplina. Vide supra, n. 1081, not. d.

^{e)} Rectius auctores isti a Sanchez citan-
tur pro opinione quae dicit sacramenta per-
cipienda esse ab his in illa parochia in qua
morantur. At revera, Paludanus, Angelus et
Gabriel, *locis cit.*, de sola confessione tra-
ctant.

^{f)} Rebellus, *part. 2, lib. 2, qu. 8*, non
satis ad rem citatur a Bonacina; loco enim
allegato, de alio casu tractat.

^{g)} Henriquez, *lib. 6, cap. 7, n. 2*, plane
innuit, dum haec dicit de sacramentorum re-
ceptione in universum.

^{h)} Barbosa, *alleg. 32, n. 70*, non habet
hanc interpretationem.

ⁱ⁾ S. Antoninus, *part. 3, tr. 17, cap. 4*,
v. *Secundus casus*; Paludanus, *in 4, dist. 17*,
qu. 3, art. 3, concl. 2, haec videntur innuere
dum dicunt satis esse si aestate in una, hieme
vero in altera parochia habitet.

^{j)} Apud Bossium, *loc. cit.*, n. 5; Sanchez,
loc. cit., n. 5; Pontium, *lib. 5, cap. 13, n. 2*;
et Gutierrez, *de Matr.*, cap. 64, n. 4, verbum
indifferenter non cadit in habitationem, sed in
facultatem contrahendi; scilicet ii dicunt eum
qui hieme in una, et aestate in altera paro-

Henriquez, Garcia, Seraphino ^{k)}, etc., ex declaratione S. Congregationis, rejiciunt Pontium ^{l)}, qui ¹ censet posse contrahi matrimonium etiam coram parcho in cujus parochia quis brevi commoratur.

Quid de
ficta domi-
cili mutati-
one.

Hic insuper sedulo notandum quod si quis *fictitie* domicilium transferat in aliam parochiam, ut ibi matrimonium contrahat, hoc nullum est; ut pluries S. Congregatio declaravit (vide Patrem Zaccaria apud Croix ²⁾). Secus autem si *vere* transferat, etsi in fraudem prioris parochi; ut recte ait Croix ³ cum Fagnano ^{m)}, Sanchez, Silvestro ⁿ⁾, Barbosa, Bossio, etc. (contra Ledesma ^{o)} et Vega). — Notat vero Croix ⁴ cum de Luca, non acquiri domicilium per habitationem solius diei, si noctu quis in priori cubaret domo ^{p)}.

Coram
quonam pa-
rocho sit
contrahen-
dum.

1087. « 5^o. Etsi ex praecepto adhibendus « sit parochus contrahentis illius in cujus

Henriq., lib. 11, cap. 3, n. 3. - *Garcia*, de Beneficiis, part. 5, cap. 7, n. 11, ad 4. — ¹ Lib. 5, cap. 13, n. 4. — ² Lib. 6, part. 3, num. 717. Cfr. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 189 et seqq.; cfr. etiam Thesaur. Resol. S. C. C. tom. 2, fol. 285 et seq. post declar. de 20 Febr. 1723. — ³ Loc. cit. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 25, n. 11, v. f. *Barb.*, de Parocho, cap. 21, n. 40. *Boss.*, de Matr. Contr., cap. 4, n. 18. *Vega*, Sum. silva, lib. 3, cas. 225. - ⁴ Loc. cit., *De Luca*, de Matr., discours. 1, n. 14. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 8, n. 1. — ⁵ Qu. 2, punct. 8, n. 10. — ⁶ Lib. 3,

« parochia matrimonium celebratur; sufficit tamen ad valorem, si alterutrius « pastor assistat ^{a)}; ut declaravit Congregatio Cardinalium, apud Rebellum et « Bonacina ⁵ » [Ita communiter Sanchez ⁶, Palaus ⁷, Pontius ^{b)}, Bonacina ⁸; et Salmant. ⁹ cum Coninck, Perez, etc.; item Benedictus XIV ¹⁰ ex declaratione S. C. anno 1573. Et aliam similem affert Fagnanus ¹¹, editam die 15 Decembr. 1574 ^{c)}, ubi, approbante Papa, fuit decisum valere matrimonium in parochia mulieris coram parcho viri, et e converso] — « etiam « extra suam parochiam vel Dioecesim. « Quia hic actus non est jurisdictionis contentiosae ».

Et in hoc neque parochus peccaret, ut dicunt Sanchez ¹²; Salmant. ¹³ cum Palao, Coninck et Dicastillo; ac Bossius ¹⁴ cum Barbosa, Gutierrez, Villalobos, etc. (contra

disp. 19, n. 4 et 11. — ⁷ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 1 et 3. — ⁸ Loc. cit., n. 10. — ⁹ Tr. 9, cap. 8, n. 24. *Coninck*, disp. 27, n. 19. *Perez*, disp. 40, sect. 2, n. 5. — ¹⁰ Notif. 33, n. 5. — ¹¹ In cap. *Quod nobis*, de clandest. despons., n. 33. — ¹² Lib. 3, disp. 19, n. 18. — ¹³ Loc. cit., n. 34. *Palaus*, loc. cit., n. 5. *Coninck*, loc. cit., n. 23. *Dicast.*, disp. 3, dub. 8, n. 61. — ¹⁴ De Matr. Contr., cap. 4, n. 32 et 34. *Barb.*, de Parocho, cap. 21, n. 58 cum n. 59; cfr. etiam de Off. et Potest. Episc., alleg. 32, n. 97. - *Gutier.*, de Matr., cap. 62, n. 6. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 18, n. 2.

chia habitet, posse « indifferenter quovis tempore coram eorum quolibet » valide contrahere matrimonium.

^{k)} Bossius citat Seraphinum, *decis. 615*; sed ibi nihil de hac re habet Seraphinus.

^{l)} Exceptis Benedicto XIV, Salmant. et Bossio, auctores citati non nominant Pontium; sed rejiciunt doctrinam quae affirmat posse contrahi matrimonium coram parcho loci in quo quis rusticationis causa, brevi tempore, commoraturus est.

^{m)} Fagnanus, *in cap. Significavit, de paroch.*, n. 5, id sane insinuat dum scribit: « Laicus potest libere se transferre... etiam quoad spiritualia..., nisi ex contemptu proprium sacerdotem dimittat *absque* domicilii translatione ».

ⁿ⁾ Silvester, v. Domicilium, n. 2, requirit domicilium ad recipienda sacramenta voluntaria.

^{o)} Bartholomaeus de Ledesma, *de Matr.*, diff. 21, v. *Annotare oportet secundo*, non satis expresse loquitur de vera translatione domicilii: sed dicit eum sacerdotem posse assistere matrimonio peregrinorum qui alia sacramenta illis potest ministrare, « dum tamen id fraudulenter ne fiat, quia si propter hoc solum patriam reliquissent, scilicet ut alibi

matrimonium contraherent, existimo matrimonium non esse validum ». — Et fere etiam Vega, negans validum esse matrimonium si fraudulenter ad hoc ut matrimonium contraherent, reliquerint domicilium et alio peregrinati sint.

^{p)} Scilicet « adhuc instructa suis mobilibus ».

1087. - ^{a)} Quin imo ex decreto *Ne temere*, solus parochus vel Ordinarius loci in quo matrimonium celebratur, valide matrimonio assistit. Quoad licitatem vero, praeter ea quae jam notata sunt nota *d* ad n. 1080, addit decretum n. V, § 5: « In quolibet autem casu pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parcho celebretur, nisi aliqua justa causa excuset ».

^{b)} Pontius contrarium ex parte tenet; scribit enim, *lib. 5, cap. 16, n. 2*, satis esse unum ex illis; sed n. 4 « longe verius » sibi videri proprium parochum qui assistere matrimonio debet, esse eum qui proprius parochus est alterius et contrahentibus in ea parochia ubi contrahitur; « itaque in parochia viri erit parochus viri: in parochia feminae, parochus feminae »; alias matrimonium erit nullum, uti dicit, n. 11.

^{c)} Fagnanus hanc utique declarationem

Pontium, Navarrum ^{d)}, etc.). Actus enim assistendi probabilius neque est actus jurisdictionis; sed potius potestatis assistendi ut testis (uti diximus *n. 1084, Dubit. 2*). Caeterum ait Bossius ¹ quod convenientius est quod assistat parochus sponsi in cujus parochia fiunt nuptiae. — Recte autem dicunt Sanchez ² et Bossius ³, ex decretis S. C. (allatis ab eodem Bossio ⁴), peccare graviter parochum ^{e)}, si in alterius parochia sponso a se conjunctos solemniter benediceret.

« Non tamen licebit tunc nuptiis benedicere sine alterius licentia. Sanchez ⁵ ».

1088. - « 6^o. Is qui substituitur debet haberè expressam, vel saltem tacitam licentiam ex ratihabitione de praesenti; quia non sufficit ratihabitione de futuro, qua quis putet alterum postea ratum habiturum. Sanchez ⁶; Reginaldus, Coninck, apud Bonacina ⁷ ». [Ita etiam Sanchez ⁸, Pontius ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Coninck. Et hoc, etiamsi licentia sit metu vel dolo extorta. Salmant. ¹¹ cum Coninck et Sanchez. — Sufficit autem licentia ore tenus data. Barbosa ¹² cum Navarro, Henriquez, etc.]. — « Licet ipse » [Bonacina] « neget tacitam sufficere ».

Pont., lib. 5, cap. 16, n. 11. — ¹ De Matr. Contr., cap. 4, n. 21, i. f. — ² Lib. 3, disp. 19, n. 19. — ³ Loc. cit., n. 33. — ⁴ Loc. cit., num. 19. — ⁵ Lib. 3, disp. 19, num. 19. — ⁶ Lib. 3, disp. 35, num. 9, 17 et 20. — *Regin.*, lib. 31, n. 180 et 181. *Coninck*, disp. 27, n. 31. ⁷ Qu. 2, punct. 8, n. 13. — ⁸ Loc. cit., n. 17 et 20. — ⁹ Lib. 5, cap. 29, n. 1. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 8, n. 56. — *Coninck*, loc. cit., n. 31. — ¹¹ Loc. cit. — *Coninck*, loc. cit., n. 37. *Sanch.*, lib. 3, disp. 39, n. 13 et 14. — ¹² Alleg. 32, n. 128. — *Navar.*, Consil. 12, de clandest. despons. *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 5, lit. z. *Bonac.*, loc. cit. — ¹³ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 3.

affert; sed data quae hic refertur, a Fagnano tribuitur alii et quidem strictiori declarationi.

^{d)} Navarrus, *consil. 14, de clandest. despons., n. 3 et seqq.*, negat posse valide assistere extra propriam parochiam.

^{e)} Auctores citati negant utique parochum posse solemniter benedicere nuptias in aliena parochia; sed non explicant sub quonam peccati reatu. Praeterea declarationibus quas affert, *n. 19*, ipse Bossius vim omnino tollit *n. 21* i. f., dicendo intelligendas esse de sufficientia et convenientia, non de necessitate valoris matrimonii.

1089. - ^{a)} Laymann, *loc. cit.*, n. 3, negat utique posse fieri licite; sed non dicit sub quonam peccato, gravi an levi.

1089. - « 7^o. *Vagabundi* possunt contrahere coram quolibet parochio (idque, ut Laymann ¹³ docet ex Sanchez, etsi alteruter tantum sit vagus). — Hic autem tenetur de illorum conditione diligenter inquirere (ut monet Tridentinum), an scilicet alibi sint conjuncti, etc., et deinde petere licentiam ab episcopo assistendi: sine qua, licet valide assistat, graviter tamen peccat. Ita Laymann ^{a)}, ex Sanchez ¹⁴ ».

Commune est quod *vagi* possunt contrahere coram quovis parochio. Ita Sanchez ¹⁵, Pontius ¹⁶, Bonacina ¹⁷, Palaus ^{b)}; et Salmant. ¹⁸ cum Coninck ^{b)}, Henriquez, Trullench, Ledesma ^{b)}, etc. — Et hoc, etiamsi alteruter sponsorum tantum sit vagus, ut Palaus et Salmant. cum aliis. Idque Barbosa ¹⁹ refert decisum a S. Congregatione ^{c)}.

Parochus vero, antequam vagos conjungat, tenetur de eorum conditione diligenter inquirere (ut praescribit Tridentinum ²⁰), an alibi sint conjuncti; ac deinde petere licentiam ab episcopo assistendi: sine qua, licet valide assistat, graviter tamen peccat assistendo; ut docent Sanchez ²¹, Pontius ²², Salmant. ²³ cum Ledesma et Henriquez ^{d)}; ac Barbosa ²⁴ cum

Vagi contrahere possunt coram quovis parochio.

Hic tenetur de statu libero inquirere,

et petere licentiam ab episcopo,

Sanch., lib. 3, disp. 25, num. 14. — *Trident.*, sess. 24, de reform. Matr., cap. 7. — ¹⁴ Lib. 3, disp. 25, n. 15 et 16. — ¹⁵ Loc. cit., n. 11. — ¹⁶ Lib. 5, cap. 14, n. 5. — ¹⁷ Qu. 2, punct. 8, n. 9. — ¹⁸ Tr. 9, cap. 8, n. 37. *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 3. — *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 8. — *Palaus*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 11. — *Salmant.*, loc. cit., n. 37. — ¹⁹ In *Trident.*, sess. 24, cap. 7, n. 2. — ²⁰ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 7. — ²¹ Lib. 3, disp. 25, n. 16. — ²² Loc. cit., n. 8. — ²³ Loc. cit., n. 38. *Petr. Ledesm.*, qu. 45, art. 5, punct. 3, post dub. 4, v. *Aliud dubium*. — ²⁴ Loc. cit., n. 4.

^{b)} Palaus, *tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 11*; Coninck, *disp. 27, n. 20*, dicunt contrahendum esse ab his coram parochio loci in quo transeunter seu pro tempore commorantur. — Idemque significat Petrus de Ledesma, *qu. 45, art. 5, punct. 3, post dub. 4, v. Aliud dubium*, dicendo illum parochum debere vagorum matrimonio assistere, « a quo deberent suscipere sacramenta confessionis et communionis, si de facto ea recipere velent ».

^{c)} Cfr. etiam discursum Secretarii S. C. § *Secus* et § *Verum*, in una *Jadren.*, 24 Augusti 1720, in *Thesaur. Resol.*, S. C. C. tom. 1.

^{d)} Henriquez, *loc. cit.*, n. 3, i. f., dicit solum: « Peccat ».

Filliuccio, Molfesio, Homobono, etc. *e)*. — Imo, in Instructione S. Inquisitionis generalis, edita 21 Aug. 1670 coram Clem. X, pro curiis tam Romana quam caeterorum Ordinariorum (quam refert in extensum Genettus ¹ et Pittonus ²), sic praescriptum fuit: *Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, et in aliis servata forma Tridentini* ³. *Fides aliaque documenta... non admittantur, nisi sint munita sigillo, et legalitate episcopi ordinarii, et recognita saltem per testes qui habeant notam manum et sigillum. Et attente consideretur, quod fides seu testimonia bene... identificent personas de quibus agitur.*

Notant vero Salmant. ⁴, nomine *vagorum* hic non comprehendi vagos illos qui in eodem loco vagi sunt. Quia isti, licet certam non habeant parochiam, tamen in illo loco jam cogniti sunt: unde, prae-

Fill., tr. 10, part. 1, cap. 6, n. 213. *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 4, cap. 9, n. 7 et 23. *Homob.*, Exam. eccles., tr. 11, cap. 10, qu. 23, resol. 1 et 2. — ¹ Append. post tr. de

missis denuntiationibus, bene possunt a quolibet paracho conjungi.

Circa *alienigenas* autem, habetur in eadem Instructione S. Inquisitionis, ut supra (apud Pittonum ⁵), quod parochus non potest pro eis publicationes facere, *nisi certiorato Ordinario, a quo, vel ejus... vicario, prius teneantur fidem authenticam reportare quod pro tali matrimonio fuerint examinati testes... qui probat statum liberum contrahere volentium.* — Recte vero excipiunt Sanchez ⁶, et Salmant. ⁷ cum Pontio *f)* et Coninck *f)*, si contrahentes discesserint ab eo loco in aetate in qua erant incapaces ibi contrahendi.

1090. — Insuper, circa *militēs* hic notandum, ex decreto S. C. 29 Maji 1683 apud Pittonum ^{a)}, quod capellani exercitus habent facultatem assistendi eorum matrimoniis, dum hi reperiuntur in actuali expeditione. Hanc tamen facultatem non

Matrimonium alienigenarum.

Matrimonium militum, coram quonam sacerdote celebrandum.

Matr. Instruct. num. 15. — ² Decis. pro Matr., num. 1737. — ³ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 7. — ⁴ Tr. 9, cap. 8, n. 38. — ⁵ Loc. cit., n. 1739. — ⁶ Lib. 3, disp. 25, n. 8. — ⁷ Loc. cit., n. 38.

e) Quod ad vagos attinet nihil immutatum est nova disciplina, si de validitate agitur. Sicut enim ipsi antea coram quolibet paracho matrimonium inire poterant, ita nunc (sicut et ceteri) debent contrahere coram paracho vel Ordinario loci in quo matrimonium celebrant. Si vero de liceitate sermo sit, decretum *Ne temere*, n. V, § 4 statuit: « Quoad vagos, extra casum necessitatis, paracho ne liceat eorum matrimoniis adsistere, nisi re ad Ordinarium, vel ad sacerdotem ab eo delegatum, delata, licentiam adsistendi impetaverit ». Quinam autem comprehendantur nomine vagorum, vide n. 991, not. *j*.

f) Pontius, *loc. cit.*, n. 2 (al. 3); Coninck, *disp. 27, n. 20*, non habent istam restrictionem, nec pro ea citantur a Salmant.

1090. — *a)* Pittonus utique hanc declarationem affert sub n. 2117, et eam assignat diei 11 Novemb. 1677. Sed revera est de die 29 Maji 1683. Praeterea, quod pejus est, ea declaratio, quae refertur a Pittono, tamquam generalis, omnino particularis est et ex privilegio concesso archiepiscopo Mechliniensi ad petitionem Caroli Hispaniarum regis catholici, quod deinde renovatum est, ut habetur in una *Mechlinien.* de die 17 Januarii 1722. (Thesaur. Resol. S. C. C. tom. 2). Aliud simile privilegium concessum est a Clemente XI, ad petitionem imperatoris pro exercitu Germanico, ut habetur in cit. *Mechlinien.*, § *Additur*; aliud a Benedicto XIII

pro exercitibus Caesareis, quod refertur in *Neapolitana* Matrimonii, de die 29 Aug. 1733 (Thesaur. Resol. S. C. C., tom. 6); aliud denique a Benedicto XIV, quod refertur in *Olmucen.*, Nullitatis Matrimonii, de die 29 Julii 1769 (Thesaur. Resol., tom. 38). — Secluso autem speciali indulto apostolico, cappellani militum nequeunt valide assistere matrimonio militum, ne in actuali quidem expeditione, ut constat ex declar. S. C. C. diei 6 Martii 1694; proposita enim erant S. C. generalia dubia circa capellanos exercitus, videlicet: I. An capellani *cujusvis exercitus*, sive regulares sive saeculares catholicis possint administrare militibus in praesidiis degentibus sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis, *sine speciali facultate* Sedis Apostolicae, vel licentia et approbatione Ordinarii in cuius dioecesi extare contigerit. — II. An assistere matrimoniis militum *cujuscumque nationis* degentium in praesidiis cum militaribus feminis *sine dicta facultate apostolica*, et praecedenti probatione status liberi ejusque recognitione coram Ordinario loci, et licentia parochi, sub cuius parochia maneant. — III. An idem cum militibus degentibus in castris et stationibus hybernis vel aestivis. — IV. An idem cum militibus in actuali expeditione positis. — Die 6 Martii 1694 S. C. rescripsit ad I. II. III. IV. *Negative*, uti refertur in *Neapolitana* Matrimonii, die 29 Aug. 1733, et habetur in tom. 6 Resolut. S. C. C. Et in

habent privative respectu ad parochos contrahentium; neque dum milites in hibernis vel aestivis commorantur, neque dum sunt in praesidiis. — Praeter dicta, refert declaratum a Sac. Congregatione Pater Zaccaria apud Croix ¹, capellanos nec etiam sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis posse ministrare militibus degentibus in praesidiis sine facultate pontificia aut licentia Ordinarii loci.

Et quonam modo.

Militum autem matrimonia debent contrahi eodem modo, prout dictum est de vagis, ut habetur in citata Instructione Congreg. Inquisitionis, ut supra (apud Pittonum ²). Ubi tamen additur quod tempore necessitatis vel in articulo mortis non sunt servandae eadem probationes; sed si convaluerint, debent fieri antequam matrimonium consumment. — Vide alia circa matrimonium militum apud eundem Pittonum ³.

Matrimonium peregrinorum.

1091. - « 8^o. Peregrini, qui ex causa « exiguo tempore domo absunt, non possunt contrahere peregre coram paroco loci; quia non est illorum verus. — Aliud est de iis qui alicubi habitacionem figunt pro maiore parte anni; aut eo venerunt animo manendi saltem maiore anni parte, licet postea contingat casu subito recedere, v. gr. famuli, ancillae, studiosi. (Bonacina ⁴, Sanchez ⁵).

¹ Lib. 6, part. 3, n. 751. Cfr. etiam Thes. Resol. S. C. C. in una *Neapolitana* Matrimonii, de die 29 Aug. 1733. — ² Decis. pro Matr., n. 2307 et seq. — ³ Loc. cit., n. 2356. — ⁴ Qu. 2, punct. 8, n. 1 et 2. — ⁵ Lib. 3, disp. 23 n. 13 et 14. — *Sanch.*, loc. cit., n. 13. *Palaus*, tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 9, n. 8, i. f. — ⁶ Loc. cit., n. 13. — ⁷ Lib. 5, cap. 13, n. 4. —

« Ratio, quia contrahunt ibi domicilium parochiale; et pastor illius loci est pro prius illorum ».

Quid, si quis alio se transfert, animo manendi ibi per maiorem partem anni, et postea redeundi ad suum domicilium: an possit coram paroco illius loci contrahere matrimonium, et alia sacramenta recipere?

Dubium de peregrinis.

Negant Rodriguez ^{a)}, Ledesma ^{a)}, Henriquez ^{a)}, et alii, apud Sanchez ^{a)}; et Salmant. ^{a)}, qui merito cum Sanchez et Palao id satis probabile putant. — Sed communis et probabilis affirmant cum Busebaum, Sanchez ⁶, Pontius ⁷, Palaus ⁸, Bonacina ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Coninck, Trullench, Gutierrez, Dicastillo, etc. Probatur ex *cap. fin. de paroch.* ^{b)}, ubi illi qui causa belli ad aliam parochiam se transferunt habentur ut illius parochiani. Et confirmatur ex declaratione S. C. (apud Benedictum XIV ¹¹), ubi dictum fuit valere matrimonium contractum a iudice seu medico temporali in loco ubi tunc degit. Secus vero, si quis alio se transfert, non animo contrahendi ibi domicilium (sive quasi domicilium, ut intelligendum); prout dicitur in eadem declaratione. — Vide dicta *de Bapt.*, n. 115, v. *Sed hic*.

Et sic pariter alienigenae in *carceribus* detenti neque possunt ibi contrahere; ex alia declaratione S. C., edita 26 Martii

Matrimonium detentorum in carceribus,

⁸ Loc. cit., n. 9. — ⁹ Qu. 2, punct. 8, n. 2. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 8, n. 30. *Coninck*, disp. 27, n. 18. *Trull.*, lib. 7, cap. 6, dub. 2, n. 6. — *Gutier.*, de Matr., cap. 63, n. 20. — *Dicast.*, disp. 3, dub. 8, n. 47. — ¹¹ Notif. 33, n. 11. — Et refertur etiam in *Neapolitana* Matrimonii, die 11 Julii 1767. § *Item in una et § Quidquid ergo* in Thesaur. Resol. S. C. C., tom. 36.

hac sua sententia firma permansit S. C., ut patet ex duplici responso in *Casalen.*, 28 Junii 1704 et *Frisingen.*, 29 Januarii 1707, relato in dicta *Neapolitana* Matrimonii; in utroque enim casu respondit S. C. *Dandum esse decretum editum die 6 Martii 1694.* — Post decretum vero *Ne temere*, cappellani castrenses pergunt frui privilegiis quae prius habebant circa militum matrimonia. Etenim S. C. C. die 1 Februarii 1908, *ad 7*, declaravit: « Quoad cappellanos castrenses... nihil esse immutatum ».

1091. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 11, auctores istos citat pro sententia quae docet solum proprium parochum esse parochum illius parochiae in qua contrahentes animum manendi habent; secus vero, si ad tempus, redi-

turi postea ad proprium domicilium. Et ita rectius citantur Rodriguez, *Sum.*, *part. 1*, *cap. 216*, n. 6; Petrus Ledesma, *qu. 45*, *art. 5*, *post dub. 4*, v. *Dico tertio*; Henriquez, *lib. 11*, *cap. 3*, n. 3.

^{b)} Caput *Significavit* non videtur ad rem facere: « Cum post recuperationem Aconensis civitatis, ad habitandum in ea se quamplurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terrae sanctae in aliis civitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansionem, Fraternitati tuae mandamus, quatenus praedictorum locorum praelatos, ut sibi nullam in praedictos Aconenses habitatores jurisdictionem usurpent... compellatis...; dicto vero Aconensi tamquam dioecetano suo cogantur de caeteris respondere ».

anno 1707 ^{c)}, apud eundem Benedictum ¹. — Qui ², ex quadam epistola S. Officii, idem dicendum ait de aegris qui curantur in *hospitalibus*; nisi urgeat necessitas contrahendi, et non suppetat tempus probandi statum liberum. Si tamen hi convaluerint, non poterunt matrimonium consummare, nisi constituto de utriusque statu libero ^{d)}.

aegrorum
in hospita-
libus,

Puellae autem expositae quae degunt in *conservatoriis*, debent matrimonium contrahere, non coram capellanis ipsorum sed coram parochis loci, ex declaratione S. C. 12 April. 1651, apud eundem Benedictum ³. — Qui addit, ex antiqua consuetudine bene posse contrahere coram eodem parochis loci, etiam illas puellas quae degunt in *conservatoriis* a quibus recipiunt alimenta et dotem.

puellarum
in conser-
vatoriis,

Alias vero *puellas* quae sunt in *monasteriis causa educationis*, dicit Benedictus ⁴ debere matrimonium contrahere coram parochis domicilii paterni, materni aut fraterni, si adsit ^{e)}; si tamen non

puellarum
in monaste-
riis,

¹ Notif. 33, n. 12. — ² Loc. cit., n. 13. — ³ Loc. cit., n. 14; cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 283. — ⁴ Loc. cit., n. 16. — ⁵ Loc. cit., n. 17. — ⁶ Lib. 6, part. 3, n. 759. — *Pont.*, lib. 5, cap. 21, n. 10. — *Sanch.*, lib. 3,

adsit, coram parochis loci monasterii ^{f)}. — Et idem asserit ⁵ de *famulis* degentibus in domibus herorum.

et famulo-
rum.

1092. — « 9^o. Parochus et testes sic debent esse praesentes, ut advertere possint quid agatur et de eo testari ».

Hinc non sufficit eorum praesentia tantum materialis, sed requiritur etiam moralis, ut probat Pater Zaccaria apud Croix ⁶. — Et ideo recte ait Pontius (contra Sanchez) apud Croix ⁷, quod si non bene intelligerent sponsorum consensum (puta quia sunt diversi idiomatis), non satis est unus interpres de consensu affirmans.

Praesentia
parochi et
testium de-
bet esse mo-
ralis.

« Et quidem non est necesse ut ipsi videant contrahentes, dummodo audiant verba contractus, si voces contrahentium noverint ». — [Sufficit autem, si videant signa consensus; ut Sanchez ⁸, Pontius ⁹, Palaus ^{a)} et Salmant. ¹⁰ Adverte hic declarationem S. Cong. (apud Fagnanum ¹¹), ubi dictum fuit valere matrimonium, etiamsi parochus nihil proferat]. — « Sanchez ^{b)}, Filliuccius ^{b)}, Pontius ^{b)} et

disp. 39, n. 3 et 4. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., n. 2. — ⁹ Lib. 5, cap. 21, n. 8. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 8, n. 61. — ¹¹ In cap. *Quod nobis*, de clandest. despons., n. 54. Habetur etiam ap. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 46.

^{c)} Sed hic observet Benedictum XIV, *loc. cit.*, ita rem distinxisse: aliquis in carcere detinetur vel custodiae causa, nempe ad expectandum iudicium, vel poenae sive perpetuae sive temporalis causa. Primo modo detentus non acquirit ibi domicilium et de eo lata est citata declaratio in *Farfen*. die 15 Januarii et 26 Martii 1707 (non vero 26 Maji, uti falso scribit Lambertini). Secundo modo autem detentus acquirit domicilium vel quasi domicilium in carcere; hinc parochus in cujus parochia situs est carcer est parochus matrimonii eorum qui carcere detinentur.

^{d)} Dicta in hoc numero de peregrinis, de detentis in carcere et de aegris in hospitalibus corrigenda sunt ex decreto *Ne temere*; de quibus vide notam *d* ad n. 1080.

^{e)} Scilicet: Si adsit domicilium paternum, maternum vel fraternum.

^{f)} De iis qui in locis piis degunt S. C. C. interrogata: « X Num cappellani seu rectores piorum cujusvis locorum, a parochiali jurisdictione exemptorum, adsistere valide possint matrimoniis absque parochi vel Ordinarii delegatione? » respondit die 1 Februarii 1908: « Ad X. *Affirmative* pro personis sibi creditis, in loco tamen ubi jurisdictionem exercent, dummodo constet ipsis commissam fuisse plenam potestatem parochialem ». — His vero

cappellanis nonnihil similes sunt quidam parochi non habentes territorium proprium, sed directe jurisdictionem exercentes in personas vel familias, et de his a S. C. Concilii quaesitum fuit: « VII. Ubinam et quomodo... parochi nullum absolute territorium nec cumulative cum alio parochis habentes, at jurisdictionem directe exercentes in personas aut familias, adeo ut has personas sequantur quocumque se conferant, valide matrimoniis suorum subditorum adsistere valeant?... IX. Ubinam et quomodo parochus qui in territorio aliis parochis assignato nonnullas personas vel familias sibi subditas habet matrimoniis adsistere valeat ». Et S. C. C. die 1 Februarii 1908 respondit: « Ad VII. Quoad... parochos de quibus in dubio *nihil esse immutatum*.... Ad IX. *Affirmative* quoad suos subditos tantum, ubique in dicto territorio, facto verbo cum SSmo ».

1092. — ^{a)} Palaus, *tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 8, n. 11*, id non habet; sed, § 13, n. 1, forte rem insinuat, dicendo satis esse testes etiam vi detentos, « modo percipiant contractum celebratum ».

^{b)} Quamvis Diana citet hos auctores pro ista propositione, Sanchez tamen, *disp. 39, num. 2*; Filliuccius, *tr. 10, part. 1, cap. 6, n. 224*; Pontius *loc. cit., n. 8*, eam dumtaxat

« alii quinque cum Diana ¹; contra Bar-
« bosa ».

Quid, si
nolentes de-
tineantur.

« Nec refert, etiamsi per metum, vim,
« dolum aut injuriam nolentes detinean-
« tur, vel etiam contradicant ac resi-
« stant ^{c)} » [Et sic pluries fuit decisum a
S. Congregatione, ut refert Pater Zaccaria
apud Croix ²] — « aut licet prohibiti
« sint ab Ordinario ne intersint. Bonacina ³,
« ex declaratione cardinalium; Coninck,
« Filliucci, Sanchez ⁴, etc. ».

1093. - Graviter autem peccant contra-
hentes coram parochus, vi aut dolo detento,
aut casu transeunte, ob injuriam quae irro-
gatur sacramento et Ecclesiae, cum paro-
chus tunc ut persona publica assistit. San-
chez ⁵, Palaus ⁶; et Salmant. ⁷ cum Coninck
et communi. Et in aliqua dioecesi in hoc
adest excommunicatio, ut testantur Sal-
mant. ^{a)}. — Attamen Sanchez ⁸; ac Gutier-
rez et Aversa apud Salmant. ⁹, dicunt esse
tantum veniale contrahere coram testibus
sic praesentibus, id est dolo detentis ^{b)}.

Notant deinde Palaus ¹⁰; et Salmant. ¹¹
cum Coninck, Trullench et Aversa ^{c)}, quod,
urgente necessitate contrahendi, si paro-
chus nollet assistere, nec possit adiri su-
perior; tunc potest nolens adduci, modo
non fiat vis personae. Imo Dicastillus apud
Salmant. ¹² concedit etiam per vim, si ali-
ter vexatio tolli nequeat; quia parochus
tunc ex officio assistere tenetur.

1094. - « 10^o. Parochus tenetur utrum-
« que contrahentem interrogare, non qui-
« dem de impedimento (Gutierrez, San-
« chez, Diana ¹³), sed de mutuo consensu.
« Tridentinum ¹⁴. — Ejus tamen omissio,
« quando de utriusque libero consensu
« constat, venialis tantum est ^{a)}. Sanchez,
« Coninck, Diana ¹⁵ ». [Cum Salmant. ¹⁶ cum
Pontio et Aversa ^{b)}]. « Similiter mortale
« non esse, etsi, intellecto consensu, non
« dicat: *Ego vos conjungo, in nomine Pa-*
« *tris, et Filii, et Spiritus Sancti*, docet
« Sanchez, Coninck, Villalobos, Gutierrez,
« Diana ¹⁷, contra Rebellum etc. ».

Parochus
tenetur in-
terrogare
contrahen-
tes.

Et bene-
dicere.

¹ Part. 8, tr. 7, resol. 68. *Barb.*, alleg. 32, n. 86. —
² Lib. 6, part. 3, n. 760. — ³ Qu. 2, punct. 8, n. 20, et 23;
cfr. etiam Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 143. —
Coninck, disp. 27, num. 28 et 44. — *Fill.*, tr. 10, part. 1,
cap. 6, n. 215, 225 et 226. — ⁴ Lib. 3, disp. 39, n. 9 et 10;
cfr. disp. 32, n. 2. — ⁵ Lib. 3, disp. 39, n. 12. — ⁶ Tr. 28,
disp. 2, punct. 13, § 8, n. 11. — ⁷ Tr. 9, cap. 8, n. 68. — *Coninck*,
loc. cit., n. 45. — ⁸ Loc. cit., n. 12. — *Gutier.*, de Matr.,
cap. 69, n. 13. — *Aversa*, qu. 6, sect. 6, v. *At ut matrimo-*
nium. — ⁹ Tr. 9, cap. 8, n. 68. — ¹⁰ Tr. 28, disp. 2, punct. 13,

§ 8, n. 11. — ¹¹ Loc. cit., n. 68. — *Coninck*, loc. cit., n. 45.
Trull., lib. 7, cap. 6, dub. 5, n. 3. — *Dicast.*, disp. 3,
dub. 19, n. 169. — ¹² Loc. cit., n. 68. — *Gutier.*, cap. 69,
n. 17. — *Sanch.*, lib. 3, disp. 38, n. 10. — ¹³ Part. 3, tr. 4,
resol. 294. — ¹⁴ Sess. 24, de ref. Matr., cap. 1. — *Sanch.*,
loc. cit., n. 9. — *Coninck*, loc. cit., n. 74. — ¹⁵ Loc. cit.,
resol. 294. — ¹⁶ Tr. 9, cap. 8, n. 70. — *Sanch.*, lib. 3,
disp. 38, n. 7. — *Coninck*, disp. 27, n. 45. — *Villal.*, part. 1,
tr. 13, diff. 6, n. 3. — *Gutier.*, cap. 69, n. 16. — ¹⁷ Part. 3,
tr. 4, resol. 256. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 7, n. 4.

insinuant dicentes satis esse ut testes « aliquo
sensu » percipiant consensum contrahentium.

^{c)} Nunc vero ad validitatem omnino re-
quiritur ut parochus sit invitatus et rogatus,
licet satis sit implicita invitatio, et ut, neque
vi neque gravi metu coactus exquirat et exci-
piat contrahentium consensum: dicit enim
decretum *Ne temere*: « IV. Parochus et loci
Ordinarius valide matrimonio adsistunt...; § 3,
dummodo invitati ac rogati, et neque metu
gravi constricti requirant excipiantque con-
trahentium consensum ». Circa quam san-
ctionem S. C. C. interrogata: « IV. An Ordi-
narii et parochi, nedum explicite, sed etiam
implicite invitati ac rogati, dummodo tamen
neque vi neque metu gravi constricti requi-
rant excipiantque contrahentium consensum,
valide matrimonii assistere possint? » re-
spondit die 28 Martii 1908: « Ad IV. *Affir-*
mative ».

1093. - ^{a)} Seu rectius: Aversa apud Sal-
mant., loc. cit., n. 68.

^{b)} Aut etiam vi detentis aut casu tran-
seuntibus.

^{c)} Aversa, loc. cit., v. *Tenetur*, loquitur
de casu quo ipse parochus nullam habet
« justam causam negandi aut differendi ».

1094. - ^{a)} Juxta hodiernam disciplinam,
parochi interrogatio non solum ad liceitatem,
verum etiam ad validitatem omnino requi-
ritur. Vide notam e ad num. 1092 supra. —
Quinimo requiritur ad validitatem in ipsis
matrimoniis mixtis. Quaesitum est enim a
S. C. C.: « III. An vi decreti *Ne temere*, etiam
ad matrimonia mixta valide contrahenda, ab
Ordinario vel a parochus exquirendus et exci-
piendus sit contrahentium consensus? » S. C.,
die 27 Julii 1908, respondit: « Ad III. *Affir-*
mative, servatis ad liceitatem, quoad reliqua,
praescriptionibus et instructionibus Sanctae
Sedis ».

^{b)} Pontius, lib. 5, cap. 21, n. 3; Aversa,
qu. 6, sect. 7, v. *Addi solet*, negant esse pecca-
tum, si ipsi contrahentes non interrogati con-
sensus expriment. Addit vero Aversa posse
esse veniale omittere interrogationem quando
contrahentes non ex se consensum expriment
sed expectant parochi interrogationem.

Ita probabiliter Pontius¹, Sanchez², Palaus³; et Salmant.^{c)} cum Gutierrez et Bonacina. — Sed Bossius⁴ cum Rebello, Barbosa, Veracruz^{d)} et Salzedo, adhuc probabiliter, et forte probabilius, dicit esse mortale, quia videtur transgressio in re magni momenti.

Impedi-
mentum im-
potentiae,
quid.

1095. - « Dicitur XIV^o. Et Impos: quod
« impedimentum vocatur frigiditas vel im-
« potentia. — Quae, si *perpetua* sit et ma-
« trimonium *antecedat*, irritat illud jure na-
« turae: vel omne, et respectu cujuscum-
« que, si sit absoluta; vel certum tantum,
« si sit restricta seu respectiva. Idque, sive
« orta sit ab intrinseco et vitio naturae;
« sive ab extrinseco, opera hominis vel
« diaboli; sive cognita alteri fuerit sive
« non; sive sit ex parte utriusque contra-
« hentis sive alterius tantum. — Ratio, quia
« matrimonium consistit in mutua tradi-
« tione corporum physice aptorum ad ge-
« nerationem, sive in traditione potestatis
« corporis ad copulam conjugalem: hanc
« autem potestatem impotens non potest
« tradere, cum eam non habeat.

Quando-
nam existit.

« Porro impotentia in *viro* esse cen-
« setur, quando est eunuchus vel saltem
« non potest seminare intra naturale vas
« feminae. In *femina* vero, quando vel
« seminare non potest (si verum est, se-
« men feminarum requiri ad generatio-
« nem), vel propter arctitudinem non po-
« test virum pati aut ejus semen reci-
« pere^{a)}.

« Dixi 1^o. *Si sit perpetua*: qualis est,
« quae nulla arte potest tolli. — In dubio

¹ Lib. 5, cap. 21, num. 2. — ² Lib. 3, disp. 38, num. 7. —
³ Tr. 28, disp. 2, punct. 13, § 8, n. 12. — *Gutier.*, loc. cit.
Bonac., qu. 2, punct. 8, n. 42. — ⁴ De Matr. Contr., cap. 3,
n. 15. — *Rebell.*, loc. cit. — *Barb.*, alleg. 32, n. 170; et de Paro-
cho, cap. 21, n. 88. — *Salzedo*, in Pract. crimin. Diaz, cap. 76,
not. B, v. *Secundo illud*. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 11,

« autem perpetuitatis, conceditur a jure
« triennium ad experiendum bona fide.

« Dixi 2^o. *Si antecedat*. Nam si subse-
« quatur matrimonium, non irritat illud:
« etsi usum ita impediatur, ut soli contactus
« et oscula liceant citra periculum pollu-
« tionis. Idque, quando impotentia est
« certa; nam si dubia sit, tamdiu licet
« conari ad copulam, quamdiu probabilis
« est spes seminandi intra vas. — Lay-
« mann⁵ ex Sanchez, Navarro^{b)}, Henri-
« quez.

« Unde resolves:

« 1^o. *Invalide* contrahunt evirati seu
« *eunuchi*, quando carent utroque teste;
« quia non emittunt verum semen aptum
« generationi. Nec refert quod instar se-
« num sterilium satisfaciunt concupiscen-
« tiae feminae; quia id non faciunt per
« copulam natura sua aptam generationi,
« ob defectum seminis: quod senes tamen
« emittunt, etsi semen senum per acci-
« dens non sit prolificum. — Laymann⁶,
« Bonacina⁷, etc. ».

Invalide
contrahunt
perfecte eu-
nuchi.

Id certum est ex bulla Sixti V, edita
anno 1587, quae incipit: *Cum frequenter*.
— Intellige igitur, si ambobus testiculis
careant aut contusos habeant: secus, si
habeant saltem unum^{c)}; ut Sanchez⁸; et
Salmant.⁹ cum Aversa, Dicastillo, Le-
desma, etc.

« 2^o. *Valide* contrahunt: 1^o. *Steriles*;
« quia, etsi sint impotentes ad generatio-
« nem, non tamen ad copulam: atque adeo
« sunt capaces omnis juris et obligationis
« matrimonii; et susceptio proles, licet sit

Valide
contrahunt
steriles.

n. 4. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 17, n. 19 et 20. — *Henriq.*, lib. 11,
cap. 15, n. 4, lit. n. — ⁶ Loc. cit. n. 3. — ⁷ Qu. 3, punct. 13,
n. 19. — Bulla *Cum frequenter*, de die 27 Jun. 1587; in Bullar.
Mainardi. — ⁸ Lib. 7, disp. 92, num. 17. — ⁹ Tr. 9, cap. 12,
num. 129. — *Aversa*, qu. 13, sect. 2, v. *Secundo*. *Dicast.*,
disp. 7, dub. 46, n. 475. — *Petr. Ledesm.*, qu. 58, art. 1, dub. 3.

^{c)} Rectius: Gutierrez et Bonacina apud
Salmant., *tr. 9, cap. 8, n. 70*.

^{d)} Veracruz non satis accurate citatur a
Bossio; dicit enim tantum, *Specul., Append.,
dub. 4, concl. 1*, esse de necessitate praecepti,
ita ut omittens peccet.

1095. — ^{a)} Ad impotentiam feminae reduci-
tur quaestio de carentia uteri et ovariorum.
S. Off. non semel respondit matrimonium ex
hac carentia non esse impediendum in casu.
Sed responsa ista valent pro illis dumtaxat
peculiaribus casibus pro quibus data sunt. Ea-

dem enim S. C., die 16 Januarii 1895, declara-
vit, in hujusmodi casibus esse in singulis re-
currendum, cum hucusque responsum non
fuerit nisi pro casibus particularibus.

^{b)} Navarrus, *Man., cap. 22, n. 60*, scribit:
« Qui vere maritus est et non potest habere
copulam carnalem perfectam, ut quia non
potest fundere semen, licite potest niti et uti
uxore ad habendam eam ».

^{c)} Quoad hanc ultimam partem, de eo qui
unum habet testiculum, non expresse loquitur
Dicastillus, licet satis innuat, dicens invalide

« praecipuus, non tamen est unicus nec
 « immediatus finis matrimonii. Bonacina ¹,
 « ex Henriquez, Coninck, Filiuccio, etc. —
 « Eadem est ratio de iis quae non edunt
 « foetum nisi mortuum, vel ^{d)} non nisi cum
 « periculo vitae. Bonacina ², etc. — 2^o. *Her-*
 « *maphroditi*, quia vere sunt potentes ad
 « usum matrimonii. Et quidem, si alter
 « sexus emineat, secundum illum tantum
 « valebit: si uterque sit par, optio illis
 « datur ut utrolibet utantur, ita tamen ^{e)}
 « ut quem semel elegerint semper reti-
 « neant. Sanchez ³; Bonacina ⁴ ex Henri-
 « quez ^{f)}, Coninck, Filiuccio, etc. — 3^o. Is
 « qui paulo post est moriturus, quia in eo
 « manet potentia ad coitum, etsi per ac-
 « cidens vi morbi impediatur. Patet ex
 « praxi Ecclesiae, quae illis interdum sua-
 « det ut concubinas ducant. — Laymann ⁵
 « ex Sanchez ⁶, Covarruvias, etc.

Hermaphroditi.

Brevi morituri.

Quid de impuberibus.

Definitio impotentiae.

« 3^o. *Impuberes*, si utantur ratione, non
 « jure naturae, sed ecclesiastico tantum,
 « invalide contrahunt; quia impotentia
 « illorum est tantum temporalis. (Vide
 « supra, hoc Dubio, Impedimento XI) ».

Impotentia de qua hic loquimur est illa
 propter quam conjuges non possunt copu-
 lam habere per se aptam ad generatio-
 nem. Unde, sicut validum est matrimo-
 nium inter eos qui possunt copulari, esto
 per accidens nequeant generare (puta quia
 steriles aut senes, vel quia femina semen
 non retinet): ita nullum est matrimonium
 inter eos qui nequeunt consummare eo
 actu quo ex se esset possibilis generatio.
 Ut autem impotentia dirimat matrimo-

nium, debet esse *perpetua et antecedens*.
 — Quare, si est tantum *temporalis*, prove-
 niens ex aliquo morbo aut vitio natura-
 liter curabili, certo non dirimit matrimo-
 nium. — Sic etiam neque dirimit, si ma-
 trimonio superveniat. Si vero *antecedat*,
 et nequit auferri, nisi per miraculum, aut
 per peccatum, aut cum periculo mortis:
 tunc irritat matrimonium, ut expressum
 habetur in cap. *Fraternitatis, de frigid. et*
malefic.

Impotentia debet esse perpetua.

et antecedens.

Haec autem impotentia ex quadruplici
 capite oriri potest, scilicet 1^o ex *male-*
ficio; 2^o ex *frigidityte*; 3^o ex *impropor-*
tionem; 4^o ex *mixtione sexus* (id est si ali-
 quis conjugum sit hermaphroditus), de
 qua satis est id quod dicit Busenbaum ^{g)}.
 — Unde tantum de aliis tribus capitibus
 hic agimus.

1096. — Et 1^o. Si impotentia provenit
 ex *maleficio* (quod colligitur quando con-
 juges excitantur ad copulam cum aliis et
 inter se frigescent; vel a coitu abhorrent,
 esto alias se diligant): tunc, si maleficium
 nequit tolli intra triennium remedio hu-
 mano, nec orationibus aut exorcismis, im-
 potentia censetur perpetua et dirimit ma-
 trimonium. Ita communiter D. Thomas ⁷,
 Sanchez ⁸, Croix ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Soto,
 Coninck, Bonacina, etc., ex *Cap. fin. de*
frigidityte et maleficio. Hinc, si male-
 ficium aufertur per aliud maleficium
 (quod certe illicitum est), matrimonium
 etiam censetur invalidum, ut communiter
 docet Sanchez ¹¹ cum D. Thoma, D. Bo-
 naventura et aliis passim. — Secus, si

Impotentia proveniens ex maleficio.

¹ Qu. 3, punct. 13, n. 17. - *Henriq.*, lib. 12, cap. 7, n. 4, lit. d et e. *Coninck*, disp. 31, n. 86. - *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 3, n. 78. — ² Qu. 3, punct. 13, n. 16. - *Coninck*, loc. cit., n. 86. *Fill.*, loc. cit., n. 65. — ³ Lib. 7, disp. 106. — ⁴ Loc. cit., n. 26, 27 et 29. *Coninck*, disp. 31, n. 89. *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 3, n. 90 et 91. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 11, num. 6. — ⁶ Lib. 7, disp. 105, num. 3. *Covar.* de Matr., part. 2, cap. 8, § 2, num. 10. — ⁷ In 4,

dist. 34, qu. unic., art. 3, corp. et ad 3. — ⁸ Lib. 7, disp. 94, num. 9, 10, et 12. — ⁹ Lib. 6, part. 3, num. 790. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 12, num. 131. *Sotus*, in 4, dist. 34, art. 3, concl. 2; item Solutio dubii, v. *Ad dubium ergo*, et v. *Unum autem*. - *Coninck*, disp. 31, num. 85. *Bonac.*, qu. 3, punct. 13, num. 4 et 9. — ¹¹ Lib. 7, disp. 94, num. 9. - *D. Thom.*, loc. cit., ad 3. - *D. Bonav.*, in 4, dist. 34, art. 2, qu. 2, ad 2.

contrahere eos qui utroque teste carent, ita ut sint inepti ad verum semen administrandum.

^{d)} Henriquez ita revera docet in textu *loc. cit.*, n. 8; sed in comment. lit. k, probabilem existimat contrariam sententiam, quod scilicet matrimonium est invalidum cum femina quae non potest parere nisi cum periculo vitae, excepto casu quo constaret eam esse sterilem, vel cum viro sterili contrahere.

^{e)} Intellige: quoad liceitatem.

^{f)} Henriquez, *lib. 14, cap. 8, n. 6*, loquitur de Ordine.

^{g)} Quod hic S. Alphonsus mixtionem sexus accenseat causis impotentiae, est tantum lapsus calami: nam approbat ea quae habet Busenbaum; iste vero dicit hermaphroditos esse potentes. Ceterum ipse S. Doctor, *Hom. Apost.*, tr. 18, n. 25, tres tantum enumerat causas impotentiae, nempe, maleficium, frigiditytem et improporcionem.

aufertur amovendo signum (ut Sanchez ¹ et Salmant. ²); quia tunc licite aufertur impedimentum. Salmant. ³ cum Soto et Aversa.

Impotentia
proveniens
ex frigidi-
tate,

2°. Si impotentia provenit ex *frigidity*; tunc, quando conjuges ob hanc causam omnino perficere nequeunt copulam aptam ad generationem, post experientiam triennii nullum est matrimonium.

aut nimia
caliditate,

Idem procedere communissime ajunt doctores, si, ob nimiam caliditatem, vir semper seminet extra vas antequam possit penetrare. Ita S. Antoninus ⁴, Navarrus ⁵; et Sanchez ⁵ cum Soto, Paludano, Valentia ^a), Ledesma, Gutierrez ^b), etc., ex D. Thoma ⁶, ubi ait: *Caliditas superflua vix potest esse impedimentum perpetuum; si tamen inveniretur quod per triennium impediret carnalem copulam, judicaretur perpetuum.* — Sed probabiliter censent Contin. Tournely ⁷ et Cabassutius ⁸ quod hujusmodi conjuges, si sint juvenes ^c), non sunt separandi; quia processu temporis fervor ille deficit, et sic possunt fieri habiles.

aut ex abo-
minatione
viri erga
mulierem.

Sicut autem potest esse impedimentum frigiditas et maleficium: sic etiam potest irritare matrimonium *abominatio viri erga mulierem*, si ob ejus deformitatem non possit ullo modo excitari ad copulam, ad

quam bene excitaretur cum alia pulcra. Ita D. Thomas ⁹, ubi: *Abominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed causa accidentaliter extrinseca; et ideo de ea est judicium idem quod de maleficio.* Et ita etiam Sanchez ¹⁰ cum Alberto Magno, Silvestro, Angelo, Tabiena ^d), Turrecremata, etc. (contra Sotum). — In his vero casibus datur conjugibus triennium, in quo licite possunt copulam experiri ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malefic.*

3°. Si demum impotentia provenit ex *improportione*, nempe, si femina habeat vas adeo arctum (saltem respectu sui viri) ut ille nequeat penetrare: tunc, si femina non possit apta fieri ad copulam, nisi cum periculo mortis, omnes conveniunt matrimonium esse nullum ex cap. *Fraternitatis, de frigid.* etc. Unde, etiamsi cum tali periculo mortis ipsa fuerit incisa et facta idonea, matrimonium non valet; quia quod ab initio est invalidum, nequit tractu temporis convalescere. Ita communiter Sanchez ¹¹ et [Contin.] Tournely ¹² cum aliis.

Impotentia
proveniens
ex impro-
portione.

1097. — Sed dubitatur 1° *An sit nullum matrimonium, si femina per incisionem possit fieri apta ad copulam, sine periculo mortis, sed cum periculo gravis morbi?*

Si femina
apta fieret
per incisio-
nem cum
periculo
gravis mor-
bi,

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Palaus ^a), Sporer ¹³; item S. Antoni-

¹ Lib. 7, disp. 94, n. 11; cfr. disp. 96, n. 3. — ² Tr. 9, cap. 12, n. 132. — ³ Loc. cit. Sotus, in 4, dist. 34, art. 3, v. *Est tamen.* - Aversa, qu. 13, sect. 2, v. *Alio tandem modo.* — ⁴ Part. 3, tit. 1, cap. 12, § 1 et 2. — ⁵ Lib. 7, disp. 92, num. 7. Sotus, in 4, dist. 34, artic. 2, v. *In contrarium.* - Palud., in 4, dist. 34, qu. 2, art. 1, concl. 1 et 2. - Mart. Ledesma., 2^a 4ⁱ, qu. 60, art. 1. — ⁶ Suppl., qu. 58, art. 1, ad 2. — ⁷ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, resp. 2, v. *Si quis tamen.* — ⁸ Theor. juris, lib. 3, cap. 25,

num. 2. — ⁹ Suppl., qu. 58, art. 1, ad 5. — ¹⁰ Loc. cit., num. 13. - Albert. Magn., in 4, dist. 34, art. 6. Silvest., v. *Matrimonium VIII*, qu. 16, v. *Tertium.* Angel., v. *Matrimonium III*, imped. 16, num. 14. Turrecr., Summar. *Quod autem*, v. *Secundo*, n. 13, caus. 33, qu. 1. Sotus, in 4, dist. 34, artic. 2, v. *Quod autem.* — ¹¹ Lib. 7, disp. 93, num. 20 et 23. — ¹² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *R. in utroque casu.* — ¹³ Part. 4, cap. 1, num. 124.

1096. — ^a) Navarrus, *Man., cap. 22, n. 59*, dicit ad frigiditatem reduci omnem alium naturae defectum aut excessum qui copulam naturalem perfectam impedit. Et Valentia, in *3am P., disp. 10, qu. 5, punct. 3, imped. Impotentia*, dicit impotentiam perpetuam reddere matrimonium nullum, « quando est ad copulam... perfectam (per veram scilicet seminationem in loco naturali, etc.) ».

^b) Gutierrez, *Canon. Quaest., lib. 1, cap. 16, n. 18*, ait matrimonium nullum esse, quando vir nequit seminare. Et *n. 14*, de senibus tractans, negat eos contrahere posse, « si semen nullo modo emittere possunt, vel licet seminare possint, non tamen in vase naturali ». Quod certe simile est casui praesenti.

^c) De quibuscumque conjugibus loquun-

tur Collet et Cabassutius. Praeterea Cabassutius dicit conjuges *raro* propter nimiam caliditatem separandos esse, quia aliquando conatus non frustratur effectu, et « futurum quandoque est ut nimius ardor longiore consuetudine et temporum progressu defervescat ».

^d) Tabiena, v. *Impedimentum XII, n. 8*, haec dicit in universum, « de... specie impotentiae quae est a causa extrinseca et accidentali ».

1097. — ^a) Palaus videtur potius tenere secundam sententiam, *tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 1, n. 4*, ubi ait quod impotentia « quae... absque periculo gravis morbi superari non potest, perpetua censenda est, si morbus ille mortis periculum inducat, secus vero si solum gravem molestiam et dolorem ».

nus, Silvester, Sà ^{b)}, Valentia ^{c)}, Henriquez ^{d)}, Vega, Paludanus, Major ^{c)}, Petrus Soto ^{c)} et alii plures, apud Sanchez ¹ (qui probabilem censet). — Ratio, quia impotentia eo casu non est a voluntate, sed ab ipsa natura: ex contractu enim matrimonii, videtur mulier non ad plus se obligasse quam ad reddendum debitum per media ordinaria. Unde, quando non potest fieri apta nisi per medium extraordinarium et periculosum gravis morbi, tunc censetur illa ex ipsa natura impotens ad matrimonium.

Secunda vero sententia negat. Et hanc tenent Bonacina ², Roncaglia ³, Salmant. ⁴ et Sanchez ⁵ cum Angelo, Soto, Tabiena ^{e)}, Palacios, Angles, Manuel, Graffio, Lopez, Ledesma, etc. — Et probatur ex cap. *Fraternitatis*, § *Per hoc, de frigid.*, etc., ubi dicitur tunc matrimonium esse nullum, quando copula non potest haberi, *nisi per incisionem aut alio modo sibi violentia inferatur, non solummodo levis, sed forte tam gravis* (nota), *ut ex ea mortis periculum timeatur.*

Haec sententia, speculative loquendo, verior apparet ex textu praefato: cui ne-

S. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 12, § 1. - *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*, qu. 16, § *Quartum*. *Henriq.*, lib. 12, cap. 7, n. 6. - *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 111. *Palud.*, in 4, dist. 34, qu. 2, art. 2, concl. 2 (num. 13). ¹ Lib. 7, disp. 93, n. 17. — ² Qu. 3, punct. 13, n. 5. — ³ Tr. 21, qu. 4, cap. 6, qu. 7. — ⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 115. — ⁵ Loc. cit., n. 18. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 16, n. 2. *Sotus*, in 4, dist. 34, qu. un., art. 2, v. *Dubium autem*. - *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 34, disp. 1. - *Angles*, Flores, de Matr., qu. 8, art. 1, dub. 1, concl. 3. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 233, num. 1. *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 85, n. 22. *Ludov. Lopez*, Instruct.

scio quomodo responderi possit. — Sed practice loquendo, ipsa non differt a prima; prout enim recte ajunt iidem Sanchez ⁶ et Roncaglia ⁷, quoties per incisionem gravis morbus timetur, subest moraliter etiam periculum mortis.

1098. - Dubitatur 2^o. *An, soluto matrimonio iudicio Ecclesiae ob arctitudinem mulieris respectu viri; si postea cognoscatur a secundo viro, et per frequentem usum conjugii reddatur apta primo, debeat ad primum redire?* — In cap. *Fraternitatis*, § *Similiter, de frigid.*, etc., dicitur quod si mulier non poterat reddi apta primo, nisi cum periculo mortis, tunc non debet redire; secus, si poterat sine tali periculo.

Ad quaesitum autem respondent Innocentius, Sotus, Hostiensis, Praepositus, Henricus, etc., apud Sanchez ⁸, eo casu matrimonium reputandum esse validum. Quia, cum mulier fuerit reddita apta primo viro per usum conjugii cum secundo, signum est quod bene poterat illi reddi apta aliquo modo, puta instrumento ligneo aut ferreo, sine ullo periculo mortis.

Sed verius dicunt S. Antoninus ⁹; et Sanchez ¹⁰ cum Glossa ^{a)} et Abbate, Silve-

nov., part. 2, de Matr., cap. 52, v. *Porro praedictarum*. - *Barthol. Ledesm.*, de Matr., diff. 48, concl. 2. — ⁶ Lib. 7, disp. 93, n. 18, i. f. — ⁷ Tr. 21, qu. 4, cap. 6, qu. 7. — *Innoc.*, in cap. *Fraternitatis*, num. 1, 3, 4 et 6. - *Sotus*, loc. cit., art. 2, v. *Sed ais... Sed quid si*. *Hostien.*, Sum., lib. 4, tit. de frigid. et malef., num. 16, in fine; et in cap. *Fraternitatis*, num. 7, 9 et 11, v. *Redire*. *Praepos.*, in cap. *Fraternitatis*, num. 18 et 20 in fine. *Henric. Boich*, in cap. *Fraternitatis*, num. 12. ⁸ Lib. 7, disp. 93, num. 11. — ⁹ Part. 3, tit. 3, cap. 12, § 1. — ¹⁰ Lib. 7, disp. 93, num. 12. - *Abb.*, in cap. *Fraternitatis*, num. 19.

Practice non differt ab illa.

Si femina per secundas nuptias fit apta primo viro,

tenetur ad primum redire, juxta quosdam.

Sed verius alii distinguunt.

^{b)} Sà videtur esse intelligendus de periculo mortis, quamvis hic citetur a Sanchez; scribit enim v. *Matrimonii imped. dirim.*, n. 14: « Impotentia est quae non potest tolli sine... vitae periculo; secus, si... sine gravi periculo ».

^{c)} Valentia, *loc. cit.*, punct. 3, *Impedim. Impotentia*; Major, in 4, dist. 34, qu. 1, concl. 4; Petrus de Soto, *lect. 5 de Matrim.*, v. *His autem proximum*, dicunt esse impotentiam perpetuam, si auferri nequeat sine corporis gravi periculo.

^{d)} Henriquez, *loc. cit.*, ait impotentiam esse perpetuam si tolli nequeat « sine probabili periculo vitae, aut gravis et perpetui morbi ».

^{e)} Tabiena non videtur recte neque ad rem citari posse a Sanchez; nam v. *Impedimentum XII*, n. 2, refert Glossam dicentem

quod si mulier non erat habilis primo viro sine periculo mortis, quamvis per frequentem usum secundi facta sit habilis, primo non debet restitui, sed addit hanc opinionem esse contra D. Thomam et communem. Et, n. 7, de arctatione mulieris, scribit absolute ex alio quodam auctore: « Si non potest fieri apta nisi per incisionem, non dicitur apta ad contrahendum; et si scindatur et postea sit apta, oportet quod de novo contrahat, quia primus consensus non valuit ».

1098. - ^{a)} Glossa, in cap. *Fraternitatis*, ad v. *Simili*, ait: « Quod si prior vir non possit eam cognoscere sine gravi periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex postfacto per consuetudinem secundi viri reddita sit apta priori: quod bene potest concedi ».

non valet matrimonium juxta alios.

Juxta alios valet.

Haec sententia speculative verior.

stro, Angelo, Turrecremata, Richardo ^{b)}, Durando, Palacios ^{c)}, Vega, etc., non ex eo quod ab alio potuit mulier cognosci, concludi quoque posse quod sine periculo mortis cognosci potuerit a primo; usus enim conjugii cum secundo poterat efficere quod per ipsum redderetur apta primo, cui prius apta non erat nisi per reserationem cum periculo mortis. — Aliunde igitur sumenda est praesumptio quod mulier potuerit fieri apta primo sine periculo mortis, nempe a similitudine in aetate, robore et corpore primi viri cum secundo. Nam in dicto cap. ideo Pontifex (praecise de hoc casu loquendo) decrevit mulierem teneri redire ad primum virum, quia secundus erat similis primo; en ejus verba: *Cum pateat ex postfacto quod cognoscibilis erat illi cujus simili commiscetur.*

1099. - Dubitatur 3°. *An uxor, inepta ad copulam propter arctitudinem, teneatur pati incisionem cum periculo gravis morbi ut apta reddatur?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia, quam tenent Angles, Palacios, Gabriel ^{a)}, etc., apud Sanchez ¹, dicit teneri: modo absit periculum mortis.

Secunda sententia omnino opposita, quam tenent Pontius ², Palaus ³, [Contin.]

Silvest., v. *Divortium*, n. 22; et v. *Matrimonium VIII*, qu. 16, v. *Quartum*. *Angel.*, v. *Matrim*, III, imped. 16, n. 4. *Turrecr.*, caus. 33, qu. 1, Summar., v. *Tertio*, n. 15, concl. 6. *Durand.*, in 4, dist. 34, qu. 2, v. *Si vero*. *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 107. — *Angles*, de Matr., qu. 8, art. 1, dub. 1, concl. 3. *Palacios*, in 4, dist. 34, disp. 1, v. f. v. *Quinto*. ¹ Lib. 7, disp. 93, n. 31. — ² Lib. 7, cap. 62, n. 2. — ³ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 1, n. 9. — ⁴ V. *Impedimentum impotentiae*, cas. 1. — ⁵ Tr. 7,

Tournely ^{b)}, Pontas ⁴ et Mazzotta ⁵, dicunt nunquam teneri feminam pati incisionem. — Ratio 1^a, quia in quolibet contractu propriae illius conditiones attendi debent: cum autem in matrimonio subintelligatur ea conditio, si ad illius usum conjuges apti fuerint; si apti non inveniuntur, ad aliud non tenentur. Ratio 2^a, quia, si hoc esset medium aptum et aequitati consonum, Ecclesia illud aliquando praecepisset: Ecclesia vero nunquam praecepit, sed tantum praescripsit trium annorum experientiam. — Excipiunt tamen Palaus ⁶ et Mazzotta ⁷, si femina contraxisset conscia suae extraordinariae arctitudinis, et illam viro non manifestaverit; quia tunc, ratione deceptionis, tenetur incisionem pati ^{c)}. Quamvis deinde merito addat idem Palaus raro hoc accidere; eo quod raro femina scit se esse arctam prae ceteris.

Tertia demum sententia, communissima et probabilior, quam tenent Sanchez ⁸, Bonacina ⁹, Roncaglia ¹⁰, Salmant. ^{d)}, Sporer ¹¹; Croix ¹² cum Soto et Perez ^{e)}; ac Escobar ¹³ cum Manuele, Henriquez, Lopez, etc., dicit teneri feminam pati incisionem, etiam cum gravi molestia et dolore; sed non cum periculo neque mortis, neque gravis morbi (et licet Sanchez ¹⁴ dicit *gravissimi*, tamen intelligit idem ac

disp. 1, qu. 2, cap. 12, § 2, v. *Tertio*. — ⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 1, n. 9. — ⁷ Loc. cit. — *Palaus*, loc. cit. — ⁸ Lib. 7, disp. 93, num. 32. — ⁹ Qu. 3, punct. 13, num. 7. — ¹⁰ Tract. 21, qu. 4, cap. 6, qu. 7. — ¹¹ Part. 4, cap. 1, n. 128. — ¹² Lib. 6, part. 3, n. 798. — *Sotus*, in 4, dist. 34, qu. un., art. 2, v. *Dubium autem*. — ¹³ Lib. 27, n. 508. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 233, n. 1. *Henriq.*, lib. 12, cap. 7, n. 8. *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1, cap. 79, v. *Teneturque mulier*. — ¹⁴ Lib. 7, disp. 93, n. 32.

Juxta alios, nunquam tenetur.

Limitatio.

Juxta alios, tenetur cum gravi molestia sed non cum periculo gravis morbi.

Juxta quosdam, uxor semper tenetur incisionem pati, ut apta fiat, extra periculum mortis.

^{b)} Richardus de Mediavilla, in 4, dist. 34, art. 2, qu. 2, v. f., haec scribit: « Si... per usum sequentis sit facta cognoscibilis a primo, debet ei reddi... Si autem per usum sequentis non sit facta cognoscibilis a primo; aut si est, non tamen sine gravi periculo mulieris, quod accidere potest propter inaequalitatem membrorum vel aliqua alia de causa, non reddetur eidem ».

^{c)} Michael de Palacios, dist. 34, disp. 1, distinguit: « Si autem impedimentum credebatur ex femina procedere, pronuntiata sententia divortii, si virgo alteri nupserit et ab illo cognita est carnaliter, reddenda est primo ». Et inferius addit Ecclesiam in hac re ex praesumptionibus judicare; denique si impedimentum sit ex improportione membrorum,

non esse reddendam primo, etiamsi ab alio cognita sit, quia impedimentum semper durat.

1099. — ^{a)} Gabriel Biel., *Suppl. dist. 34, qu. un., art. 1, not. 6*, rem clare innuit dicendo teneri mulierem « pati incisionem non enormem ».

^{b)} Contin. Tournely, loc. cit., cap. 14, v. *Sed hinc nova*, limitat: nisi « idem esset chirurgus qui conjux ».

^{c)} Si nempe (limitat Palaus) absque gravi suae salutis detrimento eam sustinere possit.

^{d)} Salmant., loc. cit., n. 116, dicunt teneri « etiam cum gravi dolore, molestia aut morbo... Aliqui temperant nisi morbus esset gravissimus, et laesio magna et diuturna ».

^{e)} Perez utique concordat, *disp. 37, sect. 6, n. 4*, sed non citatur a Croix; qui loco Perezii

grave, ut se explicat ¹⁾. — Quod *non* teneatur *cum periculo gravi corporali*, probatur, quia nunquam censetur mulier voluisse se obligare ad tantum periculum perferendum; neque ex vi contractus matrimonii videtur ipsa ad tale onus obstringi. — Quod autem *teneatur cum gravi molestia et dolore* reddi se apta ad copulam, probatur, quia ad id videtur mulier obligari vi contractus; cum id necessarium sit ad servandum jus copulae quod in virum transtulit.

Haec quidem sententia est communior; et probabilior videtur speculative loquendo. — Sed practice loquendo, valde probabile est id quod ait Contin. Tournely ²⁾ cum Pontas, nempe, quod si incisio non posset fieri nisi per manum chirurgi, non tenetur mulier hanc incisionem pati cum tanta verecundia: quod esset onus plus quam gravissimum. Si enim puella non tenetur, nec etiam ad servandam sibi vitam, in aliquo morbo verecundo chirurgi manum pati (juxta dicta *Lib. III, n. 372*, v. *Non videtur*): quomodo ad id tenebitur ut ad usum conjugii aptam se reddat? *Quid enim turpius* (ait Tournely ³⁾) *quam ut virgo nuda oculis et manibus chirurgi subjiciatur, et incisionem foedam simul ac gravem pati cogatur?*

1100. - Dubitatur ⁴⁾. *An, cum vir posset coire cum corrupta, sed non cum virgine propter ejus claustrum virginale, teneatur ipsa pati scissuram claustrum per aliquod instrumentum?* — Commune est apud omnes cum D. Thoma ⁴⁾, quod possit pati.

Utrum autem teneatur?

Negant Pontius ⁵⁾, Palaus ⁶⁾; et Ledesma, Hurtadus ac Leander, apud Escobar ⁷⁾. — Ratio, quia defectus ille non est feminae, sed viri. Ergo non tenetur ipsa remedio uti

ut aptam se reddat; sed sufficit quod corpus suum tradat aperiendum modo a natura instituto, non autem extraordinario.

Sed probabilius affirmat Sanchez ⁸⁾ cum Vega, Angles et Lopez. — Ratio, quia talis reseratio, ex una parte, bene potest fieri sine verecundia vel a viro vel ab ipsa puella; ex alia parte, molestia quam ipsa in tali reseratione deberet pati non videtur magna nec extraordinaria, imo est omnibus ordinaria. Unde, cum femina jam tradiderit viro jus ad copulam, tenetur hoc medio uti ut se aptam reddat illi, qui ob suam debilitatem alias coire non potest.

1101. - Demum hic videndum quid agi debeat quando impotentia est certa, et quando est dubia? — Respondetur:

Si est *certa* et patens, minime expectandum, sed statim facienda est separatio. — Nam matrimonium eo casu est certe nullum tam ex jure ecclesiastico quam ex naturali; cum nemo possit in alterum transferre dominium rei quod non habet: et licet copula non sit de essentia matrimonii, de essentia tamen est potentia ad illam, ut docet D. Thomas ⁹⁾.

Unde, cognita impotentia certa et perpetua, sponsi possunt illico separari, etiam ex propria auctoritate, si id possit fieri sine scandalo; imo tenentur, si adest periculum incontinentiae. Et pars non laborans impedimento potest etiam ad alias nuptias transire ^{a)}, ut dicunt Sanchez ¹⁰⁾, et Salmant. ¹¹⁾ cum Candido. — Si vero adsit periculum scandalum (prout communiter adest), tunc debent reclamare coram iudice ecclesiastico: a quo separandi sunt, saltem quoad torum; et si alter peteret, etiam quoad habitationem, non expectata trienniali experientia ^{b)}, quae datur pro impotentia dubia, non pro certa. Ita Sanchez ¹²⁾;

¹⁾ Lib. 7, disp. 93, n. 18. — ²⁾ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *Sed hinc nova*. Pontas, loc. cit., cas. 1. — ³⁾ Loc. cit. — ⁴⁾ Suppl., qu. 58, art. 1, ad 5. — ⁵⁾ Lib. 7, cap. 62, n. 2. — ⁶⁾ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 1, n. 8. — *Petr. Ledesma.*, qu. 58, art. 1, v. *Quo posito dubium est*. *Gasp. Hurtad.*, disp. 22, diff. 7, n. 24, i. f., et n. 25. — *Leand.*, disp. 21, qu. 24, v. f. — ⁷⁾ Lib. 27, n. 510. — ⁸⁾ Lib. 7,

disp. 93, n. 34. *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, ca. 109. — *Angles*, de Matr., qu. 8, art. 1, diff. 2. *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, de Matr., cap. 52, v. *Ex quo secundo*. — ⁹⁾ Suppl., qu. 58, art. 1, ad 1. — ¹⁰⁾ Lib. 7, disp. 97, num. 8. — ¹¹⁾ Tr. 9, cap. 12, num. 135. *Candido.*, disquis. 28, art. 13, dub. 25, v. *Dico 52^o*. — ¹²⁾ Lib. 7, disp. 107, n. 3.

citatur Sperellum, *Decis. fori eccles.*, decis. 141, num. 41, qui etiam concordat, excipiens *gravissimum* morbum. Et hunc pariter excipiunt Bonacina, Roncaglia, Sotus, Escobar, Lopez.

1101. - ^{a)} Quod pars non laborans impedimento possit ad alias nuptias transire, omitunt auctores citati.

^{b)} Auctores citati a Salmant. hoc dumtaxat assertum de non expectando triennio habent.

Uxor probabilius tenetur pati scissuram claustrum per instrumentum.

Quid faciendum si impotentia est certa.

Haec speculative probabilior.

Practice probabiliter non tenetur ob verecundiam.

et Salmant. ¹ cum Pontio, Gutierrez et Dicastillo. Et patet ex cap. *Laudabilem, de frigid.* etc., ubi: *Si frigiditas... probari non possit, cohabitent per triennium.* Ergo si impedimentum probatur, non datur triennium.

Si autem velint cohabitare ut frater et soror mutuo consensu, modo absit periculum incontinentiae, id permittitur ex eodem textu. — Sed recte advertit Merbesius hoc nunquam permittendum, si sponsi non sint senes.

Quid, si
dubium de
impotentia
antecedit
nuptias.

1102. — Hoc currit, si impedimentum impotentiae est certum. — Si vero est *dubium*, et *dubium antecedit* matrimonium, non potest qui de sua impotentia dubitat nuptias inire, donec re diligenter investigata *dubium* deponat: ob gravem injuriam quam alias irrogaret alteri potenti, ut recte dicunt Sanchez ², Mazzotta ³, et Palaus ⁴ cum Gutierrez. — Si vero, non obstante *dubio*, iste contraxerit, licite poterit reddere et petere: tunc enim datur ei saltem triennalis experientia, ut infra latius explicabitur.

Dicunt autem Dicastillus apud Croix ⁵, et Elbel ^{a)} cum Cardenas ^{a)} et Viva ^{a)} quod, si quis sit *dubius* de sua impotentia ob aliquod positivum indicium, iste licite poterit matrimonium contrahere, si spectata peritia medicorum, et experientiis, sit saltem probabile esse potentem; quia in *dubio* favet ei praesumptio quod sit naturaliter potens. Idque satis probabile videtur; cum enim sit probabilissimum licitum esse ministrare sacramentum sub conditione, si justa adsit causa (secundum dicta *n. 28*), hic satis justam causam habet nubendi sub conditione, si sit habilis, ne scilicet in tali

¹ Tr. 9, cap. 12, n. 135. - Pont., lib. 7, cap. 66, n. 2. Gutier., de Matr., cap. 120, n. 2 et 3. Dicast., disp. 7, dub. 52, num. 566. — Merbes., de Matr., disp. 7, qu. 83, quaestiunc. 12, i. f. — ² Lib. 7, disp. 103, n. 10. — ³ Tr. 7, disp. 1, qu. 2, cap. 12, § 3. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 7, n. 1. - Gutier., de Matr., cap. 116, i. f. n. 3. — Dicast., tr. 2, de Baptism., disp. 1, dub. 8, n. 208. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 795. — ⁶ Lib. 9, disp. 17, n. 20. — ⁷ Tr. 28, disp. 4, punct. 14,

dubio cogatur perpetuo manere caelebs. Deberet tamen ante matrimonium monere conjugem de tali *dubio*. — Caeterum, praecis circumstantiis et experientiis, quisque praesumitur habilis, etiamsi castissime vixerit.

1103. — Si vero *dubium* impotentiae *superveniat* matrimonio, tunc datur triennalis experientia, ex cap. citato *Laudabilem, de frigid.*, etc. Qua durante licite possunt conjuges copulam intentare, licet saepe aut semper semen extra vas effundant; ut communiter docent Sanchez ⁶, Palaus ⁷; Salmant. ⁸ cum Soto et Candido; ac Contin. Tournely ⁹, ex D. Thoma ¹⁰. — Hoc quoad *forum internum*.

Si *dubium* nuptiis *supervenit*, datur triennalis experientia pro foro *interno*.

Quod vero *ad forum externum* pertinet, triplici modo causa agi potest:

¹o. Si unus ob *dubium* impotentiae auctoritate propria ab altero recessit; et tunc recedens, nisi in continenti evidentes afferat probationes impotentiae, statim restituendus est alteri etiam quoad torum. Mazzotta ¹¹ cum Palaus, ex cap. *Ex parte, de restitut. spoliat.* Docet tamen Sanchez ^{a)} cum communi, quod si ille recesserit post triennium experientiae, iudex ante restitutionem debet ipsum audire.

Quid, pro foro *externo*, si unus recessit.

²o. Si unus alleget impotentiam, alter neget: tunc datur a iudice triennium ad experiendum.

Si unus alleget impotentiam, alter neget, datur triennium,

In quo notandum 1. quod hoc triennium debet esse continuum, ex cap. *fin. de frigid.*, etc.: saltem moraliter, ut recte dicunt Sanchez ¹², Mazzotta ¹³; et Salmant. ¹⁴ cum Coninck, nempe si conjuges cohabitent per majorem partem anni; non enim officit, si alter absit per unum vel alterum mensem. — Notandum 2. quod (licet Hen-

quod debet esse continuum,

§ 2, n. 11. — ⁸ Tr. 9, cap. 12, n. 134 et 138. - Sotus, in 4, dist. 34, qu. unic., art. 2, concl. 2, v. *Quapropter*. - *Candid.*, disquis. 28, art. 13, dub. 35, v. *Dico 69*o. — ⁹ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *Si autem dubitetur*. — ¹⁰ Suppl., qu. 58, art. 1, corp. — ¹¹ Tr. 7, disp. 1, qu. 2, cap. 12, § 3, v. *In prima causa*. - Palaus, loc. cit., § 11, n. 2. — ¹² Lib. 7, disp. 111, n. 6. — ¹³ Loc. cit., § 3, v. *In 2a causa*. — ¹⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 138. Coninck, disp. 31, n. 83, i. f.

1102. — ^{a)} Elbel, *de Matr.*, n. 267, in casu quo ex positivo iudicio dubitatur de potentia, simpliciter dicit posse contrahi, quia stat praesumptio pro valore et possidet libertas. — Cardenas vero, *Cris. 2, diss. 2, num. 519 et seqq.*; et Viva, *in propos. 1 Innoc. XI, n. 31*, dicunt generatim in probabilitate facti de im-

pedimento, si *dubium* sit invincibile, standum esse pro libertate, quae est in possessione, proindeque licite contrahi posse.

1103. — ^{a)} Sanchez id non dicit, *lib. 7, disp. 112, num. 14*, quamvis Mazzotta et Palaus etiam eum pro hac sententia allegent.

ricus ^{b)} et alii apud Sanchez ¹, ac Mazzotta ² dicant tempus triennii incipere a die decreti, addatque Mazzotta hunc esse stylum curiae Romanae), verius tamen Sanchez ³, Salmant. ⁴; et Holzmann ⁵ cum Pichler docent triennium computari a tempore copulae intentatae. Idque clare exprimitur in dicto cap. *Laudabilem, de frigid.*, etc., ubi dicitur: *Ut a tempore celebrati conjugii, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium.* Nota τὸ *a tempore celebrati conjugii*, id est copulae intentatae (ut bene explicat Sanchez); nam verba cum effectu intelligenda sunt. Si ergo a tempore conjugii debet triennium computari, improbabiliter dicitur computandum a die decreti; posset enim decretum fieri post duos annos a conjugio, et sic non concederetur solum triennium, sed quinquennium.

Ut autem solvatur matrimonium, debent ipsi jurare in iudicio, nunquam habuisse copulam, esto pluries intentaverint; ut praescribitur in dicto cap. *Laudabilem*. Ubi insuper requiritur depositio jurata septem propinquorum, aut vicinorum bonae famae, si propinqui defuerint. Hoc tamen dicit Sanchez ⁶ procedere si unus tantum sponsorum proferat impedimentum; sed si ambo illud fatentur, ait requiri quatuordecim, nempe septem ex parte viri, et septem ex parte mulieris. Isti autem non quidem debent jurare tales conjuges nunquam copulatos fuisse: sed tantum id credidisse, vel ab eis audisse; ut dicit Panormitanus cum Glossa, et Salmant. ⁷ — Casu vero quo nequeant haberi septem propinqui vel vicini, id relinquatur arbitrio iudicis; ut Salmant ⁸.

Insuper, si mulier, quae tempore ma-

trimonii erat virgo, alleget impotentiam viri, adhibenda est inspectio medicorum respectu viri, et matronarum peritarum respectu feminae. — Quamvis enim Pontius ⁹ censeat hoc remedium inspectionis removendum tamquam inutile et indecens; tamen probabilius Salmant. ¹⁰, et Sanchez ¹¹ cum Alexandro de Nevo, etc. illud requirunt utpote necessarium, cum alia via non possit impotentia cognosci: tunc enim ab ipsa necessitate talis inspectio honestatur. Et licet ordinarie ex ea nequeat certum ferri iudicium; aliquando tamen sumi poterit iudicium saltem probabile, ut Ecclesia ad alia procedat remedia: et ideo in cap. *Fraternitatis, de frigid.*, etc. Pontifex approbavit factum episcopi qui inspectionem adhiberi curavit ^{c)}. — Si autem per inspectionem nihil conjici possit, nempe si mulier jam ante matrimonium fuisset corrupta; tunc potius credendum viro affirmanti consummasse, quam mulieri neganti; ut verius docent Sanchez ¹² cum Alexandro de Nevo, Henrico, Richardo, Turrecremata, etc. (contra Sotum ^{d)} et alios), ex cap. *Continebatur, de despons. impub.* ubi dicitur: *Si vir dixerit quod uxorem suam cognoverit, et mulier negaverit, viro fides est adhibenda, si id firmaverit juramento.* — Merito autem idem Sanchez ¹³ rejicit tamquam turpissimum id quod dicunt aliqui, nimirum adhibendam esse peritam matronam, quae spectet coitum inter huiusmodi coniuges.

3^o. Si demum utraque pars fateatur impedimentum impotentiae: tunc, post triennalem experientiam, exacto juramento ab utroque, et adhibita septima manu propinquorum ex utraque parte (ut supra),

Inspectio quandoque facienda.

Quid, si utraque pars fateatur impotentiam.

¹ Lib. 7, disp. 111, num. 3. — ² Loc. cit., § 3, v. *In 2^a causa*. — ³ Lib. 7, disp. 111, n. 4. — ⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 138. — ⁵ De Matr., n. 633, v. *De cetero*. Pichler, lib. 4, tit. 15, n. 9. — Sanchez, lib. 7, disp. 111, n. 4. — ⁶ Loc. cit., disp. 109, n. 13; cfr. disp. 108, n. 11 et 15. — Panorm., in cap. *Laudabilem*, n. 5. Gloss., in dict. cap. v. *Uterque jurejurando*. — ⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 137. — ⁸ Loc. cit. —

⁹ Lib. 7, cap. 63, a num. 2. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., disp. 109, n. 17. Alex. de Nevo, in cap. *Laudabilem*, n. 17, cas. 4. — ¹² Lib. 7, disp. 109, n. 15, v. f. Alex. de Nevo, in cap. *Laudabilem*, n. 17, cas. 4. Henr. Boich, in cap. *Acceptisti 1*, de frigid., n. 4. — Richard. de Medavilla, in 4, dist. 34, art. 2, qu. 1. Turrecr., caus. 33, qu. 1, Summar. *Quod autem*, n. 9. — ¹³ Loc. cit., n. 15.

^{b)} Henricus Boich, in cap. *Acceptisti 1, de frigid. et malef.*, n. 2, ait esse computandum « ex die ex quo egerunt poenitentiam, et tempus fuit per iudicem assignatum ».

^{c)} Seu potius factum commemorat neque illud reprobatur.

^{d)} Sotus, in 4, dist. 34, art. 2, v. *Rogas autem*, de casu praesenti omnino tenet cum Sanchez et ceteris citatis; ubi vero in quodam dissentit est in casu quo ambo conjuges negant copulam; sed ut patet, est casus diversus, nec Sanchez satis ad rem eum allegat.

et incipere a tempore copulae intentatae.

Ut autem solvatur matrimonium requiritur juramentum,

et septima manus.

solvitur matrimonium; et pars libera ab impedimento licite potest cum alio nuptias inire, ut certum est apud omnes.

1104. - In dubio autem an matrimonium fuerit *consummatum vel non*, judicandum est consummatum, nisi oppositum probeatur ^{a)}; ut communiter docent Sanchez ¹, Palaus ²; et Salmant. ³ cum Soto, Aversa et Candido.

In dubio vero, *an impotentia praecesserit vel secuta fuerit ad matrimonium*, discrepant doctores:

Prima sententia dicit tunc judicandum quod fuerit *subsequens*. Ita Palaus ⁴; Sanchez ⁵ cum Alexandro de Nevo, Gabriele, etc.; ac Mazzotta ⁶ cum Soto; et Gutierrez ac Reginaldus apud Salmant. ⁷ — Tum quia in dubio judicandum est in favorem matrimonii contracti; tum quia unusquisque praesumitur a natura potens, donec contrarium probeatur.

Secunda tamen sententia probabilior dicit impotentiam censendam esse *antedecedentem*. Ita Contin. Tournely ⁸, Renzi ⁹; et Bonacina ¹⁰ cum Angelo, Rebello, Henriquez, etc.; ac Salmant. ¹¹ cum Silvestro, Aversa, Veracruz et Candido. — Ratio, quia, cum matrimonium nequit suum habere effectum, nimirum procreationem prolis; potius refert ad ejus favorem ut judicetur invalidum quam validum, ne retorqueatur in ipsius praejudicium quod in bonum ejus inductum est. Et sic respondetur ad primam rationem oppositam. — Respondetur autem ad secundam quod bene quisque praesumitur potens, sed non quando adest positiva praesumptio in con-

trarium, prout hic supponitur; maxime, si post matrimonium nulla acciderit specialis causa per quam praesumatur impotentia matrimonio successisse.

Conveniunt autem [Contin.] Tournely ¹² et Renzi ¹³, Sanchez ¹⁴; et Palaus ^{b)} cum Gutierrez, quod si impotentia non fuerit naturalis, sed accidentalis (nempe ex maleficio, vel ex abscissione, aut alio morbo): tunc in dubio praesumitur praecessisse matrimonium, si allegetur brevi post ejus celebrationem. Secus vero, si post longum tempus ^{c)}.

1105. - « Quaeres: *quid censendum de « matrimoniis quae contrahuntur in par-* « *tibus haereticis?* »

« Resp. Circa ea, Congregatio Cardinalium resolvit sequentia:

« 1^o. Ubi hoc decretum concilii nondum « publicatum est in parochia, v. gr. in « Saxonia et Anglia, valere matrimonium « contractum absque forma praescripta. « — Publicatio autem decreti facta praesumitur, si id aliquo tempore in parochia tamquam decretum concilii fuit observatum.

« 2^o. Haereticos in quorum parochia « dictum decretum fuit publicatum, v. gr. « in Hollandia, Frisia, etc., teneri formam « praescriptam servare. — Unde consequenter ipsorum matrimonia absque « forma concilii, quamvis coram ministro « haeretico vel magistratu contracta, videntur esse nulla. Laymann ¹⁵ tamen « putat eam non esse mentem Summorum « Pontificum, propter gravissima incommoda inde subsequutura.

¹ Lib. 7, disp. 103, n. 8. — ² Tr. 28, disp. 4, punct. 14, § 7, n. 3. — ³ Tr. 9, cap. 12, n. 136. Sotus, in 4, dist. 34, art. 2. Aversa, qu. 13, sect. 4, v. *Rursus quando*. Candid., disquis. 28, art. 13, dub. 36. — ⁴ Loc. cit., n. 5. — ⁵ Lib. 7, disp. 103, n. 5. Alex. de Nevo, loc. cit., n. 18, i. f. Gabr. Biel, Suppl., dist. 34, qu. un., art. 2, concl. 1, coroll. 1, v. *Quid juris*. — ⁶ Tr. 7, disp. 1, qu. 2, cap. 12, § 3. - Sotus, loc. cit. — Gutierrez, de Matr., cap. 116, num. 2. Reginaldus, lib. 31, num. 99, in fine. ⁷ Loc. cit., num. 136. — ⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *In dubio*. — ⁹ De Matr., cap. 3, sect. 3, qu. 30. —

¹⁰ Qu. 3, punct. 13, n. 11. Angel., v. *Matrimonium III*, imped. 16, num. 16. Rebello, part. 2, lib. 3, qu. 16, num. 22. Henriquez, lib. 12, cap. 8, num. 3. — ¹¹ Tr. 9, cap. 12, n. 136. - Silvest., v. *Matrimonium VIII*, qu. 16, v. *Nonum - Aversa*, qu. 13, sect. 4, v. *Si rursus*. Veracruz, Specul., pars 1, art. 40, concl. 3. Candid., disquis. 28, art. 13, dub. 35, v. *Dico 75^o*. — ¹² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 14, v. *In dubio*. — ¹³ De Matr., cap. 3, sect. 3, qu. 30. — ¹⁴ Lib. 7, disp. 103, n. 6. — Gutierrez, de Matr., cap. 116, num. 2, v. f. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 4, n. 7, i. f.

1104. - ^{a)} Seu, quod eodem recidit, auctores dicunt in hoc casu praesumendum esse pro potentia ideoque pro matrimonii valore.

^{b)} Palaus. *loc. cit.*, punct. 14, § 7, num. 6, videtur hoc dicere de quacumque, sive naturali sive accidentali, impotentia.

^{c)} Ad impotentiam coeundi reducitur quaestio de artificiali mulieris foecundatione, quam illicitam esse declaravit S. Offic. die 17 Martii 1897; quaesitum enim erat a Supremo isto Tribunali: « An adhiberi possit artificialis mulieris foecundatio ». Et S. Off.

In dubio matrimonium praesumitur consummatum.

In dubio an impotentia sit antecedens, judicatur subsequens, juxta alios.

Probabilius judicatur antecedens.

Exceptio.

De matrimoniis in locis haereticorum.

« 3°. Si parochia, in qua aliquando de-
 « cretum fuit observatum, proprio parochio
 « et episcopo careat, nullusque istic sit
 « qui vices episcopi vel parochi suppleat;
 « matrimonium valere absque praesentia
 « parochi, servata tamen, in quibus potest,
 « forma concilii, nempe adhibitis saltem
 « duobus testibus.

« Idem est si parochus et episcopus
 « metu haereticorum lateat, ita ut vere
 « ignoretur ubi sit, vel eorum metu absit
 « a dioecesi, et ad neutrum sit tutus ac-
 « cessus ».

Notandum quod SS. Dominus noster
 Pontifex Benedictus XIV, die 4 Nov. 1741,
 declaravit matrimonia haereticorum inter
 se, non servata forma Tridentini, pro va-
 lidis habenda esse. Et idem de conjugii
 inter catholicos et haereticos. — Hoc ta-
 men tantum pro locis in Belgico dominio
 foederatorum Ordinum subjectis, et pro
 militibus ad arces conterminas missis^{a)}:
 nullo prolato iudicio^{b)} pro regionibus
 principum catholicorum^{c)}.

1106. - Dicitur XV°. « RAPTAVE SIT. —
 « De quo vide supra in impedimento cri-
 « minis ». [N. 1032].

1107. - Ad incurrendum impedimentum
 ob crimen raptus, tria requiruntur:

¹ Lib. 7, disp. 12, n. 20; et disp. 13, n. 7. — ² Diss. 3, cap. 2, § 11, n. 3. — ³ Tr. 9, cap. 12, n. 148. — ⁴ Disp. 12, n. 21, et disp. 13, n. 8. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Lib. 7, disp. 13, n. 4. — ⁸ Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 157, § Tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, n. 11. — ⁹ Diss. 3, cap. 2,

1°. Ut mulier rapta abducatur *de loco ad locum*, prout communiter dicunt Sanchez¹, Concina² et Salmant.³, et alii passim. Vel etiam *de domo in domum* per aliquos inde passus distantem; ut ajunt Holzmänn^{a)} et Tamburinius^{a)}. — Unde non sufficit quod mulier transferatur de cubiculo in cubiculum ejusdem domus, etiamsi per vim ibi cognoscatur. Sufficit vero si transferatur *in locum separatum*, in quo illa sit *sub potestate viri*; quamvis ibi cum illo rem non habeat: ut Sanchez⁴, Concina⁵ et Salmant.⁶.

Requiritur 2°. Ut femina rapiatur tantum *causa matrimonii*. Unde, si abducatur ex alia causa, etiam libidinis explendae, non incurritur impedimentum. Ita probabilius tenent Sanchez⁷ cum Manuele^{b)}, Vega, Diaz^{b)}, etc.; Palaus⁸, Concina⁹, Holzmänn¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Coninck^{c)}, Dicastillo, Aversa, Diana, etc. (contra Bonacina, Cornejo, etc., cum Busenbaum n. 1032). — Ratio, quia concilium hoc impedimento non aliud intendit quam favere libertati matrimonii: de quo tantum agit in *sess. 24, cap. 6*.

Requiritur 3°. Ut raptus sit *mulieris, ipsa repugnante*. — Unde non incurritur impedimentum, si mulier rapiat virum; ut

§ 11, n. 3. — ¹⁰ De Matr., n. 638, v. *Dicitur 4*. — ¹¹ Tr. 9, cap. 12, n. 152. — *Dicast.*, disp. 7, dub. 58, n. 660. — *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Solus autem raptor*. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 261. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 18, n. 2. — *Cornejo*, disp. 7, dub. 38, qu. 2.

respondit « Non licere ». Quod responsum approbatum et confirmatum est a Leone XIII, die 26 ejusdem mensis et anni.

1105. - ^{a)} Modo uterque conjux ad easdem copias sive legiones pertineat.

^{b)} Scilicet « de novo ».

^{c)} Hodie vero plura ex dictis hoc n° 1105, immutata sunt per decretum *Ne temere*; vide supra notam *f* ad n. 1079.

1107. ^{a)} Holzmänn, *de Matr.*, n. 638, v. *Dicitur 3*, contrarium tenet: « Non enim sufficit, inquit, saltem probabilius, si femina abducatur violente, v. g. de platea in locum obscurum, vel de una domo in aliam per aliquot inde passus distantem ». — Tamburinius etiam quem pro se citat Holzmänn, scribit, *Decal.*, lib. 7, cap. 6, § 2, num. 7: « Si... [mulierem] cognoscas per vim ducendo.. de loco ad locum non valde distantem in eadem domo seu praedio, non diceris proprie raptus...; quia non est abductio illa quae mulie-

rem ad diversum moraliter locum non transfert ».

^{b)} Manuel Rodriguez male citatur a Sanchez; dicit enim, *Sum.*, part. 1, cap. 211, n. 7, eos qui confitentur se virginem rapuisse « ad effectum abducendi eam causa libidinis aut ducendi in uxorem », monendos esse quod excommunicationem incurrunnt, « et quod donec in ejus potestate fuerit mulier non poterit cum illa contrahere matrimonium ». — Diaz autem seu rectius Salzedo *in Pract.*, crimin. Bernardi Diaz, cap. 81, not. A, v. f., quamvis de sola excommunicatione loquatur, at certe idem de impedimento intelligere censendus est, cum rationem assignet: « Ex illius capitis principio colliges quod de matrimonio contrahendo inter raptorem et raptam loquitur, posteaque poenas, subjicit contra transgressores imponendas ».

^{c)} Coninck, *disp. 31, dub. 4, i. f.*, id habet ut probabile.

Ad incur-
 rendum, re-
 quiritur ut
 mulier rapi-
 piatur de
 loco ad lo-
 cum,

causa ma-
 trimonii,

muliere
 invita.

Impedi-
 mentum rap-
 tus.

communiter Sanchez¹; et Salmant.² cum Bonacina, Gutierrez, Veracruz, Dicastillo, Gabriele, etc. Quia concilium tantum de viro raptore mentionem facit. — Nec etiam incurritur, si fiat raptus, consentiente femina, licet ejus parentes vel tutores repugnent. Quod Busenbaum probabile putat; et est commune cum Sanchez³, Palao⁴, Concina⁵ et Holzmann⁶; ac Salmant.⁷ cum Coninck, Aversa, Perez, Dicastillo^{d)}, etc. Quia aliter, licet incurran- tur quidem poenae raptoribus impositae, non contrahitur tamen impedimentum: quod concilium indixit tantum favore mulierum, ne coactae nubant.

Poenae
raptoribus
inflictae.

Nota hic quod ex Tridentino (ut supra), ultra impedimentum, raptor et omnes auxiliū ad hoc praebentes, incurrun- t excommunicationem ipso jure. — Alias vero poenas ibi indictas, ut dotationis mulieris^{e)}, infamiae, incapacitatis ad dignitates et amissionis gradus, non nisi post sententiam incurrun- t; ut Sanchez⁸; et Salmant.⁹ cum Palao, Dicastillo et Perez.

Quaeritur 1^o. *An in hujusmodi casu etiam sponsalia sint nulla, sicut matrimonium?*

¹ Lib. 7, disp. 13, n. 16. — ² Tr. 9, cap. 12, n. 155. *Bonac.*, qu. 4, punct. 18, n. 7. *Gutier.*, de Matr., cap. 86, num. 23. *Veracr.*, Specul., Append. de imped. raptus, v. *Respondetur quod.* *Dicast.*, disp. 7, dub. 58, n. 672. *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 6, qu. 16, n. 167. — ³ Loc. cit., n. 13. — ⁴ Tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, n. 12. — ⁵ Diss. 3, cap. 2, § 11, n. 3. — ⁶ De Matr., n. 638. v. *Dicitur I.* — ⁷ Tr. 9, cap. 12, n. 151. *Coninck*, disp. 31, dub. 4, i. f. - *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Ad incurrendum.* *Perez*, disp. 38, sect. 4, n. 5. — ⁸ Lib. 7, disp. 13, n. 1. — ⁹ Loc. cit., n. 150. - *Palao*, tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, n. 10. *Dicast.*, disp. 7, dub. 58, n. 676, 678 et seq. - *Perez*, disp. 38, sect. 3, n. 3 et 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 17. — ¹¹ Loc. cit.,

Affirmant Sanchez¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Bonacina, Basilio^{f)}, Aversa, Dicastillo, etc. Quia (ut dicunt) sponsalia etiam libertatem expetunt sicut matrimonia: lex autem poenalis rite extenditur ubi eadem militat ratio. — Sed probabilius contradicunt La- croix¹²; Holzmann¹³ cum Perez, Pichler, Wiestner, Krimer et aliis. Ratio, quia sponsalia minorem libertatem requirunt quam matrimonium, eo quod ipsa semper remanent rescindibilia: ergo non currit in eis eadem ratio quae currit in matrimonio, quod nunquam rescindi potest.

1108. - Quaeritur 2^o. *An, si quis rapiat feminam quam jam desponsaverat de futuro poenas concilii incurrat?*

Negant Lessius et Henriquez, apud Salmant.¹⁴, qui probabilem putant, ex *cap. penult. de raptor.*, ubi: *Cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur.* — Ex quo refert Henriquez^{a)} apud Sanchez¹⁵, validum esse matrimonium, sive volens sive nolens sponsa abducatur.

Affirmant verius tamen Sanchez¹⁶, Palaus¹⁷, Concina¹⁸; Escobar¹⁹ cum Sà^{b)}, Hurtado, Manuele^{b)}, Cornejo, Candido^{c)} et Leandro; ac Salmant.²⁰ cum Aversa,

n. 154. *Bonac.*, qu. 4, punct. 18, n. 10, v. f. *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Dirimitque.* *Dicast.*, loc. cit., n. 682. — ¹² Lib. 6, part. 3, n. 54. — ¹³ De Matr., n. 271. - *Perez*, disp. 38, sect. 4, n. 8. *Pichler*, lib. 4, tit. 1, n. 122. *Wiestner*, Instit. canon., lib. 5, tit. 17, art. 1, n. 15. - *Kri- mer*, in 4 decretal., qu. 1, n. 129 et seqq. — *Lessius*, lib. 4, cap. 3, n. 70, v. f. *Henriq.*, lib. 12, cap. 14, n. 4 et 5. - ¹⁴ Tr. 9, cap. 12, n. 153. — ¹⁵ Lib. 7, disp. 13, n. 15. — ¹⁶ Loc. cit. — ¹⁷ Tr. 28, disp. 4, punct. 2, § 2, num. 14. — ¹⁸ Dissert. 3, cap. 2, § 11, n. 4. — ¹⁹ Lib. 27, n. 585 et 586. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 23, diff. 3, n. 13. *Cornejo*, disp. 7, dub. 38, qu. 4. - *Leand.*, disp. 22, qu. 4. — ²⁰ Tr. 9, cap. 12, n. 153. *Aversa*, qu. 12, sect. 3, v. *Ad incurrendum.*

Probabi-
lius raptus
non dirimit
sponsalia.

Si quis
rapiat suam
sponsam,
juxta quos-
dam non in-
currit poe-
nas.

Verius
incurrit.

d) Dicastillus, *loc. cit.*, n. 662, concordat loquens de femina consentiente, sed *in scilicet* parentibus; de *renuentibus* vero parentibus utramque sententiam refert, *num. 664 et n. 665*; quamnam autem ex istis amplectatur non dicit.

e) De dotatione mulieris Sanchez et Perez distinctionem afferunt, ut scilicet requiratur sententia judicis, « quatenus imponitur (sunt verba Sanchezii) per id decretum, et dos arbitrio judicis taxanda venit ». Sed « si ex raptu pullularet raptae damnum, id in foro conscientiae, nulla judicis expectata sententia, instar aliorum damnorum quae injuste inferuntur, resarciendum esse dubitat nemo ».

f) Basilius Pontius, *lib. 7, cap. 69, n. 5 et 6*, id non habet, quidquid dicant Salmant.

1108. - a) Henriquez id plane innuit, *loc. cit.*, n. 5, quamvis de sola dotandi obliga- tione loquatur; eadem enim est ratio de ceteris poenis Tridentini, et ipse Henriquez dicit: « Hic non censetur raptor ».

b) Sà, v. *Matrimonium*, n. 9, satis insi- nuat hanc opinionem, negando scilicet esse impedimentum, « si ... de nuptiis tractaverat, et consentiens abducitur, ut ducatur ». Ergo secus esse videtur si abducatur renuens. — Manuel Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 230, num. 4, a contrario idem significat, dicendo valere matrimonium in provinciis in quibus Tridentinum non fuit receptum.

c) Candidus, *disquis. 28, art. 14, dub. 2*, v. *Dico 6^o*, non loquitur de hoc casu et male citatur ab Escobar, ex Leandro tamen.

Dicastillo et Gutierrez ^{d)}. Id enim clare exprimitur in eodem textu mox citato, ubi, post verba relata, statim subditur: *Iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum; et prius eam desponsaverit quam cognoverit, licet parentes reclamarent.*

Unde recte ex eo concludit Sanchez nullum esse matrimonium, si femina invita abducatur; secus, si volens, etsi invitis parentibus: et in principio textus non ideo dicitur raptus non intercedere, quia sponsalia praecesserint, sed quia mulier consentiens rapta fuit.

DUBIUM III.

Quomodo Matrimonium invalidum sit revalidandum.

1109. *Quomodo revalidandum matrimonium, si fuit nullum ob consensum fictum vel metu extortum. Quomodo, si ob impedimentum occultum.* — 1110. *Qu. 1. An in matrimonio nullo ob impedimentum occultum revalidando, iterum requiratur assistentia parochi et testium.* — 1111. *Qu. 2. Quomodo et quando impedimentum censeatur occultum.* — 1112. *Qu. 3. An sit revalidandum matrimonium coram parochi et testibus, si ipsi tempore matrimonii contracti erant conscii impedimenti.* — 1113. *Qu. 4. An, qui ficte contraxit matrimonium teneatur ex justitia illud revalidare per verum consensum.* — 1114. *Qu. 5. An, si quis ficte vel ex metu contraxit, debeat alterum conjugem certiorare de matrimonii nullitate.* — 1115. *Qu. 6. An, si matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum, oporteat ut uterque fiat conscius de nullitate.* — 1116. *Quid in casu urgentis necessitatis.* — 1117. *Qu. 7. Quotuplici modo possit renovari sive exigi consensus a parte inscia impedimenti.*

Quomodo revalidandum si fuit nullum ob defectum consensus.

1109. - « Resp. I^o. Si fuit invalidum propter consensum fictum vel metu extortum, sive ex una sive ex utraque parte, potest revalidari per quodcumque signum veri et novi consensus; quia, si altera tantum pars ficte contraxit, consensus unius partis habitualiter permanent: ergo accedente alterius consensu revalidatur. — Sanchez¹, Coninck², Navarrus, Filliuccius, Bonacina, etc.

« Unde resolves:

« 1^o. Si metus vel defectus consensus fuerit alterius tantum partis, curandum est ut ea saltem novum et liberum consensum eliciat, et externis signis prodatur. Alteri autem parti non opus est declarari, praestari novum consensum ad valorem matrimonii. — Sanchez^{a)}, Coninck, Bonacina^{a)}. Vide Macratium³.

« 2^o. Si uterque ficte vel coacte consenserit, necesse est ut uterque consensum renovet et verbis exprimat. Quia, cum

« utriusque consensus plane nullus fuerit, aequae necesse est renovare et declarare ac si factum nunquam fuisset. — Macratius⁴.

« Resp. II^o. Si invalidum fuit propter impedimentum consanguinitatis, v. gr., vel aliud simile occultum dirimens: tunc, eo per dispensationem vel aliter sublato, atque ita personis ad contrahendum habilitatis, requiritur novus utriusque consensus, signo externo expressus; et quidem, ut probabilius docet Sanchez⁵, absolute et independens ab antiquo. — Ratio, quia neutrius consensus antiquus fuit legitimus, cum non caderet in legitimum materiam.

« Unde resolves:

« Si in tali casu altera pars sit ignara impedimenti vel dubitetur an sciat: illa suaviter inducenda est ad novum consensum absolute praestandum, dicendo, v. gr. *Si mihi non nupsisses, nonne*

Quomodo si ob impedimentum occultum.

Dicast., disp. 7, dub. 58, n. 675. — Sanchez., lib. 7, disp. 13, num. 15. — ¹ Lib. 2, disp. 32, num. 9. — ² Disp. 24, dub. 10, a num. 89. — Navar., Man. cap. 22, num. 51, i. f. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 3, num. 84 et 85. — Bonac.,

qu. 2, punct. 9, n. 1, 3 et 4. — Coninck, loc. cit., n. 87 et 93. — ³ De Matr., disp. 7, sect. 15, v. Dicendum 2^o — ⁴ Loc. cit., v. Quartum dubium. — ⁵ Lib. 2, disp. 36, num. 5.

^{d)} Gutierrez, cap. 86, n. 22, licet allegetur a Salmant. non hoc dicit, saltem explicite. Refert enim tantum opinionem Sanchezii juxta quam incurruntur poenae si sponsa no-

lens rapitur, neque de hac opinione iudicium profert.

1109. - ^{a)} Sanchez loc. cit., n. 10 et 11; et Bonacina, loc. cit., n. 2, concordant utique,

« modo nuberes? vel: *Angor scrupulis de matrimonii nostri valore, ideoque re-novemus consensum.* Quod si fiat, sufficere (praesertim si sequatur affectu maritali copula) docet Quintanadvenas ¹. — Si autem periculum sit ne pars illa impedimentum ignorans detrectet, et scandala gravesque molestiae timeantur: licebit uti sententia contraria, quae docet sufficere ut sola pars impedimenti conscia consensum renovet et alteri declaret ^{b)}. Sanchez ², Lessius ³, Coninck ⁴ et Filiuccius ⁵, etc., Diana ⁶.

« Resp. III^o. Ut matrimonium invalidum, quod *coram testibus et parochis* est celebratum, revalidetur, non opus est denuo coram parochis et testibus iniri, si impedimentum sit occultum; secus, si sit notum. Quia prius matrimonium praesumptione Ecclesiae censetur validum, non autem posterius. — Navarrus, Sanchez ⁷, Coninck ⁸, Reginaldus ⁹, Filiuccius ¹⁰ ».

1110. - Hic praenotandum id quod diximus *Lib. I, n. 50*, nimirum communem esse doctorum sententiam, quod, cum agitur de matrimonio revalidando, propter bonum animarum praesumitur Ecclesia in impedimento (si forte adsit) dispensare, semper ac adest de illius valore vera probabilitas.

Unde, ubi dubitatur inter doctores de valore alicujus matrimonii, bene potest haberi illud ut validum, si vere probabile sit de jure validum esse. — Modo dubium vertat circa impedimentum ab Ecclesia appositum; nam in impedimentis

de jure naturali non potest Ecclesia dispensare.

Quaeritur 1^o. *An, ad revalidandum matrimonium nullum ob occultum impedimentum, sed in facie Ecclesiae jam celebratum, sit iterum revalidandum coram parochis et testibus?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Comitulus ¹¹, Concina ¹²; et Pontius ¹³ cum Palacios, Gutierrez et aliis paucis. — Ratio, quia assistentia parochi et testium assignatur a Tridentino ut forma, sive ut substantiale requisitum matrimonii. Forma autem contractus tum adhibenda est, cum contractus celebratur: si igitur primum matrimonium fuit nullum, ergo quando denuo et revera contrahitur, debet forma adhiberi.

Secunda vero sententia probabilior et communis, negat. Ratio, quia concilium, praescribendo parochi praesentiam et testium ad valorem matrimonii, merito praesumitur noluisse hunc casum comprehendere; concilium enim per illam praesentiam tantum voluit occurrere peccatis quae consurgebant ex nuptiis clam celebratis. Sed in nostro casu matrimonium jam publice est contractum; et ideo sufficit novum tantum ponere consensum. — Ita Navarrus ¹⁴, Natalis Alexander ¹⁵, Fagnanus ¹⁶, Habert ¹⁷, Contin. Tournely ¹⁸, Anacletus ¹⁹, Cardenas ²⁰, Sporer ²¹, Roncaglia ²², Bossius ²³, Viva ²⁴, Holzmann ²⁵, Auctor *Istruz. per li novelli Confess.* ²⁶; Sanchez ²⁷ cum Vega, Lopez, Manuele, Henriquez, Philiarcho, Rodriguez, etc.; Elbel ²⁸ cum Bosco, Corduba ^{a)}, Herincx,

Aliqui dicunt matrimonium nullum occultum impedimentum esse publice revalidandum.

Probabilius et communiter negatur:

1^o Ob irrationem Tridentini.

An denuo coram testibus et parochis.

In dubio juris de valore matrimonii Ecclesia supplet.

¹ Append. tr. 7, dub. ult., n. 5. — ² Lib. 2, disp. 36, a n. 8; et lib. 8, disp. 34, n. 61. — ³ Lib. 2, cap. 17, n. 77. — ⁴ Disp. 24, n. 88. — ⁵ Tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 92. — ⁶ Part. 4, tr. 4, resol. 49. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 70. — ⁷ Lib. 2, disp. 37, n. 3 et 11. — ⁸ Loc. cit., n. 83 et seq. — ⁹ Lib. 31, n. 183. — ¹⁰ Tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 93 et seq. — ¹¹ Respons. mor., lib. 1, qu. 120, n. 2 et 3. — ¹² Diss. 4, cap. 7, a n. 14. — ¹³ Lib. 5, cap. 6, n. 6. *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 27, disp. 1, v. *Atvero*. *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 18, n. 7 et 8. — ¹⁴ Man., cap. 22, num. 70. — ¹⁵ De Matr., cap. 4, art. 13, reg. 17. — ¹⁶ In cap. Is qui fidem, de sponsal., n. 14. — ¹⁷ De Matr., cap. 4, f. — ¹⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, qu. 2,

resp. 2. — ¹⁹ Tr. 14, dist. 14, n. 172. — ²⁰ In propos. 1, diss. 2, n. 665. — ²¹ Part. 4, cap. 2, n. 464. — ²² Tr. 21, qu. 5, cap. 3, qu. 4. — ²³ De Matr. Contr., cap. 2, n. 6 et seq., et n. 16. — ²⁴ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 8. — ²⁵ De Matr., n. 699. — ²⁶ Part. 2, cap. 15, num. 326. — ²⁷ Lib. 2, disp. 37, num. 3. — *Vega*, Sum. silva, lib. 6, cas. 93, i. f. et cas. 143. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov. part. 2, de Matr., cap. 40, v. *Deinde nunc*; et cap. 37, v. *Porro quoniam*. *Manuel Rodriguez*, in bull. Cruciat., § 13, n. 6; et Sum., part. 1, cap. 217 (al. 218), n. 2. *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 6, lit. l; et cap. 12, n. 3, lit. i. *Philiarch.*, part. 2, lib. 2, cap. 13. — ²⁸ De Matr., n. 345. *Bosco*, de Matr., disp. 12, sect. 14, n. 111 et seq. *Herincx*, disp. 5, n. 30.

sed dicunt satis esse interne consentire, quando unus tantum defecit.

^{b)} Auctores citati videntur requirere ut uterque consensus renovet, sed caute, scilicet

ne detegatur impedimentum a parte ejusdem conscia.

1110. - ^{a)} Corduba, *Sum.*, qu. 51, id concedit in solo casu quo aliter absque scandalo

Illsung, etc.; et Salmant.¹ cum Soto^{b)}, Cajetano^{c)}, Bonacina, Coninck et Palao. — Item noster Summus Pontifex Benedictus XIV² cum Pontas, Van-Espen et communi, ut testatur.

2° Ob oraculum Sancti Pii V.

Et sic statuit atque in praxi constanter deduxit S. Poenitentiaria, ex oraculo S. Pii V, qui, praecise ab illa rogatus de hac re, declaravit non esse necessarios parochum et testes, dum rursus contrahitur matrimonium ab iis qui illud publice contraxerunt, si illud fuerit nullum ob occultum impedimentum, ut testantur Cardenas³ et fere omnes auctores citati, cum eodem Pontifice Benedicto, ex Navarro, qui officialis fuit praedicti Tribunalis. — Et ideo, quando agitur de matrimonio contrahendo cum impedimento occulto, S. Poenitentiaria in dispensando hac utitur formula: *Cum eodem latore, quod matrimonium cum dicta muliere, et uterque inter se publice servata forma concilii Tridentini, contrahere possit, misericorditer dispenses.* Quando vero agitur de matrimonio jam publice contracto in facie Ecclesiae, utitur his verbis: *Cum eodem latore, ut, dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata (sed id caute, ut latoris delictum nusquam detegatur), matrimonium cum eadem, et uterque inter se de novo secrete ad evitanda scandala, contrahere valeat, dispenses.* — Unde observa quod in primo casu, quia necessaria est praesentia parochi, dicitur *servata forma concilii*. In secundo vero dicitur *secrete ad evitanda scandala*, id est, ut patet, sine parochi et testibus.

3° Ob praxim S. Poenitentiariae.

Et sic etiam pluries declaravit S. C. Concilii; ut refert idem Benedictus⁴. — Qui addit, olim Rotam Romanam de hoc aliquando dubitasse; sed postquam fuit admo-

4° Ob declarationes S. C. Concilii.

Illsung, tr. 6, disp. 9, num. 119. — ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 128 et 129. Bonac., qu. 2, punct. 9, num. 4 et 10. Coninck, disp. 24, n. 83. — Palaus, tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 3, n. 2. — ² Notif. 87, n. 62. Pontas, v. *Matrimonium IV*, cas. 4 et 5. — Van-Espen., part. 2, tit. 14, cap. 7, n. 10. — ³ In prop. 1, diss. 2, n. 668. — Bened. XIV, loc. cit., n. 63. — Navar., Consil. 14 de sponsal., n. 14, al. 15. —

nita a Praefecto ipsius S. Congregationis, quod ejus declarationes innixae erant stylo S. Poenitentiariae et S. Pii V oraculo, deinceps ipsam Rotam in pluribus decisionibus constanter hanc sententiam secutam fuisse.

5° Ob decisiones Rotae.

Objicit Pontius⁵ oraculum Clementis VIII quod in extensum refert⁶. Ubi narrat quod, cum quaedam mulier ex metu cuidam nupsisset, per Stephanum Tucium, ad petitionem Pauli Comitoli consultus fuit Clemens VIII: qui respondit necessarium esse consensum utriusque coram parochi et testibus, admonito prius marito de matrimonii nullitate; sed, ad evitandum scandalum, se dispensare ut secreto inter se contrahant renovato consensu. — Sed auctores nostrae sententiae, et praesertim Salmant., Roncaglia, Sporer, Holzmann, Bossius et Elbel, multipliciter respondent. Et 1°. Quod illud impedimentum, licet occultum, cum tamen ortum habuerit ex metu incusso, erat obnoxium periculo publicationis aut deductionis ad forum. 2°. Quod Pontifex vel respondit tamquam Doctor privatus, vel sententiam tutiorem est secutus. 3°. Quod de praefato oraculo non satis constat, prout constat de oraculo S. Pii V, quod apparet comprobatum tot declarationibus S. Congregationis, decisionibus Rotae Romanae et praxi constanti S. Poenitentiariae.

Objectio.

Tripliciter satisfit objectioni.

Ad rationem autem oppositae sententiae respondetur quod concilium vult assistentiam parochi et testium ad probandam validitatem matrimonii secundum externam apparentiam. Cum autem matrimonium prius contractum jam externe reputatur validum, cessat ratio cur praedicta assistentia denuo requiratur.

Respondetur ad rationem adversariorum.

1111. - Quaeritur 2°. Quomodo et quando impedimentum intelligatur esse *occultum*,

⁴ Notif. 87, n. 63. — *Rota Rom.*, decis. 900 coram Seraphino; decis. 395 coram Ludovisio, num. 1. — ⁵ Lib. 5, cap. 6, n. 6. — ⁶ Lib. 4, cap. 24, n. 4. — Salmant., tr. 9, cap. 3, n. 130. — Roncaglia, qu. 5, cap. 3, quaest. 3, v. f. — Sporer, part. 4, cap. 2, n. 448. — Holzm., de Matr., n. 699, v. *Dices 5*. — Bossius, de Matr. Contr., cap. 2, n. 18 et 46. — Elbel, de Matr., n. 345 i. f., et 346.

vel infamia revalidari nequeat, et unus saltem contrahentium ignarus erat impedimenti.

^{b)} Sotus, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3, requirit dispensationem episcopi; sed si episcopus adiri nequeat, vel injuste

dispensationem deneget, dicit posse *citra culpam*, absque parochi et testibus revalidari.

^{c)} Cajetanus, *Opusc.*, tom. 1, tr. 12, qu. 2, id concedit, loquens de licitate.

cum in litteris S. Poenitentiariae dicitur: *Dummodo impedimentum occultum sit?*

Navarrus ¹, loquendo de *censuris*, cum Glossa in can. *Quis aliquando, de Poenit., dist. 1, § Non sunt haec, v. Secreta*, dicit esse *occultum*, quando factum fuit in praesentia quinque personarum; *quia* (ut ait Navarrus) *non est de occulti essentia quod suapte natura non sit probabile, qualia sunt sola mentalia*. Unde concludit quod, ut aliquod crimen dicatur occultum, sufficit non esse publicum majori parti oppidi, viciniae vel collegii, ubi saltem immorentur decem personae. Et idem sentiunt Suarez ^{a)}, Azor ^{a)}, Toletus ², Molina ^{a)}. (Vide dicta n. 593, v. *Notandum 3.*) — Bene tamen advertit Fagnanus ³ hanc doctrinam, scilicet quod factum sit notum majori parti parochiae, intelligendam esse cum grano salis; nam si in parochia essent mille personae, perperam diceretur *occultum* factum illud quod sciunt quadringenti vel quingenti.

In nostro autem casu, dicit Sanchez ⁴ cum Henriquez ^{b)} et Manuele ^{b)}, quod si impedimentum possit per duos testes probari, illud amplius non potest dici occultum.

¹ Man., cap. 27, n. 255. — ² Lib. 1, cap. 89, n. 5, cum cap. 74, n. 2. — ³ In cap. *Vestra*, de cohabit. clericor., n. 116 et 117. — ⁴ Lib. 2, disp. 37, n. 11. *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 14, n. 4. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 9,

tum, etiamsi non sit periculum quod ad forum deferatur. Quia tunc sequerentur eadem inconvenientia quae olim sequerentur ex matrimonio clandestino; nam, probato impedimento, post contractum matrimonium posset alter conjux alias nuptias inire. — Sed melius et communissime dicunt alii, ut Sporer ^{c)} cum communi, et Croix ^{d)} cum Laymann, Hurtado ^{c)} et Rebello, id tantum procedere quando prudens adest periculum quod res sit deferenda ad forum externum. Et idem Sanchez videtur se retractasse ⁵, dum, explicando ex Navarro ⁶ praefatam clausulam S. Poenitentiariae: *Dummodo impedimentum occultum sit*, dicit cum Lopez ^{e)} et Manuele, illud dici occultum quod non est publicum majori parti parochiae, viciniae vel collegii. — Unde recte concludit noster Summus Pontifex Benedictus XIV ⁷ cum Tiburtio Navarro ^{f)} et Thesaurio ^{f)}, tunc confessario abstinendum esse ab exsequenda dispensatione, quando ex circumstantiis prudenter conjicere potest impedimentum ex occulto posse fieri publicum. Caeterum ait cum eisdem auctoribus et Syro impedimentum per se dici occultum.

Melius al
communitate
hoc limi
tant.

Conclusi
pro praxi.

n. 6. — ⁵ Lib. 8, disp. 34, n. 55; cfr. lib. 2, disp. 27, n. 11. — ⁶ Man., cap. 27, n. 255. - *Man. Rodrig.*, in bull. *Cruciat.*, § 9, n. 127, i. f. — ⁷ Notif. 87, n. 45, i. f. *Syrus*, Dilucidatio facult. et Prax. S. Poenit., part. 2, cap. 2, v. *Nono*.

III. - ^{a)} Suarez, *De Censur.*, disp. 41, sect. 2, n. 6, v. *Alia regula*; Azor, *part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 9*; Molina, *de Just. et Jure*, tr. 4, disp. 32, num. 8, dicunt occultum accipi prout a publico et notorio distinguitur.

^{b)} Henriquez, *lib. 14, cap. 20, num. 4*; Manuel Rodriguez, in *bull. Cruciat.*, § 9, n. 127, i. f., citantur a Sanchez pro opinione contraria, et in aliis materiis. Et revera: « Occultum, inquit Henriquez, dicitur non tantum quod est per se occultum, sed quod licet de se probabile sit per testes, non est publicum, notorium vel famosum ». Idemque dicit Rodriguez.

^{c)} Sporer, *part. 4, cap. 2, n. 462*, potius adhaeret sententiae Sanchezii, dicens: « Si periculum sit ne in foro externo vel in facie Ecclesiae impedimentum aliquando innotescat, vel saltem duobus testibus probari possit, debere consensum renovari ad matrimonium de novo renovandum coram paroco et testibus ». — Idemque tenet Hurtadus, *disp. 3, diff. 11, n. 43*, quamvis a Croix pro se citetur.

^{d)} Croix, *lib. 6, part. 3, n. 815*, scribit consensum renovandum esse coram paroco et testibus (cum venia poenitentis), « si sit prudens periculum ne impedimentum aliquando innotescat, quamvis esset notum ex sola confessione sacramentali ».

^{e)} Ludov. Lopez, *Instr. nov., part. 2, de Clavib., cap. 8, de Bulla*, v. *Igitur antequam*, haeresim occultam esse ait ex Navarro « quando non est publica per infamiam vel deducta ad iudicium ». — Manuel Rodriguez vero occultum esse ait quod distinguitur a publico.

^{f)} Non directe sed indirecte hoc dicit Tiburtius Navarrus, *Manuduct. ad prax. S. Poenit., Introd., cap. 3*, ubi dicit occultum esse quod a paucis cognoscitur, « modo... ex circumstantiis non appareat rem quidem nunc occultam, tamen facile publicandam ». — Thesaurus pariter, *de Poen. eccles., part. 1, cap. 21, § Dicendum 1, i. f.*, refert tantum Poenitentiarum dispensationem non concedere, « si ex circumstantiis appareat rem nunc quidem occultam, tamen facile publicandam ».

Juxta
quosdam,
crimen cen-
setur occultum
si non est notum
majori parti.

Opinio
cum grano
salis accipi-
enda.

Aliqui
dicunt im-
pedimentum
esse publicum
si probari possit
per duos
testes.

tum si notum sit in oppido sex solis personis, in civitate septem vel octo: modo ab eis non fuerit divulgatum.

Testatur autem Fagnanus¹ S. Poenitentiarum servare hanc praxim: quando crimen est notum tantum quatuor vel quinque personis, dispensat in eo tamquam occulto; sed ego scio S. Poenitentiarum dispensasse in impedimento quodam consanguinitatis noto decem circiter personis. Advertit vero idem Fagnanus² hoc intelligi, quando a S. Poenitentiarum dicitur in clausula simpliciter *occultum*; secus, si dicatur *omnino occultum*, ut solet poni in impedimento criminis, quia tunc merito ait non dici occultum crimen quod potest per duos testes probari ^{g)}.

E converso notat praefatus Benedictus³ cum de Leone, Tiburtio Navarro, Giribaldo et pluribus aliis, quod aliquando posset esse crimen *publicum materialiter*, nempe si publicum sit viciniae; sed *formaliter occultum*, nimirum si ignoretur ab illa copula nasci impedimentum affinitatis ^{h)}. Et tunc etiam potest impetrari dispensatio a S. Poenitentiarum.

1112. - Quaeritur 3^o. *An matrimonium sit revalidandum coram paroco et testibus, si ipsi tempore matrimonii contracti conscii fuerint impedimenti?*

Affirmat Sanchez⁴ cum Henriquez, Ledesma et aliis; quia (ut ait) tunc fuerunt testes non valoris, sed potius nullitatis

¹ In cap. *Vestra*, de cohabit. cleric., n. 118. — ² Loc. cit., n. 120. — ³ Notif. 87, num. 42. *Marc. Leone*, Prax. S. Poenit., part. 2, fol. 191, v. *Notandum*. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 2, n. 7. - *Tib. Navar.*, Manud. ad prax. S. Poenit., Introd., cap. 3, v. *Advertere debet*. *Giribald.*, tr. 10, de Matr., cap. 18, num. 111 et 112. — ⁴ Lib. 2, disp. 37, num. 10. *Henriq.*, lib. 11, cap. 3, n. 7. *Petr. Ledesm.*, qu. 47, art. 3, diff. ult. — ⁵ Lib. 6, part. 3, n. 815. *Aversa*, qu. 11, sect. 5, v. *Pro resolu-*

talis matrimonii. Et idem sentit Croix⁵ cum Aversa et Kugler, etiamsi tantum unus ex testibus impedimentum noverit.

Negant vero Coninck⁶ et Tamburinius⁷; item Gobat^{a)} et alii apud Croix⁸. Quia assistentia parochi et testium fuit praescripta a Tridentino, non tam ad standam validitatem matrimonii, quae multipliciter eis potest esse ignota, quam ad probandam externam matrimonii celebrationem, ut periculo obvietur ne iidem conjuges alias nuptias ineant.

Utraque sententia est probabilis. — Sed secunda videtur probabilior. Concilium enim⁹, requirendo assistentiam parochi et testium, jam causam exprimit, ne quis fraudulenter plura contrahat conjugia; et minime indicat velle amplius ut testes certioventur de matrimonii valore: et cur? Quia (ut ajunt Salmant.¹⁰) *Ecclesia neque parochum et testes adducit ad probandum valorem matrimonii, sed celebrationem illius externam.*

1113. - Quaeritur 4^o. *An qui fecte contraxit matrimonium teneatur deinde ex justitia illud revalidare per verum consensum?*

Affirmant Palaus¹¹, Pontius¹², Concina¹³ et Salmant.¹⁴ cum Soto, Trullench et Aversa. Ratio, quia alter jam tradidit corpus per suum consensum: unde, ut servetur aequalitas, tenetur fecte consentiens etiam per verum consensum corpus suum tradere ^{a)}.

tione distinguendum. *Kugler*, de Matr., part. 1, qu. 64, n. 884, v. *Tertio*. — ⁶ Disp. 24, n. 85. — ⁷ De Matr., tr. 4, cap. 7, § 3, n. 10. — ⁸ Loc. cit., n. 815. — ⁹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 3, n. 129. — ¹¹ Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 1, n. 1 et 2. — ¹² Lib. 2, cap. 5, n. 5. — ¹³ Diss. 4, cap. 7, n. 5. — ¹⁴ Loc. cit., n. 114 et 115. *Sotus*, in 4. dist. 27, qu. 1, art. 3, v. *Alia praecipua*. *Trull.*, lib. 7, cap. 5, dub. 4, num. 20. - *Aversa*, qu. 3, sect. 1, v. *Qui autem.*

^{g)} Fagnanus dicit omnino occultum intelligi illud quod nulla ratione probari potest ».

^{h)} Ita profecto refert Benedictus XIV n. 42, cum auctoribus citatis et fatetur esse communiorem sententiam; sed num. 48, illam rejicit in sensu hic exposito, et aliam inducit distinctionem: si nempe crimen sit occultum formaliter, id est ratione criminis, sed publicum materialiter, id est ratione facti v. g. si publice constet aliquem alium occidisse, sed publice etiam credatur hoc fecisse ad defensionem propriam, crimen ratione

criminis erit occultum, et publicum ratione facti; et tunc potest impetrari dispensatio a S. Poenitentiarum; minime vero, si publice constet de crimine ut crimine, et solum ignoretur poena juris huic crimini addicta.

1112. - ^{a)} Gobat male citatur a Croix pro hac sententia; Gobat enim non tractat de praesenti casu *tr. 10, n. 415 et seq.*

1113. - ^{a)} Auctores citati (Pontio excepto) hanc suam sententiam limitant: nisi signa dederit ficti consensus, vel nimia sit disparitas conditionis inter utrumque, si timeatur malus exitus.

Praxis Sacrae Poenitentiarum.

Sufficit impedimentum formaliter occultum.

Affirmant aliqui publice esse revalidandum.

Negant alii.

Secunda sententia videtur probabilior.

Qui fecte contraxit tenetur revalidare, juxta alios.

Probabilius non tenetur.

Negant vero probabilius Sanchez^{b)} cum Navarro^{c)}, Soto^{c)}, Angles^{c)}, Henriquez^{c)}, Manuele^{c)} et Aragon^{c)}; item Gutierrez^{d)}, Hurtadus et Villalobos^{d)} apud Salmant.¹⁾; et probabile putat Palaus²⁾. Ratio, quia, cum contractus matrimonii non possit claudicare, quando unus fecte consentit, nulla adest traditio alterius, et ideo nulla remanet inaequalitas; ille enim qui verum apposuit consensum aequae liber remanet ac si nullum consensum apposuerit.

Exceptio.

Omnes tamen conveniunt teneri fecte consentientem revalidare matrimonium per verum consensum, si aliter reparare non possit damna ex illa deceptione alteri illata.

1114. - Quaeritur 5^o. *An, si unus fecte vel ex metu contraxit matrimonium, debeat certiore facere alterum conjugem de*

Gasp. Hurtad., disp. 3, diff. 9, n. 35. - ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 113. - ² Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 1, n. 2. - ³ Lib. 4, cap. 25, n. 2; cfr. cap. 24, n. 3. - *Palaus*, loc. cit., n. 6 et 7. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 3, diff. 9, n. 33 et seq., diff. 10, n. 36 et seq. - ⁴ Tr. 9, cap. 3, n. 117. - ⁵ Lib. 2, cap. 17, n. 72. -

matrimonii nullitate, si postea velit illud revalidare?

Prima sententia affirmat; et hanc tenet Pontius³⁾ cum Comitolo^{a)}, item Palaus et Hurtadus, apud Salmant.⁴⁾; ac probabilem putat Lessius^{a)}. - Ratio, quia, cum nullus eo casu fuerit contractus, deficiente consensu metum passi vel fecte consentientis, nullus etiam fuit consensus alterius: consensus autem qui ab initio fuit nullus, tractu temporis convalescere non potest.

Secunda tamen, communis et verior^{b)}, sententia docet sufficere quod tantum fecte consentiens vel metum passus suum ponat consensum. Et hanc tenent Lessius⁵⁾; Navarrus⁶⁾ cum Hostiensi^{c)} et Joanne Andree^{c)}; S. Antoninus⁷⁾, Contin. Tournely⁸⁾, Bossius⁹⁾; Roncaglia¹⁰⁾ cum Laymann; Bonacina¹¹⁾; Sanchez¹²⁾ cum S. Bonaventura^{d)},

Juxta aliquos, si unus fecte contraxit, debet alterum monere ad revalidandum.

Alii communiter et verius negant.

⁶ Man., cap. 22, n. 80. - ⁷ Part. 3, tit. 1, cap. 7, in med. - ⁸ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. *Circa dubium*. - ⁹ De Matr., Contr. cap. 12, n. 383 et cap. 2, n. 38. - ¹⁰ Tr. 21, qu. 5, cap. 3, qu. 3. - *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 6, n. 1. - ¹¹ Qu. 2, punct. 9, n. 1. - ¹² Lib. 2, disp. 32, n. 9.

^{b)} Sanchez in praxi parum differt a prima sententia; nam, *lib. 1, disp. 11, n. 5*, dicit de prima sententia: «Moraliter et regulariter est verissima; nam semper sequitur notabile damnum feminae, tum in fama, quare alii nubere non poterit: tum etiam quia non permittetur aliud inire matrimonium». Sed addit: «Ceterum si nullum ex his damnis nec aliud notabile sequeretur, probabiliorum reputo priorem [quae apud S. Alphonsum est secunda] sententiam; his enim seclusis damnis, maxime urgent ejus rationes».

^{c)} Auctores citati hic a Sanchez, adducuntur solum in casu simili ad probationem hujus opinionis, in casu nimirum alicujus fecte emittentis vota religiosa; Navarrus nempe, *de Regul. comm. 4, in cap. Statuimus 19, qu. 3*; Sotus, *de Just. et Jure, lib. 7, qu. 1, art. 2, v. An vero qui tale votum*; Angles, *Flores, qu. de Voto, art. 1, diff. 4, concl. 3*; Henriquez, *lib. 11, cap. 11, n. 3 i. f.*; Man. Rodriguez., *Sum., part. 2, cap. 94, num. 5*; Aragon, *in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 1, Dub. Utrum propositum voluntatis sit necessarium ad votum*. - Nihilominus in casu praesenti Navarrus, *Man., cap. 22, n. 77*; Sotus, *in 4 sent., loc. cit.*; Henriquez, *loc. cit., init.*, tenent primam sententiam, cum limitationibus quas indicavimus in nota *a*; Rodriguez tamen, *part. 1, cap. 206, n. 7*, absque limitatione eandem opinionem tuetur.

^{d)} Gutierrez et Villalobos male citantur a

Salmant.; licet enim Gutierrez, *de Matrim., cap. 9, num. 5 et seqq.*, neget teneri ratione fictae promissionis; at certe obligat ad renovandum per verum consensum (salvis supradictis limitationibus) ratione contractus *do ut des*. - Villalobos autem, *part. 1, tr. 13, diff. 8, n. 2*, negat teneri ratione contractus; sed, *num. 3* addit moraliter loquendo semper vel fere semper teneri ratione damni.

1114. - ^{a)} Comitulus, *lib. 1, qu. 120*, doctrinam habet ex qua Pontius hanc suam sententiam colligit, scilicet: utrumque conjugem debere consensum renovare. Quod Lessius, *lib. 2, cap. 17, num. 72, i. f.*, probabile existimat.

^{b)} Vide in *1^o elench. quaest. reform., qu. 18*.

^{c)} Hostiensis, *in cap. Dilectus 23, de sponsalib., n. 5*; et Joannes Andree, *in cap. Dilectus 24, eod. tit., num. 7*, rationem hujus opinionis habent, nempe: non requiri ut utriusque consensus sit simul, sed satis esse, si postea quovis temporis intervallo alter consentiat, modo prior in suo consensu perseveret. - Idemque notandum venit de Dominico Soto, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, v. Sed alia hinc nascitur*, citat. a Salmant.

^{d)} S. Bonaventura, *in 4, dist. 29, qu. 2, ad 3*, hoc sane tenet; sed in fine addit: «Posset tamen dici quod in tali casu consensus viri [qui scilicet vere prius consenserat] renovari debet vel verbo vel signo».

Paludano, Silvestro, Angelo, Armilla, Tabiena, Petro Soto, Lopez, etc.; et Salmant.¹ cum Soto^{c)} Coninck, Trullench.

— Hanc sententiam expresse tenet etiam D. Thomas², ubi dicit: *Ex consensu libero illius qui primo coactus est non fit matrimonium, nisi in quantum consensus praecedens in altero adhuc manet in suo vigore; unde si dissentiret, non fieret matrimonium.* Ergo perseverante consensu alterius, sufficit si coactus liberum ponat consensum. — Probatur ex cap. *Insuper 4, Qui matr. accus., etc.*, ubi in summano sic habetur: *Invita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur.* Idem habetur in cap. *Proposuit 2, de conjug. servor.*: ibi dicitur quod, cum quidam vir ignorans servam duxisset, postquam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit; unde compulsus fuit, ut eam sicut uxorem pertractet^{e)}. Idem, ex cap. *Ad id 21, de sponsal.*; ibi: *Quamvis... ab initio invita fuisset ei tradita et renitens, tamen quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire.* Ergo sufficit consensus partis metum passae vel ficte consentientis, expressus per copulam conjugalem vel per cohabitationem, una cum consensu alterius prius dato, ad faciendum validum matrimonium. — Ut autem metum passus legitimum ponat consensum, requiritur quidem ut sciat primum matrimonium invalide fuisse initum; prout bene advertunt Sanchez³, Navarrus⁴; et [Contin.] Tournely⁵ cum Silvestro^{f)} et Pirhing.

Ratio autem nostrae sententiae est, quia certum est quod in contractu matrimonii non requiritur simultas physica consensuum sponsorum; sed sufficit moralis,

Palud., in 4, dist. 29, qu. 1, art. 4, concl. 1 (n. 24). — *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*, qu. 11, § *Quartum*. *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 11, n. 1. *Armil.*, v. *Matrimonium*, n. 41. — *Tabiena*, v. *Impedimentum IX*, i. f. *Petr. de Soto*, de Matr., lect. 3, post princ. *Ludov. Lopez*, Instruct. conc., part. 1, cap. 85, v. *Sed tandem*. — ¹ Tr. 9, cap. 3, n. 118. — *Coninck*, disp. 24, n. 90. *Trull.*, lib. 7, cap. 5, dub. 4, n. 2. — ² Suppl., qu. 47,

nempe, si consensus unius moraliter perseverat, dum ponitur consensus alterius. — In nostro autem casu ideo matrimonium fuit nullum, quia defuit consensus metum passus vel ficte consentientis. Ergo, cum jam praecesserit verus consensus alterius, et virtualiter perseveret per cohabitationem etc. (ut infra n. seq. v. *Secunda*), satis est quod accedat consensus istius metum passus vel ficte consentientis, expressus aut per verba aut per signa, nempe per copulam maritalem aut voluntariam cohabitationem; ut docet Sanchez⁶ cum S. Thoma, S. Bonaventura, Paludano, etc., utque patet ex testibus supra citatis.

Nec valet dicere quod consensus alterius qui liber fuit a metu vel fictione fuit nullus, cum nullus adfuerit contractus. Nam respondetur quod, licet contractus fuerit nullus, et consensus illius non habuerit effectum, tamen fuit verus consensus; et ideo, cum ipse moraliter perseveret, satis est ad revalidandum matrimonium, quando accedit consensus alterius qui ficte consensit: pariter ac si iste distulisset suum dare consensum, et postea jam praestasset. — Neque obstat, ait Pater Cuniliati⁷, timor ne pars quae liberum consensum praestitit, si rursus esset requisita de novo consensu, forte illum negaret. Nam hic interpretativus dissensus non est verus dissensus; sed interim consensus olim impertitus jam perseverat.

Quidquid autem opponatur in contrarium, ego non video quomodo possit responderi ad canones supra relatos, et praesertim ad secundum in cap. *Ad id, de sponsal.* Ubi casus fuit quod puella quaedam, cum prius nuptias contraxisset sine

art. 4, ad 2. — ³ Lib. 2, disp. 36, n. 3. — ⁴ Man., cap. 22, num. 76. — ⁵ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 7, v. *Tertia conditio*. *Pirhing*, lib. 4, tit. 1, num. 113. — ⁶ Lib. 4, disp. 18, num. 2 et 3; cfr. disp. 34, num. 2. *S. Thom.*, in 4, dist. 29, qu. unic., art. 3, solut. 2, ad 2; cfr. Suppl., loc. cit. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 29, qu. 2, ad 3. — *Palud.*, loc. cit., concl. 3 (num. 25). — ⁷ De Matrim., cap. 30, num. 3.

^{e)} Textus genuinus est: « Si constiterit quod idem vir praefatam mulierem, postquam illam audivit esse ancillam, carnaliter cognovit, ipsum monitione praemissa compellatis, ut eam sicut uxorem maritali affectione pertractet ».

^{f)} Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 2, § Sextum*, rem plane innuit, dicens de eo qui ignoranter cum ancilla contraxit, si liber postea eam cognoscit: « Non tenetur stare cum ea, quia matrimonium nullum fuit, et semper ei se commiscuit ex primo consensu

Probatur
ex auctori-
tate.

Ex triplici
capite iuris.

Ex ratione.

Priori
objectioni
respondetur.

Secundae
objectioni
satisfit.

Argumen-
tum convin-
cens juxta
S. Docto-
rem.

suo consensu interno, et deinde cum illas ideo invalidas censuisset, ad secundum transierat conjugium; sed quia per longum tempus cum primo viro cohabitaverat, Pontifex praecepit ipsam cogendam ad primas nuptias redire, dum praesumebatur quod per illam cohabitationem jam suum consensum praestiterit: *Quamvis ab initio (repetamus verba textus) invita fuisset ei tradita, tamen quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire.* — Papa igitur pro vera non habuit rationem primae sententiae, scilicet quod consensus libere datus a viro esset eo casu per se invalidus, tamquam cadens supra materiam inhabilem; sed potius pro vero iudicavit quod ille viri consensus, moraliter perseverans, et deinde conjunctus cum consensu a muliere per suam cohabitationem praestito, jam primum matrimonium convalidasset: et ideo jussit quod mulier ad illud redire teneretur.

Ultimae
objectioni
remissive
respondetur.

Objicitur a Pontio declaratio Clementis VIII. — Sed illi respondetur ab auctoribus nostrae sententiae, sicut responsum est supra n. 1110, v. *Objicit Pontius, etc.*

1115. - Quaeritur 6^o. *An, quando matrimonium fuit nullum ob aliquod impe-*

Pont., lib. 4, cap. 24, num. 4. — ¹ Lib. 4, cap. 24, num. 2. — ² Tr. 28, disp. 3, punct. 7, § 2, num. 3. — ³ De Matr. Contr., cap. 2, n. 74. — ⁴ Lib. 2, cap. 17, n. 76. — ⁵ Man., cap. 22, num. 47. *Covarr.* (cit. a Sanch.), de Matr., part. 2, cap. 4, num. 8. — ⁶ Lib. 2, disp. 35, num. 2;

dimentum, sit necessarium ad illud revalidandum ut, ablato impedimento, uterque conjux fiat conscius de nullitate matrimonii?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius¹, Palaus², Bossius³, Lesius⁴; Navarrus⁵ cum Silvestro^{a)} et Covarruvias; ac Sanchez⁶ cum D. Thoma^{b)}, Scoto, Cajetano^{c)}, Abulensi, Palacios, etc. — Ratio, quia hoc matrimonium non potest fieri validum neque per primum neque per secundum consensum praestitum post dispensationem. Non per primum; quia quod fuit nullum ab initio, tractu temporis validari non potest. Non per secundum; quia hic novus consensus non est validus, nisi fiat animo contrahendi illo tunc matrimonium: et hunc animum non habet qui nescit matrimonium prius contractum esse nullum; vir enim qui tunc consentit ignorans nullitatem, consentit quidem cum errore, putans consentire in uxorem jam suam: ergo cum erret in substantia, consensus minime valet.

Si matrimonium fuit nullum ob impedimentum, juxta alios debet uterque moveri ad revalidandum.

Secunda vero sententia, quam tenent Salmant.⁷ cum Soto, Ledesma^{d)}, Rodriguez^{e)} et Henriquez^{f)}; item Paludanus^{g)}, Angelus, Gabriel^{h)} et alii plures apud Bossium⁸, dicit non esse opus ut pars ignara impedimenti moneatur de nullitate

Probabiliter non est necessarium.

cfr. disp. 36, num. 3 et seqq. - *Scot.*, in 4, dist. 35, num. 5, v. *Resp. Primus consensus.* - *Abulen.*, in I Regum, cap. 8, qu. 38. *Palacios*, in 4, dist. 30, disp. 1, v. *At vero.* — ⁷ Tr. 9, cap. 3, num. 122. *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3. — ⁸ Loc. cit., n. 72.

qui nullus fuit ». Et addit: « Si durat antiquus consensus, virtute ejus non contrahitur, quia nullus est ».

1115. - ^{a)} Silvester, v. Matrimonium VI, qu. 5, § *Secundum*, dicit opus esse novo consensu. Sed cfr. etiam notam e ad num. praeced., ubi de contrahente cum ancilla ignoranter, quam postea dominus manumisit.

^{b)} S. Thomas, in 4, dist. 40, qu. unic., art. 4, ad 6, innuit dicens: Post dispensationem « illa conjunctio non efficitur matrimonialis ex statuto Ecclesiae ratione primi contractus...; sed tamen possent de novo contrahere, et alia conjunctio esset ».

^{c)} Cajetanus, *Sum.*, v. Matrim. contractus, § *Tertium caput*, et *Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2*, negat adesse hanc necessitatem nec pro illa citatur a Sanchez.

^{d)} Petrus Ledesma, qu. 45, art. 3, dub. ult., distinguit, et adhaeret huic sententiae

quando impedimentum se tenet ex parte uxoris tantum; si vero se teneat ex parte viri, vel utriusque, adhaeret priori sententiae, nisi dubitetur de mutuo amore.

^{e)} Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 217, n. 2, ita profecto tenet, sed addit: « Si vero non timet periculum revelandi impedimentum, procurare debet ut maritus sciat se esse liberum et solutum, quia matrimonium non valet ».

^{f)} Henriquez, lib. 11, cap. 3, num. 6, id concedit « in casu raro scandali, ubi femina apud virum de vita et grandi honore periclitaretur, si viro aperiret praesumpti matrimonii occultum impedimentum ».

^{g)} Paludanus, dist. 36, qu. 1, art. 2, concl. 2, (n. 14), id refert ex aliis quos videtur approbare.

^{h)} Gabriel Biel, *Suppl.*, dist. 29, qu. un., art. 3, dub. 3, id habet loquens de matrimo-

matrimonii; sed sufficere quod, ablato impedimento, pars quae conscia est de illo consensum ab altera accipiat. — Probatur 1°. Ex decisione 687 Rotae Romanae apud Farinacium, edita auctoritate apostolica (eam refert Bossius ¹⁾). Ibi sic dictum fuit: *Vobiscum quod, impedimentis consanguinitatis non obstantibus, in vestro sic contracto matrimonio remanere, seu illud... publice, servata forma concilii Tridentini, de novo contrahere... libere et licite valeatis, auctoritate apostolica... dispensamus.*

Probatur
ex decisione
Rotae.

Ex ratione.

— Probatur 2°. Ratione: quia prior consensus, licet suo effectum caruerit ob impedimentum a jure positivo appositum; tamen de jure naturae fuit validus, cum fuerit praestitus erga personam de jure naturae habilem ad contrahendum, ut sapienter considerat Benedictus XIV ²⁾. Unde fit quod, cum removetur impedimentum per dispensationem, perseverante ex una parte primo consensu conjugis ignorantis impedimentum virtualiter per usum matrimonii, nempe per copulam conjugalem, cohabitationem voluntariam et alia signa externa quae ex primo consensu procedunt; et accedente ex altera parte consensu interno conjugis conscii impedimenti, expresso saltem per similia externa signa: tunc consensus utriusque moraliter uniuntur et matrimonium convalidant. — Ac propterea dicunt Abbas ³⁾, Gonzalez ⁴⁾, Felinus ⁵⁾, etc., apud Bossium ⁶⁾,

posse Papam dispensare in matrimonio nullo a novo consensu praestando. Et de facto, per Clementem XI, ex brevi edito die 2 April. 1701 (ut refert Benedictus ³⁾), quaedam matrimonia nulliter contracta a quibusdam populis Indiarum, vocatis *Pucueles* et *Quartarones*, fuerunt sine novo consensu convalidata ⁷⁾.

Ex sanatione in radice quandoque concessa a Papa.

In hac autem re (quidquid dixerimus in prima ⁸⁾ editione), maxime notandum id quod declaravit Benedictus XIV in constitut. *Etsi matrimonialis*, edita die 27 Septembris 1755 ⁹⁾. Ibi cum accidisset casus, quod quidam vir, qui bona fide sed invalide matrimonium contraxerat ob impedimentum occultum consanguinitatis, petebat illud convalidare, non tamen certiorata uxore, propter scandalum separationis quod timebatur, Pontifex petitioni indulgit. Eodemque tempore declaravit (vide ibi § 7) quod, casu quo impedimentum oritur, non a lege naturali aut divina (prout esset cum praestatur consensus vivente altero conjuge, aut cum persona servilis conditionis ¹⁰⁾ ignotae), sed provenit a lege ecclesiastica: tunc bene potest Papa dispensare ut matrimonium contrahatur sine novo consensu partis ignorantis impedimentum, habendo pro valido consensum praestitum ab illa in principio, ubi ex lege naturali erat consensus quidem validus. Nam, eo casu, Papa aufert impedimentum in radice matrimonii, retro-

¹⁾ Farinac., Decis. Rotae Rom. selectae, tom. 2, part. 2, de-
c. 687. — ²⁾ De Matr. Contr., cap. 10, n. 332. — ³⁾ Notif. 87, n. 80.

— Clemens XI, breve *In Apostolicae dignitatis*, ap. de Mar-
tinis, Juris Pont. de Prop. Fide, part. 1, tom. 2. — ⁴⁾ Lóc. cit.

nio nullo propter metum, qui non est amplius casus praesens. At, *dist. 36, qu. 1, art. 3, dub. 1*, loquens de matrimonio ignoranter contracto cum ancilla, negat validari per manumissionem « sine utriusque consensu libero », quod concordat cum priori opinione hic a S. Alphonso exposita.

¹⁾ Bossius, *cap. 2, n. 92*, non loquitur de dispensatione a praestando novo consensu; sicut neque auctores citati ab ipso: Abbas, *in cap. Quia circa 6, de consang. et affin., n. 8*, Hieronymus Gonzalez, *Super Reg. 8, Cancell., glos. 9, § 2, n. 87*, Felinus, *in cap. 1, de tregua et pace, v. Si diceret, quare*; sed dicunt tolerantiam Pontificis inducere dispensationem.

²⁾ Hic in secunda et tertia editione, S. Alphonsus addebat: « Haec secunda sententia, speculative loquendo, videtur probabilior, sed

in praxi, extra casum urgentis necessitatis ut infra, prima omnino est tenenda..., quia secunda opinio, cum non sit moraliter certa non potest in praxim deduci juxta propos. I, damnatam de Innoc. XI. ». Textus vero qui nunc habetur est in quarta editione a S. Alphonso primum insertus.

³⁾ In prima editione, *col. 900*, S. Doctor aiebat: « Omnino dicendum est... necesse esse quod uterque certior fiat de nullitate prioris consensus ».

⁴⁾ Seu rectius: Decretum latum fuerat 27 Sept. 1755 et publicatum brevi *Etsi matrimonialis*, de die 30 Sept. 1755; hoc autem non concedit gratiam, sed commemorat illam esse factam alio brevi de die 12 Sept. 1750.

⁵⁾ Supra tamen, *n. 1017*, S. Doctor docet impedimentum conditionis servilis probabilius jure ecclesiastico fuisse statutum.

trahendo contractum ac si ab initio impedimentum abfuisset. — Haec verba Pontificis: *Porro, gratia concessa importat dispensationem in radice matrimonii: quae a Romanis Pontificibus concedi consuevit, urgente magna causa, et quando agitur de impedimento matrimonii ortum habente, non a jure divino aut naturali, sed a jure ecclesiastico. Et per eam non fit ut matrimonium nulliter contractum non ita fuerit contractum; sed effectus de medio tolluntur, qui, ob hujusmodi matrimonii nullitatem, ante indultam dispensationem, atque etiam in ipso matrimonii contrahendi actu, producti fuerunt.*

Caeterum, ubi non suppetit hujusmodi specialis dispensatio Pontificis, non discedendum a prima sententia; maxime quia in litteris S. Poenitentiarie in dispensationibus ad hujusmodi matrimonia revalidanda apponitur sequens clausula: *Ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, uterque inter se de novo secreta contrahere valeant* ⁿ⁾. — Licet enim dicant Sanchez ¹ et Bonacina ^{o)} ac Tiburtius Navarrus ² praefatam clausulam non apponi ut conditionem, sed ut simplicem instructionem (quia alias dicta conditio saepe frustraretur, item quia clausulae

quae apponuntur ut conditiones aliis strictioribus verbis apponuntur): attamen probabilius docet Benedictus ³ illam esse veram conditionem, eo quod ablativus absolutus, juxta jurisperitos, veram importat conditionem ⁴.

1116. - Dixi: *extra casum urgentis necessitatis* ^{a)}. — Nam, si ex notitia nullitatis matrimonii prudenter timeri possit periculum mortis, gravis infamiae aut scandali ex separatione secuturi; et ex alia parte, conjux impedimenti conscius non posset evitare redditionem debiti: tunc bene potest uti secunda sententia tanquam probabili. Quia eo casu ratione necessitatis etiam cum periculo frustrationis sacramenti licitum est sequi opinionem tantum probabilem, ut communiter docent Sanchez ⁵, [Contin.] Tournely ^{b)}, Cardenas ⁶, Lessius ⁷, Holzmann ⁸, Bonacina ^{c)}; Bossius ⁹ cum Coninck ^{d)} et Filiuccio; ac Elbel ¹⁰ cum Laymann ^{e)}, Sporer, Croix et communi. — Imo (ut dicunt Sanchez, Viva, Cardenas, Croix et alii, relati *n. 482, v. Melius igitur*), in casu extremae vel urgentis necessitatis, licitum est uti opinione etiam tenuiter probabili; quia id quod esset indecens erga sacramentum, non est indecens quando necessitas et bonum animae ur-

Sed in casu urgentis necessitatis potes uti secunda.

In praxi, si non petitur sanatio in radice, sequenda est prima sententia.

¹ Lib. 8, disp. 34, n. 61. — ² Manud. ad Prax. S. Poenit., part. 2, cap. 3. v. *Quando*. — ³ Notif. 87, n. 68. — ⁴ Ex L. *A testatore* 109 ff., de condition. et demonstr. cum glossa. — ⁵ Lib. 2, disp. 36, n. 8 et 9. — ⁶ In propos. 1, diss. 2, n. 681 et 682. — ⁷ Lib. 2, cap. 17, n. 77. — ⁸ De Matr., n. 697, v. *Sed quid*. — ⁹ De Matr. Contr., cap. 2, n. 78.

Fill., tract. 10, part. 1, cap. 3, num. 92. — ¹⁰ De Matr., n. 344. *Spor.*, part. 4, cap. 2, n. 460. *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 814. — *Sanchez*, de Matr., lib. 2, disp. 36, n. 8; et Decal., lib. 1, cap. 9, n. 25. *Viva*, Append. ad prop. damn., § 11, v. *Ratio*. *Carden.*, diss. 4, n. 48. *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 1162.

ⁿ⁾ Sed vide infra notam *h*, ad *n. 1117*.

^{o)} Bonacina, *qu. 2, punct. 9, num. 7*, ait conjugem monendum esse de nullitate matrimonii, quando id commode fieri potest; secus, si non potest commode et sine periculo, et addit: « Et hoc pacto intelliguntur clausulae dispensationum, in quibus praescribitur conjugem admoneri de invaliditate matrimonii; non enim credibile est Summum Pontificem obligare cum tanto incommodo ».

1116. - ^{a)} Haec verba referuntur ad textum secundae et tertiae editionis; vide notam *j* ad num. superiorem. Sed, non obstante textus mutatione, ea quae in praesenti a S. Alphonso hic asseruntur nihilominus valent et servanda sunt.

^{b)} Continuator Tournely, *de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. Si autem*, de alio casu loquitur. Et *loc. cit.*, v. *Enim vero*, hoc sane habet: « In sacramentis non licet sequi sententiam probabilem, relicta proba-

biliori simul et tutiori, nisi casu extremae necessitatis ». Sed in casu negat dari extremam necessitatem.

^{c)} Bonacina, *loc. cit.*, *num. 7*, negat detegendum esse impedimentum, si non potest commode et absque periculo detegi: addit deinde si eo casu nullo modo possit extorqueri consensus viri, et ex alia parte petat debitum quod uxor nequit effugere sine scandalo, sententiam quamdam esse quod uxor habeat copulam affectu conjugali quem etiam vir habet, quod proinde satis est ad revalidandum matrimonium: sed ait Bonacina sententiam habere magnam difficultatem, et esse probabilem potius ob auctoritatem quam ob rationem.

^{d)} Coninck, *disp. 24, n. 88*, id refert tantum ex Sanchez.

^{e)} Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 14, n. 5*, quando adest periculum, negat utique requiri ut cognoscatur impedimentum, sed

get. — Bene tamen advertit Sanchez¹ quod tale scandalum, cum impedimentum est ex parte viri, ordinarie non potest timeri.

1117. - Quaeritur 7^o. *Quotuplici modo possit renovari sive exigi consensus a parte inscia impediementi post obtentam dispensationem?*

Plures ab auctoribus assignantur modi:

Primus modus si dicat sponsus: *Quando nupsi, non habui verum consensum: nunc praestare volo. Vis et tu praestare?* — Hunc modum communiter admittunt doctores; et recte quidem, ac sine mendacio, cum consensus nullus non sit verus consensus. Ita Sanchez², Cardenas³, et Holzmann⁴.

Secundus modus, si dicat: *Dic, quaeso, si nullum fuisset nostrum matrimonium, nonne iterum me accipere intendis?* Ita Sanchez⁵; Salmant.⁶ cum Coninck, Sa et Dicastillo; Roncaglia⁷ cum Gobat; item Silvester^{a)} et Rosella^{a)}, apud Bossium⁸: quia tunc jam aequivalenter manifestatur. — Huic tamen modo contradicunt Pontius⁹; et Bossius¹⁰ cum Henriquez^{b)}, Gutierrez et Filliuccio^{c)}. Quia (ut ajunt) tunc sponsa consentiendo intendit consentire in suum: ignorantia enim concomitans non efficit voluntarium positive; et ideo tunc non apponitur consensus, ut requiritur, independens a primo. Haec sententia est mihi verior. Nisi (exciperem) ex illa petitione (ut supra) sponsa inscia impediementi jam veniret in dubium vel suspicionem de nullitate matrimonii: tunc enim

jam poneret consensum a primo independentem.

Tertius modus, si sponsus dicat: *Angor scrupulis de nostri matrimonii valore: ideoque renovemus consensum.* — Ita Busenbaum (ut supra, n. 1109, v. *Si in tali*); Salmant.¹¹ cum Trullench; item Navarrus et Cajetanus, apud [Contin.] Tournely¹² (qui immerito hunc modum non admittit). Ipse enim satis est (prout mihi certum videtur), ut sponsa ponat consensum independentem a primo. Nec obstat quod illa hoc modo non haberet notitiam certam nullitatis matrimonii: nam ut novus consensus valeat, non indiget ut apponatur ex notitia certa nullitatis, sed tantum ut praestetur independentem a primo consensu.

Quartus modus: *Si mihi non nupsisses, nonne nuberis nunc?* — Ita Busenbaum (n. 1109, v. *Si in tali*), et Salmant.¹³ cum aliis. — Sed hic modus minime est admittendus; quia in hoc modo revera non adest positivus consensus.

Quintus modus: *Pro mea consolatione volo de novo contrahere: eja, contrahamus.* Ita Anacletus^{d)}, Sanchez¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Cajetano et Ledesma. — Sed hunc jure merito neque admittit Contin. Tournely¹⁶; quia per hunc nulla ingeritur in alterum notitiam nec dubium de nullitate primi matrimonii.

Sextus modus, si accedat *copula maritali affectu habita*, ex parte conjugis conscii impediementi per dispensationem jam

¹ De Matr., lib. 2, disp. 36, n. 7. — ² Loc. cit. — ³ In propos. 1, diss. 1, n. 680. — ⁴ De Matr., n. 697. — ⁵ Loc. cit., n. 5. — ⁶ Tr. 9, cap. 3, n. 124. Coninck, disp. 24, n. 89. — Sa, v. *Matrimonium*, n. 3. — Dicast., disp. 2, dub. 10, n. 89. — ⁷ Qu. 5, cap. 3, qu. 2, resp. 2. Gobat, Quinar., tr. 5, cap. 37, n. 134. — ⁸ De Matr. Contr., cap. 2, n. 83. — ⁹ Lib. 4, cap. 25, n. 5. — ¹⁰ Loc. cit., n. 83. Gutier., de

Matr., cap. 47, n. 2. — ¹¹ Tr. 9, cap. 3, n. 124. Trull., lib. 7, cap. 5, dub. 4, n. 10. — Navar., Man., cap. 22, n. 47. Cajetan., Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 2. — ¹² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. *Quoniam vero*. — ¹³ Loc. cit., n. 124. — ¹⁴ Lib. 2, disp. 36, n. 2. — ¹⁵ Loc. cit., n. 124. — Cajetan., loc. cit., qu. 2. Petr. Ledesma., qu. 45, art. 3, dub. ult. — ¹⁶ Loc. cit., cap. 12, v. *Enim vero*.

pars quae illud ignorat debet absolute consentire de novo quasi contractus nunquam adfuisset.

1117. - a) Silvester, v. *Matrimonium VIII*, qu. 3, § *Primum*, requirit ut sit ita dispositus ut etiam consentiret si sciret nullum esse matrimonium. — Rosella autem, v. *Matrimonium IV*, n. 5, negat satis esse si consentiat de novo ex errore, alias non consensurus.

b) Henriquez, lib. 11, cap. 9, n. 7, negat satis esse si ad uxorem accedat affectu mari-

tuli ex ignorantia qua reputat matrimonium fuisse validum, quia ignorantia tollit voluntarium.

c) Filliuccius, loc. cit., n. 88, negat satis esse quod ratum habens priorem consensum ita sit dispositus ut, si sciret matrimonium nullum esse, adhuc de novo consentiret, quia error concomitans facit involuntarium negative. His tamen dictis, admittit, n. 91, modum hic a S. Alphonso relatum.

d) Anacletus, tr. 14, dist. 14, num. 174, hunc fere similem modum habet: « Volo te-

Modi obtinendi renovationem consensus ex parte inscia impediementi.

Primus modus admittendus.

Secundus modus cum restrictione accipiendus.

Tertius modus admittendus.

Quartus modus rejiciendus.

Quintus modus pariter rejiciendus.

Sextus modus admittendus.

Sed cum
restrictio-
ne.

sublati, intendendo sic exprimere novum consensum ad matrimonium de novo contrahendum: nam ex altera parte inscia impedimenti, jam exercetur copula eo affectu ex primo consensu praestito, usque tunc in effectu perseverante. — Hic tamen modus tunc tantum sufficeret, quando non esset locus modis supra enuntiatis, et insuper immineret periculum gravis damni. Ita Sanchez ¹, Tiburtius Navarrus ², [Contin.] Tournely ^{e)}, Bonacina ^{e)}, Auctor *Istruz. per li novelli Confess.* ³, Viva ⁴, Salmant. ⁵ cum Soto ^{f)}, Cajetano ^{f)}, Coninck ^{f)}, Gutierrez et Rodriguez ^{f)}; item Syrus, de Leone ^{f)} et Giribaldi, apud Benedic-

tum XIV ⁶ (qui non reprobatur). Neque tunc obstat clausula certiorationis quae apponitur a S. Poenitentiaria, quia, ut ait Tiburtius Navarrus apud Benedictum ^{g)}, in hoc casu necessitatis censetur S. Sedes relaxare praefatam conditionem, providendo meliori modo quo potest bono animarum; cum talis conditio tunc sit moraliter impossibilis executioni ^{h)}. — In hoc igitur casu, licite potest hic modus in praxim deduci, cum valde probabile sit (ut ostendimus *n. 1114*, v. *Ratio*) sufficere consensum partis consciae impedimenti, expressum per copulam conjugalem, cum consensu alterius virtualiter perdurante.

¹ Lib. 2, disp. 36, n. 9. — ² Manud. ad prax. S. Poenit., part. 2, cap. 3, v. *Quando*. — ³ Part. 2, cap. 15, n. 326. — ⁴ De Matr., qu. 4, art. 3, n. 8: cfr. qu. 4, art. 4, n. 14. ⁵ Tr. 9, cap. 3, num. 125. *Gutier.*, de Matr., cap. 47,

n. 4, concl. ult. — *Syrus*, Dilucidatio facult., part. 2, cap. 2, v. *Alium modum*. — *Giribald.*, tr. 10, de Matr., cap. 18, num. 124. ⁶ *Notificat.* 87, num. 74. — *Tiburt. Nav.*, loc. cit.

cum ex tunc [*al. ex nunc*] ita contrahere, ut si jam non esset validum inter nos matrimonium, illud nunc inire velim ».

^{e)} Cont. Tournely, *loc. cit.*, v. *Enim vero*, hunc modum rejicit. — De Bonacina, vide notam *b* ad n. 1116.

^{f)} Sotus, *in 4, dist. 28, qu. un., art. 2, concl. 3*; Cajetanus, *Opusc. tom. 1, loc. cit.*; Coninck, *loc. cit.*, n. 86 et 88; Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 217, n. 2*, quidquid dicant Salmant.; Marcus Leone denique, *op. cit.*,

part. 2, v. *Sufficit* quidquid dicat Benedictus XIV, hunc modum ex sola copula affectu conjugali habita non habent.

^{g)} Tiburtius Navarrus hoc utique habet; sed, quod sciam, non citatur a Benedicto XIV.

^{h)} Hodie tollitur omne dubium, nam S. Poenit. addere solet in facultatibus concedendis: « Et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas, etc. ».

DUBIUM IV.

A quo et ob quam causam possit dispensari in Impedimentis Matrimonii.

1118. *In quibus impedimentis Papa possit dispensare.* — 1119. *An Papa possit unquam dispensare in iis quae sunt de jure divino.* — 1120. *An aliquando in impedimentis de jure naturae.* — 1121. *An possit episcopus dispensare in impedimentis dirimentibus.* — 1122. *Qu. 1. An possit, urgente necessitate, dispensare in eis ante matrimonium contractum.* — 1123. *Qu. 2. An, post contractum.* — 1124. *Qu. 3. An tunc requiratur ut matrimonium sit contractum bona fide.* — 1125. *Qu. 4. An episcopus possit hanc facultatem alteri delegare.* — 1126. *Episcopi possunt dispensare in omnibus impedimentis quae impediunt matrimonium de jure humano, vel quae matrimonium superveniunt.* — 1127. *An regulares possint dispensare ad petendum debitum.* — 1128. *An ipsimet possint dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium urgente necessitate.* — 1129. *Quae sint causae justae ad dispensandum in impedimentis dirimentibus.* — 1130. *Adduntur aliae causae sufficientes. An sufficiat subministratio majoris pecuniae.* — 1131. *Not. 1. Quid explicandum ut dispensatio non sit subreptitia. Not. 2. Veritas causarum pertinet ad valorem dispensationis.* — 1132. *Qu. 1. An cessante causa cesset dispensatio.* — 1133. *Qu. 2. Quid in dubio an causa falso allegata fuerit finalis, vel an allegata fuerit vera.* — 1134. *Qu. 3. An in supplicatione exprimendum sit copulam incestuosam habitam fuisse cum intentione facilius obtinendi dispensationem.* — 1135. *Quid, si copula non fuerit ex tali intentione praehabita.* — 1136. *Qu. 4. An possit manifestari gradus remotior, tacito propinquiore.* — 1137. *Qu. 5. An petens secundam dispensationem debeat exprimere primam.* — 1138. *Qu. 6. An, si quis habeat plura impedimenta ejusdem speciei, debeat omnia exprimere.* — 1139. *Qu. 7. An possint seorsim impetrari dispensationes plurium impedimentorum.* — 1140. *Qu. 8. An, si quis post obtentam dispensationem, rursus cognoverit consanguineam sponsae, indigeat nova dispensatione.* — 1141. *Qu. 9. An, interveniente copula incestuosa inter sponso, antequam dispensatio executioni mandetur, nova dispensatio requiratur.* — 1142. *Qu. 10. An, si contrahentes sint diversae dioecesis, unusquisque a proprio episcopo sit dispensandus.* — 1143. *Qu. 11. Quae sint clausulae in dispensationibus S. Poenitentiariae.* — 1144. *Qu. 12. In quibus impedimentis S. Poenitentiariae possit dispensare.* — 1145. *Not. 1. Ad dispensationis valorem non requiritur consensus ejus cui prodest.* — 1146. *Not. 2. Quid exprimendum quando dispensatio petitur a dataria, et quid, quando a S. Poenitentiariae.* — 1147. *Formula supplicationis ad S. Poenitentiariam pro impetranda dispensatione impedimenti vel voti castitatis, ad celebrandum aut revalidandum matrimonium.* — 1148. *Formula exsequendi huiusmodi dispensationes.*

In quibus impedimentis Papa dispensare possit.

1118. - « Resp. 1^o. *Papa* non potest dispensare in impedimentis jure naturae vel divino dirimentibus, nisi ex speciali concessione. In iis vero quae jure ecclesiastico dirimunt, potest.

« Ratio prioris, quia inferior non dispensat in lege superioris, nec homo in lege naturae. Addidi: *nisi ex speciali* » [concessione], « quia sic Pontifex (non tamen episcopus) potest matrimonium ratum dissolvere ex juxta causa. Sanchez, Lessius, Praepositus ¹, Diana ². — Ratio posterioris quia Pontifex talia impedimenta inducit: ergo etiam potest tollere, et quidem solus ».

1119. - Quaeritur: *an Papa possit aliquando dispensare in impedimentis de jure divino?*

Ad hujus quaesiti decisionem, praemitenda est decisio quaestionis generalis, scilicet: *an Papa in rebus juris divini possit unquam dispensare?* — In iis in quibus jus divinum ortum habet a voluntate humana (prout in votis et juramentis), certum est apud omnes habere Papam facultatem dispensandi. Tunc enim, licet ipse non auferat jus divinum, aufert tamen fundamentum obligationis quam homo sibi imposuit actu humano: quo sublato, cessat juris divini obligatio. Vide Sanchez ³, ubi

In jure divino ortum habente a voluntate humana Papa certo dispensare potest.

Sanchez, lib. 2, disp. 14, n. 2; et disp. 15, n. 6. — Less., lib. 2, disp. 40, n. 146. — ¹ Qu. 5, dub. 8, n. 59 et

seqq. — ² Part. 8, tr. 1, resol. 62 et 63. — ³ De Matr., lib. 8, disp. 6, n. 2; cfr. lib. 2, disp. 14, n. 5, ad 4.

asserit id esse commune cum D. Thoma et aliis.

In jure divino absoluto,

Majus Dubium est: *An Papa possit dispensare in jure divino quod ex solo divino arbitrio derivat?* — Triplex est sententia:

juxta aliquos, Papa in universum dispensare potest.

Prima generice affirmat; et hanc tenent Abbas et duo alii apud Sanchez¹, qui merito eam rejicit.

Juxta alios, potest quandoque in casu particulari.

Secunda sententia, quam tenet Sanchez² cum Navarro^{a)}, Cano^{a)}, Angelo, Felino et aliis pluribus, dicit Papam non posse dispensare in universum jus divinum; sed tantum in aliquo casu particulari, in quo non expediat observantia praecepti. — Unde infert, nullo casu posse dispensare in praeceptis non fornicandi, non mutandi materiam et formam sacramentorum et similibus; quia transgressio in his continet omnimodam indecentiam quae praeponderat cuicumque causae. Posse vero dispensare in residentia episcoporum, in matrimonio rato, in consecratione Eucharistiae sub utraque specie (sed hoc nos negavimus, *de Euch.*, n. 196, v. *Dubit.* 2) et similibus aliis; quia in istis potest justa causa occurrere, quae praeponderet indecentiae quae praeceptum respexit.

Communius et probabilius nunquam potest.

Tertia demum sententia, communior et probabilior, dicit nunquam posse Papam dispensare in iis quae sunt de absoluto jure divino. Hanc tenent Pontius³, Suarez⁴; et Palaus⁵ cum Salas, Covar-

ruvias et Silvestro, ex D. Thoma⁶, ubi ait: *Sicut in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex auctoritatem habet...: ita in praeceptis juris divini quae sunt a Deo, nullus potest dispensare nisi Deus, vel is cui ipse specialiter committeret.* — Haec autem specialis commissio (recte ait Palaus) non quidem habetur ex verbis illis: *Quodcumque ligaveris super terram, vel illis: Pasce oves meas.* Haec enim verba, cum generalia sint, non continent specialem commissionem: tanto magis quod hujusmodi dispensationes in jure divino essent nocivae unitati et stabilitati Ecclesiae.

Valde autem probabiliter dicunt Suarez⁷; item Sotus, Palacios, Suarez, Valentia, Durandus^{b)}, Major, Navarrus, Covarruvias et alii plures, apud Sanchez, posse Pontificem in aliquo casu particulari non dispensare, sed declarare quod jus divinum non obliget. — Ratio, quia haec potestas fuit necessaria propter humanarum rerum varietatem; alias Deus bono regimini Ecclesiae non satis providisset.

Probabiliter tamen potest declarare in casu jus divinum non obligare.

1120. - Deveniendū igitur ad quaesitum circa matrimonium,

Dico 1°. Papam non posse dispensare in impedimentis de jure naturae, contra Viva^{a)} et Cardenas^{a)}. — Nec obstat responsum Urbani VIII quod objiciunt (illudque retulimus n. 902, v. *Dixi*). Nam

Papa non potest dispensare in impedimentis de jure naturae.

D. Thom., in 4, dist. 38, qu. 1, art. 4, sol. 1; et 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 10, ad 2. — *Abbas*, in cap. *Proposuit*, de concess. praebend., num. 20. ¹ Lib. 8, disp. 6, n. 3. — ² Loc. cit., n. 5 et 6. *Angel.*, v. *Papa*, n. 1. *Felin.*, in cap. fin. de majorit. et obedient., n. 7 et 8. — ³ Lib. 8, cap. 3, n. 2. — ⁴ De Legib., lib. 10, cap. 6, n. 7, 9 et seqq. — ⁵ Tr. 3, disp. 6, punct. 3, n. 5 et 6. *Salas*, de Legib., disp. 24, sect. 5, n. 33. *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 9, num. 10. — *Silvest.*, v. *Papa*, qu. 16, § *Quartum*. ⁶ 1^a 2^{ae}, qu. 97, art. 4, ad 3. — *Palaus*, loc. cit., n. 5. — ⁷ De Euch., disp. 43, sect. 4, v. *Tertia sententia*; cfr. de Legib., loc. cit., num. 12 et 15. — *Sotus*, in 4, dist. 18,

qu. 1, art. 5, ad 1; et de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 3, ad 3; et lib. 10, qu. 3, art. 4, v. *In calce demum*. *Palacios*, dist. 38, disp. 3, v. *Porro quamvis*; et dist. 11, disp. 3, v. *Porro autem hanc rem*. *Suar.*, loc. cit. *Valent.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 7, qu. 4, punct. 6, v. *Et quod ad priorem*; et qu. 8, punct. 4, v. *Dispensatio autem... Secundo*; et in 2^{am} 2^{ae}, disp. 10, qu. 3, punct. 5, v. *Quarto certum est*. — *Major*, in 4, dist. 24, qu. 12 in princ.; et dist. 27, qu. 6, v. *Propter hoc argumentum*. *Navar.*, Consil. 4, de despons. impub., n. 16. *Covar.*, de Matr., part. 2, cap. 6, § 9, n. 6 et 10. *Sanch.*, lib. 8, disp. 6, num. 4.

1119. - *a)* Navarrus non bene citatur a Sanchez; licet enim, *Consil. 2, Qui filii sint legitimi*, n. 8, dicat Papam posse dispensare in aliquo casu, attamen exemplum affert de voto, qui non est casus praesens; praeterea, *Consil. 4, de despons. impub.*, n. 16, eo sensu explicat verbum dispensare, ut non sit aliud quam declarare quod jus divinum non obliget. — Canus etiam, *Relect. de Poenit.*, part. 6, v. *Illud quoque scholastici*, non vi-

detur recte citari a Sanchez, quia ibi loquitur de iis quae nonnunquam majus bonum impedire solent, ut sunt votum et juramentum.

b) Durandus, *loc. cit.* a Sanchez, scilicet, in 4, dist. 33, qu. 1, num. 15, v. *Secunda autem ratio*, negat solum Papam dispensare posse in lege Christi.

1120. - *a)* Viva, in *prop. 1, Innoc. XI*, n. 30; Cardenas, in *prop. 1, diss. 2, n. 605*, dicunt Papam posse decernere matrimonium

patet ex iis quae refert idem Cardenas ¹, illam non fuisse dispensationem, sed meram declarationem pro illo casu particulari.

Potest in aliquo casu declarare impedimentum non obstare.

Dico 2^o. Bene posse Papam, in aliquo casu urgentissimae necessitatis, declarare esse validum matrimonium, non obstante impedimento quod probabiliter de jure naturae illi obstat; prout de facto ^{b)} declaravit Clemens XI (prout vidimus *n. 1115*, v. *Secunda*). — Nec obstat id quod ait Sanchez ², scilicet, non posse Papam in hujusmodi impedimentis dubiis ^{c)} neque dispensare neque declarare quod ipsa non obstant valori matrimonii; quia (ut dicit) si haec via aperiretur, facile possent concedi in Ecclesia istae dispensationes sive declarationes, et sic accidere possent plures fornicationes materiales. Nam responderetur quod, cum Papa in hujusmodi casibus declarat impedimentum non obstare, tunc agit ut universalis Doctor Ecclesiae, in quo errare non potest; et oppositum asserere non posset excusari a magna temeritate; ut enim ait Benedictus XIV ³ (ex Veracruz): *De Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare instar sacri legii est.*

1121. - « Unde resolves:

« 1^o. *Episcopus* in impedimentis dirimentibus matrimonium *jam contractum* non potest ordinario jure dispensare,

Quid possit episcopus quoad matrimonium jam contractum.

¹ In propos. 1, diss. 2, n. 553. — ² Lib. 8, disp. 6, n. 10. — ³ De Synodo, lib. 7, cap. 7, num. 7. - Veracruz, part. 2, art. 27, v. f., v. *Ex omnibus his*. — Sanchez, lib. 2, disp. 40, n. 3 et 4. — Coninck, disp. 33, dub. 3, n. 32. — ⁴ Disp. 44, sect. 6, a num. 3. — ⁵ Part. 9, tr. 7, resol. 40. Perez,

« nisi ex tacita concessione in casu necessitatis, quando sequentia concurrunt: « 1^o. Ut defectus sit dispensabilis. 2^o. Ut sit occultus, id est non sit notorius seu divulgatus. 3^o. Ut ex altera parte saltem « matrimonium bona fide sit contractum ^{a)}. « 4^o. Ut non sit facilis accessus ad Papam. « Ita communiter Sanchez, Coninck, Martinus Perez ⁴. — Quando autem contractum est ex dispensatione subreptitia, « non potest episcopus sua dispensatione « priorem confirmare. Diana ⁵, ex Praeposito ^{b)}, Perez, etc.

« In impedimentis vero dirimentibus « matrimonii *nondum contracti*, videtur « nunquam posse; imo nec legatus a latere ^{c)}, nisi ex speciali facultate. Laymann ⁶, Bonacina ^{d)}, etc. — Contra quos « Diana ⁷, cum Praeposito, Villalobos, et « Escobar ⁸, putat episcopum id posse aliquando in casu raro, ex causa maxime « urgente, si, omnibus tentatis, judicetur « necessarium esse ad vitandam gravem « infamiam vel grave scandalum cui aliter « occurri non posset; idque, ex tacita Papae « licentia ^{e)}.

Quoad matrimonium nondum contractum.

1122. - Quaeritur 1^o. *An episcopus possit dispensare in aliquo impedimento dirimente ante matrimonium contractum, urgente necessitate?*

Vide dicta hoc *Lib. VI, n. 613*, v. *Communissime*, ubi affirmativam sententiam

loc. cit., n. 15. — ⁶ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 6, n. 10, et lib. 1, tract. 4, cap. 22, num. 4. — ⁷ Part. 8, tract. 3, resol. 80. Praepos., qu. 8, dub. 2, num. 16. Villal., part. 1, tr. 14, diff. 25, n. 6. — ⁸ Tr. 1. exam. 16, cap. 4, num. 41.

esse validum si impedimentum sit dubium aut probabile tantum, etiam si sit de jure naturae aut divino.

^{b)} Clemens XI, in brevi citato supra, *n. 1115*, concessit solum sanationem in radice quando agebatur de matrimoniis contractis cum impedimento de jure ecclesiastico.

^{c)} Sanchez loquitur absolute et non solum de impedimentis dubiis.

1121. - ^{a)} Conditionem istam omittit Coninck.

^{b)} Praepositus male citatur a Diana; hoc enim, *qu. 8, dub. 2, num. 6*, silentio praetermittit.

^{c)} Laymann non loquitur de legato a latere.

^{d)} Bonacina, *qu. 3, punct. 15, n. 6*, quidquid dicat Busenbaum, tenet contrarium:

« Adde, inquit, ... episcopum posse ex urgentissima necessitate in impedimentis dirimentibus dispensare per se, vel per alium delegatum, non solum post contractum matrimonium, verum etiam ante ».

^{e)} Quoad reges et principes regiae stirpis, decretum Sacrae Congr. de Sacramentis diei 7 Martii 1910, « declarat dispensationes a quibusvis impedimentis matrimonium sive dirimentibus, sive impedimentibus, quae regibus ac regiae stirpis principibus erunt concedendae, Sedi Apostolicae speciali modo esse reservatas, ita ut ab hujus potestatis usu excludantur Ordinarii omnes et alii quilibet, in gravi dignitate constituti; eandemque potestatem in facultatibus cuilibet et quavis forma concessis, nullatenus esse comprehensam ».

Episcopus aliquando potest dispensare ante matrimonium contractum.

tenuimus cum communi doctorum (contra Busenbaum, ut supra): dummodo vera urgeat necessitas, puta si alias immineat periculum mortis; vel si matrimonium sit necessarium ad legitimandas proles, vel ad vitandam feminae infamiam aut alia damna; vel si mulier nobilis (ut ajunt Salmant.¹⁾ sive honesta, licet non nobilis (ut melius dicit Concina²), parata esset nuptias tali die contrahere, et in confessione manifestaret impedimentum. — Ratio, tum quia eo casu vel praesumitur ipse Papa dispensare, vel omnino cessat reservatio, exemplo in *cap. 2, de despons. impub.*, ubi: *Districtius inhibemus... ne aliqui, quorum uterque vel alter ad aetatem legibus vel canonibus determinatam non pervenerit, conjungantur: nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente, utpote pro bono pacis talis conjunctio toleretur.* Quod verbum *toleretur* Pontius³ et Salmant.⁴⁾ interpretantur pro vera dispensatione, dicentes hanc tolerantiam non esse permissionis sed approbationis.

Addit Roncaglia⁴ cum Pignatello et Tamburinio, quod, etiamsi impedimentum fuerit publicum, potest episcopus dispen-

sare, quando eadem interveniunt rationes quae sufficiunt ad dispensandum in impedimento occulto. — Sed hanc opinionem vix unquam puto posse habere locum in praxi^{b)}; quia, cum impedimentum est publicum, cessat ratio scandali, si sponsi a tali matrimonio desistunt: imo, praesertim ad vitandum scandalum, tenentur a nuptiis desistere.

1123. — Quaeritur 2^o. *An episcopus possit aliquando dispensare in impedimento dirimente post contractum matrimonium?*

Negant Sotus^{a)}, Corduba, Medina et Veracruz, apud Sanchez⁵; quia (ut ajunt) episcopi nihil possunt in lege Pontificis^{b)}.

Affirmant vero communiter doctores, casu quo non pateat facilis aditus ad Papam; et contra immineat periculum mortis vel infamiae aut scandali, si conjuges separentur, vel incontinentiae, si non separentur^{c)}. Ita Cabassutius⁶, Merbesius⁷, Natalis Alexander⁸, Contin. Tournely⁹, Concina¹⁰ cum communi; Palaus¹¹, Bonacina¹², Barbosa¹³; Sanchez¹⁴ cum Abbate^{d)}, Gutierrez^{d)}, Gomes^{d)}, etc.; Salmant.¹⁵ cum Coninck, Aversa, Cornejo et Henriquez; ac Escobar¹⁶ cum Navarro,

Episcopus potest aliquando dispensare post matrimonium contractum.

Dummodo agatur de impedimento occulto.

¹ Tr. 9, cap. 14, n. 11. — ² Diss. 3, cap. 4, n. 5. — ³ Lib. 8, cap. 13, u. 6. — ⁴ Qu. 5, cap. 1, qu. 1, resp. 2. *Pignatell.*, tom. 3, consult. 33, num. 8. — *Tambur.*, lib. 8, tr. 2, cap. 4, § 4, n. 18 et 21. — *Cordub.*, Sum., qu. 45, opin. 1, punct. 2; Quaestionar., lib. 1, qu. 11, v. *Igitur opinio haec.* — *Barthol. Medina*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 4, concl. 3. *Veracr.*, part. 3, art. 18, v. *Dubium esse.* ⁵ Lib. 2, disp. 40, n. 2. — ⁶ Lib. 3, cap. 27, n. 3 et 7. — ⁷ De Matr., qu. 89, quaestiunc. 5. — ⁸ De Matr., cap. 4,

art. 13, reg. 10. — ⁹ De dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 2. — ¹⁰ Diss. 3, cap. 4, n. 4. — ¹¹ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 7 et 8. — ¹² Qu. 3, punct. 15, n. 4. — ¹³ Alleg. 35, n. 3. — ¹⁴ Lib. 2, disp. 40, n. 3. — ¹⁵ Tr. 9, cap. 14, num. 7. *Coninck*, disp. 33, num. 32. *Aversa*, qu. 19, sect. 2, v. *Tertio. Cornejo*, disp. 7, dub. ult., concl. 3, v. *Excipitur. Henriq.*, lib. 12, cap. 3, n. 2. — ¹⁶ Lib. 27, n. 682 et 683. *Navar.*, Man., cap. 22, num. 85.

1122. — *a)* Salmant, *tr. 9, cap. 14, n. 11*, scribunt in hoc cap. episcopo concedi facultatem dispensandi in impedimento aetatis, ut impubes contrahere possit.

b) Impedimentum debere esse occultum constat ex declarationibus S. C. Concilii diei 13 Martii 1660 et diei 18 Januarii 1661. Item ex declarationibus S. Off. diei 3 Augusti 1873 et S. Poenit. diei 10 Augusti 1872. — Si agatur vero de periculo mortis, vide supra, *n. 1079*, not *f*, v. *f*, ubi retulimus facultates hodie concessas cuilibet sacerdoti relate ad dispensationem impedimentorum.

1123. — *a)* Sotus, *de Just.*, lib. 1, qu. 7, art. 3, negat episcopum posse dispensare, « si impedimentum antecederet matrimonium, quod subinde contrahendum impediret ». Sed in *4 Sent.*, dist. 37, qu. un., art. 2, v. *Si autem*, negat item posse, « nisi forte ubi ingens necessitas ingrueret », non tamen fore

sufficientem necessitatem vitandi scandali, quando mala fide contraxissent. Videtur itaque ad secundam sententiam accedere, proindeque non satis recte citari a Sanchez.

b) Probabilem tamen contrariam sententiam existimant Corduba in *Quaestionar. loc. cit.*, et Veracruz.

c) Auctores citati pro hac sententia eam intelligunt in casu matrimonii publici, bona fide contracti, impedimenti vero occulto; aliqui etiam addunt quod matrimonium sit consummatum.

d) Abbas, in *cap.* At si clerici, § *De adulteriis, de judiciis*, n. 9; Gutierrez, *Canon. Quaest.*, lib. 1, cap. 23, n. 18; Ludov. Gomes, *tr. Brevium*, n. 21, citantur a Sanchez pro ratione generali quod scilicet episcopus possit dispensare in legibus Pontificis aut Concilii ubi adest urgens necessitas, et ita plane habent Abbas et Gutierrez; Gomes ta-

Vasquez, Hurtado, Salas, etc. — Ratio, quia hoc casu (pariter ac dictum est in prima Quaestione), praesumitur Papa consentire: maxime cum ipse jam notam habeat hanc sententiam communiter ab auctoribus traditam.

Bene autem advertit Croix¹ et Felix Potestas² quod si dispensatio commode possit per epistolam obtineri a S. Poenitentiaria, tunc non potest episcopus dispensare, quamvis (ut dicit Croix³) plures fornicationes materiales interim habeantur. — Dicuntur autem *materiales*; quia (ut diximus *de Poenit.*, n. 611 cum communi doctorum, quibus adde [Contin.] Tournely⁴ cum Silvio, contra Patrem Concina), si conjuges sint in bona fide, in ea sunt relinquendi, quando periculum sit infamiae, scandali aut incontinentiae, si moneantur de nullitate matrimonii.

1124. - Quaeritur 3^o. *An in casu praefato, ut possit episcopus dispensare, requiratur ut matrimonium fuerit contractum bona fide?*

Certum est non requiri bonam fidem ex parte utriusque, ut dicunt communiter Sanchez⁵, Pontius⁶, Merbesius⁷, Concina⁸, Salmant.⁹ et alii. — Ratio: tum quia, stante bona fide unius conjugis, matrimonium jam dicitur bona fide contractum: argumento ex cap. *Cum inhibito, de cland. despons.*, ex cap. *Ex tenore, Qui filii sint legitimi*; tum quia malitia unius non debet alteri nocere.

Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 178, cap. 2, num. 16. Gasp. Hurtad., disp. 26, diff. 2, n. 6. - Salas, de Legib., disp. 20, sect. 3, n. 23 et 25. — ¹ Lib. 7, n. 143. — ² Tom. 1, n. 3346 et 4229. — ³ Lib. 6, part. 3, n. 835. — ⁴ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, v. *Si autem.* - *Silvius*, in Suppl., qu. 55, art. 9, v. *Si impediment.* - *Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 9, § 2, n. 4. — ⁵ Lib. 2, disp. 40, n. 4. — ⁶ Lib. 8, cap. 13, n. 4. — ⁷ De Matr., qu. 89, quaestiu. 5, n. 2. — ⁸ De Matr., diss. 3, cap. 4, n. 7. — ⁹ Tr. 9, cap. 14, n. 8. — *Dicast.*, disp. 8, dub. 4, n. 66. — ¹⁰ Loc. cit., n. 9. — ¹¹ Lib. 8, cap. 13, n. 4. — ¹² Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 8. — ¹³ Alleg. 35, n. 4. — ¹⁴ Lib. 27, n. 686. — ¹⁵ Lib. 2,

Dubium fit: *an episcopus possit dispensare, si uterque mala fide contraxit?*

Affirmant Dicastillus, Henriquez^{a)} etc., apud Salmant.¹⁰; quia, ut ajunt, licet culpabiliter contraxerint, nec etiam tunc praesumitur Pontifex cum tanto periculo dispensationem sibi reservare. — Sed communissime et verius negant Pontius¹¹, Palaus¹², Barbosa¹³, Escobar¹⁴; Sanchez¹⁵ cum Ledesma, Corduba, Lopez et Veracruz; ac Salmant.¹⁶ cum Coninck et Aversa. Ratio: tum quia in Tridentino¹⁷ dicitur: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere praesumpserit, separetur, et spe dispensationis consequendae careat... Non enim dignus est qui Ecclesiae benignitatem facile experiatur, cujus salubria praecepta temere contempsit*; tum quia alias daretur occasio ut quotidie spe dispensationis matrimonia celebrarentur, contemptis impedimentis.

Ut autem quis dicatur *mala fide* contraxisse, non sufficit scivisse factum; sed requiritur scivisse quod tale factum induxerit impedimentum. Ita Sanchez¹⁸ et Concina¹⁹; ac Salmant.²⁰ cum Bañez^{b)}, Candido et Aversa. — Addunt Sanchez et Salmant.²¹ cum eisdem, neque sufficere quod ignorantia fuerit crassa; quia revera non dicitur *scienter* facere (ut loquitur concilium) qui aliquid facit cum ignorantia crassa, ut docet etiam Navarrus²². Secus, si ignorantia sit adeo crassa ut te-

Si uterque mala fide contraxit, episcopus non potest dispensare.

Quid sit in casu mala fides.

disp. 40, num. 4. *Barthol. Ledesma.*, de Matr., diff. 50, v. *Sed dubium statim.* - *Cordub.*, Quaestionar., lib. 1, qu. 11, v. *Igitur haec.* - *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, de Matr., cap. 59, v. *Porro hic etiam.* - *Veracr.*, part. 3, art. 18, v. *Dubium esse.* — ¹⁶ Tr. 9, cap. 14, n. 9. - *Coninck*, disp. 33, num. 33. - *Aversa*, qu. 19, sect. 2, v. *Quinto.* — ¹⁷ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 5. — ¹⁸ Lib. 2, disp. 40, n. 4. — ¹⁹ Diss. 3, cap. 4, n. 7. — ²⁰ Tr. 9, cap. 14, n. 10. - *Candido*, disquis. 28, art. 16, dub. 3, v. *Dico 7^o.* - *Aversa*, qu. 19, sect. 2, § *Sexto.* v. *Supponi ergo.* - *Sanch.*, loc. cit., num. 4. — ²¹ Loc. cit., num. 10. — ²² Man., cap. 27, num. 141, declar. 4.

men haec dumtaxat scribit: « Quando dispensandi subest legitima et evidens causa..., tali casu possunt episcopi et legati dispensare contra concilium generale ».

1124. - ^{a)} Henriquez, quidquid dicant Salmant., hanc sententiam non tenet, sed solum eam ex aliis adducit, *lib. 12, cap. 3, num. 2, lit. k, o, p.*

^{b)} Bañez citatur a Salmant. non pro ipso

casu sed pro ratione, scilicet: Ad malam fidem requiri scientiam tam speculativam quam practicam, quod utique sufficienter insinuat Bañez, *in 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 6, dub. 5, concl. 4*, haec dicendo: « Revera post illam diligentem inquisitionem, jam illa potest dici bona fides, moraliter et practice, quamvis habeat dubitationem quamdam speculativam ».

meritas videatur, prout ajunt Sanchez et Salmant. ^{c)}. — Et idem dicendum si sponsi voluntarie omiserint proclamationes: tunc enim, etiamsi contraxerint ignorando nullitatem matrimonii, dispensatio ipsis est deneganda, ut subdit Tridentinum ¹, dicens: *Quod si ignoranter (quis) id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur poenitis.*

1125. - Quaeritur ⁴. *An episcopus, casu quo potest in impedimento dirimente dispensare, possit hanc facultatem alteri delegare?*

Negant Silvester ^{a)}, Felinus ^{b)}, etc., apud Sanchez ². — Quia (ut ajunt) episcopi nequeunt hujusmodi facultates delegare, nisi ipsis haec potestas sit specialiter concessa. Idque probant ex Tridentino ³, ubi conceditur episcopis facultas absolvendi a casibus papalibus; et ibi explicatur *per se ipsos aut vicarium*; ergo, ut episcopus possit delegare hujusmodi facultates, eget speciali concessione.

Sanch., lib. 2, disp. 40, n. 4, i. f. — ¹ Sess. 24, de reform. Matr., cap. 5. — ² Loc. cit., n. 13. — ³ Loc. cit., cap. 6. — ⁴ Lib. 8, cap. 13, n. 5. — ⁵ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 13. — ⁶ Alleg. 35, n. 14. — ⁷ Lib. 27, n. 695. — ⁸ Qu. 3, punct. 15, n. 6. — ⁹ Loc. cit., n. 14. — ¹⁰ Tr. 9, cap. 14, n. 12. *Coninck*, disp. 33, n. 33. *Aversa*, qu. 19, sect. 2,

Sed communiter affirmant Pontius ⁴, Palaus ⁵, Barbosa ⁶, Escobar ⁷, Bonacina ⁸; Sanchez ⁹ cum Angelo ^{c)}, Silvestro ^{c)}, Covarruvias ^{c)}, Corduba ^{c)} et Lopez ^{c)}; ac Salmant. ¹⁰ cum Coninck, Aversa, Leandro et Henriquez. Et hoc (ut dicunt Sanchez ¹¹ et Palaus ¹², ac Salmant. ¹³ cum Aversa et Gutierrez), non solum pro casu particulari; sed etiam pro omnibus, tam praesentibus quam futuris.

Ratio, quia, cum haec potestas non sit annexa personae, sed dignitati et officio, ipsa non dicitur delegata, sed ordinaria, et ideo bene delegari potest (ut diximus *de Leg., Lib. I, num. 190, v. Et in his, et 193*).

Nec obstat concilium ^{d)}. Nam respondent Sanchez et Palaus cum Gutierrez, quod concilium voluit per hoc tantum explicare, vicarium non habere hanc facultatem ex generali commissione vicariatus, sed egere speciali commissione episcopi; sed non voluit denegare episcopis hanc facultatem delegandi ^{e)}.

v. Nono. Leand., disp. 24, qu. 11. *Henriq.*, lib. 12, cap. 3, n. 2, lit. *u.* — ¹¹ Lib. 2, disp. 40, n. 17. — ¹² Tr. 28, disp. 4, punct. ult. § 1, n. 13. — ¹³ Loc. cit., n. 12. — *Aversa*, loc. cit. — *Gutier.*, de Matr., cap. 49, n. 20 et 21. — *Sanch.*, lib. 2, disp. 40, n. 17. — *Palaus*, tr. 28, disp. 4, punct. ult. § 1, n. 14. *Gutier.*, de Matr., cap. 49, n. 18.

Juxta
sententiam
communem,
potest.

^{c)} Salmant., *loc. cit.*, n. 10, dicunt ignorantiam crassam excusare, « dummodo affectata non fuerit ».

1125. - ^{a)} Seu rectius: Aliqui apud Silvestrum.

^{b)} Felinus, *in cap. Quod sedem 10, de off. jud. ordin.*, n. 2, favet huic opinioni, negando jurisdictionem voluntariam, ex privilegio principis concessam, posse delegari.

^{c)} Auctores citati ex Sanchez, generatim asserunt jurisdictionem quae alicui competit ex privilegio principis perpetuo ac vi officii et dignitatis posse ab eo delegari; et ita Angelus, *v. Excommunicatio V, cas. 1, n. 39*; Silvester, *v. Delegatus, n. 11*, et *v. Absolutio IV, § 6*; Covarruvias, *Variar. lib. 3, cap. 20, n. 6 et 10*; Corduba, *Sum., qu. 8, init.*; Ludovicus Lopez, *Instr. nov., part. 1, cap. 284, v. Ex quo sequitur*.

^{a)} Ubi, *loc. cit.*, loquens de absolutione ab haeresi dicit: « Idem... eis tantum [episcopis], non eorum vicariis sit permissum ».

^{e)} Singuli episcopi seu Ordinarii locorum fere semper accipiunt a S. Pontifice speciales dispensandi a certis impedimentis facultates, quae *quinquennales* dicuntur, aut *triennales*, aut *annuales*, nec tamen eadem omnibus

conceduntur; quidquid autem Ordinariis conceditur, intenditur concessum vicario generali et, sede vacante, vicario capitulari aut legitimo administratori (S. Off. 20 Apr. 1898 et 5 Sept. 1900). Atque hic non alienum videtur *de usu* indulti Apostolici notare sequentia: 1°. Eadem regulae, quae in Curia Romana habentur ut necessariae, necessario etiam servandae sunt ab episcopo, qui dispensationem vi Indulti concedit. Talis est enim mens S. Pontificis, ut constat ex Responso S. Poenitentiariae, dato die 1 Junii 1858. 2°. Clausulae praescriptae, v. g. adnotatio Indulti Apostolici, omnino servandae sunt; non tamen sub poena nullitatis, nisi hoc clare in Indulto exprimat (S. O., 15 Junii 1875 et S. C. de Prop. Fide, 11 Febr. 1804 et 3 Junii 1853). 3°. Episcopus potest, vi Indulti, dispensare ab impedimento sive consanguinitatis sive affinitatis, etiamsi gradus sint multiplices (S. Off. 15 Junii 1875; S. Poenit., 18 Jan. 1883); non vero a pluribus impedimentis in eodem casu concurrentibus, nisi hoc expresse in Indulto concedatur. Eruitur ex verbis Indultorum, atque ex Resp. Sacrae Congregationis Concilii, 26 April. 1873, et S. Poen., 14 Jul. 1881 et 18 Januarii 1883. 4°. Non potest dispensare epi-

Episcopus
non potest
suam facultatem
delegare juxta
alios.

Quid pos-
sunt episco-
pi in impe-
dimentis
prohibenti-
bus.

1126. - « Resp. II^o. In impedimentis non « dirimentibus possunt episcopi dispen- « sare universaliter ^{a)}. — Quod addo, quia « excipiuntur illa quae jure naturali et « divino impediunt; ut votum castitatis « absolutum et perfectum (Bonacina ¹ ex « Navarro, Sanchez, etc.) [Sed in ma- « trimonio contracto possunt dispensare ad « petendum debitum, in voto emisso tam « ante quam post matrimonium: vide dicta « n. 986 et 987] « et sponsalia priora, ut « habet Tanner ² ex Sanchez ³. Idem habet « Filliuccius ⁴, Laymann ⁵.

« Similiter episcopus potest dispensare « in impedimentis quae matrimonio su- « perveniunt, et impediunt petitionem de- « biti v. g. cognationis spiritualis vel affini- « tatis. Bonacina ⁶ ex Sanchez ⁷, Filliuc- « cio ⁸. Ubi ^{b)} excipit incestum commissum « (matrimonio consummato) cum consan- « guineis uxoris in iis qui non sunt juve- « nes ». [Sed Sanchez ⁹ expresse docet op- « positum. Vide dicta num. 1076, v. *Alii vero*].

1127. - « Resp. III^o. Possunt etiam con- « fessarii regulares approbati » [Id est Benedictini, Mendicantes et omnes alii in eorum privilegiis communicantes, ut Sanchez ¹⁰, Pontius ¹¹, Palaus ¹²; et Salmant. ¹³ cum Gutierrez, Rodriguez ^{a)}, Aversa et

Candido] « de licentia tamen suorum pro- « vincialium, dispensare ad petendum de- « bitum conjugale, propter cognitionem « consanguinei conjugis in secundo gradu « (ut Rodriguez ¹⁴): nullo modo tamen in « impedimento ipso. Vide Martinum Pe- « rez ¹⁵.

« Dixi: *provincialium*; quia, quod Mol- « fesius, Leone, etc. volunt, confessarios « Societatis Jesu habere omnes hanc fa- « cultatem immediate a Patre Generali, « id refutat Diana ¹⁶ ». [Vide dicta n. 1076, v. *Insuper*].

1128. - Quaeritur hic: *an regulares possint dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium, si magna urgeat necessitas, nempe si nequeant nuptiae moraliter differri, et aliunde immineret periculum infamiae aut scandali?*

Communiter docent doctores posse con- fessarios Mendicantes aliosque religiosos communicantes in privilegiis dispensare in omnibus votis in quibus episcopi de jure ordinario dispensare valent cum suis subditis: ex pluribus privilegiis, nempe Innocentii VIII (in quadam bulla, quam refert Rodriguez); item Martini V, Eugenii IV, Iulii II, Pauli III ^{a)} et Gregorii XIII ^{a)} (qui id extendit etiam ad vota jurata). — Ita Sanchez ¹⁷, Pontius ¹⁸, Lessius ¹⁹, Palaus ²⁰,

Regulares dispensare possunt in votis in quibus episcopi dispensant jure ordinario.

Possunt regulares dispensare ad petendum debitum.

¹ Qu. 3, punct. 15, n. 3. - *Navar.*, Man., cap. 22, n. 85. - *Sanch.*, lib. 7, disp. 17, n. 13. — ² Tom. 4, disp. 8, qu. 4, dub. 2, n. 30. — ³ Loc. cit., n. 13. — ⁴ Tr. 10, part. 2, cap. 10, n. 306. — ⁵ Lib. 5, tr. 10, part. 4, cap. 15, n. 2. — ⁶ Loc. cit., n. 5. — ⁷ Lib. 8, disp. 12, n. 13 et 15. — ⁸ Loc. cit., n. 308. — ⁹ Lib. 7, disp. 17, n. 13. — ¹⁰ Lib. 8, disp. 16, n. 8. — ¹¹ Lib. 8, cap. 13, n. 11. — ¹² Loc. cit., n. 18. — ¹³ Tr. 9, cap. 14, n. 14. — *Gutier.*, de Matr., cap. 123, n. 14 et 15. — *Aversa*, qu. 19, sect. 3, v. *Potest insuper*. — *Candid.*, disquis. 27, art. un., dub. 9. — ¹⁴ Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1. — ¹⁵ Disp. 44, sect. 7, n. 13. — *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 4, cap. 12, num. 42. — *Alphonsus de Leone*, de Potest. Confessar., part. 2, recoll. 10, n. 225. — ¹⁶ Part. 3, tract. 2, resol. 14. — *Innoc. VIII*, vivae vocis

oracul., ap. Rodrig., Bullar. regul. sub num. 10; cfr. etiam Rodrig. Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 3. — *Martin. V*, habetur in Compend. privil. S. J. v. *Dispensatio*, § 10. — *Eugen. IV*, bulla *Regularem vitam*, § 16, de die 30 Junii 1436, in Bullar. Rom. Mainardi. Cfr. etiam in Bullario regul. Rodriguez bullam ejusdem *Etsi quaslibet*, § 12, de eadem die. — *Julius II*, bulla *Etsi ad universos*, § 32, de die 4 Junii 1507, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Paul. III*, brev. *Cum inter cunctas*, de die 3 Junii 1545, in Instituto S. J. — *Gregor. XIII*, brev. *Decet Romanum Pontificem*, de die 3 Maji 1575, in Instituto S. J. — ¹⁷ Decal., lib. 4, cap. 43, n. 3. — ¹⁸ Lib. 8, cap. 10, num. 9. — ¹⁹ Lib. 2, cap. 40, num. 134. — ²⁰ Tr. 15, disp. 2, punct. 13, n. 7; et punct. 12, n. 7.

scopus, nisi cum suis subditis, qui nempe domicilium vel quasi domicilium habent in sua dioecesi; vel cum vagis, qui in sua dioecesi morantur, et alibi domicilium non habent.

1126. - ^{a)} Verius dicendum episcopum dispensare posse solum a proclamationibus et a voto S. Pontifici non reservato. Quoad cetera, requiritur dispensatio pontificia. — Hac in re valent etiam, servatis servandis, illa quae dicta sunt de potestate episcopi in casu necessitatis, n. 1122 seqq. — In mortis autem periculo, ab his impedimentis, etiam publicis,

ex praesumpta R. Pontificis voluntate, dispensare potest, licet consultius esset specialem facultatem obtinere (S. Off. 3 Aug. 1873).

^{b)} Filliuccius de incestu loquitur, n. 306, ubi de impedimentis impediens matrimonium *contrahendum*.

1127. ^{a)} Rodriguez utique haec habet, *Quaest. regul., tom. 1, qu. 63, art. 1*, sed non citatur a Salmant. pro hac assertionem.

1128. - ^{a)} Paulus III et Gregorius XIII, in bullis citatis, concedunt facultatem *commutandi* vota.

Reiffenstuel¹, Sporer², Elbel³; et Salmant.⁴ cum Navarro, Lopez, Aragon, Fagundez, Trullench, Candido, Villalobos, etc. — Hinc diximus *n. 987, v. An autem*, bene posse regulares dispensare in voto castitatis emisso ante vel post matrimonium ad petendum debitum.

Sed Dubium fit: *An in casu urgentissimae necessitatis*, — sicut possunt dispensare episcopi (juxta dicta *de Voto, Lib. III, n. 258, v. Not. II*) — *possint etiam regulares dispensare ad contrahendum matrimonium?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Reiffenstuell⁵, Vidal⁶, Antonius a Spiritu S.^{b)}; item Bassaeus, Herincx^{c)}, Crousers, etc., apud Elbel⁷ (qui probabilem putat), et alii apud Salmant.⁸ (qui pariter vocant probabilem). — Ratio, quia episcopi in casu necessitatis dispensant in voto castitatis jure ordinario, juxta mox dicta *n. 1125, v. Sed communiter*. Unde regulares, qui possunt dispensare in omnibus votis in quibus episcopi jure ordinario dispensant, possunt etiam in eo dispensare urgente necessitate.

Secunda vero sententia communior negat. Et hanc tenent Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Barbosa¹¹, Sporer¹², Palaus¹³, Laymann¹⁴, Tamburinius¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Suarez, Leandro, Diana^{d)}, Lezana, Bardi^{e)}, Prado, Moya et Rodriguez. — Ratio, quia regulares possunt tantum dispensare in votis in quibus dispensant episcopi jure ordi-

nario; sed in necessitate episcopi non dispensant jure ordinario, sed extraordinario et per accidens, eo quod agitur de casibus non ordinariis, sed extraordinariis contingentibus.

Sed respondent adversarii quod non per hoc quod casus sint extraordinarii, dicendum est quod episcopi dispensant jure extraordinario: nam etiam in his casibus habent potestatem ordinariam, cum ipsa sit annexa eorum officio et dignitati. — Unde non audeo primam sententiam reprobare.

1129. — « Resp. IV^o. Ut licite dispense-
« tur in impedimentis dirimentibus, re-
« quiratur justa causa: qualis (secundum
« Filiuccium¹⁷) est, v. gr. 1^o. Extinctio ma-
« gnae litis vel odii inter agnatos. 2^o. Ab-
« tatio scandali. 3^o. Inaequalitas matrimonii,
« nisi consanguineis vel affinibus nubatur.
« 4^o. Defectus dotis competentis. 5^o. Con-
« servatio facultatum in eadem cogna-
« tione. 6^o. Merita petentis dispensationem.
« Plures vide apud Sanchez¹⁸, Coninck¹⁹,
« Hurtadum²⁰, Martinum Perez²¹. — Ubi
« notat: 1) Quanto gradus consanguini-
« tatis vel affinitatis est propinquior, tanto
« requiri causam graviorem. 2) Saepe plu-
« res aggregatas causas sufficere, quarum
« singulae non sufficerent. Vide etiam
« Diana²².

« Resp. V^o. Si quis dubitet an habeat
« impedimentum dirimens, v. gr. contra-
« hendi matrimonium cum certa persona

disp. 40, n. 9. — ¹⁰ Lib. 8, cap. 10, n. 11. — ¹¹ Alleg. 37, num. 14. — ¹² Tr. 3, cap. 3, num. 74. — ¹³ Tr. 15, disp. 2, punct. 12, n. 7. — ¹⁴ Lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 17. — ¹⁵ Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, num. 54. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 3, num. 96, *Suar.*, de Relig., tr. 6, de Voto, lib. 6, cap. 26, a n. 16. *Leand.*, tr. 9, de Matr., disp. 21, qu. 22. - *Lezana*, Sum., v. *Votum*, num. 21. *Prado*, cap. 31, qu. 15, num. 56. *Moya*, tr. 2, disp. 1, qu. 2, num. 22. *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 61, art. 9, et qu. 63, art. 6. — ¹⁷ Tr. 10, part. 2, cap. 10, qu. 5, a num. 315. — ¹⁸ Lib. 8, disp. 19, a n. 8. — ¹⁹ Disp. 33, dub. 5, n. 45 et seqq. — ²⁰ Disp. 26, diff. 3, num. 12. — ²¹ Disp. 45, sect. 5. — ²² Part. 8, tr. 3, resol. 93.

S. Doctor non audeo primam sententiam damnare.

Causae praecipuae dispensationis.

Quid, in casu dubii de impedimento.

In urgentissima necessitate, juxta alios, regulares dispensare possunt ad contrahendum.

Sententia communior negat.

¹ Tr. 6, de Voto, dist. 3, num. 44. — ² Tr. 3, cap. 3, n. 54. — ³ De Voto, n. 274. — ⁴ Tr. 17, de Voto, cap. 3, n. 94. *Navar.*, Man., cap. 12, num. 79, v. *Undecimo. Ludov. Lopez*, Instruct. consc., part. 1, cap. 50, v. *Ex privilegio. - Aragon.*, in 2^{am} 2^{ae} qu. 88, art. 12, concl. 6. *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 45, n. 11, 12 et 15. *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 2, dub. 44, n. 2. - *Candid.*, disquis. 27, art. un., dub. 1 et 8. *Villal.*, part. 2, tr. 34, diff. 29., n. 2 et 3. — ⁵ Jus can., lib. 3, decretal., tit. 34, n. 40 et 42. — ⁶ Arca vital., v. *De voto*, inquis. 3, a num. 77. — *Bass.*, v. *Votum VII*, n. 29. - *Crousers*, ad cap. 7 regul. S. Franc., lectio paraenet. 29 post med., v. *Dubitare tamen hoc loco.* - ⁷ De Voto n. 279. — ⁸ Loc. cit., n. 97. — ⁹ De Matr., lib. 2,

^{b)} Antonius a Spiritu Sancto, *Director. regular.*, tr. 2, disp. 3, n. 84, hanc opinionem probabilem existimat; sed contrariam, ut ipse S. Alphonsus, probabiliorem esse dicit.

^{c)} Herincx, *part. 3, tr. 4, disp. 4, de Voto, num. 73*, hanc opinionem ex aliis dumtaxat refert.

^{d)} Diana, *part. 6, tr. 6, resol. 50*, haec dumtaxat scribit: « Sed, ut verum fatear, sententia negativa Sanchez, quam ipse [Crousers] impugnat, est communis inter doctores ».

^{e)} Bardi, *in bull. Cruciat., part. 2, tr. 7, cap. 2, n. 136 et seqq.*, non quidem de religiosis privilegiatis, sed de privilegio per bullam Cruciatæ concesso loquitur, et concordat.

« et adhibita diligentia sufficienti ^{a)}, non
 « possit intelligere veritatem: probabile
 « est posse cum ea contrahere sine dispen-
 « satione, nisi tamen praesumptio aliqua
 « stet pro impedimento ^{b)}; quia possessio
 « stat pro libertate contrahendi. Sanchez,
 « Sancius, Franciscus Lugo, Bardi ¹ (con-
 « tra Laymann et Palaum) ».

Sed vide dicta n. 902, Qu. 3, v. *Dicunt autem*, ubi oppositum tenuimus cum Laymann, Palao, Lessio, Tournely, Roncaglia, etc.

1130. - Praeter causas quas affert Busenbaum ad licite dispensandum, additur a Salmant. ² pro causa: - Instauratio matrimonii bona fide contracti; et etiam mala fide ^{a)}, si matrimonium fuerit consummatum vel adsit fama de copula habita. - Item, necessitas auxilii, puta si mulier defectu viri non possit, litibus assistere vel filiis suis providere. - Item, aetas feminae excedens annum vigesimum quartum. - Item, periculum perversionis a fide.

Sanch., lib. 8, disp. 6, n. 18. - *Joan. Sancius*, Select., disp. 43, n. 44. - *Franc. Lugo*, Decursus praevious, part. 1, de consc., cap. 2, qu. 31, n. 180. - ¹ Discept. 6, cap. 11, part. 7, § 11, n. 7 et seqq. - *Laym.*, lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 23. - *Palaus*, tr. 1, disp. 3, punct. 8, n. 10. - *Laym.*, loc. cit. - *Palaus*, loc. cit. - *Less.*, Auctor, v. *Matrimonium*,

Item, subministratio majoris pecuniae. - Scribit Concina ³, hanc causam pecuniae sibi displicere, ut propter eam dispenset Ecclesia in impedimentis: miratur enim quod, postquam Tridentinum dixit dispensationes gratis esse concedendas, doctores assignent pro causa dispensandi, quod illae non dentur gratis. - Sed communiter auctores hanc causam admittunt, ut Sanchez ⁴, Salmant. ⁵, Palaus ⁶ et Papa Benedictus XIV ⁷ cum Pallavicino ⁸. Et merito; cum hujusmodi compositiones (ut Innocentius X praecepit) non immisceantur cum aliis pecuniis thesauri Cameralis, sed reserventur in Monte Pietatis; et inde non extrahantur, nisi de mandato Pontificis, ut in sola opera pia impendantur. Cum igitur talis pecuniae praestatio in subsidium pauperum erogetur, fit causa satis justa ut Ecclesia dispenset sicut frequenter solet. Nec officit quod mussitent haeretici (ut objicit Pater Concina); nam patenter injuste mussitant ^{b)}.

cas. 10, v. *Dico secundo*. *Cont. Tourn.*, de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3. ad 1. - *Roncagl.*, tr. 21, qu. 3, cap. 1, qu. 5. - ² Tr. 9, cap. 14, num. 24. - ³ Diss. 3, cap. 5, n. 9. - ⁴ Lib. 8, disp. 19, n. 35. - ⁵ Loc. cit., n. 26. - ⁶ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 2, n. 2. - ⁷ Notif. 87, n. 26. ⁸ *Histor. concil. Trid.*, lib. 23, cap. 8, n. 11.

1129. - ^{a)} Sanchez hic non loquitur de diligenti examine.

^{b)} Joannes Sancius omittit hanc limitationem.

1130. - ^{a)} Maxime si matrimonium fuerit consummatum, etc. Praeterea Salmant. ex causis dispensandi hic enumeratis, primam dumtaxat et ultimam afferunt.

^{b)} Hic addere juvat causas praecipuas dispensandi, quae exponuntur in Instructione S. C. de Prop. Fide, 9 Maji 1877, modo sequenti: « 1°. *Angustia loci*, sive absoluta, sive relativa (ratione tantum oratricis), cum scilicet in loco originis, vel etiam domicilii, cognatio feminae ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat, invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem; patriam vero deserere sit ei durum. [Augustus reputatur locus qui 300 focos, seu 1500 incolas catholicos non excedit, ex declaratione Pii IX edita die 30 Augusti 1847 per litteras circulares Card. Spinola Pro-Datarii ad Archiepiscopos. Quocirca S. Congr. Conc. declaravit in una Oveten. per Summar. precum, die 16 Decembris 1876: « Angustiam loci non esse desumendam e numero focorum cujusque parociae, sed e numero focorum cujusque loci vel etiam plurium locorum, si non distent ab

invicem ultra milliarem » seu 20 minuta]. - 2°. *Aetas feminae superadulta*, si scilicet 24^m aetatis annum jam [sit] egressa... [satis est si de hac conditione constet, ex S. Poen. 21 Martii 1902]. Haec vero causa haud suffragatur viduae, quae ad alias nuptias convolare cupiat. - 3°. *Deficientia aut incompetentia dotis*, si nempe femina non habeat actu tantam dotem, ut extraneo aequalis conditionis, qui neque consanguineus neque affinis sit, nubere possit in proprio loco in quo commoratur. Quae causa magis urget, si mulier penitus indotata existat, ut consanguineus vel affinis eam in uxorem ducere, aut etiam convenienter ex integro dotare paratus sit. [Est autem indifferens, utrum dos offeratur a sponso an ab alio, sed ea conditione, ut nubat consanguineo seu affini]. - 4°. *Lites super successione bonorum jam exortae, vel earumdem grave aut imminens periculum*. Si mulier gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat, neque adest alius, qui litem hujusmodi in se suscipiat, propriisque expensis prosequatur, praeter illum qui ipsam in uxorem ducere cupit: dispensatio concedi solet; interest enim reipublicae, ut lites exstinguantur. Huic proxime accedit alia causa, scilicet, *dos litibus involuta*, cum ni-

Quid requiratur, ut dispensatio non sit subreptitia.

1131. - Notandum autem 1°. Quod, ut dispensatio non sit subreptitia, explicanda sunt omnia impedimenta quae adsunt: item cognatio, si sit carnalis, aut spiritalis: item gradus et linea, si sit recta aut lateralis. — An autem sufficiat exprimere solum gradum remotiorem? Vide infra, n. 1136, Qu. 4.

Quid, ut non sit obreptitia.

Notandum 2°. Quod in constitutione Summi Pontificis Benedicti XIV, quae in-

cipit: *Ad apostolicae servitutis*, edita die 25 Februar. anno 1742, declaratum fuit, expressionem causarum earumque verificationem in dispensationibus appositam ad validitatem pertinere. — Unde Summus Pontifex praecepit omnibus procuratoribus, etc., ut sciscitentur ab oratoribus veras causas, et illas sincere exponant, sub poena falsi ^{a)}; item episcopis et aliis, quibus exsecutio committi solet, imposuit

mirum mulier alio est destituta viro, cujus ope bona sua recuperare valeat. Verum hujusmodi causa non nisi pro remotioribus gradibus sufficit. — 5°. *Paupertas viduae*, quae numerosa prole sit onerata, et vir eam alere polliceatur. Sed quandoque remedio dispensationis succurritur viduae, ea tantum de causa, quod junior sit, atque in periculo incontinentiae versetur. [Hodie insuper facile dispensat S. Sedes in gratiam vidui, etiamsi proles non est numerosa]. — 6°. *Bonum pacis*, quo nomine veniunt nedum foedera inter regna et principes, sed etiam extinctio gravium inimicitiarum, rixarum et odiorum civilium. Haec causa adducitur vel ad extinguendas graves inimicitias, quae inter contrahentium consanguineos et affines ortae sint, quaeque matrimonii celebratione omnino componerentur; vel quando inter contrahentium consanguineos et affines inimicitiae graves viguerunt, et licet pax inter ipsos inita jam sit, celebratio tamen matrimonii ad ipsius pacis confirmationem maxime conduceret. — 7°. *Nimia, suspecta, periculosa familiaritas*, necnon *cohabitatio* sub eodem tecto, quae facile impediri non possit. — 8°. *Copula* cum consanguinea, vel affine, vel alia persona impedimento laborante praehabita, et *praegnantia, ideoque legitimatio prolis*; ut nempe consulatur bono prolis ipsius, et honori mulieris, quae secus inupta maneret. Haec profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebeiis dari solet dispensatio... — 9°. *Infamia mulieris*, ex suspitione orta, quod illa suo consanguineo aut affini nimis familiaris, cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa: cum nempe, nisi matrimonium contrahatur, mulier graviter diffamata, vel inupta remaneret, vel disparis conditionis viro nubere deberet, aut gravia damna orirentur. — 10°. *Revalidatio matrimonii*, quod bona fide et publice, servata Tridentini forma, contractum est: quia ejus solutio vix fieri potest sine publico scandalo, et gravi damno, praesertim feminae (cap. 7, *de Consanguin.*). At si mala fide sponsi nuptias inierunt, gratiam dispensationis minime merentur, sic disponente Conc. Trid. sess. 24, cap. 5, *de Reform. Matrim.* [Ideo tunc difficilius dispensatio obtinetur, hodie tamen facilius quam olim]. — 11°. *Periculum matri-*

monii mixti, vel coram acatholico ministro celebrandi. Quando periculum adest, quod volentes matrimonium in aliquo etiam ex majoribus gradibus contrahere, ex denegatione dispensationis *ad ministrum acatholicum* accedent pro nuptiis celebrandis, sprete Ecclesiae auctoritate: justa invenitur dispensandi causa, quia adest non modo gravissimum fidelium scandalum, sed etiam timor perversionis et defectionis a fide taliter agentium, et matrimonii impedimenta contemnendum, maxime in regionibus, ubi haereses impune grassantur... Tantumdem dicendum de periculo, quod pars catholica *cum acatholica* matrimonium celebrare audeat. — 12°. *Periculum incestuosi concubinitus.* Ex instructione S. C. Officii, 14 Aug. 1822, elucet, dispensationis remedium, ne quis in concubinato insordescat cum publico scandalo, atque evidenti aeternae salutis discrimine, adhibendum esse. — 13°. *Periculum matrimonii civilis.* Ex dictis consequitur, probabile periculum, quod illi qui dispensationem petunt, ea non obtenta, matrimonium dumtaxat *civile*, ut ajunt, celebraturi sint, esse legitimam dispensandi causam. — 14°. *Remotio gravium scandalorum.* — 15°. *Cessatio publici concubinitus.* — 16°. *Excellentia meritorum*, cum aliquis aut contra fidei catholicae hostes dimicatione, aut liberalitate erga Ecclesiam, aut doctrina, virtute, aliove modo de religione sit optime meritus.

« Hae sunt communiores potioresque causae, quae ad matrimoniales dispensationes impetrandas adduci solent ».

1131. - ^{a)} Juxta recentem reformationem Romanae Curiae, *Ord. servand. in sacris Congregationibus, etc., part. altera, cap. 7, art. 3, n. 21*, ad valorem rescripti exsequendi, exceptionaliter non postulatur veritas causae allegatae pro dispensatione super impedimentis minoribus, a S. C. de Sacramentis concessa: « Dispensationes a minoribus impedimentis concedentur omnes *ex rationabilibus causis a S. Sede probatis*. Sic vero concessae perinde valebunt ac si *ex motu proprio et ex certa scientia* impertitae sint; ideoque nulli erunt impugnationi obnoxiae sive obreptionis vitio sive subreptionis ». Et *ibid. n. 19* recensuit haec gradus minoris impedimenta: « Dispen-

explorare veritatem causarum in litteris apostolicis expressarum ^{b)}).

1132. - Hinc deinceps plures addendae sunt quaestiones valde utiles in praxi quoad hanc materiam dispensationum.

Quaeritur enim 1°. *An cessante causa dispensationis, cesset dispensatio?*

Cessante causa dispensationis quandoque cessat dispensatio.

Affirma, si causa cessat antequam dispensatio expediatur; vel antequam fiat ab episcopo, cui a Pontifice commissa fuerit. Secus vero, si causa cesset, dispensatione jam expedita, vel facta ab inferiori, etiamsi cesset ante celebrationem matrimonii. — Ratio, quia per dispensationem jam tollitur impedimentum sive lex relaxatur: cujus obligatio extincta, si cessat postea causa, minime reviviscit. Ita valde probabiliter Pontius ¹, Palaus ^{a)}, Suarez ²; et Salmant. ³ cum Sà ^{a)} et Silvestro ^{a)} (contra Sanchez, Dicastillum, etc., qui tamen hoc probabile vocant). Vide etiam dicta *Lib. I, n. 196, v. Quaestio vero.*

1133. - Quaeritur 2°. *Quid autem dicendum, si dubitatur an causa falso allegata fuerit finalis aut impulsiva, vel an causa fuerit vera an falsa?*

In dubiis valida censetur dispensatio

Resp. Quod in omnibus his et similibus dubiis valida censenda est dispensatio; quia in dubio standum pro validitate actus. —

¹ Lib. 8, cap. 20, num. 3 et 4. — ² De Legib., lib. 6, cap. 20, num. 15. — ³ Tr. 9, cap. 14, num. 29. *Sanch.*, lib. 8, disp. 30, n. 14. *Dicast.*, disp. 8, dub. 5, n. 102. — ⁴ Lib. 8, disp. 21, n. 20 et 25. — ⁵ Tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 5, num. 3. — ⁶ Loc. cit., num. 37. *Dicast.*, disp. 8,

Ita Sanchez ⁴, Pontius ^{a)}, Palaus ⁵; et Salmant. ⁶ cum Dicastillo, Gabriele ^{b)}, etc.

1134. - Quaeritur 3°. *An, cum petitur dispensatio pro matrimonio contrahendo inter propinquos, exprimenda sit copula incestuosa inter ipsos habita?*

Commune est apud omnes, quod si copula ex parte utriusque fuerit habita ad facilius obtinendam dispensationem, et copula allegetur pro unica causa consequendi dispensationem; tunc necessario malus ille animus est exprimendus, alias matrimonium erit nullum; quia nemini debet suum crimen prodesse. Tanto magis quod Pontifex movetur ex ea ad imponendam majorem poenitentiam aut pecuniae compositionem, ut sic homines magis a tali crimine avertantur. Ita communiter Sanchez ⁷, Palaus ^{a)} et Salmant. ⁸, et alii. — Idque expressum est in bulla Innocentii XII, renovata a Benedicto XIV per bullam *Pastor bonus* ⁹, ubi dicitur: *Si qui vero oratores, obtenta dispensatione a Dataria super impedimento primi et secundi, sive secundi dumtaxat gradus consanguinitatis seu affinitatis, cum expressione quidem carnalis copulae, sed tacita, occulta et malitiosa intentione, in ipsa copula habita, ad facilius obtinendam*

Quaesito responsio datur juxta jus antiquum.

dub. 6, num. 115 et 118. — ⁷ Lib. 8, disp. 25, num. 38. — ⁸ Tr. 9, cap. 14, num. 42. — *Innoc. XII*, constit. *Romanus Pontifex*, § 35, de die 3 Sept. 1692, in Bullar. Rom. Mainardi. ⁹ Bulla *Pastor bonus*, § 42, de die 13 Aprilis 1744.

sationes gradus minoris sunt ab impedimentis: ^{a)} Consanguinitatis et affinitatis tertii et quarti gradus lineae collateralis, sive aequalis sive inaequalis, hoc est quarti gradus mixti cum tertio, et quarti vel tertii mixti cum secundo; — ^{b)} affinitatis in primo gradu et in secundo simplici vel mixto cum primo, ubi hoc impedimentum ex illicito commercio procedat; — ^{c)} cognationis spiritualis cujusvis generis; — ^{d)} publicae honestatis, sive per sponsalia sive per matrimonium ratum, super quod jam dispensatum sit, fueritque solutum ». — Insuper, de quavis dispensatione a S. Sede obtinenda sic declaratum est, *loc. cit., part. 1, cap. 11, n. 3*: « Utcumque... gratiae validitati nihil unquam officiet error aut fraus circa economicam petentis conditionem ».

^{b)} Novae formulae, post reformatam Curiam, jam non habent sicut antea mandatum informationis, sed tantum postulant veritatem expositorum, prout jam faciebat S. Poenitentiarum, « si ita est » vel « si vera sunt exposita ».

1132. - ^{a)} Palaus, *tr. 3, disp. 4, punct. 15, n. 7*, scribit tantum: « Quoties dispensatio... conceditur ob causam quae integrè tunc existit, nullo modo desinit... ob causae cessationem ». — Sà pariter, *v. Gratia, n. 6*, scribit: « Gratia non perit deficiente causa ex qua concessa ». — Et Silvester, *v. Dispensatio, n. 11, qu. 6*; « Dispensatio semel canonice facta ex superveniente facto non retractatur ».

1133. - ^{a)} Pontius contra, *lib. 8, cap. 17, n. 41*, in dubio utrum causa quae exprimitur sit finalis an impulsiva, dicit praesumi finalem. Pariter in dubio utrum sit valida dispensatio, hac regula utendum, ut in dubiis tutior pars eligatur; in opinionibus vero, probabilis eligatur.

^{b)} Gabriel a S. Vincentio, *disp. 9, qu. 9, n. 81*, tractat de solo dubio utrum dispensatio sit valida, et concordat.

1134. - ^{a)} Palaus, *tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 9*, non loquitur de casu quo in utroque adfuerit iste malus animus.

dispensationem, pro revalidatione hujusmodi dispensationis ad dictam Poenitentiarium recurrant: possit idem Maior Poenitentiarius desuper absolute dispensare cum ... personis, explicite affirmantibus, se ... sub illa expressa ... forma miserabilium dispensationes a Dataria obtinuisse. Cum iis vero qui non tamquam pauperes ... dispensati fuerint, non dispenset: nisi soluta prius in Dataria, ad effectum ... erogandi in eleemosynas, taxa definienda arbitrio ejusdem Majoris Poenitentiarium.

Dicunt autem Palaus¹, et Salmant.² cum Hurtado, non teneri oratores praedictam malam intentionem exprimere, si fuerit tantum mente concepta, quia (ut ajunt) tunc crimen pravi illius animi non subjacet potestati ecclesiae. — Sed huic opinioni non acquiesco. Hic enim non agitur de poena, sed de dispensatione, quam bene potest Ecclesia nolle concedere, si crimen pravae intentionis adfuerit; sicut potest Ecclesia in concessione Indulgentiarum excludere non implentes aliquod opus internum, ut docent Suarez³ et Bonacina⁴ cum aliis. Probabilissime vero dicunt Salmant.⁵ cum aliis, quod si in petitione, aliae causae per se jam sufficientes ad obtinendam dispensationem exponantur, et simul exponatur copula praehabita (quae omnino et semper exponi debet, ut n. seq. mox videbimus): tunc non est opus ut allegetur circumstantia malae fidei, nempe quod copula fuerit consummata ad dispensationem facilius impetrandam.

¹ Tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 9. — ² Tr. 9, cap. 14, n. 42. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 26, diff. 5, n. 26, i. f. — ³ De Sacr. Poenit., disp. 52, sect. 5, v. *Et ideo* — ⁴ Disp. 6, de Indulgent., qu. 1, punct. 5, n. 28. — ⁵ Tr. 9, cap. 14, n. 43. — ⁶ Lib. 8, cap. 17, n. 32 et 33. — ⁷ Loc. cit., n. 40. - *Henriq.*, lib. 12, cap. 2, n. 5. - *Perez*, disp. 46, sect. 6, n. 4. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 26, diff. 5, n. 23. - *Vega*, Sum. nueva, part. 2,

1135. Sed redeundo ad quaesitum, dicunt alii valere matrimonium, si sponsi in supplicatione reticuerint circumstantiam copulae, si illa sit praehabita sine prava intentione obtinendi facilius dispensationem. Ita Pontius⁶; et Salmant.⁷ cum Henriquez, Perez, Hurtado, Vega, Villalobos^{a)}, etc.

Sed omnino est tenendum, esse nullum, ut docent Sanchez⁸, Laymann⁹, Palaus¹⁰; item Coninck^{b)}, Diana, Gutierrez, Rebelus^{b)}, Filliucius, etc. apud Salmant.¹¹. — Et de hoc hodie non est amplius dubitandum, ex bulla citata *Pastor bonus* S. Pont. Benedicti XIV¹², ubi dicitur: *Quod si ... obtinuerint a nostra Dataria dispensationem super gradu prohibito in primo et secundo, vel in secundo tantum, ac etiam in tertio vel quarto, cum reticentia copulae inter eos secutae, quam sine honoris detrimento detegere non valeant ...; possit idem Major Poenitentiarius, si copula sit adhuc secreta, hujusmodi dispensationem, seu respective revalidationem in foro conscientiae tantum concedere; facta, quando agitur de primo et secundo, vel secundo tantum gradu, compositione quinquaginta ducatorum auri de Camera, ad Datariam transmittendorum ...; nisi prior gratia expedita fuisset in forma pauperum.* — Ex his attende quod Papa dicendo *possit revalidationem concedere*, non habet pro validis matrimonia cum tali reticentia contracta: tanto magis quod in gradibus mox supra descriptis dispensatio propter solutionem relatam difficilius redditur^{c)}.

cap. 34, cas. 97, not. 1. — ⁸ Lib. 8, disp. 25, n. 8. — ⁹ Lib. 1, cap. 22, num. 18, v. *Dico... III*. — ¹⁰ Tract. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 4. — *Coninck*, disp. 33, dub. 6, n. 83. *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 135 (retractans quae dixerat, part. 1, tr. 10, resol. 44). - *Gutier.*, de Matr., cap. 124, n. 12. - *Rebell.*, part. 2, lib. 3, qu. 5, sect. 4, n. 24. - *Fill.*, tr. 10, part. 2, cap. 10, n. 336. — ¹¹ Loc. cit., n. 39. — ¹² § 41.

1135. - ^{a)} Villalobos, *part. 1, tr. 14, diff. 27, n. 7*, probabilem habet hanc opinionem; ceteroquin, *n. 6*, tenet oppositam pro copula notoria et pro foro externo.

^{b)} Coninck et Rebellus expresse haec tenent, casu quo incestus scienter admissus fuerit.

^{c)} Omnia hucusque dicta de exprimenda copula incestuosa prorsus obsoleta sunt; hodie enim non est amplius necesse exprimi istius-

modi copulam in petitione dispensationis, juxta Instructionem S. O. 25 Junii 1885, jussu Leonis XIII editam, in qua statuitur et declaratur « dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa, vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi, reticita fuerint, validas futuram ». — Isuper constitutio *Sapientis Consilio* de Romana Curia 29 Junii 1908 plura reformavit quoad competentiam diversarum

1136. - Quaeritur 4^o. *An possit manifestari remotior gradus consanguinitatis vel affinitatis reticendo propinquiores?*

Propin-
quior gra-
dus reticeri
potest.

Affirmant Sanchez¹, Pontius² et Salmant.³; ac Silvius ac Pontas, apud [Contin.] Tournely⁴. — Idque inferunt ex quodam Motu proprio S. Pii V *Sanctissimus*, ubi dictum fuit quod dispensatio sine gradus propinquioris mentione obtenta (nempe si sponsi sint conjuncti in quarto et tertio gradu) de subreptionis vel obreptionis vitio notari non possit, obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiori. Unde dicunt quod hujusmodi litterae (quibus declaratur quod gradus propinquior non obstat matrimonio) requiruntur tantum in foro externo ad vitandum scandalum, non vero si scandalum absit.

Hinc, contra Corradum, Tournely^{a)}, Anacletum^{a)}, etc., qui dicebant matrimonium esse nullum sine praefatis litteris, declaravit Benedictus XIV in brevi *Etsi matrimonialis*, dato 27 Sept. 1755, matrimonium esse quidem illicitum, sed non invalidum: modo propinquitas non sit primi aut secundi^{b)} gradus consanguinitatis vel affinitatis^{c)}. — Praeterea recte ad-

Limitatio.

¹ Lib. 8, disp. 24, n. 25 et 28. — ² Lib. 8, cap. 17, n. 26. — ³ Tr. 9, cap. 14, n. 46. — *Silvius*, in Suppl., qu. 54, art. 4, v. f. - *Pontas*, v. *Dispensatio matrimonii* cas. 13. — ⁴ De Dispens. in specie, part. 1, cap. 4, art. 1, v. *Observandum 2. quod...* - *S. Pius V*, Declarat. *SSm̄us in Christo*, de die 20 Aug. 1566, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Corradus Pyrrhus*, Prax. dispensat., lib. 7, cap. 7, n. 71. — ⁵ Loc. cit., v. *Observandum 2. in gradu*. — ⁶ Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ⁷ Loc. cit., n. 47 et 48. - *Coninck*, disp. 33, num. 87 et 88. - *Aversa*, qu. 19, sect. 6, v. *Demum*. —

vertit [Contin.] Tournely⁵, quod in gradu mixto exprimi debet sexus qui est in primo gradu; quia difficiliter conceditur ut nepos ducat amitam, quam patruus ducat nepem: major enim perversio ordinis est ut nepos constituatur suae amitae caput.

1137. - Quaeritur 5^o. *Si quis petat secundam dispensationem in eadem materia post primam alias obtentam, an primam exprimere debeat?*

Respondetur affirmative, quando impedimentum est ex eodem crimine; quia relapsus retrahit superiorem a dispensando. Secus, si impedimentum non sit ex aliquo crimine, vel sit ex crimine diverso. — Ita Concina⁶ cum communi; et Salmant.⁷ cum Coninck et Aversa.

Petens secundam dispensationem in eadem materia, primam quandoque exprimere debet.

1138. - Quaeritur 6^o. *An, si quis habeat plurimae impedimenta affinitatis ejusdem gradus, puta si cognoverit duas sorores suae sponsae, debeat in supplicatione dispensationis utramque copulam exprimere?*

Negant Vega, Henriquez, Ledesma et Manuel, apud Escobar⁸. — Sed probabilius affirmant Sanchez⁹, Pontius¹⁰, Concina¹¹, Analectus¹²; Salmant.¹³ cum Aversa et Palao; et Escobar¹⁴ cum Molina, Hur-

Numerus impedimentorum est exprimendus.

Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 34, cas. 98, in fine. - *Henriq.*, lib. 12, cap. 10, n. 3, lit. n. *Petr. Ledesm.*, Sum., de Matr., cap. 27, concl. 6, dub. 2. - *Man. Rodr.*, Sum., part. 1, cap. 236, n. 1. - ⁸ Lib. 27, n. 747. — ⁹ Lib. 8, disp. 24, n. 5. — ¹⁰ Lib. 8, cap. 17, n. 25. — ¹¹ Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ¹² Tr. 14, dist. 14, n. 165. — ¹³ Tr. 9, cap. 14, num. 51. *Aversa*, qu. 19, sect. 5, v. *Tertio*. *Palao*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 3, n. 1. — ¹⁴ Loc. cit., n. 748 et 749. *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 161, n. 5, in fine.

Congregationum; nempe Dataria, Secretaria Brevium, S. Congr. pro negotiis extraordinariis et S. C. de Prop. Fide (pro personis ritus latini) sua destitutae sunt potestate relate ad dispensationes matrimoniales. Item S. Poenitentiarum competentia ad solum forum internum restringitur. Nunc, pro foro externo, si de regionibus agitur et personis pertinentibus ad ritus orientales, competens est S. C. de Prop. Fide pro negotiis ritum orientalium. Pro regionibus et personis ritus latini competentes sunt: 1^o Congr. S. Off. ad quam spectat dispensare super disparitate cultus et mixta religione; 2^o S. C. de sacramentis, quae dispensat super reliquis impedimentis fori externi, tam pro pauperibus quam pro divitibus; 3^o S. C. negotiis religiosorum praeposita, cui pertinet dispensare super voto ca-

stitatis, quoad sodales religiosos utriusque sexus.

1136. - ^{a)} Contin. Tournely, *loc. cit.* v. *Quia tamen*; Anacletus, in *4 decretal.*, *Append. n. 172*, negant utique posse valide exsequi dispensationem, sine hujusmodi litteris declaratoriis, sed pro foro externo tantum, et (addit Collet) in locis ubi dicta brevissima sunt recepta.

^{b)} Primus tantum gradus excipitur a Benedicto XIV, sicut pariter excipiebatur in Piana declaratione. Et habetur, non quidem in brevi *Etsi matrimonialis*, quod est 30 Sept. 1755, sed in decreto *Cum super* § 6, de die 27 Sept., huic brevi annexo.

^{c)} Hodie tamen graves auctores dicunt proximiorum gradum coram S. Poenitentiarum semper esse exprimendum, sub poena invaliditatis.

tado, Coninck, Villalobos, Diana ^{a)}, Leandro ac Rota Romana. Ratio, quia in simplici non comprehenditur mixtum; et licet haec impedimenta non sint specie diversa, sunt tamen numero distincta. Et de hoc hodie non amplius dubitandum; nam sic omnino tenendum esse declaravit Benedictus XIV in brevi *Etsi matrimonialis*, jam supra relato, n. 1136. — Et idem dicendum de aliis impedimentis consanguinitatis, cognationis spiritualis, publicae honestatis, etc.; ut Sanchez ¹ et Anacleus ².

1139. - Quaeritur 7^o. *An, si concurrant plura impedimenta, possit divisim impetrari eorum dispensatio?* — Adest triplex sententia:

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Salas, Rodriguez et Sà, apud Salmant. ³; et probabilem vocant ibi Villalobos, Dicastillus et alii. — Quia nullibi ex jure habetur requiri quod impedimenta simul exponantur.

Secunda sententia negant: quam tenent Sanchez ⁴, Pontius ⁵, Palaus ⁶, Concina ⁷; et Escobar ⁸ cum Suarez, Laymann, Perez et Gutierrez; item Diana, Dicastillus ac Leander, apud Salmant. ⁹ — Tum quia sic habet praxis curiae; tum quia unum impedimentum cum altero conjunctum difficilius dispensatur.

Tertia sententia probabilior, quam tenent Salmant. ¹⁰ (cui non dissentiant auctores ^{a)} secundae), distinguit. — Et dicit quod si impedimenta disparate se habent, et unum ex altero non augetur (ut votum et consanguinitas, aut consanguinitas et machinatio): tunc sufficit divisim obtinere

dispensationem. — Secus, si impedimenta sint talis rationis, ut afferant conjuncta majorem repugnantiam ad matrimonium contrahendum (puta si quis vult ducere consanguineam, cujus sororem turpiter cognoverit): tunc enim difficilius redditur dispensatio. Excipiunt ^{b)} Coninck et Aversa apud Salmant. ¹¹, si justa detur causa separandi, ut si unum impedimentum esset publicum et aliud secretum, quod infamiam possit afferre (nempe si quis vult ducere consanguineam, cujus sororem occulte cognovit): tunc enim, ne infamentur contraentes, bene possunt divisim dispensationem petere. Et talem testatur Aversa, esse stylum curiae. Sed id dico intelligendum tantum respectu ad dispensationem obtinendam a Dataria ^{c)}, puta ob publicum impedimentum consanguinitatis cum sponsa; nam quoad dispensationem impedimenti occulti propter copulam cum ejus sorore, juxta nostram sententiam, saltem in supplicatione ad Poenitentiarium debent ea impedimenta simul exponi, cum simul exposita jam (ut diximus) dispensationem reddant difficiliorem.

1140. - Quaeritur 8^o. *An, si quis, post obtentam dispensationem super impedimentum occultum affinitatis, iterum habuerit rem cum eadem consanguinea sponsae antequam eam duxerit, nova indigeat dispensatione?*

Si dispensatio non adhuc fuerit executata ab eo cui commissa est, conveniunt omnes non indigere. Ita Contin. Tournely ^{a)} et Elbel ¹². Quia tales dispensationes non sortiuntur effectum a die expeditionis, sed a tempore executionis. — Si tamen jam

Qui obtenta dispensatione iterum peccat cum eadem non indiget nova dispensatione.

Gasp. Hurta., disp. 26, diff. 6, n. 28. - *Coninck*, disp. 33, n. 81. *Villal.*, part. 1, tr. 14, diff. 27, n. 1. *Leand.*, disp. 24, qu. 37. - *Rota Rom.*, Inter noviss. divers., part. 3, lib. 1, dec. 117; et lib. 2, dec. 70. — *Bened. XIV*, Decret. *Cum super*, § 6, 27 Sept. 1755, post breve *Etsi matrimonialis*. — ¹ Lib. 8, disp. 24, n. 5. — ² Tr. 14, dist. 14, n. 165. — *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 15, n. 122. - *Rodrig.*, *Snm.*, part. 1, cap. 236, n. 1. - *Sà*, v. *Dispensatio*, n. 16. - ³ Tr. 9, cap. 14, n. 52. — *Villal.*, loc. cit., n. 4. - *Dicast.*, disp. 8, dub. 8, n. 146. — ⁴ Lib. 8, disp. 23, n. 2. — ⁵ Lib. 8,

cap. 17, a n. 21. — ⁶ Tr. 3, disp. 6, punct. 16, § 4, n. 10 et 11. — ⁷ Diss. 3, cap. 5, n. 23. — ⁸ Lib. 27, n. 745. *Suar.*, de Legib., lib. 6, cap. 24, n. 2 et seqq. *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 19. — *Perez*, disp. 46, sect. 4, n. 5. *Gutier.*, de Matr., cap. 123, n. 22. — *Diana*, part. 1, tr. 10, resol. 39. *Dicast.*, disp. 8, dub. 8, n. 146. *Leand.*, disp. 24, qu. 35. ⁹ Tr. 9, cap. 14, n. 53. — ¹⁰ Loc. cit., n. 54. — *Coninck*, disp. 33, n. 78. - *Aversa*, qu. 19, sect. 5, v. *Oportere* et *Juxta has*. — ¹¹ Tr. 9, cap. 14, n. 54. — ¹² De Matr., n. 506.

1138. - ^{a)} Diana non bene citatur ab Escobar; etenim, *part. 8, tr. 3, resol. 60*, utramque opinionem tantum refert.

1139. - ^{a)} Quin imo aliqui ex dictis auctoribus expresse hanc tenent: Pontius, Palaus, Laymann, Perez.

^{b)} Ita sane dicunt Coninck et Aversa apud Salmant., sed revera id tenent cum eadem explicatione quam affert S. Alphonsus.

^{c)} Vide supra not. c ad n. 1135.

1140. - ^{a)} Cont. Tournely *de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 1, v. Si vero*

In concursu plurium impedimentorum potest divisim dispensatio, juxta aliquos.

Juxta alios, non potest divisim.

Probabilior sententia distinguit.

fuert exsecuta, affirmant Habert¹, et Elbel² ex Gobat^{b)}. Quia exsecutor solum dispensare potest in impedimento contracto, non autem in contrahendo; maxime cum in litteris S. Poenitentiariae soleat committi facultas cum clausula *ut dispenses hac vice*.

Ne quidem in casu ubi dispensatio jam fuerit exsecuta.

Verum probabilius non requiritur nova dispensatio, ut dicunt^{c)} Sanchez³ cum Gutierrez, Corduba et Manuele; ac Contin. Tournely⁴ cum Anacleto et Corrado, qui de hoc affert expressam declarationem S. Congregationis. — Ratio, quia affinitas illa jam sublata est per dispensationem quoad hunc effectum contrahendi matrimonium; et hoc videtur denotare clausula illa *hac vice*, si forte verum est quod talis clausula soleat apponi: quod nescio. — Caeterum ipsa S. Poenitentiaria in praxi hanc nostram sententiam sequitur, ut ego ipse observavi in quodam authentico ejus rescripto, edito die 21 Sept. 1752, ubi sic responsum fuit: *S. Poenitentiaria ad praemissa respondet quod si orator alias super eodem primi affinitatis gradus impedimento ad matrimonium contrahendum cum muliere de praesenti ejus conjugate fuerit dispensatus, etiamsi ipse post obtentam gratiam, atque ante matrimonii celebrationem demum cum supradictae mulieris matre relapsus sit, nova dispensatione non indigere.*

¹ De Legib., cap. 11, qu. 4, v. *Ex hac responsione*. — De Matr., n. 507. — ² Lib. 8, disp. 25, n. 4. *Gutier.*, Canon. quaest., lib. 1, cap. 15, n. 24. *Cordub.*, Tratt. de casi, qu. 45, i. f. v. *Al suddetto*. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 236, n. 7. — ⁴ De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 1, v. *Si vero partes*. — *Anacl.*, lib. 4, Append., num. 193. *Corrad. Pyrrhus*, Prax. dispensat., lib. 8, cap. 1, n. 43. — ⁵ Prax. dispensat., lib. 8, cap. 1, num. 51 et 52. — ⁶ Notif. 87, n. 51. — *Fill.*, tr. 10, part. 2,

Et hoc valet etiam quoad dispensationem obtentam a Dataria, atque exsecutam in impedimento consanguinitatis: modo dispensatio non sit impertita *in forma pauperum*. — Ita Corradus⁵ et Sanchez^{d)} cum aliis.

Dicit autem Benedictus XIV⁶ ex Filiuccio, Clericato et Tamburinio, quod si, obtenta dispensatione S. Poenitentiariae in foro conscientiae, impedimentum detectum fuerit in foro externo, et conjuges nullas afferre possint probationes quod matrimonium ita sit contractum: tunc episcopus, parochus et iudex debebunt^{e)} acquiescere testimonio confessarii fidem facientis de dispensatione impetrata.

1141. Quaeritur 9^o. *An, si post obtentam dispensationem super gradu prohibito, antequam illa executioni mandetur, intercesserit copula inter sponso, nova requiratur dispensatio?*

Negant alii, ut Ovandus, Sà, etc., apud Sanchez⁷. — Sed verius affirmant Sanchez⁸ cum Gallego, Gutierrez, etc. Ratio, quia stylus curiae sic obtinuit, ut incestus hic declaretur^{a)}; illo enim manifestato, Pontifex majorem imponit poenitentiam, amplioremque compositionem pecuniae exigit. Et sic etiam declaravit S. Congregatio mense Maji 1635 (apud Pittonum⁹), ubi dictum fuit: *Qui obtinuit litteras dispensationis super gradu prohibito con-*

Respondetur juxta jus antiquum.

n. 358. *Clericat.* de Matr., decis. 40, n. 34. *Tambur.*, de Matr., tr. 2, cap. 13, § 6, num. 2. — *Ovandus*, in 4, dist. 41, propos. 11, coroll. *Sà*, v. *Dispensatio*, num. 10 (edit. genuin.). — ⁷ Lib. 8, disp. 25, num. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 8. *Gallego*, de Cognat. spirit., cap. 24, n. 16 et seqq. *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 15, n. 21; et lib. 2, cap. 15, num. 133. — ⁹ Decis. pro Matrim., num. 878; cfr. etiam Monacelli Formular., tom. 2, tit. 16, form. 2, num. 30.

partes, de alio casu loquitur, videlicet de casu quo consanguinei inter se copulam incestuosam ante petitam dispensationem habuerint et in supplici libello expresserint ac in idem scelus ante fulminationem dispensationis relapsi fuerint.

^{b)} Gobat, *tr. 9, n. 743*, et in *Quinar.*, *tr. 5, cap. 37, a n. 197*, non adducitur ab Elbel pro casu quo dispensatio jam executioni mandata est.

^{c)} Omnes auctores hic allegati hanc sententiam tenent loquentes de alio casu, quo scilicet ipsi sponsi inter se copulam habuerint, cum essent consanguinei. At de casu

nostro Sanchez, *disp. 24, n. 8*, idem tenet quod Habert et Elbel.

^{d)} Id apud Sanchez reperire nequivi. Corradus vero hic loquitur de casu quo iterum se carnaliter cognoverunt ante executionem litterarum; licet antea locutus sit etiam de casu quo litterae executioni mandatae jam fuerunt.

^{e)} Filiucci et Tamburini dicunt *posse*, Clericatus vero et Benedictus XIV dicunt *debere* acquiescere ejusmodi testimonio.

1141. — ^{a)} Id tamen locum non amplius habet, cum possit reticeri copula in petitione dispensationis, ex Instructione S. O. superius relata, not. c ad n. 1135.

sanguinitatis et illis non praesentatis contraxit, vel carnaliter (nota) sponsam cognovit; non potest absque nova dispensatione in matrimonio permanere. Et idem eruitur ex dictis in *Quaest. 3, n. 1134.*

Probabiliter vero ait Sanchez¹ quod, licet dispensatio fuerit concessa cum clausula *modo copula non interfuerit*: tamen si illa habeatur post executionem dispensationis, tunc non requiritur nova dispensatio; quia sufficit ad ejus valorem quod ante illam copula non intervenerit.

1142. - Quaeritur 10^o. *An, si contra-hentes sint diversae dioecesis, unusquisque debeat a proprio episcopo dispensari?*

Affirmant Sambovius, Gibertus, etc., apud Contin. Tournely². - Sed negat probabiliter ^{a)} ipse [Contin.] Tournely³ cum episcopo Tutelensi. Ratio quia, cum episcopus aufert a suo subdito impedimentum, habilem eum reddit ad contrahendum cum altero impedito: sicut si quis haberet facultatem dispensandi in aliquo gradu, dispensando cum suo subdito dispensaret etiam cum extraneo; unde hic extraneus bene poterit tunc contrahere coram parochio alterius, cum quo dispensavit episcopus.

1143. - Quaeritur 11^o. *Quae sint clausulae, solitae apponi in dispensationibus a S. Poenitentiaria?*

Clausula 1^a. *Si ita sit* ^{a)}. - In hoc, bene ajunt Sanchez⁴, Cabassutius⁵ fidem esse adhibendam poenitenti: nisi delegatus certe sciat oppositum ex notitia extra con-

fessionem accepta. - Dicit autem Sanchez⁶ cum Valentia quod si petatur dispensatio super voto castitatis, non sufficit ad dispensandum sola tentatio vel periculum labendi tantum semel vel iterum; sed requiritur ut vovens sit in periculo saepius violandi votum. Sed melius censet Contin. Tournely⁷ cum Pontas^{b)}, sufficere, si quis propter gravem tentationem sit in probabili periculo etiam unius lapsus; quia per unum lapsum jam castitas amittitur.

2^a. *Audita prius sacramentali confessione.* Juxta igitur hanc clausulam, necessaria est confessio ^{c)}. - Neque huic revera contradicit Sanchez⁸, ut putat [Contin.] Tournely⁹: nam tempore quo scripsit Sanchez haec clausula non apponebatur; et ideo dixit non requiri confessionem. Sed ipsemet Sanchez subdit ibid. quod confessio esset necessaria, si talis clausula apponeretur.

3^a. *Sublata occasione peccandi.* - Intelligitur: Si occasio sit *voluntaria*, quae de facto est tollenda: si vero *necessaria*, auferatur saltem ex animo, reddendo illam ex proxima remotam per debita media adhibenda; ut recte explicat [Contin.] Tournely¹⁰.

4^a. *Dummodo impedimentum sit occultum.* - De hac clausula, vide dicta n. 1111.

5^a. *Injuncta ei gravi poenitentia.* - Intelligitur: juxta vires poenitentis, ut bene notat idem [Contin.] Tournely¹¹ cum Tiburtio Navarro ^{d)}: qui dicit posse injungi ex. gr. per sex menses jejunium semel in

¹ Lib. 8, disp. 25, num. 5. *Sambov.*, Decis. casuum consc., tom. 1, cas. 76. *Gibert.*, Consult. canon. sur le sacrement de Mariage, tom. 2, consult. 65. - ² De Dispensat. in specie, part. 1, cap. 17, art. 3, v. *Quaeres 1.* - ³ Loc. cit. - ⁴ Lib. 8, disp. 34, n. 21. - ⁵ Lib. 3, cap. 27, n. 10. - ⁶ Lib. 8, disp. 20, n. 18 i. f. - *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6,

qu. 6, punct. 7, v. *Tertium dubium.* - ⁷ Loc. cit., art. 2, v. 2. *Confessarium.* - ⁸ Lib. 8, disp. 34, n. 29. - ⁹ Loc. cit., art. 2, v. *Secunda clausula.* - ¹⁰ Loc. cit., v. *Tertia clausula.* - ¹¹ Loc. cit., v. *Quarta clausula.* *Tiburt. Navar.*, Manuduct. ad praxim S. Poenit., part. 2, cap. 2, v. *Quarta.*

1142. - ^{a)} Vide notam e ad lib. 1, append. 2, de *Privilegiis*, n. 57.

1143. - ^{a)} Reformatio Curiae nihil immutavit circa clausulas apponi solitas a S. Poenit.

^{b)} Pontas, etsi a Collet ita citetur, ipse tamen, v. *Dispensatio votorum* i. g. *cas. 6*, dicit tantum eum posse petere dispensationem eaque uti, qui « ob incontinentiae periculum vellet nubere ».

^{c)} Non requiritur tamen absolutio sacramentalis, si poenitens forsitan non sit dispositus. Nec validitati dispensationis officit abso-

lutio sacrilege suscepta, sicut pluries declaratum est a S. Poenitentiaria; si vero urgens aliqua necessitas suadeat ut, denegata absolutione sacramentali, dispensatio fulminetur, confessarius nihilominus absolvat a poenis et censuris ob delictum forsitan incursis, puta si in dioecesi casus foret reservatus. Ast, vi rescripti, non potest absolvere ab aliis poenis et censuris, quibus poenitens irretitus foret.

^{d)} Et sic monuit ipsa S. Poenit. die 9 Apr. 1890. Exsecutor « in praefiniendae poenitentiae qualitate, gravitate, duratione, etc., neque

Si contra-hentes sunt diversae dioecesis non debet unusquisque ab episcopo dispensari.

Clausulae solitae apponi in dispensationibus a Sacra Poenitentiaria.

hebdomada, vel recitatio rosarii ter in hebdomada ^{e)} aut frequens confessio (saltem semel in mense), orationes, lectio spiritualis, etc. — Quod si poenitens propter crimen, super quo petitur dispensatio, jam satisfecerit poenitentiae, dicit [Contin.] Tournely¹, illius praeviae satisfactionis bene habendam esse rationem; unde confessarius tunc poenitentias in brevi romano praescriptas moderari debet. — Si vero dispensationi concessae sit a Poenitentiaria annexa quaedam species commutationis, nempe confessio semel in mense: haec a confessario omnino est imponenda, ut idem [Contin.] Tournely² et Benedictus XIV³ cum Syro *f)*.

6^a. *Praesentibus laceratis, sub poena excommunicationis latae sententiae.* — Haec laceratio statim facienda est; sed intellige moraliter, nempe saltem infra triduum post dispensationem executam (juxta dicta n. 856, v. *Quod impubes*). — Si autem in litteris non sit apposita clausula lacerationis (prout non apponitur ^{g)}) quando matrimonium nondum est contractum: tunc non est obligatio eas lacerandi; sed hujusmodi dispensatio debet a paroco caute adnotari in libro (qui non possit ab alio aspici), ad hoc ut ipse possit requisitus postmodum, si opus erit, fidem facere de dispensatione impetrata.

1144. - Quaeritur 12. *In quibus impedimentis, S. Poenitentiaria habeat facultatem dispensandi?*

Ad hujus quaesiti declarationem, quae multum potest prodesse ad praxim parochorum et confessoriorum ^{a)}, hic operae pretium duxi adnotare quae habentur in bulla Summi Pontificis Benedicti XIV, quae incipit: *Pastor bonus*, edita die 13 Aprilis 1744, ubi confirmata et inserta est

¹ De Dispens. in specie, part. 1, cap. 17, art. 2, v. *Quarta clausula*. — ² Loc. cit., n. 2. — ³ Notif. 87,

bullae Innocentii XII (emanata 3 Septemb. 1692, incipiens: *Romanus Pontifex*).

Ibi, § 39, pro matrimoniis nondum contractis sic habetur: *In matrimoniis contrahendis, possit idem Major Poenitentiarius in foro conscientiae tantum, super impedimentis occultis quae matrimonium non dirimunt, dispensare vel dispensari mandare.* Hujusmodi autem impedimenta tantum impedientia, hodie (ut diximus supra) ad tria reducuntur, nempe votum, sponsalia et Ecclesiae vetitum. — Quo vero ad impedimenta dirimentia, sic ibi traditur: *At a dispensationibus... super quocumque impedimento ex quovis gradu, sive consanguinitatis sive affinitatis ex copula licita, seu ex cognatione spiritali proveniente, etiam in foro conscientiae tantum, tametsi impedimentum sit occultum et periculum scandalorum imminet, in iisdem matrimoniis contrahendis abstineat.*

Circa vero impedimenta in matrimoniis jam contractis, § 40, sic dicitur: *In contractis vero matrimoniis, a dispensatione seu matrimonii revalidatione in gradibus primo et secundo, seu secundo tantum, consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita, etiam in occultis, pariter abstineat: praeterquam si in secundo tantum gradu praedicto, impedimentum saltem per decennium duraverit occultum, et oratores simul publice contraxerint et convixerint, et uti conjuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem et quarto gradibus occultis, in contractis possit dispensare; atque etiam in iisdem tertio et quarto gradibus publicis, possit revalidare matrimonia, ex causa subreptionis et obreptionis occultae litterarum apostolicarum, nulliter contracta:*

n. 36. - Syrus, Dilucidat. facult., part. 2. § 2, v. *Decimo tertio*.

Facultas S. Poenitentiarum in matrimoniis contrahendis.

In matrimoniis contractis et revalidandis.

severitatis neque humanitatis limites excedat, rationemque habeat conditionis, aetatis, infirmitatis, officii, sexus, etc. eorum quibus poena irroganda injungitur ».

^{e)} Tiburtius Navarrus et Cont. Tournely dicunt poenitentiam hanc posse esse jejunium, consideratis semper statu, qualitate, sexu et aetate poenitentis. De rosario autem dicunt: « Recitatio tertiae partis rosarii per tres menses, tribus diebus qualibet hebdomada ».

^{f)} Notant hodie auctores dispensationem etiam valere etsi oratores poenitentiam acceptare renuerint aut animum eam adimplendi non habeant.

^{g)} Dicendum potius clausulam lacerationis semper apponi in rescriptis S. Poenit., prout ipse Benedictus XIV, in bulla *Pastor bonus*, § 45, praecepit apponi.

1144. - ^{a)} In praxi, pro quovis impedimento occulto licet ad S. Poenit. recurrere,

praeterquam si falsitas consistat in narratione praecedentis copulae, quae antea revera non intercesserat. — Et ratio hujus est, quia in reconvalidatione matrimonii nullius propter copulam falso expositam, non redundat infamia in contrahentes.

In specie, relate ad affinitatem ex copula illicita.

Deinde super affinitate ex copula illicita, § 43, dicitur: *Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum ... scandalorum non immineret ..., in matrimoniis tam contractis quam contrahendis, in foro conscientiae dispensare et dispensari mandare... valeat.*

Et impedimentum criminis.

Super impedimento autem criminis, § 44: *Super occulto impedimento criminis adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat, neutro machinante, commissum, possit tam in contrahendis quam in contractis matrimoniis dispensare. Si vero crimen... fuisset, utroque vel altero machinante, patratum, possit in occultis pariter dispensationem concedere; raro tamen, et quando necessitas postulaverit, ratione alicujus gravis imminenti periculi, quod prudentia Majoris Poenitentiarum, re praesertim discussa in Congregatione vel Signatura, arbitrandum erit.*

Demum in § 57 noster Summus Ponti-

fex confirmat ^{b)} omnia privilegia et indulta S. Poenitentiarum concessa, etiam vivae vocis oraculo, ab aliis Pontificibus. Et idem Benedictus ¹ refert Innocentium XII declarasse vivae vocis oraculo S. Poenitentiarum esse concessas ^{c)} omnes facultates ad ejus forum pertinentes, exceptis iis, quae in sua bulla *Romanus* exceptae fuerant.

1145. — Insuper notandum 1°. Quod ad dispensationem obtinendam non requiritur consensus ejus cui prodesse debet; quamvis, ut prosit, ab ipso postea acceptanda sit ^{a)}. Ita Sanchez ² et Salmant. ³. — Qui addunt quod si idem impedimentum afficit utrumque sponsum, sufficit pro uno dispensationem impetrare; secus vero si impedimentum afficiat unum independentem ab impedimento alterius.

Aliqua notanda.

1146. — Notandum 2°. Quod, cum petitur dispensatio a *Dataria* ^{a)}, exprimendum est nomen, cognomen, dioecesis originis et domicilii tantum, si orator ibi habeat perfectum domicilium; idem utraque dioecesis sponsi et sponsae, si ipsi diversas dioeceses habeant. — Quando vero petitur a S. *Poenitentiarum*, tacentur nomina et alia; sed tantum exprimitur persona et locus quo litterae sunt dirigendae ^{b)}.

¹ Notif. 87, n. — ² Lib. 8, disp. 26, num. 4 et seqq. — ³ Tr. 9, cap. 14, n. 38.

uti patet ex bulla *Pastor bonus*, § 5: « Salva semper Majoris Poenitentiarum facultate Romanum Pontificem consulendi in quibusvis particularibus casibus, etiam per praesentes nostras litteras non concessis, immo prohibitis et exceptis ».

^{b)} Benedictus XIV, *loc. cit.* § 57, derogat omnibus istis privilegiis etc.: « Non obstantibus, inquit... quibusvis vivae vocis oraculis, privilegiis, indultis et literis apostolicis ejusdem Poenitentiarum officio, illiusque Majori Poenitentiarum, ac officialibus et ministris..., per Praedecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam per Nos ipsos concessis, innovatis, confirmatis et approbatis. Quibus omnibus et singulis... harum serie derogamus ».

^{c)} Seu rectius: restitutas esse integre ea quae antea ad hoc Tribunal pertinebant, exceptis etc.

1145. — ^{a)} Acceptanda est nisi Ecclesia remittat hanc acceptationem, sicut evenit pro sanatione in radice.

1146. — ^{a)} Vide notam *c* ad n. 1135. Insuper quae hic dicuntur, juxta notam subsequentem sunt reformanda.

^{b)} Juxta allegatam Instructionem S. C. de Prop. Fide 9 Maji 1877, praeter causas in litteris supplicibus, alia etiam pro dispensatione obtinenda, « de jure vel consuetudine aut stylo curiae exprimenda sunt, ita ut si etiam ignoranter taceatur veritas, aut narretur falsitas, dispensatio nulla efficiatur. Haec autem sunt:

« 1° *Nomen et cognomen* oratorum, utrumque distincte ac nitide ac sine ulla litterarum abbreviatione scribendum ». [Si error in nomine est accidentaliter ita ut de identitate personae indubie constet, non est causa nullitatis; secus autem requiritur novus recursus. Dispensatio pro foro interno petitur fictis nominibus]. — 2° *Dioecesis originis* vel *actualis domicilii*. Quando oratores habent domicilium extra dioecesim originis, possunt, si velint, petere, ut dispensatio mittatur ad Ordinarium dioecesis, in qua nunc habitant. [Non est facienda mentio de oratorum dioecesi in supplicatione ad S. Poenitentiarum, pro foro conscientiae]. — 3° *Species* etiam *infima* impedimenti, an sit consanguinitas vel affinitas, orta ex copula licita vel illicita; publica ho-

1147. - Hic refert ad praxim confessorii adnotare formulam supplicationis, ad impetrandam a S. Poenitentiaria dispensationem impedimenti, ad contrahendum sive revalidandum matrimonium, vide licet:

Intus: *Eminentissimo e Reverendissimo Signore* ^{a)}.

N. N., avendo avuto copula con una donna, si ritrova aver data parola di matrimonio ad N. N., sua sorella; e perchè l'impedimento è occulto, e non succedendo il detto matrimonio ne verrebbe

molto scandalo, supplica perciò l'Ènza Sua a volergli concedere la dispensa. La risposta si degnerà di mandarla a Napoli (o pur... per la posta di Napoli, a Nola) in testa di... hic exprimatur nomen et cognomen illius ad quem rescribendum erit). — Si autem petitur dispensatio voti castitatis: N. N., si ritrova aver fatto voto di castità; ma perchè sta in grave pericolo d'incontinenza, prega pertanto l'Eminenza Sua a dispensare nel suddetto voto, affine di poter contrarre matrimonio, ecc. — Ita si matrimonium nondum est contractum.

Eadem pro dispensatione a voto castitatis.

Formula ad petendam dispensationem super affinitate ex copula illicita pro matrimonio contrahendo.

nestas originem ducens ex sponsalibus vel matrimonio rato; in impedimento *criminis*, utrum provenerit ex conjugicidio cum promissione matrimonii, aut ex conjugicidio cum adulterio, vel ex solo adulterio cum promissione matrimonii; in cognatione spirituali, utrum sit inter levantem et levatum, vel inter levantem et levati parentem [Error in specie reddit dispensationem invalidam]. — 4^o *Gradus consanguinitatis* vel *affinitatis* aut *honestatis* ex matrimonio rato, et an sit simplex vel mixtus; non tantum remotior, sed etiam propinquior; uti et linea, an sit recta vel transversa; item, an oratores sint conjuncti ex duplici vinculo consanguinitatis, tam ex parte patris quam ex parte matris. [In linea inaequali, si gradus propior sit primus, exprimi etiam debet, licet non ad validitatem, utrum sponsus vel sponsa stipiti sit proximior: nam difficilius dispensatur, ut nepos ducat amitam, quam ut avunculus ducat nepem. Si error impedimenti gravitatem minuatur, dispensatio certo est invalida; si vero augeat, controvertitur inter auctores]. — 5^o *Numerus impedimentorum*, v. g. si adsit duplex aut multiplex consanguinitas vel affinitas; vel si praeter cognationem adsit etiam affinitas aut aliud quodcumque impedimentum sive dirimens sive impediens. In petenda vero dispensatione super impedimento affinitatis 1ⁱ vel 2ⁱ gradus lineae collateralis, si impedimentum nedum ex matrimonio consummato cum defuncto conjugis oratoris vel oratricis, sed etiam ex copula antematrimoniali seu fornicaria cum eodem defuncto ante initum cum ipso matrimonium patrata oriatur, necesse non est, ut mentio fiat hujusmodi illicitae copulae: quemadmodum patet ex responso Sacrae Poenitentiariae, diei 29 Martii 1842, probante s. m. Gregorio XVI, ad Episcopum Namurcensem, quod generale esse idem Tribunal litteris diei 10 Dec. 1874 edixit. — 6^o *Variae circumstantiae*, scilicet an matrimonium sit contrahendum vel contractum; si jam contractum, aperiri debet, an bona fide, saltem ex parte unius, vel cum scientia impedimenti;

item, an praemissis denuntiationibus, et juxta formam Tridentini; vel an spe facilius dispensationem obtinendi; demum, an sit consummatum, si mala fide, saltem unius partis, seu cum scientia impedimenti». — Notandum est insuper, pro foro externo tantum, staturum fortunae oratorum exponi debere, et quidem veraciter (vide tamen notam a, ad n. 1131), ut pro diversitate circumstantiarum taxa recte determinari possit, vel etiam ut dispensatio gratis expediatur.

1147. - ^{a)} Similem supplicem libellum ita latine proponit S. Doctor in *Hom. Apost., tr. 18, cap. 2, n. 88*: « Si petatur dispensatio super impedimentis matrimonii, intus a parte superiori: *Eminentissime et Reverendissime Domine*. Circa medium: *N. N. cum carnaliter cognovisset quamdam mulierem, dedit fidem de matrimonio contrahendo N. N. ejus sorori. Et quoniam impedimentum est occultum, et matrimonium si cum praefata sorore non contraheretur, magnum eveniret scandalum; quapropter suppliciter orat Em. V. ut ei dispensationem benigne indulgeat. Responsum dignetur mittere Neapolim (aut Neapoli Salernum) ad Rev... (hic exprimitur nomen et cognomen) confessarium approbatum. Et id pro gratia habeat, etc.* — Si vero matrimonium est jam contractum, poterit sic scribere: *N. N. ignarus (aut conscius) impediendi, contraxit cum muliere, matrem (sive sororem) cujus jam antea carnaliter cognoverat; sed cum impedimentum sit occultum, ideoque cum nequeat sine scandalo separari, supplicat Em. V. pro absolutione et dispensatione. Responsum, etc.* — Circa vota castitatis aut religionis: *N. N., cum castitatis voto sit obstrictus, et cum in gravi versetur periculo incontinentiae, suppliciter orat Em. V. ut dignetur oratori a praefato voto dispensationem indulgere, quo matrimonium contrahere possit, etc...* Foris vero in superscriptione: *Eminentissimo ac Reverendissimo Domino, Domino colendissimo, Domino Cardinali Poenitentiario Majori. Romam* ». Cfr. etiam *Prax. Conf.*, n. 87.

Eadem pro matrimonio contracto revolidando.

Si vero matrimonium jam est contractum, sic scribi potest: *N. N., ignaro (o consapevole) dell'impedimento, ha contratto matrimonio con una donna, la cui madre (o sorella) avea prima carnalmente conosciuta; onde, essendo l'impedimento occulto, e perciò non potendosi separare senza scandalo, supplica l'Eminenza Sua per l'assoluzione e dispensa. La risposta, ecc.*

Foris autem inscribetur: *All'Eminentissimo Signore, Signore e Padrone Colendissimo,*

Il Signor Cardinale Penitenziere Maggiore. — Roma.

1148. - Delegatus autem cui commissa fuerit executio dispensationis, poterit in dispensando hanc vel similem formulam adhibere post datam sacramentalem absolutionem^{a)}: *Et insuper, auctoritate apostolica mihi concessa, dispenso tecum super impedimento primi (seu secundi, seu primi et secundi) gradus, proveniente ex copula illicita a te habita cum sorore mulieris*

cum qua contraxisti (aut contrahere intendis), ut matrimonium cum illa rursus contrahere possis, renovato consensu; et prolem, si quam suscepisti (vel suscipies) legitimam declaro^{b)}. In nomine Patris, et Filii, etc. — Si vero dispensatio sit a voto castitatis, dicitur: *Insuper, tibi votum castitatis quod emisisti, ut valeas matrimonium contrahere, et illo uti, in opera quae tibi praescripti dispensando commulo. In nomine, etc.* — Si quis, non obstante voto castitatis, matrimonium jam inierit, dicitur: *Item, non obstante castitatis voto quod emisisti, in matrimonio remanere et debitum conjugale exigere possis, auctoritate apostolica tecum dispenso. In nomine, etc.*

Qui autem velit legere bullam Benedicti XIV, ubi praescribitur forma procedendi in omnibus causis nullitatis matrimonii, videat Patrem Zaccaria (apud Croix¹⁾), qui illam in extensum refert. — Incipit praefata bulla: *Dei miseratione*, fuitque edita Nonis Novembr. anni 1741.

¹ Lib. 6, part. 3, n. 430.

Quomodo dispensatio sit executiva pro foro interno.

1148. - ^{a)} Vide supra not. c ad n. 1143. Si itaque absolutio sacramentalis deneganda videatur, poterit formula hoc modo immutari: « Auctoritate apostolica mihi in hac parte commissa, absolvo te a quibusvis sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis, propter copulam illicitam cum sorore mulieris cum qua contraxisti (aut contrahere intendis), forsan incursis et ab excessibus hujusmodi, et dispenso tecum impedimento primi (seu secundi), etc. ».

^{b)} In casu particulari proles legitimari

non potest nisi legitimationis facultas expresse fuerit apposta in rescripto, uti declaravit S. Poenit. die 1 Jul. 1859 et 21 Apr. 1908. Sed notandum quod « quoad indulgentia quibus a S. Sede per S. Poenit. conceditur Ordinariis facultas dispensandi in quibusdam impedimentis matrimonii, mentem S. Poenit. in concedendis his facultatibus fuisse et esse, dispensationem ab impedimentis matrimonialibus importare etiam legitimationem proles susceptae, excepta adulterina ». S. Poenit., 1 Jul. 1859).

APPENDIX EDITORIS

AD TRACTATUM DE MATRIMONIO

Decretum de Sponsalibus et Matrimonio jussu et auctoritate SS. D. N. Pii Papae X a S. Congregatione Concilii editum die 2 augusti 1907.

Ne temere inirentur clandestina conjugia, quae Dei Ecclesia justissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavet Tridentinum Concilium, *cap. I, Sess. XXIV, de reform. matrim.* edicens:

Qui aliter quam praesente parochi vel alio « sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino « inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos decernit ».

Sed cum idem Sacrum Concilium praecipisset, ut tale decretum publicaretur in singulis paroeciis, nec vim haberet nisi iis in locis ubi esset promulgatum; accidit ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinae legis caruerint, hodieque careant, et haesitationibus atque incommodis veteris disciplinae adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi viguit nova lex, sublata est omnis difficultas. Saepe namque gravis exstitit dubitatio in decernenda persona parochi, quo praesente matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium parochum eum intelligi debere, cuius in paroecia domicilium sit, aut quasi-domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia nonnunquam difficile est iudicare, certo-ne constet de quasi-domicilio, haud pauca matrimonia fuerunt objecta periculo ne nulla essent: multa quoque, sive incitiam hominum sive fraude, illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt.

Haec dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra aetate videmus; quo facilius ac celerius commeatus cum gentibus, etiam disjunctissimis, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire ut mutatio aliqua induceretur in jure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacrorum Antistites omni ex parte terrarum, praesertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior apparet necessitas, supplices ad id preces Apostolicae Sedi admoverunt.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europae plerisque, tum aliarum regionum, ut incommodis occurreretur, quae ex sponsalibus, idest mutuis promissionibus futuri matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quae secum pericula ferant eiusmodi sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertae puellae decipiantur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

His rerum adiunctis permotus, SS. D. N. Pius PP. X, pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et pericula removenda temperatione aliqua uti, commisit S. Congregationi Concilii ut de hac re videret, et quae opportuna aestimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad jus canonicum in unum redigendum constituti, nec non E. morum Cardinalium qui pro eodem codice parando speciali commissione delecti sunt: a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii mandavit, ut decretum ederet quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatae, continerentur, quibus sponsalium et matrimonii disciplina in posterum regeretur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostolici mandati, S. Concilii Congregatio praesentibus literis constituit atque decernit ea quae sequuntur:

I. Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quae contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a parochi aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur, qui cum parochi, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet.

II. Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime praeest paroeciae canonice erectae; sed in regionibus, ubi paroeciae canonice erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parochi aequiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacer-

dos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

III. Ea tantum matrimonia valida sunt, quae contrahuntur coram parochio vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus, juxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis exceptionibus quae infra nn. VII et VIII ponuntur.

IV. Parochus et loci Ordinarius valide matrimonium adsistunt:

§ 1° A die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi.

§ 2° Intra limites dumtaxat sui territorii: in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adsistunt.

§ 3° Dummodo, invitati ac rogati et neque vi neque metu gravi constricti, requirant excipiantque contrahentium consensum.

V. Licite autem adsistunt:

§ 1° Constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de jure servandis.

§ 2° Constito insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii.

§ 3° Quod si deficiat, ut parochus et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas quae ab ea excuset.

§ 4° Quoad *vagos*, extra casum necessitatis, parochus ne liceat eorum matrimoniis assistere, nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam adsistendi impetraverit.

§ 5° In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut matrimonium coram sponsae parochio celebretur, nisi aliqua justa causa excuset.

VI. Parochus et loci Ordinarius licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo, ut matrimoniis intra limites sui territorii adsistat.

Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare tenetur limites mandati, et regulas pro parochio et loci Ordinario nn. IV et V superius statutas.

VII. Imminente mortis periculo, ubi parochus, vel loci Ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeat, ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus.

VIII. Si contingat ut in aliqua regione parochus locive Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense jam perseveret, matrimonium valide ac licite iniri potest, emissis a

sponsis formali consensu coram duobus testibus.

IX. § 1° Celebrato matrimonio, parochus, vel qui eius vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina conjugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, atque alia, juxta modum in libris ritualibus vel a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2° Praeterea parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, conjugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si conjux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3° Quoties matrimonium ad normam nn. VII et VIII contrahitur, sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum conjugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X. Parochi qui hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicuius matrimonio adstiterint contra praescriptum § 2ⁱ et 3ⁱ num. V, emolumenta *stolae* sua ne faciant, sed proprio contrahentium parochio remittant.

XI. § 1° Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi, sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant.

§ 2° Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, sponsalia vel matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.

§ 3° A catholici, sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam sponsalium vel matrimonii formam servandam.

Praesens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per ejus transmissionem ad locorum Ordinarios: et quae in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipiant a die solemni Paschae Resurrectionis D. N. I. C. proximi anni 1908.

Interim vero omnes locorum Ordinarii curent hoc decretum quamprimum in vulgo edi, et in singulis suarum dioecesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Praesentibus valituris de mandato speciali SS^{mi} D. N. Pii PP. X, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis, minime obstantibus.

LIBER SEPTIMUS
DE CENSURIS ECCLESIASTICIS
ET IRREGULARITATIBUS.

CAPUT I.

De Censuris in genere.

DUBIUM I.

Quid sit Censura ecclesiastica.

1. *Quid est censura.* — 2. *An censura privet bonis internis.* — 3. *An degradatio vel depositio sit censura.* — 4. *An cessatio a divinis.* — 5. *An irregularitas (de qua vide etiam infra n. 341).*

Quid sit
censura.

1. - « Resp. Est poena spiritualis et « medicinalis, per quam homini baptizato « delinquenti ac contumaci per potentiam « ecclesiasticam aufertur usus quorum- « dam spiritualium bonorum. — Lay- « mann ¹ ». Nota verbum: *medicinalis*. Et ideo non sunt excommunicandi ii de quibus correctio desperatur, nisi fiat ad terrorem aliorum. — Salmant. ² cum S. Thoma ^{a)}.

« Unde resolves:

Censura
non privat
bonis inter-
nis.

2. - « 1°. Per censuram non privatur « homo bonis mere internis, v. gr. chara- « ctere, potestate Ordinis; nec bonis pro- « priis ac privatis, v. gr. fide, caritate, « gratia, etc. » [Nec communione sanctorum, radicaliter derivante ex fide et caritate: vide Salmant. ³] — « sed quibusdam « externis et publicis, sive actionibus, quae « habent spiritualem aliquem effectum vel « commodum: ut sunt Sacrificium, officium « divinum, beneficium, administratio et « susceptio sacramentorum, indulgentia, « publica Ecclesiae suffragia. Quia haec, et « non illa, subsunt dispositioni Ecclesiae. « — Unde, si interdum privetur bono ali- « quo temporali, v. gr. convictu humano « per excommunicationem, id tantum fit « secundo.

« 2°. Exilium, carcer, servitus, privatio « beneficii (nisi adjunctam habeant suspen- « sionem aliquam spiritualium actionum) « non sunt censurae; quia sunt poenae « temporales ».

Poenae
mere tem-
porales non
sunt censu-
rae.

3. - « 3°. Nec *degradatio* vel *depositio* « est censura. — Quia etsi sit poena spi- « ritualis, non tamen medicinalis, sed per- « petua; et ob peccatum praeteritum, « etiam emendatum, potest infligi ».

Degrada-
tio vel depo-
sitiō non est
censura.

Ita verius et communius Salmant. ⁴ cum Suarez, Bonacina, Palao, Coninck, Valentia, etc. (contra Gutierrez, Ledesma, etc.). Et clare colligitur ex cap. *Quaerenti, de verbor. signif.*, ubi sic habetur: *Quaerenti quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris litteris apponimus. Respondemus quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi.*

4. - « 4°. Nec *cessatio a divinis.* — « Quia non imponitur per modum medi- « cinae ad tollendam contumaciam; sed « ad propulsandam injuriam Ecclesiae fa- « ctam ».

Nec cessa-
tio a divi-
nis.

5. - « 5°. Nec *irregularitas*: sive sit « ex defectu, quia haec non est poenalis, « sed tantum impedimentum canonicum;

Nec irre-
gularitas.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 1. — ² Tr. 10, de Censur., cap. 1, n. 10. — ³ Loc. cit., n. 8. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 12. - *Suar.*, de Censur., disp. 1, sect. 3 et disp. 30. - *Bonac.*, de Censur., disp. 1, qu. 1, punct. 1, n. 4. - *Palao*, tr. 29,

disp. 1, punct. 1, n. 4. *Coninck*, disp. 13, de Censur., dub. 1. - *Valent.*, in 3^{am} Part., disp. 7, qu. 19, punct. 1. - *Gutier.*, Can. Quaest., lib. 1, cap. 3, n. 6. - *Petr. Ledesm.*, Sum., de Censur., cap. 1, concl. 3.

1. - a) S. Thomas, *1^a 2^{ae}, q. 87, art. 8, ad 2*, de poenis tractat quae aliquando pro peccatis alienis infliguntur, et dicit: « sunt

remedia quaedam vel medicinae contra culpas sequentes, ut vel ipsi qui puniuntur vel alii cohibeantur a similibus culpis ».

« sive sit ex delicto, quia haec non irrogatur per modum poenae medicinalis, sed punitivae et ex se perpetuae. Unde nec tollitur per absolutionem, sicut censura, sed per dispensationem. — Bonacina¹ ».

Idem docent Suarez², Bonacina³, Contin. Tournely⁴, Salmant.⁵, Palaus⁶, etc.

contra Sotum, Bañez, Covarruvias^{a)}, etc.). Et huic sententiae favet etiam Benedictus XIV⁷. — Vide dicenda n. 341.

« 6°. Quando in jubilaeis vel privilegiis datur potestas absolvendi a censuris, non comprehenditur irregularitas, nisi expresse addatur ». [Ut declaravit idem Benedictus XIV]⁸.

DUBIUM II.

Quotuplex sit Censura.

6. *Quotupliciter censurae dividantur.* — An censurae latae ab episcopo in synodo sint perpetuae et tamquam latae a jure. — 7. *Quando censurae reputentur esse latae sententiae.* — 8. *Quando ferendae.*

Quotupliciter dividantur censurae.

Censura a jure.

Ab homine.

Censura latae sententiae.

6. — « Resp. Dividitur I°. Essentialiter in *excommunicationem, suspensionem* et *interdictum*.

II°. Accidentaliter in eam quae est a *jure*, et fertur per canones, constitutiones vel statuta ecclesiastica, stabili ac permanente lege; — et eam quae est *ab homine*, quae scilicet fertur a iudice vel praelato per modum mandati vel sententiae judiciariae. Estque vel *particularis*, circa factum aliquod particulare aut certas personas; vel *generalis*, quae nulla singularis facti aut personae determinatione fertur ».

Nota igitur quod censurae quas fert episcopus *in synodo* dioecesana, dicuntur latae per modum statuti: et hae, tamquam latae a *jure*, durant post mortem episcopi. — Aliae vero *extra synodum*, dicuntur latae *ab homine* per modum praecepti seu mandati aut sententiae: et hae per mortem ferentis cessant, sive praeceptum sit particulare sive generale. — Ita Roncaglia⁹, Salmant.¹⁰, Croix¹¹ cum Dicastillo^{a)}.

« III°. In eam quae est sententiae latae, quam scilicet jus aut iudex statuit ipso

« facto (quo quis v. gr. contra legem facit), sine alia sententia incurram; et in eam quae est *ferendae*, quam jus aut iudex non vult ipso facto incurri, sed per sententiam infligi. — Pro quibus dignoscendis, consideranda sunt verba quibus censura fertur; quae, si includant alterius actionem seu ministerium, significant censuram esse sententiae *ferendae*; *latae* vero, si non includant. — Si vero ambigua sint, teneri potest regula 49 juris in 6°, quod in dubio circa poenas benignior interpretatio sit facienda ».

Ita etiam Sporer¹², Contin. Tournely¹³, Concina¹⁴; item Filiuccius, Machado, etc. cum Salmant.¹⁵, ex cap. *Odia* et ex cap. *In poenis*, de reg. juris in 6°.

« Unde resolves:

7. — « I°. Est censura *latae* sententiae: 1°. Si verba sint praeteriti aut praesentis temporis: v. gr. *Excommunicavimus*, *excommunicatus est* vel *fuit*. *Excommunico*, *suspenduntur*, *interdicuntur*. *Volumus* aut *jubemus esse excommunicatum, suspensum*, etc. — 2°. Si adda-

Ferendae sententiae.

Quando nam reputatur latae sententiae.

¹ De Censur., disp. 1, qu. 1, punct. 1, n. 4. — ² De Censur., disp. 1, sect. 3, v. *Contra hanc*. — ³ Loc. cit. — ⁴ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Idem demique*. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 12 et 15. — ⁶ Tr. 29, disp. 1, punct. 1, n. 4. — ⁷ Sotus, in 4, dist. 22, qu. 3, art. 1, v. *Secundum discrimen*. — Bañez, in 2^{um} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, quaestiunc. 4, dub. 1. — ⁸ Encycl. *Inter praeteritos*, de die 5 Decembr. 1749,

§ 50. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Tract. 4, de Censur., qu. 1, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — ¹¹ Tr. 10, cap. 1, num. 16. — ¹² Lib. 7, num. 7. — ¹³ Suppl. Decal., cap. 3, num. 6. — ¹⁴ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Dividitur* 3. — ¹⁵ De Censur., diss. 1, cap. 1, num. 5. — *Fill.*, tr. 11, num. 17. — *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 1, num. 7. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 1, num. 18.

5. — ^{a)} Covarruvias ita profecto citatur a Salmant.; sed non citatur apte saltem quoad irregularitatem; et solum in *cap.* Alma mater, *part. 2*, § 2, n. 1, vocat censuram cessationem a divinis.

6. — ^{a)} Dicastillus, *de Censur., disp. 1, dub. 9*, dicit episcopum posse censuras ferre perpetuo duraturas, etiam extra synodum, quibusdam exceptis, n. 165. Idemque videntur insinuare Salmant. et Croix, dum distinguunt

« tur particula: *ipso jure, ipso facto, vel sine alia sententia*. — 3°. Si verba sint « imperativi modi, v. gr. *Incidat in excommunicationem, maneat interdictus*, etc. « Ratio, quia haec omnia nullius actionem interponunt ».

Quando-
nam ferenda
daē sententiaē.

8. - « II°. Sententiae ferendae est, saltem ut plurimum:

1°. Si verba sint futuri temporis, v. gr. *Excommunicabitur, suspendetur* ». — [Ita [Contin.] Tournely¹ et Concina²].

« 2° Si dicatur: *Excommunicetur, suspendatur, volumus excommunicari* ». — [Ita Sporer³; sed vide hic in fine].

« 3°. Si verba sint minatoria, v. gr. *Sub poena excommunicationis, sub interminatione anathematis*, etc.: nisi tamen ex « adjunctis aliud colligatur »^{a)}.

Ita etiam Salmant.⁴ cum Filliuccio, Avila, etc.; Concina⁵ et [Contin.] Tournely⁶. — Item si dicatur: *Volumus excommunicari, suspendi*, etc. Roncaglia^{b)}.

¹ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Dividitur* 3°. — ² De Censur., diss. 1, cap. 1, n. 5. — ³ Suppl. Decal., cap. 3, n. 6. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, num. 18 et 19. *Fill.*, tr. 11, num. 20. *Avila*, part. 2, cap. 2, dub. 2. — ⁵ Loc. cit., num. 5. — ⁶ Loc. cit. — *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 1, num. 6. *Tertia. Gasp. Hurtad.*, de Censur. in comm., diff. 5,

Si autem dicatur: *Excommunicatus sit*, Bonacina, Hurtadus, etc. cum Salmant.⁷ tenent excommunicationem esse latae sententiae. Sed Sanchez, Laymann^{c)}, etc. volunt esse ferendae. Utraque est probabilis.

Si dicitur: *Anathema sit*, Sanchez et Dicastillus apud Croix⁸ dicunt esse ferendae (contra Suarez et [Contin.] Tournely⁹: nisi fiat contra haeresim.

Quod autem, ait Busenbaum, si dicatur: *Excommunicetur, suspendatur*, etc., intelligi ferendae sententiae, hoc explicandum est si praeceptum excommunicandi, suspendendi, etc., alteri (puta episcopo) imponatur. — At si absolutè modo imperativo profertur, censura dicenda est latae sententiae; ut pro certo asserit Bonacina¹⁰, et communiter docent Silvester^{d)}, Angelus^{d)}, Armilla^{d)}, Suarez^{d)}, Vasquez^{d)}, Avila^{d)} et Dicastillus^{d)}, apud Croix^{d)}.

num. 20. — ⁷ Loc. cit., num. 19. — *Sanch.*, de Matr., lib. 7, disp. 12, num. 2; et Decal., lib. 2, cap. 38, num. 91. *Sanch.*, loc. cit. *Dicast.*, de Censur., disp. 1, n. 110. ⁸ Lib. 7, num. 9. — *Suar.*, disp. 3, sect. 3, v. *Item quaeri*. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Loc. cit., num. 6, resp. 2, v. *Secunda regula*.

censuras ab homine a censuris a jure quae sunt per legem et statutum, nec loquuntur de synodo.

8. - ^{a)} Limitationem istam omittunt Salmant. Concina et Contin. Tournely.

^{b)} Roncaglia, *loc. cit.*, cap. 1, qu. 2, resp. 4, formulam hanc non habet.

^{c)} Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 2, n. 3*, dicit hanc esse ferendae sententiae, nisi tamen, ut limitat, aliunde constet esse latae sententiae.

^{d)} Auctores isti non citantur a Croix, *loc. cit.*, n. 9, pro formulis hic relatis; et profecto Silvester v. Excommunicatio I, n. 22; Angelus, v. Excommunicatio II, n. 7; Armilla, v. Excommunicatio, n. 18; Suarez, *disp. 3, sect. 2, v. Sed quid*; Vasquez, in *1am 2ae disp. 173, cap. 1, n. 3 et 6*; Avila, *part. 2, cap. 2, disp. 1, dub. 2*; Dicastillus, *loc. cit. n. 102*, dicunt formulas istas esse ferendae sententiae, quia requirunt alterius ministerium.

DUBIUM III.

Qui possint ferre Censuram, et in quos.

9. *Quis possit censuram ferre.* — 10. *Ex potestate ordinaria, possunt* 1. *Papa.* 2. *Episcopi.* *An autem eorum vicarii.* 3. *Praelati regulares.* 4. *Concilia et capitula.* 5. *Qui hoc habent ex privilegio.* — 11. *Quis possit ferre censuras ex potestate delegata.* — *Non possunt* 1. *Parochi.* 2. *Laici.* 3. *Feminae.* — 12. *Quot conditiones requirantur ut quis possit censuram ferre:* 1. *Ut sit vir.* 2. *Baptizatus.* 3. *Tonsuratus.* 4. *Compos rationis.* 5. *Ut habeat jurisdictionem expeditam.* 6. *Ut libere agat.* — 13. *Quae conditiones. ut quis possit censura ligari:* 1^o *Ut sit homo.* 2^o *Baptizatus.* 3^o *Compos rationis.* *An ebrui vel amentes ad tempus.* — 14. *An impuberes doli capaces.* — 15. 4^o *Ut sit subditus.* — 16. *An reges.* — 17. *An peregrini.* — 18. 5^o *Ut sit persona determinata, quoad excommunicationem.* — 19. *An excommunicatio in communitatem sit valida et licita.* — 20. *Praelati regulares possunt censuras ferre in subditos ubique existentes.* — 21. *Qu. 1. An episcopus existens extra dioecesim possit ferre censuras in subditos.* — 22. *Qu. 2. An contra existens in Dioecesi possit ligare censura subditum extra degentem.* — 23. *Qu. 3. An subditus delinquens extra dioecesim incurrat censuram latam per praeceptum in futuros delinquentes.* — 24. *An monasteria regularium sint loca exempta.* — 25. *Quid, si agatur de damno resarciendo.* — 26. *Qu. 4. An episcopus possit censuras ferre in subditum alienum delinquentem in sua dioecesi.* — 27. *Qu. 5. An censura lata generaliter liget alienigenas.* — 28. *Quomodo quis ligari possit pluribus censuris.*

Quis possit censuram ferre.

9. — « Resp. I^o. Censuram ferre potest « omnis ac solus superior ecclesiasticus, « habens in foro externo seu contentioso « jurisdictionem sive ordinariam sive de- « legatam ».

Est de fide contra novatores, quod Ecclesia potestatem habet ferendi censuras, quibus suos subditos bonis spiritualibus privet; ex concilio Constantiensi¹, et ex bullis Martini V et Leonis X.

Ex potestate ordinaria possunt:

10. — Porro *ordinariam*, quae est ratione officii vel alterius juris, potestque « delegari clerico clericatus privilegio gaudenti (ut Bonacina², Laymann³ ex cap. « *Cum ab ecclesiarum, de off. jud. ordin.*, « S. Thomas, etc. docent), habet:

¹ Sess. 8, ap. Labbe, tom. 16, col. 120. — *Martin. V*, bulla *Inter cunctas*, § 11, de die 22 Febr. 1418, in Bullar. Mainardi. — *Leo X*, bulla *Exurge Domine*, § 2 et 3, de die 15 Junii 1520, in cit. Bullar. — ² Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 6.

« 1^o. *Papa*, respectu totius Ecclesiae.

« 2^o. *Patriarchae, Archiepiscopi* ». —

[Respectu tantum subditorum suae dioecesis, non vero aliarum suffraganearum, nisi tempore visitationis, aut nisi causa sit per appellationem ad ipsos devoluta. Palaus⁴, Coninck⁵ et Salmant.⁶ ex cap. *Venerabilibus, de sent. excomm. in 6. a*].

« *Episcopi* ». — [Dummodo sint confirmati, esto non consecrati; quia per confirmationem jam accipiunt jurisdictionem. [Contin.] Tournely⁷ et Salmant.⁸, ex cap. *Transmissam, de elect.*] — Eorumque *Vicarii Generales* ». [Hoc tamen negant Sayrus^b, Ugolinus^b) et alii, apud

1^o Papa.
2^o Patriarchae, archiepiscopi.

Episcopi.

Et eorum vicarii generales.

— ³ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 3, n. 1. — *S. Thom.*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, solut. 1 et 2. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, n. 2.

— ⁵ Disp. 13, dub. 4, n. 31. — ⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 29. — ⁷ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, v. *Dico I.* — ⁸ Loc. cit., n. 29.

10. — ^a) Cap. *Venerabilibus* loquitur de potestate quam habet archiepiscopus absolvendi a censuris latis a suffraganeis; sed eadem est potestas ligandi et solvendi, proindeque recte citatur hoc loco.

^b) Sayrus, *de Censur.*, lib. 1, cap. 5, n. 11; et Ugolinus, *de Censur.*, tab. 1, cap. 2, § 20, n. 7, quidquid dicat Croix, tenent sententiam affirmantem quae S. Alphonso probatur. « Vicarii generales episcoporum (sunt verba Sayri),

quamvis sacerdotes non sint, excommunicare possunt et absolvere a censuris, dummodo primam tonsuram habeant... Quia potestas excommunicandi jure competit eis qui habent jurisdictionem ecclesiasticam ordinariam in foro exteriori, etiam si sint episcopis inferiores ». — Ugolinus vero: « Vicarius... episcopi ordinarius iudex est, ordinariamque jurisdictionem habet... Hinc fit ut et censurae ab hujusmodi vicariis legitime in subjectos ferantur ».

Croix¹. Sed verius affirmant cum Busenbaum, Fagnanus², Bonacina³, [Contin.] Tournely⁴; item Suarez, Sanchez, Gutierrez, Garcia et plures, apud Croix.⁵ Quia hoc pertinet ad ordinariam potestatem vicarii, qui cum episcopo unum facit tribunal; ut ex cap. *Romana, de appellat. in 6, et cap. 2, de consuetud. in 6.*]

3º Praelati regulares.

« 3º. *Generales, provinciales et superiores locales religionum* » [Uti etiam priores, guardiani, rectores; ut Suarez⁶, Bonacina⁷, Palaus⁸ et Salmant.⁹ ex cap. *Cum in ecclesiis, de majorit. et obedient.*] — « respectu suorum subditorum.

4º Concilia et capitula.

« 4º. *Congregationes religionum, concilia provincialia episcoporum, capitula provincialia quorundam religiosorum* ». — [Ac capitulum ecclesiae cathedralis, sede vacante, seu vicarius capitularis pro eo. Salmant.¹⁰, ex cap. *Cum olim, de majorit. et obed. c*].

5º Qui hoc habent ex privilegio.

« Et denique 5º. Quidam alii ex concessione; ut multi archidiaconi, archipresbyteri et decani ».

Adde quod censuras ferre possunt omnes qui per communem errorem cum titulo praesumpto, tamquam superiores habentur ex leg. *Barbarius, ff. de offic. praetor.*, et can. *Infamis, caus. 3, qu. 7.* — Vide Salmant.¹¹.

Quis possit ferre censuras ex potestate delegata.

11. — « *Delegatam* habent, quibus ea committitur ab ordinariam habente: cuius jus morte expirat ». [Nisi causa a delegato jam sit incepta, etiam per solam citationem: ex cap. *Gratum de off. et pot. jud. deleg.*] « Nec delegatus potest alteri delegare: nisi habeat specialem hujus commissionem, ut, si sit delegatus Pa-

« pae ». [Ex cap. 3, de off., et pot. judic. deleg. propter privilegium quod habent delegati a Pontifice].

« Unde resolves:

« Non possunt potestate ordinaria ferre censuram:

« 1º. *Parochi* ». — [Ut communiter Contin. Tournely¹² cum D. Thoma^{a)}, D. Bonaventura^{a)}, etc.; et Salmant.¹³ cum Suarez, Soto, etc.; cum potestas eis concessa ex jure communi sit abrogata per consuetudinem].

Non possunt parochi,

« 2º *Laici*; quia non sunt capaces jurisdictionis ecclesiasticae: — uti et religiosi « professi non habentes primam tonsuram.

nec laici,

« 3º. *Feminae*, licet sint priorissae vel abbatissae; quia non sunt capaces jurisdictionis seu potestatis clavium. — « Quando vero in jure dicuntur posse « subjectos sibi clericos suspendere ab « officio vel beneficio, suspensio non accipitur proprie pro censura, cujus violator « irregularitatem incurrit; sed late et improprie pro praecepto quo abbatissa clericus sibi quodammodo subjecto prohibet celebrationem, donec satisfecerit, « subtrahens ei redditus interea. — Vide « Bonacina¹⁴, Laymann¹⁵ ».

nec feminae.

12. — Hic sedulo notandum quod ut aliquis possit censuras ferre, sex conditiones requiruntur:

Ut quis possit censuras ferre, requiritur:

Requiritur 1º. Ut sit *vir*; saltem loquendo de potestate ordinaria.

1º Ut sit vir.

An autem *Papa, ex plenitudine potestatis, possit committere mulieri facultatem ferendi censuras?* — Probabilius negant Salmant.¹⁶ cum S. Thoma^{a)}, Coninck, Soto^{a)}, etc. (contra Croix¹⁷ cum Paludano,

¹ Lib. 7, n. 24. — ² In cap. *Quoniam*, de off. deleg., n. 15, 41 et 42. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 5. — ⁴ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, v. *Dico 1.* — *Suar.*, de Censur., disp. 20, sect. 1; et disp. 2, sect. 2. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 29, n. 16, resp. ad 2. — *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 11, n. 8. — *Garcia*, de Benef., part. 5, cap. 8, n. 94. — ⁵ Loc. cit., n. 24. — ⁶ Disp. 2, sect. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 5. — ⁸ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, n. 2. —

⁹ Tr. 10, cap. 1, n. 31. — ¹⁰ Loc. cit., n. 32. — ¹¹ Loc. cit., n. 38. — ¹² De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, *Dico 1*, v. *Quaeres*. — ¹³ Loc. cit., n. 33. — *Suar.*, de Censur., disp. 2, sect. 2. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, concl. 2. — ¹⁴ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 3 et 4. — ¹⁵ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 3, n. 2 et 3. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 48. — *Coninck*, disp. 13, n. 33. — ¹⁷ Lib. 7, n. 19. — *Palud.*, in 4, dist. 19, qu. 2, art. 1, concl. 3 (n. 6).

^{c)} Cap. *Cum olim* tractat de facultate confirmandi vel annullandi electiones, sede vacante.

11. — ^{a)} D. Thomas, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, sol. 1, equidem dicit parochos non posse excommunicare, sed addit « nisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus

sicut in furto et rapina et hujusmodi, in quibus est eis a jure concessum quod excommunicare possint ». Item D. Bonaventura, in 4, dist. 18, part. 2, qu. 3.

12. — ^{a)} S. Thomas, in 4, dist. 19, qu. 1, art. 1, sol. 3, ad 4, absolute dicit: « Mulier... non potest habere aliquam jurisdictionem spi-

Leandro, etc.). Ratio, quia potestas haec data est Apostolis et eorum successoribus, quibus traditae sunt claves Ecclesiae; potestas autem clavium nullo modo mulieribus tradi potest.

2° Baptizatus.

Requiritur 2°. Ut sit *baptizatus*; quia qui non est in Ecclesia, non est capax ecclesiasticae jurisdictionis. — Ita verius Suarez, Candidus et Salmant.¹; contra Ugolinum^{b)}, etc.

3° Saltem tonsuratus.

Requiritur 3°. Ut sit saltem *prima tonsura insignitus*: alias nequit jurisdictionem spiritualem habere, cum non sit in ordine ecclesiastico adhuc constitutus. Ita Salmant.² cum S. Thoma, ex cap. *Ecclesia Sanctae Mariae, de constit.*, ubi laicis spiritualia tractare prohibetur. Et ideo, laicus nequit in vicarium ab episcopo eligi; ut Salmant.³ cum Covarruvias. — Communiter tamen dicunt doctores, quod ex commissione Pontificis posset laicus ferre censuras; quod enim censuras ferens debeat esse Ecclesiasticus, est de jure positivo, in quo potest Papa dispensare. Ita Palaus⁴, Contin. Tournely⁵, Bonacina⁶; Salmant.⁷ cum Coninck et Candido, ac Croix⁸ cum communi.

4° Compos rationis.

Requiritur 4°. Ut sit *compos rationis*; est commune. Vide Salmant.⁹. — Imo debet habere *intentionem* ligandi eum contra quem fert censuram, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom.*^{c)}. Ex quo infertur 1°. Quod si praelatus intendit aliquem eximere a generali sententia, ille

non incurrit. Infertur 2°. Quod si praelatus censuram ferat sine animo ligandi, censura non incurritur. Infertur 3°. Quod si quis excommunicatur ad instantiam partis, ille solum juxta intentionem partis manet ligatus. — Ita Salmant.¹⁰.

Requiritur 5°. Ut habeat *jurisdictionem expeditam quoad usum*. Hinc episcopus excommunicatus, suspensus, haereticus aut schismaticus nequit ferre censuras, ex cap. *Exceptionem, de except.* Et ideo vicarius episcopi excommunicati aut suspensi nec potest ferre censuras, ex *c. 1, de offic. vicar. in 6°*.

5° Ut habeat jurisdictionem expeditam.

Occultus tamen haereticus aut excommunicatus valide, etsi illicite, fert censuras: ita communiter Suarez¹¹, Sotus¹², Diana^{d)}; et Salmant.¹³ cum Sayro, Cornejo et Leandro. Et ratio est, quia propter publicum bonum (nisi sit vitandus), Ecclesia illi conservat jurisdictionem; ut dicit Sayrus¹⁴. — Imo Cornejo, Sayrus, Bonacina, Diana, Avila, etc., apud Salmant.¹⁵, tenent etiam *publice* excommunicatum valide ferre censuras (si non sit nominatim denunciatus, vel publicus clerici percussor): ex extravag. Martini V *Ad evitanda*, ubi sancitur, excommunicatum toleratum, in eis quae pertinent ad publicum officium, non esse vitandum, nec etiam ab illis qui id sciunt.

Requiritur 6°. Ut censuram ferens *libere agat*, non coacte, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom.*^{c)}.

6° Ut libere agat.

Leand., de Censur., tr. 1, disp. 2, qu. 31. — *Suar.*, disp. 2, sect. 3, v. *Tandem*. — *Candid.*, de Censur., disquis. 22, art. 6, dub. 2. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 51. — ² Loc. cit., n. 52 et 53. — *S. Thom.*, in 4, dist. 18, qu. 18, qu. 2, art. 2., sol. 2. — ³ Loc. cit., n. 52. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 11, num. 3. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, num. 3. — ⁵ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, *Dico 2*, v. *Quaeres 1*. — ⁶ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, num. 6. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 52. — *Coninck*, disp. 13, n. 32. — *Candid.*, disquis. 22,

art. 6, dub. 2. — ⁸ Lib. 7, n. 19. — ⁹ Loc. cit., n. 55. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 14, sect. 1, v. *De occulte*. — ¹² In 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, concl. 3. — ¹³ Loc. cit., n. 58. — *Sayr.*, de Censur., lib. 1, cap. 5, n. 34 et seqq. — *Cornejo*, de Censur., disp. 2, dub. 4, concl. 1. — *Leand.*, tr. 1, disp. 2, qu. 37. — ¹⁴ Loc. cit., n. 35. — *Cornejo*, loc. cit., concl. 2. — *Sayr.*, loc. cit., n. 35. — *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 5, n. 3. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 135. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 3, v. *Tertia opinio*. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 58,

ritualem...; unde mulier non habet neque clavem ordinis neque clavem jurisdictionis». — Sotus vero, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 4, v. *Haec autem dicta sint*, scribit: « Ex commissione non video cur non possint hanc habere potestatem constituendi hujusmodi praecepta spiritualia ... citra tamen excommunicationis censuram: nam haec facultas nunquam mulieribus commissa est, nec eis committere decet ».

^{b)} Ugolinus, *tab. 1, cap. 2, § 9*, non negat requiri ut sit baptizatus, imo id plane requirit

cum ceteris; sed ait fortasse a Romano Pontifice posse hanc facultatem committi non baptizatis, quod negant Salmant.

^{c)} Cap. *Cum voluntate* non loquitur de ipso ferente censuras; huc tamen adducitur in quantum plane significat actiones sumere efficaciam ab intentione agentis.

^{d)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 50*: « Multi, inquit, ... asserunt talem judicem non habere auctoritatem excommunicandi, et quod si tentet excommunicare, excommunicationem esse nullam ... Contraria sententia est communis

An autem *censura lata ex metu gravi sit valida?* — Negant Cornejo, Sayrus et Ugolinus, apud Salmant.¹ — Verius tamen affirmant Suarez², Bonacina³, Palaus⁴, [Contin.] Tournely⁵; et Salmant.⁶ cum Coninck et Villalobos. Ratio, quia actus metu gravi factus de se est validus, nisi speciali jure positivo irritetur.

Certum tamen est quod absolutio per metum extorta invalida est. *ex cap. un. de iis quae vi metusve causa, in 6^o*. Vide Salmant.⁷ — Modo metus sit injuste incussus: secus, si juste, ut ait Roncaglia⁸.

13. - « Resp. In omnes et solos subditos « alicui superiori ecclesiastico, potest ferri « censura; quia subjectio et jurisdictio sunt « correlativa. — Laymann⁹.

« Unde resolves:

1^o. *Non baptizati* non incurrunt censuras (licet sint catechumeni); nec *mortui*; quia non subsunt jurisdictioni Ecclesiae.

« Nec refert, quod quandoque mortui « dicantur excommunicari: non enim de « novo ligantur; sed excommunicatio prior « tantum declaratur, ac vivis prohibetur « ne cum iis agant, orando pro illis, se- « peliando, etc. Similiter dicuntur absolvi « ab excommunicatione, quando sepul- « tura et orationes publicae pro illis per- « mittuntur. — Laymann¹⁰ ».

Ut igitur quis censura ligari possit, quinque requiruntur:

1^o. Ut sit *homo*; bruta enim improprie dicuntur anathematizari.

2^o. Ut sit *baptizatus*.

3^o. Ut sit *rationis compos*; nam pueri

et perpetuo amentes, sicut sunt incapaces culpa, ita et censurae.

An autem *ipsi ligari possint interdicto locali, ita ut sint excludendi a divinis officiiis?* — Negant Suarez¹¹, Tournely^{a)}; et Salmant.¹² cum Suarez, Avila, Cornejo (contra Sayrum et Candidum); quia incapaces sunt poenae. — Illi vero qui ad tempus tantum ratione carent (ut amentes ad tempus, ebrii, dormientes): hi ligantur censuris, si tempore quo erant rationis compotes causam dederunt. Salmant.¹³ cum Suarez, Palaus, Coninck, etc.

14. - An vero *impuberes doli capaces ligari possint censuris?*

Resp. Si censura feratur per modum *praeccepti*, omnes doctores affirmant. — Si tamen per modum *sententiae*, negant Sayrus, Villalobos, etc.; quia impuberes difficulter tueri se possunt in iudicio. Sed adhuc affirmant probabiliter Palaus¹⁴, Suarez¹⁵, Croix¹⁶, Bonacina¹⁷, [Contin.] Tournely¹⁸, Holzmann¹⁹; et Salmant.²⁰ cum Coninck; quia, si non per se, saltem per alium se defendere valent.

Advertendum tamen quod censurae *generaliter* latae a jure vel ab homine, non incurruntur ab impuberibus. — Nisi hoc expressum sit in lege; ut expressum est de ingressu puerorum in monialium monasteria in concilio Tridentino²¹, ubi dicitur: *Cujuscumque... aetatis fuerit*. Idemque est expressum de impuberibus clericorum percussoribus, ex cap. *Pueris, fin., de sent. excom.* Ita communiter Leander, Sotus, Azor, Sà, Sayrus, etc. cum Salmant.²² (contra Dicastillum apud Croix²³).

Impuberes doli capaces possunt ligari censuris latis per modum praeccepti.

Regulariter non possunt ligari censuris generaliter latis.

Ut quis possit censura ligari requiritur 1^o ut sit homo.

2^o Baptizatus.

3^o Rationis compos.

Cornejo, de Censur., i. g., disp. 2, dub. 4, v. *Tertia conditio*. - Sayr., loc. cit., cap. 16, n. 9. Ugolin., tab. 1, cap. 2, § 4, n. 2 et 3. ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 59. — ² Disp. 2, sect. 5, v. *Quocirca*. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 12, n. 1. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 2. — ⁵ Part. 1, cap. 3, art. 1, v. *Quaeres*. — ⁶ Loc. cit., n. 60. - Coninck, disp. 13, n. 36 et seqq. - Villal., part. 1, tr. 16, diff. 6, n. 7. — ⁷ Loc. cit., n. 59. — ⁸ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 7, resp. 2. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 3, i. f. — ¹⁰ Loc. cit., n. 1 et 2. — ¹¹ Disp. 36, sect. 2, v. *Hinc vero*. — ¹² Loc. cit., n. 167. - Suar., loc. cit. - Avila, part. 5, disp. 4, sect. 2, dub. 5. - Cornejo, de Censur., i. g., disp. 9, dub. 3, v. *Infero 2*. Sayr., lib. 1, cap. 8, n. 2. - Candid., disquis. 22, art. 9, n. 2, v. *Tertium*. — ¹³ Loc. cit., n. 167. - Suar., disp. 5, sect. 1, v. *Hic vero*. - Palaus,

tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 1, v. *Quarto*. Coninck, disp. 13, num. 46 et 47. — Sayr., lib. 1, cap. 8, num. 4. — Villal., part. 1, tr. 16, diff. 14, n. 5. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 2. — ¹⁵ Disp. 5, sect. 1, v. *Ex quo*. — ¹⁶ Lib. 7, n. 42. — ¹⁷ Disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 9. — ¹⁸ De Censur., part. 1, cap. 3, artic. 3, dico 1, v. *Hinc sequitur*. — ¹⁹ De Poenis Eccles., num. 102. — ²⁰ Tr. 10, cap. 1, num. 168. - Coninck, disp. 13, num. 45. — ²¹ Sess. 25, de Regular., cap. 5. — *Leand.*, tract. 1, disp. 3, qu. 12. *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 1, art. 8, i. f., v. *De verbo*. *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 29, qu. 6. - Sà, v. *Censura*, num. 2 (edit. genuin.). Sayr., loc. cit., num. 4. ²² Tract. 10, cap. 1, num. 168. — *Dicast.*, de Censur., disp. 1, num. 232. ²³ Lib. 7, num. 42.

aliorum, quod jurisdictio excommunicandi vel suspendendi non tollitur nisi per manifestam sententiam ».

13. - a) Contin. Tournely haec dicit, *part. 2, cap. 3, art. 1. v. f.*, v. *Not. 3*, de interdicto personali generali.

Hinc infert Caelestinus impuberes nec vi monitorii teneri ad revelandum.

4° Ut sit subditus.

15. — 4°. Ut sit *subditus*. — Qua de re, Summus Pontifex nequit censura ligari: non quidem ab alio, quia superiorem non habet; neque a se, quia non tenetur praeceptis suis vi coactiva, sed solum directiva. Excipe si Papa sit haereticus; quia concilium generale tunc potest eum cogere per censuras, ex can. *Si Papa dist. 40*. — Et ideo nec episcopi ligantur censuris ab ipsis emanatis. Salmant. ¹.

Si vero censurae sint a *jure*, eas nec etiam incurrunt episcopi aut cardinales (ut Salmant. ²): nisi de ipsis expressa mentio fiat ex can. *Quia periculosum, in 6°*. — Hoc tamen ajunt Salmant. ³ cum Palao, Suarez, Bonacina, Sayro et communi, dumtaxat intelligi de suspensione et interdicto (de quibus fit mentio in dicto Cap.); non autem de excommunicatione, cui subjacent episcopi, etiamsi in lege de iis nulla mentio fiat.

16. — *Reges* autem et *reginae*, quamvis subditi sint episcopis in spiritualibus, jure tamen novo non possunt ligari censuris nisi a Papa: et hoc, ex privilegio quod eis communiter ab auctoribus attribuitur, ut dicunt Salmant. ⁴ cum S. Antonino Palao, Cornejo, Avila, etc.

17. — An autem *episcopus possit ferre censuras in peregrinos ad cavenda crimina?*

Probabilius episcopus hoc nequit facere.

Affirmant aliqui apud Croix ⁵; quia ratione delicti ipsi jam fiunt subditi. Sed negant probabilius Lugo ⁶ et alii quos retulimus de *Sacram. Poenit.*, n. 591, v. *Non tamen*. — Notandum tamen quod, licet episcopus probabilius non possit censu-

Coelestin. Suessionen., Compend. theol. mor., tr. 3, cap. 6, v. *Dico 9*. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 159. — ² Loc. cit., n. 160. — ³ Loc. cit. *Palao*, tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 3. — *Suar.*, disp. 5, sect. 4, v. *Omissis*. — *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 15 et 16. — *Sayr.*, lib. 1, cap. 8, n. 25. — ⁴ Loc. cit. *S. Anton.*, part. 3, tit. 24, cap. 75, § 2. — *Palao*, tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 3. *Cornejo*, disp. 9, dub. 4, i. f. — *Avila*, part. 2, cap. 4, dub. 4. — ⁵ Lib. 7, n. 32. —

ram ferre in peregrinum ante monitionem: potest tamen, postquam ille deliquerit in loco, et episcopus eum citaverit, juxta dicenda n. 26.

18. — Requiritur 5°. Ut sit *persona determinata*: hoc tamen intellige quoad excommunicationem tantum. — Quare licet posset suspendi aut interdici aliqua civitas aut collegium, non potest tamen illud excommunicari; ut communiter docent S. Thomas ⁷; Palao, Bonacina, Henriquez ^{a)}, etc. cum Salmant. ⁸. Imo, nec ferri potest excommunicatio in aliquem incertum ex communitate (qui scilicet tale crimen patriverit): quo casu censura est etiam nulla, ut notant Roncaglia ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Candido. — Hoc tamen currit si excommunicatio feratur per modum sententiae. Nam si feratur per modum statuti aut praecepti, in quo aliquid praecipitur sub excommunicatione: tunc nulli dubium quod omnes transgressores eam incurrunt. Salmant. ¹¹.

5° Requiritur ut sit persona determinata.

19. — Quaeritur autem: *an excommunicatio lata in communitatem per modum sententiae sit non solum illicita, sed etiam invalida?*

Resp. Si censura feratur in aliquos tantum transgressores ex communitate; certe est nulla, ut omnes dicunt.

Si vero, facto examine, omnes illius communitatis nocentes reperiantur: tunc valide ac etiam licite potest communitas illa excommunicari a Papa. — Ab aliis tamen praelatis illicite excommunicaretur, cum sit vetitum in cap. *Romana, de sent. excomm. in 6°*; sed non invalide, ut dicunt Avila, Henriquez, Ledesma, etc. cum Salmant. ¹² — Hinc, ut etiam licite

Excommunicatio in communitatem quandoque est illicita et invalida.

⁶ Respons. mor., lib. 6, dub. 22, n. 4. — ⁷ Suppl., qu. 22, art. 5. — *Palao*, loc. cit., n. 3. — *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 11. — ⁸ Loc. cit., n. 169 et 170. — ⁹ De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 1, v. *Sententia*. — ¹⁰ Loc. cit., n. 169. — *Candido*, disquis. 22, art. 9, dub. 2. — ¹¹ Loc. cit., n. 169. — *Avila*, part. 2, cap. 4, dub. 6, concl. 3. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 25, n. 4. — *Petr. Ledesma*, de Censur., cap. 5, concl. 7. — ¹² Tr. 10, cap. 1, n. 171.

18. — ^{a)} Henriquez, lib. 13, cap. 25, n. 4, de suspensione et interdicto plane concordat; de excommunicatione vero dicit quod si episcopus « contra praeceptum juris » excommunicaret collegium, ligaret si facta informatione novisset « omnes illius collegii per-

sonas deliquisse ». Papam vero facilius posse excommunicare collegium, quia « habet potestatem supra jus »; si tamen excommunicet communitatem, in qua « sunt quidam innocentes, excommunicatio est irrita et neminem ligat ».

episcopus aliquam communitatem excommunicet, debet singulos culpatores nominatim excommunicare. Salmant. 1.

Quaedam
solutiones.

« 2º. Advenae et peregrini, brevi tempore alicubi commorantes, non ligantur a censuris locorum, generali sententia aut a statuto decretis; quia non sunt subditi. — Laymann. 2.

« 3º. Etsi subditi extra suam dioecesim (vel in loco dioecesis exempto) delinquentes contra legem sui episcopi non incurrant censuram; superior tamen, saltem regularis, potest suos subditos, ubicumque existant, per particularem sententiam censuris innodare. — Vide Laymann 3.

« 4º. Haeretici, apostatae et schismatici possunt affici censuris, quia per Baptismum sunt subjecti Ecclesiae. — Vide Laymann 4.

« 5º. Solus Papa non potest incurrere censuram, quia nulli est subjectus. — Bonacina 5 ».

Praelati
regulares
quoad subditos.

20. - Communis est sententia quod praelati regulares possunt subditos suos censuris innodare ubicumque isti existant. — Ita Sanchez 6, Croix 7, [Contin.] Tournely 8, Salmant. 9 cum Avila, Candido, etc.

21. - Dubium vertitur quoad episcopos. Sed hic plures Quaestiones occurrunt.

Quaeritur 1º. *An episcopus extra propriam dioecesim existens possit contra subditos censuras ferre?*

Episcopus
extra dioecesim
non potest ferre
censuras.

Exceptis aliquibus casibus (ut infra), resp. negative, ex can. *Episcopi*, [caus.] 9, qu. 2, et ex clem. *Quamvis*, de foro comp. Ratio, quia nemo potest in alieno territorio jurisdictionem contentiosam exer-

cere. — Ita Palaus 10, Concina 11, [Contin.] Tournely 12; et Salmant. 13 cum Coninck, Avila, Cornejo, etc. — Casus excepti sunt: 1º. Si contumacia sit tam manifesta, ut non indigeat cognitione causae, ex can. *Manifesta*, [caus.] 2, qu. 1. — 2º. Si causa sit jam cognita in proprio territorio. — 3º. Si censura feratur, non per modum sententiae, sed per modum praecepti aut statuti ad futura crimina cavenda. — 4º. Si episcopus sit injuste expulsus a sua dioecesi. Quo casu potest in locis vicinioribus suam jurisdictionem exercere, petita, licet non obtenta, licentia ab Ordinario loci, ut ex cit. clem. *Quamvis*. — 5º. Si Ordinarius illius loci consentit, ex can. *Nullus primas*, [caus.] 9, qu. 2. Tunc tamen requiritur etiam consensus partium; quia nemo invitus trahi potest extra suum territorium. Ita Bonacina a), Palaus b), Concina 14 et [Contin.] Tournely 15; ac Salmant. 16 cum Avila a), Candido a) et Cornejo.

Exceptio-
nes.

Notant autem Salmant. 17 cum Candido, bene posse episcopum extra dioecesim existentem, sine strepitu iudicii absolvere a censuris; non vero judicialiter.

Potest tamen absol-
vere extra-
judicialiter.

22. - Quaeritur 2º. *An episcopus existens in sua dioecesi possit ligare censuris subditum in aliena existentem, sed pro crimine in propria commisso?*

Negant Basilius et Gabriel et alii. — Vide Croix 18.

Sed affirmandum cum communi et vera sententia, quia alias talis delinquens a nullo puniri posset. Ita Bonacina 19, Concina 20, [Contin.] Tournely 21; et Salmant. 22 cum Coninck, Cornejo, Diana et Candido. — Et licet citatio rei non possit fieri

Episcopus
in dioecesi
potest li-
gare cen-
suram sub-
ditum extra
degentem.

¹ Tr. 10, cap. 1, n. 171. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 5. — ³ Loc. cit., a n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 1. — ⁵ Disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 13. — ⁶ Decal., lib. 6, cap. 8, n. 33. — ⁷ Lib. 7, n. 28. — ⁸ De Censur., part. 1, cap. 3, art. 3, v. *Haec nostra*. — ⁹ Tr. 10, cap. 1, num. 103. *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 4. *Candid.*, disquis. 22, art. 27, dub. 6. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, num. 3. — ¹¹ Diss. 1, cap. 3, n. 8. — ¹² Loc. cit. art. 3, v. *Quaeres* 3. — ¹³ Loc. cit., n. 104. *Coninck*, disp. 13, n. 39. *Avila*, loc. cit., disp. 2, dub. 1. *Cornejo*, disp. 6, dub. 2. — ¹⁴ Diss. 1, cap. 3, num. 8. — ¹⁵ Part. 1, cap. 3, artic. 3,

quaer. 3, ad 1 limitat. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 1, num. 105. *Cornejo*, disp. 6, dub. 2, v. *Ab hac tamen*. — ¹⁷ Loc. cit., n. 105. *Candid.*, disquis. 22, art. 25, dub. 6. — *Basil. Pontius*, de Matr., lib. 5, cap. 7, num. 20. *Gabr. Biel*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, concl. 6. — ¹⁸ Lib. 7, num. 46. — ¹⁹ Disp. 1, qu. 1, punct. 11, num. 13. — ²⁰ Loc. cit., n. 9. — ²¹ Loc. cit., v. *Quaeres... Resp. 1*. — ²² Tract. 10, cap. 1, num. 107. *Coninck*, disp. 13, num. 62. *Cornejo*, disp. 6, dub. 2, qu. 2, v. *Dico 2*. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 32, v. *Nota 2*. — *Candid.*, disquis. 22, artic. 27, dub. 1, v. *Dico 2*.

21. - a) Bonacina, *disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 3*; Avila, *part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 1*; Candidus, *disquis. 22, art. 25, dub. 2, et 3*, requirunt utique consensum Ordinarii illius loci; de consensu vero partium non loquuntur:

quamvis Avila et Candidus pro utraque parte citentur a Salmant.

b) Palaus, *tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 3*, id praetermittit nec potui invenire locum ubi hoc habeat.

extra territorium; sufficit tamen ad censuram incurrendam ut reus in propria domo vel in loco publico proprii territorii citetur. Ita Salmant.¹ — Et hoc currit, etiamsi subditus delinquat extra dioecesim, si agatur de re quae in illa sit: prout si excommunicentur clerici omnes qui ad synodum non accedunt, etc. Ita Suarez², Bonacina³; et Salmant.⁴ cum Avila, Cornejo et Candido.

Limitatio.

Probabilius tamen est, quod si crimen extra territorium consummetur, reus censuram non incurrit. Ita Suarez⁵, Bonacina⁶ et Salmant.⁷ cum Cornejo, Diana et Candido (contra Villalobos et Sayrum); et probatur ex *cap. 2, de constitut., in 6°*. Casus esset, ex. gr. si sit lata censura contra stuprum committentes: eam non incurrit qui virginem extrahit a proprio territorio, et extra illud stuprum consummat. — Secus, si quis vulneret aliquem in ecclesia qui alibi moriatur (Salmant.⁸). Vel, si vulneret in dioecesi, et ille moriatur extra; ut [Contin.] Tournely⁹.

23. — Quaeritur 3°. *Si episcopus fert censuram in subditum suum per praeceptum particulare, si delinquat (puta, si furetur); utrum subditus, delinquendo extra territorium, censuram incurrat?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Suarez¹⁰, Sporer¹¹, Croix¹²; Laymann¹³ cum Abbate, Sà et Ugolino, ac Bonacina¹⁴ cum Salas et Filliuccio. — Ratio, quia statutum respicit territorium, et ideo extra illud neminem ligat. Praeceptum vero respicit personas, et ideo ligat etiam existentes extra territorium.

¹ Tr. 10, cap. 1, n. 108. — ² Disp. 5, sect. 4. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 7. — ⁴ Loc. cit., num. 109. *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 3. *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 6, dub. 2, v. *Dico 3*; et de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 4. *Candid.*, disquis. 22, art. 26, dub. 5. — ⁵ Loc. cit., v. *Atque hinc*. — ⁶ Loc. cit., num. 10. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, num. 111. — *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 6, dub. 2, v. *Dico 4*; et de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 5. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 33. *Candid.*, loc. cit., dub. 7 et 8. — *Villal.*, part. 1, tr. 16, diff. 16, num. 4. *Sayr.*, lib. 1, cap. 6, a num. 41; et cap. 7, num. 10. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, num. 111. — ⁹ Part. 1, cap. 3, art. 3, v. *Sed si lethaliter*. — ¹⁰ Disp. 5, sect. 5, v. *Tota ergo*, et v. *Imo hinc*. — ¹¹ Suppl. Decal., cap. 3, n. 13, ad VI. —

Secunda sententia negat. Et hanc tenent Holzmann¹⁵, Contin. Tournely¹⁶; Roncaglia¹⁷ cum Coninck, Hurtado et Antonio a Spiritu S.; item Avila, Sayrus, Henriquez, apud Laymann¹⁸. Idque probant ex *cap. Ut animarum 2, de constitut. in 6°*, ubi sic dicitur: *Statuto episcopi, quo in omnes qui furtum commiserint excommunicationis sententia promulgatur, subditi ejus furtum extra ipsius dioecesim committentes minime ligari noscuntur, cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune*. — Ergo, sicut statutum non ligat, non eo quod non afficiat personas, sed quia non licet episcopo jus dicere extra territorium: ita neque ligare potest praeceptum.

Juxta alios, non incurrit.

Utraque sententia est probabilis. — Sed prima videtur probabilior. Nam textui opposito respondetur quod, cum censura est lata per statutum, ideo episcopus non potest jus dicere extra territorium, quia statutum immediate afficit locum; ac propterea, quando subditus delinquit extra territorium, non agit contra legem, quae tantum locum afficit. At cum praeceptum particulare afficiat personam, et illi haereat quocumque discedat, ut fatetur ipse Holzmann^{a)}: ideo subditus, cum extra territorium ligetur praecepto, ligatur etiam censura.

Utraque sententia probabilis, sed prima probabilior.

Certum autem est ex praefato textu quod si episcopus nullum subdito antea dederit praeceptum sub poena censurae, nequit eum censura punire, si delinquat in aliena dioecesi. — Et idem dicendum, si ille delinquat in loco exempto; quia in

¹² Lib. 7, n. 43. — ¹³ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 7. *Abb. Panorm.*, in cap. fin. de foro compet., n. 42. *Sà*, v. *Judex*, § *De sententia et citatione*, num. 8. *Ugolin.*, tab. 1, cap. 9, § 3, num. 4. — ¹⁴ Disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 17. — *Salas*, de Legib., disp. 14, sect. 5, n. 78. *Fill.*, tr. 11, cap. 5, n. 153. — ¹⁵ De Poenis Eccles., n. 103. — ¹⁶ Loc. cit., art. 3, resp. 2, v. *Major est difficultas*. — ¹⁷ De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 3, resp. 1. *Coninck*, disp. 13, num. 61. *Gasp. Hurtad.*, de Censur. in com., diff. 8, num. 34. *Anton. a Spir. S.*, Director. confess., tr. 12, disp. 1, n. 126. — *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 1. *Sayr.*, lib. 1, cap. 6, n. 39 et 40. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 26, n. 1. — ¹⁸ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, num. 6.

23. — a) Holzmann, loc. cit. n. 103, v. *Dices*, hoc modo rem explicat; postquam negavit subditum extra dioecesim existentem posse feriri censura lata per praeceptum, objicit:

« Praeceptum praesertim speciale ... respicit personam subditi secundum se et independentem a loco, prout ipsimet concessimus *part. 1, n. 415*, ergo subditum ligat ubicumque exi-

eo manet, ac si esset in loco extra dioecesim, ex cap. *Cum episcopus, de off. ordinari. in 6°*; ex cap. 1, *de privileg. in 6°*, et clem. *Archiepiscopo, eod. tit.*

24. - *An autem ecclesiae et monasteria regularium sint loca exempta?*

Domus regularium sunt loca exempta.

Vide dicta *Lib. I, n. 157, v. An vero*, ubi diximus probabilem esse sententiam affirmativam, cum Bonacina, Sayro, Avila, Candido ac Salmant.¹ — Quibus adde Roncaglia² et Croix³: qui ait cum Avila^{a)}, Henriquez^{a)}, Hurtado^{a)}, Delbene, etc., quod si episcopus prohibeat statuto generali aliquid, puta lusum alearum, sub censura, eam non incurrit ludens in loco exempto.

Quid de damno resarciendo.

25. Notandum tamen hic quod si agatur de damno alteri resarciendo, et fur ille in proprium territorium veniat^{a)} atque ibi conveniatur de furto extra commisso: bene potest illius Ordinarius eum cogere sub censura ad restituendum. Ita Suarez⁴; et Salmant.⁵ cum Candido, Soto, Avila et Cornejo.

Ratio, quia, si postea ille delinquit, debitam restitutionem negligendo, recte episcopus ratione delicti eum excommunicat.

26. - *Quaeritur 4.º An episcopus possit censuris ligare alienum subditum in sua dioecesi delinquentem?*

Episcopus potest censuris ligare alienum delinquentem in sua dioecesi.

Affirma; quia quicumque delinquens sortitur forum illius loci ubi delinquit, ex cap. *fin. de foro compet.*

Bonac., disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 8. - *Sayr.*, lib. 1, cap. 6, n. 40 et cap. 7, num. 9. *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 5. *Candid.*, disquis. 22, art. 26, dub. 3. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 114. — ² Cap. 4, qu. 3, resp. 1, v. *Quae dicta sunt*. — ³ Lib. 7, n. 45. *Delbene*, de Immun. Eccles., cap. 12, dub. 1, sect. 4. — ⁴ Disp. 5, sect. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 112. - *Candid.*, disquis. 22, art. 27, dub. 2. - *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, v. *Si autem Salmantinus*. *Avila*,

Excipe 1º. Si delinquens esset illius episcopi superior, ut ejus archiepiscopus vel patriarcha. — Secus, si episcopus non esset illi suffraganeus; nam, licet par in parem jurisdictionem non habeat (ut notant Salmant.⁶ cum Ugolino): ratione tamen delicti, ille archiepiscopus fit episcopi subditus, ut dicunt Salmant.⁷ cum Cornejo. Ex qua ratione, sentit Croix⁸ (contra Salmant.⁹) cum Pignatello^{a)} et Gibalino, afferente declarationem S. Congregationis, quod episcopus etiam archiepiscopum suum in dioecesi episcopi delinquentem^{b)} possit excommunicare. — Regulares autem sunt simpliciter exempti a jurisdictione episcopali, ex cap. *Ne aliqui, de privil., in 6º*. Vide Salmant.¹⁰. — Et in religiosos exemptos sive privilegiatos, ut Mendicantes et Jesuitas (Vide infra, n. 241, v. *Quarta*), nequit episcopus ferre censuras, etiamsi procedat tamquam delegatus apostolicus; ut Croix¹¹ cum Pellizzario et aliis.

Exceptiones.

Excipe 2º. Si reus, antequam ejus causa cognoscatur ab Ordinario loci, ab illius territorio exeat. (Ad differentiam delinquentis in sua patria: qui, etiamsi postea a proprio territorio discedat ante sententiam et ante citationem, bene potest censura ligari a suo Ordinario; ut diximus supra, n. 22). — Secus si delinquens in alieno territorio, antequam discedat, citatione praeveniat: tunc enim, ratione iudicii inchoati, subjectus remanet epi-

part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 6. *Cornejo*, de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 3. — ⁶ Loc. cit., num. 40. *Ugolin.*, tab. 1, cap. 2, § 11, num. 21. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 37. *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 2, dub. 4, v. *Infero ultimo*. — ⁸ Lib. 7, n. 32. — ⁹ Loc. cit., n. 37. — *Gibal.*, de Sacra Jurisdict. (seu de Censur.), disquis. 2, qu. 1, conseq. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 37. — ¹¹ Lib. 7, n. 30. - *Pelliz.*, tr. 7, cap. 1, n. 52.

stat ». Cui occurrit: « Respondetur explicando et *dist. ant.* Praeceptum simpliciter prolatum, quod egreditur a potestate dominationis, *conc.*, Praeceptum illativum censurae, quod egreditur (et quidem necessario) a potestate jurisdictionis, *neg. ant.* ».

24. - ^{a)} Avila, *loc. cit.*; Henriquez, *lib. 13, cap. 26, n. 2*; Gasp. Hurtadus, *loc. cit.*, n. 32, non satis accurate allegantur a Croix: non enim loquuntur de lusu alearum, sed tantum statuunt principium generale, quod videlicet peccans contra statutum episcopi in loco exem-

pto (« ut monasterio » addit Henriquez), non incurrit censuram latam a dicto statuto.

25. - ^{a)} Suarez et Candidus omittunt circumstantiam hanc, quod scilicet fur ad proprium territorium redeat, et ibi conveniatur; in reliquis vero concordant.

26. - ^{a)} Pignatellus, *tom. 1, consult. 170, n. 8*, hoc dicit non de archiepiscopo, sed de episcopo offendente alterius episcopi jurisdictionem in illius dioecesi. Et de hoc affert declarationem S. Congr.

^{b)} Croix et Gibalinus id intelligunt de de-

scopo loci. Ita Concina¹; Roncaglia² cum Hurtado^{c)}; Laymann³, cum Abbate, Henriquez et Sayro; ac Coninck, Diana, Silvester, Avila, Cornejo, etc. cum Salmant.⁴

27. — Quaeritur 5°. *An censura alicubi lata, v. gr. contra furantes in ecclesia vel contra non revelantes furtum, liget etiam alienigenas ibi existentes?*

Censura lata particulariter non ligat peregrinos.

Si censura sit lata per modum *praecepti particularis* seu sententiae in casu particulari, nempe si sit lata excommunicatio contra non revelantes fures, haec non ligat alienigenas; quia praeceptum particulare non potest non subditos adstringere. Ita communiter Suarez, Coninck, Diana, Silvester, Sayrus^{a)}, etc. cum Salmant.⁵, ex cap. *A nobis 21, de sent. excom.*^{a)}. — Si autem censura sit lata *per modum statuti generalis* pro delictis futuris, puta contra furantes in ecclesia; tunc ligat etiam alienigenas in illo loco existentes, si ibi sint animo commorandi majorem partem anni; secus, si transeunter ibi commorentur. Ita Sanchez^{b)}; et Salmant.⁶ cum Suarez^{c)}, Bonacina, Silvestro, Sayro^{c)}, etc.

Lata generaliter quandoque eos ligat.

¹ Diss. 1, cap. 3, n. 11. — ² De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 2. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 7, i. f. *Abb. Panorm.*, in cap. fin. de foro compet., num. 7. *Henriq.*, lib. 13, cap. 26, n. 2. *Sayr.*, lib. 1, cap. 6, num. 43. — *Coninck*, disp. 13, n. 57. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 36. — *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, num. 10. — *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 3, concl. 2. *Cornejo*, de Censur. g., disp. 6, dub. 2, qu. 3, v. *Dico 2*; et de *Excom.*, disp. 6, dub. ult. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 36 et num. 115. — *Suar.*, disp. 5, sect. 5, n. 8, v. *Quocirca*. *Coninck*, loc. cit.,

Haec sententia probabilior mihi est. — Sed non puto improbable quod tam in primo quam in secundo casu peregrini ligentur censura, etiamsi alicubi sint per breve tempus. Quia satis probabile est quod peregrini fiant subditi, si, adhuc per breve tempus, in aliquo loco morentur; juxta sententiam relatam *Lib. III, n. 332, v. An autem.*

28. — Notandum hic 1°. Quod semel innodatus una censura potest et alias plures incurrere, etiam ejusdem rationis. — Ita communiter doctores cum S. Thoma⁷ et Salmant.⁸, ex *clem. 2, de sent. excom.*

Aliquis potest pluribus censuris plecti.

Notandum 2°. Quod propter idem delictum potest quis multipliciter ligari a diversis, scilicet a jure et ab homine, a Papa et episcopo; ita ut ab utroque absolvi debeat. Ita probabiliter Suarez⁹, Palaus¹⁰, Bonacina¹¹; et Salmant.¹² cum Fillicuccio, Cornejo, etc., contra aliquos. — Hoc tamen intelligendum, si secundus superior intendat vere novam poenam imponere; alias, regulariter secunda censura habetur ut innovatio seu publicatio

Primus casus.

n. 60. *Diana*, loc. cit., resol. 36, v. *Sed insurgit hic*. *Silvest.*, loc. cit., num. 10, v. f. — ⁵ Loc. cit., num. 117. — ⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 116. *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 20 et 21. *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, n. 5 et 10, cum v. *Domicilium*, n. 2 et v. *Jejunium*, n. 7. — ⁷ Suppl., qu. 22, art. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 173. — ⁹ Disp. 5, sect. 2, v. *Praeterea*. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 6. — ¹¹ Loc. cit., qu. 1, punct. 5, n. 13. — ¹² Loc. cit., n. 176. *Fill.*, tr. 11, cap. 5, n. 142 et 144. *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 9, dub. ult.

licto contra legem communem Ecclesiae vel contra legem Papae.

^{c)} Gaspar Hurtadus, *de Censur. in com., diff. 9, n. 36*, dicit delinquentem posse ligari censura annexa ipsi praecepto « ei notificato in eo episcopatu ... Si ante notificationem praecepti egreditur ab eo episcopatu, non ligatur censura ».

27. — ^{a)} Sayrus hic a Salmant., sed ex Avila citatur; ipse tamen, *lib. 1, cap. 7, n. 22*, non de praecepto particulari, sed de sententia generali loquitur. — Itemque cap. *A nobis*, loquens de formula: « Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit ».

^{b)} Sanchez, *de Matr., lib. 3, disp. 18, n. 6 et 16*, ita docet de legibus et consuetudinibus loci in communi.

^{c)} Sayrus non bene citatur a Salmant. (ex Candido tamen); nam, *loc. cit. n. 22*, scribit: « Excommunicatio generaliter lata pro futuris culpis a jure contra delinquentes... obligat

exteros non subditos intra territorium delinquentes: nam ratione delicti quis forum sortitur ». — Suarez, etiam a Salmant. ex Candido citatus, pariter rigidior est, dicens, *disp. 5, sect. 5, n. 14*: « Quando ... statutum hujusmodi est, non solum obligat homines habentes domicilium in illo territorio, sed etiam homines peregrinantes, qui in illo versantur per aliquod tempus ». Cfr. etiam *de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 8*, ubi Suarez rem magis explicat, subdistinguens alios duos modos praeter domicilium et quasi domicilium: « Unus est quando quis pervenit ad locum ubi per aliquot dies moretur vel recreetur vel negotietur; ita ut ille sit quasi terminus peregrinationis et viae, licet quis in illo parvo tempore duraturus sit. Alius modus est quando praesentia in tali loco solum est in transitu, tamquam in hospicio vitae prandendo vel pernoctando, et statim discedendo sine alia mora. Quando ergo praesentia

primae. Bonacina¹; et Salmant.² cum Bonacina, Candido, Sayro et Cornejo.

Secundus
casus.

Notandum 3^o. Quod is qui per unicum actum duo peccata committeret specie diversa, quorum unicuique censura est imposita, tunc duas censuras incurreret (prout si quis occideret clericum in loco ubi quodvis homicidium sit vetitum sub censura). Secus, si peccatum non haberet malitias plures specie diversas. — Ita Suarez³, Bonacina⁴; et Salmant.⁵ cum Cornejo, Diana et Candido.

Tertius c
sus.

Notandum 4^o. Quod si quis reiterat idem crimen moraliter distinctum a primo cui imposita est censura, toties censuram incurrit.

Secus, si moraliter actus non interrumpitur. — Hinc, unam censuram incurrit qui pluries successive clericum percutit; qui eodem actu duos homines extrahit ab ecclesia. — Ita etiam dicunt Salmant.⁶ cum Lugo^{d)}, Rodriguez^{d)}, etc., si sacerdos excommunicatus eodem tempore plures confessiones excipit. Quia, sicut si sacerdos ille una absolutione plu-

res absolvit unam irregularitatem incurrit; sic etiam, si plures absolvit successive; tunc enim una actio moralis reputatur (Sed verius dicendum oppositum, juxta dicta *de Peccat., Lib. V, n. 50, qu. 6*). — Idem si quis, uno verbo blasphemaret duodecim Apostolos, vel eodem impetu plures sanctos, Salmant.⁷ cum aliis. (Et hoc probabile est, juxta dicta cit. *Lib. V, de Peccat., n. 47*).

Quid, si quis plures clericos eodem actu vulneraret, an plures excommunicationes incurreret? — Negant Suarez^{e)}, Bonacina^{e)}, et probabile putant Cornejo, Candidus^{f)}, Diana^{f)}, apud Salmant.⁸; quia, sicut unum peccatum iste committeret, sic unam incurreret excommunicationem. Et idem censet Leander⁹, si laesio plurium accideret in eadem rixa et impetu. — Sed nos oppositum sequimur cum Salmant.¹⁰, qui citant Cornejo, Machado, etc.; quia probabilius est (ut diximus eodem *Lib. V, n. 46*), quod qui uno ictu plures homines occidit plura peccata committat.

Eodem
actu vulne-
rans plures
clericos in-
currit plu-
res censu-
ras.

¹ Disp. 1, qu. 1, punct. 5, num. 11 et 13. — ² Tr. 10, cap. 1, num. 177. *Bonac.*, loc. cit. — *Candid.*, disquis. 22, art. 12, dub. 2, i. f. — *Sayr.*, lib. 1, cap. 10, n. 11. *Cornejo*, loc. cit. — ³ Disp. 5, sect. 3, v. *Et ex his*. — ⁴ Loc. cit., n. 8. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 178. *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 9, dub. ult., — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 60, v. *Notandum... Secundo*. — *Candid.*, disquis. 22, art. 11, n. 2.

⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 182. — ⁷ Loc. cit., n. 183. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 9, dub. ult., qu. 4, v. *Dico 1*. *Candid.*, disquis. 22, art. 10, dub. 7. *Diana*, part. 5, tract. 9, resol. 59. — ⁸ Loc. cit., num. 184. — ⁹ Tract. 1, disp. 3, qu. 43. — ¹⁰ Loc. cit. num. 185. — *Cornejo*, loc. cit., v. *Dico 2*. *Machado*, lib. 1, part. 3, tract. 2, docum. 6, num. 3.

est prioris modi, dicendum omnino censeo ... illam sufficere ut quis teneatur ad festum vel statutum loci servandum ».

^{d)} Lugo, *de Poenit., disp. 16, n. 558*, Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 247, n. 27* (al. n. 26), quamvis hic a Salmant. citentur, dicunt dumtaxat sacerdotem qui in peccato mortali plures absolvit, unum tantum peccatum committere.

^{e)} Suarez, *disp. 5, sect. 3, v. Quando*, hanc utique sententiam probabilem existimat, et quidem speculative, ut inferius dicit: sed

contrariam utpote securiorem in praxi sequendam esse videri. — Bonacina pariter, *qu. 1, punct. 5, n. 7*, ait hanc probabiliter defendi posse, sed contrariam esse tutiorem.

^{f)} Quamvis Candidus et Diana hanc opinionem probabilem existiment; at certe cum ipso S. Alphonso Candidus, *loc. cit.*, dicit: « Oppositum mihi videtur probabilius et omnino tenendum »; et Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 164*: « Notandum est... quod si quis uno ictu tres occideret clericos, in tres excommunicationes incurreret ».

DUBIUM IV.

Ob quam causam possit ferri Censura.

29. *Ob quale peccatum incurrantur censurae.* — 30. *An ob veniale incurratur levis suspensio vel interdictum.* — 31. *An aliae censurae ob veniale sint nullae. Et quid ex hoc inferatur.* — 32. *An in dubio de gravitate materiae incurratur censura.* — 33. *An praeceptum sub censura obliget sub gravi.* — 34. *An ad incurrendam censuram actus debeat esse externus.* — 35. *An possit imponi censura contra officium recitantes distracte.* — 36. *An actus peccati debeat esse consummatus. An censura contra homicidam incurratur etiam a mandante, etc.* — 37. *An censura contra mandantem, etc. incurratur etiam effectu non secuto.* — 38. *Observa distinctionem.* — 39. *Utrum incurratur in dubio an mandatum influxerit.* — 40. *Quid, si dans consilium pro occisione illud revocet ante executionem.* — 41. *An requiratur culpa propria.* — 42. *Quid excuset a censura incurrenda.* — 43. *An ad incurrendam censuram requiratur scire crimen vetitum esse etiam ab Ecclesia.* — 44. *An hoc valeat etiam pro suspensione et interdicto.* — 45. *An detur ignorantia excusans a censura, quin excuset a mortali.* — 46. *An metus gravis excuset a censura.* — 47. *Quando excuset ignorantia etiam crassa.* — 48. *An excuset ignorantia affectata.* — 49. *An incurratur censura ob peccatum mere praeteritum. An episcopi possint ferre censuras pro delictis futuris.* — 50. *Censura est invalida: — I. Ob defectum ferentis.* — 51. II. *Si praeteritur ordo iudicii.* — 52. *An in omnibus censuris requiratur monitio rei.* — 53. *An censura sine monitione sit nulla.* — 54. *Et quando sit nulla ob peccatum mere praeteritum.* — 55. *An requiratur monitio, si censura sit a jure ferendae sententiae.* — 56. *An monitio debeat esse trina cum debito intervallo. Et an debeat fieri ab ipso iudice.* — 57. *Quid, si censura sit contra plures generaliter.* — 58. *An censura sine trina monitione sit invalida.* — 59. *Quid notandum quoad sententiam censurae.* — 60. *Quae solemnitates in ea sint servandae.* — 61. *Quando autem istae solemnitates non requirantur (Vide ibid. alia notanda).* — 62. *An incurratur censura lata disjunctive, v. gr. Sit excommunicatus vel suspensus.* — 63. *An possit ferri censura sub conditione.* — 64. *An, transacto termino, incurratur censura si creditor provoget.* — 65. *Vide alia notanda circa ordinem ferendi censuras.* — 66. III. *Censura est invalida ob defectum justae causae.* — 67. *Quomodo quis se gerere debeat in dubio an incurrerit censuram.* — 68. *An in dubio censura iudicanda sit justa. Et an reus teneatur parere iudici iubenti aliquid sub censura, si putet probabiliter ad id non teneri.*

Ob quale peccatum incurrantur censurae.

29. — « Resp. Ob solum peccatum exter-
« num, censurae proportionatum, et con-
« junctum cum contumacia. Et quidem in
« interdicto locali potest esse alienum,
« v. gr. praelati vel communitatis (non
« tamen hominis privati). Alias, requiritur
« proprium. — Bonacina ¹.

« Unde resolves:

1° Non possunt censurari *infantes*
« vel *amentes*, quia non peccant. — Bona-
« cina ², Laymann ³, ex S. Thoma, Sua-
« rez, etc.

¹ Disp. 1, qu. 1, punct. 3. — ² Loc. cit., punct. 4, num. 8 et 10. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, num. 3. S. Thom., Suppl., qu. 22, art. 5; et qu. 21, art. 3. — Suar., disp. 5, sect. 1, v. *Secundo dicendum*. — ⁴ Disp. 4, sect. 4. —

30. — « 2°. Etsi ob peccatum veniale in-
« terdum ferri possit levis suspensio vel
« leve interdictum »; — [Nempe suspensio
« aut interdictum ad breve tempus, et pri-
« vans aliquo tantum usu. Secus, si sint
« ad omnem usum vel ad longum tempus;
« tunc enim habentur ut censurae majores.
« Ita Suarez ⁴, Palaus ⁵, Bonacina ⁶, Co-
« ninck ⁷; et Salmant. ⁸ cum Avila ^{a)} et
« Candido. Ideo suspensio ad longum tem-
« pus lata ob culpam levem censetur inva-
« lida, ut ait etiam Viva ^{b)}: vide infra,

Ob veniale ferri potest levis suspensio vel interdictum.

⁵ Tr. 29, disp. 1, punct. 7, num. — ⁶ Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 7. — ⁷ Disp. 13, dub. 8, n. 67 et 68. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, num. 124. *Candid.*, disquis. 22, artic. 7, dub. 1, v. *Dico 2 et 3*,

30. — ^{a)} Avila non bene citatur a Salmant.; quamvis enim, *part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 2*, dicat excommunicationem minorem posse infligi pro veniali; attamen, *part. 3, disp. 3, dub. 3*, de suspensione tractans, dicit absolute et sine distinctione posse eam pro

veniali infligi, de facto tamen nunquam imponi a jure nisi pro mortali, et, *part. 5, disp. 3, dub. 2*, dicit interdictum personale speciale ob culpam propriam posse pro veniali imponi.

^{b)} Viva, *de Censur.*, qu. 1, art. 4, n. 1,

n. 321]. — « Excommunicatio tamen major, « suspensio gravis et interdictum personale speciale (quidquid sit de generali) « non potest ferri nisi ob culpam mortalem, quia alioqui poena non esset proportionata culpae. Imo, cum sint poenae « medicinales, non debent infligi pro quavis mortali, sed quibusdam tantum, ne « censurae contemnantur, ut monet Tridentinum ».

Aliae censurae ob veniale sunt nullae.

31. — Itaque invalida est censura gravis ob culpam tantum venialem imposita, ut communiter docent Sanchez¹, Suarez², Bonacina³, Palaus⁴ et Salmant.⁵ Et colligitur ex can. *Nullus*, [caus.] 11, qu. 3, atque ex Tridentino⁶ Ratio, quia de jure tam naturali quam divino poena debet esse culpae proportionata.

Consectaria.

Ex quo infertur 1^o quod non potest quis gravem censuram incurrere, nisi gravem culpam prius committat; et ideo qui excusatur a gravi culpa etiam excusatur a censura gravi. Infertur 2^o quod si aliquid praecipitur quod, inspectis omnibus, leve est nec praeceptum obligabit ad mortale nec censura incurretur. — Ita Suarez⁷, Palaus^{a)}; et Salmant.⁸ cum Coninck, Soto^{a)}, Cornejo et Candido^{b)}.

Dixi: *inspectis omnibus*. — Nam materia in se levis potest reddi gravis ex adjuncta circumstantia scandali, aut periculi, aut finis intenti, ac similium. Et tunc juste imponitur praeceptum ac censura: ita ut transgredientes graviter peccent et

censuram incurrant. Uti incurritur excommunicatio ob levem clerici percussorem: quae, licet in se sit levis materia, erit gravis respectu reverentiae debitae statui clericali. Sic pariter praelatus potest imponere censuram gravem iis qui non interveniunt publicae processioni pro aliqua re gravi ordinatae. Item clericis qui contra praeceptum comam nutriunt; et sic de aliis. — Secus vero, si res sit de se levis, et in ordine ad finem intentum leviter conducatur. — Ita Salmant.⁹ cum auctoribus citatis^{c)}.

32. — Quaeritur autem hic: 1^o. *An in dubio de gravitate materiae obliget superioris praeceptum et censura incurrat?*

Respondetur affirmative cum Salmant.¹⁰ et Cornejo. Ratio, quia in dubio possidet superioris potestas. — Quamvis, ut recte notant Salmant.¹¹ cum Diana, praelati sedulo cavere debent ne subditos censuris gravent ob materias non tam graves, quando eis non constat illas valde conducere ad bonum finem.

In dubio de gravitate incurritur censura.

33. — Quaeritur 2^o. *An, eo ipso quod praeceptum fiat sub censura obliget sub gravi?*

Intellige, quando res praecepta non est de se certe gravis nec certe levis; sed est talis ut multum conducere possit ad finem intentum.

Et respondetur quod si praeceptum contineat censuram *latae* sententiae, tunc obligabit sub gravi. Quia, eo ipso quod

Praeceptum sub censura interdum obligat sub gravi.

¹ Decal., lib. 6, cap. 4, n. 49 et 54. — ² Disp. 4, sect. 4. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 2. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 7. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 126 et 127. — ⁶ Sess. 25, de reform., cap. 3. — ⁷ Disp. 4, sect. 6, v. *Secundo*; et v. *Observare*. — ⁸ Loc.

cit., n. 128. — *Coninck*, disp. 13, dub. 8, n. 69 et 70. — *Cornejo*, de Excom., disp. 3, dub. 3. — ⁹ Tr. 10, cap. 1, n. 130 et 131. — ¹⁰ Loc. cit., n. 132. — *Cornejo*, loc. cit., v. *Pro solutione hujus*. — ¹¹ Loc. cit., n. 132. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 47.

i. f., dicit communiter suspensionem et interdictum ferri « cum omni amplitudine », ideoque censi poenas graves, quae non nisi ob gravem culpam ferri possunt. « Quodsi ob levem culpam ferantur, censentur invalidae a Suar. Tolet. et aliis ».

31. — ^{a)} Palaus rem plane innuit, *loc. cit.*, n. 2, inquit: « Licet in aliquibus textibus videatur ob causam levem excommunicatio ferri... non est reputanda illa causa levis absolute; nam... causa quae per se spectata levis est, saepe ex circumstantiis gravis redditur ». — Sotus pariter, *in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 1, coroll. 1*, dicit eo ipso quod aliquid sub excommunicatione majori praecipitur, mortale esse non parere, « etiamsi illius trans-

gressio alias de se non esset mortale... Nam cum praelati ecclesiastici sint iudices in spiritualibus, eo ipso quod sub tali poena praecipitur, constituunt illud in praecipuam virtutem cujus omissio sit mortalis. Nisi ubi esset tanta facilitas et abusus excommunicandi, ut praeceptum de re levissima manifestum contineat errorem; tunc enim praeceptum non ligat ».

^{b)} Candidus, quamvis a Salmant. citatus, non ponit hanc distinctionem, et solum dicit, *loc. cit.*, v. *Dico 2*: « Censura gravis... non potest applicari nisi pro culpa mortali ».

^{c)} Auctores citati (excepto Candido) habent principium generale, sed non omnia haec exempla.

superior censuram vult ipso facto incurri, vult etiam ut suum praeceptum obliget sub mortali, sine quo censura incurri non posset. Ita Roncaglia¹, Suarez², Bonacina³; et Salmant.⁴ cum Soto, Castro, Avila et Cornejo. — Si vero materia de se non sit gravis, et censura sit tantum *ferendae* sententiae, ita ut ad eam incurrendam requiratur monitio (ut dicemus hic infra, n. 55); tunc transgrediens non peccabit graviter, nisi post monitionem, vel nisi in praecepto adsit clausula, *quod sine ulla monitione talis censura possit à praelato applicari*. Quia tunc ipsum praeceptum habetur ut monitio. Ita Roncaglia⁵; et Sotus, Avila, Silvester^{a)}, Cajetanus, etc. cum Salmant.⁶

Interdum sub levi.

Ad incurrendam censuram requiritur actus externus.

34. — « 3^o. Actus peccati ob quem censura fertur debet esse mortalis: non tantum quoad actum internum, sed etiam quoad substantiam operis externi. — « Hinc non excommunicatur leviter percutiens clericum, etsi intentionem mortalem habuisset. Uti nec qui interius tantum est lapsus in haeresim, quam exterius non significavit; quia Ecclesia tantum « judicat de externis. — Bonacina⁷ ».

Invalida itaque est censura pro actu *mere interno* imposita: Ecclesia enim non judicat de internis, ex can. *Consulvisti*, [caus.] 2, qu. 5. Ratio, quia, cum Ecclesiae potestas resideat apud homines, non possunt hi legem ferre nisi de externis, de quibus tantum possunt judicare. Ita S. Thomas⁸; et Coninck, Palaus, Sayrus, etc.

¹ De Censur., qu. 1, cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ² Disp. 4, sect. 6, n. 11; cfr. etiam disp. 18, sect. 3, n. 12 et 16. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 9. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 134. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 1, coroll. 1. Castro, de Lege poenali, lib. 1, cap. 5, docum. 4. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 2, v. *Ex dictis sequitur... Quarto*. Cornejo, de Excom., disp. 3, dub. 3, v. *Secundo modo*, et v. *His positis*. — ⁵ Loc. cit. — Sotus, loc. cit., concl. 2. — Avila, loc. cit., dub. 3. — Cajetan., Sum., v. *Praecepti transgressio*, v. *Poena*. — ⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 135. — ⁷ Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 8. — ⁸ 1^a 2^{ae}, qu. 1, art. 4. — Coninck, disp. 13, n. 71. — Palaus, tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 4. —

communiter, cum Salmant.⁹. — Hinc, si quis percutiat mensam, aut dicat *ita est*, intendens suam haeresim internam confirmare, non incurrit ideo censuram; quia talis actus aut verbum non est de se aptum ad haeresim significandam^{a)}. Ita Suarez¹⁰, Croix¹¹; Contin. Tournely¹² cum Sayro^{b)}; et Salmant.¹³ cum Turriano, Coninck, Castro, Diana, etc. — Idem, si quis fornicetur, haeretica mente judicans fornicationes licere. Salmant.¹⁴.

Imo ad censuram incurrendam, actus non solum debet esse externus, sed etiam *graviter externus*. Et ideo non incurrit censuram qui leviter percutit clericum, licet intenderit occidere. — Ita cum Busenbaum, Suarez¹⁵, Sanchez¹⁶, [Contin.] Tournely¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Soto, Sayro, Henriquez, Portello, etc.

Imo actus graviter externus.

Excipitur tamen, nisi actus interior praeceptus aut vetitus necessario cum exteriori conjungatur: prout cum fulminatur censura contra scienter transgredientes. Sic etiam Ecclesia punit simoniam mentalem: non quidem illam quae tantum interne consummatur et non probatur externe, quae nequit puniri, ex *cap. fin. de simonia*; sed illam quae ex pravo animo interiori producit largitionem pecuniae, etc. — Vide Salmant.¹⁹.

35. — An autem *incurrat censuram* impositam contra officium non recitantes aut Sacrum non audientes, *qui omnino distracte recitat aut audit?*

Negat Croix^{a)}, et satis probabiliter. —

Probabiliter non incurrit censuram distracte recitans officium.

Sayr., lib. 1, cap. 9, n. 14. — ⁹ Tr. 10, cap. 1, n. 136. — ¹⁰ Disp. 4, sect. 2, v. *Mihi tamen*. — ¹¹ Lib. 7, num. 48. — ¹² Part. 1, cap. 3, art. 2, *Dico 2*, v. *Ex his... 3*. — ¹³ Loc. cit., n. 142. — Turrian., de Censur., lib. 1, disp. 4, dub. 2. — Coninck, disp. 13, n. 71. — Castro, de Justa haeretic. punit., lib. 2, cap. 18. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 49. — ¹⁴ Loc. cit., n. 142. — ¹⁵ Disp. 4, sect. 4, n. 2; et sect. 3, n. 5. — ¹⁶ Decal., lib. 2, cap. 8, n. 7. — ¹⁷ Loc. cit., v. *Ex his... 4*. — ¹⁸ Loc. cit., n. 143. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, cas. 1. — Sayr., lib. 1, cap. 9, n. 7. — Henricq. lib. 13, cap. 17, n. 2. — Portel., Dubia regul., v. *Excommunicare*, addit. n. 11. — ¹⁹ Tr. 10, cap. 1, n. 139.

33. — ^{a)} Silvester male citatur a Salmant.; nam, v. Praeceptum, n. 3, universaliter et sine distinctione dicit esse mortale etiamsi censura sit *ferendae* sententiae.

34. — ^{a)} Licet non omnes auctores exemplum istud afferant, principium saltem habent quod plane eodem recidit, scilicet non incurri censuram, si actus exterior ab actu in-

teriori malo procedat, eum tamen non plene sed ambigue significet.

^{b)} Sayrus, *loc. cit.*, n. 15, id non habet, nec videtur pro hoc asserto citari a Contin. Tournely.

35. — ^{a)} Croix omnino eandem sententiam tenet ac S. Alphonsus, nedum sit ei contrarius: « Si censura sit lata (ita ille, *lib. 7*,

Sed probabilius affirmandum, juxta dicta *Lib. III, n. 313, v. Secunda*; et *Lib. IV, n. 177, v. His tamen*: in quibus locis tenuimus, tam ad officium quam ad Missam audiendam, probabilius requiri attentionem internam.

Actus peccati debet esse consummatus.

36. - « 4^o. Actus peccati in suo genere « debet esse perfectus et consummatus, « nisi expresse aliud sonent verba legis; « quia poenae et odia sunt restringenda ». [Ita Sanchez ¹, Suarez ², Palaus ³, Bonacina ⁴; et Salmant. ⁵ cum Coninck, Hurtado, Avila, etc.]. — « Hinc excommunicationem homicidae non incurrit favens, « mandans, consulens, juvans, nec vul- « nerans lethaliter, nisi mors sequatur ».

Censura in mandantem incurritur solum effectu secuto.

37. « Item, quando excommunicatur « mandans, consulens, etc., vel ferens suffragium pro indigno, subintellige: effica- « citer seu effectu secuto; quia sine eo « mandatum, consilium et suffragium non « est completum et perfectum in genere « homicidii, furti, etc. — Alii tamen atten- « dendum esse putant, utrum in mandan- « tes, consulentes, etc., principaliter et per « se feratur excommunicatio; an vero ac- « cessorie tantum. Et dicunt, priore casu « esse excommunicatos, etsi non sequatur « effectus; non item in posteriore. Quae sen- « tentia in praxi est tutior. Bonacina ⁶ ».

nisi principaliter censura feratur in mandantem.

38. - Et juxta hanc sententiam, dicunt Salmant. ⁷, Croix ⁸ cum aliis quod si cen-

¹ De Matr., lib. 3, disp. 2, n. 5. — ² Disp. 4, sect. 3, n. 4 et 5. — ³ Tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 10. — ⁴ Disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 12. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 144. - Coninck, disp. 13, dub. 8, n. 75 et 76. - Gasp. Hurtad., de Censur., in com., diff. 13, n. 57 et seqq. Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 5, v. *Dubitatur quinto*. — ⁶ Loc. cit., n. 15. —

sura est imposita contra mandantes aut consilium dantes, praecise ob mandatum aut consilium: tunc incurritur etiam effectu non secuto. — Secus, si sit imposita, sed accessorie nempe propter opus quod ex mandato aut consilio causaretur. Quae de re sentiunt Salmant. ⁹ non incurrere excommunicationem mandantem percussorem clerici, si percussio non accidat; quia tunc jam non influit in opus principaliter sub censura prohibitum. Sic pariter asserunt Salmant. ¹⁰ et Croix ¹¹, Navarrus, Diana, etc. excusari a censura qui simplex mandatum aut consilium dederit ei qui jam erat determinatus ad opus exsequendum ^{a)}.

39. - Quaeritur 1^o. *Utrum, in dubio an meum mandatum aut consilium influerit, censuram incurram?*

Negant Salmant. ¹²; quia poena non incurritur nisi constet de crimine et de ejus effectu secuto. Sed affirmat ^{a)} Croix ¹³ cum Sanchez ^{b)}, Dicastillo, etc. — Utraque est probabilis, juxta dicta *de Restit., Lib. III, n. 562*.

In dubio de influxu mandati probabiliter non incurritur censura.

40. - Quaeritur 2^o. *An mandans sive dans consilium pro occisione clerici incurrat censuram, si ante executionem consilium pro viribus revocet?*

Affirmat Concina ¹⁴ cum Navarro ^{a)}, Coninck ^{b)} et Bonacina ^{a)}. — Quia malum consilium praestitum semper pergit influere.

⁷ Loc. cit., n. 144. — ⁸ Lib. 7, n. 59 et 60. — ⁹ Loc. cit. n. 147. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 1, n. 147. — ¹¹ Loc. cit., num. 65. — Navar., Man., cap. 27, n. 51, ante v. *Adde.* - Diana, part. 5, tr. 9, resol. 57, v. *Dico 2^o*. — ¹² Tract. 10, cap. 1, n. 147. — ¹³ Lib. 7, n. 66. *Dicast.*, de Censur., disp. 1, n. 302 et 303. — ¹⁴ Diss. 1, cap. 4, n. 13 et 14.

n. 49) contra non observantes aliquod praeceptum; qui externe tantum et fecte illud observat, non autem interne, si actus internus requiratur ad substantiam rei praeceptae, incurrit censuram, quia non ponit rem praeceptam... hinc qui externe tantum audit Missam sine ulla intentione audiendi, incurrit censuram latam contra negligentes Missam, quia intentio audiendi spectat ad substantiam Missae praeceptae ». Et, *lib. 1, n. 695*, requirit ut actus quo impletur praeceptum sit voluntarius, « si per praeceptum saltem concomitanter aut indirecte imperetur actus liber et humanus, uti fit per praeceptum audiendi Missam, legendi horas canonicas, etc.; nam simul imperatur humana applicatio mentis ad ejusmodi opera, cum debeat adesse aliqua

attentio ac devotio, quam habere non potest... plane non advertens, recitans tantum ut legat vel addiscat, etc. ».

38. - ^{a)} Et nullo modo consulens aut mandans auxit ejus voluntatem.

39. - ^{a)} Nisi tamen sint conjecturae quod adhuc fuisset sine ejus consilio.

^{b)} Sanchez, *de Matr., lib. 2, disp. 41, n. 17*, haec dicit de restitutionis obligatione, non de censura.

40. - ^{a)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 233*; Bonacina, *qu. 1, punct. 6, n. 6 et 7*, male citantur a Concina; affirmant enim de solo consulente, et negant de mandante. Praeterea Navarrus loquitur de irregularitate, non de censura.

^{b)} Coninck, *disp. 14, n. 180 et seqq.* dis-

Mandans pro occisione clerici non incurrit censuram si consilium revocet.

Sed communius et probabilius negant Suarez ^{c)}, Palaus ¹, Laymann ², Viva ³; et Salmant. ⁴ cum Avila, Hurtado, Tabiena ^{d)}, Diana, Gibalino et aliis. Quia Ecclesia nequit ligare censuris nisi contumaces.

Et idem probabiliter dicunt Viva ^{e)} et Palaus ⁵; Salmant. ⁶ cum Filliuccio ^{e)}, Gibalino et Tabiena ^{d)}, ac Croix ^{f)} cum Bosco ^{g)} — contra Coninck, Cornejo, Avila, etc. apud Salmant. ⁷ — etiamsi revocatio consilii non potuerit innotesci executori. — Prout idem dicunt Salmant. ⁸ de eo qui dedit venenum clerico, et antequam incipiat operari animum retractavit, et modo quo potuit procuravit effectum impedire; quia dum postea evenit laesio, ille non est contumax: unde non debet incurrere censuram, quae est poena medicinalis ad impedienda peccata. Idque videtur satis probabile, juxta dicenda *n. 280, Dubit. 2*: ubi probabilius est quod praebens clerico venenum non incurrit censuram, nisi illud incipiat parere effectum, id est laedere. — Et quod dictum est de consulente, idem affirmandum de *mandante*.

Tenetur tamen ad restitutionem.

Advertendum tamen 1^o. Quod consulens sive mandans, in tali casu, etsi excusatur a censura, non ideo tamen excusatur a restitutione; ut Salmant. ⁹, juxta probabilior sententiam, relatam *Lib. III,*

¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 7, num. 15. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 7. — ³ De Censur., qu. 1, art. 4, n. 10. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, num. 150. - *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 7. - *Gasp. Hurtad.*, diff. 15, n. 67. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 58. *Gibal.*, disquis. 5, qu. 3, num. 22, 26 et 27. — ⁵ Loc. cit., n. 15. — ⁶ Loc. cit., n. 153. *Gibal.*, loc. cit., n. 22. — *Coninck*, disp. 14, n. 176. *Cornejo*, de Excom.,

n. 559, v. Hanc. An autem consilium dans aut mandans, vel qui dedit venenum, revocando consilium aut mandatum, aut poenitendo veneni dati antequam mors sequatur, irregularitatem incurrat? Vide dicenda *de Irreg.*, *n. 373*.

Advertendum 2^o. Quod qui consilium praebuit, si executionem nequeat impedire, tenetur nihilominus ex justitia monere laedendum ut sibi caveat. — Alias nec a censura excusatur; quia omittit modum quo ille possit vitare damnum in quod jam suo consilio influxit: Salmant. ^{h)}; nam tenetur ex justitia avertere homicidium: unde si non avertit, illud ejus culpae imputatur.

Et ad nendum.

41. — Idem hic notandum quod non incurritur censura prout excommunicatio, suspensio et interdictum personale, nisi ob culpam propriam; ut Salmant. ¹⁰ cum Suarez, Bonacina ^{a)}, Cornejo, etc., ex *cap. 2, de constit.*

Non incurritur censura nisi culpam propriam.

Secus autem, si fulminetur interdictum generale, quo ligantur etiam innocentes: ita tamen quod si hi mutant domicilium et exeant ab oppido interdicto aut collegio, non remanent interdicti, ex *cap. Si sententia, de sent. excom., in 6^o*. Quod vero non currit pro specialiter interdictis, qui ubique interdicti sunt ^{b)}, ex *can. Si habes, caus. 24, qu. 3^{b)}*.

Exceptio

disp. 3, dub. ult. v. *Quaeres. Avila*, loc. cit., dub. 7, concl. 2. ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 152. ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit., n. 148. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 1, n. 121. *Suar.*, disp. 4, sect. 1, num. 2; cfr. disp. 28, sect. 4, num. 2; et disp. 36, sect. 3, n. 2. - *Cornejo*, de Censur. in gen., disp. 8, dub. 2, qu. 2; cfr. tract. 5, disp. 4, dub. 2, v. *Sed respondeo*; et disp. 3.

tinguit et affirmat quidem si alter pergat moveri vere a mandato vel consilio; negat vero si ex alio motivo compleat actum.

^{c)} Suarez, *disp. 44, sect. 3, n. 7, 12 et seq.*, haec utique dicit, sed tractat de irregularitate ex homicidio.

^{d)} Tabiena, *v. Excommunicatio V, cas. 1, n. 35*, haec dicit de mandante.

^{e)} Viva, *loc. cit., n. 10*, silentio praetermittit amplificationem istam. Item Filliucius, a Salmant. citatus et Bonacina, hoc non habent, quod reperire potuerim.

^{f)} Croix, *lib. 7, n. 61*, cfr. *n. 54*, oppositum tenet. Exponit enim primo opinionem affirmantem, deinde opinionem negantem cum ejus ratione, videlicet, quia non est in actuali contumacia dum censuram incurrere debe-

ret, quam his verbis refellit: « Sed secundum dicta *n. 54*, videtur satis esse quod fuerit contumacia in ipso opere mandati ab ipso facti », et eodem *n. 54*, hoc dixit esse probabilius.

^{g)} Bosco, *de Poenit., disp. 7, sect. 11, n. 130 et seq.*, tractat de casu simili, nempe de eo qui vulnus lethale infixit, sed quem poenitet antequam mors accidat, et dicit probabilius incurrere in censuram.

^{h)} Salmant. *loc. cit., n. 158*, ita docent si speretur fructus et nisi omnino constet alium rationibus a consulente primo praesuppositis minime moveri, sed aliis a se inventis.

41. — ^{a)} Bonacina, *disp. 1, qu. 1, punct. 3, n. 3*, hoc dicit de sola excommunicatione.

^{b)} S. Alphonsus, et Salmant. hic allegant *can. Si habes 1, caus. 24, qu. 3*; sed canon

Excusatus a mortali excusatur a censura.

42. - 5°. Quidquid excusat a peccato « mortali excusat etiam a gravi censura: « — v. gr. materiae parvitas, impotentia « legem implendi, defectus advertentiae « et deliberationis; ignorantia invincibilis, « sive ea sit facti (ut v. gr. si nescias quem « percussis esse clericum), sive juris (ut si « scias esse clericum teque mortaliter « peccare percussendo, nescias tamen percussionem illam sub excommunicatione « prohibitam esse). — Ratio, quia non es « contumax ».

Ut quis incurrat censuram, scire debet crimen prohiberi jure ecclesiastico.

43. - Ut quis censuram incurrat, non solum debet scire crimen illud esse *vetitum* jure divino, sed etiam ecclesiastico; quia alioquin deest contumacia contra Ecclesiam, a qua puniri debet. Ita communiter Sanchez¹, Viva²; et Salmant.³ cum Suarez, Soto, etc. (Vide infra, n. 350, v. *Secunda*). — Imo scire debet illud *sub censura* prohibitum esse: alias eam non incurrit; quia alias tunc deest adhuc contumacia et contemptus censurae. Ita pariter communiter docent doctores cum Sanchez⁴, Coninck, Henriquez^{a)}, Diana, etc. cum Salmant⁵; et Croix⁶ (contra Avila^{b)}, Covarruvias^{b)}, etc.).

Et quidem sub censura.

Ideo excusat ignorantia invincibilis, non solum si sit antecedens, sed etiam si sit concomitans. — Unde, si quis occidit clericum ignorans esse clericum, non incurrit excommunicationem; quamvis, si scivisset, etiam occidisset, aut si factum scienter approbat. Quia nec ille pravus

¹ De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 9 et 17. — ² De Censur., qu. 1, art. 4, qu. 5. — ³ Tr. 10, cap. 1, n. 192. — *Suar.*, disp. 4, sect. 8, n. 20, v. *Quarto*. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, cas. 4, prop. 4. — ⁴ De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 13 et 21. — *Coninck*, disp. 13, n. 91. — *Diana*, part. 3, tr. 6, resol. 41; et part. 4, tr. 2, resol. 36. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 193. — ⁶ Lib. 7, n. 95. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, num. 247. —

animus nec rati habitio (nisi occisio sit facta nomine suo, vide n. 267) de facto influunt in illam clerici occisionem. — Secus vero esset, si diceret: *Volo hunc occidere etiamsi sit clericus*. Nam, si vere clericum occidit, tunc excommunicationem non effugiet. Ita Filliuccius, Suarez, Palaus^{c)}, Cajetanus^{d)}, etc. communiter cum Salmant.⁷, Suarez⁸, Bonacina⁹; et Salmant.¹⁰ cum Cajetano^{d)} Montesino^{e)}, Candido^{e)}, Filliuccio, Cornejo^{e)}, etc. — Vide dicenda n. 275, *Dubit.* 1.

44. - Quod autem dicitur de excommunicatione, idem dicendum putant Salmant.¹¹ de suspensione et interdicto. Et idem probabiliter asserunt de irregularitate quae ob delictum incurritur, si delinquens nesciat invincibiliter illud esse jure ecclesiastico prohibitum: ex cap. *Cognoscentes, de constit.*, et can. *Proposuiti, dist. 82*, ubi excusatur a depositione imposita in incontinentes qui illam ignorans peccavit incontinentiae (Vide Salmant.¹²; et vide infra, n. 350, v. *Secunda*). — An autem incurrat qui scit jus prohibens, sed non irregularitatem impositam? Adest duplex satis probabilis sententia: vide dicenda *de Irreg.*, n. 351.

Idem valet pro suspensione, interdicto et irregularitate.

45. - Quaeritur 1°. *An possit dari aliqua ignorantia vincibilis quae excuset a censura, licet non excuset a peccato gravi?*

Affirmant Sanchez¹³, ac Palaus, Diana, etc. (apud Salmant.¹⁴), dicentes posse

Suar., disp. 4, sect. 8, n. 9 et 10. — ⁷ Loc. cit., n. 202. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Disp. 1 de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 14 et 21. — ¹⁰ Loc. cit. — *Fill.*, loc. cit. — ¹¹ Tr. 10, cap. 1, num. 193. — ¹² Loc. cit., num. 194. — ¹³ De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 31. — *Palaus*, tract. 29, disp. 1, punct. 8, n. 7. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 17. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 1, num. 196.

iste referendus est ad primum hujus numeri assertum, scilicet neminem esse anathematizandum propter alienam culpam.

43. - ^{a)} Henriquez, *lib. 13, cap. 23, n. 2*, de sola excommunicatione hoc dicit.

^{b)} Avila male citatur a Croix; nam, *part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 7*, de excommunicatione loquens, dicit excusari ab ea, illum qui invincibiliter ignorat poenam hanc esse impositam; at *dub. 10, concl. 2*, negat excusari ab irregularitate et suspensione eum qui eas invincibiliter ignorat. Covarruvias pariter, *in cap. Alma mater, part. 1, § 10, n. 9*, negat utique in universum requiri scientiam poenae

ad hoc ut incurratur; sed n. 12, v. *Secundo*, dicit quod si actus prohibeatur solo jure positivo, ignorantia invincibilis hujus prohibitionis excusat a peccato et poena.

^{c)} Palaus, *tr. 2, disp. 1, punct. 17 a n. 3*, dicit ignorantiam concomitantem excusare, « etiamsi animum haberes percutiendi clericum ».

^{d)} Cajetanus id non habet, *in 1am 2ae, qu. 76, art. 3*, sed solum rationem qua nititur haec sententia.

^{e)} Montesinos, *in 1am 2ae, qu. 76, art. 3, disp. 8, qu. 8, n. 108*; Candidus, *disquis. 22, art. 33, dub. 2, v. Dico 3*; Cornejo, *de Cen-*

Juxta alios, dari potest ignorantia excusans a censura, licet non excuset a mortali.

dari ignorantiam, quae non sit crassa seu supina, et tamen sit graviter culpabilis: nam ignorantia crassa involvit summam negligentiam. — Ergo (ut ajunt) ignorantia quae accidit ob magnam, sed non summam negligentiam, erit mortalis, sed non crassa; et ideo excusabit a censura: ut inferunt ex *cap. 2, de constit. in 6^o*, ubi ignorantes excusantur a censura: *dum tamen... ignorantia crassa non fuerit, aut supina.*

Sed merito negant alii.

Verumtamen merito contradicunt Laymann¹, Bonacina²; Bossius^{a)} cum Suarez et communi; ac Salmant.³ cum Vasquez, Coninck, Cornejo, etc. Qui asserunt praedictam sententiam vix esse practice probabilem, cum vix inveniri possit ignorantia graviter culpabilis quae non sit etiam crassa. Crassa enim evenire potest, non solum quando nulla diligentia, sed etiam quando valde parva adhibetur.

46. — Quaeritur 2^o. *An metus gravis excuset a censura?*

Metus gravis excusatur a censura.

Resp. Si res est vetita jure tantum ecclesiastico, certe excusatur; quia praecepta humana non obligant cum incommodo gravi (Salmant.)⁴. Hinc notat Croix⁵ quod si praecipiat detectio criminis sub censura, nemo tenetur prodere seipsum vel complicem vel alium, si crimen probari nequeat, vel si proditio ipsi grave damnum afferret. — Imo, gravis metus excusatur ab incurrenda censura, etiamsi res alias jure divino sit prohibita. Et ideo, qui ob gravem metum patraret homicidium vetitum sub censura, peccaret quidem, sed non incurreret censuram; quia

non peccaret contra jus Ecclesiae, contra cujus potestatem specialis injusta contumacia ad censuram requiritur. Ita Palaus^{a)}, Suarez⁶, Bonacina⁷; et Salmant.⁸ cum Coninck, Candido, Henriquez^{b)}, etc. — Nec obstat textus in *cap. Sacris, de his quae vi metusve, etc.* ubi dicitur metus qui non excusatur a mortali, nec etiam excusare a censura. Nam respondent doctores citatum textum loqui vel de metu levi, vel quando agitur in contemptum; vide Salmant.⁹.

Incurrit autem censuram aut aliam poenam qui metu gravi cogitur aliquid agere in contemptum praecepti ecclesiastici, vel qui ob metum perpetratur malum gravissimum: v. gr. si episcopum occideret, vel sine jurisdictione absolutionem sacramentalem praeberet. Secus, si impeditus ob metum ministraret in sacris: tunc enim non incurreret irregularitatem. Ita Bonacina¹⁰ et Palaus¹¹; et Salmant.¹² cum Machado, Coninck, Henriquez et Cornejo. — Ratio, quia in dictis primis casibus, metus non excusatur a culpa, etiam contra praeceptum ecclesiasticum: secus in aliis.

47. — Dixi: *invincibilis*. Quia ignorantia culpabilis et crassa non excusatur, « nisi addatur in lege certus modus, v. gr. « qui hoc fecerit scienter, consulto, vel « qui praesumpserit ausu temerario violare (quae verba, utpote in re odiosa, « accipienda sunt stricte). Talis autem « non potest dici temere praesumere, nisi « ignorantia esset » [talibus, ut formalem dolum includeret]. « Escobar¹³, Sanchez¹⁴ ».

¹ Lib. 1, tr. 4, cap. 20, num. 2. — ² Disp. 1, qu. 2, punct. 1, n. 10. — *Suar.*, disp. 4, sect. 10, n. 10, v. *Hanc ergo*. — ³ Tr. 10, cap. 1, num. 197. *Vasq.*, de Excom., dub. 15. — *Coninck*, disp. 13, n. 95. *Cornejo*, de Censur., in com., disp. ult., dub. ult. — ⁴ Loc. cit., num. 203. — ⁵ Lib. 7, n. 102. — ⁶ Disp. 4, sect. 3, n. 14, v. *Oportet*. — ⁷ Loc. cit., punct. 3, num. 2, 4 et 5. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, n. 204. *Coninck*, disp. 13, n. 101. *Candid.*, disquis. 22,

art. 41, dub. 4, dico 7. — ⁹ Loc. cit., n. 206. — ¹⁰ Disp. 1, qu. 2, punct. 3, num. 2. — ¹¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 8, num. 10. — ¹² Tr. 10, cap. 1, num. 205. *Mach.*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 18, n. 3 et 4. *Coninck*, disp. 13, num. 100. *Henriq.*, lib. 13, cap. 21, num. 2 i. f. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. ult., dub. 1. — ¹³ Tr. 4, exam. 1, cap. 6, num. 37. — ¹⁴ De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 31 et seqq.

sur. i. g., disp. ult., dub. 2, qu. 1, dicunt ignorantiam concomitantem excusare, etiamsi occidens animum habeat occidendi clericum, modo tamen (limitat Montesinos) nec confuse nec distincte cognoverit adesse clericum.

45. — ^{a)} Rectius: Suarez *apud* Bossium, *de Effect. Matr., cap. 5, n. 187.*

46. — ^{a)} Palaus, *tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 11*, oppositum tenet, scilicet incurri cen-

suram, cum hac tamen limitatione: « Quando... praecepto naturali adderet ecclesiasticum aliquam circumstantiam, cui censuram annexeretur, uti contingit cum furtum et fornicationem in templo prohibet, censeo te a censura excusatum, si gravi metu ea delicta in templo patrasses ».

^{b)} Henriquez, *lib. 13, cap. 21, n. 2*, id non habet.

48. - Quaestio est: *an, si censura sit imposita scienter peccantibus, excuset ignorantia affectata?*

Communi-
us nega-
ur igno-
antiam af-
fectatam
quandoque
excusare.

Prima sententia communior negat. Et hanc tenent Suarez¹, Palaus², Contin. Tournely³, Concina⁴, Viva⁵, auctor Additionum ad Sporer^{a)}; Bossius⁶ cum S. Antonino, Pontio, Perez^{b)}, Filliuccio^{a)}, Salas, Reginaldo^{b)}, etc.; item Avila, Henriquez, Ledesma, Villalobos, etc., apud Salmant.⁷ — Ratio: tum quia ignorantia affectata includit dolum formalem; tum quia talis ignorantia aequivalet scientiae, ut probatur ex cap. *Eos qui, de tempor. ordin. in 6^o*, ubi: *Eos qui clericos parochiae alienae, absque superioris ordinandorum licentia, scienter seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quaesito, praesumpserint ordinare: per annum a collatione ordinum decernimus esse suspensos.* Et ibi Glossa⁸ dicit: *Aequipolent ergo scientia et affectata ignorantia.*

Alii affir-
mant excu-
sare.

Secunda vero sententia affirmat; eamque tenent Sanchez^{c)}, Bonacina⁹, Roncaglia¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Silvestro^{d)}, Tabiena^{d)} Hurtado, Diana, Coelestino,

¹ Disp. 4, sect. 10, n. 3. — ² Tr. 2, disp. 1, punct. 18, n. 1, — ³ De Censur., part. 1, cap. 4, v. *Addit Suares.* — ⁴ Diss. 1, cap. 5, num. 6. — ⁵ De Censur., qu. 1, art. 6, n. 7, v. *Dico 2.* — ⁶ De Effect. Matr., cap. 5, n. 163. S. Anton., part. 3, tit. 24, cap. 34. Pont., de Matr., lib. 10, cap. 6, n. 10. Salas, de Legib., disp. 15, sect. 9, n. 114. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 9, concl. 2. — Henricq., lib. 13, cap. 23, num. 3. — Petr. Ledesm., Sum., de Censur., cap. 4, dub. 4, dico 3. — Villal., part. 1, tr. 16,

Cornejo^{e)}, Duardo^{f)}, etc. — Ratio, quia ignorantia affectata in rigore non est vera scientia, qualis requiritur in poenis impositis scienter peccantibus, cum poenae stricte sint intelligendae; licet autem talis ignorantia includat dolum virtualem, non tamen formalem. Qui enim peccat scienter contra legem vere contemnit eam. Qui vero peccat ex ignorantia affectata, etsi velit ignorare ut liberius peccet; tamen demonstrat aliquam reverentiam erga legem, dum quaerit ipsam ignorare ex timore quod si ipsam sciret retraheretur a peccando. — Ad textum autem oppositum responderi potest quod ibi per specialem dispositionem legis suspenditur episcopus sic injuste ordinans, non solum si sciat, sed etiam si affectate suspensionem ignoret.

Hanc secundam sententiam non audeo dicere improbabilem^{g)}. — Sed primae magis adhaereo, saltem ut communiori.

Judicium
S. Doctoris.

Recte autem Sanchez¹², et Salmant.¹³ cum Covarruvias minime approbant sententiam Panormitani^{h)}, quamvis probabilem eam putent S. Antoninus^{h)}, Silve-

Quid in
specie de
occisione
clerici.

diff. 12, n. 10. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 198. — ⁸ Ad v. *Affectata.* — ⁹ Disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 11; et disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 9. — ¹⁰ De Censur., qu. 1, cap. 5, qu. 1, resp. 4. — ¹¹ Tr. 10, cap. 1, n. 199. — *Gasp. Hurtad.*, diff. 21, n. 92. Diana, part. 5, tr. 9, resol. 17. *Caelestin. Suesion.*, Comp. theol. mor., tr. 3, cap. 5, v. *Dico 4.* — ¹² De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 41. — ¹³ Loc. cit., num. 200. Covar., in cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, n. 16, v. *Decimo quarto.*

48. - ^{a)} Auctor additionum ad Sporer, *Suppl. Decal., cap. 3, n. 39*, hanc utique tenet sententiam, sed contrariam adhuc putat probabilem et tutam, dummodo ignorantia affectata non sit cum ingenti temeritate conjuncta. — Et Filliuccius, *tr. 11, n. 260*, item tenet primam ut probabilior, sed dicit secundam esse probabilem.

^{b)} Perez, *de Matr., disp. 52, sect. 5, n. 5*, de sola privatione petitionis debiti loquitur in eo qui factus est affinis suae conjugii; sed rationes adductae valent etiam pro censuris. — Idemque notandum est de Reginaldo, *lib. 31, n. 297*.

^{c)} Sanchez, ita sane docet *in Decal., lib. 2, cap. 10, n. 38*, sed *de Matr., lib. 9, disp. 32, n. 40*, primam sententiam tenet.

^{d)} Silvester, *v. Culpa, n. 14*, ita scribit: « Ubi jus vel statutum requirit verum dolum, ignorans non incurrit poenam ejus, quantumcumque sit culpabilis ». Et ita etiam Tabiena *v. Dolus, n. 2*.

^{e)} Cornejo, *de Censur. i. g., disp. ult., dub. ult. i. f.*, hanc opinionem tenet, sed satis probabilem existimat contrariam.

^{f)} Duardus, *in bull. Coenae, lib. 2, qu. 37, n. 5 et seqq.*, hanc utique amplectitur, cum hac tamen limitatione, *n. 11*: « Nisi legentes [libros haereticorum] vehementem suspicionem habeant librorum malitiae; nam tunc non excusarentur ..., et eorum ignorantia esset ingens temeritas ». — Eademque limitationem apponunt Sanchez et Bonacina.

^{g)} S. Doctor in *Hom. Apost., tr. 19, n. 8*, loquendo de hac secunda sententia dicit: « Reapse id nequit dici improbabile ».

^{h)} Panormitanus, *in cap. Cognoscentes, de constitut., n. 6*, negat ignorantes hanc censuram incurrere, quia expressio ista: suadente diabolo « requirit dolum ». Et superius dixerat: « Si statutum requirat dolum, ... non habet locum in eo qui fuit in lata culpa tantum ». — Ast S. Antoninus, *part. 3, tit. 24, cap. 1, § 2*, dicit: « Ad hoc requiritur dolum,

ster ^{h)}, Rodriguez ^{h)}, etc., scilicet quod si quis cum ignorantia crassa et etiam affectata clericum occidit, excusatur a censura canonis, cum ibi dicatur: *Si quis, suadente diabolo, etc.* — Nam respondetur quod haec verba non important scientiam formalem censurae, sed tantum peccati.

Notandum hic cum Viva ¹ cum Filiuccio, quod ut incurratur censura, pro foro interno requiritur contumacia vera; pro foro autem externo, sufficit praesumpta.

49. — « 6°. Non incurritur censura ob « peccatum soli naturali vel divino juri « repugnans; sed requiritur praeceptum « Ecclesiae, quod contumaciter violetur.

« Item, nec ob peccatum mere praeteri- « tum potest censura infligi ab homine; « nisi aliquo modo pendeat in futurum, « ratione scandali, vel restitutionis non « factae, vel perseverantiae in peccato « post monitionem; quia abest contuma- « cia ». [Ita S. Thomas, Suarez, Coninck, Palaus et Salmant. ² communiter]. — « Nec « refert quod quis ob peccatum praeteri- « tum, vel etiam sine peccato (modo justa « causa subsit) possit ad tempus arceri « ab aliorum consortio, altari, commu- « nione, etc., ut subinde fit in religioni- « bus: et in jure etiam vocatur excom- « municatio vel suspensio, sed late; quia « non est censura proprie dicta, cujus « violatio inducat irregularitatem, sed « simplex tantum poena. — Filiucci ³.

« 7°. Non incurritur censuram qui legem « transgreditur ex gravi metu, licet quan- « doque non excusetur a gravi culpa; quia « non censetur contumax. — Laymann ⁴, « Bonacina ⁵ ex Suarez, Coninck, etc. ».

¹ De Censur., qu. 1, art. 4, n. 5, v. *Adverte 3.* - *Fill.*, tr. 11, cap. 6, n. 190 et 191. — *S. Thom.*, Suppl., qu. 21, art. 3. — *Suar.*, disp. 4, sect. 5, n. 6 et seqq. — *Coninck*, disp. 13, n. 73 et seq. — *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 6. — ² Tr. 10, cap. 1, n. 120. — ³ Tr. 11, cap. 6, n. 184 et seqq. — ⁴ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 9. — ⁵ Disp. 1, qu. 2, punct. 3, n. 2. — *Suar.*, disp. 4, sect. 3, n. 13 et 14. — *Coninck*, disp. 13, num. 101. — ⁶ De Censur., part. 1,

Dubitatur: *An episcopus possit per sententiam ferre censuram pro crimine futuro?*

Negat Contin. Tournely ⁶; et probat ex cap. *Romana*, de sent. excom., in 6°, ubi dicitur: *Caveant [praelati] ... ne tales sententias excommunicationis, sive specialiter sive generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet si tale quid fecerint ... proferre praesumant, nisi ... culpa seu offensa praecesserit.* — Sed affirmant ^{a)} Laymann ⁷ cum Abbate, Covarruvias et Ugolino; Sporer ac Viva ⁸ cum Suarez et Coninck. Et hoc est valde probabile quando adest justa causa; hic est usus communiter receptus in Ecclesia. Respondent autem praefati auctores ad textum oppositum, illud intelligi quando sine causa fertur hujusmodi censura.

50. — « 8°. Censura INVALIDA est ex tri- « plici capite:

« PRIMO, ob defectum ferentis, si scilicet « careat jurisdictione, vel eam habeat im- « peditam per censuram, vel suspensam « per legitimam appellationem (de qua « vide Laymann) ».

51. — « SECUNDO, si *substantialis ordo*, « *judicii praetereatur*, ut si reus non ci- « tetur, nec moneatur sub comminatione « censurae. Ratio, quia non est contumax « qui ante non fuit monitus de praecepto « et poena annexa. Quod tamen intellige « de censura ab homine lata per senten- « tiam particularem. — Quia quae fertur « a jure, vel per sententiam generalem « vel etiam specialem, respectu tamen « actus futuri, non eget alia monitione; « cum lex aut sententia seipsa satis mo- « neat. Idem est de sententia non illativa « censurae, sed declaratoria tantum; quia

cap. 1, § *Censura ab homine*, v. *Differunt 1.* — ⁷ Loc. cit., cap. 2; num. 2. — *Abbas Panorm.*, in cap. *A nobis*, de sent. excom. num. 8. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, n. 1. — *Ugolin.*, tab. 1, cap. 9, § 5, n. 3. — *Sporer*, Suppl. Decal., cap. 3, num. 23. — ⁸ De Censur., qu. 1, art. 1, n. 5, v. *Dubium.* — *Suar.*, disp. 3, sect. 4, num. 7. — *Coninck*, disp. 13, num. 15. — *Laym.*, loc. cit., cap. 6, n. 2.

Episcopus potest ferre censuras pro crimine futuro.

Censura est invalida:

1. Ob defectum ferentis.

2. Ob praetermissum ordinem iudicii.

Regulariter non incurritur censura ob peccatum praeteritum.

ut quis incurrat; nam probabilis ignorantia excusat ». — Et Silvester, v. *Ignorantia*, n. 18, v. *Quartum*; et v. *Excommunicatio VI*, n. 6, v. *Secundo*, approbat Panormitanum; ac Rodriguez, *Sum. part. 1, cap. 80, concl. 11*,

adhaeret huic sententiae eodem modo quo S. Antoninus.

49. — ^{a)} At revera auctores tenentes affirmativam non dissentiunt a Contin. Tournely; iste enim dicit: « Neque ferri posset, si abesset

« absque alia monitione declarari potest
« censura incurta, quando crimen cui est
« annexa commissum esse evidenter con-
« stat ».

Quid re-
quiratur ad
licitatem.

« Porro ut censura sit licita, requiritur
« 1°. Ut dicta *monitio* sit *canonica*, id est
« trina, juxta canones: etsi aliquando ex
« juxta causa sufficiat una tribus aequi-
« valens (v. gr., moneo te semel pro tribus
« vicibus). 2°. Ut ex *scripto* recitetur. 3°. Ut
« *causa* censurae exprimatur. 4°. Ut reo
« petenti *exemplum scripturae* intra men-
« sem tradatur: alioqui iudex ipse suspen-
« ditur a divinis officiis. — Filiuccius ¹ ».

Non in o-
mnibus cen-
suris requi-
ritur moni-
tio.

52. - Praenotandum est hic quod non
in omnibus censuris requiritur monitio
rei. Nam in excommunicatione, quia ibi
omnino requiritur rei contumacia, requi-
ritur etiam monitio. In suspensione autem
et interdicto particulari (secus generali),
quia hae censurae feruntur aliquando per
modum non censurae, sed purae poenae
ad punitionem peccati praeteriti: ideo non
semper monitio requiritur, ex cap. *Tam
litteris 33, de testib. et attest.*; cap. *Cum
in cunctis 7, de elect.*; cap. *Sacro 48, de
sent. excom., et cap. 1, eod. tit., in 6°*. —
Ita Palaus ², Bonacina ³ et Salmant. ⁴ cum
Coninck, Gibalino et Diana.

53. - Sed quaeritur 1°. *An censura sine
monitione prolata sit valida?* — Quod
monitio sit necessaria de necessitate *prae-
cepti*, nemo dubitat ex cap. *Reprehensi-
bilis, de appellat.* Vide Salmant. ⁵. — Et
hic notandum quod monitio debet specia-
liter fieri de censura cujus fit comminatio;
ut Suarez ⁶; et Salmant. ⁷ cum Soto, Co-
ninck, Suarez, etc. communiter.

¹ Tr. 11, cap. 4, n. 83, 98, 99, 107 et seqq. — ² Tr. 29,
disp. 1, punct. 5, n. 5. — ³ Qu. 1, punct. 9, n. 1 et 5. —
⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 80. Coninck, disp. 13, n. 82 et 83.
Gibal., disquis. 6, qu. 2, num. 4. Diana, part. 5, tr. 9,
resol. 18. — ⁵ Loc. cit., n. 82. — ⁶ Disp. 3, sect. 11, n. 7.
— ⁷ Loc. cit., n. 83. Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2,
concl. 3. Coninck, disp. 13, num. 80. - Suar., loc. cit. —
⁸ Disp. 3, sect. 8, num. 7. — ⁹ Qu. 1, punct. 9, num. 4. —

Utrum autem *monitio sit necessaria
de essentia?* — Adest duplex sententia
probabilis:

Prima sententia, quam tenent Suarez ⁸
Bonacina ⁹; item Cajetanus. ^{a)} Diana ^{a)}, etc.,
apud Salmant. ^{a)} (qui putant probabilem),
dicit Ecclesiam sive Papam ex plenitu-
dine potestatis posse censuras ferre, nulla
praemissa monitione. — Et probant ex
can. *Duo sunt, dist. 96*, ubi Innocentius
excommunicavit Arcadium ob delictum
praeteritum; et can. *Tanta, dist. 86*, ubi
S. Gregorius excommunicavit quosdam
sine monitione ob crimen jam factum.

Probabi-
liter moni-
tio non est
necessaria
ad validita-
tem.

Secunda vero sententia, communior et
probabilior, quam tenent Sanchez ¹⁰, Ana-
cletus ¹¹, Contin. Tournely ¹²; et Salmant. ¹³
cum Soto, Coninck, Avila, Cornejo, Gi-
balino, etc., docet omnino praemittendam
esse monitionem canonicam: nisi censura
sit jam lata a jure. — Probatur ex cap.
Statuimus 3, de sentent. excom., ubi di-
citur quod canonica monitio necessario
praemittenda est: *aliter ... excommunicatio
prolata non teneat*. Et idem dicitur in cap.
Constitutionem 9, eod. tit. Praeterea pro-
batur ex Matth. XVIII, ubi: *Si ... Eccle-
siam non audierit, sit tibi sicut ethnicus*.
Ergo Ecclesia non habet facultatem fe-
rendi censuras, nisi contra contumaces
qui nolunt Ecclesiam audire; censura enim
est poena medicinalis, quae tantum in eum
fulminanda est qui ob suam contumaciam
aliter sanari non potest: nullus autem
contumax dici potest, nisi prius de poena
infigenda fuerit admonitus. — Nec ob-
stant textus oppositi. Nam ad can. *Duo
sunt*, respondent Salmant. ¹⁴, quod Arca-

Probabi-
lius est ne-
cessaria.

¹⁰ De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 13 et 21. — ¹¹ Tract. 13,
de Censur., dist. 1, num. 19. — ¹² Part. 1, cap. 3, art. 4,
sect. 1, v. *Dico 1*. — ¹³ Tr. 10, cap. 1, num. 84. Sotus,
in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, concl. 4. Coninck, disp. 13,
n. 82. - Avila, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 10. - Cornejo,
de Censur. i. g., disp. 5, dub. ult.; et Excom., disp. 5,
dub. 1. Gibal., disquis. 6, qu. 2, num. 2 et 5. — ¹⁴ Loc.
cit., n. 86.

haec suspicio [praesens gravis mali] quia ta-
lem censuram ferre sine causa vel delicto
actu existente, seu pro mere futuro prohibi-
tum est ». Et idipsum, scilicet ut adsit causa
vel delictum in praesentiarum existens, requi-
runt Laymann, Abbas, etc.

53. - ^{a)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 18*,
dicit tenendam esse sententiam quae negat

requiri monitionem ad essentiam censurae,
sed nullam facit mentionem de absoluta Eccle-
siae potestate. — Cajetanus vero, *in 2am 2ae*,
qu. 69, art. 1, v. Ad 2 dicitur, ait post factum
posse excommunicari sub conditione quae
pendet ex voluntate rei, scilicet si non reve-
laverit. Et Salmant., *tr. 10, cap. 1, n. 85*,
auctores indiscriminatim citant pro bimbri

dus ibi excommunicatus fuit, quia Chrysostomum injuste prius ejectum noluit revocare. Ad textum autem in can. *Tanta* respondetur non esse ibi proprie sermonem de excommunicatione, sed tantum de privatione Eucharistiae.

Nisi censura sit jam a jure infligta latae sententiae.

Dixi autem: *nisi censura sit a jure jam infligta latae sententiae*; quia tunc ipsa lex monet. — Excipitur tamen 1°. Suspendio lata contra religiosos usurpantes decimas, vel prohibentes aut non permittententes eas solvi; ex *clém. 1 de decimis*. Excipitur 2°. Excommunicatio lata in religiosos impediētes visitationem episcopi; ex *clém. un., § fin. de statu monachor.* In utroque enim casu, in praefatis textibus requiritur monitio.

Censura ob peccatum mere praeteritum est nulla.

54. — Stando autem in jure communi, procul dubio invalida ^{a)} est censura lata ob peccatum mere praeteritum, nisi habeat tractum successivum in futurum; ut docent Anacletus¹, Concina² et Salmant.³, ex cap. *Ex parte, de verbor. signif.* — Nulla enim esset censura lata ob blasphemiam vel furtum mere praeteritum. Quando ergo excommunicatur aliquis ob furtum, excommunicatur ratione contumaciae: vel quia fur sciebat furtum esse ab Ecclesia vetitum sub censura, vel quia monitus sub poena censurae, renuit restituere. Ita Viva⁴. (Vide dicta *num. 33, in fine*). Tunc enim incurritur censura sine alia sententia declaratoria: ad differen-

tiam aliarum poenarum ecclesiasticarum, ut sunt privatio officii, inhabilitas ad officia, etc., quae semper sententia saltem declaratoria indigent. Croix⁵ cum Lessio, Barbosa, Pellizzario, etc. communiter.

55. — Quaeritur 2°. *An requiratur monitio, si censura sit comminata a jure ferendae sententiae?* — Si censura sit comminata *ab homine*, certum est non requiri monitionem; quia per illud praeceptum jam etiam habetur monitio ab ipso iudice facta; ut Sanchez⁶ et Salmant.⁷

Dubium ergo est *si sit a jure*. — Duae sunt sententiae:

Prima dicit omnino requiri monitionem; et hanc tenent Palaeus⁸, Suarez⁹, Laymann¹⁰, et Salmant.¹¹ cum Cajetano, Cornejo, Diana, etc. — Quia (ut dicunt), cum sententia censurae ferenda est ab homine, sicut censura lata a jure petit monitionem a jure, sic ferenda ab homine, petit monitionem ab homine.

Juxta alios requiritur monitio si censura sit a jure ferenda sententia

Secunda tamen probabilior sententia dicit non requiri monitionem; eamque tenent Busenbaum (ut supra, *n. 51*), Concina¹², Sanchez^{a)}; item Filiuccius^{b)}, Abbas^{a)} et Avila, apud Palaum¹³ (qui probabilem putat). — Ratio, quia ad hanc censuram jam habetur utrumque, monitio et contumacia: *monitio*, quae facta est ab ipsa lege; tam enim monet lex infligens censuram latae sententiae quam ferendae: et *contumacia*, quia ille jam monitus noluit

Probabilius non requiritur.

¹ Tr. 13, de Censur., dist. 1, n. 17. — ² Diss. 1, cap. 4, n. 1. — ³ Tr. 10, cap. 1, n. 120 et 84. — ⁴ De Censur., qu. 1, art. 4, num. 5, v. *Infertur 2.* — ⁵ Lib. 7, num. 77. — *Less.*, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 29, dub. 8, num. 63 et 64. *Barb.*, de Off. et Pot. Episc., alleg. 57, n. 252. *Pelliz.*, tr. 7, cap. 1, n. 65 et 66. — ⁶ De Matr., lib. 2, disp. 24, n. 28. — ⁷ Loc. cit., n. 90. — ⁸ Tr. 29, disp. 1, punct. 5,

n. 7. — ⁹ Disp. 3, sect. 10, a n. 19, v. *Potest autem.* — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 6. — ¹¹ Tr. 10, cap. 1, n. 91. *Cajetan.*, Sum., v. *Clericorum peccata*, vers. *Nec obstat.* *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 5. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 18. — ¹² Qu. 1, punct. 9, n. 3, v. *Sed oppositum.* — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 5. — ¹³ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 6.

assertione, quod scilicet de plenitudine potestatis, Ecclesia potest ferre censuram non praemissa monitione, et quod ob delicta pure praeterita, non habito respectu ad futurum, potest eam ferre.

54. — ^{a)} Anacletus et Concina non dicunt expresse censuram latam ob peccatum mere praeteritum invalidam esse, sed negant eam infligi posse, quia si resipiscat, addit Concina, non est contumax, « atque adeo neque censura dignus ».

55. — ^{a)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 2, disp. 24, n. 28, id dicit de censura comminata ab homine et idem habet Abbas, *in cap.* Cum sit romana, de appellat., n. 28; sed ratio quam

affert Sanchez est generalior et valet etiam pro censura comminata a jure.

^{b)} Filiuccius citatur utique a Palaeo; sed ipse, *tr. 11, cap. 4*, generatim tractans de censura ferendae sententiae distinguit et scribit, n. 94: « Absolute loquendo et regulariter, veriore videri secundam sententiam [quae scilicet negat posse excommunicari absque alia monitione]; sed, n. 95, addit: « Quando delictum esset tale, ut nullo modo extendere in futurum, sed tantum relinqueret obligationem satisfaciendi Deo, probabilius videtur tunc posse procedi ad executionem, si alias transgressio fuit notoria et auctor est notus ».

obtemperare. — Nec obstat ratio opposita; quia tunc superior, cum teneat locum primi legislatoris, sicut posset legislator, sic etiam ipse superior potest censuram exsequi.

Requiri-
tur tamen
citatio rei.

Bene tamen advertunt Suarez¹, Toletus^{c)}; et Bonacina^{d)} cum Navarro^{d)}, Filiuccio^{d)}, Felino^{d)}, etc., quod eo casu requiritur citatio rei ad censuram declarandam; cum bene fieri possit quod reus probabilem sui facti excusationem afferat. Nisi forte, excipit Bonacina², crimen sit adeo notorium ut evidenter constet nullam reo competere defensionem.

Monitio
debet esse
trina,

56. — Notandum autem 1^o. Quod monitio canonica proprie est *trina*.

aut una
pro tribus
cum inter-
vallo.

Sed etiam canonica est si fiat *una pro tribus* (adhuc sine causa); dummodo in ista una aequivalens tempus designetur, nempe sex dies (nam pro unaquaque monitione requiritur spatium saltem duorum dierum, ut dicunt Suarez^{a)} et Salmant.³, et colligitur ex cap. *Constitutionem, de sent. excom., in 6^o*) et dummodo terminus sex dierum assignetur ut peremptorius et ultimus: alias, reus contumax non constitueretur. Ita Salmant.⁴, Bonacina⁵. — Sufficit tamen si dicatur: *Mandamus, ut infra sex dies restituat, alias excommunicatur ipso facto*; quia tunc virtualiter terminus peremptorie assignatur. Suarez⁶, Palaus⁷ et Salmant.⁸.

Quando-
que inter-
valla redigi
possunt.

Notandum 2^o. Quod ex justa causa, tria illa intervalla redigi possunt ad unum

¹ Disp. 3, sect. 14, n. 6. — ² Qu. 1, punct. 9, n. 4. — ³ Tr. 10, cap. 1, n. 93. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Loc. cit., n. 5. — ⁶ Disp. 3, sect. 9, n. 4. — ⁷ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 8. — ⁸ Loc. cit., n. 93. — ⁹ Qu. 1, punct. 9, n. 7. — ¹⁰ Disp. 3, sect. 9, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 94. *Coninck*, disp. 13, num. 79. *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, num. 6. — ¹² Tr. 10, cap. 1, num. 94. *Cornejo*, de Censur. g., disp. 5,

diem vel brevius tempus: modo ^{b)} tria spatia assignentur; ut Bonacina⁹, Suarez¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Coninck et Gibalino. — Et aliquando, si periculum sit in mora (ut si clericus ad mortem ducatur, vel si agatur de reprimenda violentia et turbatione jurisdictionis), sufficit tunc una monitio sine illis competentibus tribus spatiis: modo terminus designetur; ut Salmant.¹² cum Cornejo, et Croix¹³.

Notandum 3^o. Quod monitio debet fieri ab ipso iudice vel ab alio, ejus nomine. — Et si censura imponitur in commodum partis, ad illius instantiam citatio fieri debet. Ita Suarez¹⁴, Bonacina¹⁵ et Salmant.¹⁶ cum aliis. — Debet etiam monitio fieri in scriptis ^{c)}: nisi iudex procedat ex officio, prout tenetur aliquando ob bonum commune, ex cap. *Venerabilibus*, § *Porro, de sent. excomm., in 6^o*; quia tunc sufficit si monitio fiat ore tenus, ita tamen ut probari possit in foro. Ita Salmant.¹⁷ cum Gibalino et Cornejo, ex cap. *Sacro, de sent. excom.*

Monitio
debet fieri a
iudice.

57. — Notandum 4^o. Quod si censura ferenda sit contra plures generaliter, sufficit ut fiat monitio in ecclesia coram populo: si vero ponatur interdictum contra communitatem, sufficit ut moneantur ii ob quorum culpam fertur. — Ita Suarez¹⁸, Bonacina¹⁹; et Salmant.²⁰ cum Gibalino, etc.

Sufficit in-
terdum ut
publice fiat.

Si autem fulminetur censura contra particularem personam, tunc ipsa specialiter monenda est.

Quandoque
non sufficit.

dub. 2, qu. 3. — ¹³ Lib. 7, num. 73. — ¹⁴ Disp. 3, sect. 11, num. 1. — ¹⁵ Disp. 1, qu. 1, punct. 9, num. 4, v. *Tertio*. — ¹⁶ Loc. cit., num. 95. — ¹⁷ Loc. cit., num. 95. — *Gibalin.*, disquis. 6, qu. 2, num. 10. *Cornejo*, loc. cit., qu. 7. — ¹⁸ Disp. 3, sect. 8, num. 2. — ¹⁹ Disp. 1, qu. 1, num. 11. — ²⁰ Tr. 10, cap. 1, num. 96. *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, n. 7 et 8.

^{c)} Toletus, *lib. 1, cap. 44, n. 4*, loquitur de sola suspensione quae ab homine fertur, in poenam peccati dumtaxat.

^{d)} Bonacina, *loc. cit., n. 4, v. Quarto*, hoc utique docet; sed ibi non citat Filliccium, qui revera de alio casu loquitur, *loc. cit., n. 111*, sicut pariter Felinus, *in cap. Rodolphus, de rescript., n. 41*. — Navarrus autem, *consil. 56, de sent. excom., n. 5*, scribit: « Licet excommunicatio et aliae censurae, latae sine monitione, valeant..., declaratio tamen quod aliquis incurrit in illas non potest fieri absque citatione ejus, et antequam audiatur vel contumax judicetur ».

56. — ^{a)} Suarez, *disp. 3, sect. 9, n. 3*, dicit: « Tutius erit id observare », ubi nulla rationabilis causa in contrarium subest.

^{b)} Bonacina, Suarez et Coninck conditionem hanc non requirunt.

^{c)} Rem aliter proponunt, *loc. cit.*, Salmant.: « Quando in commodum alicujus particularis fertur, ad instantiam illius debet fieri. Si vero in bonum commune, ex proprio motu iudicis potest procedere: quia ex officio ad hoc tenetur. Cap. *Venerabilibus*, § *Porro, de sent. excom., in 6^o*. Non requiritur quod fiat in scriptis, bene tamen coram testibus idoneis, quibus in foro exteriori probari pos-

Excipe tamen tres casus sequentes, in quibus sufficit fieri monitio in ejus domo vel si domum non habeat, in ecclesia vel loco publico. — Casus 1. est, quando reus absconditur aut fraude impedit monitionem; ut Salmant.¹ cum Avila, ex *cap. fin. de dolo et contum.* Dolus autem debet constare testibus, aut manifestis indiciis: Bonacina², et Cornejo cum Salmant.³ — Casus 2, quando reus est semel personaliter citatus; tunc enim aliae citationes fieri possunt domi aut in ecclesia aut tribunali. Salmant.⁴ cum Bonacina, ex decisione Rotae Romanae. — Casus 3. est, quando probari potest citatio domi facta jam ad notitiam rei pervenisse; tunc enim reliquae citationes etiam domi fieri possunt. Suarez, Bonacina, Cornejo, etc. cum Salmant.⁵; et colligitur ex *clém. 3, de elect.*

Censura sine trina monitione est valida.

58. - Notandum 5^o. Quod, licet de necessitate praecepti trina monitio sit necessaria; alias judex lethaliter peccabit (nisi urgentissima causa, ut supra, excusaret), uti apud omnes est certum: — sine tamen illa trina monitione, minime equidem censura erit invalida; cum in *cap. Romana, de sent. excom., in 6^o* censurae sine monitione debita inflictae vocentur injustae, sed non invalidae. Imo, in *cap. Sacro, de sent. excom.* dicuntur justae; intellige, eo quod saltem non sunt contra justitiam commutativam aut distributivam, quamvis sint contra legalem. — Ita Palaus⁶, Bonacina⁷; et Salmant.⁸ cum Coninck, Gibalino, Cornejo et Diana.

Exceptiones.

Excipiuntur tamen duo casus, in quibus, nisi praecedat trina monitio, vel una pro tribus (ut supra), invalida est censura:

¹ Tr. 10, cap. 1, n. 96. *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 7, concl. 3. — ² Disp. 1, qu. 1, n. 9. — ³ Loc. cit., n. 96. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 8. — ⁴ Loc. cit., n. 96. — *Bonac.*, loc. cit., n. 9, v. *Secundus casus*. — *Suar.*, disp. 3, sect. 11, num. 6. — *Bonac.*, qu. 1, punct. 9, n. 9. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 5, dub. 2, qu. 8. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 96. — ⁶ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 8. — ⁷ Loc. cit., n. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 97. — *Coninck*, disp. 13,

1^o. Quando judex excommunicat aliquem (vel suspendit aut interdicit) communicantem cum excommunicato a se, ex *cap. Statuimus*, et *cap. Statutum, de sent. excom. in 6^o*. — 2^o. Quando constat delegatum non aliter accepisse facultatem ferendi censuras, quam trina monitione praecedente. Salmant.⁹.

59. - Haec quoad *monitionem* censurae.

Quoad autem *censurae sententiam*:

Notandum 1^o. Quod ad censuram incurrendam, non sufficit simplex voluntas superioris. — Sed requiritur ut sensibilibiter ipse eam manifestet scripto aut verbis (ut est certum apud Salmant.¹⁰), aut etiam alio externo signo, ut communiter Suarez^a), et Salmant.¹¹ cum Cornejo, Villalobos^b), Candido, etc., contra aliquos.

Sententi debet sensibilibiter exprimi.

Notandum 2^o. Quid, licet pro censuris valide ferendis non sint necessaria verba aut signa determinata; oportet tamen ut sufficienter determinetur persona, crimen et censura. Salmant.¹² ex D. Thoma^c). — Et idem dicitur de censurae absolute. Salmant.¹³ cum Candido, Cornejo et Gibalino.

Et mod sufficienter determinato.

60. - Notandum 3^o. Quod ad censuras licite ferendas, observandae sunt solemnitates assignatae ab Innocentio IV in *cap. Cum medicinalis 1, de sent. excom., in 6^o*, ubi sic habetur: *Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat et causam excommunicationis expresse conscribat Exemplum vero hujusmodi scripturae teneatur excommunicato tradere infra mensem, si fuerit requisitus: super qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum, vel litte-*

Solemnitates requisitae ad litigationem scripturam.

n. 79 et 81. *Gibal.*, disquis. 6, qu. 2, n. 12. — *Cornejo*, loc. cit., dub. 3; et de *Excom.*, disp. 5, dub. ult. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 19. — ⁹ Loc. cit., n. 98. — ¹⁰ Loc. cit., n. 61 et 65. — ¹¹ Loc. cit., n. 65. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 4, dub. 1; et de *Excom.*, disp. 4, dub. 1. — *Candido*, disquis. 22, art. 16, dub. 1. — ¹² Tr. 10, cap. 1, n. 61, 62 et 66. — ¹³ Loc. cit., n. 66. — *Candido*, loc. cit., dub. 9. — *Cornejo*, locis cit. — *Gibal.*, disquis. 10, qu. 5, n. 2.

sit. *Cap. Sacro, de sent. excom.*; Gibalino, n. 10; Cornejo, *dub. 2, qu. 7* ».

59. - ^a) Suarez ita profecto, *disp. 3, sect. 2, n. 4*; sed addit: « Fateor tamen, nisi intercedant verba aut scripta aut vocalia, aut scripta vel propria manu vel alterius ope exhibita, nullam aliam actionem videri sufficien-

tem ad exhibenda signa satis certa et expressa, quibus mediantibus censura inferatur ».

^b) Villalobos, *part. 1, tr. 16, diff. 6, n. 10*, de sola scriptura loquitur.

^c) D. Thomas, *in 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, sol. 2, ad 2*, hoc innuit tantum, dicendo de contrahentibus matrimonium quod quamvis

Poenae contra transgressores.

ras testimoniales confici sigillo authentico consignatas. Postea additur: *Si quis autem iudicium huiusmodi constitutionis temerarius exstiterit violator, per mensem unum ab ingressu ecclesiae et divinis officiis noverit se suspensum.* Et inde: *Et haec eadem in suspensionis et interdicti sententiis volumus observari.* — Ratio Pontificis haec omnia praescribendi fuit ne festinanter et temere et imprudenter censurae fulminentur.

Ultra autem has poenas ipso facto incurrendas, alias assignat Pontifex a superioribus inferendas, nempe: 1^o. Ut reus protinus a censura absolvatur. 2^o. Ut si iudex in eo mense, in quo suspenditur ab officiis et ingressu ecclesiae, illis se ingesserit, tunc irregularitatem incurrat. 3^o. Ut idem iudex teneatur solvere expensas omnes; et insuper arbitrio superioris alias poenas subire.

Consecrarium.

Ex quo infertur quod, licet censura sine praefatis solemnitatibus sit valida, ut verius tenent Palaus¹; et Salmant.² cum Avila^{a)}, Leandro, Gibalino, Candido, etc., contra Ripa et Sayrum^{b)}, dum ex ipso cap. citato praecipitur ut iudex censuram relaxet; ergo valida censetur; — attamen iudex procul dubio graviter peccabit si aliquam ex dictis solemnitatibus omittet, nempe si non ferat censuram in scriptis, si causam non assignet, si exemplum postulanti non concedat. Ita Bonacina³; et Salmant.⁴ cum Sayro, Gibalino, etc.

Solemnitates interdum non requiruntur.

61. - Advertendum tamen 1^o. Quod hoc currit quando censura fertur per modum sententiae, cognita causa, cum citatione, ut patet ex verbis in citato cap. *Cum me-*

dicinalis; Si quis... iudicium, etc. Secus, si censura fertur a jure, vel etiam ab homine, sed per modum legis generalis sive praecepti particularis (v. gr. alicui ne aliquid agat): tunc enim tales solemnitates non requiruntur. Ita Salmant.⁵ cum Gibalino, Sayro et Cornejo.

Advertendum 2^o. Quod in scriptura debet exprimi causa censurae, non in genere, sed in specie. Et insuper scriptura debet esse authentica, ita ut sit sigillo obsignata et subscripta a iudice vel alio ejus nomine, aut saltem quae idoneis testibus probari possit. — Salmant.⁶ cum Gibalino, Cornejo, etc.

Advertendum 3^o. Quod si iudex sit episcopus, sufficit si proferat censurae sententiam per alium. Si vero sit episcopo inferior, debet per seipsum proferre vel saltem per notarium aut alium ministrum. — Salmant.⁷ cum Villalobos^{a)}, Cornejo, Machado, etc.

Advertendum 4^o. Non incurere poenas qui dictas solemnitates omittet ex causa urgenti quae moram non pateretur; cum in textu dicatur: *Si quis temerarius, etc.* — Ex quo infertur quod non solum non incurrit poenas episcopus, etiamsi culpabiliter solemnitates omittat (dum in poenis suspensionis et interdicti debet specialis mentio fieri de episcopis, ut ex cap. *Quia periculosum, de sent. excom., in 6^o*. Unde, dum in citato cap. *Cum medicinalis*, inter alias poenas indicitur suspensio, apparet quod sanctio illa, sicut non respicit episcopos quoad suspensionem, neque quoad alias poenas: ita Palaus⁸; et Salmant.⁹ cum Candido^{b)} et Machado); — sed nec

Causa censurae in specie exprimenda.

Scriptura sit authentica.

A quonam proferenda sententia.

Interdum omittens solemnitates non incurrit poenas.

¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 10. — ² Tr. 10, cap. 1, n. 73. *Leand.*, tr. 1, disp. 4, qu. 2. *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, num. 18. *Candid.*, disquis. 22, art. 18, dub. 5. *Francisc. Ripa*, sup. lib. 1 Decretal., rubr. de constit., n. 48. — ³ Qu. 1, punct. 8, num. 1. — ⁴ Loc. cit., n. 72. *Sayr.*, lib. 1, cap. 13, n. 16. — *Gibal.*, loc. cit., n. 13 et 17. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 74. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, n. 25. —

Sayr., lib. 1, cap. 13, n. 17 et 18. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 2, dub. 1; de Excom., disp. 6, dub. 1. — ⁶ Loc. cit., n. 75. — *Gibal.*, loc. cit., n. 9 et 10. *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 6, dub. 1, qu. 2 et 3. — ⁷ Loc. cit., num. 76. *Cornejo*, de Censur. i. g., loc. cit., dub. 1, qu. 4. — *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 13, n. 1. — ⁸ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 9. — ⁹ Loc. cit., n. 77. — *Mach.*, loc. cit., n. 3.

non possint consensum internum per verba exprimere « possunt tamen exprimere nutibus, et tales nutus pro verbis computantur ».

60. - ^{a)} Avila, *part. 2, cap. 2, dub. 3*, non satis recte citatur a Salmant.; ibi enim loquitur de solo peccato quod committit excommunicans.

^{b)} Sayrus, *lib. 1, cap. 7, n. 16*, ad validitatem requirit scripturam, quod tamen postea,

cap. 13, n. 2, negat dicens: « Licet in sententia hominis requiratur scriptura..., lata tamen sine scriptura et memoriter prolata, valida erit ». Item, *n. 8*.

61. ^{a)} Villalobos, *part. 1, tr. 16, diff. 7, n. 1*, videtur concedere quibuscumque iudicibus, quod possint per alium sententiam proferre.

^{b)} Candidus, *disquis. 22, art. 18, dub. 2, v. Dico 5*, loquitur de sola suspensionis poena.

etiam quivis alius ex ignorantia culpabili omittens: quia temeritas veram scientiam requirit, juxta dicta *Lib. I, n. 169*.

Poenae incurruntur etiamsi censura careat effectu.

Advertendum 5°. Quod poenae incurruntur etiamsi censura non habeat effectum, puta si iudex jurisdictionem habeat impeditam, vel si reus solvat aut appellet. Quia a Pontifice non punitur prolatio injustae censurae, sed prolatio sine solemnitatibus praescriptis. — Ita Salmant. ¹ cum Gibalino, Felino ^{c)}, etc., contra aliquos.

62. — Sed dubitatur hic 1°. *An incurratur censura lata sub distinctione*. v. gr. si dicatur: *Maneat excommunicatus aut suspensus?* — Adsunt duae sententiae, ambae probabiles.

Probabiliter non incurritur censura lata disjunctive.

Negant Silvester, Navarrus, Henriquez, etc.; quia ad censuram incurrendam requiritur ut ipsa in specie individue determinetur. — Affirmant autem Suarez ², Bonacina ³; et Candidus, Cornejo cum Salmant. ⁴; quia vi illius propositionis copulativae, tantum optio datur reo eligendi censuram qua malit ligari. Si autem nullam eligat, dicunt Bonacina ^{a)} et Candidus utramque incurrere: sed melius tenent Salmant. cum Suarez ^{a)}, quod, si unam frangat, alteram eligere censeatur.

63. — Dubitatur 2°. *An possit ferri censura sub conditione?*

¹ Tr. 10, cap. 1, n. 79. — *Gibal.*, disquis. 6, qu. 1, n. 14. — *Silvest.*, v. *Suspensio*, qu. 5, vers. *Si iterum suspensio*. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 161. *Henriq.*, lib. 13, cap. 32, num. 4. — ² Disp. 3, sect. 2, num. 12. — ³ Qu. 1, punct. 7, num. 4. — *Candid.*, disquis. 22, art. 17, n. 2, v. *Dico 2*. *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 4, dub. 4. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 63 et 64. — *Candid.*, loc. cit., v. *Dico 3*. — *Salmant.*, loc. cit., num. 64. — ⁵ Loc. cit., num. 68. — ⁶ Lib. 7, n. 109 et seq. — ⁷ Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 5. — ⁸ Tr. 10,

Potest, sine dubio ex cap. *Praeterea 40, de appellationibus*. Sed censura postea non incurritur nisi conditione impleta.

— Quare non incurritur si ante impletionem appelletur, ex *eod. cap. 2*: vide Salmant. ⁵. (Advertendo quod appellatio ante sententiam censurae eam suspendit; secus si fiat post sententiam. Croix ⁶). Vel si creditor, pendente conditione, proroget terminum pro censura a iudice assignatum. Quia, sicut potest creditor debitum remittere, ita et terminum prorogare; ut docent Palaus ⁷; Salmant. ⁸ cum Navarro, Silvestro et Cornejo; ac [Contin.] Tournely ⁹, ex cap. *Pastoralis, de appellat. a)*.

64. — Sed hic dubitatur 3°. *An, transacto termino prorogato a creditore, iudice inconsulto, si debitor non solvat, censura incurratur?*

Negant Ugolinus, Henriquez, Sayrus ^{a)}, Navarrus apud Salmant. ¹⁰; quia suspendere et prorogare censuram est actus jurisdictionis, quam non habet creditor. — Sed probabilius affirmant Suarez ¹¹, Palaus ¹², [Contin.] Tournely ¹³; et Salmant. ¹⁴ cum Coninck ^{b)}, Cornejo et Leandro. Ratio, quia ille terminus non assignatur ad finiendam obligationem, sed ne solutio ultra prorogetur sine creditoris consensu; quare transacto termino a creditore prorogato, eadem censura manet et incurritur.

Ferri test. cen. ra sub conditione.

Transacto termino probabiliter incurritur censura.

cap. 1, n. 69. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 15. *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, n. 1, cas. 13. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 4, dub. 2, qu. 3. — ⁹ Part. 1, cap. 4^a quaer. 5, resp. 2. — *Ugolin.*, tab. 1, cap. 20, § 6, n. 6. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 20, lit. i. — *Navar.*, loc. cit., n. 15. — ¹⁰ Loc. cit., n. 70. — ¹¹ Disp. 3, sect. 6, n. 11, v. *An vero*. — ¹² Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 6. — ¹³ Part. 1, cap. 4, qu. 4, v. *Caeterum*. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 70. *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 4, dub. 4, qu. 4. — *Leand.*, tr. 1, disp. 4, qu. 21.

^{c)} Felinus, in cap. *Tua nos, de jurejur.*, n. 7; et cap. *Ex tenore, de rescript.*, n. 9, rationem tantum hujus dicti affert, videlicet: quoties lex in aliquo facto potius attendit animum facientis quam ipsum effectum, poena imponitur etiamsi actus sit nullus.

62. — ^{a)} Bonacina hanc utique sententiam habet, sed etiam secundam, loc. cit., n. 5, (quod Salmant. non adverterunt) quae magis placet S. Alphonso: « In eo eventu, subjacere utrique poenae... Aut dici potest delinquentem qui unam censuram non observat censeret alteram elegisse ». — Idemque habet Suarez, loc. cit., n. 15, quamvis a Salmant. pro secunda tantum explicatione citetur.

63. — ^{a)} Cap. *Pastoralis* statuit excommunicationem jam latam non suspendi per appellationem; et ita etiam citatur a Collet.

64. — ^{a)} Sayrus, lib. 1, cap. 11, n. 20, diversimode casum ponit: « Si episcopus Petrum excommunicet nisi intra mensem satisfaciat Joanni; an Joannes tempus illud prorogare possit, ita ut praeterito mense, ob factam a creditore prorogationem, Petrus excommunicatus non sit?... Verius... sentiunt qui excommunicatum illum dicunt, si iudice inscio prorogatio facta sit ».

^{b)} Coninck, disp. 14, n. 199, pariter diverso modo casum ponit: « Si feratur in Joannem, nisi intra mensem Paulo, quem laesit, satis-

Quid de
nutatione
ori pendente
conditio-
ne.

Incurrit etiam censuram qui, pendente conditione, mutat forum; quia adhuc primum forum retinet jurisdictionem. Ita Ugolinus et Coninck, apud Salmant.¹ — Limitant tamen², Coninck et Suarez^{c)}, nisi ex justa causa, et non in fraudem, domicilium cum foro mutaretur.

Quando-
nam ferri
debeat cen-
sura.

65. - Hic denique notandum 1°. Quod censura ferri debet diebus non feriatis, quando ipsa per modum sententiae profertur, ex *cap. fin. de feriis*. Si vero diebus feriatis feratur, erit illicita quidem, sed non invalida, ut Palaus³; et Salmant.⁴ cum Sayro et Cornejo. — Verum bene possunt ferri diebus feriatis censurae, quando imponuntur per modum legis aut praecepti; et etiam illae quae feruntur per modum sententiae, quando contumacia ita patet, ut cognitione causae non egeat, ex *cap. Evidentia, de accusat.* — Monitio^{a)} autem censurae frequenter fieri solet die non feriato, si causae cognitio non praecedat; secus, si praecedat. Salmant.⁵ cum doctoribus citatis.

Quid, si
iudex sciat
censuratum
absolutum
foro inter-
no.

Notandum 2°. Quod si iudex sciat censuratum esse absolutum pro foro interno, docent Henriquez^{b)}, Felinus^{c)} et Decius^{c)}, apud Croix⁶, non esse puniendum pro foro externo.

Quaedam
notanda de
denuntiatio-
ne.

Notandum 3°. Quod qui semel censuram incurrit, debet denunciari et publicari ut sic citius respiscat, ex *cap. Pastoralis, § fin. de appellat.*, et *clém. fin. de censib.* — Haec autem, si lata fuit ab homine

sive per modum statuti, sive per modum sententiae particularis, ab ipsomet debet denunciari. — Si vero lata fuerit a jure communi, denuntiatio debet fieri ab Ordinario loci ubi censura incursa fuerit, ex *clém. 1, de privil.* Sed tunc ante denuntiationem praecedere debet citatio rei facienda a superiore proprio, dato ei termino ad jus suum dicendum; alias denuntiatio erit nulla, ex *clém. Saepe, de verbor. signif.* Ita Croix^{d)} cum Navarro, Covarruvias, Palao^{e)} et aliis communiter, apud Salmant.⁷ — Si autem reus satisfactionem offerat, statim est absolvendus. Salmant.⁸ cum Suarez.

66. - « TERTIO, ob defectum justae causae. Haec autem deficere potest tripliciter: 1°. Si nec a parte rei nec secundum allegationes fori externi subsistat. — 2°. Si a parte rei crimen subsistat quidem, non tamen in ordine ad iudicium, quia reus de eo non confitetur nec legitime de eo vincitur. — 3°. Si a parte rei non subsistat crimen, etsi juridice probetur, ideoque titulum seu causam praesumptam habeat iudex. In quo casu, etsi sententia a parte rei sit injusta, ideoque probabilius censura non liget in foro conscientiae; in foro tamen externo servari debet propter scandalum. — Vide Laymann⁹ ».

3. Ob defectum justae causae, censura est invalida.

67. - In dubio an censura sit incursa vel ne, in foro conscientiae non tenemur nos gerere ut censuratos. — Et hoc, sive

In dubio de incursa censura libertas possidet.

Ugolin., tab. 1, cap. 20, § 6, n. 4. Coninck, disp. 13, num. 19. ¹ Tr. 10, cap. 1, num. 68. — ² Ap. Salmant., loc. cit. - Coninck, loc. cit. — ³ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, num. 14. — ⁴ Loc. cit., num. 100. Sayr., lib. 1, cap. 7, num. 17; et cap. 14, num. 7. Cornejo, de Censur. i. g., disp. 6, dub. 3. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Lib. 7, num. 80. —

Navar., Man., cap. 27, num. 11, et consil. 30, de sent. excom., n. 3. Covar., in cap. Alma mater, part. 1, § 9, num. 5. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, num. 101. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, num. 101. - Suar., disp. 3, sect. 10, num. 17, v. In contrarium. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 6, v. Secundo redditur.

fecerit: si hic illi satisfactionem remisit aut consenserit ut eam differat, ipse eam non incurret, etiamsi statuto tempore non satisfecerit ».

c) Suarez, disp. 3, sect. 5, n. 6 i. f., limitat: « Si ex praecepto superioris propter commune bonum vel aliam similem causam cogatur domicilium mutare; tunc omnino desinit esse subditus priori iudici, etiam in causa coram illo inchoata ». Secus vero, si « in fraudem vel proprio motu domicilium mutet ». Quod non satis bene retulit Coninck.

65. - a) Rectius: denuntiatio censurae.

b) Henriquez, lib. 7, cap. 13, n. 2, dicit posse admitti in foro exteriori hanc absolu-

tionem; sed lib. 14, cap. ult., n. 1, ubi dicit debere admitti, loquitur de dispensatione irregularitatis.

c) Felinus, in cap. De his, de accusat., n. 7, de sola blasphemia hoc dicit; Decius, consil. 137, n. 3, de sola haeresi et blasphemia; sed generatim auctores isti negant liberum esse in foro externo.

d) Croix, lib. 7, n. 75 et 76, loquitur de denuntiatione facienda pro censura in particularem personam, lata a iudice post canonicam monitionem.

e) Palaus, quamvis a Croix citetur, dicit, disp. 1, punct. 5, n. 13, denuntiationem fieri posse absque monitione, dummodo crimen sit

dubium sit *facti*, id est circa crimen (puta si dubitetur an percussio clerici fuerit graviter injuriosa), ut docent Sanchez¹, Bonacina², Holzmann³, Mazzotta⁴, Palaus⁵, Laymann⁶, Roncaglia⁷ et Salmant.⁸ cum Candido, Tanner et Diana (contra Sayrum, Azor, etc. apud Bonacina); sive dubium sit *juris*; id est circa sententiam (puta si dubitetur an censura fuerit latae an ferendae sententiae, vel an conditio apposita in sententia sit impleta vel non), ut Sanchez⁹, Bonacina¹⁰, Holzmann¹¹, Roncaglia¹² et Salmant.¹³ cum Valentia^{a)}, Covarruvias^{a)} et Diana; ex D. Thoma, qui¹⁴ docet quod post determinationem iudicis standum est ejus sententiae; secus ante determinationem. — Ratio pro dubio *facti* est, quia in dubio nemo est exspoliandus jure suo communicandi quod possidet. Pro dubio autem *juris* ratio est, quia poenae sunt restringendae; unde in dubio non incurruntur.

Si vero post censuram incursum dubitetur de absoluteione obtenta vel de appellatione interposita et similibus; tunc omnino reus debet se habere ut censuratum. Quia tunc possessio stat pro superiore, ut recte dicunt Sanchez¹⁵, Palaus¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Covarruvias. — Et idem dicendum cum Sanchez¹⁸ et Salmant.¹⁹ si

dubium sit de potestate superioris, quando hic pacifice eam possidet.

68. — Dubitatur 1^o. *In dubio an censura fuerit justa vel ne, an ut justa sit judicanda?*

Negat Dicastillus^{a)} apud Croix^{a)}, dicens superiorem esse quidem in possessione ferendi censuras justas; sed cum de justitia dubitatur, potius dicendum est possidere libertatem subditi. Et idem sentiunt Vasquez, Sancius^{b)}, etc. (apud Viva²⁰), loquendo de lege dubie justa; et probabile putat Tamburinius²¹. — Sed verius affirmant^{c)} Salmant.²², Viva²³; Bonacina²⁴ cum Vasquez, Suarez et Salas; item Palaus et alii communiter cum Croix²⁵. Quia in dubio possidet potestas iudicis.

Dubitatur 2^o. *An si reus habet opinionem probabilem pro se, teneatur parere iudici aliquid praecipienti sub censura, puta solutionem pecuniae?*

Affirmandum etiam cum communi, sive dubium sit juris sive facti; quia alias nunquam lites finirentur. Ita Salmant.²⁶ cum Soto, Diana^{d)}, Vasquez^{e)} et Avila. Bene tamen advertunt Salmant.²⁷ cum Avila, quod in dubio facti id procedit durante dubio. Nam si postea censuratus fieret certus de sua innocentia, tunc non tenetur nec solvere nec se gerere ut cen-

In dubio de justitia censurae censurata est justa.

Qui habet solum probabilitatem debet obtemperare.

Non vero si est certus.

Non vero in dubio de absoluteione, appellatione, aut potestate superioris.

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 56 et 62. — ² Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 6, § 2, n. 49. — ³ De Poenis Eccles., n. 151, v. *Ad 3*. — ⁴ Tr. 1, disp. 1, qu. 3, cap. 4, v. *Infers 1*. — ⁵ Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 8. — ⁶ Lib. 1, tr. 1, cap. 5, § 4, n. 38. — ⁷ Tr. 11, de 5^o Praec., cap. 2, qu. 6. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, n. 209. — *Candid.*, disquis. 22, art. 15, dub. 1, v. *Dico 4*. — *Tann.*, tom. 4, disp. 6, de Poenit., qu. 10, n. 60 et seq. — *Diana*, part. 4, tr. 3, resol. 35; et part. 5, tr. 9, resol. 44. — *Sayr.*, Clav., lib. 1, cap. 13, n. 23 et 24. — *Azor*, part. 1, lib. 2, cap. 19, qu. 10. — *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 49, v. *Resp. 2*. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Loc. cit., v. *Resp. 1*. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., qu. 6. — ¹³ Tr. 10, cap. 1, n. 208 et 210. — *Diana*, locis cit. — ¹⁴ Quodlibet 4, art. 14. — ¹⁵ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 57 et 59. — ¹⁶ Tr. 29, disp. 1,

punct. 8, num. 8. — ¹⁷ Tr. 10, cap. 1, num. 210. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 2, n. 5. — ¹⁸ Loc. cit., n. 60. — ¹⁹ Loc. cit., n. 210. — *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 66, cap. 9, n. 50 et seqq. — ²⁰ De Legib., qu. 1, art. 2, n. 4. — ²¹ Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Subditus*. — ²² Tract. 11, de Legib., cap. 1, n. 15. — ²³ Loc. cit., n. 4. — ²⁴ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 3, n. 11. — *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 151, cap. 4, i. f. *Suar.*, de Legib., qu. 1, cap. 9, n. 20, et de Censur., disp. 4, sect. 6, n. 6. — *Salas*, de Legib., disp. 10, sect. 2, n. 11. — *Palaus*, tr. 1, disp. 3, punct. 13, n. 2. — ²⁵ Lib. 7, n. 123. — ²⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 6. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 3, ante 3 concl. v. *Secundo modo*. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 1, dub. 2, concl. 2. — ²⁷ Loc. cit., n. 6. — *Avila*, loc. cit.

notorium; « alias ea declaratio *illicita* esset contra jus naturae juridicumque ordinem procedendi ».

67. — ^{a)} Valentia, in *3am Part.*, disp. 7, qu. 19, punct. 2, v. *Caeterum Didacus*; Covarruvias, in *clem.* Si furiosus, *init.*, n. 3, tractant de sola irregularitate ex delicto.

68. — ^{a)} Dicastillus, de *Censur.*, disp. 1, n. 351, 353 et 354, id ait esse probabile, imo probabilissimum et tutum. Et a Croix, lib. 7, n. 123, citatur tamquam dict probabile.

^{b)} Joannes Sancius, *Select.*, disp. 33, n. 37,

distinguit, et ait in dubio negativo debere obedire; in dubio positivo, posse non obedire.

^{c)} De lege aut praecepto dubie justo loquuntur Viva, Tamburinius, Salmant., Bonacina, Vasquez et Palaus.

^{d)} Diana, part. 5, tr. 9, resol. 29, videtur adhaerere sententiae quae absolute dicit parendum esse censurae, quando iudex eam pronuntiat sequens opinionem probabilem; ea enim opinione relata, dicit id valde notandum esse.

^{e)} Vasquez male hic citatur a Salmant.;

suratum: tunc enim sententia non potest obligare, cum nitatur praesumptione certe falsa.

Sed vitare debet scandalum.

Sed si talis censuram in publico violaret (v. gr. sacris ministrando), licet irregularitatem non incurreret, peccaret tamen ob scandalum; et tunc in foro externo gerere se deberet ut irregularem. Ita Suarez¹, Palaus², Croix³; et Salmant.⁴ cum Coninck. — Hoc tamen intelligendum nisi publice constet censuras esse nullas, ita ut omnino absit scandalum. Salmant.⁵

¹ De Censur., disp. 4, sect. 7, n. 14 et 20. — ² Tr. 29, disp. 1, punct. 8, n. 15 et 16. — ³ Lib. 7, n. 84. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 212. — ⁵ Coninck, disp. 13, n. 117 et 119. — ⁶ Loc. cit.,

cum Navarro, Avila, etc., ex clem. *Pastoralis, de sent. et re judic. f*).

Praeterea advertit Contin. Tournely cum D. Thoma^g), ex cap. *Pastoralis, de off. et potest. jud. deleg.*, quod exsecutor sententiae, quae sit justa secundum allegata et probata, tenetur eam executioni mandare; etiamsi ex privata scientia noverit esse injustam. — Secus vero, si sententia etiam secundum probata esset omnino injusta, ex cap. *Super eo, de crim. falsi h*).

Exsecutor tenetur agere secundum probata.

n. 5. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 3. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 1, dub. 1, v. *His positis*. — *Contin. Tourn.*, de Censur., part. 1, cap. 3, art. 4, sect. 3, v. *Quaeres*, n. 1 et 2.

nam, de *Excom.*, *dub. 11, n. 23*, negat incurri in hoc casu excommunicationem, nisi in rei veritate valida sit sententia.

f) Clement. *Pastoralis* habet tantum hujus dicti rationem, scilicet: sententiam nullam non esse sententiam.

g) S. Thomas a Contin. Tournely citatur pro rei probatione, in quantum scilicet, *2^a 2^{ae}*,

qu. 67, art. 2, ait judicem judicare debere secundum probata, etiam contra scientiam privatam.

h) *Super eo, de crim. falsi*, haec statuit: « Mandantes, ut quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, et quod per ipsas mandatum fuerit non observes ».

DUBIUM V.

Qui possint absolvere a Censuris.

69. *Distinguendum inter censuram per sententiam particularem ab homine, et inter latam a jure vel ab homine per sententiam generalem.* — 70. *Quis possit absolvere a censuris latis a jure.* — 71. *An omnes confessarii possint absolvere ab excommunicatione minori. An simplex sacerdos.* — 72. *Quis possit absolvere a censuris latis ab homine per sententiam particularem.* — 73. *Quis, si per sententiam generalem contra personas indeterminatas.* — 74. *Quae censurae reservatae possint absolvi ab episcopo per cap. Liceat.* — 75. *Vide verba capituli.* — 76. *Not. 1. An episcopus possit dispensare in irregularitate propter haeresim.* — *Not. 2. Quando crimen dicatur occultum vel deductum ad forum.* — 77. *Dub. 1. An possit absolvi ab episcopo qui fuerit punitus in foro alterius episcopi.* — 78. *Dub. 2. An crimen publicum in uno loco possit absolvi ab episcopo in alio, ubi est occultum.* — 79. *Not. 3. Qui veniant nomine episcoporum.* — *Not. 4. Qui veniant nomine subditorum.* — *Not. 5. Episcopi possunt absolvere a casibus papalibus occultis, reservatis etiam post Tridentinum. (Remissive ad Lib. VI, n. 594).* — 80. *Not. 6. An episcopi gaudeant hac facultate, ubi Tridentinum non est receptum.* — 81. *Qu. 1. An episcopus possit dispensare in irregularitatibus et suspensionibus cum suo subdito in aliena dioecesi morante.* — 82. *Qu. 2. An facultas concessa in cap. Liceat, fuerit revocata per bullam Coenae.* — 83. *Verior sententia.* — 84. *Qu. 3. An episcopi possint absolvere a censuris bullae Coenae impeditos adire Romam.* — 85. *Qu. 4. Quinam dicantur impediti.* — 86. *Quid, si impedimentum sit ad breve tempus; et quid, si ad longum.* — 87. *An teneatur reus absolutus deinde se praesentare Pontifici, si jam sit emendatus et parti satisfecerit.* — 88. *Quid, si impedimentum sit perpetuum. Et qui dicantur perpetuo impediti.* — 89. *Qu. 5. An impediti teneantur adire Romam per epistolam aut procuratorem.* — 90. *Qu. 6. An episcopus possit absolvere haereticum impeditum, etiam per alium.* — 91. *Qu. 7. An, cum inferior absolvit impeditum a casu reservato sine censura, teneatur poenitens se praesentare superiori.* — 92. *Qu. 8. An impediti adire episcopum possint a quocumque absolvi.* — 93. *Qu. 9. An possint episcopi generaliter delegare aliis facultatem eis concessam in cap. Liceat.* — 94. *De facultate Mendicantium absolvendi reservata.* — 95. *Quas censuras possint regulares absolvere quoad saeculares.* — 96. *An possint eos absolvere a casibus papalibus occultis.* — 97. *An pro foro externo.* — 98. *An a casibus ab episcopis sibi reservatis.* — 99. *An a censuris episcopis reservatis a jure vel a consuetudine.* — 100. *An a casibus Clementis occultis.* — 101. *An regulares possint absolvere subditos ab omnibus casibus papalibus extra bullam Coenae.* — 102. *An etiam novitios.* — 103. *An novitios, etiam a censuris ab episcopo sibi reservatis.* — 104. *An praelati regulares possint absolvere subditos a casibus bullae Coenae (Usque ad n. 106).* — 107. *An subditos, a censura ob percussione alterius religiosi aut clerici saecularis.* — 108. *Quid circa recipientes bullam Cruciatam.* — *Remissive.* — 109. *Regulae pro absolvendis censuris.* — 110. *An, data facultate absolvendi a papalibus, comprehendantur censurae bullae Coenae.* — 111. *An in jubileo, data potestate absolvendi, omnes censurae comprehendantur, etiam latae ab episcopo specialiter.* — 112. *An habens facultatem circa casus bullae Coenae possit absolvere etiam ab haeresi (Usque ad n. 113).* — 114. *Quid amplius notandum circa facultates regularium.* — 115. *Quid amplius, circa facultatem concessam in jubilaes.*

Absolutio
censurae
pendet ab
ejus natura.

69. — « Resp. 1^o. A censura lata per
« sententiam particularem ordinarie is
« tantum potest absolvere qui eam tulit,
« vel ejus superior, vel successor, vel de-
« legatus. — Ab ea quae lata est a jure
« communi vel ab homine per sententiam
« generalem, si non sit reservata, potest
« absolvere quivis qui censuratum potest
« absolvere a mortalibus: si vero sit reser-

« vata, ordinarie et per se potest tantum
« relaxari ab auctore legis, vel ejus suc-
« cessore, vel delegato.

« Dixi 1^o. *Ordinarie;* quia in articulo
« mortis, quivis sacerdos absolvere potest
« a quavis censura.

« Dixi 2^o. *Per se;* quia per accidens
« et ex privilegio possunt etiam alii. —
« Laymann ¹ ».

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 7, n. 2 et seqq.

70. - Universe loquendo, ad tollendas censuras, ex parte absolventis requiruntur eadem conditiones quae requiruntur ad ferendas (juxta dicta n. 12.).

Quinam certe possint absolvere a censuris latis a jure.

Caeterum dicendum 1°. A censuris latis *a jure, non reservatis*, certum est episcopum vel proprium sacerdotem absolvere posse; ex cap. *Nuper, de sent. excom.* Ubi, licet sermo sit de excommunicatione minori, idem tamen de omnibus aliis censuris communiter doctores intelligunt, ut Palaus¹, Roncaglia², Suarez³; et Salmant.⁴ cum Henriquez, Ugolino, Cornejo, Gibalino et communi. — Et idem concedunt capitulo, sede vacante, praelatis religionum, et habentibus jurisdictionem quasi episcopalem.

An autem *ab hujusmodi censuris omnes confessarii possint absolvere?*

Aliqui negant quemlibet confessarium absolvere posse.

Negant S. Antoninus, Covarruvias^a), Paludanus^b), etc. apud Salmant⁵. — Quia (ut dicunt) sicut ad ferendas censuras, ita ad absolvendas requiritur jurisdictio in foro externo, qua carent simplices confessarii et etiam parochi.

Sed affirmandum est.

Affirmandum est tamen cum communi sententia, quam tenet D. Thomas⁶, ubi ait: *Si... [excommunicatio] est major; aut est lata a iudice, et sic ille qui tulit vel ejus superior potest absolvere; vel est lata a jure, et tunc episcopus vel etiam sacerdos potest absolvere.* Ita etiam [Contin.] Tournely⁷, Concina⁸, Palaus⁹, Roncaglia¹⁰; Salmant.¹¹ cum Soto, Vasquez,

Coninck, Avila, etc. — Ratio, quia, licet ex jure ordinario nec confessarii, nec parochi hanc facultatem habeant; habent tamen ex concessione speciali Innocentii III, qui in dicto cap. *Nuper 29* sic inquit: *In secundo... casu* (scilicet, quod excommunicatio^c) non sit reservata) *a suo episcopo vel a proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere. Quamvis enim et tunc, non iudicis, sed juris sententia... sit ligatus; quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.* — Quoties igitur censura non reservatur a jure, ab ipso jure datur potestas absolventi cuilibet confessario, ut intelligitur sub nomine *proprii sacerdotis*; prout probavimus *Lib. VI, de Poenit., n. 564, v. Unde fideles.*

Haec absolutio valet pro foro externo.

Et hic advertendum 1°. Quod haec absolutio valebit etiam pro foro externo, ut dicunt Palaus¹², et Gibalinus, Ugolinus, apud Salmant.¹³ — Advertunt 2°. Roncaglia¹⁴, cum Coninck^d); Palaus^d) cum Suarez^d) et Ugolino^d); Sporer^d) cum Avila^d); et Salmant.¹⁵ cum Coninck^d), quod hanc absolutionem parochi et alii confessarii impertiri possunt tam intra quam extra confessionem. Ratio quia decreta Pontificum praecipue forum externum spectare solent; et cum favores principis ampliari debeant, non est cur tantum ad forum internum restringantur. — Advertunt 3°. Salmant.¹⁶ cum D. Thoma^e), Palao, Soto^e),

Dari potest tam intra quam extra confessionem.

¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 3. — ² De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 3, resp. 3. — ³ Disp. 7, sect. 3, n. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 2, n. 42. *Henriq.*, lib. 13, cap. 27, n. 3. *Ugolin.*, tab. 1, cap. 10, § 1, n. 1 et 2; § 2, n. 1 et 2; § 5, num. 3. *Cornejo*, de Excom., disp. 11, dub. 1. *Gibal.*, disquis. 10, qu. 3, n. 4 et 6. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 17, cap. 11. ⁵ Loc. cit., n. 43. — ⁶ Suppl., qu. 24, art. 1. — ⁷ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, resp. 5. — ⁸ Diss. 1, cap. 7, n. 3. — ⁹ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 3. —

¹⁰ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 3, resp. 3. — ¹¹ Tr. 10, cap. 2, n. 44. *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, concl. 3. — *Vasq.*, de Excom., dub. 19, num. 12. — *Coninck*, disp. 14, n. 230. *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 4, concl. 4. — ¹² Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 4. — *Gibal.*, disquis. 10, qu. 3, n. 7, v. *An vero.* — *Ugolin.*, tab. 1, cap. 10, § 5, n. 3. ¹³ Tr. 10, cap. 2, n. 44. — ¹⁴ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 3, resp. 3. — ¹⁵ Loc. cit., n. 44. — ¹⁶ Loc. cit., n. 49. — *Palaus*, loc. cit., n. 3.

70. - ^a) Covarruvias, *in cap.* Alma mater, *part. 1, § 12, n. 4 et 5*, concedit parochum absolvere posse ab excommunicatione minori et etiam « in rigore » a majori, sed hanc denegat facultatem simplici sacerdoti.

^b) Paludanus, *in 4, dist. 18, qu. 5, art. 1 (n. 4)*, dicit solum episcopum posse absolvere ab excommunicatione majori juris canonici; sed a sententia lata per statutum synodale, non reservata, posse absolvere quemlibet proprium sacerdotem.

^c) Melius: in secundo casu, scilicet in com-

municatione cum excommunicato « in oratione vel osculo, aut orando secum aut etiam comedendo ».

^d) Coninck, *disput. 14, a n. 230*; Palaus, *tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 3*; Suarez, *disp. 7, sect. 4, n. 19*; Ugolinus, *loc. cit., n. 3*; Sporer, *Suppl. Decal., cap. 3, n. 55*; Avila, *part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 1*, hoc non habent.

^e) S. Thomas *Suppl., qu. 24, art. 1*; Sotus, *in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, concl. 3*; Vasquez, *de Excom., dub. 19, n. 12*, quidquid dicant Salmant., de sola excommunicatione loquuntur.

Et pro qua-
vis censu-
ra non re-
servata.

Vasquez ^{e)} ac aliis citatis ¹ (contra Candidum), quod confessarii possunt absol- vere non solum ab excommunicatione; sed ab omnibus aliis censuris non reser- vatis, nempe a suspensione et interdicto personali, etsi absolutio earum non requi- ratur ad perceptionem sacramenti Poeni- tentiae. Ratio, quia illa concessio, cum sit favorabilis, merito ampliatur ad omnes censuras.

71. — Certum est autem et commune inter doctores, omnes episcopos et confes- sarios absolvere posse innodatos excom- municatione minori ^{a)}. — Vide Salmant. ².

Sed valde dubitatur *an simplex sacer- dos possit absolvere ab excommunicatione minori*.

Affirmat Salmant. ³ cum Navarro, Ar- milla ^{b)} et Hurtado; ac probabile putant Bonacina ⁴ et Viva ⁵. Quia (ut ajunt), cum sacerdos probabiliter possit absolvere a culpis venialibus, potest etiam a censuris eis annexis; juxta id quod dicit D. Tho- mas ⁶; ibi: *A minori excommunicatione quilibet potest absolvere, qui potest absol- vere a peccato participationis*. — Sed omnino negandum cum Suarez ⁷, Palao ⁸; et Soto, Cajetano, Cornejo et Ledesma, apud Salmant. ⁹ Tum quia in cap. *Nuper, de sent. excom.* dicitur excommunicatio minor absolvenda esse vel ab episcopo vel a proprio sacerdote, qui sane intelligi nequit simplex sacerdos; tum quia juxta decretum Innocentii XI (relatum *Lib. VI, n. 543, v. Quaer.*), hodie vetitum est sa- cerdotibus simplicibus absolvere a venia- libus. Haecque reddunt primam senten- tiam omnino improbabilem.

¹ Ap. Salmant., tr. 10, cap. 2, n. 44. - *Candid.*, disquis. 22, art. 47, dub. 3. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 164. — ³ Loc. cit., n. 166. - *Navar.*, Man., cap. 27, n. 25 et 39. - *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 16, diff. 2. — ⁴ Disp. 2, de Excom., qu. 3, n. 15. — ⁵ De Censur., qu. 2, art. 2, n. 5. — ⁶ In 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, solut. 1. — ⁷ Disp. 7, sect. 4, n. 17, v. *Quapropter*. — ⁸ Tr. 29, disp. 2, punct. 21, n. 23. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, concl. 1. - *Cajetan.*, Opusc., tom. 1, tract. 7, qu. unic., ad 2. - *Cornejo*, de Excom., disp. 11,

72. — Dicendum ^{2°}. Quoad censuras *ab homine* latas, quod si censura feratur *per modum sententiae particularis contra determinatam personam*, non potest illa absolvi nisi ab ipso ferente, vel ab ejus superiore, vel ab ejus successore, aut delegato. Est certum et commune; vide Croix ¹⁰ et Salmant. ¹¹. — Quod si autem iudex in foro externo testetur censuratum jam satisfecisse partibus vel esse emendatum; tunc censetur vel ipse jam absolvere vel cui- libet absolvendum remittere. Salmant. ¹². Et hic obiter notandum ^{1°}. Quod episco- pus etiam in alieno territorio potest suos subditos absolvere in foro tam externo quam interno, semper ac absolutio fit sine strepitu judiciali, ut Silvester, Henriquez, Avila ^{a)}, cum Salmant. ¹³. — Notandum ^{2°}. Quod si quis in alieno territorio delinquit, et ab illius episcopo specialiter excommu- nicatur, non potest absolvi ab episcopo proprio, nisi de episcopi loci licentia. Ita Coninck, Turrianus ^{b)}, Diana, Candidus, etc., cum Salmant. ¹⁴. Dixi: *specialiter*; nam si excommunicatus sit per senten- tiam generalem, potest a quocumque absolvi, ut mox dicetur.

73. — Si vero censura feratur *ab homine* per modum statuti, sive *sententiae generalis contra personas indeterminatas*, sive in futurum, v. gr. in omnes qui hoc crimen patrabunt, sive in praeteritum, in omnes qui hoc crimen commiserunt (posita contumacia, juxta dicta *n. 54*): — tunc alii, ut Suarez ¹⁵, et Vasquez, Filliuccius, etc., apud Salmant. ¹⁶, tenent non ab alio quam ab ipso ferente absolutionem impenden- dam esse; quia censura ab homine, juxta

Quis po-
sit absolv-
re a censu-
ra lata p
sententia
particul-
rem.

A censi-
ra lata coi-
tra pers-
nas indete-
minatas,

juxta alio-
solum feren-
potest at-
solvere.

dub. ult. - *Petr. Ledesm.*, Sum., de Censur., cap. 8, dub. 1, v. *Dico 2.* — ⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 165. — ¹⁰ Lib. 7, n. 131. — ¹¹ Tr. 10, cap. 2, n. 50. — ¹² Loc. cit. — *Silvest.*, v. *Absolutio I*, n. 11, vers. *Secundo*. - *Henriq.*, lib. 13, cap. 27, n. 3. — ¹³ Tr. 10, cap. 2, n. 36. — *Coninck*, disp. 14, n. 258. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 9. - *Candid.*, disquis. 22, art. 51, dub. 2. — ¹⁴ Loc. cit., n. 37. — ¹⁵ Disp. 7, sect. 2, n. 20 et 23, v. *Atque haec*. — *Vasq.*, de Excom., dub. 19, n. 9 et 10. - *Fill.*, tr. 11, cap. 9, n. 298 et 302. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 2, n. 50.

71. — ^{a)} Vide notam *a*, ad *n. 147*.

^{b)} Armilla, *v. Absolutio, n. 37*, hanc utique refert sententiam; sed de opposita dicit: « Satis rationi consona videtur ».

72. — ^{a)} Avila, *part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 12*, rem plane innuit, dicendo: « In foro

animae sine cognitione causae et strepitu judi- ciali bene potest...; secus si fiat in foro contentioso cum strepitu judiciali ».

^{b)} Turrianus, *de Censur., lib. 2, disp. 24, dub. 5*, id ex Suarez refert nec satis aperte mentem suam explicat.

regulas juris, ab eo dumtaxat auferri potest a quo est lata. — Sed probabilius dicendum absolutionem tunc a quocumque confessario impertiri posse, si censura non sit reservata; ut cum Busenbaum (n. 69) tenent Palaus¹, Laymann², Roncaglia³, Concina⁴, Holzmann⁵, Sporer⁶; et Salmant.⁷ cum Coninck^{a)}, Sayro^{b)}, Toletus, Soto^{b)}, Avila, Bonacina; et Croix⁸ cum communi. Ratio, quia hae censurae aequiparantur censuris latis a jure; et ideo a quocumque absolvi possunt, cum agatur de re favorabili, quae amplianda est quantum res patiat, ex cit. cap. *Nuper, de sent. excom.* c).

74. - « Resp. II^o. Episcopi, secundum « Tridentinum⁹, possunt 1^o. Absolvere in « foro conscientiae per se vel vicarium « ab omnibus censuris occultis etiam in « bulla Coenae Papae reservatis^{a)}: ex- « pta haeresi, a qua per seipsos tantum « absolvere possunt (quantum est ex vi « hujus decreti). — Dicitur autem censura « *occulta*, quae contracta est ob delictum « non publicum, nec ad forum contentio- « sum deductum; aut si deductum fuit, a « quo reus ob defectum probationis fuit « absolutus. Bonacina¹⁰, ex declaratione « Cardinalium, etc. 2^o. Possunt etiam saepe « absolvere a censura Papae reservata, « propter impedimentum ejus qui incurrit, « vel quando propter senium, morbum, « sexum, pauperiem, Pontifex non potest

« adiri. — Bonacina¹¹, ex Navarro, San- « chez, Avila, Coninck, etc. ».

75. - Quoad facultatem quam habent episcopi circa peccata reservata Pontifici, ante omnia notanda sunt verba Tridentini¹²: *Liceat episcopis in irregularitatibus omnibus et suspensionibus ex delicto occulto provenientes, excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario, et exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; et in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, delinquentes... subditos in dioecesi sua, per se ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae gratis absolvere, imposita poenitentia salutari. Idem et in haeresi crimine, in eodem foro conscientiae, eis tantum, non eorum vicariis, sit permissum.*

76. - Hinc notandum 1^o. Quod episcopi, licet non possint absolvere ab haeresi occulta (juxta sententiam quam mox exponemus), possunt tamen dispensare in irregularitate ex haeresi occulta contracta. — Ita Potestas¹³, Salmant.^{a)}.

Notandum 2^o. Quod, ut crimen dicatur *non occultum*, requiritur ut, vel sit deductum ad forum contentiosum, vel sit notum fere omnibus (ut ait Viva cum Suarez), aut saltem majori parti oppidi, viciniae, parochiae, collegii seu monasterii^{b)}, ut dicunt Bonacina¹⁴. Sanchez¹⁵; Salmant.¹⁶ cum Palao, Pellizzario, etc. Ita ut *occul-*

¹ Tr. 29, disp. 1. punct. 11, § 4, n. 10. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 7, n. 3. — ³ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 3, resp. 2. — ⁴ Diss. 1, cap. 7, n. 6. — ⁵ De Poenis Eccl., n. 127. — ⁶ Suppl. Decal., cap. 3, n. 53. — ⁷ Tr. 10, cap. 2, n. 51. — ⁸ Tolet., lib. 1, cap. 16, n. 4. — ⁹ Avila, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 8. — ¹⁰ Bonac., disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 1, n. 6. — ¹¹ Lib. 7, n. 128. — ¹² Sess. 24, de reform., cap. 6. — ¹³ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1 et 2. —

¹⁴ Loc. cit., punct. 2, num. 4. — ¹⁵ Navar., Man., cap. 27, n. 89. — ¹⁶ Sanch., Decal., lib. 2, cap. 13, n. 36 et 37. — ¹⁷ Avila, loc. cit., dub. 6, concl. 3. — ¹⁸ Coninck, disp. 14, n. 240. — ¹⁹ Loc. cit. — ²⁰ Tom. 1, n. 3338. — ²¹ Viva, de Poenit., qu. 9, art. 2, n. 7. — ²² Suar., de Poenit., disp. 30, sect. 2, n. 2. — ²³ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1, v. Quarto. — ²⁴ De Matr., lib. 8, disp. 34, n. 55. — ²⁵ Tr. 10, cap. 2, n. 59. — ²⁶ Palaus, tr. 3, disp. 6, punct. 15, § 1, a. n. 9. — ²⁷ Pelliz., tr. 8, cap. 3, n. 69.

73. - a) Coninck, *disp. 14, n. 257 et 258*, concordat utique, sed de censura reservata dicit etiam: « Etsi excommunicatio quam talis incurrisset in dioecesi Mechliniensi esset reservata episcopo; si non esset reservata in dioecesi Antverpiensi, posset talis in domum reversus a suo pastore absolvi ».

b) Sayrus, *de Censur., lib. 2, cap. 19, n. 5; et cap. 20, n. 2*, dicit ejusmodi excommunicationes aequiparari excommunicationibus a jure latis, ab eisque posse episcopum et judicem ordinarium absolvere; sed *cap. 19, n. 13 et 14*, asserit hanc facultatem ablatam esse parochis. — Sotus autem, *in 4, dist. 22, qu. 2*,

art. 3, concl. 3, dicit tantum censuram quae est ab homine tolli ab eo qui eam tulit, eam vero quae est a jure tolli posse a parcho.

c) Caput *Nuper* statuit excommunicationem quae est a jure tolli posse ab episcopo vel proprio sacerdote.

74. - a) Bonacina dicit sublatam esse hanc facultatem quoad censuras bullae Coenae.

76. - a) Salmant., *tr. 10, cap. 2, n. 54*, hoc non habent; imo *cap. 9, n. 79*, negant irregularitatem induci ob haeresim occultam.

b) Dummodo decem saltem personae ibi reperiantur, juxta Sanchez, Palaum et Pellizzarium.

Probabilius potest quilibet confessarius.

Quid possint episcopi ex Tridentino.

Verba Tridentini.

Episcopi dispensant in irregularitate ex haeresi occulta.

Quando nam crimen sit publicum,

aut ad fo-
rum dedu-
ctum.

tum adhuc dicatur crimen, si illud sciunt quinque vel sex personae; ut ait auctor citatus *Istruz*.¹ (Vide dicta *Lib. VI, n. 593, v. Not. 3, et n. 1111*). — Tunc autem crimen censetur *ad forum deductum*, cum ibi est probatum saltem per unum testem. Secus, si nullo modo fuerit probatum, etsi reus malis artibus hoc obtinuerit, et ibi absolutus fuerit; quia tunc adhuc censetur occultum. Ita Sanchez², Bonacina³; et Salmant.⁴ cum Coninck, Avila, Henriquez^{c)}, etc. Imo dicitur *occultum*, etiamsi crimen complicitis sit ad forum deductum, quia ex *lege 1, C. Inter alios acta vel iudicata*, res inter alios acta non potest afferre praejudicium aliis, quibus res iudicata non nocet. Ita Salmant.⁵ cum Navarro, Bonacina et Sanchez.

77. — Sed hic dubitatur. 1^o. *An possit absolvi ab episcopo reus alicujus casus papalis, qui jam punitus sit in foro alterius episcopi^{a)}, ubi iudicium sit finitum?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Sanchez⁶; et Salmant.⁷ cum Reginaldo, Avila, Leandro, etc. Ratio, quia intentum concilii fuit servare auctoritatem iudicum et vitare scandalum, si pu-

Juxta
alios, epi-
scopus, ab-
solvere po-
test reum
jam puni-
tum.

¹ Part. 2, cap. 15, n. 300. — ² De Matr., lib. 8, disp. 34, n. 57; cfr. Decal., lib. 2, cap. 11, n. 21. — ³ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1, v. *Quinto* et n. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 2, n. 60. — *Coninck*, disp. 14, n. 243. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 11, concl. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 60. — *Navar.*, lib. 2, consil. 2, de sent. et re iudicata. — *Bonac.*, loc. cit., n. 2. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 11, n. 21. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 10, cap. 2, n. 62. — *Regin.*, lib. 30, tr. 2, n. 29, v. *Sextum*. — *Avila*, part. 7, disp. 10, dub. 7. — *Leand.*, tr. 2, disp. 17, qu. 56. — ⁸ Tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 1, n. 17 (edit. Lugdun. 1682), et tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 13. — ⁹ Alleg. 39, n. 35. — ¹⁰ Diss. 1, cap. 7, n. 12. — ¹¹ Disp. 7, de Irregul., qu. 5,

blica crimina publice non punirentur; at eo casu neque scandalum adest neque auctoritati iudicum praejudicatur. — *Secunda* vero sententia, communior et verior, negat; eamque tenent Suarez^{b)}, Palaus⁸, Barbosa⁹, Concina¹⁰; Bonacina¹¹ cum Garcia et Rodriguez; ac Croix¹² cum Mascardo^{c)}, etc. Ratio, quia licet tunc iudici sit satisfactum; tamen, cum crimen iudice publicum factum fuerit, manet simpliciter publicum; et ut tale omnino est Pontifici reservatum.

78. — Dubitatur 2^o. *An crimen, in uno loco publicum, possit absolvi ab episcopo in alio ubi est occultum?*

Negant Bonacina¹³ et Suarez¹⁴. — Sed probabiliter affirmant Sanchez¹⁵, Contin. Tournely¹⁶ cum Piasecio^{a)}; Barbosa¹⁷ cum Duardo; et Salmant.¹⁸ cum Trullench, Leandro, Avila, et aliis apud Croix¹⁹. Dummodo locus ubi crimen est notum, ita distet ut non sit timor quod publice- tur ubi est occultum.

79. — Notandum 3^o. Quod nomine *episcoporum* veniunt abbates et alii jurisdictionem episcopalem habentes; ut Sanchez²⁰; et Salmant.²¹ cum Henriquez^{a)},

Veri
non potest

Probab-
ter crim-
absolvi
test ubi
occultum

Quid
nit nom-
episcop-
rum.

punct. 1, num. 6. *Garcia*, de Benefic., part. 7, cap. 11, n. 50. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 167, n. 16. — ¹² Lib. 7, n. 146. — ¹³ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 3. — ¹⁴ De Poenit., disp. 30, sect. 2, num. 2. — ¹⁵ Decal., lib. 2, cap. 11, n. 20. — ¹⁶ De Irregul., part. 3, cap. ult., v. *Nota 2*. — ¹⁷ Alleg. 39, n. 27; et in Trid., sess. 24, cap. 6, n. 28. — *Duard.*, in bull. Coenae, lib. 3, § 2, qu. 11, num. 10. — ¹⁸ Tr. 10, cap. 2, n. 62. — *Trull.*, in bull. Cruciat., lib. 1, § 7, cap. 2, dub. 6, n. 2. — *Leand.*, tr. 2, disp. 17, qu. 57. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 11, concl. 3. — ¹⁹ Lib. 7, num. 144. — ²⁰ Decal., lib. 2, cap. 11, n. 5. — ²¹ Loc. cit., num. 54.

^{c)} Henriquez, *lib. 14, cap. 7, n. 5*, scribit irregularitatem ex culpa scienter suscipientis ordinem sacrum contra jura, vel in eo ministrantis, reservari « quando manet deductum [delictum] ad forum contentiosum, quamvis uno tantum teste probetur ».

77. — ^{a)} Salmant. cum auctoribus a se citatis, dicunt: quando reus punitus est *foro exteriori*, et iudicium est finitum; non autem loquuntur de foro *alterius* episcopi. — Idemque notandum venit de Palao, Barbosa, Concina, Bonacina, Garcia et Rodriguez, in secunda sententia allegatis.

^{b)} Suarez, *disp. 41, sect. 2, n. 6, v. Alia regula, i. f.*, tractat de facultate quam habent episcopi dispensandi ab irregularitatibus occultis.

^{c)} Mascardus et Menochius citantur solum pro ratione hujus opinionis; et profecto Mascardus, *de Probat., concl. 1107, n. 13*, dicit: « Notorium induci et probari per acta iudicii ». — Menochius pariter, *de Arbitr. iudic., lib. 2, cas. 166, n. 6*, scribit: « Notorium illud dici quod ex actis resultat... et praesertim cum acta sunt contentiosae jurisdictionis ».

78. — ^{a)} Piasecius citatur utique a Contin. Tournely; sed in *Prax. episc., part. 1, cap. 1, art. 10, n. 2* (edit. Veneta, 1647), oppositum videtur tenere.

79. — ^{a)} Henriquez de alio casu loquitur, *lib. 6, cap. 14, n. 2*, videlicet de facultate reservandi peccata absque excommunicatione, in qua aequiparat episcopis abbates jurisdictionem quasi episcopalem habentes.

Dicastillo et Avila (contra Bonacina ^{b)} et Suarez, apud Croix ¹⁾. Vide dicta *Lib. VI, n. 593, v. An autem* ^{c)}. — Venit etiam capitulum, sede vacante; ut Bonacina ²⁾, Sanchez ³⁾ et Salmant. ⁴⁾.

Et nomine subditorum.

Notandum 4^o. Nomine *subditorum* veniunt etiam vagi et omnes habentes animum permanendi in loco illo per majorem partem anni ^{d)}; ut Croix ⁵⁾ cum Sanchez, Suarez, Bonacina, Barbosa, etc.

Facultas cap. *Liceat* comprehendit casus post Tridentinum reservatis.

Notandum 5^o. Quod episcopi, vi concessionis in dicto cap. *Liceat*, possunt absolvere a casibus papalibus, etiam post Tridentinum reservatis; ut probabile esse diximus *Lib. VI, n. 594, Dubit. 7 e)*.

Non omnes episcopi gaudent facultate Trident.

80. - Notandum 6^o. Circa facultatem a Tridentino concessam episcopis in cap. *Liceat*, absolvendi aut dispensandi a casibus papalibus, vel ab irregularibus occultis, id quod dicit Fagnanus ⁶⁾, ubi ait: *Ex sententia S. Congr. Concilii, episcopi illarum regionum, quibus concilium adhuc receptum non est, non possunt uti facultate in hoc decreto concessa.* — Notat deinde, declaratum fuisse a Gregorio XIII praedictam facultatem nec etiam cardinalibus competere, etsi ecclesiarum Urbis titulum habeant.

Dicast., de Censur., disp. 3, n. 63. - *Avila*, part. 7, disp. 10, dub. 6, v. *Tertio notandum.* - *Suar.*, de Censur., disp. 41, sect. 2, n. 7. - ¹⁾ *Lib. 7, n. 141.* - ²⁾ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1. - ³⁾ Deccl., lib. 2, cap. 11, n. 4. - ⁴⁾ Tr. 10, cap. 2, n. 54. - ⁵⁾ *Lib. 7, n. 136.* - *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 11, num. 8 et 9. - *Suar.*, loc. cit., n. 12; et de Poenit., disp. 30, sect. 2, n. 3. *Bonac.*, loc. cit., punct. 2, n. 5. *Barb.*, alleg. 39, n. 4 et seqq. - ⁶⁾ In cap. *Dilectus 15*, de temp. ordin., n. 25 et 27. - *Avila*, part. 7, disp. 10, dub. 6, ante concl. 2. v. *Circa.* *Henriq.*, lib. 14, cap. 20, n. 5, lit. l. - ⁷⁾ In Trid., sess. 24, cap. 6, n. 44. - ⁸⁾ Decal., lib. 2, cap. 11, num. 12. - ⁹⁾ Disp. 41, sect. 2,

81. - Quaeritur 1^o. *An episcopus possit dispensare in irregularitatibus et suspensionibus occultis cum suo subdito qui in aliena dioecesi moratur?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Avila, Henriquez et Ugolino ^{a)}, apud Barbosa ⁷⁾. — Ratio (ut ajunt), quia concilium tribuit episcopis facultatem dispensandi tantum in sua dioecesi.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, affirmat. Et hanc tenent ^{b)} Sanchez ⁸⁾, Suarez ⁹⁾, Bonacina ¹⁰⁾, Diana ¹¹⁾, Contin. Tournely ¹²⁾ et Salmant. ¹³⁾; et Barbosa ¹⁴⁾ cum Bossio, Marchino, Fagundez, Novario ^{c)}, etc. Ratio, quia dispensatio per se potest concedi absenti; ergo non oportet ut dispensandus adsit in dioecesi, cum actus jurisdictionis bene possit exerceri etiam extra territorium. — Nec obstat quod in Tridentino dicatur: *in dioecesi sua*. Nam respondetur quod vel particula illa satis verificatur, cum aut episcopus aut subditus existit in propria dioecesi (ut dicunt ^{b)} Contin. Tournely ¹⁵⁾ et Salmant. ¹⁶⁾); vel, quod praefata particula refertur tantum ad secundam partem, ubi agitur de absolute casuum (ut respondent Suarez ¹⁷⁾ et Sanchez ¹⁸⁾; Holzmann ¹⁹⁾ cum Palao, Pignatello, et Croix ^{d)}. — Ex quo hi

Probabilius episcopus dispensat subditum in aliena dioecesi morantem.

num. 10. — ¹⁰⁾ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, num. 1, v. *Tertio*; et disp. 7, qu. 5, punct. 1, num. 5. — ¹¹⁾ Part. 4, tr. 4, resol. 116. — ¹²⁾ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, qu. 2, resp. 4, v. *Possunt episcopi.* — ¹³⁾ Tr. 10, cap. 2, num. 53. — ¹⁴⁾ Loc. cit., num. 44. - *Boss.*, de Jubil., sect. 1, num. 166. - *Marchin.*, de Ordin., tr. 1, part. 9, cap. 1, diff. 6, num. 8 et 9. *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 8, cap. 8, num. 35. — ¹⁵⁾ Loc. cit. — ¹⁶⁾ Tr. 10, cap. 2, n. 53. — ¹⁷⁾ Disp. 41, sect. 2, num. 10. — ¹⁸⁾ Decal., lib. 2, cap. 11, num. 12. — ¹⁹⁾ De Poenis Eccl., num. 327, v. *Dicitur 1.* *Palao*, tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 9. - *Pignatell.*, tom. 6, consult. 99, n. 49.

^{b)} Bonacina non fideliter refertur a Croix; quamvis enim, de *Irregul.*, disp. 7, qu. 5, punct. 1, n. 7, neget praelatos jurisdictionem episcopalem habentes posse dispensare ab irregularitate; attamen, *disp. 1 de Censur.*, qu. 3, punct. 2, n. 1, dicit eosdem posse absolvere a censuris et casibus Papae reservatis, sicut et episcopos.

^{c)} Vide etiam *Append. de Privileg.*, n. 31 et notas adnexas.

^{d)} Quoad vagos concordant auctores citati; sed Sanchez, Suarez, Bonacina et Barbosa, quidquid dicat Croix, requirunt intentionem permanendi per majorem anni partem, solum pro dispensatione ab irregularitate, minime

vero pro absolute a censuris. — Cfr. *lib. 6, n. 593* et *Append. de Privil.*, n. 32.

^{e)} Vide *ibid.*, notas subjectas et *Append. de Privileg.*, n. 36, cum notis.

81. - ^{a)} Ugolinus, de *Off. et Potest. episc.*, cap. 57, § 2, n. 6, v. *Quarto*, de sola irregularitate loquitur.

^{b)} De Contin. Tournely et Salmant. vide not. c ad n. 32, *Append. de Privileg.*

^{c)} Novarius, *Singular. juris can.*, concl. 2, n. 8, haec habet ubi loquitur de absolute a casibus papalibus occultis; ubi vero de irregularitate tractat, haec silentio praetermittit.

^{d)} Croix, *lib. 7, n. 139*, hoc ultimum responsum non habet.

auctores inferunt quod etiamsi uterque, tam episcopus quam subditus, sint extra dioecesim, bene poterit episcopus dispensare ab irregularitate et absolvere a suspensionibus.

Absolutio dari nequit extra sacramentum.

An autem episcopus possit absolvere, et delegare facultatem absolvendi casus papales occultos, extra sacramentum Poenitentiae? — Affirmant ^{e)} Sanchez, Suarez, Bonacina et Salmant ¹. — Sed id hodie omnino negandum, ex declaratione Gregorii XIII. (relata *Lib. VI, n. 593, v. Hic autem*).

82. — Quaeritur 2^o. An praedicta facultas a Tridentino episcopis concessa, fuerit revocata per bullam Coenae quoad haeresim et alios casus in ea reservatos? — Adest duplex sententia:

Juxta alios, episcopus potest absolvere a casibus bullae Coenae.

Prima negat. Et hanc tenent Navarrus ²; ac Bañez, Vega, Sà, Aragon, Angles, Henriquez, Fagundez, etc., apud Barbosa ³; item Coninck ^{a)}. Avila, Becanus, Granada, Petrus Ledesma, etc., apud Patrem Milante ⁴. Et probabilem putant Salmant ^{b)}.

Ratio (ut ajunt), quia in bulla *Coenae* nulla fit mentio concessionis factae episcopis per Tridentinum. Sed per clausulam generalem minime revocantur facul-

Sanct., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 13; et de Matr., lib. 8, disp. 34, n. 29. — *Suar.*, disp. 41, sect. 2, n. 11. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 1, v. *Tertio*. — ¹ Tr. 10, cap. 2, n. 54. — ² Man., cap. 27, n. 260 et 275. — *Bañez*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 4, qu. 2, v. *Et si quis officiat*. — *Vega*, Sum. nueva, part. 1, cap. 125, cas. 11; et part. 2, cap. 15, cas. 2. *Sà*, v. *Episcopus*, num. 37 (edit. genuin.). — *Aragon.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 3, v. *Sed dubium est quisnam*. — *Angles*, Flores, de Confess., art. 5, diff. 6. — *Henriq.*, lib. 6, cap. 14, n. 7. — *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 8, cap. 8, n. 32 et 33. — ³ Alleg. 40, n. 21. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 1. — *Becan.*, de Virtutib. theol., cap. 15, qu. 2, concl. 4. — *Granada*, in 2^{am} 2^{ae}, contr. 1 de Fide, tr. 15, disp. 14, sect. 2, n. 10. — *Petr. Ledesm.*, Sum., part. 2, tr. 1, cap. 6, concl. 21 (ult.), dub. 7. — ⁴ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ⁵ Tr. 10, cap. 2, n. 54. — *Navar.*, lib. 1, consil. 1 de constitut., qu. 48, n. 88 et 89. — *Granada*, loc. cit., n. 7. — *Fel. Potestas*, Exam. eccles., tom. 1, n. 3316. — *Dicast.*, de Censur., disp. 3, n. 133.

tates a concilio generali alicui tributae; ut habetur ex cap. *Ex parte, de capell. monach.* cum Glossa *ib.*, v. *Nulla mentio*; et ex cap. *Nonnulli, de rescript.*, et *ibid.* Glossa, v. *Fecerint mentionem*.

Et juxta hanc primam sententiam, notant Salmant. ⁵ cum Navarro, Henriquez ^{c)} ac Granada; ac Felix Potestas cum Dicastillo et Diana, quod episcopus circa crimen haeresis, licet non possit concedere alteri generalem facultatem absolvendi ab illa (cum talis facultas fuerit tributa a concilio episcopis *tantum, non eorum vicariis*), bene tamen eam potest delegare alteri in casu particulari; quia cum ipsa sit annexa dignitati episcopali, competit episcopis jure ordinario; et ideo potest ab eis delegari omni modo quo eisdem expresse non est vetitum.

83. — *Secunda* vero sententia verior affirmat. Et hanc tenent Sanchez ⁶, Pignatellus ⁷, Lugo ⁸, Anacletus ⁹, Toletus ¹⁰, Diana ¹¹, Roncaglia ¹², Croix ¹³, Viva ¹⁴, Vidal ¹⁵, Holzmann ¹⁶, Mazzotta ¹⁷, Elbel ¹⁸; Barbosa ¹⁹ cum Sayro, Molina, Philiarcho, Homobono, Ugolino et pluribus aliis. Item Fagnanus ²⁰, ubi id affert decisum a S. Congregatione. Duasque similes declarationes affert Pittonus ²¹; unam, emanatam die

Veriū non potest absolvere.

Diana, part. 1, tr. 5, resol. 2; et part. 3, tr. 6, resol. 92. — ⁶ Decal., lib. 2, cap. 11, num. 27 et 26. — ⁷ Tom. 1, consult. 291. — ⁸ De Fide, disp. 23, n. 46. — ⁹ Tr. 4, de Virtutib. theol., dist. 4, n. 29 et 30. — ¹⁰ Lib. 1, cap. 30, n. 2. — ¹¹ Part. 7, tr. 2, resol. 23. — ¹² Tr. 4, de Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 1. — ¹³ Lib. 6, part. 2, num. 1617. — ¹⁴ In propos. 3 Alex. VII, n. 4. — ¹⁵ De Propos. damnat., exam. 2, prop. 3. — ¹⁶ De Poenis Eccles., num. 218. — ¹⁷ Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 3, § 1, num. 2. — ¹⁸ De Poenit., num. 366; et de Censur., n. 253. — ¹⁹ Alleg. 40, n. 23. — *Sayr.*, Decis. cas. consc., lib. 5, tit. 23, decis. 16. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 64, n. 8; et tr. 5, disp. 18, num. 2. — *Philiarch.*, de Off. sacerdot., part. 2, lib. 2, cap. 25. — *Homob.*, Exam. eccles., tr. 7, cap. 1, qu. 5, tr. 5, cap. 5, qu. 31, v. *Nono*, et tr. 12, cap. 4, qu. 16, resol. 4. — *Ugolin.*, de Censur. Papae reserv., part. 3, cap. 2, v. *Etiam praetextu*, n. 3. — ²⁰ In cap. *Quoniam* 13, de constit., num. 29. — ²¹ De Episcopis, n. 1068 et 1151.

^{e)} Vide not. *h ad lib. 6, n. 593*.

82. — ^{a)} Coninck, *de Censur.*, disp. 14, n. 243, distinguit, dicens derogatum esse quoad haeresim, non vero quoad ceteros casus.

^{b)} Salmant., *tr. 10, cap. 2, n. 56*, probabilem primo putabant, excepta tamen haeresi; sed postea, uti declarant ipsi in fine *n. 58*, ex propositione ab Alex. VII damnata, [de

qua infra *n. 83*], dixerunt difficile sustineri posse hanc sententiam. Sed rursus, *tr. 18, cap. 4, n. 163*; et *tr. 21, cap. 3, n. 84 et seqq.*, contendunt ex hac propositione non damnari sententiam hanc, sed solum damnari assertum quod ipsa fuerit visa et tolerata in consistorio cardinalium.

^{c)} Henriquez, *loc. cit.*, *n. 7*, dicit episcopum posse « pleniorē causae cognitionem

4 Dec. 1642; alteram, 28 Octobris 1641 ^{a)}. Eandem sententiam omnino tenendam docet Benedictus XIV ¹ cum cardinali Petra, Duardo, Clericato, etc. (ibique testatur quod Pater Suarez prius censuit probabilem primam opinionem; sed deinde ^{b)} ab illa recessit, et asseruit ipsam revera omni probabilitate esse destitutam). — Probatur nostra sententia ex verbis ipsius bullae *Coenae*, ubi dicitur: *Nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo..., absolvi possit, etiam praetextu quarumvis facultatum et indulgentiarum, quibuscumque personis..., etiam episcopali vel majori dignitate praeditis... per Nos et dictam Sedem, ad cujusvis (nota) concilii decreta... concessorum... ac concedendorum*. Per quae ultima verba jam apparet derogatum concessioni Tridentini.

Objectio. Nec obstat ratio opposita, quod per clausulam generalem non revocantur facultates concessae per concilium generale.

Responsio
petita ex
natura re-
vocationis.

Nam respondetur 1^o id locum habere, quando revocatio fit per *rescripta*, non vero cum fit per *constitutiones* pontificias; in praefatis enim textibus adductis (ut legenti patet) tantum de *rescriptis* habetur sermo. Valde autem dispar est ratio inter *rescripta* et pontificias constitutiones: nam *rescripta*, quia sunt contra jus, et propter importunitatem ac multitudinem petentium non fiunt ea maturitate et consilio, quo constitutiones Pontificum et decreta conciliorum emanantur. Ideoque id quod dicitur de *rescriptis*, non pro-

cedit de constitutionibus; ut bene advertunt Fagnanus ²; et Roncaglia ³ cum cardinali de Luca et communi. — Ac propterea observat Fagnanus ⁴ Tridentinum derogasse pluribus decretis conciliorum generalium, nulla ipsorum facta mentione. Imo testatur idem Fagnanus ⁵ S. Pium V in quodam Motu proprio (relato ad litteram a Nicolao Garcia) declarasse, satis esse ad revocandum concilium ^{c)} quod Papa contrarium disponat, supplicationem manu propria signando. — Insuper laudatus Benedictus XIV testatur, S. Pium V et Gregorium XIII; et idem asserit Pater Viva ⁶, ac alii apud Barbosa ^{d)}, de hac re signanter interrogatos, respondisse, nulli praeter Papam hodie integrum esse absolvere ab haeresi etiam occulta. — Item, in Vita S. Francisci Salesii, descripta a Petro Gallitia ⁷, narratur (ut notat idem Benedictus) quod, cum Papa Clemens VIII Salesium pro examine ad episcopatum praesentatum interrogasset, an posset episcopus ab haeresi absolvere? respondit affirmative. At Papa subjunxit: *Sed Nos non ita sentimus*. Et tunc S. Franciscus dixit: *Beatissime Pater, si Sanctitas Vestra non ita sentit, nec ego deinceps sic sentiam*.

Ex aucto-
ritate.

Respondetur 2^o, quod, etiamsi ad derogandum decreto Tridentini fuisset requisita specialis illius mentio, haec jam adfuit in praefata bulla *Coenae*, cum ibi dictum fuerit episcopum non posse absolvere a casibus bullae, *praetextu facultatum per cujusvis concilii decreta concessarum*. Quatenam hic expressior mentio

Ex dero-
gatione spe-
ciali.

¹ De Synodo, lib. 9, cap. 4, num. 7 et 10. *Petra*, Comment. ad constit. 18 Innoc. IV, n. 19. *Duard.*, in bull. *Coenae*, lib. 3, § 2, qu. 11, n. 43. - *Cleric.*, de Sacr. Poenit., decis. 45, num. 5. *Suar.*, de Censur., disp. 22, sect. 3, n. 5. — ² In cap. *Nonnulli 28*, de *rescript.*, n. 28 et seqq. — ³ Tr. 3, de *Legib.*, qu. 4, cap. 1, qu. 4. - *Card. de Luca*,

tom. 14, part. 5, Annot. ad concil. Trid., discours. 1, n. 12. — ⁴ Loc. cit., n. 42. — ⁵ In cap. *Nulla*, de concess. praeb., n. 85. — *Nic. Garcia*, de Benef., part. 4, cap. 5, n. 32 et 33. — *Bened. XIV*, de Synodo, lib. 9, cap. 4, num. 9. — ⁶ In propos. 3 Alex. VII, num. 4. — ⁷ Lib. 2, cap. 32. — *Bened. XIV*, loc. cit., n. 9.

committere prudenti vicario specialiter delegato ».

83. - ^{a)} Prima est S. C. C., et reperitur etiam apud Pallottini, *v. Episcopus*, § 14, n. 11. Altera est S. O. cujus Sperelli his verbis testis est: « Et ita dum ego essem unus ex praelatis consultoribus in eodem supremo R. et U. I. praetorio, declaratum fuit ».

^{b)} Suarez ita quidem refertur a Benedicto XIV, sed ipse, de *Fide*, disp. 1, sect. 4, n. 13, dicit probabilius per bullam *Coenae*

derogatum esse Tridentino; addit tamen episcopos sese posse conformare oppositae sententiae ut probabili, « nisi certitudo facti accederet ». Et refert decisum esse quod adempta sit haec facultas episcopis; « propter quae censeo non esse in praxi ab hac sententia recedendum ».

^{c)} Concilium scilicet Tridentinum.

^{d)} Apud Barbosa, *alleg. 40*, n. 24, auctores id referunt de Gregorio XIII et de Clemente VIII.

feri debebat? Tanto magis quod solum concilium Tridentinum, et non aliud, talem facultatem episcopis concesserat.

Ex qua-
dam propo-
sitione da-
mnata.

Accedit ad haec damnatio propositionis 3 ab Alexandro VII, qui dicebat: *Sententia asserens bullam Coenae solum prohibere absolutionem haeresis et aliorum criminum quando publica sunt, et id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est: anno 1626, 18 Julii, in concistorio S. Congregationis Em. Cardinalium visa et tolerata est. Merito hinc dicunt Viva, Holzmann, Elbel^{e)} et Benedictus XIV, quod per hanc damnationem prima sententia ita a sua probabilitate (si quam habebat) deturbata est, ut nunc probabilis non amplius videatur.*

Nec obstat dicere cum Corella, Concina^{f)}, Salmant. et Milante, quod Pontifex non damnavit sententiam, sed tantum quod ipsa in concistorio visa et tolerata fuerit; et ideo putant illam in sua probabilitate reliquisse. Nam respondetur quod, licet Pontifex directe solum damnaverit factum (nempe quod visa fuerit et tolerata); indirecte tamen aperte ipsam sauciavit opinionem: nisi enim falsam existimasset, non utique tam sollicitus fuisset de mendacio illo damnando. Cum igitur declaravit eam non fuisse toleratam, implicite declaravit non esse dignam ut toleretur.

Conclusio.

Ex his omnibus concludit praefatus Benedictus XIV^{g)}, hodie *episcopos non sine temeritatis nota hanc auctoritatem* (nempe absolvendi ab haeresi) *posse sibi ostentare, et tanto minus delegandi*. Poterit ergo solummodo episcopus ut delegatus apostolicus haereticum notorium pro foro

externo absolvere; ut dicit Roncaglia¹ cum Palao et Farinacio. — Postquam autem ab episcopo sublata fuerit excommunicatio, a quovis confessario peccatum haeresis absolvi poterit.

84. - Quaeritur 3°. *An episcopi absolute possint a censuris bullae Coenae impeditos Romam adire?* — Adsunt tres sententiae:

Prima absolute negat cum Bonacina², qui citat Suarez et Innocentium (sed dicit *in simili*; ergo praedicti DD. non loquuntur proprie de hac sententia). — Ratio Bonacinae: tum quia in bulla excipitur tantum articulus mortis, tum quia contrarium nullo jure probatur. Non autem suffragatur epikeja (ut ait) in casu, ubi constat de contraria intentione Pontificis. Nec obstat addit textus infra citandos; quia, vel ibi non datur facultas absolvendi episcopis; vel, si datur, haec revocata fuit per bullam *Coenae*, sicut fuit revocatum decretum Tridentini. — Excipit tamen Bonacina³ casum gravis necessitatis, v. gr. celebrandi, communicandi et similibus.

Juxta quosdam, episcopi nequeunt absolvere impeditos.

Secunda sententia concedit episcopis absolvere a caeteris casibus, sed negat ab haeresi. Ita de Alexandris⁴. — Ratio cur excipit haeresim, quia in generali concessione (puta in jubileo) absolvendi a casibus bullae, non datur facultas absolvendi ab haeresi; ut declaravit Gregorius XIII. Sed haec ratio debilis est; nam, ex infra dicendis, haec facultas non oritur ex concessione, sed ex epikeja et praesumpta mente Pontificis.

Juxta alios, possunt, excepto casu haeresis.

Tertia communis sententia, cui subscribo, docet, episcopos posse per se, vel per alios^{a)}, ab eis specialiter delegatos,

Communiter possunt absolvere a quovis casu.

Viva, in prop. 3, Alex. VII, n. 3. — *Holzmann*, de Poenis Eccles., n. 218, v. *Quibus mature*. — *Bened. XIV*, de Synodo, lib. 9, cap. 4, n. 10. — *Corella*, tr. 17, n. 22. — *Salmant.*, tr. 18, cap. 4, n. 163; et tr. 21, cap. 3, n. 84 et seqq. — *Milante*, Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ¹ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 1. *Palao*, tr. 4, disp. 4,

punct. 3, § 1, num. 23. — *Farinac.*, de Haeresi, qu. 192, num. 52. — ² Disp. 1, de Censur. in bull. Coenae, qu. 22, punct. 2, num. 23. *Suar.*, disp. 23, sect. 5, num. 27, v. *Ultimo*. *Innoc.*, in cap. *Quamvis*, de sent. excom. — ³ Loc. cit., num. 23, v. f. — ⁴ Confessar. Monial., cap. 6, § 8, qu. 3 et 4.

^{e)} Elbel *de Censur.*, n. 253, dicit: ex hac damnatione, ea opinio « minus probabilis, nec satis tuta dici potest ».

^{f)} Concina, *de Censur.*, diss. 1, cap. 7, n. 9, id ex aliis refert.

^{g)} Benedictus XIV, *de Synodo*, lib. 9, cap. 5, n. 4: « Judicent nunc alii antistites, inquit,

an ipsi valeant sine temeritatis nota... eam... auctoritatem sibi arrogare, atque etiam in synodo ostentare ».

84. — ^{a)} Quod possint etiam per alios non habent Palao, Laymann, Concina, Lugo, Salmant., Milante, Coninck, Avila, Cornejo, Donatus, Leander. Id tamen insinuant Salmant.,

absolvere in utroque foro ^{b)} legitime impeditos, ab omnibus casibus et etiam ab haeresi: praestito tamen iuramento ^{c)} ab eo qui absolvitur, de se praesentando postea superiori (ut infra dicitur, n. 86, v. *Sitamen*). Ita Palaus ¹, Roncaglia ², Laymann ³, Concina ⁴ cum communi, Lugo ⁵, Salmant. ⁶, Viva ⁷; Milante ⁸ cum Coninck Avila, Cornejo, etc.; Potestas ⁹ cum Tamburinio, Donato, Leandro, Pellizzario, et communi theologorum et canonistarum (ut testatur Roncaglia ¹⁰). Ratio, quia, existente impedimento adeundi Papam, restituitur episcopis potestas ordinaria, non jam vi Tridentini, sed vi juris communis. — Et probatur ex cap. *Ea noscitur 13, de sent. excom.*, ubi: *Mulieres, senes et valetudinarii, seu membrorum destituti- nibus impediti, licet ad Apostolicam Sedem non veniant, ab episcopis valeant fidelium communioni restitui*. Idem sancitur in cap. *Quamvis 58, eod. tit.*, ubi habetur, quod percussor clerici a Sede apostolica absolvi debet: *Nisi* (additur) *imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia aut inopia, puerili vel senili aetate, fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, sive quolibet impedimento canonico retrahatur quominus Romanum Pontificem possit adire*. Idem in cap. *De caetero*; et in cap. *Nuper 29, eod. tit.*, ubi in fine generalius dicitur quod quoties difficulter quis ex justa causa possit accedere pro absolutione excommunicationis ad eum a quo absolvendus esset, *a suo absolvatur episcopo vel proprio sacerdote*. — Quamvis autem praedicti canones loquantur de

censura ob percussorem clerici, quia haec frequentior est; tamen communiter doctores extendunt ad omnes alias censuras, in quibus currit eadem ratio salutis animarum, ex cap. *Cum dilecta, de confirm.*; nam ibi notat Glossa: *Ubi... eadem ratio..., idem jus debet esse*. Ita Salmant. ¹¹, Potestas ¹², Roncaglia ¹³, etc. — Immo (ut bene notat Roncaglia ¹⁴) in cap. *Eos qui 22, de sent. excom., in 6^o*, universe sancitur, omnes casus papales, quando adest impedimentum Papam adeundi, posse ab alio absolvi; sic enim ibi habetur: *Eos qui a sententia canonis vel hominis, cum ad illum a quo alias de jure fuerant absolventi, nequeunt... propter impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absolvuntur*. Per quae verba *tò a sententia canonis*, intelliguntur omnes casus Papae reservati; ut notat ibi Glossa, v. *Canonis* ^{d)}.

85. - Quaeritur 4^o. *Quinam dicantur legitime impediti?*

Dicuntur (ut habetur ex dicto cap. *Ea noscitur 13, de sent. excom.*) mulieres, senes, valetudinarii. — Adduntur in cap. *Quamvis*, pueri, pauperes, habentes inimicitiam, *vel alias justas excusationes* (ut dicitur in cap. *De caetero, eod. tit.*) quibus ab itinere rationabiliter excusentur. His verbis comprehenduntur omnia alia justa impedimenta, quae infra (n. 88) adnotabimus.

86. - Sed hic praecedenter advertendum quod si impedimentum sit *ad breve tempus*, tunc innodatus censura reservata non potest ab alio absolvi: nisi urgeat

¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6. — ² Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, n. 3 et seqq. — ⁴ De Censur., diss. 1, cap. 7, num. 13. — ⁵ De Poenit., disp. 20, n. 218. — ⁶ Tr. 10, cap. 2, n. 63 et seqq.; et tr. 18, de Privileg., cap. 4, num. 164. — ⁷ In propos. 3 Alex. VII, num. 5. — ⁸ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. Coninck, de Censur., disp. 14, n. 240 et seqq. (cit. a Salmant.). - Avila, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 3 (pariter a Salmant. cit.). Cornejo, de Excom.,

disp. 11, dub. 2, qu. 2 (a Salmant. item cit.). — ⁹ Tom. 1, n. 3347, 3349 et 3353. - Tambur., de Sacram., lib. 5, tr. de Casib. reserv., cap. 12, § 2 et § 4. - Donat., Prax. tom. 1, part. 2, tr. 4, qu. 34, n. 7 et seqq. Leand., tr. 2, disp. 17, qu. 58 et 64. Pelliz., de Monial., cap. 9, num. 26 et 27 (edit. Venetia 1660). — ¹⁰ Loc. cit., qu. 4, resp. 2. — Glossa, Expos. casus., v. f. — ¹¹ Tr. 10, cap. 2, n. 63. — ¹² Tom. 1, num. 3347. — ¹³ Tract. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2. — ¹⁴ Loc. cit.

Avila, Cornejo, Donatus et Leander, dum dicunt hanc facultatem episcopis competere jure ordinario.

^{b)} De utroque foro silent Palaus, Roncaglia, Laymann, Concina, Lugo, Salmant., Milante, Coninck, Avila, Cornejo, Donatus, Leander.

^{c)} Non requirunt juramentum sed solum

obligationem seu praeceptum comparendi Palaus, Concina, Salmant., Viva (saltem pro foro interno), Milante, Avila, Cornejo, Tamburinius (pro foro interno), Donatus. Nec ullam hujusmodi obligationem requirit Pellizzarius, loquens de perpetuo impeditis.

^{d)} Sed de his vide notam e ad lib. 6, n. 585.

Probatur
ex jure ca-
nonico.

Imo qui-
vis confes-
sarius ab-
solvere po-
test.

Quinam di-
cantur legi-
time impe-
diti.

Quid, si
impedimen-
tum sit ad
breve tem-
pus.

necessitas celebrandi aut communicandi, nempe ad evitandum scandalum aut infamiam.

Quid, si est ad longum tempus.

Si tamen impedimentum sit *ad longum tempus*, puta ad annum vel sex menses (imo Mendoza ^a), apud Viva ¹, ad unam noctem; sed Viva non admittit neque ad biduum quia in tali spatio non adest morale periculum mortis); tunc, excepto impedimento aetatis puerilis, quisque alius impeditus non debet absolvi, nisi praestito prius juramento, quod cessante impedimento, ad Sedem Apostolicam quanto citius se praesentabit; ut habetur ex cap. *De caetero, de sent. excom.* Alias, omittens se praesentare reincidet in eandem excommunicationem; ex cap. *Eos qui, de sent. excom., in 6^o*. Vide Roncaglia ² cum Mansi. Et iste ab hac obligatione se praesentandi non excusatur, etiamsi confessarius omitat illam ei imponere; cum ea sit imposita a jure. Sanchez ³, Salmant ⁴. — Sufficit autem ut reus se praesentet per procuratorem. Salmant. ⁵ cum Cajetano, Leandro, Avila; et Potestas ⁶, qui excipit casum percussiois clerici, pro quo in cap. *Quod de his, de sent. excom.* taxative exigitur persona ^b).

87. — Sed hic dubitatur: *an, si aperte constet reum esse omnino emendatum et partibus satisfacisse, ipse excusetur a tali praesentatione?*

Juxta alios, reus emendatus excusatur a praesentatione.

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Navarrus ⁷; item Avila, Cornejo et Henriquez, apud Salmant. ⁸ (qui putant probabilem, saltem extrinsece). — Ratio, quia (ut dicunt) finis Pontificis non est alius quam emendatio rei et partium satisfactio. Idque inferunt ex cap. *Quamvis*,

¹ In propos. 3 Alex. VII, num. 6. — *Viva*, loc. cit. — ² Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2. *Mansi*, de Casib. reserv., part. 2, qu. 1, n. 47. — ³ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 30. — ⁴ Tr. 10, cap. 2, n. 46. — ⁵ Loc. cit., num. 66. *Cajetan.*, Sum., v. *Excommunicatio*, cap. 69, v. f. *Leand.*, tr. 1, disp. 11, qu. 21. *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 4, v. *Tertio*. — ⁶ Tom. 1, num. 3351. — ⁷ *Man.*, cap. 26, num. 26, i. f. — *Avila*, loc. cit., dub. 4, v. *Secundo*. *Cornejo*, de *Excom.*, disp. 11, dub. 2, qu. 4,

de sent. excom., ubi nulla alia ratio praesentationis exprimitur quam ut reus excipiat mandatum satisfaciendi: *Ad Apostolicam Sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.*

Secunda vero sententia, communior et probabilior, negat: quam tenent Suarez ⁹, Sanchez ¹⁰, Laymann ¹¹ et Salmant. ¹². — Ratio, quia mandatum, ad quod suscipiendum tenetur reus se praesentare, non solum suscipi debet ad implendam satisfactionem partis laesae (obligatio enim haec de ipso jure naturae in omni laesione est insita): sed etiam ad exsequenda caetera quae a Pontifice imponuntur ad cavendum idem crimen in futurum; ut dicit Croix ^a) cum Suarez ^a), Sanchez ^a), etc. Tanto magis quod, in eodem cap. *Quamvis*, supponitur casus de eo qui jam satisfecerit. — Et pro casibus bullae *Coenae*, id in eadem bulla circa finem, expressum est his verbis: *A praedictis sententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiae mandatis, et satisfaciendo cautione praestita, absolvi possit.* Ubi observa bene distingu obligationem standi Ecclesiae mandatis et satisfaciendi, id est parti laesae.

Probabilius non excusatur.

88. — Si autem impedimentum sit *perpetuum*, absoluti omnino manent liberi ab onere comparendi. Bonacina ¹³, Concina ¹⁴, [Contin.] Tournely ¹⁵, Viva ¹⁶, Potestas ¹⁷, Roncaglia ¹⁸. — Dicuntur autem perpetuo impediti:

Perpetuo impediti non tenentur comparere.

1^o. *Filiifamilias*, argum. cap. *Mulieres*, et cap. *Relatum de sent. excom.*

Et sunt 1^o Filiifamilias.

2^o. *Regulares*, ex cap. *Monachi 2*, ex cap. *Cum illorum 32*, § *Qui si, de sent.*

2^o Regulares.

v. *Nota 2.* *Henriq.*, lib. 13, cap. 29, n. 3. — ⁸ Loc. cit., num. 66. — ⁹ De Poenit., disp. 30, sect. 3, num. 6. — ¹⁰ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 29. — ¹¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, num. 4. — ¹² Tr. 10, cap. 2, num. 66. — ¹³ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, num. 4. — ¹⁴ De Censur., diss. 1, cap. 7, n. 13. — ¹⁵ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, qu. 2, resp. 3, v. *Possunt 2. episcopi*. — ¹⁶ De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 8. — ¹⁷ Tom. 1, n. 3349. — ¹⁸ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2.

86. — ^a) Hurtadus de Mendoza, *de Fide*, disp. 84, sect. 10, § 190, inclinatur (ut recte ait Viva) in sententiam quae docet unam noctem esse longam moram.

^b) Sed de his vide *lib. 6, n. 585*, notam e.

87. — ^a) Croix, *lib. 7, num. 164*, explicat quid sit juramentum de obediendo mandatis Ecclesiae, quod est « de cavendo crimine ob quod incurrerat hanc censuram ». Et ita etiam Suarez, *de Censur.*, disp. 19, sect. 2, n. 10:

excom., etiamsi censura incursa sit ante ingressum in religionem; ut Roncaglia ¹, Barbosa ^{a)} et Holzmann ^{b)}. — Hi enim absolvi possunt a suis praelatis: nisi (excipitur ²) *excessus... exstiterit... enormis*. (Vide alia circa percussorem, *n. 107 et 279*).

3^o Senes.

3^o. *Senes*, ex cap. *Ea noscitur, de sent. excom.*, quamvis hi sint potentes ad ambulandum; ut Barbosa ³ cum Silvestro, Sayro et Grassis. — Nomine autem *senium* veniunt non solum septuagenarii (ut ait Pater Milante ⁴); sed etiam sexagenarii (ut probabiliter Pater Viva ⁵) juxta dicta *de Jejun., Lib. III, n. 1036*. Non vero quinquagenarii; ut improbabiliter dicit Farinacius apud Barbosa, et alii apud Viva.

4^o Servi.4^o. *Servi*.5^o Pauperes.

5^o. *Pauperes*, scilicet qui ob inopiam nequeunt Romam petere; ut in cap. *Quamvis, de sent. excom.* Secus, si inopia iter non impediret, ut evenit in mendicis vagabundis; et sic intelligitur textus in cap. *Ea noscitur* ut explicat ibi Glossa, v. *Pauperes*. — Nemo autem tenetur accedere mendicando (ut ait Potestas), si ad hoc non sit solitus; ut notat Palaus ⁶.

6^o Perpetuo damnati.

6^o. *Carceribus vel turremibus* perpetuo damnati et similes.

7^o Infirmi.

7^o. *Infirmi*, scilicet laborantes longa et gravi aegritudine, licet non mortifera, puta, quartana; ut dicunt Pater Milante ⁷, Salmant. ⁸, et Potestas cum Palao. — Qui his addunt *debiles*, sive delicatos, non valentes ferre labores itineris. Sed pro istis nisi periculum sit in mora, consulendus est Papa ^{c)} ex cap. *Mulieres, de sent. excom.*

8^o. *Cura obstricti* alendi sive administrandi familiam, vel publicum gerendi officium, quod non possit relinqui sine publico detrimento. — Laymann, Potestas et Palaus.

8^o Cura obstricti.

9^o. *Mulieres*; non solum moniales, de quibus est certum ex cap. *De Monialibus 33, de sent. excom.*, ubi earum absolutio remittitur episcopis; sed *omnes* mulieres. Ratio, quia, dum in cap. *Quamvis, de sent. excom.*, ex cap. *Ea noscitur, eod. tit., in 6^o*, feminae excusantur a se praesentando, non alia ratio assignatur, nisi quia feminae sunt. Ita Salmant. ⁹, Milante ¹⁰, [Contin.] Tournely ¹¹ et Palaus ¹²; ac Barbosa ¹³ cum Navarro, Bonacina, etc. — Hic autem advertendum quod *moniales* non possunt absolvi ab episcopo a censura ob violationem clausurae etiam occultam, excepto mortis articulo; ex declaratione Gregorii XIII (ut diximus ^{d)}, *Lib. VI, n. 594, Dubit. 8*). Pontifex enim illam sibi specialiter reservavit, quamvis sciret moniales esse perpetuo impeditas.

9^o Mulieres omnes.

10^o. *Impuberes*: quorum absolutio ex jure ordinario datur episcopis in cap. *fin. sent. excom.* Ideoque hi sunt exempti ab onere comparendi, etiamsi post pubertatem absolutionem petant. Salmant. ¹⁴ cum Coninck, Cornejo et Avila, et cap. *fin. de sent. excom.*, ubi assignatur ratio: *Cum propter defectum aetatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit... temperandus*. Recte autem Avila ¹⁵ advertit quod si sacerdos, carens facultate absolvendi, absolvat impuberem in periculo mortis a

10^o Impuberes.

¹ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 6. — ² Cap. *Cum illorum*. — ³ Alleg. 41, n. 27. — *Silvest.*, v. *Absolutio IV*, n. 3, vers. *Decimo*. — *Sayr.*, de Censur., lib. 3, cap. 28, n. 25. — *Carol. de Grassis*, de Effect. clericat., 9, n. 160 et 161. — ⁴ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ⁵ De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 8. — *Farinac.*, Prax. criminal., qu. 92, n. 22. — *Barb.*, loc. cit., n. 28. — *Viva*, loc. cit. — *Potestas*, tom. 1, n. 3348, sub. 4. — ⁶ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 18. — ⁷ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ⁸ Tr. 10, cap. 2, n. 64. — *Potestas*, tom. 1, num. 3348, sub 2. — *Palaus* (non cit. a Potest.), tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 18. — *Laym.*,

lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, num. 3. — *Potest.*, loc. cit., dub. 9. — *Palaus*, loc. cit. — ⁹ Loc. cit., num. 68. — ¹⁰ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ¹¹ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 1, qu. 2, resp. 3, v. *Possunt 2. episcopi*. — ¹² Loc. cit., num. 7. — ¹³ Alleg. 41, num. 30. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 88. — *Bonac.*, de Censur., disp. 2, qu. 4, punct. 5, num. 13. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 2, num. 67. — *Coninck*, de Censur., disp. 14, n. 238. — *Cornejo*, de Excom., disp. 11, dub. 2, qu. 4, v. *Nota 1*. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 3: et disp. 3, dub. 4. — ¹⁵ Loc. cit., disp. 3, dub. 4, v. *Circa quam*.

et Sanchez, *loc. cit.*, n. 21 et 22, loquens de obediendo mandatis ispius absolventis. Sed de hoc vide citatam notam e ad lib. 6, n. 585.

88. — ^{a)} Barbosa, *alleg. 41, n. 17*, oppositum tenet, dicens: « Advertas tamen quod abbas non absolvit novitium incidentem in excommunicationem canonis *Si quis suadente*, ante religionis ingressum ».

^{b)} Holzmann, *de Poenis Eccles.*, n. 126, dicit solum (quod ad praesens attinet) regulares laborare impedimento perpetuo vel diuturno.

^{c)} Idemque notat Milante.

^{d)} Sed de hoc vide notam h ad lib. 6, n. 594, ubi ostendimus S. Alphonsum aliter postea de hac re scripsisse.

censura papali, debet ei imponere, ut extra periculum se praesentet episcopo.

11° Vitam
ducentes
communem.

Etiam impediti censentur illi qui simul vitam ducunt, ut *militēs*^{e)}, vel qui in *seminario* morantur. — Unde hi ab episcopis absolvi possunt a casibus Romano Pontifici reservatis; ut Milante¹, et Barbosa² cum Navarro, Bonacina, etc., et ex cap. *Quoniam, de vita et honest. cleric.*, ubi datur facultas episcopo absolvendi eos qui simul vivunt, si quis eorum clericum socium percusserit, modo percussio non fuerit enormis.

12° Impediti
ob quodvis
grave
damnum.

Denique censentur impediti quicumque iter arripere nequeunt sine gravi damno spirituali vel temporali suo vel suorum. Viva³, ex cap. *Quamvis, de sent. excom.*, ubi dicitur excusari, *sive quolibet impedimento canonico retrahatur*. — Ut autem hi supra enumerati dicantur perpetuo impediti, sufficit ut tali impedimento laborent per decennium; et secundum Tamburginum⁴, etiam per quinquennium; et consentit Viva⁵ et Roncaglia⁶.

Leviter autem clericos percutientes semper possunt absolvi ab episcopo ex argum. cap. *Pervenit, de sent. excom.* Vide dicenda n. 279.

An impeditus
debeat recurrere
per epistolam.

89. — Quaeritur 5°. *An impediti adire Romam in persona teneantur adire saltem per epistolam aut procuratorem ad absolutionem a praedictis casibus obtinendam.*

Affirmat Bonacina⁷ — cui adhaeret Po-

¹ Exercit. 3, sup. prop. 3 Alex. VII. — ² Alleg. 41, n. 16. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 91. — *Bonac.*, de Excom. in partic. extra bull. Coenae, disp. 2, qu. 3, punct 6, sect. 5, n. 9. — ³ De Poenit., qu. 9, art. 2, n. 8. — ⁴ Decal., lib. 2, cap. 1, § 8, num. 9. — ⁵ Loc. cit., num. 8. — ⁶ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2, v. *Demum*. — ⁷ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, n. 4, v. *Ego vero*. — ⁸ Loc. cit., qu. 4, resp. 2. — ⁹ Loc. cit., v. *Errant vero*. — ¹⁰ In prop. 3 Alex. VII, n. 7. — ¹¹ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6. — ¹² Part. 3, cap. 6, n. 750. — ¹³ Tr. 10, cap. 2, n. 65. *Cornejo*, de Excom., disp. 11, dub. 2, qu. 2, v. *Se-*

testas^{a)} — putans quod pro casibus occultis recurrendum sit per epistolam ad S. Poenitentiarium, quando commode fieri possit et aliqua necessitas non impediat; quia ad hoc est S. Poenitentia a Pontifice constituta. — Haec sententia est probabilis.

Sed probabilior et communis est sententia negativa cum Roncaglia⁸ (qui vocat tutissimam sententiam), Milante⁹, Viva¹⁰, Palao¹¹ et Sporer¹² cum communi; et Salmant.¹³ cum Cornejo, Henriquez, Dicastillo, Avila, Diana, Coninck (Vide dicta *Lib. VI, n. 563, v. Dubit. 3*). Idem dicit Sanchez¹⁴ (qui excipit casum haeresis; at hanc exceptionem rejiciunt Palaus^{b)} cum Aversa^{b)}, et Dicastillo apud Croix¹⁵). — Ratio: tum quia, stante impedimento Romam adeundi, restituitur (ut diximus) ex jure episcopis potestas ordinaria absolvendi, per reservationem bullae ablata; tum quia (ut ait Roncaglia¹⁶) jus non obligat reum, nisi ut personaliter adeat Papam: unde, si id praestare nequit, ad aliud non tenetur^{c)}. Praeterea, addit bene Roncaglia^{d)}, obtinere absolutionem a S. Poenitentia est privilegium; sed privilegia, utpote favorabilia, nullam inducunt obligationem iisdem utendi.

Responsio
datur juxta
jus anti-
quum.

Et sic pariter ab episcopo in casu impedimenti reus absolvi potest, etiamsi adsit nuntius apostolicus qui possit facile adiri; ut probabilius tenent Roncaglia; et Salmant.¹⁷ cum Cornejo, Diana, Avila, Hen-

cundo nota. — *Henriq.*, lib. 6, cap. 9, n. 7; et lib. 12, cap. 3, n. 1, i. f. *Dicast.*, de Censur., disp. 3, n. 57 (a Salmant. non cit.). *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 3, v. *Secundo*. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 6. *Coninck*, disp. 14, n. 241, v. *Nota 2*. — ¹⁴ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 14 et 37. — *Dicast.*, tr. 8, de Poenit., disp. 11, dub. 16, n. 268. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1624. — ¹⁶ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2. — *Roncagl.*, loc. cit. — ¹⁷ Tr. 10, cap. 2, num. 65. *Cornejo*, de Excom., disp. 11, dub. 2, qu. 3. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 6. *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 6, concl. 3, v. *Quarto*.

e) Auctores citandi non loquuntur de militibus.

89. — a) Potestas ex parte tantum adhaeret, tom. 1, n. 3346, dicens recurrendum esse per epistolam ad S. Poenitentiarium, quando, etc. Sed scribit etiam: « Impeditus personaliter adire Pontificem non tenetur mittere pro absolutione per nuntium aut literas ».

b) Auctores isti ita sane citantur a Croix, sed rem dumtaxat innuunt et hoc quidem

modo: Palaus, loc. cit., n. 6, dicit episcopum posse impeditos absolvere a *qualibet* censura Pontifici reservata. Deinde addit: « Neque sic impeditus tenetur medio procuratore comparere coram Pontifice ». — Et ita etiam Aversa, de *Poenit.*, qu. 17, sect. 5, v. *Ulterius*.

c) Haec doctrina reformanda est ex variis decretis S. O. Cfr. notam e ad lib. 6, n. 585.

d) Roncaglia, loc. cit., id dicit de recursu ad delegatum Papae.

riquez; et Lugo^{e)} apud Croix¹ (contra Molina^{f)}, Bonacina, Coninck, etc., apud Salmant²⁾. — Sicut enim nuntius, ita et episcopus tunc absolvere potest, ex delegatione Pontificis.

Quaestio
juxta jus
antiquum.

90. - Quaeritur 6^o. *An casu quo haereticus sit impeditus recurrere ad Papam, possit episcopus eum absolvere* (juxta sententiam mox supra relatam in Quaest. 3, n. 84, v. *Tertia*), *non solum per se, sed etiam per alios?*

Jam diximus supra in Quaest. 2, n. 83, quod extra casum impedimenti non potest episcopus absolvere ab ullo casu in bulla *Coenae* reservato, et tanto minus delegare.

In casu vero impedimenti dicimus cum Bonacina^{a)}, Roncaglia^{b)} et de Alexandris^{b)}, valde probabiliter posse episcopum ab omnibus casibus pontificiis, etiam haeresis, absolvere; et delegare, non solum specialiter in casu particulari, sed etiam generaliter. — Nec obstat Tridentinum in laudato cap. *Liceat*, ubi, cum sermo fit de haeresi, dicitur: *Eis tantum, non eorum vicariis* (absolvere), *sit permissum*. Nam recte respondent auctores citati^{c)} quod id procedit juxta antiquum praescriptum Tridentini, ubi concessum erat episcopis absolvere ab haeresi occulta, etiam extra casum impedimenti. Sed cum agitur de impedito ab adeundo Pontificem, facultas haec absolvendi ab haeresi aliisque casibus bullae *Coenae* competit episcopis, non jam vi Tridentini, sed vi juris communis;

Henriq., lib. 6, cap. 10, n. 1, v. f.; et lib. 12, cap. 3, n. 1, lit. h in comment. — ¹ Lib. 6, part. 2, num. 162A. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 2, num. 4, v. *Rursus*. - *Coninck*, disp. 14, n. 242. - ² Tr. 10, cap. 2, n. 65. — ³ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 2, v. *Quodsi*. — ⁴ Tr. 11,

ut communiter loquuntur doctores, utque late probavimus in dicta Quaest. 3 (n. 84, v. *Tertia*), ex pluribus textibus ibi allatis^{d)}. Unde cum in casu impedimenti praedicta facultas de jure ordinario spectet ad episcopos, eo quod est annexa ipsi episcopali officio et dignitati, ideo ipsi bene possunt generaliter eam delegare. — Et hoc est juxta communem doctrinam auctorum, nempe quod omnes qui habent potestatem ordinariam possunt eam delegare; ut docent Salmant.⁴ cum communi, Contin. Tournely⁵, Holzmann⁶ et alii passim, ex leg. *More majorum* 5, ff. de *jurisdictione*, ubi id expressum habetur: *Is demum jurisdictionem mandare possit, qui eam suo jure* (id est ordinario, ut explicat ibi Glossa) *non alieno beneficio habet*. Certum contra est quod, cum alicui praelato aliqua potestas conceditur, et ejus officio sive dignitati annectitur, illa est vel saltem aequiparatur potestati ordinariae; ut docent iidem Salmant.⁷ et Laymann⁸, qui id probat ex leg. 1, ff. de *offic. ejus cui mandata est jurisdictione*, et cap. *Quoniam abbas, de off. jud. deleg.*

91. - Quaeritur 7^o. *An, quando ob mortis periculum vel ob aliud impedimentum absolvitur ab inferiore peccatum reservatum, sed absque censura, imponendum sit onus poenitenti ut superiori se praesentet?*

Negant Sanchez⁹ cum Corduba^{a)}, Zambrano^{a)}; item Salmant.¹⁰ (qui citant Suarez¹¹, sed non bene, ut infra videbi-

Pro reservatis sine censura.

de Legib., cap. 5, num. 51. — ⁵ De Legib., cap. 6, art. 2, v. *Quod spectat*. — ⁶ De Lege, num. 485. — ⁷ Loc. cit., n. 50. — ⁸ Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 6. — ⁹ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 42. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 2, n. 46. — ¹¹ De Poenit., disp. 30, sect. 3, n. 6.

^{e)} Lugo male citatur a Croix; nam expresse adhaeret contrariae sententiae, de *Poenit.*, disp. 20, n. 220 et 221.

^{f)} Molina non citatur a Salmant., licet revera concordet, de *Just. et Jure*, tr. 3, disp. 64; sed citatur Navarrus, qui etiam concordat in *Man.*, cap. 27, n. 90, v. *Ad quartam*.

90. - ^{a)} Bonacina, de *Censur. bull. Coenae*, disp. 1, qu. 22, punct. 2, n. 24, utique dicit hanc sententiam non esse improbabilem; ipse vero, n. 23, probabiliter censet episcopum non posse hunc impeditum absolvere.

^{b)} De Alexandris, cap. 6, § 8, qu. 3, dicit episcopum posse impeditos absolvere a casibus bullae *Coenae*, « ex vi juris communis »; sed qu. 4, expresse excipit haeresim, a qua negat episcopum posse impeditos absolvere.

^{c)} Hoc non habent Roncaglia nec de Alexandris; de Bonacina autem vide notam a.

^{d)} Sed vide notam c ad num. praecedentem.

91. - ^{a)} Corduba, *Sum.*, qu. 18, punct. 2, *Dico* 2; Zambranus, *Decis. casuum temp. mortis*, cap. 4, de *Poenit.*, dub. 4, n. 25, quamvis simpliciter a Sanchez hic citentur, haec tamen de solo mortis articulo dicunt, unde non videntur a S. Alphonso dissentire.

mus). — Ratio (ut ajunt), tum quia eo casu directe absolvitur peccatum, tum quia nullo jure cavetur tale onus comparendi.

Sed omnino distinguendum: Si peccatum sit absolutum *in articulo* sive *periculo mortis*, tunc nulla remanet obligatio se praesentandi ad superiorem. Quia tunc vere directe peccatum fuit absolutum, cum eo casu cesset omnis reservatio; ut recte docent Suarez¹; et Salmant.² cum Paludano et Navarro; ac Diana³ cum Granado, Praeposito, Hurtado, etc. — Secus vero, si peccatum est absolutum ab inferiore *propter aliquod impedimentum adeundi superiorem* extra mortis articulum; quia tunc nullus inferior potest directe absolvere a reservatis, sed tantum indirecte (juxta dicta *Lib. VI, n. 585, v. Dubit. 1*). Unde poenitens, ut postea directe a superiore absolvatur, omnino cum convaluerit tenetur eum adire. Ita communissime Suarez⁴; Laymann⁵ cum Navarro, Soto, Coninck, Richardo⁶, etc.; et Ciera⁶ cum communi, ut asserit.

92. — Quaeritur 8°. *An impediti adhuc episcopum adire pro his censuris vel*

¹ De Poenit., disp. 30, sect. 3, n. 7, v. *De peccatis vero*. — ² Tr. 6, de Poenit., cap. 11, n. 21. *Palud.*, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 2, concl. 3 (n. 8). — *Navar.*, Man., cap. 26, n. 26. — ³ Part. 5, tr. 3, resol. 66. *Granado*, de Poenit., tr. 10, disp. 4, n. 13. — *Praepos.*, de Poenit., qu. 7, dub. 5, n. 42. *Petr. Hurtad.*, de Fide, disp. 84, sect. 8, § 130. — ⁴ De Poenit., disp. 30, sect. 3, n. 8, v. *Secundo dicendum*. — ⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 12, num. 10. *Navarr.*, in cap. *Consideret*, § *Cautus*, num. 13, de Poenit., dist. 5. *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, prop. 2. *Coninck*, disp. 8, n. 105. — ⁶ Diss. 1, qu. ult., n. 164. — *Suar.*, de Poenit., disp. 30, sect. 3, num. 12. — *Lugo*, de Poenit., disp. 20,

aliis reservatis possint a quocumque confessario absolvi?

Negant^{a)} communius Suarez, Lugo, Becanus, etc., apud Viva⁷. — Quia hoc in jure conceditur tantum episcopis; nec in lege positiva valet argui a pari.

Sed probabiliter affirmant (cum onere tamen comparendi ad episcopum, cessante impedimento), Roncaglia⁸, Palaus^{b)}, Sporer⁹; Croix^{c)} cum Navarro^{c)}, Abbate^{c)}, Angelo et Tabiena; Salmant.¹⁰ cum Tanner, Silvestro, Henriquez; Viva¹¹ cum Perez, Hurtado^{d)}, Granado, Dicastillo, Bossio^{e)} et Caelestino^{f)}. — Ratio: tum quia ubi eadem est ratio idem jus debet esse (ut dicit Glossa in cap. *Cum dilecta, de confirm.*) tum quia non deest lex hoc expresse indulgens: nam in cap. *Nuper 29, de sent. excom.*, habetur, ut supra adnotavimus, quod impeditus ex justa causa adire superiorem jus habentem absolvendi a censura, *a suo absolvatur episcopo vel proprio sacerdote*. Sub nomine autem *proprii sacerdotis* venit quidem quilibet confessarius; ut notat ibi Glossa^{g)}, et recte inferunt Salmant.¹² ex cap. *Omnis utrius-*

Pro casibus papalibus, impediti adire episcopum absolvuntur a quovis confessario.

num. 224 et seqq. *Becan.*, de Sacram., cap. 40, qu. 6, concl. 4. — ⁷ De Poenit., qu. 9, art. 2, num. 9. — ⁸ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 3. — ⁹ Part. 3, cap. 6, n. 751. — *Angelus*, v. *Absolutio III*, num. 17. *Tabiena*, v. *Absolutio II*, num. 8, qu. 5. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 2, num. 63. *Tann.*, tom. 4, disp. 6, qu. 10, n. 122. *Silvest.*, v. *Absolutio III*, n. 16, qu. 12. *Henriq.*, lib. 6, cap. 9, n. 7. — ¹¹ Loc. cit., n. 9. *Perez*, de Poenit., disp. 50, sect. ult., n. 3 et seqq. — *Granad.*, de Poenit., tr. 10, disp. 7, n. 12 et 13. *Dicast.*, de Poenit., disp. 11, dub. 17, num. 303 et 305. — *Glossa*, v. *Similitudine*. — ¹² Tr. 10, cap. 3, num. 164.

b) Richardus de Mediavilla, in 4, dist. 17, art. 2, qu. 8, ad 2, a Laymann citatur quasi sit hujus sententiae; sed non satis apparet eam tenere.

92. — a) Suarez, loc. cit., non loquitur de casibus papalibus sed tantum de reservatis ab inferioribus Papae. Et secundum hoc concordat. — Viva autem tractat de impedimento temporaneo adeundi episcopum.

b) Palaus, tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6, scribit tantum: « Conceditur episcopis, imo sacerdoti proprio, facultas absolvendi quoslibet impeditos adire pontificem ».

c) Croix, lib. 6, part. 2, n. 1624, hanc sententiam ex Viva refert dumtaxat; et praeterea non citat auctores hic allegatos pro ea, et revera Navarrus, Man., cap. 27, n. 89, eam rejicit; itemque Abbas, in cap. De caetero,

de sent. excom., n. 1, licet in cap. Nuper, n. 6, eidem adhaereat.

d) Quidquid dicat Viva, nullus Hurtadus citatur a Diana pro hac sententia, part. 5, tr. 14, resol. 58.

e) Bossius, Moral., part. 3, tit. 4, n. 71, dicit defendi posse hanc opinionem ut probabilem; sed ipse, eam oppugnat et tenet oppositam.

f) Coelestinus Suessionensis, Compend. theol. mor., tr. 1, cap. 23, dico 5, ait sacerdotem inferiorem absolvere posse a casibus papalibus, « quoties non patet aditus ad Papam vel legatum, vel delegatum ejus, nisi cum magna difficultate et mora ». Et addit idem sibi videri de casibus episcopalibus.

g) Glossa in cap. Nuper, dicit: « Sic ergo simplex sacerdos potest absolvere, 26, qu. 6,

que, de poenit. et remiss. ubi praecipitur, quemque semel saltem in anno confiteri proprio sacerdoti, qui communiter intelligitur quivis confessarius (ut probavimus *Lib. VI, n. 564 et 670*). — Si igitur non potest verificari casus quod sacerdos absolvat reum a censuris Pontifici reservatis quando episcopus adiri potest, saltem verificari debet quando episcopus adiri non potest, ut recte arguunt Roncaglia¹ et Salmant.² cum Henriquez^{h)} et Diana^{h)}.

Imo Palaus³ dicit, ex vi praedicti textus, impeditum adire Papam posse indistincte absolvi a proprio sacerdote. — Sed probabilius puto cum Sporer⁴, Salmant.⁵, Roncaglia⁶ et aliis communiter, (ut supra), hoc non admittendum, nisi quando non patet facilis recursus ad episcopum. Nam *τὸ a suo episcopo vel proprio sacerdote*, communissime doctores interpretantur, non disjunctive, sed subrogative, nempe quando episcopus nequit adiri. Tanto magis quod in cap. *de caetero 11*, et cap. *Ea noscitur 13*, expresse disponitur quod cum non potest adiri Pontifex, adeatur episcopusⁱ⁾.

Satis etiam probabile est cum Suarez, Sanchez et Molina (ut notavi *Lib. VI, n. 563, v. Dubit. 1*) quod in articulo sive periculo mortis quilibet confessarius possit, etiam praesente episcopo, absolvere a casibus papalibus; quia tunc omnis reservatio cessat. Nec obstant textus mox supra citati in cap. *11 et 13 de sent. excom.* Nam probabiliter respondet Sanchez cum aliis (ut supra), eos procedere tantum in

casu percussiois clericorum, de quo loquuntur, non vero in aliis. Praeterquam quod nullum expressum inveni textum, qui in articulo mortis praescribat quod infirmus ab episcopo absolvatur a censuris Pontifici reservatis. — Excipit tamen Sanchez⁷ cum aliis, si casus Pontifici reservatus esset occultus; quia tunc jure ordinario potest episcopus ab illo absolvere, vi Tridentini in laudato cap. *Liceat*. Unde censet tunc omnino adeundum episcopum, si ad eum est recursus; cum ipsi tunc reservatus sit casus. Sed hoc non obstante, mihi et aliis junioribus videtur probabile, etiamsi crimen fuerit occultum, posse absolvi in periculo mortis a simplici confessario, adhuc praesente episcopo; quia in tali periculo (ut diximus) cessat omnis reservatio quorumcumque peccatorum et censurarum, ut docet Tridentinum⁸. — Neque in hoc mihi contradixi dicto *n. 563, Dubit. 1*, ubi videor oppositum tradidisse. Nam ibi sermo fit de censuris ab eodem episcopo reservatis; et eo casu, cum confessarius debeat imponere poenitentiam, ut postquam convaluerit se praesentet episcopo ad congruam poenitentiam ab eo accipiendam (ut communiter docent doctores cum Salmant.⁹ et Tamburinius¹⁰, ex cap. *Quod de his, de sent. excom.* et saepe [in eod. tit.], ac signanter ex cap. *Eos qui*, ubi id expressum habetur; notantque ibi Tamburinius¹¹ cum Filliuccio Bossio et Pasqualigo^{j)}; ac Viva¹² cum Valero^{k)}, Navarro^{k)}, Bordono^{l)}, etc., quod eo casu pro foro externo confessa-

Etiam si crimen fuerit occultum.

S. Doctor se vindicat a contradictione.

In articulo mortis confessarius absolvit a papalibus, etiam praesente episcopo.

¹ Tr. 4, de Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 4, resp. 3. — ² Tr. 10, cap. 2, n. 63. — ³ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 5, n. 6. — ⁴ Part. 3, cap. 6, n. 751. — ⁵ Loc. cit., n. 63. — ⁶ Loc. cit. — *Suar.*, de Poenit., disp. 30, sect. 3, n. 4. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 13, n. 9. — *Molina*, de Just. et

Jure, tr. 3, disp. 63, n. 2. — ⁷ Loc. cit., cap. 13, n. 9. — ⁸ Sess. 14, de Poenit., cap. 7. — ⁹ Tr. 6, cap. 11, n. 21. — ¹⁰ Lib. 5, tr. de Casib. reserv., cap. 12, § 4, n. 2 et seqq. — ¹¹ Loc. cit., § 4, n. 7. — *Fill.*, tr. 11, n. 332 et 333. — *Bossius*, de Jubil., sect. 1, cas. 22, n. 16. — ¹² In prop. 3 Alex. VII, n. 5.

can. ult.». Et canon iste haec dicit: « Presbyter inconsulto episcopo, non reconciliet peccatorem, nisi absente episcopo, ultima necessitas cogat ».

^{h)} Henriquez, *lib. 6, cap. 9, n. 7*; Diana, *part. 5, tr. 9, resòl. 6, v. Non desinam*, non citantur a Salmant. pro hac interpretatione, sed pro asserto principali, quod nempe si episcopus adiri nequeat, quicumque confessarius possit absolvere. Diana dicit: « parochus, eo- que deficiente, quivis approbatus confessarius »; Henriquez: vero: « forte ... parochus ».

ⁱ⁾ De his vide not. e, ad *lib. 6, n. 585*.

^{j)} Pasqualigo, *Prax. jubil., qu. 262, n. 7*, exigit juramentum sese praesentandi absque distinctione fori interni vel externi.

^{k)} Valerus male citatur a Viva; nam *Differ. utriusque fori, v. Absolutio, diff. 5, n. 1 et 3, et diff. 11*, loquitur de juramento non quidem comparandi, sed satisfaciendi parti laesae. — Itemque Navarrus, *Man., cap. 27, n. 278, v. Sexto*.

^{l)} Bordonus pejus citatur a Viva (ex Tamburinio); nam *Variar. resolut. part. 3, resòl., 127, n. 58*, negat esse obligationem sese praesentandi, si censura fuerit occulta; et

rius debet exigere a poenitente juramentum se praestandi ad superiorem, cum primum poterit; sed pro foro interno dicunt sufficere promissionem): ideo, praesente episcopo, infirmus nequit absolvi a simplici confessario. At quando agitur de censuris papalibus, non debet infirmus, elapso periculo, se praesentare episcopo, sed Pontifici; unde cessat ratio cur praesente episcopo non possit absolvi.

Quid de potestate simplicis clerici.

An autem in articulo mortis, laicus aut simplex clericus possit absolvere a censuris, deficiente sacerdote? — Probabilius negandum, juxta dicta *Lib. VI, n. 540, v. Tenent.*

De obligatione confitendi reservata non habenti potestatem.

An vero habens peccata et censuras reservatas, teneatur ea exponere confessario non habenti super eis potestatem, casu quo urgeat necessitas communicandi aut confitendi, et aditus non pateat ad superiorem? Vide dicta *de Euch., Lib. VI, n. 265, v. Quaer. 2*, ubi diximus teneri ^{m)}; vide ibi rationem.

Et de impedimento adire episcopum pro casibus episcopalibus.

Si quis autem est impeditus adire episcopum, an possit simplex confessarius eum absolvere a casibus et censuris ab eodem episcopo reservatis? Respondet ⁿ⁾ Roncaglia¹ cum Hurtado ^{o)} et Diana, quod si impedimentum esset *diuturnum*, poterit absolvi; cum obligatione tamen comparandi coram superiore, cessante impedimento. Si vero impedimentum sit *perpetuum*, poterit absolute absolvi. — Attamen ^{p)} Laymann² cum Suarez, Soto,

Coninck, etc. dicunt, casu quo urgeat necessitas, et episcopus longe distet, simplicem confessarium posse poenitentem absolvere, directe tantum super non reservata, et indirecte super reservata.

93. — Quaeritur 9^o. *Quomodo episcopi hanc facultatem eis concessam in dicto cap. Liceat*, tam dispensandi in irregularitatibus quam absolvendi a casibus reservatis occultis, *possint aliis delegare?*

Prima sententia, quam tenent Henriquez, Menochius ^{a)} et Corduba ^{b)} apud Sanchez ³, dicit non posse episcopos hanc facultatem generaliter delegare; sed tantum specialiter in aliquo casu particulari qui occurrerit.

Juxta alios, episcopi non possunt delegare generaliter.

Secunda vero probabilior sententia, quam tenent Suarez ⁴, Sanchez ⁵, Laymann ⁶ ac Croix ⁷, docet bene posse episcopos generaliter committere hanc facultatem tam dispensandi quam absolvendi alteri specialiter ad haec deputato ^{c)}. Idque testatur Suarez sic esse receptum et interpretatum a consuetudine, quae est optima legum interpres. Imo probabiliter dicunt Sanchez ⁸, Barbosa ⁹ (et idem clarescit Suarez ¹⁰), quod non solum alius specialiter deputatus, sed etiam quicumque, cui episcopus generaliter suam facultatem committit, potest dispensare in irregularitatibus, et absolvere a suspensionibus reservatis occultis. — Ratio, quia concilium facultatem circa haec non limitat (sicut limitat in secunda parte facultatem

Probabilius possunt.

¹ Tr. 4, qu. 1, cap. 6, qu. 5. *Diana*, Coord. tom. 1, tr. 5, resol. 18; cfr. ipsum Dian., part. 9, tr. 7, resol. 11. — ² Lib. 5, tr. 6, cap. 12, num. 10. *Suar.*, de Poenit., disp. 31, sect. 2, n. 3 et seqq.; et sect. 3, n. 3. *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, prop. 2, sol. 1. *Coninck*, disp. 8, n. 105. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 19, i. f.; et lib. 6,

cap. 14, n. 7. — ³ De Matr., lib. 2, disp. 40, n. 17. — ⁴ De Poenit., disp. 30, sect. 2, num. 9. — ⁵ Loc. cit., num. 17. — ⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 2. — ⁷ Lib. 7, n. 135. — *Suar.*, de Censur., disp. 41, sect. 2, num. 8. — ⁸ Decal., lib. 2, cap. 11, n. 25. — ⁹ In Trid., sess. 24, cap. 6, n. 45. — ¹⁰ De Censur., loc. cit.

solum adesse obligationem sub juramento, *n. 60*, si censura fuerit ad forum contentiosum deducta.

^{m)} Hic videtur irrepsisse mendum typographicum et legendum esse « ubi diximus non teneri », nam, in loco citato, S. Doctor ait: « Secunda vero sententia, non minus probabilis, imo forte probabilior negat hunc teneri *per se* ad confessionem reservatorum ». Et cfr. etiam eumd. *lib. 6, n. 585, dub. 3.*

ⁿ⁾ Roncaglia et Diana, *loc. cit.*, loquuntur de casibus ab episcopo reservatis, cum censura.

^{o)} Gaspar Hurtadus perperam citatur a

Roncaglia; siquidem, *de Poenit., disp. 11, diff. 13*, negat inferiores sacerdotes quidquam posse, extra mortis articulum, in casus reservatos. Idemque repetit *diff. 14.*

^{p)} Auctores citati tractant de casibus reservatis absque censura.

93. — ^{a)} Menochius, *Consil. 17, n. 12*, de hoc non loquitur.

^{b)} Corduba, *Sum., qu. 8*, quidquid dicat Sanchez, non dissentit a secunda sententia: sed solum quoad haeresim videtur requirere delegationem specialem pro singulis casibus occurrentibus.

^{c)} Suarez et Croix excipiunt haeresim.

absolvendi a casibus). Unde, cum eam habeant episcopi de jure ordinario, generaliter possunt eam delegare, nulla facta speciali deputatione ad ipsa.

Episcopus non dispensat peregrinos.

Bene autem advertit Palaus¹, episcopum non posse dispensare in irregularitatibus (vel absolvere a suspensionibus reservatis) cum alienigenis, etiamsi ipsi habeant quasi domicilium in sua dioecesi; ex declaratione Gregorii XIII, relata *Lib. VI, n. 593*.

Ex privilegio, regulares absolventur a variis censuris.

94. - « Resp. III^o. Multi religiosi, praesertim Mendicantes, possunt ex suis privilegiis (in foro tamen interno tantum), a variis censuris absolvere. Vide Diana². — Quare, a superioribus suis illa privilegia petant, cum ad confessiones audientas exponentur; et circa ea sequentes regulas sequantur ». [Vide infra n. 109].

95. - Quoad regularium autem facultatem in reservata, distinguenda est facultas quam habent erga saeculares ab illa erga subditos.

Olim absoluebant a quavis censura.

Et I^o. Quoad saeculares, olim regulares absolvere poterant eos a censuris, tam a Pontifice quam ab episcopis sibi reservatis; ex diversis privilegiis quae referunt Salmant.³, nempe Eugenii IV, Urbani IV, Pauli III, Julii II, S. Pii V, etc.

Postea quibusdam exceptis.

Verum (ut testantur ipsi Salmant.⁴ et Viva⁵) Clemens VIII, die 26 Nov. anni 1602, et Paulus V, die 7 Januar. 1617, limitarunt talem facultatem, et declaraverunt eos extra Romam et intra Italiam non posse absolvere saeculares a casibus Papae reservatis in bulla *Coenae*; nec ab aliis sex celebribus illis, nempe percussione clericorum, duelli, violationis immunitatis, violationis clausurae monialium ad malum finem, simoniae realis, et simoniae confidentialis in beneficiis (decretum Clementis in extensum refert Pater Milante⁶); nec

pariter a casibus quos Ordinarii sibi reservant. — Deinde S. Congregatio, de mandato Urbani VIII, 17 Nov. 1628, sic sancivit: *Per confirmationes privilegiorum, quas regulares a Sede Apostolica post sacrum concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata atque extincta, si quae habebant, absolventi a casibus Ordinario loci reservatis; quemadmodum nec indulta absolventi a casibus contentis in bulla quae in die Coenae Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius bullae publicationem, vires ac robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus. Ac proinde regulares cujusvis ordinis, etc. Ibiq. additum fuit: Ab aliis... casibus et censuris (praeter casus bullae Coenae) Sedi Apostolicae reservatis, absolventi facultatem extra Italiam minime sublata fuisse iisdem S. C. decretis, hac de re editis jussu Clementis VIII.*

96. - Sed dubitatur I^o. *An regulares possint absolvere saeculares a casibus papalibus?*

Prima sententia negat cum Viva⁷, Bordono^{a)} et Florono; ex decreto Pauli V, quo sancitum fuit: *Ac insuper, ut nulli ex sacerdotibus praedictis (scilicet, saecularibus et regularibus), quibuscumque privilegiis, indultis et facultatibus suffulti, ab excommunicationibus vel a casibus eisdem Ordinariis vel Sedi Apostolicae reservatis..., praeterquam in mortis articulo, absolvere audeant vel praesument.*

Secunda tamen probabilior sententia, quam tenet Bonacina⁸, Salmant.⁹, atque Aversa et Pellizzarius apud Viva¹⁰ (et sequitur Potestas¹¹ cum Peyrino, Donato,

Olim regulares absoluebant saeculares a casibus papalibus.

¹ Tr. 3 disp. 6, punct. 7, § 2, n. 7. — ² Part. 9, tr. 4, resol. 63. — ³ Tr. 6, cap. 13, n. 51. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ In propos. 12 Alex. VII, num. 1. *Clemens VIII*, ap. Bizzarri, Collectan. S. C. Episc. et Regul., fol. 17, edit. 1863. — *Paulus V*, apud Bizzarri, fol. 23. — ⁶ Exercit. 12 sup. propos. 12 Alex. VII. — *Urban. VIII*, ap. Jordanum Pacem, Elucubrat., tom. 1, lib. 3, tit. 4, n. 10; cfr. etiam Thesaur. Resolut. S. C. C. in una *Colonien.*, 16 Nov. 1720. — ⁷ In propos. 12 Alex. VII, num. 14. *Floronus*, de

Casib. reserv., part. 1, cap. 5, num. 6. — *Paulus V*, citat. decret. — ⁸ Disp. 1, de Censur. in bull. Coenae, qu. 22, punct. 2, n. 18. — ⁹ Tr. 18, de Privileg., cap. 4, n. 153. — *Aversa*, de Poenit., qu. 17, sect. 6, v. *Admitti tamen. Pelliz.*, tr. 8, cap. 3, n. 80. ¹⁰ Loc. cit., n. 13 et 14. — ¹¹ Tom. 1, num. 3458. *Peyrin.*, de Offic. subditi, qu. 4, cap. 10, in Append.; et in constit. 6 Julii II, § 3, n. 21; et in const. 6 Pii V, § 10, n. 41. *Donat.*, Prax., tom. 1, part. 2, tr. 4, qu. 33, n. 8.

96. - a) Bordonus male citatur a Viva; nam *part. 2, resol. 6, n. 10*, expresse oppo-

situm tenet, excipiens tamen casus expressos in decreto Clementis VIII.

Rodriguez, Vidal, Joanne de la Cruz; et ipse Viva ¹ se revocans, id admittit), docet regulares posse absolvere saeculares a casibus papalibus occultis ^{b)}. Et probant ex privilegio Societatis Jesu (in quo communicant omnes regulares, ut notat Potestas ²), concesso a Paulo III anno 1545. In dicto privilegio, cujus verba refert Potestas ³, conceditur absolvere fideles *ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicae reservatis, exceptis contentis in bulla Coenae etc. Necnon vota quaecumque, exceptis votis castitatis, religionis, etc.* — Nec obstare dicunt Pellizzarius apud Viva, et Bonacina ⁴, laudatum decretum Pauli V. Nam prohibitio ibi facta de absolvendis casibus papalibus refertur ad casus in decreto Clementis VIII reservatos, quod Paulus V et inde Urbanus VIII confirmarunt et innovarunt (ut referunt Bonacina ^{c)}, Viva, etc.). Ibi enim tantum casus bullae *Coenae* et alii sex enunciati excepti fuerunt ^{d)}.

97. — Quod autem tuentur Pellizzarius apud Viva ^{a)}, et Rodriguez apud Potestà, scilicet: ex praefato privilegio posse regulares absolvere etiam a papalibus pro foro fori, merito rejicit Potestas ⁵. — Nam ex verbis privilegii: *Confessionibus auditis, atque poenitentiam salutarem injungendi*, satis constat facultatem pro solo foro interno esse concessam.

98. — Dubitatur ^{2°}. *An religiosi possint absolvere saeculares a casibus ab episcopis sibi specialiter reservatis?*

Hieronym. Rodrig., Compend. quaest. regul., resol. 3, num. 36. — *Vidal.*, de Casib. reserv., inquisit. 1, num. 118. — *Joan. de la Cruz*, de Privileg., lib. 2, cap. 7, dub. 1. — ¹ De Censur., qu. 2, art. 2, n. 6 et 7. — ² Tom. 1, n. 3459. — *Paulus III*, bulla *Cum inter cunctas*, de die 3 Junii 1545, in Instit. S. J. — ³ Loc. cit., n. 3459. — *Pellia.*, tr. 8, cap. 3, n. 81. — *Viva*, in propos. 12 Alex. VII, n. 14. — ⁴ Disp. 1, de Censur. in bull. *Coenae*, qu. 22, punct. 2, n. 18. — *Viva*,

Affirmarunt Suarez, Hurtadus, etc., apud Salmant. ⁶ Ratio, quia qui potest majus (nempe absolvere a papalibus) potest etiam minus, scilicet absolvere ab episcopalibus. Et huic opinioni inclinarent ^{a)} Rodriguez, Quintanadvenas, Candidus, etc., apud Viva ⁷, ob privilegia postea et iterum regularibus concessa. — Nec obstare dicebant decreta S. Congregationis, de mandato Clementis VIII et Urbani VIII; cum talia decreta non habeant vim legis.

His tamen non obstantibus, omnino tenendum est oppositum; cum praefata decreta fuerint confirmata ab iis Pontificibus pro tota Ecclesia ipsorum speciali mandato: et ideo vere habent vim legis, juxta communem doctrinam relatam *Lib. 1, n. 106, Qu. 2, v. Secunda.* — Insuper (ut recte dicunt Salmant. ⁸ et Viva ⁹) praedicta opinio satis evasit improbabilis post prop. 12 damnatam ab Alexandro VII, quae dicebat: *Mendicantes possunt absolvere a casibus episcopis reservatis, non obtenta ad id episcoporum facultate.* Haec enim proscriptio sola sufficit ad privilegia revocanda.

99. — Dubitatur ^{3°}. *An regulares privilegiati possint absolvere a censuris episcopis reservatis a jure vel a consuetudine?* — Adest duplex sententia probabilis:

Prima sententia negat; et hanc tenent Cabassutius ^{a)}, Concina ^{b)}, Milante ¹⁰; et

loc. cit., n. 14. — *Pellia.*, tr. 8, cap. 3, n. 92. — *Hieron. Rodrig.*, loc. cit. — *Potestas*, tom. 1, n. 3465. — ⁵ Loc. cit. — *Suar.*, de Censur., disp. 7, sect. 5, n. 13 et seqq. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 15, diff. 3, n. 14. — ⁶ Tr. 10, cap. 2, n. 40. — *Hieron. Rodrig.*, loc. cit., n. 35. — *Quintanadv.*, tr. 3, singul. 15, n. 3. — *Candid.*, disquis. 22, art. 51, dub. 1. v. *Dico 2.* — ⁷ In propos. 12 Alex. VII, n. 4. — ⁸ Loc. cit., num. 40. — ⁹ Loc. cit., n. 7. — ¹⁰ Exercit. 12, sup. prop. 12 Alex. VII.

^{b)} Fere omnes auctores citati concedunt regularibus facultatem absolvendi non solum ab occultis, sed ab omnibus casibus papalibus, exceptis contentis in Bulla *Coenae* et decreto Clementis VIII.

^{c)} Bonacina, loc. cit., n. 18, non facit mentionem decreti Urbani VIII; de cetero autem concordat.

^{d)} Hodie tamen post constitutionem *Apostolicae Sedis*, sublata est omnino haec facultas regularibus.

97. — ^{a)} Viva non citat Pellizzarium.

98. — ^{a)} Quin etiam expresse eam tenent.

99. — ^{a)} Cabassutius, *lib. 1, cap. 11, n. 5*, loquitur de casibus quos *sibi* reservavit episcopi; in probatione tamen affert propos. 12 damnatam ab Alexandro VII et bullam Clementis X *Superna*, ubi sermo est in genere de casibus episcopis reservatis.

^{b)} Ne contradictio videatur adesse in duplici allegatione Concinae (citatur pro utraque opinione) advertendum est hic, de *Sacr. Poenit.*, *lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 8*, Concina respondere absolute et sine distinctione regulares absolvere non posse sibi non subditos a casibus episcopis reservatis, dum in *tr. de*

Quibusdam exceptis.

Non tamen pro foro externo.

Regulares non absolventur a casibus specialiter reservatis.

Viva¹ cum Bordonio et Florono. — Quia in decreto citato Pauli V, fuit regularibus sublata facultas absolvendi a censuris Ordinariis reservatis.

Probabilius possunt absolvere a censuris episcopo reservatis a jure.

Secunda tamen probabilior sententia affirmat: quam tenent Concina², Sporer³, Croix⁴; Salmant.⁵ cum Sanchez^{c)}, Aversa, Lezana^{d)}, Pellizzario^{e)}, Peyrinus^{f)} Diana, etc. Et sequitur (se revocans) Viva⁶, qui docet posse absolvi a regularibus censuras episcopis reservatas a jure communi^{g)}. — Quatenam autem sint censurae, vide infra apud Busenbaum, *Lib. VII, n. 213*. Excipe tamen eas, quas Episcopi sibi reservant. — Ratio quia, licet in decretis Pauli V et Urbani VIII, regularibus vetetur absolvere a casibus Ordinariis reservatis; attamen hoc verius intelligitur (ut dicunt Salmant.⁷; et Aversa, Lezana, Leander^{h)} apud Viva⁸), de casibus tantum ab Ordinariis *sibi* reservatis; cum haec decreta sint (ut supra diximus) confirmativa decreti Clementis VIII, ubi dicitur: nec a casibus *quos Ordinarii locorum sibi reservarunt vel in posterum reservabunt*. — Notatque recte Suarez⁹, quod casus a jure episcopis reservati reipsa magis dicendi sunt episcopis delegati quam reservati.

Limitatio.

Omnino tamen excipiendi sunt sex casus expressi in decreto edito jussu Clementis VIII (ut supra). — At hoc intelligendum intra Italiam, ut explicavit Ur-

¹ In prop. 12 Alex. VII, n. 14. *Bordon.*, part. 1, resol. 6, n. 11. - *Floron.*, de Casib. reserv., part. 1, cap. 5, n. 7. — ² De Censur., diss. 1, cap. 7, n. 17. — ³ Part. 3, cap. 6, n. 745. — ⁴ Lib. 5, part. 2, n. 1628. — ⁵ Tr. 6, de Sac. Poenit., cap. 13, n. 52. - *Aversa*, qu. 17, sect. 6, v. *Admitti.* - *Diana*, part. 8, tr. 7, resol. 71. — ⁶ De Censur., qu. 2, art. 2,

banus VIII (prout supra, *num. 95*). Nam extra Italiam vel in Urbe, ut dicitur in decreto Clementis, bene possunt regulares absolvere ab omnibus censuris quae a jure sunt episcopis reservatae. Et intra Italiam regulares possunt absolvere a censura propter abortum fetus animati; cum hic casus non sit in casibus expressis a Clemente VIII. Ita communiter doctores (Vide *Lib. III, n. 397, v. Pariter*). Si vero episcopus hunc casum specialiter sibi reservaverit, tunc nullo modo regulares possunt illum absolvere; ut diximus loco citato in fine, et *Lib. VI, n. 599, v. Certum*, circa finem.

100. — Quod autem dicit Viva^{a)} cum aliis, nempe regulares posse absolvere etiam a sex casibus Clementis VIII, quando sunt occulti, ob eandem rationem ut supra, quia praedicti casus, cum sint occulti, reservantur episcopis, non Papae, vi Tridentini in cap. *Liceat*, id minime probatur. Nam in tantum regulares possunt absolvere a casibus episcopis reservatis sive delegatis, in quantum ipsi etiam sunt papales. Quare, ablata regularibus facultate absolvendi a casibus Clementis, uti papalibus, non habent illi unde hac facultate uti possint, sive casus sint publici, sive occulti.

Non possunt absolvere a casibus Clementis occultis.

Probabiliter autem Viva^{b)} cum Comitolo et communiori sententia (cui adhaeret etiam Concina¹⁰) dicit posse regulares

Possunt pro casibus episcopalibus in tabella non expressis.

num. 7. — ⁷ Loc. cit., num. 52. — *Aversa*, loc. cit. - *Lesana*, Sum., v. *Casus reservati*, num. 4; et tom. 1, cap. 19, n. 17. — ⁸ In prop. 12 Alex. VII, v. *Verum*. — ⁹ De Poenit., disp. 29, sect. 3, num. 7, v. *Secundus casus*. — *Comitol.*, Respons., lib. 1, qu. 25, num. 14. — ¹⁰ De Censur., diss. 1, cap. 7, num. 17.

Censuris, infra citando, affert ex Viva distinctionem inter casus a jure vel consuetudine reservatos episcopis, et reservatos in synodo vel in tabella, nec reprobatur opinionem Vivae dicentis, regulares absolvere posse a casibus primi generis.

^{c)} Vide *Append. de Privil.* n. 100, not. b.

^{d)} Vide, *ibi*dem, notam a.

^{e)} Pellizzarius pariter, *tr. 8, cap. 3, n. 83*, negat dari casus jure communi reservatos episcopis; sed concedit regularibus facultatem absolvendi a casibus consuetudine reservatis.

^{f)} Laurentius de Peyrinis male citatur a Salmant. (ex Antonio a Spir. S.); nam *de Offic. subditi*, qu. 4, cap. 10, *Append.*, v. *Ad 1*,

negat regulares posse absolvere « a casibus reservatis episcopis ».

^{g)} Vel consuetudine, ut ait ipse Viva.

^{h)} Leander, *tr. 2, disp. 17, qu. 40*, expresse dicit regulares posse absolvere ex consuetudine « a reservatis specificè ab episcopis »; et *qu. 79*: « ab omnibus reservatis vel per constitutionem synodalem, vel per consuetudinem specialem ».

100. — ^{a)} Viva, *de Censur.*, qu. 5, art. 3, n. 10, hoc concedit de solo casu percussiois clerici; sed *in propos. 12, Alex. VII, n. 14*, de hac quaestione refert tantum aliorum sententiam, a quibus ipse absolute et sine distinctione dissentit.

^{b)} Viva ita sane tenet *de Censur.*, qu. 2,

absolvere casus in synodo reservatos, quando episcopus eos in tabella non exponit. Quia, eo ipso quod in tabella non reservat, censetur velle omnibus confessoriis facultatem concedere absolventi ab iis, ex regula: *Non expressum habetur pro omisso*.

Olim absolventes a casibus papalibus, quibusdam exceptis.

101. — II^o. Quoad facultatem autem quam praelati regulares habent erga suos subditos, communiter docent doctores posse ipsos subditos absolvere ab omnibus casibus Papae reservatis extra bullam *Coenae*. Ita Salmant.¹, Concina², Viva³ et Potestas⁴, ex variis privilegiis quae congerunt Salmant.⁵, quidquid in contrarium dicat Croix^{a)} cum Dicastillo^{a)}. — Nam, licet, ex vi Tridentini in cap. *Liceat*, non censeatur data praelatis regularibus facultas ibi concessa episcopis, quia videtur concessa tantum iis qui habent dioecesim propriam, cum in Tridentino dicatur: *in dioecesi sua*; attamen adest privilegium a S. Pio V (quod in extensum referunt Concina⁶ et Salmant.⁷), cujus vi praelati regulares in suos fratres et moniales possunt idem quod episcopi in suos subditos vi Tridentini in cap. *Liceat*. — Et licet Mendo^{b)} apud Croix⁸ astruat confutare privilegium S. Pii; tamen illud authentice referunt Salmant.⁹, Viva et Concina: qui etiam asserit ipsum confirmatum fuisse cum aliis a Benedicto XIII in constitut. 79 *Pretiosus*, edita anno 1727, quam refert etiam Pater Milante¹⁰. — Qui insuper refert ab eodem Pontifice

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 70. — ² De Censur., diss. 1, cap. 7, n. 19. — ³ In propos. 4 Alex. VII, n. 6. — ⁴ Tom. 1, n. 3372. — ⁵ Loc. cit., num. 70. — ⁶ Loc. cit., num. 19. — ⁷ Tr. 6, cap. 13, num. 33. — ⁸ Lib. 7, n. 141. — ⁹ Tr. 6, cap. 13,

concessam fuisse facultatem absolventi etiam a casibus bullae *Coenae*, exceptis *relapsu in haeresim, falsificatione litterarum Apostolicarum et delatione prohibitorum ad infideles*. Generali vero ordinis concessit, *ut ipse solus possit ab irregularitate hujusmodi* (orta ex homicidio) *dispensare cum fratribus sibi subditis: dummodo homicidium non fuerit appensatum, et intra claustra exstiterit consummatum*.

Nomine autem *praelatorum* veniunt provinciales et eorum vicarii in ipsorum absentia vel alii ab eis deputati; ut asserunt Salmant.¹¹. Necnon veniunt omnes superiores locales, rectores, priores, guardiani, etc., ut ait Potestas¹².

Qui veniant nomine praelatorum.

Sed post haec scripta, inveni quod Clemens XII, in bulla *Romanus*, die 30 Martii anno 1732, revocavit omnes constitutiones et privilegia (praesertim contenta in praefata bulla *Pretiosus*) concessa a Benedicto XIII, omniaque reduxit ad pristinum statum^{c)}. — Insuper hic notandum quod, cum disceptatum fuisset an revocatio per Tridentinum facta privilegii regularibus concessi absolventi haereticos esset vel ne intelligenda pro saecularibus, non vero pro religiosis subditis: S. Congregatio dijudicavit intelligi pro omnibus^{d)}. Ita refert Pater Ferraris¹³.

102. — Possunt etiam praelati regulares absolvere novitios sui ordinis a censuris papalibus (exceptis casibus bullae) ante ingressum in religionem contractis. — Ita

Olim regulares absolventes a censuris papalibus.

num. 33. — *Viva*, loc. cit. — *Concina*, loc. cit., num. 21. — ¹⁰ Exercit. 3 sup. propos. 3 Alex. VII. — ¹¹ Tr. 10, cap. 2, n. 80. — ¹² Tom. 1, n. 3379. — ¹³ Biblioth., v. *Absolvere*, art. 1, n. 40.

art. 2, n. 7; sed in propos. 12 Alex. VII, n. 14, hanc opinionem rejicit, pro qua ibi citat Comitolum.

101. — a) Scilicet Croix, lib. 7, n. 141, negat praelatos regulares hanc facultatem habere; sed Dicastillus negat quidem, de Censur., disp. 3, n. 71, eam habere vi Tridentini; sed affirmat, n. 72, vi motus proprii S. Pii V.

b) Mendo, quidquid dicat Croix, affirmat, *Statera*, diss. 1, qu. 4, n. 56 et 57, hanc facultatem habuisse ante declarationem Urbani VIII, et quidem ex privilegio S. Pii V; quod deinde laudata declaratione revocatum est.

c) Vide infra not. c ad n. 396.

d) Et videtur esse decretum Urbani VIII, supra relatum n. 95, in quo revera declaratur regulares non posse « quemquam » absolvere a casibus bullae *Coenae*. — Quoad materiam de qua in hoc numero et seqq. tractatur, S. O. die 22 Martii 1881 declaravit praelatos regulares vi suorum privilegiorum suos subditos, a censuris per constit. *Apostolicae Sedis* latis, sive speciali modo, sive simpliciter Romano Pontifici reservatis, non posse absolvere; at posse absolvere a censuris episcopis reservatis etsi occultis; et quantum ad eorundem praelatorum facultatem subditos suos absolventi a censuris Romano Pontifici reservatis, non contentis in praedicta constitutione

Salmant.¹ cum Rodriguez, Candido, etc., ex privilegio a Clemente VII concessio anno 1530^a).

103. - Sed dubitatur 1^o. *An dicti praelati possint novitios absolvere etiam a censuris ab episcopis sibi specialiter reservatis?*

An possint eos absolvere a censuris ab episcopo specialiter reservatis.

Respondetur negative^a), ex decreto Sacrae Congregationis, edito de mandato Urbani VIII (ut supra relato, num. 95, v. *Verum*).

Quamvis etiam contradicat Joannes de la Cruz apud Salmant.², cui ipsi adhaerent³. Quia (ut ajunt Salmant.) per tale decretum revocata est facultas concessa per privilegium Clementis VII quoad absolutionem casuum episcopalium; non autem illa quae per consuetudinem est obtenta, ut est ea qua habentes facultatem absolvendi a reservatis Papae; possunt absolvere etiam ab illis quae Ordinarii sibi reservant; ut testantur⁴ Suarez, Alterius et Hurtadus. — Addunt alii apud Viva⁵, decretum illud non habere vim legis; quia non fuit de ejusdem Pontificis speciali mandato solemniter promulgatum pro tota Ecclesia (juxta sententiam relatam *Lib. I, num. 106, Qu. 2, v. Secunda*). — Omnes tamen hae rationes, ex supradictis, non videntur amplius proba-

biles post prop. 12 damnatam ab Alexandro VII (ut supra, n. 98 allatam), qua oppositum apparet satis declaratum.

104. Dubitatur 2^o. *An praelati regulares possint absolvere suos subditos religiosos a casibus reservatis in bulla Coenae, ac etiam ab haeresi?* — Quoad saeculares, jam damnata fuit ab Alexandro VII propositio 4. quae dicebat: *Praelati regulares possunt in foro conscientiae absolvere quoscumque saeculares ab haeresi occulta, et ab excommunicatione propter eam incurta.*

Quoad subditos vero, adsunt tres sententiae:

Prima universe affirmat cum Palao^a), Rodriguez, Peyrino, etc., apud Salmant.⁶ — Et hanc sequitur et enixe defendit Potestas⁷ cum Villalobos, Donato et aliis, ex diversis privilegiis et juribus quae ibi congerit^b).

Alii tenent absolvere posse a quovis casu.

105. - *Secunda* sententia, quam tenent Salmant.⁸ cum Suarez^c), Bañez^d), Candido^d) Aragon^d) et aliis, dicit non posse absolvere ab haeresi; sed bene posse a caeteris casibus bullae. — Ratio istorum, quia licet per bullam *Coenae* revocentur quaecumque privilegia regularibus indulta, per verba: *Non obstantibus privilegiis, etc., alicui seu aliquibus aliis cujuscumque*

Alii a quovis casu, excepta haeresi.

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 80. *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 20, art. 21. *Candid.*, disquis. 22, art. 48, dub. 1, v. *Dico 2*. — *Joan. de la Cruz*, de Statu relig., lib. 1, cap. 6, dub. 15, concl. 4. — ² Tr. 10, cap. 2, n. 80. — ³ Tr. 10, cap. 2, num. 81. — ⁴ Ap. *Salmant.*, loc. cit. — *Suar.*, de Censur., disp. 7, sect. 5, n. 14. — *Alterius*, de Censur., lib. 4, disp. 4, cap. 2, v. *Secundo*. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 15,

diff. 3, i. f. — ⁵ In propos. 12 Alex. VII, n. 4. — *Hieron. Rodrig.*, resol. 3, num. 3. *Peyrin.*, tom. 1, in const. 4 Sixti IV, § 5, n. 10 et 20. — ⁶ Loc. cit., n. 75. — ⁷ Tom. 1, n. 3375 et seqq. — *Villal.*, part. 1, tr. 9, diff. 61, num. 6. — *Donat.*, Prax. rerum regul., tom. 1, part. 1, tr. 13, qu. 17; et tom. 2, part. 1, tr. 11, qu. 17 et 18. — ⁸ Loc. cit., n. 76 et 77.

et pertinentibus ad internum regimen, nihil esse per eandem constitutionem innovatum.

102. - ^a) Vide *Append. de Privil.*, n. 95, not. c.

103. - ^a) Haec fuerunt scripta in secunda editione. Postea vero, in *Append. de Privileg.*, primum inserta in quarta editione, S. Doctor, n. 95, quaestionem ad trutinam revocavit et sententiam affirmativam sustinuit.

104. - ^a) Palaus, *tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 3, n. 1*, de haeresi tantum loquitur, etiam de relapsu; sed potiori ratione censendus idem tenere de ceteris casibus bullae.

^b) Rodriguez, Laurentius de Peyrinis, Potestas, Villalobos et Donatus quosdam casus excipiunt.

^c) Suarez, *de Poenit.*, disp. 30, sect. 2, n. 7, v. *Hinc vero*, dicit praelatos regulares in sub-

ditos posse quidquid possunt episcopi ex cap. *Liceat*, id est, absolvere ab omnibus quibuscumque casibus occultis Sedi Apostolicae reservatis, modo satis constet de concessionem S. Pii V.

^d) Bañez, *in 2am 2ae, qu. 11, art. 4, post concl. 2, v. Et si quis objiciat*; Aragon, *in 2am 2ae, qu. 11, art. 3, § Sed dubium est quis, v. Dico 1*, dicunt episcopum posse absolvere ab haeresi occulta. — Candidus vero, *disquis. 22, art. 49, dub. 1 et 2*, dicit episcopos et praelatos regulares posse proprios subditos absolvere a quibuscumque casibus occultis reservatis Sedi Apostolicae; at, *disquis. 3, art. 35*, excipit haeresim; et addit, non satis sibi consentiens, eandem esse rationem de omnibus casibus qui reservantur in bulla *Coenae*.

ordinis concessis; attamen S. Pius V extendit ad praelatos regulares privilegium episcopis concessum per Tridentinum in cap. *Liceat* (ut supra, *num. 101*), eodem modo ac in episcopis invenitur. Sicut igitur (dicunt Salmant.¹) non obstante dicta bulla, possunt episcopi vi illius privilegii absolvere suos subditos, etiam a casibus bullae occultis; sic etiam possunt regulares. — Excipiunt autem Salmant.² haeresis crimen; quia ex constitutione Pauli V (ut referunt) haeretici omnino remitti debent ad inquisitores. Sed hoc explicant³ valere pro locis ubi viget tribunal S. Inquisitionis; et ideo pro aliis locis referunt doctrinam Suarii, qui dicit praelatos posse absolvere subditos etiam in haeresim relapsos, ex concessione Gregorii XIII.

Alii a nullo casu.

106. — *Tertia* demum sententia, quam tenendam esse dicunt Viva⁴, et Croix⁵, citans Sanchez, Suarez^{a)}, Diana et Mendo^{b)}, dicit non posse absolvere ab ullo casu bullae *Coenae*. — Ratio est: tum quia decretum Urbani VIII (ut supra *n. 95* allatum) expresse declaravit, per annuam bullae publicationem sublatam esse regularibus facultatem a casibus bullae *Coenae* absolvendi. Tum quia (ut recte arguit Viva⁶), si hodie nec etiam episcopi a casibus bullae absolvere possunt post propositam³ damnatam ab Alexandro VII (ut diximus supra, *n. 83*, v. *Accedit*): ergo tanto minus poterunt praelati regulares.

Sed hodie quaestio finita est. Nam, ut referunt Pater Milante⁷ et Pater Concina^{c)}, Benedictus XIII, in bulla *Pretiosus* (cujus verba retulimus *n. 101*), novissime

concessit superioribus ordinis S. Domini, et per communicationem, aliorum ordinum, posse absolvere suos subditos, nempe fratres et moniales sibi subjectas, a quibusvis censuris etiam in bulla *Coenae*, aliquibus tamen exceptis^{d)}.

107. — Dubitatur 3^o. *An praelati regulares possint absolvere suos subditos a censura ob percussione[m] alterius religiosi, aut clerici saecularis?* — (Diximus: *suos subditos*. Nam circa *saeculares* nihil regulares possunt; cum facultas absolvendi saeculares ab hac censura sit ipsis expresse adempta a Clemente VIII et Paulo V, extra Romam et intra Italiam: vide dicta *num. 95*).

In cap. *Cum illorum 32*, § *Qui si claustrales et § Si vero de sent. excom.* affirmatur, si religiosus percusserit alium ejusdem ordinis; *nisi excessus...* (ut ibi dicitur) *exstiterit difficilis et enormis, utpote si ad mutilationem membri vel effusionem sanguinis est processum, aut in episcopum aut abbatem violenta manus injecta.* — Si vero percusserit religiosum alterius claustrum, dicitur ibidem quod *per abbatem proprium, et ejus qui passus est injuriam, absolvatur.* — Si autem percusserit clericum saecularem, dicitur: *non nisi per Apostolicam Sedem... absolutio[n]is gratiam poterit promereri.*

Quid olim poterant regulares ex jure communi.

Idem autem quod dicitur de religioso, dicunt communiter Palaus⁸, Laymann⁹ et alii passim de *novitio* percussore, etiamsi ipse crimen commiserit ante ingressum; quia in favorabilibus novitii habentur ut religiosi. — Addunt tamen Laymann^{a)}, et Palaus¹⁰ cum Molina et

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 77. — ² Loc. cit., n. 76. — *Paulus V*, const. *Romanus Pontifex*, 1 sept. 1606. — ³ Tr. 6, cap. 13, n. 50. *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 2, cap. 21, n. 2. — ⁴ In propos. 4 Alex. VII, n. 3 et 4. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 1622. *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 11, num. 7

et 27. *Diana*, part. 3, tr. 2, resol. 122. — ⁶ Loc. cit., n. 3 et 4. — ⁷ Exercit. 3 in prop. 3 Alex. VII, v. f., v. *Dubitandum aliquando.* — ⁸ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 10. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 10, v. *Ceterum.* — ¹⁰ Loc. cit., n. 10. *Molina*, tr. 3, disp. 60, n. 3.

106. — *a)* Suarez falso hic refertur a Croix; omnino docet enim praelatos regulares posse suos subditos absolvere a casibus bullae *Coenae*, non exceptis haeresi et relapsu, *loc. cit.*, cap. 21, n. 1 et seq.; et de *Censur.*, disp. 21, sect. 3, n. 4.

b) Mendo, *Stateva*, diss. 1, qu. 4, n. 56, de haeresi loquitur et concordat.

c) Concina, *diss. 1*, cap. n. 21, utique refert, privilegium S. Pii V confirmatum fuisse a

Benedicto XIII, sed *n. 22 et 23*, negat regulares posse absolvi a suis praelatis a casibus bullae *Coenae*.

d) Sed de his vide notam *c* ad *n. 101*, et infra, not. *c* ad *n. 396*.

107. — *a)* Laymann, *loc. cit.*, hoc non addit; sed, cap. 6, n. 4, generatim dicit, eum qui a censura reservata ab episcopo absolutus fuit, teneri cessante impedimento sese praesentare Romano Pontifici.

Sayro, quod novitius, si egrediatur ante professionem, tenetur se praesentare Sedi Apostolicae, juxta cap. *Eos qui, de sent. excom., in 6^o*, adhuc si fuerit a praelato absolutus. Quia illa absolutio fuit concessa ob temporale impedimentum, ne varetur.

Hic vero notandum 1^o. Quod si religiosus levi percussione laeserit clericum saecularem, bene poterit absolvi ab episcopo illius; ut communiter dicunt iidem Laymann¹ et Palaus² cum aliis, ex cap. *Religioso, de sent. excom., in 6^o*. — Notandum 2^o cum eisdem auctoribus et Salmant.³, quod praedicta procedunt juxta jus commune: nam, spectatis privilegiis, religiosi bene possunt absolvi a suis praelatis, etiamsi percussio fuerit enormis; ex pluribus privilegiis, quae referunt Palaus⁴, Salmant.⁵ et Roncaglia⁶. — Idque dicunt praefati auctores valere, etiamsi religiosus percusserit alium alterius ordinis vel clericum saecularem. Additque Croix^{b)} cum Krimer^{b)}, etiamsi percussio fuerit publica; ac posse abbatem absolvi per confessarium a seipso electum. — Notandum 3^o. Quod licet regulares possint absolvi a suis praelatis ob hujusmodi privilegia, bene tamen valent etiam se subicere episcopis ut ab eis absolvantur: intellige, si percussio fuerit levis, vel enormis occulta. Et in eo casu^{c)}, illi qui sunt praelati alicujus ordinis possunt per se exposcere talem absolutionem ab episco-

pis; reliqui vero religiosi, de suorum praelatorum licentia, nisi haec injuste denegetur, ut docent Sanchez⁷; et Salmant.⁸ cum Basilio, Henriquez, Diana, etc.

108. - A quibus autem censuris possint absolvi recipientes bullam *Cruciatae*? — Vide Salmant.⁹ et Croix¹⁰.

109. - Regulae: « *Prima*. Qui habet potestatem absolvendi a censuris reservatis episcopo non potest vi illius absolvi vere a reservatis Papae ».

110. - « *Secunda*. Qui habet potestatem absolvendi a reservatis Papae, non censetur posse absolvere a censuris bullae *Coenae*, eo quod hae censeantur majores, nec comprehendi in concessione generalis. Diana¹¹ ex Suarez, etc., contra Bossium^{a)} ». — [Ita Bonacina¹², et Suarez, Ugolinus, etc., apud Salmant.¹³]

111. - Caeterum, quotiescumque conceditur a Papa facultas absolvendi a censuris, etiam de papalibus intelligitur: alias nihil concederetur; quia quilibet approbatus potest absolvere a non reservatis, ut Bonacina¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Navarro^{a)}, Azor^{a)}, Candido, etc.

Pariter in jubileo, concessa facultate absolvendi ab omnibus censuris reservatis, intelliguntur comprehensae ex communi usu etiam reservatae episcopis. Croix¹⁶ cum Suarez et Dicastillo.

An autem, data potestate absolvendi a censuris tam a jure quam ab homine praelatis, comprehendantur censurae ab epi-

Regulae (plerumque obsoletae) circa usum privilegiorum: Prima.

Secunda.

Quaedam notanda.

Quid poterant ex privilegio.

Sayr., de Censur., lib. 3, cap. 28, n. 15. — ¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 10, i. f. — ² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 10. — ³ Tr. 10, cap. 2, n. 69. — ⁴ Loc. cit., n. 10. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ De Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 2. — ⁷ Decal., lib. 2, cap. 11, n. 10; cfr. lib. 4, cap. 39, n. 27 et seqq. — ⁸ Loc. cit., n. 52. — *Basil. Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 5, n. 13 et seqq. — *Henriq.*, lib. 7, cap. 25, n. 2; et lib. 14, cap. 20, lit. o. — *Diana*, part. 1, tr. 5, resol. 6. — ⁹ Loc. cit., n. 82. — ¹⁰ Lib. 8,

dub. 15. — ¹¹ Part. 5, tr. 12, resol. 34. — *Suar.*, de Censur., disp. 7, sect. 5, n. 11; et disp. 21, sect. 3, n. 3. — ¹² Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 1, num. 13. — *Suar.*, locis cit. — *Ugolin.*, tab. 1, cap. 10, § 4, n. 7. — ¹³ Tr. 10, cap. 2, n. 41. — ¹⁴ Loc. cit., n. 12. — ¹⁵ Loc. cit., n. 41. — *Candid.*, disquis. 22, art. 51, dub. 4, v. *Dico 10*. — ¹⁶ Lib. 7, n. 132 et 149. — *Suar.*, disp. 7, sect. 5, n. 14. — *Dicast.*, de Censur., disp. 3, num. 36.

^{b)} Croix, lib. 7, n. 321, non loquitur de percussione publica, sed dicit: « Si abbas indebite percusserit monachum, absolvi potest a confessario per abbatem electo ». — Et id tantum habet etiam Krimer, in lib. 5 *Decretal.*, qu. 39, n. 1849.

^{c)} In eo casu, scilicet in quocumque casu quo praelatus regularis nequit absolvere, episcopus vero potest.

110. - ^{a)} Bossius male citatur a Busenbaum. Licet enim, de *Jubilaeo*, sect. 1, cas. 7, n. 2, non omnino improbabilem existimet opi-

nionem quae vult casus bullae *Coenae* comprehendi in facultate generali per jubileum concessa absolvendi ab omnibus casibus reservatis Sedi Apostolicae; tamen, n. 3, scribit: « Non solum tutior, sed etiam probabilior et verior communiter existimatur [opinio], quod praedicti casus bullae *Coenae* non censentur concessi, neque etiam in universali jubileo, nisi sint expressi ».

111. - ^{a)} Navarrus, de *Judaeis*, in cap. Ita quorumdam, notab. 11, n. 21, et Azor, part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 12, de alio casu loquuntur.

scopo specialiter latae? — Affirmant (apud Croix ¹⁾ Avila ^{b)}, Henriquez ^{b)}, etc. Negant Vasquez, Hurtadus ^{c)}, etc. — Utraque est probabilis.

Facultas autem concessa ab episcopo de absolvendis casibus reservatis non intelligitur data pro peccatis, quibus annexa est censura reservata. Tamburinius ².

Secus, si talis concessio fiat a Papa (Croix ³). Ratio, quia omnes casus papales sunt principaliter reservati cum censura et propter censuram. Vide *Lib. VI, n. 580*.

Tertia regula.

112. — « *Tertia*. Qui habet potestatem « absolvi a censuris bullae *Coenae* habet etiam a quibusvis papalibus et episcopalibus a jure latis. Etsi aliqui negent de excommunicatione contracta propter haeresim: de qua alii probabilius affirmant, praesertim pro regionibus septentrionalibus, pro quibus alioqui concessio per magnam partem esset inutilis ».

113. — Concessa facultate absolvi a casibus papalibus, non intelligitur a casibus bullae *Coenae*. — Quia in generali concessione non veniunt ea quae superior non fuisset concessurus, si specialiter de iis rogatus fuisset; ut dicunt Bonacina ⁴, Croix ⁵ Salmant. ⁶ cum Suarez, Candido, Ugolino, etc.

Certum autem est hodie quod, concessa facultate absolvi a casibus bullae *Coenae*, non comprehenditur facultas absolvi ab *haeresi*, licet occulta; ut

¹ Lib. 7, n. 133. — *Vasq.*, de *Excom.*, dub. 20, n. 8. — ² Lib. 5, tr. de *Casib. reserv.*, cap. 9, § 1, num. 11. — ³ Lib. 7, n. 134. — ⁴ *Disp.* 1, de *Censur.*, qu. 3, punct. 1, n. 13. — ⁵ *Loc. cit.*, n. 132. — ⁶ *Tr.* 10, cap. 2, num. 41. —

decrevit Alexander VII die 23 Martii 1656, et novissime rursus declaravit Benedictus XIV in bulla *Convocatis*, emanata pro jubileo anni 1750 ⁷.

Qui tamen ⁸ concessit in eodem jubileo facultatem absolvi ab haeresi occulta; modo poenitens non habuerit complicem.

114. — « *Quarta*. Possunt regulares per « sua privilegia, sicut ab aliis censuris « Papae reservatis, ita etiam absolvi « duello certantes (idem dic de similibus « casibus) post constitutionem Clementis VIII, sicut poterant ante eam ^{a)} praeterquam in Italia extra Urbem. — Idque « ex declaratione ipsiusmet Clementis, « apud Comitolum ⁹, Reginaldum ¹⁰, Fil-liuccium ¹¹, Laymann ^{b)} »

Quarta regula.

115. — « *Resp.* IV^o. Ampla etiam solet « dari potestas a censuris absolvi in « jubileis: in quibus diligenter considerandum, quid, quantum et quomodo concedatur. »

Quaedam de jubileis.

« Si enim detur potestas absolvi « a casibus reservatis Papae, etiam conceditur potestas absolvi a censuris « Papae reservatis; quia is non solet reservare casus, nisi ratione censurae adjunctae ». — [Caeterum, universe loquendo, qui absolvi potest a peccato reservato, potest etiam a censura annexa; cum nequeat absolvi peccatum, nisi prius censura absolvatur. Salmant. ¹² cum Avila ^{a)}, Candido ^{b)}, etc.]

« Porro absolutio data confitenti bona « fide in jubileo cum intentione lucrandi

Suar., disp. 7, sect. 5, n. 11. *Candid.*, disquis. 22, art. 51, dub. 4, v. *Dico* 11. *Ugolin.*, tab. 1, cap. 10, § 4, n. 7. — ⁷ N. 53. — ⁸ N. 7. — ⁹ *Respons.* lib. 6, qu. 17. — ¹⁰ *Lib.* 21, n. 83. — ¹¹ *Tr.* 15, cap. 5, n. 106. — ¹² *Tr.* 10, cap. 2, n. 38.

^{b)} Avila, *part.* 2, *cap.* 7, *disp.* 3, *dub.* 10, concedit utique quoad validitatem; quoad licitatem vero, non sine certis limitationibus. — Henriquez autem, *lib.* 13, *cap.* 28, *num.* 2, dicit posse absolvi, si iudex et pars longe absint.

^{c)} Gaspar Hurtadus, de *Excom.*, *disp.* 15, *diff.* 6, *n.* 19, utique negat; sed excipit excommunicatum excommunicatione specialiter ab homine lata pro peccato futuro, et qui non est declaratus excommunicatus.

114. — ^{a)} Scilicet, ut habetur apud ipsum Comitolum, quoties nec in Tridentini concilii

nec in Gregorii XIII sanctionem (nimirum bullam *Ad tollendum*) contra duellantes editam, peccatum sit.

^{b)} Laymann, *lib.* 3, *tr.* 3, *part.* 3, *cap.* 5, *n.* 4, id non habet, quidquid dicat Busembaum.

115. — ^{a)} Avila, *part.* 2, *cap.* 7, *disp.* 1, *dub.* 13, *concl.* 1, quamvis citetur a Salmant., hoc non habet.

^{b)} Candidus doctrinam hanc coarctat ad casus Summo Pontifici reservatos, *disquis.* 22, *art.* 51, *dub.* 4, dum contra Salmanticenses universaliter loquuntur.

« illud, etsi postea vel sua negligentia vel
 « propter aliud impedimentum non lucre-
 « tur, est valida, tollitque censuram. —
 « Secus, si ab initio indulgentias lucrari
 « noluerit. Eo enim casu probabilius est
 « absolutionem non valere, et tam pec-
 « cata reservata quam censuram de novo
 « debere tolli ab eo qui potest extra ju-
 « bilaeum ». — [Vide dicta *de Poenit.*,
Lib. VI, n. 536, ad 13 et 26].

DUBIUM VI.

Quomodo danda sit Absolutio a Censura.

116. *Quomodo absolvendae censurae in foro externo, et quomodo in interno.* — 117. *An possit absolvi absens.* — 118. *De eo qui absolutus est in jubilaeo.* — 119. *De absolutione metu extorta.* — 120. *An valeat absolutio, non satisfacta parte.* — 121. *Quid, si cum hac conditione sit concessa facultas.* — 122. *An secuta satisfactio, de se aufertur censura.* — 123. *An valeat et liceat absolutio sub conditione.* — 124. *An possit dari absolutio ad reincidentiam.* — 125. *An ad reincidendum requiratur nova culpa.* — 126. *An censura possit absolvi extra confessionem.* — 127. *Ad absolvendas censuras requiritur 1. Satisfactio partis.* — 128. *In quibus casibus possit reus absolvi ante satisfactionem.* — 129. *Requiritur 2. ut reus praestet juramentum non amplius committendi crimen, si sit valde enorme.* — 130. *Requiritur 3. ut censuratus petat absolutionem.* — 131. *Plura notanda. Quid, si reus adhuc sit contumax vel invitus, vel oblitus non petierit.* — 132. *An valeat absolutio si reus falsum exponat.*

Quomodo
absolvantur
censurae.

116. - « Resp. Id statuendum esse ex
 « natura tum censurae tum cujusvis ab-
 « solutionis. — Ex qua, circa absolvendi
 « modum resolves:

« 1^o. Ex natura rei non requiruntur
 « certa verba; sed sufficiunt ea signa qui-
 « bus aperte significetur absolutio im-
 « pendi ».

Ad absolvendam censuram, sufficiunt
 quaecumque signa externa; sed non suf-
 ficit sola voluntas iudicis. — Suarez¹, Pa-
 laus²; et Salmant.³ cum Cornejo et Gi-
 balino.

In foro
externo.

« In foro tamen externo communiter
 « servanda est forma cujusque episco-
 « patus ».

In foro
interno.

« In foro autem conscientiae ^{a)} haec
 « fere est in usu: *Ego te absolvo a vin-*
 « *culo (v. gr.) excommunicationis, suspen-*
 « *sionis, etc., quam incurristi propter NN.*
 « (talem causam); et (si sit excommuni-
 « catus) *restituo te sacramentis Ecclesiae*
 « *et communioni fidelium*, aut (si sit sus-

« pensus) *exsecutioni tuorum ordinum vel*
 « *officiorum vel beneficiorum. In nomine*
 « *Patris, etc.* — In publica autem ac so-
 « lemni absolutione praemittitur Psalmus
 « *Miserere*; et ad singulos versus, poeni-
 « tentis humeri denudati leviter percu-
 « tiuntur (nisi ex justa causa talis caere-
 « monia videatur omittenda, praesertim
 « in foeminis); tum adjectis precibus ab-
 « solvitur, et in ecclesiam introducitur.
 « — Idem modus fere servatur in absolu-
 « tione mortuorum; nisi quod sepulcrum
 « virga percutiatur. — Vide *Rituale Ro-*
 « *manum* ».

117. - « 2^o. Absolvi a censura potest
 « absens ».

[Certum est quod absens, sicut potest
 ligari censura, ita absolvi, ex can. *De ma-*
nifesta, [caus.] 2, qu. 1, et can. *Quanto*,
 [caus.] 2, qu. 5. Caeterum, sine urgenti
 causa non licet absolvere absentem: San-
 chez ^{a)}; Salmant. ⁴ cum Palao, Avila ^{a)},
 Sayro ^{a)}, etc. Qui ^{b)} notant quod si obti-

Potest ab-
solvi ab-
sens.

¹ Disp. 7, sect. 9, num. 2 et 13. — ² Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, num. 1. — ³ Tr. 10, cap. 2, num. 14. *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 11, dub. 3. *Gibal.*, disquis. 10,

qu. 5, num. 1 et 2. — *Rit. Rom.*, de Sacr. Poenit., de Absol. ab excom. — ⁴ Loc. cit., n. 16. - *Palao*, loc. cit., num. 10.

116. - ^{a)} Haec forma, quam Busenbaum tradit pro foro conscientiae, ea fere est quam habet *Rituale Romanum* pro foro exteriori.

117. - ^{a)} Sanchez, *Decal.*, lib. 2, cap. 11, n. 14, habet solum posse a censura absolvi

absentem. Itemque Avila et Sayrus, licet isti ex Soto dicant usum esse ut absolutio committatur sacerdoti, qui in praesentia absolvat.

^{b)} Ex auctoribus citatis, soli Salmant. Palao et Sayrus hoc notant.

netur absolutio per procuratorem, hic debet habere speciale mandatum censurati de obtinenda absolutione, ut constet de emendatione; debetque procurator implere quae mandans implere deberet, si praesens esset]. — « Imo et *invitus* ^{c)}: etsi « hoc communiter non liceat, ne censura « contemnatur. Ratio, quia, sicut poena « in absentem et invitum potest statui, « sic et auferri. Turrianus, Diana ¹ ». [Vide infra, n. 131].

Imo et invitus.

De eo qui pluribus censuris astringitur.

118. — « 3^o. Is qui pluribus censuris est « astrictus potest absolvi ab una, relictis « aliis; quia inter eas non est necessaria « connexio. — Unde si dicatur: *Absolvo* « *te ab omni vinculo, etc.*, valet pro omnibus. Ideoque si sic absolutus in jubilaeo « forte omisisset invincibiliter peccatum « habens annexam censuram, id est excommunicationem, posset is postea ab « eo peccato per quemvis approbatum « absolvi, cum non sit amplius reservatum, eo quod censura, ratione cujus tantum erat reservatum, sit sublata ». — [Vide dicto n. 131, in fine].

Absolutio extorta metu injusto non valet.

119. — « 4^o. Absolutio vi aut metu gravi « injuste incusso extorta non valet; imo « novam excommunicationem incurrit qui « metum incutit ».

Ex cap. un. de iis quae vi metusve, in 6^o. Secus tamen, si metus non fuerit injuste incussus, nempe si extorta sit absolutio a iudice qui nolebat absolvere, adhuc cessante contumacia. Roncaglia ² et Contin. Tournely ^{a)}.

Absolutio data, non satisfacta parte.

120. — « 5^o. Absolutio data ab Ordinario, non praestita satisfactione, etsi sit « illicita, valida tamen est. Imo etiam data « a delegato, modo non delegetur cum « conditione satisfactionis; quae si impossibilis sit, sufficit praestare cautionem,

« aut juramentum de satisfaciendo cum « poterit ».

121. — Quaeritur: *utrum sit invalida absolutio censurae data a delegato, non satisfacta parte*, si illi facultas concessa est absolvendi cum clausula: *Satisfacta parte?*

Probabiliter negant Sanchez ³, Palaus ⁴, Bonacina ⁵, Roncaglia ⁶ et Salmant. ⁷: nisi exprimatur in concessione nullam fore absolutionem, hac conditione non impleta. Alias, cum illa conditio sit de jure, intelligitur apposita ad monendum delegatum, non ad limitandam facultatem. — Sed probabilius affirmant ^{a)} Suarez ⁸, Sporer ⁹; item Vasquez, Coninck, Sayrus, apud Palaum ¹⁰, et alii citati *Lib. VI, n. 537, v. Qu. 7*, cum communiori sententia (ut fatetur ipse Palaus). Ratio, quia praedicta clausula probabilius importat veram conditionem; ut in simili dictum est eodem *Lib. VI, n. 1115*, circa finem. Tanto magis quod, cum Pontifices volunt tantum monere de aliqua obligatione, monitionem exprimunt per verbum *hortamur, moneamus*, et simile; cum vero adhibent ablativum absolutum, aliquid aliud exprimere intendunt.

Probabiliter valet absolutio a delegato, non satisfacta parte.

Hoc tamen non obstante, non puto improbabilem (ut dixi) primam sententiam, saltem ob auctoritatem doctorum, qui hic illud *satisfacta parte* non interpretantur pro conditione. — Omnes autem conveniunt, graviter peccare confessarium qui censuratum absolveret, parte non satisfacta. (Vide tamen alia dicta, citato n. 537, v. *Qu. 7*).

122. — Certum autem est quod etiam secuta emendatione, vel satisfacta parte ad cujus instantiam lata est censura, haec non aufertur sine absolutione. — Quia, licet, cessante contumacia, censura de-

Secuta satisfactione, de se non aufertur censura.

Turrian., de Censur., lib. 2, disp. 24, dub. 7. — ¹ Part. 5, tr. 9, resol. 10. — ² De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 7, resp. 2. — ³ De Matr., lib. 3, disp. 33, n. 6, i. f. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, num. 6. — ⁵ Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 9, n. 3. — ⁶ Loc. cit., qu. 7, resp. 3. — ⁷ Tr. 10,

cap. 2, n. 25. — ⁸ Disp. 7, sect. 5, num. 42, v. *Sed quid* — ⁹ Suppl. Sacram., cap. 3, n. 214. — *Vasq.*, de Excom., dub. 20, n. 3 et 4. *Coninck*, disp. 14, dub. 16, n. 211. *Sayr.*, lib. 2, cap. 20, n. 33; cfr. cap. 18, num. 10 et 11. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, n. 6. — *Palaus*, loc. cit.

c) Nisi, limitat Diana, privilegium absolvendi concessum sit in favorem poenitentis.

119. a) Contin. Tournely, *de Censur., part. 1, cap. 5, art. 2, qu. 6*, negat quidem esse proprie vim et metum nisi injuste incutiatur, hinc colligi a Coninck valide absolvi,

qui absolutionem obtinet minando poenam quam juste inferre potest; « quod quidem ego (ait Contin. Tourn.) aliquando verum, saepius vero falsum aut valde dubium puto ».

121. — a) Quando scilicet poenitens potest revera satisfacere, ut notant auctores citati.

beat statim absolvi ^{a)}, ex cap. *Cum desideres, de sent. excom.*; ex hoc tamen non infertur quod sit jam absoluta. Patet ex prop. 44 damnata ab Alexandro VII: *Quoad forum conscientiae, reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.*

Absolutio sub conditione est valida et quandoque licita.

123. - « 6^o. Dari potest absolutio sub « conditione de futuro contingenti; cum « sit actus jurisdictionis externae, qui con- « ditionatus esse potest. Communiter ta- « men non expedit sic absolvi; si enim « reus absolutionem meretur, non debet « apponi conditio; si non meretur, non « debet absolvi ».

Ideo illicita de se est talis absolutio, quamvis ex alia causa posset cohonestari; ut Roncaglia ¹ cum Suarez, Coninck ^{a)}, et Salmant. ². — Si quis excommunicet sic: *Excommunico te, donec solvas*; vel si quis ita absolvat: *Absolvo te, si intra mensem solvas*; facta solutione tollitur censura, ut Palaus, Henriquez ^{b)}, Avila, Coninck, Vasquez, etc. cum Salmant. ³.

Dari potest absolutio ad reincidentiam.

124. - « 7^o. Potest etiam dari absolutio « ad reincidentiam, id est pro certo actu « et tempore: quo transacto, reincidat. — « Item, sub certo onere: quo non impleto, « censura reviviscat

125. - Quaeritur autem: *utrum, censura absoluta cum reincidentia* (v. gr. si

¹ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 2. — *Suar.*, disp. 7, sect. 8, n. 11. — ² Tr. 10, cap. 2, n. 12. — *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 2, num. 1. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 2, dub. 6. — *Coninck*, disp. 14, dub. 16, num. 213. — *Vasq.*, de Excom., dub. 18, n. 1. — ³ Tr. 10, cap. 2, n. 13. — ⁴ Disp. 7, sect. 8, n. 27. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 14, diff. 3, n. 12. — *Fill.*, tr. 11, cap. 10, qu. 4, n. 314 et seqq. — ⁵ Tr. 10,

intra mensem non satisfacias), *requiratur nova culpa ad reincidendum?*

Prima sententia negat; quia tunc manet eadem prima censura, quae non fuit sublata, nisi sub tali conditione. — Ita Suarez ⁴, Bonacina ^{a)}; item Hurtadus, Fillicius, etc., apud Salmant. ⁵.

Juxta alios ad reincidendum non requiritur nova culpa.

Secunda tamen probabilior sententia, quam tenent Roncaglia ⁶, Palaus ⁷ et Contin. Tournely ⁸; et Salmant. ⁹ cum Avila, Henriquez, Coninck, Laymann, etc., docet requiri novam culpam. Ratio, quia prima censura non potest dici suspensa; cum non possit suspendi censura nisi auctoritate Pontificis, ut dicunt Salmant. ¹⁰ Ergo fuit sublata, et ideo sine nova culpa renasci non potest.

Probabilius requiritur.

Et idem dicendum ajunt Salmant. ¹¹ cum iisdem auctoribus ^{b)}, si Pontifex a censura absolverit ad omnem effectum, etsi ad reincidentiam; quia, nisi aliud exprimat, censetur absolvisse modo ordinario. — Secus tamen, si a censura absolverit ad aliquem effectum tantum, nempe ut censuratus reddatur habilis ad beneficium obtinendum, etc., manente censura quoad alios effectus.

126. - « 8^o. Probabilius est eum qui « habet potestatem absolvendi in foro « conscientiae a censura, posse id facere « etiam extra confessionem; ut (contra « Navarrum ^{a)} Suarez et alios) docet San-

cap. 2, n. 5. — ⁶ Qu. 1, cap. 6, qu. 2. — ⁷ Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 2, n. 10. — ⁸ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 2, qu. 7. — ⁹ Loc. cit., n. 6. — *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 14, post concl. 1. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 29, n. 2. — *Coninck*, disp. 14, n. 216. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 7, n. 8. — ¹⁰ Loc. cit., n. 6. — ¹¹ Loc. cit. — *Suar.*, disp. 7, sect. 5, n. 36.

122. - ^{a)} Cap. *Cum desideres, de sent. excom.*, referendum est ad assertum principale, nempe: censuram sine absolutione non auferri, etiam cessante contumacia.

123. ^{a)} Coninck, *disp. 14, n. 214*, dicit hunc modum non convenire ordinarie; non tamen esse « intrinsece omnino » malum nec jure prohiberi; hinc dari posse casum extraordinarium, in quo expediat eum adhiberi.

^{b)} Henriquez, *lib. 13, cap. 29, n. 4*, concordat pro ultima forma (de qua solum loquuntur Palaus et Coninck); pro prima vero: *Excommunico te, donec satisfeceris*, requirit, *n. 2*, novam absolutionem, etiamsi satisfecerit.

125. - ^{a)} Bonacina, *disp. 1, qu. 3, punct. 3, n. 16*, id admittit solum quando absolutio da-

tur ad effectum tantum; sed haec non est vera absolutio; hinc: « posita ... vera absolutione, probabilius arbitror (inquit) in censuram non reincidi absque novo peccato; quamobrem qui fuit absolutus cum onere satisfactionis praestandae intra mensem hicque eam praestare nequeat, in censuram non reincidit ».

^{b)} Scilicet Coninck, *loc. cit., n. 215 et 216*; Laymann, *loc. cit., n. 8*.

126. - ^{a)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 278*, v. *Quinto*, scribit: « Confessarius cui committit S. Poenitentiaria vel alius superior, ut absolvat ... ad cautelam in foro conscientiae tantum ..., satis est quod constet ei per confessionem partis preces veritate niti ».

« chez ^{b)}, Coninck, Diana ^{c)}, etc. ». — Idem tenent Salmant. ^{d)} cum Coninck et Avila. — Vide tamen *Lib. VI, n. 593, v. Hic autem*, ubi diximus episcopum non posse absolvere a casibus papalibus occultis extra sacramentum Poenitentiae; ex declaratione Gregorii XIII.

127. — Sed pro complemento hujus puncti, hic sedulo recensendae sunt solemnitates requisitae a jure, ut absolutio debite impendatur :

Requiritur 1^o. Ut reus prius satisfaciatur parti, in cujus damnum commissum fuit crimen ob quod censura lata fuit, nimirum furtum, percussio, etc. Nam licet absolutio data, parte non satisfacta, fuisset valida; graviter tamen peccat absolvens et tenetur illi damna restituere, quia ex officio tenebatur ei consulere. Ita communiter Avila, Coninck, Henriquez, Candidus ^{a)}, cum Salmant ¹. — Sufficit tamen, cum creditor est in loco distante, si reus pecuniam in loco tuto depositet, ut possit absolvi; uti bene notant Salmant. ² cum Avila.

128. — Tribus tamen casibus posset reus absolvi, non satisfacta parte :

1^o. Quando pars injuriam remittit. Sufficit enim satisfactio damnificati, quin satisfiat Ecclesiae; ut tenent Salmant. ³ (Vide *Lib. VI, n. 536, ad 16*). — Hinc,

Coninck, disp. 14, dub. 16, n. 250 et seqq. — Coninck, loc. cit. Avila, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 13, ad 2, v. *Ad tertiam*. — Avila, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 5, concl. 2 et 3. — Coninck, disp. 14, n. 205 et 209. — Henriq., lib. 13, cap. 28, n. 2. — ¹ Tr. 10, cap. 2, n. 22. — ² Loc. cit.,

si percussus a clerico ^{a)} remittat injuriam expresse vel tacite, percussorem familiariter tractando, hic bene posset absolvi; ut Avila, Navarrus ^{b)}, Silvester ^{b)}, apud Salmant. ⁴.

2^o. Quando pars laesa rejicit justam satisfactionem oblatam; quia tunc jam per se satisfacit. — Salmant. ⁵ cum Candido.

3^o. Quando reus impotens est ad satisfaciendum; quia tunc iudex eum absolvere bene potest. Imo tenetur et valet compelli, ut ait Coninck apud Salmant. ⁶, ex cap. *Qua fronte, de appellat.* ^{c)}, quia, cessante contumacia, debet reus absolvi. — Reus tamen, qui non est solvendo nec in toto nec in parte, debet cautionem praestare, si potest; alias, saltem juramentum solvendi cum poterit, ex cap. *Odoardus, de solut.* ^{d)}, ex cap. *Ex parte 23, de verb. signif.* (Sed vide dicta *Lib. VI, n. 537, Qu. 7, v. 2^o Si vero*). Hoc autem currit, si reus certe est debitor. Nam si habet opinionem probabilem pro se vel si sit dubius: cum melior sit conditio possidentis, non potest obligari, nisi ad summum ad praestandum juramentum solvendi, si de obligatione constiterit. — Quod si debitor statim solvere non posset, nisi cum magno damno aut incommodo, potest etiam, praestita cautione, absolvi, nisi pars idem incommodum ex dilatione pa-

n. 21. — Avila, loc. cit., dub. 5, v. *Tertio nota*. — ³ Loc. cit., n. 20. — Avila, loc. cit., disp. 3, dub. 11. — ⁴ Tr. 10, cap. 2, n. 20. — ⁵ Loc. cit. *Candid.*, disquis. 22, art. 53, dub. 3, v. *Dico 8*. — Coninck, disp. 14, n. 206. — ⁶ Tr. 10, cap. 2, n. 21.

^{b)} Sanchez, *de Matr., lib. 8, disp. 16, n. 11*, loquitur de potestate commutandi vota: sed ad probationem haec affert: « Multi doctores neoterici... concedebant per bullas antiquas indulgentes, auditis confessionibus, absolutionem a peccatis et censuris, posse extra confessionem impendi absolutionem a censuris ».

^{c)} Diana hoc ex Hurtado refert dumtaxat, *part. 5, tr. 9, resol. 5*.

^{d)} Salmant., *loc. cit., n. 44*, loquuntur de absolutione a censuris juris non reservatis; et dicunt parochum et confessorium posse eam impendere sive intra sive extra confessionem sacramentalem.

127. — ^{a)} Candidus, *disquis. 22, art. 53, dico 1 et dico 2*, innuit teneri damna restituere, dicendo taliter absolventem agere « contra jus litigatoris », vel facere « injuriam parti laesae ». De cetero concordat.

128. — ^{a)} Videtur hic subesse mendum typographicum et legendum esse: *si percussus clericus remittat*, etc.

^{b)} Navarrus, *Man., cap. 18, n. 47, ad 3*; Silvester, *v. Contumelia, qu. 4*, dicunt in genere censeri remissam injuriam si pars laesa familiariter agat cum laedente.

^{c)} Cap. *Qua fronte* dicit posse absolvi.

^{d)} Cap. *Odoardus, de solut.*, dicit absolvendum esse, « recepta prius ab eo idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenierit, debita praedicta persolvat ». Sed cap. *Ex parte 23, de verbor. signif.*, casu quo censura ob contumaciam tantum lata fuerit, ait satisfieri sufficienter, « si prius sufficiens standi juri cautio tribuatur »; quando autem lata fuit ob offensam certam, « non credimus satisfieri congrue ut relaxetur sententia, nisi prius sufficiens praestetur emenda ».

Censura papalis non absolvitur extra confessionem.

Ad absolvendas censuras,

requiritur 1^o. Satisfactio partis,

nisi pars injuriam remiserit,

aut justam satisfactionem rejecerit,

aut reus impotens sit ad satisfaciendum.

teretur; ut Navarrus ^{e)}, Coninck, Avila, cum Salmant.¹ (De hoc vide dicta *Lib. III, ex n. 701*).

Requiritur
2^o, ut prae-
stet jura-
mentum, ob
enorme cri-
men.

129. - Requiritur 2^o. Ut reus ante absolutionem censurae praestet juramentum de non committendo amplius tale crimen; ut colligitur ex cap. *De caetero*, et cap. *Ex tenore, de sent. excom.*

Hoc juramentum tamen exposcitur tantum ab iis qui ob enorme crimen excommunicationem incurrunt: utpote sunt scandalose violantes ecclesias, graviter percutientes clericum, incendiarii, usurarii publici, notorii percussores episcopi vel cardinalis, etc. Secus, si excommunicatio sit contracta ob alia peccata non ita gravia. Et hoc currit tam in foro interno quam externo. — Ita communiter Palaus²; et Salmant.³ cum Suarez, Coninck, Hurtado, Avila, Diana ^{a)}, Henriquez, etc.

Requiritur
3^o ut reus
petat abso-
lutionem.

130. - Requiritur 3^o. ex cap. *Per tuas, de sent., excom.*, ut censuratus absolutionem petat. Ibi: *Nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur.* — At quia textus dicit *non debet*, non autem *non potest*; ideo bene docet S. Thomas ^{a)}, quem sequuntur Palaus ^{b)} et Coninck ^{b)}, Avila ^{b)}, etc., cum Salmant.⁴ censuratum, modo sit emendatus a peccato, etiam reitentem valide posse absolvi.

Coninck, loc. cit., num. 208. Avila, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 5, v. *Primo quod*, post concl. 1. - ¹ Tr. 10, cap. 2, n. 21. - ² Tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, n. 4. - ³ Tr. 10, cap. 2, n. 18. Suar., disp. 19, sect. 2, n. 10, v. *Circa*. Coninck, disp. 14, n. 204. Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 14, diff. 4, n. 17. Avila, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 2; et dub. 3, v. *Dico 1* et 2. Henriq., lib. 13, cap. 28, n. 4. - ⁴ Loc. cit., n. 29. - ⁵ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 2, qu. 2. - ⁶ Tr. 10, cap. 2, n. 28. - ⁷ Tr. 4,

131. - Hinc autem notandum 1^o. Quod si reus non sit emendatus, et peccatum habeat tractum successivum, ut haeresis, furtum, non potest absolvi, nisi a ferente censuram. Secus tamen, si peccatum non habeat tractum successivum, ut perjurium, blasphemia ^{a)}; — ut Contin. Tournely⁵ et Salmant.⁶

Reus non
emenda-
tus quando-
que absol-
vitur vali-
de.

Notandum 2^o cum Roncaglia⁷ et Salmant.⁸, et ibi Palao, Suarez, Sayro, Diana, etc., quod aliquando, ex justa causa, etiam licite datur absolutio censurato adhuc contumaci, puta ob bonum publicum vel ut reus facilius resipiscat.

Et quan-
doque lici-
te.

Notandum 3^o. Quod si privilegium sit factum poenitentibus, prout in jubilaes, ubi datur eis facultas eligendi sibi confessarium a quo absolvantur: tunc nequit absolvi invitus, quia usus privilegii pendet a voluntate privilegiati. Ita Palaus ^{b)} et [Contin.] Tournely⁹; item Avila, Coninck ^{b)}, Cornejo, apud Salmant.¹⁰ cum Roncaglia¹¹. — Secus, si privilegium sit in favorem confessariorum, ut sunt privilegia regularium; prout recte notant Salmant.¹² cum Antonio a Spiritu S.

Reus in-
vitus inter-
dum absol-
vitur.

Notandum 4^o. Quod aliquis pluribus censuris innodatus posset absolvi ab una et non ab aliis. — Quare, si censuratus unius tantum petat absolutionem, dolose alias celando, ab illa tantum censetur

Pluribus
censuris in-
nodatus
quandoque
absolvitur
ab una so-
lum.

qu. 1, cap. 6, qu. ult. - ⁸ Loc. cit., num. 30. Palaus, loc. cit., n. 9. Suar., disp. 7, sect. 7, n. 10 et seqq. Sayr., lib. 2, cap. 21, n. 8 et 9. Diana, part. 5, tr. 9, resol. 10. - ⁹ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 2, qu. 2. - Avila, loc. cit., dub. 2. Cornejo, de Censur. i. g., disp. 11, dub. 5, v. *Adverte tamen*. - ¹⁰ Tr. 10, cap. 2, n. 29. - ¹¹ Loc. cit., qu. ult. - ¹² Tr. 10, cap. 2, n. 29. - Anton. a Spir. S., Director. confess., de Censur., tr. 12, disp. 1, n. 239.

^{e)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 47*, negat utique debitorem teneri tunc cum gravi damno solvere, « si potest differri absque magno damno alieno ».

129. - ^{a)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 23*, dicit juramentum hoc intelligendum esse de non amplius committendo peccatum propter quod in censuram incurrerit, « sed neque habetur usu receptum », et requiri solum in criminibus atrocioribus; et addit: « Interdum verum juramentum solum est de satisfactione exhibenda ».

130. - ^{a)} S. Thomas, *Suppl., qu. 24, art. 2, in corp.*, dicit invitum posse absolvi ab excommunicatione. Et in *resp. ad 2*, addit posse

quandoque, si nempe videatur saluti illius expedire, « etiam manente contumacia » absolvi.

^{b)} Palaus, *loc. cit., n. 9*, videtur cum S. Thoma consentire. — Coninck autem distinguit, *loc. cit., n. 224*, et dicit valide absolvi invitum, licite autem (regulariter) non nisi illum qui a contumacia recessit. — Avila denique, *loc. cit., disp. 2, dub. 2*, ait posse invitum absolvi, sed « qui perseverat in contumacia, non debet absolvi nisi immineat periculum quod fiet deterior ».

131. - ^{a)} Haec de validitate dicta sunt.

^{b)} Palaus, *loc. cit., n. 9*; Coninck, *loc. cit., n. 224*, quamvis a Salmant. citentur (absque tamen loci indicatione), id non habent.

absolutus, nisi superior aliud exprimat, ex cap. *Cum pro causa*, ex cap. *Officii, de sent. excom.* Vide Salmant.¹

Si autem sine dolo alias celasset, judicatur absolutus ab omnibus, nisi constet absolventem aliud intendisse. Ita Salmant.² cum Candido, Gibalino. — Et haec absolutio valet etiam pro foro externo, si absolvens jurisdictionem habet in contentioso. Si vero in foro conscientiae tantum sive in sacramento Poenitentiae jurisdictionem solum habet: tunc reus qui omiserit confiteri inculpabiliter peccatum cui annexa erat censura reservata, poterit tantum pro foro conscientiae^{c)} a quocumque postea absolvi; ut cum Busenbaum^{c)} dicunt Salmant.³ cum Coninck^{c)}, Avila, Gibalino^{c)}, etc. — Idem dicunt ibi cum Navarro, Covarruvias^{d)}, Avila, Silvestro, etc., de absolutione generali quam praelati impertiuntur suis subditis in visitatione.

Limitatio.

Excipiunt tamen cum Bonacina, Avila, etc., si aliqua censura exposcat satisfactionem partis; quia tunc non praesumitur praelatus velle ab illa absolvere, con-

tra juris praescriptum et in alterius praedictum. Ita praefati auctores, et quidem probabiliter. — Sed *Lib. VI, n. 597, v. Secunda*, probabiliter esse diximus cum Suarez^{e)}, Silvestro^{e)}, Concina^{e)}, Antoine et aliis, quod poenitens confessus superiori, etiamsi inculpabiliter fuerit oblitus peccati reservati, non est ablata reservatio; quia reservatio imposita est ut culpae cognoscantur a superiore, atque debitis poenitentis puniantur, monitisque in futurum vitentur^{f)}. — Secus vero dicendum, si privilegium sit ipsi poenitenti concessum, ut jubileo, etc. (Vide dicto *n. 597*).

132. An autem valeat absolutio, quando datur ob falsam causam, nempe si iudex absolvat, quia reus dicit jam se emendatum vel parti satisfacisse; quod verum non sit?

Respondetur negative, si deficiat causa principalis. Secus, si minus principalis^{a)}; vel si iudex certo conscius sit falsitatis^{b)}: — ut Contin. Tournely⁴ cum Suarez et Bonacina; ac Salmant.⁵ cum Palao, Sayro, Avila, Henriquez, communiter.

De absolutione obreptitia.

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 32. — ² Loc. cit. - *Candido*, disquis. 22, art. 52, dub. 4, v. *Dico 10. Gibal.*, disquis. 10, qu. 2, n. 17. — ³ Loc. cit., n. 33 et 34. - *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 3, dub. 16, v. *Ex hac concl.* - *Navar.*, Man., cap. 26, n. 13. *Avila*, loc. cit., dub. 16, v. *Ex hac. Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 4. — *Bonac.*, de Censur., disp. 1, qu. 3, punct. 6, n. 4. - *Avila*, loc. cit., dub. 9, v. *Ex secunda. Suar.*, de Poenit., disp. 31, sect. 4, n. 15 et seqq. — *Silvest.*,

v. *Confessio I*, qu. 4. — *Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 14. — *Antoine*, de Poenit., cap. 3, art. 2, qu. 6. — ⁴ De Censur., part. 1, cap. 5, art. 2, qu. 6, resp. 2. *Suar.*, de Censur., disp. 7, sect. 6, n. 12, v. *Secunda. Bonac.* disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 8, n. 2. — ⁵ Tr. 10, cap. 2, num. 35. *Palao*, tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, n. 8. - *Sayr.*, lib. 2, cap. 21, n. 27. *Avila*, part. 2, cap. 7, disp. 2, dub. 4. *Henriq.*, lib. 13, cap. 30, n. 3 et 4.

c) Seu melius: Poterit ab illo peccato reservato absolvi a quocumque confessario, ut dicunt Salmant. et Avila; quod Busenbaum *cap. 1, dub. 6, n. 3*, concedit pro jubileo tantum, ut S. Alphonsus inferius; Coninck vero, *disp. 14, n. 225*, de solis peccatis Papae reservatis; Gibalino denique, *loc. cit.*, ad rem non facit, nec citatur pro hac parte a Salmant.

d) Covarruvias, a Salmant. hic citatus, minime loquitur, *in cap. Alma mater, part. 1, § 11, n. 12*, de visitatione regularium.

e) De Suarez, Silvestro et Concina, vide *lib. 6, n. 597*, not. c et d.

f) Sed vide not. f ad *lib. 6, n. 597*.

132. - a) Suarez, Palao, Sayrus loquuntur de fraude tantum in causa principali.

b) De iudice conscius falsitatis non loquuntur Contin. Tournely nec Bonacina. Sed Sayrus, Avila et Henriquez concedunt validam esse absolutionem, si, non obstante falsitate quam ignorat, iudex nihilominus velit absolvere, quod interdum, ut ait Avila, praesumi potest ex conjecturis.

CAPUT II.

De Excommunicatione.

DUBIUM I.

Quid sit, et quotuplex.

133. *Quid excommunicatio. Quaenam veniat illius nomine, major ne an minor; et qui sint vitandi.* — 134. *Resolutiones.* — 135. *Quid requiratur ut quis sit vitandus. Vide constitutionem concilii Constantiensis.* — 136. *De 1^a. conditione, ut sit nominatim excommunicatus.* — 137. *De 2^a. conditione, ut sit publice denunciatus.* — 138. *An liceat toleratis cum aliis communicare.* — 139. *An peccet inducens excommunicatum toleratum ad communicandum in divinis sine necessitate.* — 140. *An idem de suspensio et interdicto vitando.* — 141. *Quando percussor clerici sit vitandus.* — 142. *An ad vitandum eum requiratur notorietas facti.* — 143. *An sufficiat ut alicui factum sit notum.* — 144. *An requiratur etiam notorietas juris.* — 145. *An percussor notorius in uno loco sit vitandus in aliis ubi non est notus.* — 146. *Quando possit credi vitandus absolutus.*

Quid sit excommunicatio.

133. « Resp. Excommunicatio est « censura per quam quis privatur communione Ecclesiae ».

« Estque duplex: *minor*, quae tantum « privat usu passivo, seu receptione sacramentorum; et *major*, quae etiam « dicitur anathema, ac in jure fere semper « nomine excommunicationis intelligitur »; [Habetur in cap. *Si quem 59, de sent. excom.*, quod nomine *excommunicationis* intelligatur major, non minor; et ita auctores apud Croix ¹. Per *anathema* autem intelligitur excommunicatio major, lata cum majore solemnitate]. « Privatque « omni communione ecclesiastica, secundum dicenda ». [Non dicitur simpliciter *omni communione*: nam etiam excommunicatus cum fidelibus tamquam membris unius corporis communicat in pluribus bonis spiritualibus; sed additur *ecclesiastica*, id est pro bonis quorum distributio ad Ecclesiam pertinet. Vide Salmant. ²].

« Per hanc majorem excommunicatus « rursus est duplex: *Toleratus* quem fideles non tenentur vitare; *non toleratus*, « quem tenentur vitare. — Et quidem « post concilium Constantiense, non tole-

« rati sunt hi tantum: 1^o. Notorius clerici percussor, de quo infra. 2^o. Quivis « nominatim excommunicatus et specialiter ac publice denunciatus ».

134. - Unde resolves:

« 1^o. In Germania catholici secure communicant cum iis qui notorie sunt haeretici et consequenter excommunicati; « quia non sunt nominatim excommunicati « ac publice denunciati.

« 2^o. Non teneris vitare eum quem scis « peccasse contra legem, per quam illi, « etiam in particulari, sub poena excommunicationis aliquid est vetitum vel « praeceptum. — Quia requiritur ut per « sententiam expressam et specialem, « contra personam in particulari, post « peccatum commissum, censura sit publicata (v. gr. ut Joannes sit denunciatus excommunicatus); vel saltem ita « exprimat personam ut non liceat de « ea dubitare (v. gr. excommunicamus « talis loci decanum, praetorem) ».

Nota hic quod agere rem sub excommunicatione majori vetitam ^{a)} non excusatur a culpa gravi. Salmant. ³ cum S. Thoma, Suarez, Lezana et communi. — Nota deinde quod si peccatum est vetitum sub

Quaedam consecraria.

Excommunicatus toleratus et non toleratus.

¹ Lib. 7, n. 177. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 1. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 7. - S. Thom., Suppl., qu. 23, art. 3. Suar.,

disp. 16, sect. 1, n. 9. Lezana, Sum., v. Excommunicatio, n. 7 et seqq. et n. 43.

134. - ^{a)} Id est rem quae vetita est ratione excommunicationis in quam quis jam

incurrit. Et auctores citati dicunt esse mortale, sub quibusdam restrictionibus.

censura ex eodem motivo (puta si vetetur homicidium), peccans unum peccatum committit. Secus ^{b)}, si ex diverso motivo (ut si vetetur homicidium clerici ob reverentiam status). Est commune cum Laymann¹, Palao, Avila et Salmant.²

« 3^o. Licet dicatur: *Excommunicamus « Petrum, v. gr. incendiarium et ejus com-
« plices, solus Petrus vitandus est; non
« vero alii, etsi sint notorii. Quia sen-
« tentia quoad illos est tantum generalis,
« et non specialis contra certam perso-
« nam.*

« 4^o. Non teneris vitare eum qui pri-
« vatim in conclavi est denunciatus; quia
« id non est factum publice: ad hoc enim
« requiritur ut sententia legatur vel affi-
« gatur alicui loco celebri, v. gr. in templo,
« tempore concionis, vel aliter pro more
« regionis ».

135. — Notandum hic olim omnes excommunicatos fuisse vitandos. — Post constitutionem vero concilii Constantiensis quae incipit: *Ad evitanda* (cujus exemplum nunc non exstat ^{a)}, sed legitur apud S. Antonium et Sotum; ultra quod sufficit fuisse confirmatam a Martino V, in extrav. *Ad evitanda*) vitandi tantum sunt *nominatim* excommunicati ac denunciati, et publici *percussores clericorum*. Verba constitutionis relatae a Salmant.³ haec sunt: *Ad evitanda scandala indulgemus quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, vel aliis quibuscumque divinis, vel extra, praetextu cujuscumque sententiae aut censurae, a jure vel ab homine generaliter promulgatae teneatur ... aliquem vitare aut interdictum ecclesiasticum observare: nisi sententia vel censura ejusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, etc., vel locum certum a iudice publicata vel denunciata*

specialiter vel expresse... Salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in clericum sententiam latam a canone, adeo notorie constiterit iucurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari nec aliquo suffragio excusari: nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri, juxta canonicas sanctiones. Sed inde additur ^{b)}. Per hoc tamen, hujusmodi excommunicatos, suspensos et interdictos seu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomolibet suffragari.

Sunt igitur vitandi tantum *nominatim excommunicati ac denunciati*, et deinde *notorii percussores clericorum*. — De singulis hic discutiemus.

136. — I. Et quoad primos, ut aliquis *excommunicatus* sit *vitandus*, juxta prae-
laudatum decretum:

Requiritur 1^o. *Ut sit nominatim excommunicatus*, expresso nomine per verba aut signa indubitata, v. gr. *Excommunico praetorem Salmantinum*: et ita ut non possit cum alio praetore aequivocari: ut notant Sotus, Avila et Salmant.⁴ Ex quo infertur quod non tenemur vitare haereticos, etiamsi notorium sit hos esse a jure excommunicatos: nisi sint insuper nominatim excommunicati et denunciati. — Nec obstat 1) decretum posterius concilii Basileensis, quo sancitum fuit esse vitandos omnes notorie excommunicatos. Nam respondetur 1^o cum Turrecremata, Salmant. et aliis doctoribus communiter, quod decreta dicti concilii edita post schisma (prout hoc decretum editum fuit) ab Eugenio IV fuerunt revocata (Vide dicta *Lib. I, n. 133*). Resp. 2^o quod tale decretum, quamvis legitimum fuisset, a contraria consuetudine Ecclesiae fuit abrogatum; et decretum concilii Constantiensis communiter fuit receptum. Ita commu-

Quinam
sint vitan-
di.

Verba con-
stitutionis
Ad evitan-
da.

Ut quis
sit vitan-
dus, 1^o De-
bet esse no-
minatim ex-
communi-
catus.

Satisfit
objectioni-
bus.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 1. — Palaus, tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 16. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 11. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 8. — S. Anton., part. 3, tit. 25, cap. 3. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4. — ³ Tr. 10,

cap. 3, n. 10. — Sotus, loc. cit., v. *Tenor autem* et v. *Quo circa*. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 15. — Turrecr., Sum. de Eccl., lib. 2, cap. 100. — Salmant., tr. 10, cap. 3, n. 13.

^{b)} Primum distinctionis membrum dumtaxat habent Laymann, Palaus et Avila; sed hi duo ultimi innuunt etiam alterum.

135. — ^{a)} Reperitur fere iisdem verbis apud Harduinum, *Collect. Concilior., tom. 8,*

fol. 892, inter « Martini V Papae et Germanicae nationis concordata in concilio Constantiensi », n. 7.

^{b)} Haec clausula habetur quidem apud Salmant.; sed apud Harduinum *tom. 8, fol. 1195,*

niter doctores. Vide Salmant. ¹. — Nec obstat 2) dicere quod saltem ex jure divino tenemur publice excommunicatos, maxime haereticos, vitare, ex illo ad Titum, III: *Haereticum hominem, post unam et secundam correptionem, evita*; et ex Epistola II Joan. *Novite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis*. Hoc enim respondetur intelligi praeceptum, quando esset periculum quod ab eo inficeremur, vel si scandalum adesset ^{a)}, aut si spes esset fore ut delinquens ex vitatione resipisceret. Salmant. ².

137. - Requiritur 2^o. *Ut reus publice excommunicatus publice etiam denuntietur*.

Circa quod notandum est 1^o Quod non sufficit, si denuntiatio fiat coram litigantibus; sed debet fieri in loco publico (prout in ecclesia, tempore Missae vel concionis), et in charta affigi in loco publico ^{a)} vel alibi, juxta usum regionis. — Palaus ³, Salmant. ⁴; Croix ⁵ cum Suarez, Henriquez, Coninck, Avila, Hurtado. — Et in dubio an quis excommunicatus sit sufficienter denuntiatus ^{b)}, non tenemur eum evitare (ut notat Croix ⁶ cum Dicastillo et aliis), nisi adesset periculum scandalum ^{c)}. — Sufficit tamen, ut teneamur vitare, si constet nobis esse illum denuntiatum per famam publicam vel per testi-

monium etiam unius personae gravis auctoritatis; ut Croix ⁷ cum Navarro ^{d)}, Dicastillo, etc.

Notandum 2^o Quod excommunicatus a jure (nisi crimen sit notorium) debet prius a suo proprio superiore citari ut se defendat (Salmant. ⁸); juxta dicta supra, n. 55, *in fine*. — Et deinde debet publice ut excommunicatus denuntiari seu declarari. Sufficit autem ut excommunicatus a jure tantum denuntietur tamquam talis, ut jam sit vitandus. Salmant. ⁹. — Non vero sufficit si reus sententia declaretur tantum quod commiserit crimen cui annexa est excommunicatio, ut alias tenent sufficere Suarez, Sayrus, Avila, etc., apud Salmant. ¹⁰. Nam verius requiritur ut expresse declaretur excommunicatus; uti docent Sanchez ¹¹, Palaus ¹², Roncaglia ¹³; et Salmant. ¹⁴ cum Bonacina ^{e)}, Reginaldo, Diana, etc. (quod probabile putat Croix ¹⁵). Ratio, quia in decreto concilii Constantiensis et in *extravaganti* Martini V dictum est neminem esse vitandum, *nisi sententia vel censura ejusmodi fuerit ... a iudice publicata vel denuntiata specialiter vel expresse*. — Ex quibus verbis Gibalinus cum Sanchez addit nec sufficere si declaretur reus incurrisse omnes censuras crimini annexas, nisi in specie denuntietur excommunicatus.

Reus debet expresse denuntiari excommunicatus.

2^o Debet esse publice denuntiatus.

Modus denuntiationis.

¹ Tr. 10, cap. 3, n. 13. — ² Loc. cit., n. 14. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 15. — ⁵ Lib. 7, n. 185. *Suar.*, de Censur., disp. 9, sect. 2, num. 8, v. *Dubitant. - Henric.*, lib. 13, cap. 5, n. 1, in text. et comment., lit. e. - *Coninck*, disp. 14, n. 10. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3, concl. 3. - *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 7. — ⁶ Loc. cit., n. 186. *Dicast.*, de Censur., disp. 2, n. 403, 596 et seqq. — ⁷ Loc. cit., n. 186. *Dicast.*, loc. cit., n. 405. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 16. — ⁹ Loc. cit., n. 15. —

Suar., disp. 9, sect. 2, num. 10, v. *Addo. - Sayr.*, lib. 2, cap. 12, num. 20. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3, concl. 3, v. *Sed est primo*. ¹⁰ Loc. cit., num. 17. — ¹¹ Decal., lib. 2, cap. 9, n. 4. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 4, num. 6. — ¹³ Tract. 4, qu. 2, cap. unic., qu. 2, resp. 1. — ¹⁴ Tract. 10, cap. 3, num. 17. *Regin.*, lib. 1, num. 118, v. *Appendix. Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 62. — ¹⁵ Lib. 7, n. 183. — *Gibal.*, disquis. 7, qu. 1, n. 19. - *Sanch.*, loc. cit., n. 4, i. f.

habetur tantum, et quidem fere eisdem verbis, *in sess. 20 concil. Basileensis*, § 2, itemque apud Labbe, *tom. 17, fol. 316*.

136. - ^{a)} Salmant. non loquuntur expresse de scandalo.

137. - ^{a)} Quod charta affigi debeat, praetermittit Palaus; reliqui vero auctores citati de ea disjunctive loquuntur; et requirunt quod denuntiatio fiat in loco publico, *vel* quod charta affigatur, *vel* alio modo publicetur juxta regionis consuetudinem.

^{b)} Auctores citati loquuntur de dubio utrum excommunicatus sit denuntiatus.

^{c)} Vel periculum irritum reddendi sacramentum, ut addit Croix, *loc. cit.*

^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 27, concordat quidem, loquens de eo, « qui a fide dignis » audivit illum esse denuntiatum. Et in *Consil.*, lib. 5, *consil. 54, de sent. excom.*, num. 3, dicit videri satis esse famam de excommunicatione cum denuntiatione. De unico teste non loquitur; imo, *Man.*, cap. 22, num. 82, v. *Decimo tertio*, negat satis esse unicum testem, etiam fide dignum et juratum, ad inducendum necessitatem credendi quod subsit impedimentum matrimonii jam contracti.

^{e)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, num. 2*, v. *Quarto*, id ut probabilissimum habet.

Possumus publice vitare non-dum denuntiatum.

Notandum 3°. Quod, licet vitare non teneamur excommunicatum non denuntiatum, possumus tamen vitare, etiam publice, eum qui publice est notus ut excommunicatus *f)* uti recte dicunt Avila et Dicastillus, apud Croix ¹.

Prohibetur excommunicato communicare cum aliis.

138. — Notandum 4°. Quod, etsi permissum sit aliis communicare cum excommunicato tolerato; attamen (prout patet ex verbis concilii ut supra) cuicumque etiam clam excommunicato interdictum est cum aliis communicare tam in divinis quam in humanis.

Sed dubium hic fit: an liceat fidelibus cum illo communicare in divinis et sine necessitate? — Dixi: *in divinis*; nam in humanis certum est semper licere. Dixi item: *sine necessitate*; quia in casu necessitatis vel specialis utilitatis, puta, si alius aequae utilis non inveniatur, licite potest quisque ab excommunicato sacramenta petere. — Ita Suarez ², Palaus ³; et Salmant. ⁴ cum Coninck et Cornejo.

139. — Quaeritur igitur: *an liceat communicare in divinis cum excommunicato tolerato sine necessitate vel utilitate?*

Negant Pontius ^{a)}, Suarez ⁵; et Avila, Valentia ^{b)} ac Coninck ^{c)}, apud Salmant. ⁶ — Quia, licet communicans non agat contra praeceptum censurae; agit tamen contra caritatem, inducendo excommunicatum ad actum illicitum. Nisi (exci-

piunt) ille esset paratus sacramenta ministrare, aut nisi teneretur ea praestare ex officio, nempe si esset parochus; quia tunc alter utitur jure suo.

Probabilius vero affirmant universe Sanchez ⁷, Palaus ⁸, Bonacina ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Soto, Hurtado, Sayro, Cornejo ^{d)}, Gibalino, Henriquez ^{d)}, etc. Ratio, quia, quando excommunicatus rogatus communicat, v. gr. sacramenta ministrat nec ipse tunc peccat; nam, si ipse adhuc peccaret, inutilis evaderet concessio facta fidelibus a concilio, dum eis, saltem indirecte, ratione caritatis prohiberetur communicatio. Quare, cum fidelibus communicatio cum excommunicato universe concessa sit, indirecte indultum est etiam excommunicatis cum fidelibus petentibus communicare. — Hoc tamen currit, si sacramenta petantur ab excommunicato; quia, si petantur a ministro existente in mortali, ad licite petendum requiritur equidem causa justa, secundum dicta *Lib. VI, n. 88, v. Resp. 3.*

Probabilius universe licet.

140. — Notandum 5°. Quod haec quae hucusque dicta sunt de excommunicato currunt pariter *de suspenso aut interdicto vitando* in iis rebus in quibus vi suspensionis vel interdicti vetitum est eis communicare: ita ut usquedum non sint publice denuntiati, possimus indifferenter communicare cum illis; quia concilium

Hoc valet etiam pro suspenso et interdicto.

Juxta alios, regulariter non licet communicare in divinis.

Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11. *Dicast.*, disp. 2, num. 395 et 418. ¹ *Lib. 7, n. 184.* — ² *Disp. 11, sect. 4, num. 11 et seq.* — ³ *Tract. 29, disp. 2, punct. 5, num. 3.* — ⁴ *Tr. 10, cap. 3, num. 23.* — *Coninck*, disp. 14, n. 16 et 17. *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 1, dub. ult., qu. 2, post *Dico 2, v. Et si roges.* — ⁵ *Loc. cit., a n. 10.* — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 1, concl. 3, dub. 2,

opin. 3 et 5. — ⁶ *Tr. 10, cap. 3, num. 23.* — ⁷ *De Matr.*, lib. 7, disp. 9, num. 8. — ⁸ *Loc. cit., num. 5.* — ⁹ *Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 2, § 3, num. 4.* — ¹⁰ *Loc. cit., n. 25.* *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 1, v. *Ait vero illic.* *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 2, diff. 4. *Sayr.*, lib. 2, cap. 12, num. 10. *Gibal.*, disquis. 7, qu. 1, num. 13.

f) Dicastillus et Croix limitant, et negant haereticos in Germania posse repellere a contractibus publicis et similibus.

139. — *a)* Pontius, *lib. 5, cap. 18, § 9*, quamvis aliquot distinctiones ponat, eo tamen recidit ut solam utilitatem agnoscat tamquam causam sufficientem. De parocho vero *n. 66*, scribit: «Ex eo solum quod aliquis petat sacramentum a suo parocho non posse excusari».

b) Valentia, in *3am Part., disp. 7, qu. 11, punct. 3*, v. *Alias autem*, concordat loquens de Poenitentiae sacramento quod quis a tolerato petit. Et innuit exceptiones, quatenus dicit illum peccare *inducendo ad peccatum*, vel *offerendo ei occasionem peccandi*.

c) Coninck, *disp. 14, n. 15*, dicit licitum esse cum toleratis communicare in divinis, ita tamen «nt nullo modo alterum inducam ad rem aliquam sacram facendam»; hinc ait licitum esse audire sacrum ab excommunicato; minime vero posse ab eo recipere Sacramenta, etiamsi publice ad hoc se offerat, quia sacramenta non possunt recipi ab hujusmodi ministro, «nisi me ei offerendo et hoc faciendo, virtualiter ea ab ipso petam».

d) Cornejo, *loc. cit., dub. ult., qu. 2*, v. *Dico 2*, et v. *Et si roges*; Henriquez, *lib. 13, cap. 6, n. 3 et 4*; et *cap. 10, n. 3*, tenent primam sententiam, quidquid asserant Salmant.

loquitur universe de quacumque censura. Palaus¹; et Salmant.² cum Sayro, Cajetano, Gutierrez, etc., communiter. — Et idem asserit ibid.³ Avila de *irregulari*: qui, si non sit denunciatus, non est vitandus. Hinc ait licite posse fideles a parcho irregulari, etiam ob publicum homicidium, sed non denunciato, petere Missam et sacramenta, cum concilium loquatur tam de impeditis per censuram quam per quamcumque sententiam, per verba *τὸ cujuscumque sententiae vel censurae*.

141. - II^o. Quoad vero *percussores clericorum*, hi ut sint *vitandi*, requiritur ut sint *notorii*.

Sed hic quaeritur: *an requiratur notorietas juris vel facti?*

Notorium *juris* dicitur quod notum est vel per sententiam iudicis, vel per confessionem rei in iudicio, vel per sufficientem depositionem iudicalem testium.

Notorium autem *facti* dicitur quod notum est majori parti collegii, monasterii, viciniae vel magno numero personarum, sive quod creditur mox venturum ad earum notitiam. — Nam, ut bene notant Salmant.⁴ cum Bonacina^{a)}, Hurtado, Navarro^{b)}, in magna civitate non requiritur ut factum sit notum majori parti civium; verum non sufficit contra ut sciant quatuordecim testes, ut dicunt Salmant.⁵ cum auctoribus citatis^{c)}. Licet Dicastillus

apud Croix⁶ putet quod si percussio fiat in foro coram septem, dicenda sit notoria; secus, si fiat in domo privata^{d)} aut in monasterio (Vide dicta *Lib. III, n. 975*). — Sufficit autem fama communis orta a viris fide dignis et integre probata: quae quidem jam praebet moralem certitudinem, ut Palaus⁷, Bonacina^{e)}; Salmant.⁸ cum Sayro^{e)} et aliis. — Putant tamen Viva⁹; Avila et Dicastillus, apud Croix¹⁰, non sufficere famam quod quis percusserit, sed requiri etiam famam quod publice percusserit. Imo docent Suarez, Molina^{f)} et Dicastillus, ibid.¹¹, non sufficere publicam hujusmodi infamiam quando haec non procedit ex notorietate facti per testes oculatos: alias dicitur crimen famosum, sed non notorium. Et hoc Croix probabile censet ex verbis bullae *Ad evitanda* (ut supra, *n. 135*), ubi: *Si ... sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari*. Hinc, ut dicit Viva¹², non erit notorius percussor, qui laborat publica infamia quod clericum percusserit, si revera ipse non percusserit publice.

142. - His positis. — Dubitatur I^o. *An sufficiat, ut percussor clerici sit vitandus, sola notorietas juris?*

Resp. Negative cum communi. Namque, licet olim ante concilium Constantiense sufficiebat notorietas juris, quia

Non sufficit sola notorietas juris.

¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 5, num. 8. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 21. Sayr., lib. 2, cap. 12, n. 21. - Cajetan., in 3^{am} P., qu. 82, art. 9. Gutier., Canon. quaest., lib. 1, cap. 1, n. 43 et 45. — ³ Ap. Salmant., loc. cit. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 5, concl. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 19. - Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 9. — ⁵ Loc. cit. — Dicast., disp. 2, num. 427. — ⁶ Lib. 7, num. 182. —

⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 7. — ⁸ Loc. cit., n. 19. — ⁹ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 5. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11, post concl. 3. - Dicast., disp. 2, n. 428. — ¹⁰ Loc. cit., num. 182. — Suar., de Censur., disp. 9, sect. 2, n. 11. - Dicast., disp. 2, n. 426. — ¹¹ Ap. Croix, lib. 7, num. 182 et 179. — ¹² De Censur., qu. 3, artic. 2, num. 5.

141. - ^{a)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 5*, dicit: In magna communitate « videtur major numerus requiri, quam requiratur respectu alicujus collegii ». Et, *n. 6*: « Delictum commissum coram decem non esse notorium respectu magnae civitatis ».

^{b)} Navarrus, *Man., cap. 25, n. 73, v. f.*, ait: « Multa sunt in magna urbe, quae licet non sint ei toti notoria, sunt tamen talia regioni, viciniae aut collegio; quod satis est ut aliquid notorium dicatur ».

^{c)} Salmant. non satis distincte citant auctores; et profecto nullus ex allatis praeter ipsos Salmant., id habet.

^{d)} Seu, ut dicit Dicastillus, *loc. cit.*, si fiat

in domo privata coram septem, « nec erit notorium in civitate si id accadat in conventu religiosorum ».

^{e)} Bonacina; *loc. cit., punct. 1, § 1, n. 9*, requirit « publicam famam, qua certo moraliter sciatur... notoriam exitisse clerici percussorem ». — Sayrus autem, *lib. 2, cap. 12, n. 24*; « Sufficit, inquit..., fama publica denuntiationis ».

^{f)} Molina loquitur de notorietate facti in universum, *de Just. et Jure, tr. 4, disp. 31, n. 1*, ad quam « in primis evidentia est necessaria... Neque satis est tres, quatuor aut quinque asserere se id vidisse, evidentiae cognitione id scire ».

tunc omnis excommunicatus erat vitandus; nunc tamen requiritur etiam notorietas facti, ex verbis illis: *Quod factum non possit aliqua tergiversatione celari.* — Ita Suarez¹, Palaus², Bonacina³; Croix⁴ cum Laymann; et Salmant.⁵ cum Coninck^{a)}, Avila, etc.

Limitatio.

Advertendum tamen est quod, sicut est vitandus is quem per publicam famam constat fuisse notorium clerici percussorem (ut dictum est supra); ita etiam vitare debemus eum qui per sententiam iudicis (juxta concilium Constantiense) denuntiatus est vitandus; quia tunc per talem sententiam satis certi evadimus etiam de notorietate facti. — Vide Croix⁶.

143. - Sed dubitatur 2^o. *An sufficiat ut factum sit alicui notum, quamvis aliis sit occultum, ut ille percussorem vitare teneatur?*

Affirmant Suarez, Dicastillus et alii, apud Croix⁷; quia factum jam illi notorie constat. — Sed probabilius negant Bonacina⁸ cum Avila; et Palaus⁹ cum Navarro^{a)}, Laymann, Hurtado ac Coninck^{b)}; et Croix¹⁰ cum Pignatello. Quia ex verbis mox relatis jam satis apparet requiri ut crimen sit simpliciter notorium, id est pluribus notum, ita ut celari non possit.

144. - Dubitatur 3^o. *An ultra notorietatem facti, ut percussor sit vitandus, requiratur notorietas juris, id est quod reus sit etiam in iudicio confessus vel per sententiam damnatus?*

Visum est alicui omnino negandum,

¹ Disp. 9, sect. 2, n. 11, v. *Circa.* — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. — ³ Disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 3. — ⁴ Lib. 7, n. 180. - *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 2. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 18. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 181. — *Suar.*, disp. 9, sect. 2, n. 12. - *Dicast.*, disp. 2, n. 425. - ⁷ Loc. cit., num. 179. — ⁸ Disp. 2; qu. 2, punct. 1, § 1, n. 7. *Avila*, loc. cit., dub. 4, v. *Secundo.* — ⁹ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. *Laym.*, loc. cit., num. 2. *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 10. — ¹⁰ Lib. 7, n. 179. - *Pignatell.*, tom. 10, consult. 115, n. 49. — *Coelest. Suession.*, Compend. theol. mor., tr. 3,

casu quo factum nulla possit tergiversatione celari (ut supra).

At probabiliter quidem affirmant Avila^{a)}, Caelestinus, Fagundez, Covarruvias, quos sequuntur Salmant.¹¹ et Roncaglia¹². — Ratio, quia dicit textus (vide n. 135), quod ad obligationem vitandi percussorem requiritur ut constet non solum percussisse, sed etiam censuram incurrisse, ita ut factum non possit celari, *nec* (nota, ut additur) *aliquo suffragio excusari.* Ideo, usquedum reus non sit in iudicio confessus aut condemnatus, semper aliquo suffragio valet excusari, dicendo v. gr. se ad defensionem percussisse, ebrium fuisse, ignorasse censuram, etc. — Huic sententiae adhaeret Diana¹³, ubi dicit: *Quamobrem raro continget, percussorem clericum ita notoriam esse facto, ut non possit aliquo juris remedio aut probabilitate aliqua excusari.* Et idem docent Viva¹⁴, et Pignatellus apud Croix¹⁵. — Quare, nisi saltem constet facto quod percussor advertenter voluerit censuram incurere, probabiliter nunquam est vitandus.

145. - Dubitatur 4^o. *An percussor clericus notorius in uno loco sit vitandus in alio ubi non est notorius?*

Affirmant^{a)} Henriquez, Bonacina, Vasquez, apud Salmant.¹⁶; quia a concilio universe fuit declaratus ut vitandus, qui alicubi fuit notorius clericus percussor. — At probabiliter negant Palaus¹⁷, Sanchez¹⁸ et Salmant.¹⁹. Quia (ut dicunt) factum publicum in uno loco non vere est

Probabiliter semper requiritur notorietas juris.

Probabilius non sufficit ut alicui factum sit notum.

Probabiliter notorius non vitandus ubi non est notorius.

cap. 9, v. *Tertia difficultas.* - *Fagund.*, de 1^o Praec. Eccl., lib. 2, cap. 5, num. 12. *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 2, n. 7, v. *Tertio hinc*, et n. 9. — ¹¹ Loc. cit., num. 18 et 19. — ¹² Tr. 4, qu. 2, quaestiunc. 2, resp. 2. — ¹³ Part. 5, tr. 9, resol. 61. — ¹⁴ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 5. — *Pignatell.*, tom. 4, consult. 133, n. 10. ¹⁵ Lib. 7, n. 181. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 6, n. 1. *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 48. *Vasq.*, de Excom., dub. 8, num. 2. ¹⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 20. — ¹⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, num. 8. — ¹⁸ Decal., lib. 2, cap. 11, num. 20. — ¹⁹ Loc. cit., n. 20.

142. ^{a)} Coninck, *disp. 14, n. 11*, rem solum innuit.

143. - ^{a)} Navarrus, *Man., cap. 25, n. 73*, explicat in genere quid requiratur ad hoc ut aliquid notorium dicatur; et concordat.

^{b)} Coninck, *disp. 14, n. 11*, hoc tantum innuit.

144. - ^{a)} Avila, *part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 4*, v. *Tertio sequitur*: « Licet factum sit notorium, inquit, tamen, si est aliquod dubium juris, non tenemur eum vitare ».

145. - ^{a)} Affirmant quidem, non de notorio percussore clericum in specie, sed in genere de excommunicato qui ut talis denuntiatus est.

publicum in alio, ubi communicatio cum excommunicato occulto non affert scandalum; quod praecipue voluit concilium evitari.

Et idem quod dicitur de clerici percussore dicendum de excommunicato in aliquo loco denunciato: modo notitia denuntiationis non sit brevi in illum alium locum perventura (ut dictum est supra, n. 78).

146. - Ultimo hic notandum quod, postquam noscitur quis semel esse denuncia-

tus sive declaratus excommunicatus, tenemur eum vitare donec constet nobis de absoluteione vel per publicam famam vel saltem per testimonium unius fide digni, uti habetur in cap. *Sicut nobis 39, de sent. excom.* Potest tamen ipsi excommunicato fides adhiberi, si alias sit fide dignus et timoratae conscientiae, asseratque absoluteionem recepisse, vel se gerat ut absoluteum. Ita Croix¹ cum Navarro, Avila, Dicastillo et Henriquez.

Quando vitandus potest credi absoluteus.

DUBIUM II.

Ob quam causam incurratur, et quem effectum habeat Excommunicatio minor.

147. *Ob quam causam incurratur excommunicatio minor.* — 148. *An episcopus possit alicui interdicare sacramenta.* — *Effectus directus excommunicationis minoris est privatio suscipiendi sacramenta.* — 149. *An sit privatio etiam ministrandi.* — 150. *Effectus indirectus est privatio electionis passivae ad beneficia.* — 151. *Incurritur communicando cum vitando.* — 152. *An sit mortale recipere sacramenta cum excommunicatione minori.* *An ministrare.* — 153. *An incurratur cum solo veniali.* — 154. *Et an hoc veniale possit omitti in confessione.* — 155. *Quis possit absolovere ab ea.* *An etiam a quocumque qui potest absolovere venialia.* — 156. *Quis incurrat Remissive.*

Quando-
nam olim
incurrebat
tur excom-
municatio
minor.

147. - « Resp. Incurritur ob unicam tantum causam, si quis nimirum cum excommunicato majore excommunicatione communicet iis casibus quibus non licet. Effectus ejus est privatio sacramentorum perceptionis^{a)}. — Vide Laymann² ».

148. - Quoad causam igitur, excommunicatio minor de jure incurritur tantum ob communicationem cum excommunicato vitando. Hoc tamen non impedit, ut docet Laymann³, quominus episcopus, in poenam alicujus criminis, possit nominatim alicui interdicare usum passivum sacramentorum vel saltem communionis. — Quoad effectum vero, excommunicatio minor unicum tantum effectum directum habet, nempe privare perce-

ptione sacramentorum; ex cap. *Si celebrat, de cleric. excom.* Ibi dicitur graviter peccare qui hac excommunicatione irritus sacramentum aliquod suscipit; ut est commune apud doctores. Valide tamen reciperet: vide Salmant.⁴

149. - Sed magnum Dubium est: *an hic peccet sacramenta ministrando?*

Commune est inter doctores (contra Vasquez), non peccare graviter. Quia in dicto cap. *Si celebrat*, postquam Pontifex dixit peccare graviter si sacramenta recipiat, addit: *Peccat autem conferendo sacramenta*; sed non dixit graviter. — Hinc probabiliter sentiunt Palaus⁵, Sayrus, Coninck et Avila, apud Salmant.⁶, saltem^{a)} peccare venialiter.

Quemnam
effectum di-
rectum ha-
bebat.

¹ Lib. 7, n. 188. *Navar.*, Man., cap. 27, num. 36. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11, concl. 6. - *Dicast.*, disp. 2, n. 406 et 407. - *Henriq.*, lib. 13, cap. 6, n. 2. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 4. — ³ Loc. cit., n. 5. —

⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 159. — *Vasq.*, de Excom., dub. 4, n. 4 et seqq. — ⁵ Tr. 29, disp. 2, punct. 21, n. 8. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 22, n. 18 et seqq. - *Coninck*, disp. 14, dub. 17, n. 264. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 12, dub. 3. - ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 160.

Salmant. de utroque casu simul tractant et auctores indiscriminatim allegant. Et in secunda sententia Sanchez pariter loquitur in generali de excommunicato denunciato.

147. - ^{a)} Excommunicationem minorem abolitam esse vi constitutionis *Apostolicae Sedis*, patet ex duplici declaratione S. O. de

die 5 Decembris 1883 et 9 Januarii 1884. Nihilominus remanet prohibitio communicandi cum excommunicatis vitandis, uti declaravit idem S. O. die 2 Augusti 1893. Vide n. 199, not. c.

149. - ^{a)} Auctores hic citati non dicunt saltem, sed solum peccare venialiter. Palaus tamen, postquam, n. 8 dixit esse « solam cul-

Attamen Bonacina¹; et Navarrus, Suarez, Filliuccius alique multi, apud Croix² cum Busenbaum (hic, n. 152) et Salmant.³, tenent nec etiam venialiter peccare. Quia in nullo jure reperitur vetita ei ministratio, sed tantum perceptio sacramentorum; immo expressum in citato textu habetur: *Cum non videatur a collatione, sed participatione sacramentorum... remotus.* — Cum autem dicitur ibi *peccat conferendo* intelligendum (dicunt citati doctores) quando minister ad conferendum aliquod sacramentum, ante illud aliud sacramentum suscipere debet: nempe cum episcopus confert ordines sacros, vel cum sacerdos communionem dispensat in Missa, opus est ei antea celebrare et Eucharistiam suscipere (de quo casu specialiter loquitur textus); et tunc certe peccat, imo graviter.

Utraque sententia est satis probabilis.

150. — Habet autem excommunicatio minor et alium effectum indirectum, qui est privatio electionis passivae ad beneficia; ut habetur ex eodem cap. *Si celebrat*. Qui enim directe privatur susceptione sacramentorum prohibetur etiam indirecte beneficia recipere, quae ex institutione Ecclesiae ordinantur ad receptionem Ordinum et ad Missae celebrationem. Et quamvis textus loquatur tantum de receptione per electionem, idem tamen communiter doctores intelligunt etiam de receptione per collationem et praesentationem: tum quia eadem ratio currit, tum quia collatio et praesentatio sunt quaedam virtualis electio. — Quare, tam ex-

communicatus beneficium recipiens quam eligentes, praesentantes et conferentes tunc graviter peccant; cum transgrediuntur praeceptum Ecclesiae in re gravi. Ita Laymann⁴, Palaus⁵, Bonacina⁶, Croix⁷; Salmant.⁸ cum Suarez^{a)}, Avila, Sayro, Hurtado^{b)}, Henriquez^{b)} et communi. — Talis autem electio, etc., non erit de se irrita, sed irritanda, ut legitur in eodem textu, ubi sancitur: *Si scienter talis excommunicatus electus fuerit, ejus electio est irritanda.*

Dubitatur: *ex cujus parte haec scientia requiratur, ut electio sit irritanda?* — Adest triplex sententia:

Prima docet requiri scientiam tantum ex parte electi qui sciverit suam excommunicationem et inhabilitatem ad beneficium. Ita Palaus⁹, Laymann¹⁰, citans Glosam dicti cap., v. *Scienter*, dicit sufficere quod electus scienter communicarit cum excommunicatis. Palao et Laymann adhaeret Croix^{c)}, qui dicit saltem requiri quod electus memor sit suae excommunicationis dum beneficium ei confertur; nam contra, cum ipse ignorans bene capax sit sacramentorum, sic etiam capax est beneficiorum. — Et hoc probabilius mihi videtur; quia illud *scienter* verius ad *electus*, quam ad *excommunicatus* refertur.

Secunda autem sententia requirit scientiam ex parte electorum; ut Avila et Silvester apud Laymann¹¹. Atque idem tenent Bonacina^{d)}, Hurtadus, Reginaldus, apud Salmant.¹²

¹ Disp. 2, qu. 3, num. 4. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 24. — *Suar.*, disp. 24, sect. 2, n. 7 et seqq. — *Fill.*, tr. 13, cap. 2, n. 23 et 24. — ² Lib. 7, n. 190. — ³ Loc. cit., n. 161. — ⁴ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, num. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 13. — ⁶ Loc. cit., n. 6 et 7. — ⁷ Lib. 7, num. 194. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 162. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 12;

dub. 4. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 22, n. 22. — ⁹ Tr. 29, disp. 22, punct. 21, num. 19. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 5. — *Avila*, loc. cit., disp. 12, dub. 4, concl. 4. — *Silvest.*, v. *Excommunicatio IV*, num. 4. — ¹¹ Loc. cit. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 16, diff. 1, i. f. — *Regin.*, lib. 32, tr. 1, n. 143. — ¹² Tr. 10, cap. 3, n. 163.

pam venialem», dicit, n. 10: «Saltem peccatum veniale committi».

150. — ^{a)} Suarez, *disp. 24, sect. 2, n. 30*, concordat quidem; sed n. 16, loquens de ipso recipiente scribit: «Interdum... fieri potest ut non peccet, etiamsi sciens eligatur, utpote si mere passive se habeat non procurando electionem, quamvis eam non impediatur manifestando suam excommunicationem, quia non debet ad hoc obligari, si occulta sit».

^{b)} Gaspar Hurtadus, *de Excom., disp. 16, diff. 1, i. f.*, loquitur de recipiente et eligente. —

Henriquez, *lib. 13, cap. 3, num. 2 et 3* (sicut et Croix), de recipiente et conferente; quamvis a Salmant. absque restrictione citentur.

^{c)} Croix, *lib. 7, n. 195*, ait probabilius irritationem «tum tantum esse faciendam, quando electio facta est excommunicato suae excommunicationis conscio». Et ita etiam Palaus qui ceterum non loquitur de eo qui est suae inhabilitatis conscius.

^{d)} Bonacina, *disp. 2, qu. 3, n. 7*, id habet ex aliis auctoribus, quos utique non reprobatur, sed neque approbat.

Ex quibus sententiis, *tertiam* demum probabilem sententiam deducunt Salmant.¹, nempe, requiri tam scientiam excommunicationis ex parte electorum quam scientiam inhabilitatis ex parte electi. Electores autem scienter conferentes beneficium excommunicato nullam poenam incurrunt. — Salmant.², Avila, Diana, etc.

151. - « Unde resolves:

« 1^o. Cum jura dicunt communicantem « cum excommunicato incurrere similem « excommunicationem, sensus est quod « similiter, id est vere excommunicetur, « licet minore [excommunicatione].

« 2^o. Propter communicationem cum « excommunicato minore excommunicacione, etiam nominatim denunciato, nulla « incurritur censura ».

152. - « 3^o. Etsi excommunicatus minore excommunicatione recipiendo aliquid quod sacramentum non incurrat irregularitatem, graviter tamen peccat. — Administrando vero, probabile est nec venialiter peccare ». [Vide dicta *n. 149*, v. *Attamen*].

153. - « 4^o. Incurritur haec censura, « etsi quis propter levitatem materiae « tantum venialiter peccet, v. gr. con- « fabulando nominatim excommunicato, « quando non licet. — Secus, si sit ve-

« niale propter imperfectum usum ratio- « nis; quia poena infligitur propter actum « qui, quantum est ex se, sufficit ad mortale ».

154. - « 5^o. Etsi peccatum veniale possit « omitti in confessione, non tamen illud « cui haec censura est annexa, ne sacramentum in ea recipiatur. — Unde etiam « confessarii ordinarie prius absolvunt fideles ab omni vinculo excommunicationis, etiam minoris, deinde a peccatis ».

155. - « 6^o. Ab hac excommunicatione « lata a jure absolvere potest parochus, « et quisquis potest a mortalibus; cum « non sit reservata.

« An vero qui potest absolvere a veniali habente annexam hanc excommunicationem possit etiam ab ipsa? — Quidam affirmant, ut Navarrus et Toletus. — Alii probabilius negant, ut Suarez, Coninck; quia sicut haec absolutio est distincta a sacramentali, ita etiam ad eam requiritur distincta jurisdictio, quae nusquam conceditur omnibus sacerdotibus. Vide Laymann³ ».

156. - Quomodo et quando incurratur haec excommunicatio minor ob communicationem cum excommunicato vitando? — Vide Dub. seq., *ex n. 168*.

Consecraria juxta jus antiquum.

¹ Loc. cit. — ² Loc. cit. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 12, dub. 4, concl. 4 i. f. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 132, i. f. — *Navarr.*, Man., cap. 27, num. 39; et in

cap. *Placuit*, de poenit., dist. 6, n. 25. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 17, i. f. — *Suar.*, disp. 24, sect. 4, num. 4. — *Coninck*, disp. 14, n. 265. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 6.

DUBIUM III.

Quos effectus habeat Excommunicatio major.

157. *Qui sint effectus mediati excommunicationis majoris.* — 1. Irregularitas, ob exercitium Ordinis. — 2. Suspicio de haeresi, si per annum insordescat. — 158. *Qui sint effectus immediati.* — I. Privatio susceptionis sacramentorum licitae, et etiam validae quoad Poenitentiam. — 159. *An excommunicatus, sine culpa suscipiens Poenitentiam, valide absolvatur ante absolutionem censurae.* — 160. *Plura notanda.* — 161. *An excommunicatus teneatur tollere impedimentum excommunicationis ad implenda praecipita.* — 162. II. Privatio communium suffragiorum, etc. — 163. *An possint offerri Sacrificia, etc., nomine Ecclesiae pro excommunicato vitando, si non stet per ipsum quominus absolvatur.* — 164. *An possint offerri pro excommunicato tolerato.* — 165. III. Privatio administrandi sacramenta. *An peccent fideles sine causa recipientes sacramenta ab excommunicato tolerato.* — 166. *An excommunicatus vitandus valide ministret sacramenta.* — 167. *An sacramentum Poenitentiae.* — 168. *Quid, si sit toleratus. Et quid in articulo mortis.* — 169. *An excommunicatus licite ministret sacramenta.* — 170. *Quando etiam vitandus.* — 171. *Quam poenam incurrat excommunicatus, illicite sacramenta ministrans. An vitandus incurrat irregularitatem ministrans Poenitentiam.* — 172. *Quam poenam incurrat recipiens sacramenta sine necessitate a vitando.* — 173. IV. Privatio divinatorum officiorum. *Quomodo peccet communicans in divinis cum vitando. Et an liceat recitare privatim officium cum ipso.* — 174. *An vitando liceat usus sacramentalium, orare privatim in ecclesia.* — 175. *Quid si vellet interesse Missae, etc.* — 176. *Ad quid teneantur clerici, si excommunicatus nolit recedere. An alii assistentes peccent tunc mortaliter. Et an incurrant excommunicationem minorem.* — 177. *Quae veniant nomine divinatorum officiorum. An vitandus possit audire concionem, lectionem, etc. Quomodo debet expelli, alias Missa interrumpi. Et, an inchoato canone.* — 178. *An excommunicatus teneatur ad Horas. Et an et quando peccet dicendo: Dominus vobiscum. Aut recitando cum alio privatim.* — 179. V. Nullitas beneficii collationis, praesentationis, etc. — 180. *Plura notanda; et an idem dicendum de collatione dignitatum, etc. Quid, si ante excommunicationem fuisset praesentatus. Et an beneficiarius faciat fructus suos.* — 181. *An toleratus sit inhabilis ad beneficia, officia, etc.* — 182. *An valida sit collatio beneficii alicui, qui ignoret se esse excommunicatum.* — 183. *An excommunicatus privetur fructibus beneficii ante sententiam.* — 184. VI. Privatio communicationis forensis. *An possit se defendere in judicio. An agere. An testificari. An tueri alios.* — 185. VII. Privatio usus jurisdictionis. — 186. VIII. Privatio ecclesiasticae sepulturae. — *Vide ibidem plura notanda de pollutione ecclesiae vel coemeterii, de exhumatione, comitantibus, sepelientibus, etc.* — 187. *Quid, si sit haereticus non denuntiatus.* — 188. IX. Privatio communicationis civilis. — *Et* 189. 1° Os. — 190. 2° Orare. — 191. 3° Vale. — 192. *An liceant signa urbanitatis sine verbis.* — 193. *An liceat resalutare.* — 194. 4° Communio, id est contrahere, cubare, habere societatem, etc. — 195. 5° Mensa. *Quid, si casu accidat.* — 196. *Quale peccatum sit communicare cum vitando.* — 197. *Peccat graviter communicans 1. In divinis. 2. In eodem crimine.* — 198. *An sit mortale communicare frequenter cum vitando.* — 199. *In quibus casibus communicans cum vitando incurrat excommunicationem majorem.* — 200. *In quibus casibus liceat cum vitando communicare.*

157. - « Resp. Habet duplices, mediatos
« et immediatos.

« MEDIATI sive remoti sunt hi :

« I°. Irregularitas, quam excommuni-
« catus incurrit, exercendo actum alicujus
« ordinis.

« II°. Si excommunicatus toto anno in
« excommunicatione contumaciter persi-

« stat, et (ut jura loquuntur) insordescat,
« fit *suspectus de haeresi*; et contra eum,
« ut talem procedi potest. Ex Tridentino ¹.
« — Ideoque (si crimen grave et beneficii
« privatione dignum commisit) privandus
« est beneficio. Imo, etsi crimen non sit
« adeo grave, si tamen ad haeresis suspi-
« cionem purgandam citetur ^{a)}, tamquam

Effectus
mediati:
1° Irregularitas.

2° suspici
de haeresi
si insordescat.

¹ Sess. 25, de reform., cap. 3, i. f.

157. - ^{a)} Addendum: Et ex contemptu potestatis Ecclesiae renuat comparere, et pro

hujusmodi causa excommunicatus perseveret per annum.

« haereticus privari debet. Bonacina ¹ ex « Rebuffo, Diaz, Navarro ^{b)}, etc. ».

Insordescere est per annum animo pertinaci et cum contemptu potestatis Ecclesiae perseverare in eadem excommunicatione sive in alia censura; ut dicit Croix ², et probat ex Tridentino.

158. - « IMMEDIATI effectus sunt sequentes:

« I^o. Privatio *susceptione* et usu passivo « sacramentorum; unde nullus excommunicatus, sive toleratus sive non, potest « ea licite recipere sub mortali. — Nisi « excuset ignorantia invincibilis, metus « mortis, infamiae, jacturae bonorum, etc.; « quia censura non obligat cum tanto rigore. Laymann ³. » [Et ita communiter docent Bonacina ⁴; et Salmant. ⁵ cum Filiuccio, Diana, Coninck, etc.: nisi fiat in contemptum censurae ^{a)}].

« Dixi: *licite*. — Quia *valide* suscipit « omnia, saltem quoad substantiam, praeter « *Poenitentiam*. Imo etiam hoc, si adsit « ignorantia inculpabilis: dummodo caetera ad essentiam sacramenti requisita « non desint; quia per censuram non fit « incapax absolutionis, etsi prohibeatur « eam recipere priusquam absolvatur a

« censura. Bonacina ⁶ ex Filiuccio, Suarez, « Coninck, etc. — Nec obstare, etiam si « excommunicatio sit reservata, vel confessarius sciens peccata habere annexam « excommunicationem, tamen ex malitia « absolvat, docet Diana ⁷ ex Coninck, Suarez, etc. ^{b)} ».

159. - Duplex est sententia super hoc puncto:

Alii negant excommunicatum, qui adhuc sine culpa suscipit sacramentum Poenitentiae ante absolutionem censurae, valide suscipere. Ita Vasquez, Silvester, Hurtadus ^{a)}, etc., apud Salmant. ⁸ — Ratio istorum, quia hic, ut membrum abscissum, excluditur omnino ab Ecclesia ut possit in bonis ejus communicare.

Sed oppositum verius est tenendum cum Suarez ⁹, Palao ¹⁰, Bonacina ¹¹, Croix ^{b)}; Salmant. ¹² et Coninck, Cajetano, Sayro, Diana, Filiuccio ac communissima. — Ratio potissima, quia Ecclesia non irritat sacramentum Poenitentiae; neque ex parte ministri auferendo illi potestatem, cum censura afficiat solum censuratum; neque ex parte poenitentis, cum hoc nullibi habeatur sancitum, nec Ecclesia sancire posset, dum Ecclesia nequit directe inha-

Juxta alios, Poenitentia nunquam potest valide suscipi.

Verius quandoque potest.

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. ult., n. 2, v. *Tertio dubium est*. - *Rebuff.*, Repetit. in cap. *Postulastis*, de cleric. excom., a n. 242 ad n. 265. *Diaz*, Pract. criminal., cap. 106, v. f. — ² Lib. 7, n. 287. - *Trident.*, sess. 25, de reform., cap. 3. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 1. — ⁴ Loc. cit., punct. 2, § 1, n. 4. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 43. - *Fill.*, tr. 12, cap. 3, n. 53, 55 et seq. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 81. - *Coninck*, disp. 14, dub. 5, n. 30 et seq. — ⁶ Disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 1, num. 1. *Fill.*, tr. 12, cap. 3, qu. 3, n. 57 et seqq. - *Suar.*, disp. 10, sect. 3, a n. 7. *Coninck*, disp. 14, n. 22

et 28. — ⁷ Part. 3, tract. 4, resol. 78. *Coninck*, disp. 8, dub. 13, n. 104; cfr. disp. 14, n. 28. *Suarez*, loc. cit. — *Vasq.*, de Excom. dub. 4, num. 8 et 9. - *Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 3, n. 6, v. *Quinto*. - ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 46. — ⁹ Disp. 10, sect. 3, n. 9. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 2, punct. 7, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., num. 1, v. *Respondeo*. — ¹² Loc. cit., n. 47. *Coninck*, disp. 14, n. 28. - *Cajetan.*, Sum., v. *Absolutionis impedim.*, § *Et dicenda*, vers. *Secundum est*. *Sayr.*, lib. 2, cap. 2, n. 3 et seqq. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 53 et 82. *Fill.*, tr. 12, cap. 3, n. 59.

^{b)} Navarrus male hic citatur à Bonacina; licet enim, *Man.*, cap. 27. n. 23, dicat eum qui perseverat in excommunicatione per annum in causa criminali, videri crimen confiteri, subdit: « Non est verum » quod debeat etiam privari suis beneficiis.

158. - ^{a)} Limitationem istam apponunt Salmant.; *loc. cit.*, et Coninck, *disp. 13, n. 104 cum n. 100*.

^{b)} Busenbaum, addit etiam Dianam, *part. 5, tr. 9, resol. 53*, ubi hic auctor loquitur de excommunicatione, quam poenitens confessus est; sed confessarius, oblitus ejus censurae, absolvit solum a peccatis; et Diana approbat Moscosum dicentem sacramentum esse validum.

159. - ^{a)} Gaspar Hurtadus, *de Excom.*, *disp. 4, diff. 3, n. 11 et seqq.*, concordat qui-

dem, sed quemdam casum excipit, dicens: « Addimus sacramentum Poenitentiae valide suscipi ab excommunicato tolerato, etiam quando illud illicite mortaliter ex objecto suscipit (si alias a tali culpa excusetur ignorantia aut inadvertentia invincibili), quia minister potest illud licite tolerato conferre, ac proinde valide ».

^{b)} Croix, *lib. 7, n. 191*, id dicit de excommunicatione minori; at vero, *n. 200*, de excommunicatione majori loquens, utramque opinionem affert, et remittit lectorem ad *lib. 6, part. 2, n. 1568*, ubi pariter utramque opinionem refert, sed *n. 1569 et 1570*, negat excommunicatum istum posse recipere sacramentum Poenitentiae extra casum urgentissimae necessitatis. Croix igitur ex parte tantum concordat.

biles reddere ad sacramentum eos qui ex jure divino habiles sunt ^{c)}. — Vide dicta *Lib. VI, de Euch., n. 265. Qu. 3. v. Sed probabilior.*

Quid de conferente sacramentum tolerato.

160. — Hic autem notandum: 1^o. Quod minister conferens sacramentum excommunicato tolerato peccaret quidem contra jus divinum, dando sacramentum indigno; sed non peccaret contra praeceptum Ecclesiae, quia per concilium Constantiense (ut supra, n. 135) cuique permissum est communicare cum tolerato, etiam in divinis. Ita probabilius Suarez ¹, Palaus ²; et Salmant. ³ cum Vasquez communiter. — Ex quo inferunt Salmant. ⁴, quod si excommunicatus cum ignorantia inculpabili, et alias dispositus, petat sacramenta, licite potest minister illa ei conferre, eundem relinquendo in sua bona fide.

Quid de excommunicato recipiente sacramenta.

Notandum 2^o. Quod excommunicatus, si recipit sacramentum Ordinis, remanet suspensus ^{a)}, ex *cap. 32 de sent. excom.* Utrum autem excommunicatus Ordinem suscipiens incurrat irregularitatem? Vide dicta *Lib. VI, de Ord., n. 799, v. Utrum autem.* — Si vero suscipit alia sacramenta, peccat quidem graviter, sed nullam poenam incurrit. Croix ⁵ cum Dicastillo, et Salmant. ⁶.

In articulo mortis dari potest vitando Eucharistia.

Notandum 3^o. ^{b)} Quod in articulo mortis probabilius potest ministrari excommunicato vitando Eucharistia, etsi ipse sacramentum Poenitentiae non suscepisset; ut Croix cum Suarez et Dicastillo (contra

¹ Disp. 10, sect. 2, n. 10 et seqq. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 7, num. 7. — ³ Tr. 10, cap. 3, num. 51. *Vasq.*, de Excom., dub. 2, num. 12. — ⁴ Loc. cit., num. 51. — ⁵ Lib. 7, num. 198. — *Dicast.*, disp. 2, num. 635. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 43. — *Croix*, loc. cit., n. 201. — *Suar.*, disp. 11, sect. 1, n. 17 et 18. — *Dicast.*, disp. 2, num. 666. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 3, dub. 3, concl. 4. — ⁷ Loc. cit., num. 201. — *Suar.*, loc. cit., num. 23. — *Dicast.*, loc. cit.,

Avila, etc.). Quia praeceptum divinum de viatico sumendo fortius obstringit quam prohibitio generalis Ecclesiae non sumendi Eucharistiam. — Idem ait Croix ⁷ de sacramento Extremae Unctionis, citans Suarez et Dicastillum. Sed probabilius id negant *Avila*, etc., *ibid.* ⁸ juxta dicta *Lib. VI, n. 88, Resp. 1, v. Idem sentiunt.*: nisi infirmus non potuerit aliud sacramentum recipere.

Et quodque Extrema Unctio.

Notandum 4^o. Quod in dubio an quis sit absolutus an non ab excommunicatione contracta, non est negandum ei sacramentum, si ille petat, maxime si asserat esse absolutum; quia nemo praesumitur delinquere ^{c)}. — Ita Suarez ⁹, Bonacina ¹⁰, Palaus ¹¹, Croix ¹²; et Salmant. ¹³ cum Navarro ^{d)}, Coninck ^{e)}.

Quid in dubio de absolute excommunicationis.

161. — Quaeritur hic: *an excommunicatus teneatur tollere impedimentum excommunicationis ad implendum praeceptum Missae vel annuae confessionis et Communionis?*

Negant communiter doctores, teneri quoad Missam, etiamsi negligens sit in obtinenda absolute: nisi ^{a)} hoc faciat animo se eximendi ab obligatione audiendi Sacrum. — Ita cum Busenbaum (*n. 177, in fine*), Bonacina ¹⁴; et Salmant. ¹⁵ cum Sà, Navarro, Azor, Coninck et aliis; contra paucos.

Excommunicatus non tenetur quaerere absolute Missam.

Secus tamen dicunt quoad annuam confessionem et communionem; cum hoc sit unum ex praeceptis divinis, erga quae

Secus quoad annuam confessionem.

^{c)} Haec S. Alphonsi sententia conformis est declarationi S. Off. de die 15 Septembris 1556.

160. — ^{a)} Suspensio haec non amplius viget.

^{b)} Hic in toto *Notand.* 3^o videtur irrepsisse mendum vel potius lapsus oculi; nam auctores hic citati loquuntur de sacramentis *ab excommunicato vitando ministrandis*; praeterea S. Alphonsus remittit lectorem ad *lib. 6, n. 88*, ubi quaerit *an liceat petere sacramenta a ministro indigno.*

^{c)} Suarez, Bonacina, Palaus, Croix haec

dicunt de excommunicato tolerato; Salmant. vero, de vitando.

^{d)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 36*, haec dumtaxat scribit: « Qui semel est excommunicatus et denunciatus, semper vitari debet, quousque constet de absolute... nisi persona sit ejusmodi cui affirmanti se absolutam esse probabiliter debeat credi ».

^{e)} Coninck de hoc non loquitur, *disp. 14, dub. 5, n. 32*, licet citetur a Salmant.

161. — ^{a)} Soli Salmanticenses ex auctoribus citatis afferunt hanc limitationem.

tenemur tollere impedimenta. — Ita Salmant.¹, Croix², Tamburinius³. Vide dicta *Lib. VI, de Euch., n. 299; et de Poenit., n. 663.*

^{2us} effectus excommunicatio- nis: Privatio communium suffragiorum.

162. « II^o. Privat (saltem non toleratos) *communibus Ecclesiae suffragiis, orationibus et fructu indulgentiarum; non tamen privatis.* — Unde non tantum quivis privatus, sed etiam sacerdos potest, tamquam persona privata, pro excommunicatis orare, etiam in publicis precibus et Sacro; imo actionem sacrificandi, prout pendet a merito privato operantis, offerre, vel ejus in *memento in particulari meminisse* ». — [Hoc est certum cum S. Thoma^{a)}, Soto^{b)}, Palao, Salmant.⁴ etc. communiter].

« Dixi: *tamquam privata*; quia ut minister Ecclesiae non potest. Hinc irritae sunt ac nullae omnes preces quas pro excommunicato, in persona Ecclesiae intercedentis pro ipso, Deo offert, adeoque privatur omnibus bonis quae in gratiam Ecclesiae Deus concessurus fuisse set ».

163. - Sed duae Quaestiones hic agitantur.

Quaeritur 1^o. *An possint offerri sacrificia, suffragia et orationes communes Ecclesiae, pro excommunicato vitando qui sit in gratia, nec per ipsum stet quominus absolvatur?*

Affirmant Navarrus, Henriquez^{a)}, Sayrus^{a)} Avila^{a)} et alii, apud Salmant.⁵ (qui probabile putant); quia non praesumitur Ecclesia velle suis bonis privare amicum

Dei et non amplius contumacem. — Negant vero longe probabilius Croix⁶, ac Suarez, Diana, Sotus, Coninck, etc. cum Salmant.⁷. Et videtur patere ex cap. *A nobis 28 de sent. excom.*, ubi dicitur quod excommunicatus, *quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus.* Ratio, quia juste Ecclesia vult ut non remittatur vinculum a se positum, nisi illud per absolutionem ab ipsamet auferratur.

Probabilius non possunt offerri sacrificia etc. pro vitando.

164. - Quaeritur 2^o. *An autem pro excommunicato tantum tolerato possint offerri sacrificia, etc., etiam nomine Ecclesiae?* — Adest duplex sententia probabilis:

Prima negat cum Bellarmino⁸, Suarez⁹; item Sotus, Avila, Bonacina, etc., apud Salmant.¹⁰ — Quia concessio communicandi fuit facta a concilio in commodum solum fidelium non autem excommunicatorum.

Sed non minus probabilis est *secunda* sententia, quam tenent Navarrus¹¹, Palao¹²; ac Coninck, Reginaldus, Hurtadus, Henriquez, Diana, etc., cum Salmant.¹³ — Ratio, quia leges favorabiles cum omni amplitudine intelligendae sunt: dum igitur fidelibus concessum fuit communicare cum toleratis, concessum etiam fuit orationes publicas pro eis offerre; nam communicare id etiam importat, ut habetur ex cap. *28 et cap. 38 de sent. excom.* Tanto magis quia jure antiquo non erat vetitum pro excommunicatis

Probabiliter possunt offerri pro tolerato.

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 74. — ² Lib. 9, num. 197. — ³ Method. SS. Commun., cap. 4, n. 40 et 41. — *Palao*, tr. 29, disp. 2, punct. 6, n. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 58. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 18 et 36. — ⁵ Loc. cit., n. 55. — ⁶ Lib. 7, n. 205. — *Suar.*, disp. 9, sect. 3, num. 2. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 75. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 1, dub. 2. — *Coninck*, disp. 14, num. 49. — ⁷ Tr. 10, cap. 3, num. 56. — ⁸ De Missa, lib. 6 (al. 2) cap. 6, v. *Sed quamvis*. — ⁹ De Censur., disp. 9, sect. 2, num. 17 et seqq. — *Sotus*,

in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 2, v. *Hoc supposito*. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 6. *Bonac.*, qu. 2, punct. 1, § 1, num. 1. — ¹⁰ Tract. 10, cap. 3, num. 59. — ¹¹ Man., cap. 27, n. 36, ad 2. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 6, num. 10. — *Coninck*, disp. 14, num. 40. *Regin.*, lib. 32, tract. 1, num. 79. *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 3, diff. 4, num. 10. *Henriq.*, lib. 13, cap. 11, num. 2. *Diana*, part. 5, tract. 9, resol. 74. — ¹³ Tract. 10, cap. 3, num. 60.

162. - ^{a)} S. Thomas, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 1, solut. 1, ad 2, negat orationem ex persona Ecclesiae posse pro eo fieri « quamvis aliqua persona privata possit ad ejus conversionem aliquod suffragium per intentionem dirigere ».

^{b)} Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 1, dub. 1, v. *Quomodo autem*, de opinione quae dicit sacerdotem posse orare pro eis in Missa,

tamquam personam privatam, scribit: « Certe opinio clemens est et fortasse vera, tametsi non prorsus scrupulo careat ».

163. - ^{a)} Henriquez, lib. 13, cap. 11, n. 2, lit. i; Sayrus, lib. 2, cap. 4, num. 5, Avila, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 2, male citantur a Salmant, pro hoc asserto, oppositum enim tenent cum ipso S. Alphonso, et negant posse licite fieri.

occultis suffragia publica offerre; prout colligitur ex cap. *Cum non ab homine, eod. tit.*, et ipse Suarez fatetur. — Offerre autem sacrificia pro excommunicato, hoc etiam directe cedit in commodum fidelium, tum spirituale ob meritum caritatis, tum temporale ob stipendia, etc., quae hi percipere possunt ex oblationibus pro illo exhibitis.

3^{us} effectus excommunicationis: Privatio conferendi sacramenta.

165. - III^o. « Privat usu activo sacramentorum et administratione. — Quae tamen excommunicato tolerato, et ad id requisito, et se non ingerenti, quandoque est licita, v. gr. si sit pastor, cujus subditi teneantur audire Sacrum, nec sit alius qui celebret; imo si etiam non parochus forte rogetur, et invitetur ad celebrandum. Ac, licet communis doctrina sit apud Laymann¹, peccare fideles, si sine causa necessitatis vel magnae utilitatis talem inducant ad sacramentorum administrationem, quando alius minister haberi potest; contrarium tamen est probabile ob facultatem concessam a concilio Constantiensi cum talibus communicandi. — Et hinc, nec illum qui petit a tali Sacramento nec ipsummet excommunicatum, si conferat, praecise ob censuram peccare: Laymann^{a)} ex Soto, et Sanchez². Idem docet Bonacina^{b)} ex Vasquez^{b)}, Suarez^{b)}, etc. ». [Vide dicta n. 138 et 139].

« Non tolerato autem illicita est sacramenti administratio, praeterquam in casu extremae necessitatis; extra quam valide illud administrat praeterquam Poenitentiam, quia haec requirit jurisdictionem, qua ipse caret. — Vide Laymann³, Bonacina⁴ ».

Ad majorem claritatem hujus puncti, videndum est quando excommunicati

Suar., loc. cit., num. 19. — ¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 5. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 1, v. *At vero illic*. — ² De Matr., lib. 7, disp. 9, num. 8. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 5. — ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 4, num. 1. — ⁵ 3^a P., qu. 64, art. 9, ad 2. —

conferant sacramenta valide, et quando licite.

166. - Hinc quaeritur 1^o. *An excommunicatus valide ministret sacramenta?*

Respondetur affirmative (excepto sacramento Poenitentiae, ut infra). Ita docent S. Thomas⁵, et alii communiter cum Salmant.⁶ — Ratio, quia ubi essentialia sacramenti concurrunt, non praesumitur (nec etiam posset) Ecclesia illud invalidare.

Excommunicatus valide confert sacramenta.

Excipiunt aliqui sacramentum matrimonii. Sed in eo adhuc probabile est cum Croix⁷, Salmant.⁸ (utque diximus *Lib. VI, n. 1082*), quod valide assisteret parochus excommunicatus, etiam vitandus. Et etiam licite praeberet licentiam alteri assistendi matrimonio; juxta dicta *Lib. VI, n. 1084*, contra Croix⁹.

Et assistit Matrimonio.

167. - Sacramentum vero Poenitentiae, certum est invalide ministrari ab excommunicato vitando sine necessitate. Ratio, quia ad hoc sacramentum requiritur in ministro potestas non solum Ordinis, sed etiam jurisdictionis, qua ille privatus est ab Ecclesia; ut ex cap. *Omnis utriusque, de poenit. et remiss.*; et ex cap. *Ad probandum, de sent. et re judic.* Ita communiter doctores cum Palao, Suarez et Salmant.¹⁰ — Et hoc, etsi confessio sit de solis venialibus; ut Salmant.¹¹

Poenitentia invalide confertur a vitando.

Ex eadem ratione parochus vitandus nequit alteri delegare jurisdictionem ad confessiones suorum audiendas. Croix¹². — Intellige, nisi hoc posset parochus vi privilegii specialis.

168. - Dixi autem, invalide ministrari sacramentum Poenitentiae ab excommunicato vitando. — Quia, si sit *toleratus*, profecto valide hoc sacramentum ministrat; nam hic non privatur jurisdictione,

⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 26. — ⁷ Lib. 7, num. 197. — ⁸ Tr. 9, de Matr., cap. 8, num. 46. — ⁹ Loc. cit. — *Palao*, tr. 29, disp. 2, punct. 8. n. 2. — *Suar.*, disp. 11, sect. 2, n. 12. ¹⁰ Tract. 10, cap. 3, num. 27. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., num. 197.

165. - ^{a)} Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 5*, de hoc asserto scribit: « Non est improbabile ».

^{b)} Busenbaum hic allegatur Bonacinam, *disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 2*; sed hic locus non est ad rem, siquidem Bonacina cum alatis auctoribus ibi tractat de usu *passivo* sa-

cramentorum; dum contra auctor loquitur de usu *activo*. Nihilominus Bonacina, *punct. 2, § 3, n. 4 et 5*, tenet sententiam hic a Busenbaum expositam de usu *activo* sacramentorum; sed contra eam allegat Vasquez et Suarez, qui revera vi praecepti divini, non vi censurae, negant posse fieri extra casum

cum hoc expediat ad utilitatem fidelium. Croix¹ et Salmant.² cum communi.

Utrum autem excommunicatus vitandus possit valide et licite absolvere in articulo mortis. — Vide dicta *Lib. VI, u. 560, v. Qu. 1.*, ubi sententiam negativam^{a)} tenuimus cum D. Thoma, Fagnano, Petrocorensi, Concina, etc., contra sententiam communiorem (non vero communem, ut, propter non omnem diligentiam adhibitam, diximus^{b)} *Lib. VI, num. 88, Resp. 1.*)

169. - Quaeritur 2^o. *An excommunicatus aliquando licite conferat sacramenta?* — Et hic distinguere oportet excommunicatum vitandum a tolerato.

Toleratus enim, licet ei universe sit vitetum sub gravi sacramenta ministrare, ex cap. *Apostolicae, de cleric. excom. ministr.* quando tamen est requisitus, semper licite potest quaecumque sacramenta conferre; prout diximus *n. 139.* — Et probabiliter addit Palaus³, quod si festus dies occurrat, nec alius sacerdos sit qui Missam populo dicat, bene potest toleratus celebrare, etsi non rogetur; quia juste praesumitur populus petere Missam ad praeceptum implendum: nisi alias hoc scandalum afferret.

170. - Excommunicatus vero *vitandus* nequit, etiam requisitus, sacramenta ministrare. — Probabiliter tamen potest mi-

nistrare viaticum, et etiam Extremam Unionem, quando infirmus nequit aliud sacramentum suscipere.

An autem parochus excommunicatus possit assistere matrimonio vel alteri licentiam assistendi praebere? — Vide dicta de Matrim., *ex n. 1082 ad 1084.*

Dicunt autem probabiliter Roncaglia^{a)}, Palaus; et Salmant.⁴ cum Coninck, Diana et Cornejo, quod excommunicatus vitandus etiam licite sacramenta ministrat, quando alias grave incommodum, puta jacturam famae^{b)} vel bonorum timeret; quia praecepta ecclesiae non obligant cum incommodo gravi^{c)}.

171. - Quaeritur denique 3^o. *Quam poenam incurrat excommunicatus illicite sacramenta ministrans?*

Resp. Incurrit irregularitatem, sive sit vitandus, sive toleratus, ex cap. *ult., de clerico excom. ministr.*^{a)}. Sic pariter, si solemniter baptizet aut nuptias solemniter benedicat; secus, si privatim: ut Salmant.⁵

Sed Dubium est: *an excommunicatus vitandus, invalide sacramentum Poenitentiae ministrans, incurrat adhuc irregularitatem?*

Negat Richardus^{b)}, et probabile putat Suarez^{c)}, apud Salmant.⁶; quia tunc deficit actus consummatus. — Sed communissime affirmant Palaus⁷, Suarez⁸, Bo-

Limitationes.

Excommunicatus illicite ministrans fit irregularis.

Vitandus Poenitentiam ministrans fit irregularis.

Toleratus, requisitus, licite confert sacramenta.

Vitandus illicite.

¹ Lib. 7, n. 217. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 37 et 28 i. f. — *S. Thom.*, 3^a P., qu. 82, art. 7, ad 2. — *Fagnan.*, in cap. *Non est vobis*, de sponsal. — *Petrocor.*, de Poenit., cap. 7, qu. 8. — *Concina*, de Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 21. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 8, num. 4. — *Palaus*, loc. cit. —

⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 36. — *Coninck*, disp. 14, dub. 5, n. 34. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 83. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, §1, dub. 1. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 40. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 8, n. 12. — ⁸ Disp. 11, sect. 3, num. 15.

necessitatis vel utilitatis; Vasquez quidem, de *Excom.*, *dub. 3, n. 1 et 2*; Suarez vero, *disp. 11, sect. 4, n. 3 et seqq.*

168. - ^{a)} Vide *lib. 6, n. 560*, notam *b*, ubi ostendimus S. Alphonsum sententiam hanc negativam retractasse.

^{b)} S. Doctor in *lib. 6, n. 88*, non expresse hac de re loquitur sed remittit ad *n. 560*.

170. - ^{a)} Roncaglia, *tr. 4, qu. 2, quaestiuinc. 3*, scribit de excommunicato in genere, et non de vitando: « Si aliqua necessitas urgeat, excommunicatus... potest et ministrare sacramenta, ut e. g., si, cum sit occulte excommunicatus, non posset id omittere sine gravi infamia ».

^{b)} Jactura famae locum habere non potest pro vitando nisi in loco in quo eius ex-

communicatio non esset nota, uti advertunt Coninck, Diana et Cornejo.

^{c)} Nisi tamen in contemptum censurae seu religionis fieret, ut notant Palaus, Salmant. et Cornejo; vel nisi sacramentum foret invalidum, ut Salmant. et Cornejo.

171. - ^{a)} Cap. *fin. de cleric. excom. ministr.* hoc indicat, in quantum negat incurri ob violationem minoris excommunicationis: « Si celebrat, inquit, minori excommunicatione ligatus... nullius tamen notam irregularitatis incurrit ».

^{b)} Richardus a Mediavilla in *4, dist. 18, art. 7, qu. 5, dub.*; utramque exponit sententiam, nec dicit quamnam amplectatur.

^{c)} Suarez, *disp. 11, sect. 3, n. 15*, censeat probabile putare eo quod contrarium pro-

nacina ¹, Tournely ^{a)} et Salmant. ². Quia hic punitur actus etiam attentatus, qui jam satis consummatus dicitur, cum minister intentat contra jus absolvere. Sed haec ratio non suadet: potius haec sententia mihi probatur ex can. *Si quis 7, caus. 11, qu. 3*, ubi Martinus V ^{e)} declarat irregularem quemlibet constitutum in sacris, qui *post excommunicationem praesumpserit ... quasi in officio suo agere, sicut prius*. Nota illud *quasi*; quod importat similitudinem actionis; ergo etiamsi invalide absolvat, irregularitatem incurrit.

172. — Qui recipit igitur sacramentum a vitando sine necessitate peccat graviter et excommunicationem minorem incurrit ^{a)}. — Qui autem recipit ordinem ab episcopo excommunicato vitando, incurrit etiam suspensionem ab exercitio ordinis suscepti ^{b)}, ex cap. *Cum illorum, § fin., de sent. excom.* Vide Salmant. ³.

173. — « IV^o. Privatio usus divinarum officiorum: ita ut » [Excommunicatus] « non tantum careat eorum fructu; sed etiam « sub mortali iis nequeat interesse, parte « notabili, ita ut moraliter censeatur cum « aliis communicare; nisi excuset igno- « rantia vel necessitas vitandi scandali » [Secluso tamen scandalo, excommunica-

tus, etiam Missa inchoata, tenetur eam relinquere, si nondum consecraverit. S. Thomas ^{a)}], aliave justa causa. « Bonacina ⁴ ex Suarez, Filliuccio, etc. — « Similiter peccant etiam alii qui cum « excommunicato vitando eidem Missae « intersunt; ut ex communi docet Bona- « cina ⁵ contra Durandum ^{b)}, quia par- « ticipant cum illo in divinis.

« Aliud tamen esset, si transiens per « ecclesiam aliud tractaret; vel breviter « privatim aut omnino separatim oraret; « aut si, aliis unum sacrum audientibus, « ipse aliud audiret. Quia sic moraliter « non censeretur communicare cum aliis « nec conjungi ad unam orationem fun- « dendam. — Bonacina ⁶ ex Suarez, Hen- « riques, Filliuccio, Coninck, etc.

« Ac licet peccatum hoc ex genere « suo sit mortale, ex parvitate tamen ma- « teriae subinde tantum est veniale, ut si « exigua pars Missae, v. gr. usque ad « Evangelium tantum cum illo audiatur « (Avila, Diana ⁷); vel si Horae privatim « cum eo recitentur ^{c)}. Diana ⁸ ex Suarez « et aliis novem ». — [Ut tenent etiam Salmant. ⁹ cum Coninck, Bonacina et pluribus].

Graviter tamen peccaret qui cum vitando in choro vel publice et solemniter

Hoc pec-
catum sub-
inde est so-
lum venia-
le.

Poenae
contra reci-
pientes sine
necessitate
sacramenta
a vitando.

4us effe-
ctus excom-
municatio-
nis: Privatio
divinorum
officio-
rum.

¹ Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 5, n. 6; cfr. disp. 2, de Excom. qu. 2, punct. 2, § 4, n. 6. — ² Loc. cit., n. 41. — ³ Loc. cit., n. 42. — ⁴ Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 3, § 1, n. 1 et seqq. et § 2, n. 1 et 2. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1, n. 2, et sect. 2, n. 1. — *Fill.*, tr. 12, cap. 4, n. 83 et 88. — ⁵ Loc. cit., n. 9. — ⁶ Loc. cit., n. 16. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1,

n. 16. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 2. — *Fill.*, loc. cit., n. 90. — *Coninck*, disp. 14, dub. 7, n. 53. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 3, v. *Primo ergo dico*. — ⁷ Part. 5, tr. 5, resol. 21. — ⁸ Part. 5, tr. 9, resol. 89. — *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 18. — ⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 63. — *Coninck*, loc. cit., n. 55. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 3, § 2, num. 4.

babilius dicit, si nempe habuerit intentionem conficiendi sacramentum; quodsi autem intendat solum proferre exteriora verba, « probabilissimum » censet Suarez, *n. 14*, non incurrere irregularitatem ».

^{a)} Continuator Tournely, *de irregul., part. 3, cap. 4, concl. 1 et infert. 3*, id dicit de quocumque, sive tolerato sive vitando.

^{e)} Hic canon non est Martini V; sed est canon 37 in collectione Martini Bracharensis, et desumitur ex *can. 4 et 5* concilii Antiocheni, anno 341, sub Julio I Papa celebrati.

172. — ^{a)} Vide supra notam a ad n. 147.

^{b)} Cap. *Cum illorum § fin., de sent. excom.*, quod allegant Salmant., non apte citatur; ibi enim sermo est non de eo qui recipit ordinem ab episcopo excommunicato vitando, sed de ipso ordinando excommunicato. Cete-

rum haec suspensio habetur in const. *Apostolicae Sedis, suspens. VI*.

173. — ^{a)} S. Thomas, *3^a P., qu. 83, art. 6, ad 2*, dicit esse « tutius ».

^{b)} Durandus a Bonacina citatur non tamquam directe et presse contrarius, sed in quantum negat in hoc inesse communicationem proprie dictam, quod utique Durandus, *in 4, dist. 18, qu. 5, n. 7 (lit. F)*, ait posse videri rationabile. Ceteroquin in fine concludit: « Verumtamen, quia in talibus non sunt relaxandae habenae in elusionem interdictionis Ecclesiae; ideo nemini consulerem quod audiret divina praesente excommunicato ad audiendum ».

^{c)} Auctores hic citati loquuntur de excommunicato qui cum alio privatim Horas recitaret; quamvis Diana et Suarez idem esse dicant de eo qui cum excommunicato recitat.

recitaret ^{a)}; ut Salmant. ¹ cum S. Thoma. — Famulus autem qui jussu domini excommunicati officium cum illo recitat ne leviter quidem peccat; quia tunc non communicat, sed tantum obsequium famulatus sui praestat. Ita probabiliter Croix ² cum Suarez et Dicastillo, ex can. *Quoniam* [caus.], 11, qu. 3.

Vitando licitus usus sacramentalium.

174. - Ad majorem intelligentiam advertendum quod non prohibetur excommunicato usus sacrarum imaginum et reliquiarum, eas venerando; imo nec usus aquae benedictae et aliorum sacramentalium: non quidem ut participet fructum quem illa producant ex benedictione Ecclesiae, sed tantum ut ea veneretur. — Suarez ³, Palaus ⁴; et Salmant. ⁵ cum Henriquez ^{a)} et Sayro ^{b)}.

Item, orare privatim in ecclesia.

Potest etiam tempore, quo non celebrantur divina, ecclesiam ingredi ad orandum privatim et seorsim ab aliis in distincto sacello; ut communiter Suarez ⁶, Palaus ⁷, Bonacina ⁸; et Salmant. ⁹ cum Coninck et Cajetano ^{c)}. Qui addit, posse etiam in eodem sacello ubi alii orant privatim et ipsum orare; quia private orando minime cum aliis communicat. — Imo dicunt Salmant. ¹⁰ cum Coninck, Bonacina ^{d)}, Diana, Turriano ^{e)}, Paludano ^{d)},

etc., quod etiam, dum divina celebrantur, non prohibetur excommunicatus ab ingressu ecclesiae, ut se liberet a satellitibus vel ex alia causa, et si ibi privatim oret; quia tunc nullam habet cum aliis communicationem. Et ideo tunc non tenentur sacerdotes cessare, nec eum repellere, nec alii a templo discedere.

Non potest interesse officii.

175. - Graviter autem peccaret excommunicatus qui vellet audire Missam vel interesse officii et similibus publicis functionibus, ex cap. *Illud, de cler. excom. ministr.*; et ex cap. *fin. de sent. excom., in 6°*. Et, si monitus a sacerdote nolit exire, incurrit excommunicationem Papae reservatam ^{a)}, ex cap. *Eos, de sent. excom.* Sicut illam etiam incurrit interdictus denunciatus pertinaciter assistens Missae et omnes qui impediunt ne excommunicatus aut interdictus recedat; ut Palaus ¹¹, Bonacina ¹² et Salmant. ¹³, ex clem. *Gravis, de sent. excom.*

Item notandum quod sacerdos excommunicatus faciens coram se Missam celebrari incurrit irregularitatem ^{b)}, ex cap. *Tanta, de excess. praelat.* — Vide Salmant. ¹⁴.

176. - Item, si excommunicatus sit vitandus, et monitus non velit ab ecclesia exire,

¹ Tr. 10, cap. 3, n. 62. - S. Thom., in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, sol. 3, ad 1. — ² Lib. 7, n. 211. *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 18. - *Dicast.*, disp. 2, num. 724. — ³ Disp. 12, sect. 3, n. 3 et 6. — ⁴ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 67. — ⁶ Disp. 12, sect. 3, num. 5. —

⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁸ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 8. — ⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 68. *Coninck.*, disp. 14, n. 58. — ¹⁰ Loc. cit., n. 68. *Coninck.*, loc. cit., n. 53. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 86. — ¹¹ Loc. cit., num. 4. — ¹² Loc. cit., § 1, n. 8. — ¹³ Loc. cit., n. 70. — ¹⁴ Loc. cit.

^{a)} Salmant. pariter loquuntur de ipso excommunicato sive vitando sive non, qui cum aliis in choro vel publice et solemniter recitaret. Sed S. Thomas, quem ibi citant Salmant., dicit mortale esse communicare cum excommunicato in divinis. Salmant. tamen, n. 71, dicunt « peccare mortaliter clericos qui coram excommunicatis vitandis recitant solemniter officium divinum »

174. - ^{a)} Henriquez, quamvis a Salmant. citatus, haec omnino praetermittit, *lib. 13, cap. 7, n. 2.*

^{b)} Sayrus, pariter a Salmant. citatus, de solo usu aquae benedictae loquitur, *lib. 2, cap. 3, n. 17.* Sed adverte Salmant. multa simul ponere et deinde auctores indistincte allegare.

^{c)} Cajetanus, *Sum., v. Excommunicatio, tit. Participatio cum excom., § Illicita autem*, dicit excommunicatum orare posse privatim in ecclesia, quando tempore officiorum per eam transit.

^{a)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, n. 16*; Paludanus, *in 4, dist. 18, qu. 6, art. 1, v. f. (n. 2, i. f.)*, loquuntur de ipso celebrante, vel de assistentibus, quos negant debere desistere, si exposito modo superveniat excommunicatus.

^{e)} Turrianus, *de Censur., lib. 2, disp. 11, dub. 3*, haec dumtaxat scribit: « Non esse communicare cum excommunicato, si quis audiat unam Missam et ille aliam; vel si sit excommunicatus in ecclesia non audiens Missam ».

175. - ^{a)} Excommunicatio haec, quae ceteroquin hodie amplius non viget, erat lata non ex cap. *Eos qui, de sent. excom., in 6°*, sed ex clem. *Gravis, eod. tit.*

^{b)} Cap. *Tanta, de excess. praelat.*, quod citat S. Alphonsus ex Salmant., loquitur de episcopo violante interdictum, et declarat omnes institutiones, collationes, amotiones, sententias ab eo factas post talem violationem, irritas esse et inanes. Sed in cap. *Latores, de*

Ad quid teneantur clerici si vitandus nolit recedere.

tenentur clerici eum (etiamsi esset sacerdos) expellere si possunt; aut si non possunt, ab officiis cessare et alia agere quae leguntur apud Busenbaum (*num. 177, v. Unde*). Alias graviter peccant, et excommunicationem minorem incurrunt ^{a)}, ex cap. *Is qui, de sent. excom.*; et *clem. 2, eod. tit.*

Assistentes eidem Missae peccant saltem venialiter.

Sicque pariter dicunt Bonacina ¹ et Salmant. ² graviter peccare assistentes eidem Missae quam audit excommunicatus: nisi excuset aliqua necessitas aut parvitas materiae. Et hoc videtur probabilius; quia in Missa necessario omnes audientes conveniunt in una oblatione. — Quamvis Suarez ^{b)} apud Salmant. non improbabiler dicat hanc communicationem adstantium culpam venialem non excedere. Et hoc probabile putant Palaus ³ et iidem Salmant. ⁴; et Sayrus ^{c)}, Filliucius ^{c)}, Henriquez ^{c)}, Krimer, apud Croix ⁵; quia talis communicatio videtur nimis remota et accidentalis, nisi illi sint etiam causa ut excommunicatus intersit. — Hac tamen ratione non obstante, nullus auctor hujusmodi assistentes excusat saltem a culpa veniali et ab excommunicatione minori.

Audientes aliam Missam non peccant.

Communiter autem docent Bisenbaum (*n. 173, v. Aliud*), et Palaus ⁶ cum Suarez, Sayro ^{d)}, Henriquez ^{d)}, Filliuccio ^{e)}, Bonacina, et alii cum Salmant. ⁷ ac Ron-

caglia ⁸, quod si adstantes audiant aliam Missam ab illa quam audit excommunicatus, tunc nec ipsi nec celebrans tenentur recedere; quia tunc nulla adest communicatio in eodem divino, et illa assistentia in eodem loco materialiter se habet.

177. — « Porro per divina officia intel-
« liguntur sacrificium Missae, publica ora-
« ctio olei, aquae, candelarum, et caetera
« annexa ordini clericali quae solemniter
« fiunt; — excepta concione ».

Quid venit nomine divinorum officiorum.

Nam audire concionem, sive lectionem theologiae, canonum, etc., nec excommunicato nec aliis cum ipso prohibetur, cum ibi nulla sit communicatio: argumento ex cap. *Responso, de sent. excom.* Salmant. ⁹, Croix ^{a)}. — Ipse autem excommunicatus nequit concionari aut legere: nisi sit toleratus et ab aliis requiratur; aut nisi ad hoc teneatur ex officio ^{b)}, quia tunc praesumitur ab iis requiri; ut Suarez ¹⁰, Palaus ¹¹ cum Bonacina, et adhaerent Salmant. ¹².

Non venit auditio concionis aut lectionis theologiae.

« In quibus, licet alii fideles non teneantur vitare toleratum, tenentur tamen « non toleratum sub mortali vitare » [Ex cap. *Is qui, de sent. excom.* ^{c)}] « nisi vel « levitas materiae vel ignorantia aut si-
« mile quid excuset.

« Unde, si talis praesens sit, moneri « debet ut recedat; si nolit, debet extrudi

Debet expelli vitandus.

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 9. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 72. — *Salmant.*, tract. 10, cap. 3, n. 72. — ³ Tract. 29, disp. 2, punct. 9, n. 5. — ⁴ Loc. cit. — *Krimer*, in lib. 5 Decretal., qu. 39, n. 1905. — ⁵ Lib. 7, n. 207. — ⁶ Loc. cit., num. 5. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1, num. 16. — *Bonac.*,

disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, num. 16. — ⁷ Tr. 10, cap. 3, n. 73. — ⁸ Tr. 4, qu. 2, quaestiu. 5. — ⁹ Loc. cit., n. 73. — ¹⁰ Disp. 12, sect. 2, n. 5. — ¹¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, num. 10. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 3, § 2, i. f. — ¹² Loc. cit., n. 73.

cler. excom. ministr. habetur expresse de sacerdote excommunicato qui coram se fecerit celebrare, quod « in perpetuum ab officio sacerdotali deponas ».

176. — ^{a)} Cap. *Is qui de sent. excom.*, et *clem. Gravis 2, eod. tit.*, quae hic allegat S. Alphonsus ex Salmant. non videntur ad rem. — Et cfr. *n. 147, notam a.*

^{b)} Suarez, quamvis a Salmant. simpliciter allegetur, *disp. 12, sect. 1, n. 16*, dicit « fortasse ».

^{c)} Auctores isti: Sayrus, Filliucius et Henriquez, videntur citari a Croix ex Krimer; Krimer vero eos allegat ex Palao sed falso; apud Palaum enim referuntur ad aliud asertum.

^{d)} Sayrus, *lib. 2, cap. 3, n. 22*; Henriquez, *lib. 13, cap. 7, n. 2*, rationem hujus

habent, scilicet negant inesse in hoc communicationem.

^{e)} Filliucius, *tr. 12, cap. 4, num. 90, v. Octavo*, de audientibus loquitur, et concordat, negans eos teneri recedere.

177. — ^{a)} Croix, *lib. 7, n. 281*, sic loquitur: « Auditor excommunicatus, quamvis sit vitandus, potest permitti ut audiat concionem... Non videtur tamen interesse posse lectioni v. g. theologiae ».

^{b)} Suarez hanc sententiam moderatur ita ut excommunicato tolerato id liceat in aliorum favorem tantum, non vero ut in suum favorem se ingerat.

^{c)} Cap. *Is qui* haec tantum, quod ad praesens attinet, habet: « Qui praesentibus majori excommunicatione nodatis scienter celebrare praesumit, licet in hoc temerarie

« vel exportari, licet sit sacerdos ». [Ex cap. *Veniens, de sent. excom. d)*]. — « Nisi « tamen gravius inde timeatur incommo- dum; ob quod, si expelli non possit, « omittendum est officium, etiam die festo; « et celebrans, nondum inchoato canone, « debet abrumpere Missam; si inchoavit, « potest, caeteris abeuntibus, sacrum pro- « sequi » [Ut tenent Suarez et Henriquez ^{e)}, contra Bonacina et Cornejo, apud Salmant. ¹⁾, qui merito utrumque probabile putant] « vel abrumpere: ob sententiae « utriusque probabilitatem. — Si conse- « cravit, debet, solo ministro manente, « pergere usque ad communionem inclu- « sive, et reliqua perficere in sacristia vel « alio decenti loco ». [Ut certum est cum Salmant. ²⁾].

« Quod si excommunicatus negligat « procurare absolutionem, eo fine ut non « audiat sacrum die festo, peccat mortali- « liter omissione sacri; secus, si alia de « causa negligat ». — [Vide dicta n. 161].

178. — « Quod si etiam obligatus est « ad Horas, non excusatur ab illis ».

Ita communiter Laymann ³⁾; Sayrus, Covarruvias, Avila, etc., cum Salmant. ⁴⁾ Etiam si teneatur ad officium ex solo titulo beneficii. Et si fructus illius beneficii non recipit, hoc provenit ex culpa sua.

Suar., disp. 12, sect. 1, n. 12. - *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, n. 13. - *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 4, dub. 2, v. f. ¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 71. — ²⁾ Loc. cit., n. 71. — ³⁾ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 6. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 3, n. 3 et 4. *Covar.*, Variar. lib. 3, cap. 13, n. 8, v. *Duodecimo*. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 6, concl. 1 et 2. ⁴⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 65 et 66. — ⁵⁾ Lib. 7, n. 224. *Palau*, tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 7. *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 15. *Laym.*, loc. cit., n. 6. — ⁶⁾ Loc. cit., num. 66. *Covar.*, loc. cit. - *Avila*, loc. cit., dub. 6,

Croix ⁵⁾ cum Palao, Suarez, Navarro ^{a)}, Laymann; et Salmant. ⁶⁾

Qui notant cum Covarruvias et Avila, quod si omnino privetur beneficio, tunc non tenetur amplius ratione beneficii recitare.

« Etsi non debeat dicere: *Dominus vobiscum*, sed: *Domine exaudi*, etc. ».

Si tamen diceret: *Dominus vobiscum*, venialiter tantum peccaret; ut Salmant. ⁷⁾ cum Bonacina et Henriquez ^{b)}. — Imo Avila et Hurtadus, apud Palaum ⁸⁾; et Navarrus apud Salmant. ⁹⁾, dicunt nullo modo peccare quando solus recitat, quia *ly Dominus vobiscum* erit tantum privata oratio pro aliis: sicut quando dicit in invitatorio: *Venite adoremus*.

Si autem Horas « cum alio privatim « legat, venialiter tantum videtur peccare ».

Quamvis enim in can. *Excommunicatos [caus.]*, 11, qu. 3 ^{c)} interdicitur excommunicato communicare cum aliis, etiam in oratione privata: at secluso scandalo et contemptu, non videtur materia gravis uti socio ad recitandum officium privatim, sicut ad dicendum rosarium. Ita probabiliter [Contin.] Tournely ¹⁰⁾, Bonacina ¹¹⁾; et Coninck, Diana, Covarruvias ^{d)}, Cornejo, Ugolino ^{e)}, apud Salmant. ¹²⁾. — Si

concl. 3, i. f. — ¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 64. *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 6. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 6, concl. 3. *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 5, diff. 2, n. 3. — ²⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 8. — ³⁾ Loc. cit., num. 64. *Navar.*, Man., cap. 27, num. 45 (edit. lat. Venet. 1575 et ital. Venet. 1575). — ⁴⁾ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 4, qu. 2, resp. 2. — ⁵⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 4. — *Coninck*, disp. 14, n. 55. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 89. - *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 4, dub. 1, qu. 3. - ⁶⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 63.

agat, irregularitatis tamen... laqueum non incurrit ».

^{a)} Loquens de casu simili, scilicet negat excommunicatum esse eum qui ejicit ab ecclesia, manibus in eam appositis, monialem divina officia turbantem.

^{e)} Henriquez male citatur a Salmant.; dicit enim, *lib. 13, cap. 10, n. 4*, incepto canone dimittendam esse Missam; incepto *Qui pridie* prosequendam esse.

178. — ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 102; de *Horis canon.*, cap. 7, n. 16, v. *Undecimo*, hoc non habet; a Croix citantur auctores indistincte, postquam multa tractanda simul posuit.

^{b)} Henriquez, *lib. 13, cap. 7, n. 2*, non satis accurate citatur a Salmant.; primo enim

in textu dicit excommunicatum teneri Horas « privatim recitare absque *Dominus vobiscum* ». In commentario autem *lit. 1*. « At excommunicatus, inquit, ne dicat *Dominus vobiscum*... Addit Majolus si sacerdos excommunicatus dicat *Dominus vobiscum*, fit irregularis, sed Navarrus negat peccatum esse dicere ».

^{c)} Iste canon loquitur directe de ceteris cum excommunicato communicantibus.

^{d)} Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 1*, § 3, n. 10, ubi de veniali peccato, loquitur non de ipso excommunicato, sed de eo qui cum excommunicato recitaret.

^{e)} Ugolinus, *de Censur.*, tab. 1, cap. 13, § 14, n. 1, a Salmant. citatus, non loquitur

Juxta plures non peccat dicens *Dominus vobiscum*.

Nec peccat graviter Horas recitans cum alio.

Obligatus ad Horas, ad illas tenetur licet excommunicatus.

autem sit toleratus, nullo modo peccat si recitet cum alio, ab eo requisitus; juxta dicta *n. 139, v. Probabilius.*

5^{us} effectus excommunicationis: Nullitas beneficii collationis, etc.

179. — « V^o. *Collatio beneficii* facta excommunicato nulla est, uti et *praesentatio* vel *electio*, *institutio* et *confirmatio*. « Ratio, quia excommunicatus, etiam tolleratus, non potest communicare in officio; proindeque incapax est beneficii, quod datur propter officium. — Idque licet ignoretur excommunicatio; quia ignorantia invincibilis, etsi excuset a culpa, non tamen supplet defectum conditionis requisitae ad valorem actus. « Vide Lessium ¹.

« Imo probabile est excommunicatum, quamvis beneficio ante obtento non privetur, fructus tamen et distributiones non facere suas; ideoque eas teneri restituere etiam ante sententiam iudicis, quia est privatus officio: fructus autem dantur propter officium, velut merces propter opus. Ita Suarez et alii, — contra Sanchez et Coninck, qui probabiliter putant, ex consuetudine ^{a)} non teneri ante sententiam, modo per se vel alium inserviat beneficio ».

180. — Plura hic notanda et examinanda. — Equidem nulla est omnis beneficii collatio, electio, etc., facta in favorem excommunicati, ex cap. *Postulastis, de cler. excom. ministr.*

Conferentes, etc. peccant graviter.

Hinc notandum i^o. Quod tunc non solum recipientes, sed etiam conferentes, etc., peccant graviter; et incurrunt, ultra excommunicationem minorem, etiam suspensionem a collatione ex *cit. cap.* Vide

¹ Lib. 2, cap. 34, dub. 22, n. 16 et 17. — *Suar.*, disp. 13, sect. 2, n. 7 et seqq. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. — *Coninck*, disp. 14, dub. 9, n. 80 et 81. — ² Tr. 10, cap. 3, num. 96 et seqq. — ³ Loc. cit., n. 98. — ⁴ Disp. 13, sect. 1, n. 6. — ⁵ Disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, n. 3. — ⁶ Tr. 29, disp. 2, punct. 10, n. 9. — ⁷ Loc. cit., n. 102. — ⁸ Loc. cit., n. 103. — *Bonac.*, loc. cit., n. 3. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 7, dub. 1. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 13, n. 1. — *Nicol. Garcia*, de Benef., part. 7, cap. 13, n. 24. — *Ugolin.*, tab. 2, cap. 13, § 3. — ⁹ Loc. cit., num. 11. —

*Salmant.*². — Valida tamen est collatio, si Papa scienter conferat beneficium excommunicato; vel si in concessione Pontificis adsit clausula absolutionis a censura ad effectum gratiae consequendum: nisi quis excommunicatus sit ob haeresim, quae non comprehenditur sub generali absolutione. *Salmant.*³.

Interdum est valida collatio a Papa.

Notandum 2^o. Quod idem quod dictum est de beneficiis dicitur de collatione et receptione *dignitatum ecclesiasticarum* habentium jurisdictionem, prout episcopus, prioratus et similis. — Ita communiter Suarez ⁴, Bonacina ⁵, Palaus ⁶, et *Salmant.* ⁷.

Dicta de beneficiis valent pro dignitatibus ecclesiasticis.

An autem *idem procedat quoad dignitates saeculares?*

Affirmant ^{a)} *Salmant.* ⁸ cum Bonacina, Cornejo, Henriquez, Garcia, Ugolino, etc.; quia excommunicati invalide exercent actus jurisdictionis. — Negant vero Palaus ⁹; ac Coninck, Filiuccius, Gibalinus et Hurtadus, apud *Salmant.* ¹⁰ (qui id recte probabile vocant). Ratio, quia nullum habetur expressum jus de facto irritans collationem hujusmodi dignitatum. — Nec obstat quod acta iudicis excommunicati sint nulla: prout probabiliter docent ^{b)} Suarez ¹¹, Diana ¹²; *Salmant.* ¹³ cum Coninck et Hurtado; ac ipse Palaus ¹⁴ cum Innocentio ^{c)}, Panormitano, Vasquez, Laymann, Bonacina, etc.; eo quod consuetudine jam receptum est, annulationem actorum pro iudice ecclesiastico praescriptam in can. *Audivimus, caus. 24, qu. 1*; et in cap. *Tanta, de excessib. prael.*, extendi etiam ad iudicem saecularem.

Probabiliter non valent pro dignitatibus saecularibus.

Coninck, disp. 14, dub. 11, n. 106. — *Fill.*, tr. 12, cap. 7, n. 173. — *Gibal.*, disquis. 7, qu. 7, n. 5. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 8, diff. 2, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 103. — ¹¹ Disp. 16, sect. 1, n. 2, 5 et seqq. — ¹² Part. 5, tr. 9, resol. 108. — ¹³ Tr. 10, cap. 3, n. 121. — *Coninck*, loc. cit., n. 103. — *Hurtad.*, loc. cit., n. 3. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 2, punct. 14, § 2, n. 2. — *Panorm.*, in cap. *Ad probandum 24*, de sent. et re iudic., n. 2; et in cap. *Sciscitatus 13*, de rescript., n. 12, i. f. — *Vasq.*, de Excom., dub. 5, n. 8. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 14. — *Bonac.*, disp. 2, qu. punct. 7, n. 1 et 2

de gravitate peccati; id solum scribit: « Ubi excommunicatus est..., cum aliis eas non recitabit, cum aliorum communionem careat ».

179. — ^{a)} Nec Sanchez, nec Coninck loquuntur de consuetudine.

180. — ^{a)} Bonacina, Cornejo, Garcia et Ugolinus excipiunt casum quo dignitatem

jure haereditario, vel etiam emptionis titulo acquireret.

^{b)} Scilicet de vitando.

^{c)} Innocentius, in cap. A nobis, de except., citatus a Palaus, loquitur non de iudice, sed de accusatore, quem repellit ab accusatione, si est excommunicatus.

Nam respondetur quod, licet excommunicatus impediatur a suo officio exercendo, non efficit ut officii collatio sit nulla; post enim absolutionem valide et licite poterit talis iudex suo munere fungi.

Valent
pro pensio-
ne clericali,

aut eccle-
siastica,

sed non
pro laicali,
vel mixta.

Electus
ante excom-
municatio-
nem valide
acceptat.

Notandum 3^o. Idem quod de beneficio, dicendum esse de *pensione clericali*, quae datur in titulum beneficii ob ministerium ecclesiasticum; et de pensione *ecclesiastica*, licet temporali, quae datur ob officium ecclesiasticum, prout vicario aut coadjutori episcopi. Ita Salmant.¹ cum Palao, Suarez et communi. — Secus autem, si pensio sit mere *laicalis*, vel etiam mixta (juxta dicta apud Busenbaum, *Lib. IV, n. 137*); ut probabiliter Palaus, Avila, Laymann, Sà^{d)}, etc., cum Salmant.²

Notandum 4^o. Quod, si quis ante excommunicationem fuisset presentatus vel electus ad beneficium, valide acceptat et possessionem obtinet, etiamsi tempore acceptationis sit excommunicatus; quia acceptatio seu possessio non sunt actus jurisdictionis, sed privati. Ita Palaus³, Bonacina⁴, Covarruvias, Avila, etc., cum

Salmant.⁵ (contra Suarez apud [Contin.] Tournely⁶, qui sententiam Suarii vocat aequae probabilem). — Secus dicendum, si is erat excommunicatus tempore collationis, licet postea tempore acceptationis absolutus sit: est commune. Vide Salmant.⁷ Quare requiritur tunc nova collatio; quamvis probabile putent Salmant.⁸ cum Lessio, Bonacina^{e)}, Navarro^{f)}, Henriquez^{g)}, sufficere quod collator sciens in prima voluntate perseveret.

Notandum 5^o. Quod excommunicatus beneficium recipiens non potest facere suos fructus perceptos tempore excommunicationis, etiamsi postea absolvatur et rite beneficium reobtineat. — Attamen eo casu, si pro illo tempore per se vel alios satisfecerit officio annexo, potest fructus retinere; quia fructus beneficii vacantis, ubi non est usus *spolii*, spectant ad successorem; ut dicunt^{h)} Bonacinaⁱ⁾; et Salmant.⁹ cum Coninck, Henriquez^{j)}, Diana et Leandro^{j)}.

Ubi autem est lex *spolii*, recte ait Palaus^{k)} cum Navarro^{l)}, Henriquez^{l)}, Co-

Excommu-
nicatus be-
neficium re-
cipiens non
facit suos
fructus.

Limitatio-
nes.

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 107. *Palaus*, tr. 29, disp. punct. 10, num. 6. - *Suar.*, disp. 13, sect. 1, num. 7 et 8. - *Palaus*, loc. cit., num. 6 et 8. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 5, dub. 5, init. et concl. 1. - *Laym.*, loc. cit., cap. 2, n. 8. - ² Tr. 10, cap. 3, n. 108. - ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 10, num. 17. - ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, num. 9. - *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 7, n. 4, v. *Duo-*

decimo. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 5, dub. 6. - ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 110. - *Suar.*, disp. 13, sect. 1, num. 15 et seqq. - ⁶ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 2. - ⁷ Loc. cit., num. 111. - ⁸ Loc. cit. - *Less.*, lib. 2, cap. 34, dub. 22, num. 119. - ⁹ Tract. 10, cap. 3, num. 101. *Coninck*, disp. 14, dub. 9, num. 71. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 99.

^{d)} Sà, v. Homicidium, num. 20, scribit: « Homicida voluntarius [qui a Trid. sess. 14, de ref., cap. 7, declaratur irregularis et prorsus incapax cujuscumque beneficii etiam simplicis] non est incapax pensionis ».

^{e)} Bonacina, loc. cit., n. 10, existimat sententiam hanc non esse improbabilem, « modo tempore acceptationis electores et praesentatores permanserint in sua prima voluntate ». Praetermittit verbum: *scienter*.

^{f)} Navarrus a Salmant. ex Palao citatur. Palaus autem allegat *consil. 63 de sent. excom.*, quod in meis editionibus non existit. Sed *tit. de sacram. non iterand., consil. 8, n. 7*, hoc modo breviter colligitur: « Beneficii collatio nulla tacite revalidatur, cum cessante impedimento, is ad quem provisio spectat, sciens patitur provisum illud retinere ». Et ibi sermo est de collatione facta laicis nondum ordinatis, quam negat valere, et addit: « Si praefati possederunt illa beneficia videntibus et tolerantibus collatoribus eorum, videntur tacite relecta ».

^{g)} Henriquez a Salmant. utique citatur;

sed *lib. 13, cap. 13, n. 1*, lit. *d*, nil dicit de duratione voluntatis: « Satis tamen videtur, inquit, si ita electus aut praesentatus, antequam acceptet aut fiat sibi collatio, absolva-tur et fiat capax ».

^{h)} Auctores citati mentionem non faciunt de lege *spolii*, vi cujus omnes fructus beneficii post mortem beneficiati cedebant Camerae Apostolicae, ex const. Pauli III, Pii IV, et S. Pii V. Cfr. Ferraris, v. *Spolium*.

ⁱ⁾ Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, n. 5* loquitur tantum de excommunicato beneficium recipiente et dicit eum nullum jus ad fructus habere.

^{j)} Henriquez, *lib. 13, cap. 14, num. 3* et Leander, *tr. 2, disp. 9, qu. 26*, non exigunt quod satisfecerit officio; id solum exigunt casu quo excommunicatus non potuerit revalidationem tituli obtinere.

^{k)} Palaus, *tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 1*, videtur agere tantum de casu ubi excommunicatus beneficium iterum non obtinet; tunc potest retinere fructus servitio respondentes.

^{l)} Navarrus, *lib. 5, cons. 50, de sent.*

nink¹⁾ et Avila, posse tantum retinere fructus correspondentes servitio praestito. — Imo probabiliter dicunt Suarez¹, [Contin.] Tournely², Diana³; et Salmant.⁴ cum Coninck et Cornejo, quod si ille bona fide beneficium recepit et servitium praestitit: tunc, licet teneatur beneficium dimittere, potest tamen retinere aut exigere fructus suae congruae sustentationi correspondentes pro tempore servitii praestiti; quia reipsa Ecclesiae inservivit, et ratione illius operis dignus est congrua sustentatione.

181. — Sed quaeritur 1^o. *An excommunicatus etiam toleratus sit inhabilis ad beneficia, officia, etc.?*

Negant Gibalinus, Navarrus^{a)}, Diana^{b)}, Hurtadus (et probabile vocat Lessius), apud Salmant.⁵ Quia Concilium Constantiense, concedens fidelibus cum excommunicato tolerato communicare, consequenter concedit excommunicato beneficium recipere. — Verius tamen affirmant Palaus⁶, Suarez⁷, [Contin.] Tournely⁸; item Avila, Coninck, etc., cum Salmant.⁹ Ratio quia, etsi concessum sit aliis cum tolerato communicare, excommunicatus tamen non potest officia praestare; quare collatio semper fit indigno.

Limitatio. Exciperem, si in aliquo casu officia praestanda essent in commodum conferentium beneficium, et petentium illius communicationem in praedictis officiis. — Hinc licet in cap. *Postulastis, de cler. excom. ministr.* lata sit suspensio contra

conferentes beneficium excommunicato; tamen recte dicunt Salmant.¹⁰ hanc suspensionem sublatam fuisse ex concilio Constantiensi.

182. — Quaeritur 2^o. *An valida sit collatio beneficii facta alicui inculpabiliter ignorantem se esse excommunicatum vel non esse ab excommunicatione absolutum?*

Negant communius Palaus¹¹, Lessius¹² et Sanchez¹³, Suarez¹⁴, et alii cum Salmant.¹⁵ Ratio, quia ignorantia excusat quidem a culpa, sed non tollit inhabilitatem. — Dicunt tamen Lessius¹⁶ et Salmant.¹⁷, probabilem esse sententiam Dianae et Bauny cum Fabro, quod collatio tunc satis sit valida^{a)}; quia collator ad cautelam solet absolvere a censuris, dum alicui de beneficio providet, ad effectum scilicet tantum praesentis collationis consequendum. Idque revera est satis probabile^{b)} cum Cabassutio¹⁸.

183. — Quaeritur 3^o. *An qui est excommunicatus post beneficium obtentum privetur fructibus ante sententiam iudicis, etiamsi per se aut per alium officium praestet?*

Affirmant Concina¹⁹ cum Suarez, Filiuccio^{a)}, etc. — Sed probabilius negant Palaus, Sanchez, Laymann, Tournely, Salmant. et alii, quos retulimus *Lib. III, n. 670*.

Post sententiam vero, excommunicatus restituere quidem tenetur omnes fructus, donec absolvatur; etiamsi per se non

Probabiliter validum est collatum facta ignorantem se esse excommunicatum.

Excommunicatus non privatur fructibus ante sententiam

Avila, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 7, post concl. 4, v. *Ex dictis*. — ¹ Disp. 13, sect. 1, n. 3. — ² De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, v. *Hic tria*. — ³ Part. 5, tr. 9, resol. 99. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 100. — *Coninck*, disp. 14, dub. 9, n. 71. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 6, dub. un., qu. 3. — *Gibal.*, disquis. 7, qu. 7, num. 10. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 6, diff. 2, n. 6 et 7. — *Less.*, lib. 2, cap. 34, dub. 22, num. 117. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 104. — ⁶ Tr. 29, disp. 2, punct. 10, num. 3. — ⁷ Disp. 13, sect. 1, num. 26. — ⁸ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 1. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 5, dub. 2, concl. 1. — *Coninck*, disp. 14, n. 70. — ⁹ Loc. cit., num. 105. — ¹⁰ Loc. cit., num. 106. — ¹¹ Loc. cit.,

num. 4. — ¹² Lib. 2, cap. 34, num. 117. — ¹³ Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 10, n. 7. — ¹⁴ Disp. 13, sect. 1, num. 30. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 99. — ¹⁶ Lib. 2, cap. 34, dub. 22, n. 117. — ¹⁷ Loc. cit. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 99. — *Bauny*, Theol. mor., part. 2, disp. 7, qu. 18, cas. 3. — *Philip. Faber*, in 4, dist. 25, qu. 1, disp. 4, num. 191. — ¹⁸ Lib. 5, cap. 11, n. 11. — ¹⁹ De Censur., diss. 2, cap. 1, num. 29 et 25. — *Suar.*, disp. 13, sect. 1, n. 4. — *Palaus*, tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 4. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 9. — *Contin. Tournely*, de Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 4. — *Salmant.*, tr. 10, cap. 3, n. 114.

excom.; Henriquez, *loc. cit.* et Coninck, *loc. cit.*, aiunt excommunicatum obtinentem revalidationem tituli servare posse omnes fructus.

181. — ^{a)} Navarrus, *loc. cit.* a Salmant., id est, in cap. *Fratres, de poenit., dist. 5, n. 46*, loquitur de excommunicato qui inculpabiliter ignorat se esse excommunicatum.

^{b)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 99*, recitat dumtaxat hanc et oppositam sententiam.

182. — ^{a)} Bauny et Faber hoc asserunt de foro interno tantum.

^{b)} Cabassutius ait per clausulam absolutionis ad effectum gratiae consequendae occurri nullitati rescriptorum apostolicorum.

183. — ^{a)} Filiucci, *tr. 12, cap. 5, n. 129*, absolute id affirmat, nulla facta mentione de servitio praestito necne; sicut pariter in contraria sententia Palaus.

stet quominus absolvatur. Nisi esset pauper; quo casu sibi fructus tamquam pauperi applicare posset. — Ita Laymann¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Silvestro^{b)}, Cornejo^{c)}, etc.

6^{us} effectus: Privatio communicationis forensis.

184. — « VI^o. Privat *communicatione fo-
rensi*. Unde excommunicatus nequit esse « judex, advocatus, procurator (licet pro « semetipso respondere possit ipse. Co- « ninck, Praepositus, Diana⁴⁾ ». — [Et etiam actorem reconvenire; et hoc, etiamsi per alium commode possit se tueri; ut Coninck, Palaus, Suarez, etc., contra alios, apud Salmant.⁵⁾].

Item « actor, tabellio, testis, etc.; ita « ut contra excommunicatum, etiam tole- « ratum, semper possit reus excipere ».

Ita ex cap. *Veniens ad nos, de testibus*; cap. *Pia, de except.*, in 6^o; et can. *Nullus*, [caus.] 3, qu. 4. Quamvis is actor excommunicatus valide agat, donec repellatur; ut ex dicto cap. *Pia*. Dicunt tamen Diana et Lezana^{a)} apud Salmant.⁶⁾ non peccare graviter actorem qui juste petit suum, si non repellitur. — Toleratus vero licite tuetur se et alios in iudicio; ut Palaus⁷⁾;

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 9. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 6. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 117. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 1, concl. 3. — *Coninck*, disp. 14, dub. 11, n. 101 et 117. — *Praepos.*, de Censur., qu. 2, dub. 13, n. 87. — ⁴ Part. 5, tr. 9, resol. 111. — *Coninck*, loc. cit., n. 115 et seqq. — *Palaus*, disp. 2, punct. 14, § 2, n. 24 et 26. — *Suar.*, disp. 16, sect. 4, n. 2 et 6. — ⁵ Loc. cit., n. 124 et 125. — *Diana*, loc. cit., resol. 110. — ⁶ Loc. cit., n. 118. — ⁷ Loc. cit., num. 13. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 7, dub. 3,

Salmant.^{b)} cum Avila^{b)}. Vitandus tamen non potest alios in iudicio defendere; quamvis, si faciat et stipendium recipiat, non teneatur illud restituere. Navarra^{c)}, Avila, Lezana, Salmant.⁸⁾ — Exceptio autem opponi potest etiam post sententiam ante ejus executionem. Salmant.⁹⁾ ex dicto cap. *Pia*.

« Quod si non faciat, nec judex eum « repellat, valida ejus acta erunt, si sit « toleratus. Secus est de iudice non tole- « rato, cum sit privatus jurisdictione ». [Hoc recte putant esse probabilius Salmant¹⁰⁾; juxta dicta supra, n. 180, ad *Not. 2*. Testis pariter vitandus valide testatur, si non repellitur; toleratus autem valide et licite, si ab una partium requiritur. Salmant.¹¹⁾ cum Avila^{d)} et Palao^{d)}]. — « Vide Laymann¹²⁾, Diana¹³⁾.

« Non potest etiam esse tutor aut cu- « rator, Diana^{e)} ex Silvestro^{e)}. — Neque « testamenti executor. Diana¹⁴⁾, ex Car- « pio, etc. (contra Sanchez, Lugo, etc.). Si « tamen non fiat oppositio, valide exse- « quitur, ibid.¹⁵⁾. Nec potest ipse testari « licite; etsi faciat valide, etiam cum ex-

concl. 3. — *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, n. 38.

⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 118. — ⁹ Loc. cit., n. 119. — ¹⁰ Loc. cit., n. 121. — ¹¹ Loc. cit., n. 123. — ¹² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 14. — ¹³ Part. 5, tr. 9, resol. 112 et 113, — ¹⁴ Part. 8, tr. 5, resol. 2. — *Francisc. Carpius*, de Executor. testam., lib. 1, cap. 9, a num. 26. — *Sanchez*, Consil., lib. 4, cap. 1, dub. 40, num. 11. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 24, sect. 16, num. 324. — ¹⁵ Ap. *Diana*, loc. cit., resol. 2, i. f.

^{b)} Silvester, v. Clericus IV, n. 17, qu. 25, i. f., scribit quod si excommunicatus « non habet unde vivat..., providendum est ei interim de bonis Ecclesiae ».

^{c)} Cornejo, de *Excom.*, disp. 10, § 6, dub. un., qu. 2, v. *Et si roges*, distinguit: Si perseverat excommunicatus in sua contumacia, non potest propria auctoritate id facere; si vero in contumacia non perseverat, pauper potest percipere fructus sibi et suis necessarios.

184. — ^{a)} Lezana, Sum., v. *Excommunicatio*, num. 37, hac de re dumtaxat scribit: « Peccat... mortaliter vel venialiter juxta capacitatem materiae, actoris munus exercendo..., nisi magna necessitate cogente id faciat ».

^{b)} Salmant., loc. cit., n. 118, ubi citant Avilam, loquuntur de tolerato qui alios tuetur; et ita revera Avila, part. 2, cap. 6, disp. 7, concl. 2. Salmant. tamen, n. 124, dicunt excommunicatum quemlibet posse se ipsum defendere, non tamen posse per se

ipsum comparere, nisi non inveniatur procuratorem, vel alium qui causam ejus suscipere queat: Idemque tenet Avila, dub. 2.

^{c)} Petrus Navarra, de *Restit.*, lib. 2, cap. 2, n. 237, de casu simili tractat, scilicet de beneficiato excommunicato etiam notorie, quem dicit lucrari fructus beneficii, modo officia ei annexa exsequatur, Horis assistens, residens.

^{d)} Avila et Palaus, citantur solum pro tolerato; et revera Avila, loc. cit., disp. 7, dub. 4; Palaus, loc. cit., n. 17, asserunt toleratum posse esse testem, quia hoc munus ex natura sua ordinatur in favorem partis.

^{e)} Diana, part. 5, tr. 9, resol. 115, negat excommunicatos posse licite esse tutores vel curatores; contractus tamen ab eis initos probabiliter validos esse ait. Et contra hanc ultimam partem allegat Silvestrum, qui revera v. *Excommunicatio* III, n. 2, negat contractus initos ab his, si sint notorie excommunicati, validos esse.

« communicatum instituit haeredem *f)*.
« Suarez, Filliuccius, Mercerus, etc., cum
« Diana ¹.

Omnes contractus illiciti sed regulariter validi.

« Denique contractus omnes ab eo facti
« — etsi sint illiciti, et ratione eorum non
« detur actio in foro externo, durante exse-
« cutione *g)* — valent. Nisi fiant ab eo ut
« persona publica vel ministro ratione mu-
« neris et beneficii; quia tunc spectant ad
« jurisdictionem, quae suspensa est *h)*. —
« Diana ², ex Covarruvias, Filliuccio, Mer-
« cero, etc. ».

7^{us} effectus: Privatio usus jurisdictionis.

185. — « VII^o. Excommunicatus non to-
« leratus privatur *usu jurisdictionis*. Unde
« non potest valide eligere, conferre, prae-
« sentare, ferre leges vel sententiam. — Et
« qui sic beneficium a non tolerato accepit
« dicendus est intrusus; ac proinde tene-
« tur, sine alia juris declaratione, benefi-
« cium una cum fructibus relinquere ». [Ita communiter. Salmant. ³].

« Dixi: *non toleratus*. — Quia acta to-
« lerati probabile est esse valida ob bonum
« commune; graviter tamen peccat, si
« absque necessitate talia exerceat ». [Et
hoc certum est cum Salmant. ^{a)}, quoad
judicem ecclesiasticum, in cap. *Tanta, de
excess. praelat.*].

8^{us} effectus: Privatio ecclesiasticae sepulturae.

186. — « VIII^o. Non toleratus privatur
« *ecclesiastica sepultura*, ita ut non possit
« in loco sacro seu benedicto sepeliri. Et

Suar., disp. 15, sect. 9, n. 1 et 3. — *Fill.*, tr. 12, cap. 8, n. 206 et 207. — *Mercer.*, in Suppl., qu. 21, dub. 13, n. 5. — ¹ Part. 5, tr. 9, resol. 129. — ² Loc. cit., resol. 128. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 1, n. 10. — *Fill.*, loc. cit., num. 200 et seqq. — *Mercer.*, loc. cit., num. 4. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 121. — ⁴ Loc. cit., n. 76. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 8, qu. 2, v. *Sed quid*. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 77. — ⁶ Loc. cit., n. 82. — *Palaus*, disp. 2, punct. 6, n. 15. —

« si contrarium fiat, ac corpora discerni
« possint, debet exhumari; nec in eo loco
« divina peragi ante reconciliationem ».

Ita ex cap. *Sacris, de sepult.* Polluta autem ecclesia, manet pollutum et coemeterium; sed non contra ^{a)}, ex cap. *Consuluisti, de consecr. eccles.* Si vero excommunicatus decessit cum signis poenitentiae non est exhumandus, sed absolvendus, petita absolutione ab haerede. Salmant. ⁴ cum Palao ^{b)} et Cornejo.

Peccant graviter comitantes vitandum ad sepulturam, clerici canentes, etc. Vide Salmant. ⁵. — Sepelientes autem illum incurrunt excommunicationem majorem ex *clem. 1 de sepult.* ^{c)}. Per *sepelientes* autem non intelliguntur comitantes, canentes, etc.

An autem intelligantur *procurantes sepeliri*? Affirmant Salmant. ⁶ cum Palao, Coninck, Suarez. Sed negant Cajetanus, Bonacina, Avila, Henriquez ^{d)}, etc., ibid. ⁷. Recte dicunt Salmant. ⁸, utramque esse probabilem.

187. — « Dixi: *non toleratus*. — Quia ecclesia non polluitur, etsi haereticus non « speciatim denuntiatus in ea sepeliatur; « ut docent Suarez, Laymann et alii ». [Hinc tolerati licite sepeliuntur in loco sacro, si cum signis poenitentiae e vita migraverint. Palaus ⁹, Salmant. ¹⁰, Navar-

Coninck, disp. 14, dub. 8, n. 67 et 68. — *Suar.*, disp. 12, sect. 4, num. 10. — *Cajetan.*, Sum., v. *Excommunicatio*, cap. 46, v. *Nota 3*. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 3, § 3, n. 8. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 10, dub. 6, v. *Dico 2*. — ⁷ Ap. *Salmant.*, loc. cit., num. 81. — ⁸ Loc. cit., n. 80. — *Suar.*, disp. 12, sect. 4, num. 5. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, num. 9. — ⁹ Disp. 2, punct. 6, num. 12. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 3, n. 75.

f) Auctores videntur a Diana citari solum pro ultima parte asserti; nihilominus tamen implicite et quoad totum assertum concordant.

g) Lege: Durante excommunicatione.

h) Diana hanc utique exceptionem affert sed duas alias etiam addit; itemque Filliuccius et Mercerus, Covarruvias autem hanc solam innuit.

185. — ^{a)} Salmant. utique, *loc. cit.*, n. 121, dicunt acta tolerati valida esse; sed non dicunt hoc esse certum de iudice ecclesiastico. Quod autem certum habent, *loc. cit.*, et ad quod refertur cap. *Tanta, de excess. praelat.*, citatum n. 86, est quod actus iudicis ecclesiastici *vitandi* sunt nulli.

186. — ^{a)} Istud cap. *Consuluisti, de consecr. eccl. vel altar.*, ad rem non facit; citandum est autem cap. Si ecclesiam, *eod. tit. in 6^o*, ubi expressis verbis haec sanciantur.

^{b)} Palaus non recte citatur a Salmant.; scribit enim, *disp. 2, punct. 6, n. 13*: « Si... decesserit poenitenter, absolvendus est antequam sepeliatur; et si sepultus est ante, exhumetur ».

^{c)} Vide, in constit. *Apostolicae Sedis*, excom. 1 inter nemini reservatas.

^{d)} Henriquez, *lib. 13, cap. 43, num. 3*, lit. *c* et *d*, id aperte sentit, uti loquitur Avila: « Si ita sepelire praesumat suis manibus in loco sacro, ... incurrit excommunicationem episcopo reservatam ». Ita Henriquez.

rus^{a)}, Coninck^{b)}, Sayrus^{a)}]. — « Jure nihilo minus id prohibent episcopi in Germania; eo quod inter caeteras poenas non communicantium in Paschate, etiam statuat^rur privatio sepulturae ecclesiasticae ».

188. — « IX^o. Excommunicatus privatur « *omni alia civili communicatione fidelium*, ita ut ipse non possit cum aliis, et si non sit toleratus, etiam alii cum ipso non possint communicare: idque in casibus hoc versu comprehensis:

« 1. *Os*, 2. *Orare*, 3. *Vale*, 4. *Communicatio*, 5. *Mensa negatur* ».

Ista eruuntur ex iis quae declaravit Callixtus Papa in can. *Excommunicatos*, [caus.] 11, qu. 3, ubi dixit: *Nec cum eis in oratione, aut cibo aut potu, aut osculo communicet, nec ave eis dicat; quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, juxta apostolorum institutionem, et ipse simili excommunicationi subiacebit*. Non autem hic illud *simili* importat aequalitatem (scilicet, excommunicationem majorem), sed tantum similitudinem, prout excommunicatio minor similis est majori.

1^o Os.

189. — « Dicitur 1^o. *Os*: per quod intelligitur osculum et omne colloquium, etiam « privatum. — Item per nutus, litteras, internum et quodvis signum benevolentiae ». [Ut missio vel acceptatio munerum. Salmant.¹ cum Bonacina, Avila, Reginaldo, etc.].

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 135. *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 2. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 2. — *Regin.*, lib. 32, tr. 1, num. 69. — ² Part. 5, tr. 9, resol. 116. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 4. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 16. — ⁴ Loc. cit., n. 136. — *Gasp. Hurta.*, de Excom., disp. 9, diff. 1, n. 4. — ⁵ Lib. 50, de Excom.,

190. — « Dicitur 2^o. *Orare*, id est omnis « communicatio in divinis: de qua supra ». — [Vide dicta n. 173].

191. — « Dicitur 3^o. *Vale*: quod comprehendit omnem salutationem (saltem honorificam) verbo vel signo vel amplexu. — Et secundum quosdam, etiam resalutationem, eo quod sit actus observantiae; sed contrarium videtur verius, quia est solutio debiti. — Imo Sayrus^{a)}, etc. cum Diana² putant probabile quod solalis salutatio sit prohibita; non autem alia signa, v. gr. aperiendo caput, etc., quae urbanitatis causa fieri solent ».

192. — Dubitatur igitur 1^o. *An liceat exhibere excommunicato signa urbanitatis*, v. gr. adsurgendo, aperiendo caput, dando locum, sine tamen ulla expressione verborum?

Prima sententia valde probabilis negat. Et hanc tenent Suarez^{a)}; Palaus³ cum Laymann; Salmant.⁴ cum Hurtado; Escobar⁵ cum Vasquez et Silvestro; ac Bonacina^{b)} cum Henriquez, Ugolino et Reginaldo^{b)}. — Ratio, quia hujusmodi actus reverentiae, esto solis nutibus fiant et sine animo honorandi, sunt tamen quaedam communicatio et vera signa amicitiae ac salutationis.

Secunda vero sententia affirmat: modo absit animus salutandi. Hanc tenent S. Antoninus^{c)} cum Guillelmo; Navarrus⁶ cum Majore^{c)} et Angelo^{c)}; Filliuccius^{d)}, Spo-

2^o Orare.

3^o Vale.

Juxta alios, prohibentur signa urbanitatis sine verbis.

Juxta alios, non prohibentur.

num. 254. *Vasq.*, de Excom., dub. 8, num. 5. — *Silvest.* v. *Excommunicatio V*, n. 3, v. *Tertio*. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3. — *Ugolin.*, tab. 2, cap. 23, § 2, n. 9 et 10. — *Guillelm. Rhedon.*, Gloss. in Sum. S. Raym., de Poenit., lib. 3, de sent. praec., definit. et excom., § 40, v. *Ita ne*. — ⁶ Man., cap. 27, n. 20.

187. — ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 36, ad 2 et n. 137; Sayrus, *lib. 2, cap. 4, n. 12*, quidquid dicant Salmant., non requirunt signa poenitentiae, sed absolute dicunt toleratos posse in loco sacro sepeliri.

^{b)} Imo Coninck, *loc. cit.*, n. 66, dicit posse in loco sacro sepeliri, quoties non constat publice eum impenitentem decessisse.

191. — ^{a)} Scilicet Diana vocat probabilem sententiam quae intelligit per salutationem prohibitam solum verbalem vel per litteras, quam sententiam Sayrus, *lib. 2, cap. 13, n. 7*, tenet ut probabilior.

192. — ^{a)} Suarez, *disp. 15, sect. 1, n. 3*, hoc tenet « in rigore... juris »; licet sententia opposita « ad praxim accommodata sit et unam

possit excusationem habere, quae est consuetudo ». Et, n. 4, ait nonnullas ex his actionibus « fortasse » ex consuetudine excusari posse.

^{b)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 4*, revera tenet secundam sententiam, sicut et Reginaldus, *loc. cit.*, n. 82, dicendo illicita quidem esse haec signa, sed excusari posse si fiant non animo salutandi.

^{c)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 25, cap. 2, init.*, v. *Secundo*, absolute et sine conditione dicit licita esse haec signa et ita etiam Major, *in 4, dist. 18, qu. 2, init.*; et Angelus, v. *Excommunicatio VIII, n. 4*.

^{d)} Filliuccius, *tr. 13, cap. 5, n. 86*, id videtur pro solis superioribus vel personis publicis admittere.

rer¹; item Sotus^{e)}, Avila, Graffius et Sayrus, apud Palaum^{e)}. — Ratio: tum quia tales actus non exhibentur ut signa amicitiae aut communicationis, sed ut vitetur nota inurbanitatis; tum quia, esto hujusmodi actus involvant quamdam salutationem, talis tamen salutatio videtur consuetudine introducta ut necessaria, non quidem ad honorandum excommunicatum, sed ne ille contemnatur.

Secunda
sententia
est probabili-
lis.

Hanc autem secundam sententiam merito vocant probabilem ipsi fautores primae sententiae, nempe Bonacina, Palaus, Salmant. et Escobar. — Maxime^{f)}, ut ajunt Croix², Mazzotta³, Bonacina⁴ cum Suarez^{g)}, et Renzi⁵ cum Laymann^{h)} et Pellizario^{h)}, si excommunicatus sit superior vel persona publica, uti episcopus, praetor, etc.; quia tunc praedicta signa potius exhibentur ad vitandum damnum vel indignationem illius.

193. — Dubitatur 2^o. *An liceat excommunicatum resalutare?*

Affirmant Busenbaum (ut supra, n. 191), ac Filliuccius^{a)}; Henriquez et Krimer^{b)} apud Croix⁶ (et probabile putat Palaus⁷). Quia, ut ajunt, resalutatio illa non est exhibitio honoris, sed debiti solutio, quae non videtur ab Ecclesia vetari. — Sed probabilius negant Bonacina⁸, Holzmann⁹; et Salmant¹⁰ cum Avila^{c)}. Ratio, quia, cum vetitum sit salutare excommunicatum, ille

Probabilius non licet resalutare excommunicatum.

¹ Suppl. Decal., cap. 3, num. 97. — *Avila*, loc. cit., disp. 9, dub. 9. v. *Dico 2*. *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 12, num. 5. *Sayr.*, lib. 2, cap. 13, n. 7. — *Bonac.*, loc. cit., num. 4. — *Palaus*, loc. cit. — *Salmant.*, loc. cit., n. 136. — *Escob.*, loc. cit. — ² Lib. 7, n. 277. — ³ Tr. 8, disp. 2, qu. 1, cap. 3, num. 3, v. *Dicitur vale*. — ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 4. — ⁵ De Censur., tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 4. — ⁶ Loc. cit., num. 277. *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. o. — ⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 4. — ⁸ Loc. cit., n. 4. — ⁹ De Poenis eccl., n. 197. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 3, n. 136. — ¹¹ Loc. cit., n. 4. — ¹² Lib. 7,

non habet jus ut resalutetur; eo quod in poenam sui criminis est illo privatus.

Et sic pariter probabilius dicunt Bonacina¹¹, Croix¹², Viva¹³; Salmant.¹⁴ cum Avila; et Renzi¹⁵ cum Pellizario (contra Sà et Henriquez apud Viva¹⁶, quorum opinionem probabilem putat Mazzotta¹⁷), neque esse licitum excommunicato *rescribere*. — Ratio est eadem, ut supra; quia, cum prohibitum sit communicare cum excommunicato, ille non habet jus ut ei rescribatur.

Nec eidem
rescribere.

Caeterum, quoad *resalutationem*, non audeo primam sententiam dicere improbabilem. Quia, licet excommunicatus non habeat jus ut resalutetur, tamen resalutatio illa non videtur proprie actus honoris; et contra, negatio illius videtur quidam actus contemptus vel saltem inurbanitatis. — Quoad *rescriptionem* vero, non valeo acquiescere sententiae oppositae; quia rescriptio videtur vera communicatio.

Judicium
S. Doctoris
de sententia
opposita.

Qui autem excommunicatum injuriis afficeret^{d)}, vel ei diceret: *Deus te illuminet, convertat, etc.*, nullam quidem censuram incurrit. — Ita communiter S. Antoninus¹⁸, Salmant.¹⁹ et Croix²⁰.

194. — « Dicitur 4^o. *Communio*. Quae « comprehendit omnem contractum; qui « tamen validus est, si fiat ». [Ita Salmant.²¹ cum Palao, Coninck, Avila, contra ali-

4^o. Commu-
nio.

n. 277. — ¹³ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 9. — ¹⁴ Loc. cit., n. 136. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 9. — ¹⁵ De Censur., tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 2. *Pellis.*, tr. 7, cap. 2, n. 76. — *Sà*, v. *Excommunicatio*, n. 39 (edit. genuin.). — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. o. — ¹⁶ Loc. cit., n. 9. — ¹⁷ Tr. 8, disp. 2, qu. 1, cap. 3, num. 3, v. *Dicitur vale*. — ¹⁸ Part. 3, tit. 25, cap. 2, v. *Secundo*. — ¹⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 136. — ²⁰ Lib. 7, n. 276 et 277. — ²¹ Loc. cit., n. 138. — *Palaus*, tract. 29, disp. 2, punct. 16, ann. 3. *Coninck*, disp. 14, dub. 12, n. 119. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 10.

^{e)} Palaus, *loc. cit.* n. 4, sententiam exponit absolute et sine conditione; allatam tamen conditionem in probatione indicat. Et Sotus, *in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 2*, v. *Interdicitur et Ave*, dicit de his urbanitatis signis: « Fortasse ... non prohibentur, quamvis scrupulo non careat ».

^{f)} Hoc verbum: *maxime* est S. Alphonsi; auctores enim citati haec signa concedunt solum personis publicis vel superioribus.

^{g)} Suarez, *disp. 15, sect. 1, n. 4*, hoc non habet.

^{h)} Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2*,

num. 16, v. *Tertio*; Pellizarius, *tr. 7, cap. 2, n. 58 et 60*, excusant a communicatione subjectos, ut infra sub *humili*.

193. — ^{a)} Filliuccius, *tr. 13, cap. 5, n. 84*, dicit excommunicatum posse resalutari dicendo: *Deus te convertat vel illuminet*.

^{b)} Krimer, *in 5 decretal., qu. 39 n. 2000*, id habet ex Palao quem non reprobatur.

^{c)} Avila, *part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 9*, utique concordat; sed addit posse ei dici: *Deus te illuminet*.

^{d)} S. Antoninus et Salmant. non loquuntur de injuriis.

quos ^{a)}, ex *cap. 32, de sent. excom.* Illicitum autem est excommunicato testari, licet testamentum sit validum, nisi ille sit usurarius. Vide Salmant. ¹⁾. — « Item co-
« habitationem, cooperationem, societa-
« tem, v. gr. in contractibus, ita ut mo-
« raliter censeatur communicare, quod
« prudens aestimabit. Unde nec iter cum
« eo, tamquam cum socio, facere licet ».

Non licet cum eo collaborare, sedere, sub eodem tecto vivere, dormire: intellige per modum societatis. Nam alias, cubare tantum ad quiescendum, etiam in eodem lecto, non vetatur. — Ita probabiliter Suarez ²⁾, Bonacina ³⁾, Palaus ⁴⁾ et Salmant. ⁵⁾.

5^o Mensa.

195. - « Dicitur 5^o. *Mensa*; per quam in-
« telligitur omnis convictus et convivia
« per modum societatis et commercii;
« qualis non est, si casu incidas in idem
« hospitium, iter, mensam, imo lectum. —
« Vide Bonacina » ⁶⁾.

Prohibe-
tur convi-
ctus forma-
lis.

Non licet igitur communicare cum excommunicato in eadem mensa formaliter. — Idque accidit quando excommunicatus invitatur alterum ad coenam; aut quando aliquis vitam communem agit cum excommunicato, esto non vescatur eisdem cibis, ut evenire solet in monasteriis et seminariis; in quibus, tametsi diversae sint mensae in eodem refectorio, nihilominus omnes censeantur communicare in eadem mensa et refectioe. Idem est quando multi invitantur ab excommuni-

cato et in eodem cubiculo accumbunt, licet in diversis mensis; secus, si accumbant in mensis valde disjunctis seu dispositis in diversis cubiculis. Ita Suarez ⁷⁾, Salmant. ⁸⁾; et Bonacina ⁹⁾ cum Henriquez, Avila ^{a)}, Sayro ^{a)}, Filiuccio, Reginaldo ^{b)} et Ugolino.

Secus etiam, si quis ederet cum excommunicato in diversorio, adhuc in eadem mensa, ubi tamen unusquisque sibi intendit; ut Suarez ¹⁰⁾, Salmant. ¹¹⁾; et Bonacina ¹²⁾ cum Sayro ^{c)} et aliis. — Item secus si quis casu conveniat cum excommunicato in eadem domo, itinere vel mensa. Holzmann ¹³⁾, Sporer ¹⁴⁾; et Palaus ¹⁵⁾ cum Suarez, Laymann, Sayro ^{c)} et Hurtado.

Non autem
convictus
solum ma-
terialis.

196. - « *QUAERES I^o. Quale peccatum
« sit communicare cum excommunicato
« non tolerato? »*

« Resp. Communicatio in *divinis* cen-
« setur mortale propter gravitatem ma-
« teriae. — In *civilibus* autem (etsi inducat
« minorem excommunicationem), secluso
« tamen contemptu, tantum est veniale re-
« gulariter. Suarez, Bauny, etc., Diana ¹⁶⁾ ». [Ita etiam S. Thomas ¹⁷⁾; Salmant. ¹⁸⁾ cum Lezana, Suarez et communi]. « Quod adde
« quia aliquando est mortale, ut si quis
« cum excommunicato communicet in eo-
« dem crimine, v. gr. si quis concubinam
« excommunicatam cognoscat ».

197. - Distinguendum inter *peccatum* et *poenam* communicationis cum vitando.

¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 139. — ²⁾ Disp. 15, sect. 1, n. 8 et 9. — ³⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 5. — ⁴⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 5. — ⁵⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 137. — ⁶⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 6. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 6. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 140. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 6. *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. x. *Fill.*, tr. 13, cap. 5, num. 88. *Ugolin.*, tab. 2, cap. 23, § 2, n. 3. — ¹⁰⁾ Disp. 15, sect. 1, n. 6. — ¹¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 140. — ¹²⁾ Qu. 2, punct. 6, § 2, n. 6. — ¹³⁾ De Poenis Eccles., num. 197. — ¹⁴⁾ Suppl. Decal., cap. 3, num. 97. —

¹⁵⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 5. *Suar.*, loc. cit., n. 6. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 16, v. *Nomine autem*. *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 9, diff. 1, n. 5 et 6. — *Suar.*, disp. 15, sect. 2, a num. 2. — *Bauny*, Theol. mor., part. 2, disp. 6, qu. 5, v. *Dico* 3. — ¹⁶⁾ Part. 7, tract. 11, resol. 47; cfr. part. 5, tract. 9, resol. 2. — ¹⁷⁾ Suppl., qu. 23, artic. 3. — ¹⁸⁾ Loc. cit., num. 7 et 127. — *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, num. 44. *Suar.*, loc. cit.

194. - ^{a)} A Salmant. citatur *cap. Cum illorum 32, de sent. excom.*, pro validitate contractuum, quatenus in eo, uti dicunt Salmant., supponitur validam esse professionem ab excommunicato factam. Citant etiam *cap. Significanti 6, de eo qui duxit, etc.*, et *cap. Inter dilectos 8, de donationibus*, quae magis et presse ad rem faciunt. Praeterea Salmant. quasdam exceptiones ponunt, scilicet irritos esse ajunt, vel saltem irritandos, contractus initos ab haereticis vitandis eorumque fautoribus, sicut ab excommunicatis insordescen-
tibus per annum in excommunicatione.

195. - ^{a)} Sayrus, *lib. 2, cap. 13, n. 13*, communicationem esse censet si mensae disponantur in diversis cubiculis conjunctis. Idemque perspicue insinuat Avila, *loc. cit., dub. 11*.

^{b)} Reginaldus, *lib. 32, tr. 1, n. 86*, censet esse prohibitum in eadem domo comedere si « ab eodem uterque esset invitatus, quia hoc esset communicare in eodem convivio cum illo ».

^{c)} Sayrus, *lib. 2, cap. 13, n. 15*, ita docet, « modo eadem mensa non sit ». Quod adverterunt nec Bonacina nec Palaus.

Peccat gra-
viter com-
municans
in divinis,

aut in cri-
mine crimi-
noso.

Quoad *peccatum*, in duobus casibus communicans certe peccat graviter: 1^o. Si communicat cum eo in *divinis*, nisi excuset parvitas materiae; juxta dicta *n. 173*, v. *Ac licet*; et *n. 176*, v. *Sicque*. — 2^o. Si communicat *crimine criminoso*, id est in eodem crimine sive contumacia ob quam lata est excommunicatio: v. gr. si quis suam concubinam excommunicatam post excommunicationem iterum cognoscat; ut habetur ex cap. *Si concubinae, de sent. excom.* Vel si quis post excommunicationem latam in aliquem ob furtum, concubinatum, etc., impendit ei auxilium aut consilium ne restituat, ne concubinam dimittat, vel ne exeat ab excommunicatione. Ita Bonacina¹, Suarez² et Salmant.³, ex cap. *Nuper, de sent. excom.*

198. - Dubitatur autem: *an sit mortale frequenter communicare in civilibus cum vitando?* — Adest duplex probabilis sententia:

Probabili-
ter commu-
nicare fre-
quenter in
civilibus
non est mor-
tale.

Negant Navarrus⁴, Palaus⁵; ac Sayrus, Avila, Henriquez, Reginaldus, Diana, Leander, etc., apud Salmant.⁶. Quia communicatio in civilibus de se est tantum veniale: veniale autem per quamcumque multiplicationem non fit mortale. — Tunc autem dicunt Navarrus⁷ et Palaus⁸ cum Sayro^{a)} et Avila, frequentem communicationem esse mortalem quando ex ipsa communicatione crederet communicans excommunicatum sumere occasionem in sua contumacia perseverandi.

Probabi-
lius est mor-
tale.

Affirmant vero probabilius Suarez⁹, Bonacina^{b)}, Holzmann¹⁰, Sporer¹¹; et Salmant.¹² cum Villalobos, Coninck et Filiuccio. — Ratio, quia communicatio etiam civilis cum excommunicato vitando de se videtur materia gravis. Quod ma-

xime probatur ex can. *Excommunicatos [caus.] 11, qu. 3*, ubi (ut diximus *n. 188*) Callixtus Papa aequè prohibet communicationem in divinis quam in humanis. Item probatur ex cap. *Exceptionem 12, de except.*, ubi communicans civiliter cum excommunicato dicitur *in periculum animae suae...communicare*; periculum autem animae utique importat periculum damnationis, quae non nisi per culpam mortalem incurritur. — Communicatio igitur etiam civilis tantum ex parvitate materiae potest esse venialis; ergo si actus multiplicentur et junguntur, erit mortalis.

Advertunt vero [Cont.] Tournely¹³ ac Suarez¹⁴, Holzmann¹⁵, Sporer¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Coninck, ad peccandum graviter non sufficere si quis frequenter, etiam per longum tempus, sejunctim communicet cum excommunicato; sed requiri quod tales communicationes sint connexae saltem per modum unius objecti voliti, nempe cum quid habet propositum formale aut virtuale seu quasi ex habitu saepius communicandi longo tempore cum excommunicato, vel adsciscat eum sibi in socium aut famulum.

Requiritur
connexio
inter com-
municatio-
nes.

199. - Quoad *poenam* vero, communicans cum vitando sive in humanis sive in divinis incurrit tantum excommunicationem minorem^{a)}.

In tribus autem casibus incurrit etiam majorem: 1^o. Quando clericus scienter communicat in divinis cum excommunicato a Papa nominatim et denunciato, ex cap. *Significavit, de sent. excom.* Vide Salmant.¹⁸ cum communi. — 2^o. Quando excommunicatio est lata contra aliquem et simul contra participantes; tunc enim qui communicat cum illo (post monitionem

*Interdum
communi-
cans cum
vitando
plectitur
excommu-
nicatione
majori.

¹ Qu. 2, punct. 6, § 1, num. 8. — ² Disp. 15, sect. 2, an. 7. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 133. — ⁴ Man., cap. 27, n. 30. — ⁵ Tr. 29, disp. 2, punct. 18, n. 3. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 11, num. 13. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 3, concl. 2, v. *Ex dictis primo sequitur*. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 8, num. 1, lit. b. — *Regin.*, lib. 32, tract. 1, num. 92. — *Diana*, part. 5, tract. 9, resol. 2. — *Leand.*, tr. 2, disp. 14, qu. 2. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 128. — ⁷ Man., cap. 27, num. 30. — ⁸ Tract. 29, disp. 2, punct. 18, num. 3. — *Avila*, loc. cit.,

v. *Secundo dico*. — ⁹ Disp. 15, sect. 2, num. 11. — ¹⁰ De Poenis eccles., num. 198 et 199. — ¹¹ Suppl. Decal., cap. 3, num. 99. — ¹² Loc. cit., num. 129. — *Villal.*, part. 1, tract. 17, diff. 13, num. 4. — *Coninck*, disp. 14, num. 149. — *Fill.*, tr. 13, cap. 3, num. 43. — ¹³ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 7, v. *Dico 1.* — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Loc. cit. — ¹⁶ Loc. cit., num. 99. — ¹⁷ Tract. 10, cap. 3, num. 129. — *Coninck*, disp. 14, num. 491. — ¹⁸ Tract. 10, cap. 3, n. 131.

198. - ^{a)} Sayrus, *loc. cit.*, *n. 14*, concordat, sed requirit ut praeterea haec malitia sit nota ipsi excommunicato.

^{b)} Bonacina, *loc. cit.*, *num. 6*, ita sane

tenet ut probabilius; sed, *num. 7*, existimat contrariam sententiam esse tutam in praxi.

199. - ^{a)} Quae tamen, uti superius notatum est, abolita est.

tamen) incurrit excommunicationem majorem, et non potest absolvi^{b)} nisi ab eo qui absolvere potest principalem. Ita S. Thomas¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Hurtado, etc. — 3°. Quando quis scienter communicat cum excommunicato vitando in crimine criminoso (juxta mox dicta n. 197); et hic absolvendus tantum a quo principalis absolvi potest, ex cap. *Nuper, de sent. excom.* Ita Salmant.⁴ cum aliis^{c)}. — Addunt autem, ibid., etiam episcopum excommunicantem excommunicationem majorem incurrere, si communicet in crimine criminoso.

200. - « **QUAERES II°.** *An aliquando liceat cum non tolerato communicare?*

« Resp. Quod sic extra divina, in his « quinque casibus ». — [Qui habentur in can. *Quoniam multos, caus. 11, qu. 3*, et in sequenti versiculo continentur:

1. *Utile*, 2. *Lex*, 3. *Humile*, 4. *Res ignorata*, 5. *Necesse*].

201. - 1°. *Utile* intelligitur, « in casu utilitatis, sive *spiritualis* ipsius excommunicati, v. gr. ut convertatur; sive alterius, « v. gr. ut ab excommunicato consilium petat, quod ab alio habere non potest; « — sive etiam utilitatis *temporalis*, v. gr. « ut ab eo restitutio vel debitum ex contractu exigatur. Contractus tamen non vos cum ipso inire non licet; etsi, si « ineantur, sint validi, cum nulla sit lex « irritans ».

Licet igitur ob bonum spirituale excommunicatum monere verbis vel litteris; et ideo antea vel postea, alia verba inserere, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom.*,

¹ Suppl., qu. 23, art. 2. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 18, n. 6. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 132. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 10, dub. 5. - *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 9, diff. 3, n. 14 et 15. — ⁴ Loc. cit., n. 133 et 134. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, cas. 1. *Bonac.*, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 10. — *Avila*, loc. cit., disp. 11, dub. 2. - ⁵ Loc. cit., n. 142. — *Coninck*, disp. 14, dub. 12, n. 122 cum n. 118. *Avila*, loc. cit., disp. 11, dub. 3, concl. 8. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 143. *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, post concl. 2, v. *Praedicatio autem*. — ⁷ Loc. cit., num. 143. - *Coninck*, disp. 14, dub. 12, n. 121. - *Bonac.*, (non citat. a Salmant), disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 12. — ⁸ Tr. 29, disp. 2,

ac signa benevolentiae ostendere. *Sotus*, *Bonacina*, *Avila*, *Salmant.*⁵. — Licet etiam concionem coram eo facere.

An autem liceat in theologia eum instruere? — Negant *Coninck*, *Avila*, etc. Sed affirmant *Salmant.*⁶ cum *Soto* et *Sayro*^{a)}; quia in hoc jam est utilitas spiritualis excommunicati.

Ob bonum autem sive spirituale sive temporale aliorum licet ab excommunicato concionem audire, consilium petere, si desit alius aequè idoneus. — *Salmant.*⁷ cum *Coninck* et *Bonacina*.

Licet etiam societatem prius initam cum eo continuare; item ab eo medicinas vel eleemosynam petere^{b)}. — Ita *Palaus*⁸, *Suarez*⁹, *Bonacina*¹⁰ et *Salmant.*¹¹ cum *Coninck* et *Avila*.

202. - 2°. *Lex*, id est « in casu legis matrimonialis. — Quo modo uxori licet communicare cum marito et contra: nisi « factum sit divortium. *Diana*¹². — Non « tamen sponsus de futuro cum sponsa. « *Diana*¹³, ex *Sayro*, *Sanchez* et *Filliuccio* ».

Tam igitur excommunicato quam ejus conjugi licet petere et reddere debitum ut periculum incontinentiae vitetur, et in aliis omnibus mutuo conversari. Ita *D. Thomas*¹⁴, *Bonacina*¹⁵; et *Salmant.*¹⁶ cum *Suarez*, *Sanchez* et *Palao*. — Ex cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, ubi permittitur tam conjugibus quam filiis, famulis, etc., communicare cum excommunicato ut debitum ei obsequium praestent.

In tribus autem casibus nequeunt tales conjuges inter se communicare: 1°. Quando ipsi sunt jam per divortium separati; ut

punct. 19, n. 2 et 5. — ⁹ Disp. 15, sect. 3, num. 9. — ¹⁰ Loc. cit., num. 13 et 14. — ¹¹ Loc. cit., num. 144. *Coninck*, loc. cit., num. 120 et 122. *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 4; et dub. 5, prob. 2 opinio. — ¹² Part. 5, tr. 9, resol. 122. — ¹³ Loc. cit., num. 126. *Sayro*, lib. 2, cap. 14, num. 8. *Sanchez*, de Matr., lib. 9, disp. 14, num. 7. *Filli.*, tract. 13, cap. 6, num. 105. — ¹⁴ In 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, sol. 1. — ¹⁵ Loc. cit., n. 18 et 19, cfr. num. 24. — ¹⁶ Tract. 10, cap. 3, num. 145 et seqq. *Suar.*, disp. 15, sect. 4, num. 1, 8 et seqq., et num. 14. - *Sanchez*, loc. cit., num. 4, 16, 18 et 20. - *Palaus*, loc. cit., num. 3, 5 et 7.

^{b)} Soli *Salmant.* loquuntur de absolute ab ista excommunicatione.

^{c)} Vide infra in appendice excommunicationes 16 et 17 inter excommunicationes Romano Pontifici simpliciter reservatas ex constitutione *Apostolicae Sedis*.

201. - ^{a)} *Sayrus*, lib. 2, cap. 14, num. 3, id concedit dumtaxat si fiat ea intentione ut melius instrui possit et ad conversionem facilius inducatur.

^{b)} Si nempe non inveniatur alius aequè idoneus, uti notant auctores citati. Praeterea

cum Busenbaum (ut supra) dicunt Bonacina¹, Salmant.² et alii communiter^{a)}. — 2^o. Quando excommunicatio lata est propter dubium valoris matrimonii; ut [Contin.] Tournely³, Holzmann⁴, et Bonacina⁵ ac Salmant⁶. — 3^o. Quando alter conjugum est ob haeresim excommunicatus^{b)}, ex cap. *Decrevit, de haeret., in 6^o*: vide Salmant.⁷

Dubatur autem 1^o. *An quis possit communicare etiam in divinis cum conjugate excommunicato?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Salmant.⁸; ac Sanchez⁹ cum Navarro et Henriquez^{c)}. — Et probant ex can. *Quoniam*, ut supra [caus.] *11, qu. 3*, ubi generaliter Gregorius VII videtur eximere conjuges (sicut etiam filios, famulos, etc.) ab anathemate, si communicent cum excommunicato in iis in quibus sunt soliti communicare.

Secunda tamen verior sententia negat; et hanc tenent Bonacina¹⁰, Concina¹¹; et Cajetanus ac Armilla apud Sanchez¹². — Ratio, quia in cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, Innocentius III, declarans praefatum textum Gregorii, dicit uxores et alios, ut supra, tunc tantum posse, imo et teneri cum excommunicato communicare,

quando id est necessarium ad praestandum obsequium ei debitum; uxori autem, ut praestet debitum obsequium viro, minime est necessarium quod cum eo communicet in divinis.

Dubatur 2^o. *An conjux qui scienter nupsit cum excommunicato possit deinde cum ipso communicare?*

Prima sententia, valde probabilis et communior, negat. Eamque tenent D. Thomas¹³, Suarez¹⁴, Palaus^{d)}; et Salmant.¹⁵ cum Coninck^{d)}, Angelo et Sayro^{e)}; [Contin.] Tournely¹⁶, Concina¹⁷; item Filliucius, Cornejo, Faber, Gordon^{f)}, etc., apud Bossium¹⁸. — Probatur ex dicto cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, ubi dicitur concedi facultas uxoris et aliis personis subjectis communicandi cum excommunicatis, eodem modo quo possent et tenerentur ante excommunicationem; ergo, si subjectio contrahitur post excommunicationem, non datur ipsis licentia communicandi. Id probatur etiam ratione; quia subjectio illa fuit inique contracta et inique acquisita; unde non debent eximi ab onere censurae qui contra eam deliquerunt.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent Sanchez¹⁹; Bonacina²⁰ cum

Juxta alios, conjux scienter nubens cum excommunicato nequit cum eo communicare.

Probabiliter potest.

Juxta alios, uxor, filii, etc. possunt communicare in divinis.

Verius negatur.

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 23. — ² Tr. 10, cap. 3, num. 148. — ³ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 3, v. *Excusat 2*. — ⁴ De Poenis eccles., n. 202. — ⁵ Loc. cit., n. 21. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 148. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., n. 145 et 154. — ⁹ De Matr., lib. 9, disp. 14, n. 5. — ¹⁰ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 22. — ¹¹ Diss. 2, cap. 1, n. 36. — *Cajetan.*, Sum., v. *Excommunicatio*, tit. *Participatio cum excom.*, in princ. *Armilla*, v. *Excommunicatio*, n. 44. — ¹² De Matr., lib. 9, disp. 14, n. 5. —

¹³ Suppl., qu. 23, art. 1, corp. — ¹⁴ Disp. 15, sect. 4, n. 6 et seq. — ¹⁵ Tract. 10, cap. 3, num. 148 et 152. *Angel.*, v. *Excommunicatio VIII*, num. 13. — ¹⁶ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 3, v. *Excusat 3*. — ¹⁷ Loc. cit., num. 36. *Fill.*, tr. 13, cap. 6, num. 103. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 2, v. *Sed difficultas est*. — *Faber*, in 4, dist. 25, qu. 1, disp. 4, n. 27. — ¹⁸ De Effect. Matr., cap. 1, n. 286. — ¹⁹ Loc. cit., n. 3. — ²⁰ Loc. cit., num. 18.

notandum est non omnes auctores citatos afferre cuncta exempla hic posita.

202. — *a)* Salmant. tamen addunt posse reconciliari, et tunc communicare etiam posse.

b) Aliqui, uti dicunt Salmant., excipiunt ex hoc capite, communicationem cum conjugate haeretico. Sed revera *in cap. Decrevit, de haeret., in 6^o*, solum statuitur « quod propter haeresim maritorum, uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari ».

c) Henriquez ita sane docet, *lib. 13, cap. 22, n. 2, comment.*, lit. *l*; sed, *n. 3, v. f.*, addit: « Tutius in praxi est, ne ratione legis vel humilis, denunciatus communicet in divinis ». Quod notat etiam Sanchez.

d) Palaus, *loc. cit.*, n. 15, hanc utique opinionem communem appellat, loquens de famulis; sed contrariam vocat probabilissimam.

At in fine, loquens de conjugibus, absolute dicit eos hoc casu teneri ad mutuam communicationem. — Coninck, *disp. 14, num. 125 et 129*, tenet potius secundam sententiam, dicens eam esse etiam per se valde probabilis et forte veriore ».

e) Sayrus, *lib. 2, cap. 14, n. 15*, hoc dicit de famulis; et noto auctores a Salmanticensibus citari pro famulis tantum, quamvis Coninck et Angelus loquantur etiam de conjugibus. Praeterea addo Sayrum inculcare hanc primam sententiam, *n. 4*, negando uxorem excusari a debito conjugali « ex superveniente excommunicatione ».

f) Gordon, *lib. 7, qu. 10, n. 73*, opinionem istam amplectitur, casu quo « uterque mala fide et durante alterius excommunicatione denunciata, contraxisset matrimonium ».

Ugolino et Alterio; ac Bossius¹ cum Coninck, Turriano, Diana et Villalobos; et merito probabilem vocat Palaus^{d)} et Salmant.² — Ratio, quia in can. *Quoniam multos*, [caus.] 11, qu. 3, Gregorius indistincte et absque ulla restrictione concedit personis subjectis facultatem communicandi cum excommunicato.

Satisfit
objectioni-
bus.

Nec obstat textus oppositus in dicto cap. *Inter alia*. Ex eo enim quod ibi dicitur, nempe: subjectos teneri ad praestandum obsequium excommunicato eodem modo ac ante excommunicationem, minime evincitur non posse communicare qui tempore excommunicationis subjectio- nem contraxerunt. Imo, in tantum ibi dicuntur subjecti teneri communicare, quia obligatio contracta praestandi debitum obsequium non eliditur ob excommunicationem supervenientem. Unde, sicut obligatio illa non cessat ob excommunicationem supervenientem, ita nec ob antecedentem. — Neque obstat quod nemo potest se obligare ad illicitum, prout est communicare cum excommunicato. Nam hoc curreret quando quis directe se obligaret ad communicandum; non vero, quando indirecte se obligat ratione contractus. Unde, quamvis illicite subjectio fuerit contracta, cum tamen contractus fuerit validus (prout certum est esse validum matrimonium cum excommunicato), ex eo bene oritur et viget obligatio debitum obsequium praestandi.

Et quod hic dicitur de conjugibus idem

Ugolino, tab. 2, cap. 23, § 6, n. 1. - *Alter.*, de Censur., lib. 1, disp. 15, cap. 2. — ¹ De Effect. Matr., n. 288. - *Coninck*, disp. 14, num. 125 et 129. - *Turrian.*, de Censur., lib. 2, disp. 13, dub. 2, vers. *Difficultas vero manet*. *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 122; cfr. etiam resol. 123. *Villal.*, part. 1, tr. 17, diff. 13, n. 12. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 152. — ³ Disp. 15, sect. 5, n. 3 et 4. — ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 28. — ⁵ Disp. 2, punct. 19, num. 10. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 149. *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 3. *Suar.*, loc. cit. *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, cas. 3. — ⁷ Part. 5, tr. 9, resol. 118 et 119. -

dicunt praefati auctores de filiis et famulis.

Idem valet
pro filiis et
famulis.

3°. Humile.

203. - 3°. *Humile*, id est, « in casu subjectionis. — Quo modo possunt filii etiam « emancipati ». [Ut probabiliter dicunt ^{a)} Suarez³, Bonacina⁴, Palaus⁵; et Salmant.⁶ cum Cornejo et Suarez, contra Sotum, Navarrum ^{b)}, etc.] — « addit Diana ⁷ ex « Cornejo, Filliuccio, Hurtado, etc., etiam « adoptivi vel illegitimi, imo etiam nepotes, pronepotes, et in eodem genere afines ^{c)} ». [Ut nurus, privigna, etc. Salmant.⁸ cum Suarez, Palao, Bonacina, etc.] — « communicare parenti; servi et ancillae domino, si ante excommunicationem fuerint in servitio.

« Similiter religiosi praelato: non tamen, nisi quoad eam communicationem quae ab habitantibus in eadem familia evitari non potest. Diana ⁹, contra Sotum ^{d)}. — Vide Filliuccium ¹⁰, Laymann et Bonacina ¹¹ ».

Sic pariter excusantur omnes servientes, etiam gratis, et tota familia excommunicati ex can. *Quoniam multos et cap. 34, de sent. excom.* Vide Salmant.¹² Ita etiam milites possunt communicare cum duce excommunicato, ex dicto cap. 34. Non autem vassalli cum suo domino, ex can. *Nos sanctorum*, [caus.] 15, qu. 6, nisi quoad solutionem tributorum, si ligati sint juramento fidelitatis; ut Salmant.¹³ cum Suarez, Avila, Cornejo. Attamen iudico saepe istos alias excusari ratione necessitatis vel utilitatis. — Item religiosi

Cornejo, loc. cit. *Fill.*, tr. 13, cap. 6, n. 108 et seqq. *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 9, diff. 4, num. 21. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, num. 149. *Suar.*, disp. 15, sect. 5, num. 7. - *Palaus*, disp. 2, punct. 19, n. 9. - *Bonac.*, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 29. — ⁹ Part. 5, tr. 9, resol. 127. — ¹⁰ Tr. 13, cap. 6, n. 125. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 16, v. *Tertio*. — ¹¹ Qu. 2, punct. 6, § 2, n. 26. — ¹² Tr. 10, cap. 3, num. 150. — ¹³ Loc. cit. - *Suar.*, disp. 15, sect. 6, n. 2 et 3. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 9. *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 3, v. *Circa tamen*.

203. - ^{a)} Cum hac limitatione: « Filium emancipatum quatenus filius est communicare posse parenti excommunicato, licet quatenus emancipatus est vitare illum debeat; in iis quae sunt propria filii, non prout filius est, sed prout est sub patria potestate ». Ita Suarez, cui consentiunt Bonacina et Cornejo.

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 26, innuit,

dicens per *humile* excusari filios « quos secum habet ».

^{c)} Non tamen omnes eodem modo eademque mensura.

^{d)} Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, scribit: « Et idem [quod de filiis et famulis] censent de subditis in religionibus respectu praelatorum, tametsi hoc Richardus et Paludanus gratis negent. ».

possunt communicare cum suis praelatis excommunicatis. Suarez ¹; et Palaus ² cum Bonacina, Sayro et communi, contra paucos.

An vero *famuli excommunicati ejusdem domini possint inter se communicare?*

Per se certe non possunt; cum in citato can. *Quoniam*, [caus.] 11, qu. 3, id eis non conceditur. — Possunt tamen per accidens; eo quod moraliter obligantur simul cohabitare. Ita Suarez ³, Navarrus ^{e)}, Bonacina ⁴; et Palaus ⁵ cum Hurtado, Sayro et Ugolino. Hoc tamen intelligendum quando ipsi serviunt impulsu necessitate se sustentandi, et insuper non possunt commode dominum illum relinquere.

204. — Notandum autem 1°. Quod sicut filii, uxores et famuli possunt cum excommunicato communicare, ita parentes, mariti et domini possunt communicare cum filiis, uxoribus et famulis excommunicatis. — S. Thomas ⁶, Palaus ⁷, Bonacina ⁸; et Salmant. ⁹ cum Soto, Henriquez, Cornejo, Avila, Coninck et Hurtado.

Notandum 2°. Famulos, uxores aut filios non posse communicare cum excommunicato in divinis; nisi tantum in iis, in quibus communicatio est necessaria ad praestandum obsequium illi debitum; ut mox supra diximus n. 202, *Dubit. 1.* — Hinc famuli licite comitantur dominum ad Missam, ac licite jussi ministrant celebranti excommunicato, aut cum eo officium recitant; ut dicunt Suarez ¹⁰ et Salmant. ¹¹. Hoc tamen intelligendum, quando famuli vi contractus tenentur ad hujusmodi obsequia exhibenda. — Secus, si non obligantur vi contractus, aut si obsequia

illa sint extraordinaria, nec ad suum famulatum pertineant; ut recte ait Suarez ¹². — Ubi bene pariter advertit non posse celebrantem uti clerico excommunicato, si commode alium adhibere possit.

Notandum 3°. Quod si famuli veniunt in familiam domini excommunicati, vel locant ei operas suas ante excommunicationem; vel etiam post excommunicationem, sed bona fide, quia nesciunt excommunicationem, vel quia coguntur a necessitate gravi: non peccant, et bene possunt communicare cum illo eodem modo ut supra. Peccant vero si scientes veniunt et sine necessitate. Ita Suarez ¹³, Palaus ¹⁴ et Salmant. ¹⁵ cum Coninck. — An autem in hoc casu teneantur postea discedere, et peccent communicando? Vide mox supra dicta, n. 202, *Dubit. 2*, de eo qui matrimonium contraxit cum excommunicato. Idem enim currit pro famulis locantibus excommunicato operas suas; ut dicunt auctores ibi citati.

205. — 4°. *Res ignorata*, id est « in casu » ignorantiae juris vel facti ».

Certum est quamlibet ignorantiam aut inadvertentiam inculpabilem, sive juris sive facti, excusare communicantes cum excommunicato; ex dicto can. *Quoniam multos*, [caus.] 11, qu. 3.

Sed dubitatur *an excuset etiam ignorantia culpabilis et crassa?*

Negant Bonacina ¹⁶ et Salmant. ¹⁷; quia Ecclesia imponit excommunicationem communicantibus cum vitando semper ac communicatio est peccaminosa.

Affirmant vero satis probabiliter Suarez ^{a)}, Holzmann ^{b)}; et Palaus ¹⁸ cum Co-

cit., qu. 2, v. *Sed an econtra*; et qu. 3, v. *Sed an vice versa*. Avila, loc. cit., disp. 11, dub. 5, v. *Sed est difficultas*, et dub. 7. Coninck, disp. 14, dub. 12, n. 123. Gasp. Hurtad., loc. cit., n. 23. — ¹⁰ Disp. 15, sect. 5, n. 22. — ¹¹ Tr. 10, cap. 3, n. 154. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Loc. cit., n. 13 et 17; cfr. sect. 4, n. 6. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 2, punct. 19, num. 14 et 15. — ¹⁵ Loc. cit., num. 151. — Coninck, disp. 14, n. 125 et 127. — ¹⁶ Punct. 6, § 2, n. 41. — ¹⁷ Loc. cit., cap. 3, n. 155, cum cap. 1, n. 196 et 197. — ¹⁸ Loc. cit., n. 24.

¹ Disp. 15, sect. 7, n. 2. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 19, n. 18. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 26. — Sayr., lib. 2, cap. 14, n. 18. — ³ Disp. 15, sect. 5, n. 23. — ⁴ Loc. cit., n. 35. — ⁵ Loc. cit., n. 23. Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 9, diff. 4, n. 25. Sayr., loc. cit., n. 14. Ugolin., tab. 2, cap. 23, § 8, n. 4. — ⁶ Suppl., qu. 23, art. 1. — ⁷ Loc. cit., n. 5 et 21. — ⁸ Loc. cit., n. 24 et 38. — ⁹ Loc. cit., n. 146 et 153. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, cas. 2 et 3. — Henricq., lib. 13, cap. 22, n. 2 et 3. Cornejo, loc.

e) Navarrus, quamvis citetur etiam a Palaus pro hac sententia, eam tamen non habet loco citato, *Man., cap. 27, n. 27*, neque alibi, quantum investigare potuerim. Nisi forte rem significet, n. 27, i. f., ubi scribit: « Per necesse excipitur qui participat propter magnam necessitatem propriam vel excommunicati ... ».

205. — a) Suarez, *disp. 15, sect. 3, num. 3*, dicit id « fortasse » verum esse, et loquitur de excusatione a minori excommunicatione.

b) Holzmann, *de Poenit. eccles., n. 202*, dicit ignorantiam, « saltem si sit invincibilis » excusare a culpa communicationem cum excommunicato.

Quid de famulis venientibus in familiam excommunicati.

Aliquando famuli possunt inter se communicare.

Domini possunt communicare cum sibi subjectis excommunicatis.

Quandoque licita communicatio in divinis.

4°. Res ignorata.

Probabiliter excusat ignorantia crassa.

ninck^{c)} et Hurtado. Et probatur ex eodem can. *Quoniam multos*. — *Primo*. Quia, cum ibi expresse excusentur ignorantes, videntur omnes quomodocumque ignorantes excusari, et damnari tantum scienter communicantes. — *Secundo*. Quia, cum Pontifex excuset ignorantes, videtur aliquem favorem velle concedere culpabiliter ignorantibus; dum ignorantes inculpabiliter ipso jure naturae excusantur. — *Tertio*. Quia (et hoc fortius urget) in dicto canone Pontifex asserit moveri ad praedictam indulgentiam concedendam, *quoniam multos* (sic enim ibi incipit loqui)... *pro causa excommunicationis perire* (nota), *quotidie cernimus, partim ignorantia, partim... simplicitate, etc.* Ergo Pontifex intelligit excusare etiam vincibiliter ignorantes; nullus enim perit ex ignorantia invincibili.

Necesse.

206. - 5^o. *Necesse*, id est « in casu necessitatis, sive animae, sive corporis, sive « bonorum temporalium ».

Excusat igitur quaevis necessitas gravis^{a)}, sive spiritualis, sive temporalis, sive communicantis, sive excommunicati, sive aliorum, si res non possit haberi ab alio quam ab excommunicato; ut communiter Bonacina¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Hurtado, Sayro et Lezana. Idque

Gasp. Hurtad., disp. 9, diff. 4, n. 26. ¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 57 et seqq. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 19, num. 28. — ³ Tr. 10, cap. 3, num. 157. - *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 13. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 9, diff. 4, n. 29 et 30. - *Sayr.*, lib. 2, cap. 14, n. 29 et seqq. - *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, n. 49. — ⁴ Loc. cit., n. 157. — ⁵ Decal., lib. 1, cap. 10, num. 63. — ⁶ Man. conf., cap. 22, n. 82; cfr. cap. 27, n. 27. — ⁷ Loc. cit., n. 26. — ⁸ De Censur.,

patet signanter ex cap. *Si vere 34, de sent. excom.*, et dict. can. *Quoniam multos*. — Sic pariter excusat necessitas per coactionem metus: quia lex humana non obligat cum gravi incommodo; ut recte addunt Salmant.⁴, juxta dicta *Lib. I, n. 175*.

207. - Ultimo autem hic advertendum quod nemo tenetur excommunicatum vitare, nisi moraliter ei constet illum esse vitandum, vel ad minus sciat per publicam famam vel per testimonium duorum saltem dignorum fide: cuius enim unico testi credere non tenemur^{a)}. Ita Sanchez⁵, Navarrus⁶, Palaus⁷, [Contin.] Tournely⁸; et Salmant.⁹ cum Bonacina, Avila et Cornejo. — Bene tamen advertit [Contin.] Tournely¹⁰ quod in dubio an quis sit vitandus, non licet ab eo suscipere sacramentum Poenitentiae propter periculum illud invalide percipiendi.

Dicunt autem Suarez¹¹, Palaus¹², Bonacina¹³; et Salmant.¹⁴ cum Covarruvias^{b)}, Avila, Cornejo et Hurtado, quod licite communicare possumus cum eo qui fuit excommunicatus, si adsit fama publica de ejus absolute; vel etiam si ipse excommunicatus (qui alias sit fide dignus) se absolutum fuisse asserat, possumus ei credere.

part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 4. — ⁹ Tr. 10, cap. 5, n. 156. *Bonac.*, loc. cit., n. 42 et seqq. - *Avila*, loc. cit., disp. 11, dub. 11. - *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 4. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 15, sect. 3, n. 7. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 19, n. 27. — ¹³ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 56. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 156. - *Avila*, loc. cit., dub. 11, concl. 6. - *Cornejo*, loc. cit., dub. 2, v. *Dico ultimo*. - *Gasp. Hurtad.*, loc. cit., n. 28.

In dubio de aliquo vitando non tenemur vitare.

Limitatio.

^{c)} Coninck, citatus utique a Palao, dicit, *loc. cit.*, n. 124: « Saepe contingere ignorantiam, eo quod aliquo modo culpabilis sit, non excusare omnino a peccato, excusare tamen ne incuratur poena statuta iis qui cum excommunicatis communicant ». Sed, *disp. 13, n. 95*, ad quem locum remittit lectorem, dicit probabiliorum et in praxi sequendam sententiam quae docet « nullam ignorantiam excusare a censura, quae non esset sufficiens ut excusaret a peccato mortali, si ea absolute ignoraretur rem esse illicitam ».

206. - ^{a)} Sapienter notant Hurtadus et Sayrus necessitatem ob quam aufertur prohibitio communicationis non esse scrupulose examinandam, quia ubi examinatur necessitas, vix deficiet manifesta utilitas, quae etiam sufficit ad excusandam dictam communicationem.

207. - ^{a)} Non omnes auctores citati pro quavis asserti parte allegantur. Sanchez enim loquitur solum de certitudine habita per publicam famam. — Cont. Tournely de eadem habita per testes fide dignos. Item, Navarrus, *Man., cap. 27, n. 27*, qui insuper, *cap. 22, n. 82* negat obligationem credendi unico testi, sed in hoc ultimo loco tractat de existentia impedimentorum matrimonii. — Salmant. concordant quidem, sed addunt hanc moralem certitudinem insuper haberi posse per confessionem ipsius rei (et hoc dicit etiam Cont. Tournely), vel testificationem parochi ostendentis litteras excommunicationis; et idem dicit Palaus de parochio. — Bonacina, Avila et Cornejo ut Salmant. loquuntur.

^{b)} Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 1, § 2, n. 6*, de fama loquitur et concordat.

DUBIUM IV.

Ob quas causas incurratur excommunicatio major.

208. - « Cum hae multae sint, variae » — Nam aliae nulli, aliae episcopo, aliae
 « sunt etiam excommunicationes, quae in » Pontifici per bullam *Coenae*, aliae eidem
 « quatuor potissimum classes dividuntur. » extra illam reservantur » ^{a)}.

ARTICULUS I.

QUAE SINT EXCOMMUNICATIONES NON RESERVATAE.

209. *Excommunicationes contra omnes.* — 210. *Contra clericos.* — 211. *Contra religiosos.*
 — 212. *Excommunicationes adjectae a Tridentino.* — *Dub. 1. An incurrant excommu-*
nicationem cogentes puellas ingredi monasteria tantum ut educantur. — *Dub. 2. An*
cogentes ex metu reverentiali. — *Dub. 3. An cogentes mares. An impediētes ingres-*
sum puellae.

Excom-
 municatio-
 nes ex jure
 antiquo:
 1^o Contra
 omnes.

209. - « Resp. I^o. Ex jure antiquo, usita-
 « tiores sunt sequentes:

« Contra OMNES:

« 1^o. In vexantes ecclesiasticos quod
 « non elegerint eum pro quo rogati fue-
 « rant » [Cap. *Sciānt, de elect. in 6^o*]. —
 « 2^o. In directores monialium, si foveant
 « discordias in electione » [Cap. *Indemni-*
tatibus, eod. tit.]. — « 3^o. In extorquentes
 « absolutionem a censura per vim aut
 « metum » [Cap. *unic., de his quae vi, etc.,*
in 6^o]. — « 4^o. In compellentes ecclesia-
 « sticos ut laicis submittant jura Eccle-
 « siae » [Cap. *2, de rebus Eccl. non alien.,*
in 6^o]. — « 5^o. In docentes leges vel me-
 « dicinam religiosos qui dimiserunt habi-
 « tum, vel eos retinentes in suis scholis »
 [Cap. *2. Ne clerici vel monachi, in 6^o*]. —

« 6^o. In sepelientes tempore interdicti vel
 « interdictos, vel excommunicatos non
 « toleratos, vel manifestos usurarios
 [Clem. 1, *de sepult.*]. — « 7^o. In impediētes
 « visitatores monialium » [Clem. *Attendentes,*
de statu monachor.]. — « 8^o. In contra-
 « hentes matrimonium in gradibus prohi-
 « bitis vel cum monialibus » [Clem. *un. de*
consang.]. — « 9^o. In edentes glossas in Tri-
 « dentinum » [Bulla 73 Pii IV]. — « 10^o. In
 « imprimētes libros sine superiorum li-
 « centia » [Bulla 12 Leonis X]. — 11^o. « In
 « praecipientes suis subditis ne officia com-
 « munitate reipublicae exhibeant ecclesiasti-
 « cis; v. gr. ne iis vendant, coquant pa-
 « nes, etc. » [Cap. *Eos qui, de immun. eccl.,*
in 6^o]. Et videtur reservata in bulla *Co-*
*enae*¹⁾. — « 12^o. In doctores et professores

Pius IV, bulla *Benedictus Deus*, § 5, de die 26 Ja-
 nuar. 1564; bulla 73 in Bullar. Cherub.; 87 in Bull. Mainardi.
 — *Leo X*, bulla *Inter sollicitudines*, de die 4 Maji 1515;

bullam 12 in Bull. Cherub.; 13 in Bull. Main. — ¹ Bulla
Coenae, seu *Pastoralis officii* Pauli V, § 15, de die 8 Aprilis
 1610 (bullam 151 in Bullar. Mainardi).

208. - ^{a)} Norunt omnes constitutionem
 Pii IX *Apostolicae Sedis*, de die 12 Oct. 1869,
 (quam in fine hujus libri referimus) totam
 hanc materiam reformasse. Quapropter inu-
 tile duximus in hoc *Dubio IV* adnotationes
 circa jus mutatum inserere quae prae sua
 multitudine nimiam confusionem ingererent.
 Haec autem notasse sufficiat: 1^o Nihil muta-
 tum est quoad censuras ferendae sententiae
 nec quoad censuras a praelatis vel capitulis
 latas in proprios subditos nec quoad alias
 poenas canonicas, v. g. irregularitates, inha-
 bilitates, etc. Proinde, in his omnibus, stan-
 dum est juri antiquo. Verumtamen, si jus

antiquum quaedam delicta, quae nunc excom-
 municatione coercentur, aliis poenis mulcta-
 vit, hae poenae videntur jam abrogatae; quia
 nimis durum foret et a jure alienum, ob idem
 crimen, pluribus subjacere legibus pluribus-
 que affici poenis. — 2^o Declaravit S. Ponti-
 fex, censuras omnes quas decernit, « non
 modo ex veterum canonum auctoritate, qua-
 tenus cum hac nostra constitutione conveni-
 unt, verum etiam ex hac ipsa constitutione
 nostra, non secus ac si primum editae ab ea
 fuerint, vim suam prorsus accipere debere ».
 Ex qua clausula sequitur censuras recensitas
 intelligendas esse, primo quidem juxta sensum

« non facientes professionem fidei, ubi « recepta est Bulla » [88] « Pii IV ^a ». — « 13°. In negligentes administrare justitiam ecclesiasticis » [Can. *Administratores, caus. 23, qu. 5*]. — « 14°. In potestates « foventes usuras » [Clem. un., de usuris].

Item 15°. Qui ratas habent collationes ordinum et beneficiorum a schismaticis, cap. 1, de schismat. — 16°. Qui titulo regaliam aut defensionis occupant bona Ecclesiae vacantis, cap. *Generali, de elect., in 6°*. — 17°. Qui procurant ut conservatores regularium se immisceant in aliis quam in manifestis injuriis et violentiis, cap. fin., de off. etc. judic. deleg., in 6°. — 18°. Qui ex iudiciis accedunt ad mulieres ex causa ficta, ad excipiendum testimonium, cap. 2, de iudiciis, in 6°. — 19°. Qui mandant interfici christianos per assassinos, cap. 1, de homicid., in 6°. — 20°. Qui concedunt, vel concessas repraesalias extendunt adversus ecclesiasticos, cap. un., de injuriis, in 6°. (Repraesaliae enim fiunt quando passi injustum damnum, auctoritate principis invadunt bona eorum qui damnificaverunt, usque ad justam compensationem). — 21°. Qui sequestrum ab Ordinario super beneficio factum impediunt, vel fructus occupant, clem. un., de sequestr. possess. — 22°. Qui pingunt, inaurant, etc., Agnos Dei a Pontifice benedictos, bulla 2 Gregorii XIII. — 23°. Qui non denuntiant S. Officio vel Ordinario haereticos, magos, sortilegos, vel haereticaliter blasphemantes Deum, B. Virginem et Sanctos, edict. S. Officii. — 24°. Domini qui permittunt agitationes taurorum in terris suis, nempe periculosas, bulla 48

Gregor. XIII, bulla *Omni certe studio*, § 1, de die 25 Maii 1572; bulla 2 in Bullar. Cherub.; 4 in Bullar. Mainardi. — *Edict. S. Offic.*, de die 26 Octobr. 1639. — S. Pius V, bulla *De salute gregis*, § 2, de die 1 No-

S. Pii V. (Exceptis regnis Hispaniarum, juxta dicta *Lib. III, n. 365*). — 25°. Qui faciunt servari statuta contra libertatem ecclesiasticam, cap. *Noverit, de sent. excomm.*, et haec videtur reservari in bulla *Coenae*.

210. - « Contra CLERICOS:

« 1°. In clericos in dignitate constitutos aut sacerdotes audientes publice jus « aut medicinam » [Cap. fin. *Ne clerici, etc. saecul. negot. se immisceant*]. — « 2°. In « sacerdotes recipientes praefecturas saeculares » [Cap. *Clerici, eod.*]. — « 3°. In « clericos minores Episcopis locantes domos usurariis. — 4°. In alienantes bona « Ecclesiae, vel locantes ultra triennium » [Extrav. *Ambitiosae, de rebus Eccl. non alien.*]. — « 5°. In impugnantes in concionibus montes pietatis » [Bulla 11 Leonis X]. — « 6°. In contrahentes matrimonium, si sint in sacris » [Clem. un. de consang.]. — « 7°. In fide resignantes vel « permutantes beneficia » [Bulla 58 Sancti Pii V^a]. — « 8°. In praesumentes absolute vere a casibus bullae *Coenae* ».

Item 9°. In eos qui se ingerunt in alterius episcopatum ad officium sine licentia proprii episcopi, cap. *Quoniam, de off. jud. ordin.* — 10°. Qui procurant ut alii occupent jura et bona ecclesiarum vacantium, cap. *Generali, de elect., in 6°*. Et haec videtur reservata in Tridentino ^b).

211. - « Contra RELIGIOSOS:

« 1°. In audientes leges vel medicinam « extra claustra » [Cap. *Non magnopere, ex cap. Super specula, Ne clerici... saecular. negot. se immisceant*]. — « 2°. In « habitum temere dimittentes ^a), vel ma-

vembr. 1567; bulla 48 in Bullario Cherubini; 69 in Bullario Mainardi. — Leo X, *Inter multiplices*, § 5, de die 4 Maji 1515; bulla 11 in Bullario Cherubini; 12 in Bullario Mainardi.

^{2o} Contra clericos.

^{3o} Contra religiosos.

qui clare ex verbis Pontificis arguitur, dein vero juxta veterum canonum traditionem acceptam interpretationem.

209. - ^a) Motus proprius Pii IV *In sacrosancta*, § 5, de die 13 Novembr. 1564 (bulla 88 in Bullar. Cherub.; 102 in Bullar. Mainardi), fert excommunicationem, non tam contra ipsos non facientes fidei professionem, quam contra eos qui doctores et professores admittunt, non facta fidei professione.

210. - ^a) Bulla S. Pii V *Quanta Ecclesiae*, § 5, de 1 April. 1568 (bulla 58 in Bullar. Che-

rub.; 80 in Bullar. Main.), prohibet resignationes nisi in certis casibus, et contra facientes, primo suspendit a praesentatione, collatione, etc.; quodsi vero non obstante suspensione, conferre, eligere, praesentare, etc. ausi fuerint, excommunicantur.

^b) Tridentinum, sess. 22, de reform., cap. 11, loquitur de usurpantibus bona, fructus, jura etc. ecclesiarum, sed non dicit vacantium, quod habetur in cap. *Generali*.

211. - ^a) Caput istud juris non loquitur de temere dimittentibus habitum.

« trimonium contrahentes » [*Clem. un. de consang.*]. — « 3°. In instituentes novum « ordinem » [Vel locum acquirentes sine licentia Papae, *cap. un. de relig. domib., in 6°*]. — « 4°. Adeuntes curias principum, « ad nocendum suis monasteriis vel prae-
« latis » [*Clem., Ne in agro, § Quia vero, de statu monach.*]. — « 5°. Tenentes arma « sine licentia intra claustra » [*Ibid.*]. — « 6°. Non servantes interdictum quando « servatur a cathedrali. — Vide Filliuc-
« cium ¹, Bonacina ² ».

Item 7°. Quia non adimplent disposita in bulla Alexandri VII, quae incipit *Felici*, in visitatione monialium sibi subiectarum. — 8°. Qui occupant ^{b)} decimas ecclesiis debitas, vel illas solvi prohibent, *clem. 1, de decim.* — 9°. Qui ex Mendicantibus recipiunt novas domos, vel receptas alienant sine licentia Papae, *clem. Cupientes, de poenit.* — 10°. Qui non observant interdictum, a Papa vel ab episcopo positum, *clem. 1 de sent. excom.* — 11°. Qui de Capuccinis recipiunt Minores de Observantia, sine licentia Papae aut ordinis Generalis; et qui recipiuntur, ex *bullam 20 Sixti V.*

Item, contra EPISCOPOS: 1°. Qui veniunt ad Urbem et inde recedunt sine licentia Papae, *extrav. 2 et 3 de majorit. et obedient.* — 2°. Qui ^{c)} impetrant a principibus litteras ad dignitates. *Bulla 96 Pii IV.*

212. — « Resp. II°. Supradictis adjectae « sunt a Tridentino sequentes, quae valent « ubi illud est receptum:

« 1°. In imprimentes, imprimi mandantes, apud se retinentes, vulgantes libros « de rebus sacris, sine nomine auctoris et « approbatione ab Ordinario obtenta ». — [In Tridentino ³ sic habetur: *Nulli... liceat imprimere vel imprimi facere... libros de rebus sacris, sine nomine auctoris neque...*

¹ Tract. 14, cap. 8. — ² De Excom. in part. disp. 2, qu. 8. — *Alex. VII*, bulla *Felici sacrarum*, § 8, de die 20 Oct. 1664, in Bullar. Mainardi. — *Sixtus V*, bulla *Pro ea*, § 3, de 28 Januar. 1586; bulla 20 in Bullar. Cherub.; 30 in Bull. Mainardi. — *Pius IV*, bulla *Etsi Romanum*, de

vendere aut... retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab Ordinario, sub poena anathematis].

« 2°. In docentes non esse necessariam « confessionem ante sumptionem Eucharistiae » [Tridentinum, *sess. 13, can. 11*]. — « 3°. In raptos mulierum, juvantes, « faventes » [*Sess. 24, de reform. Matr., cap. 6*]. — « 4°. In cogentes contrahere « matrimonia cum praescriptis » [*Sess. 24, cap. 9*]. — « 5°. In magistratus, qui requisiti « non juvant episcopos ad restituendam vel « conservandam clausuram monialium » [*Sess. 25, de regular., cap. 5*]. — « 6°. In « ingredientes (cujuscumque conditionis « vel sexus fuerint) monasteria monialium « sine licentia in scripto obtenta » [*Ibid.*]. — « 7°. In cogentes mulieres ingredi « monasterium et profiteri » [*Sess. 25, de regular., cap. 18*]. Sed de hac excommunicatione, vide mox infra dicenda, *v. Quoad*, etc.]. — « 8°. In impediens, sine « juxta causa, sanctam voluntatem mulierum emittendi votum » [*Ibid.*]. — « 9°. In « dominos temporales concedentes in terris suis locum pro duello » [*Sess. 25, de reform., cap. 19*].

Quoad excommunicationem mox supra relatam, in cogentes mulieres ad ingrediendum monasterium:

Dubitatur 1°. *An eam incurrant qui cogunt foeminam ad monasterii ingressum, non ut profiteatur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi honeste educetur?*

Affirmant Suarez ⁴, Navarrus ⁵, et Bonacina ^{a)} cum Filliuccio. — Id probant ex Tridentino ⁶, ubi excommunicantur quicumque *coegerint aliquam virginem vel viduam aut aliam quamcumque mulierem invitam (praeterquam in casibus in jure expressis) ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscum-*

Juxta alios incurritur excommunicatio.

18 Maji 1565; bulla 96 in Bullar. Cherub.; 111 in Bull. Main. — ³ Sess. 4, de edit... SS. librorum. — ⁴ Disp. 23, sect. 7, num. 9. — ⁵ Lib. 3, consil. 6, de regular. — *Fill.*, tr. 14, cap. 6, num. 89, v. *Secundo*. — ⁶ Sess. 25 de regular., cap. 18.

^{b)} Scilicet: Eos religiosos qui, cum non habeant administrationem vel beneficia, occupant, etc.

^{c)} Scilicet: Contra nuntios apostolicos, etsi episcopali dignitate aut etiam eminentiori constitutos, qui etc.

212. — ^{a)} Bonacina, *disp. 2, de Excom. in part. extra bullam Coenae, qu. 2, punct. 2, n. 6*, negat eo casu incurri excommunicationem: « Excommunicatio hujus cap. incurri non videtur... Quamvis... oppositum sentit Suarez... et Filliuccius ».

que religionis, vel ad emittendam professionem. — Concilium igitur hic tria membra distinguit; et inurit censura omnes cogentes feminam, sive ad ingressum monasterii, sive ad susceptionem habitus, sive ad emissionem professionis. Spectavit enim Tridentinum ne occasione ingressus detur ansa mulieri suscipiendi habitum aut profitendi minus libere, propter suasionem monialium vel ob exeundi pudorem.

Juxta alios non incurritur.

Negat vero Sanchez¹ cum Manuele. — Ratio, quia in praedicta sanctione Tridentini videntur non tria, sed duo membra contineri: ibi enim damnantur cogentes ad ingrediendum monasterium (quod est quiddam commune habens duos fines, nempe) vel ad suscipiendum habitum cum juscumque religionis vel ad emittendam professionem. Ergo qui cogit ad ingressum, tantum causa educationis, non vero ad habitus susceptionem vel ad professionis emissionem, ibi minime improbat. Et cum simus in poenalibus, juxta regulam juris, benignior facienda est interpretatio.

Prima sententia probabilior.

Sed hoc non obstante, prima sententia mihi est probabilior. Et ducor, quia concilium, postquam principales cogentes damnat, eandem fert censuram contra eos qui... consilium, auxilium vel favorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium (nota), aut habitum suscipere aut professionem emitte, quoquo modo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. — Ex hac igitur secunda parte sensus primae colligitur. Sicut enim in hac secunda parte tria membra distinguuntur, cum damnentur praebentes consensum actui coacto in tribus casibus (nempe quando mulier invita, aut ingre-

ditur monasterium, aut habitum suscipit, aut professionem emittit); sic etiam intelligendum in prima parte quoad principaliter cogentes.

Quia tamen concilium excipit casus in jure expressos, dicunt probabiliter Suarez² et Bonacina³ cum Filliuccio, licite posse cogi mulierem delinquentem ad ingrediendum in sui criminis poenam, vel ne labatur in aliquam incontinentiam; ut eruitur ex cap. *Significavit*, et cap. *Gaudemus, de convers. conjug.*

Limitatio.

Dubitatur 2°. *An incurrant excommunicationem parentes inducentes puellam ad ingressum monasterii vel susceptionem habitus ex metu reverentiali?* — Si metus concipitur a puella ex se absque illorum cooperatione, certum est non incurrere.

Dubium est: *si metus oriatur ex declaratione voluntatis parentum?*

Affirmat incurrere de Alexandris⁴; quia, ut ait, qui non contradicit ob reverentiam, in jure non censetur consentire, ex leg. *Si dotem*, § *Eo autem*, ff. *Soluto matrimonio*^{b)}.

Sed probabilius negat Barbosa⁵ cum Rodriguez, Portello, Riccio et Tamburino; quia tunc revera non incutiunt metum parentes, sed ipsa ob reverentiam metum concipit, juxta dicta *Lib. III*, n. 717, v. *Idem*, et *Lib. VI*, n. 1056. Simplex enim inductio sive suasio non est coactio, ut fatetur idem de Alexandris⁶, et decisum refert Barbosa⁷ ex Armen-dariz.

Probabilius inducentes ex metu reverentiali non excommunicantur.

Et hoc etiamsi addantur preces importunae, ut probabiliter subdit idem Barbosa⁸ cum Portello et Rodriguez (contra de Alexandris). Quia suasio etiam importuna non est vera coactio, quae requiritur a concilio ad excommunicationem

¹ Decal., lib. 4, cap. 4, n. 12. *Man. Rodrig.*, Sum., part. 2, cap. 8, num. 10. — ² Disp. 23, sect. 7, num. 9. — ³ Disp. 2, de Excom. extra bull. Coenae, qu. 2, punct. 2, n. 14. *Fill.*, tr. 14, cap. 6, n. 14, v. *Tertio*. — ⁴ Confess. monial., cap. 2, § 2, qu. 9. — ⁵ In Trid., sess. 25, cap. 18, num. 4. *Hieron. Rodrig.*, resol. 101, num. 80. — *Portel.*, Dub. regul., v. *Moniales*, addit., n. 12. *Riccus*, Prax.

resolut., part. 1, resol. 609. *Ascan. Tambur.*, de Jure abbatissar., disp. 3, qu. 2, num. 2. — ⁶ Op. cit., cap. 7, § 8, qu. 4, i. f. — ⁷ Loc. cit., n. 5. *Armen-dariz*, addit. ad recopilat. legum Navar., lib. 2, tit. 18, leg. 7 de Religion., declar. 62. — ⁸ Loc. cit., n. 4. *Portel.*, loc. cit., n. 12. — *Hieron. Rodrig.*, loc. cit., num. 80. — *De Alexand.*, loc. cit., qu. 4.

^{b)} Lex *Si dotem*, § 5, *Eo autem*, ff. *Soluto matrim.* dicit: « Eo autem tempore, consentire filiam patri oportet, quo lis contestatur.

Secundum haec, si filia dicat se patri consentire, et ante litis contestationem mutaverit voluntatem, ... frustra pater agat ».

Limitatio incurrendam; et cum agatur de poenis, talis coactio stricte est intelligenda. — Secus vero ait Rodriguez apud Barbosa, si preces excederent limites simplicis suasionis, nempe (ut dicit Sanchez¹) si preces sint instantissimae et saepius inculcatae; ipsae enim videntur involvere gravem metum ex probabili indignatione futura parentum.

Quandoque cogi potest puella ad ingrediendum monasterium.

Addunt Suarez² et Bonacina³, licite posse cogi puellas ad ingrediendum monasterium propter cautionem, vel ob aliam justam causam, secundum jura. — Hinc dico quod, etsi absolute loquendo non liceat eas cogere ad ingressum causa melioris educationis; si tamen contra, prudens accedat suspicio quod illa in saeculo manens pravis moribus imbueretur (puta si videretur nimis propensa ad conversandum cum maribus, vel si domi haberet unde facile sumeret scandalum ex propinquis aut famulis): tunc non auderem damnare cogentes eam ut cautionis gratia monasterium intraret. Nam, eo casu, utique finis concilii prohibentis hujusmodi coactionem cessaret, non solum adaequate, sed etiam contrarie; cum alias, si non fieret coactio, majus malum eveniret (vide dicta *Lib. I, n. 199, v. Quaestio*). Ad hoc refert id quod scripsit D. Hieronymus ad Laetam: *Procul sit aetas lasciva puerorum; ipsae puellae et pedissequae a saecularibus consortiis arceantur, ne quod male didicerint pejus doceant.*

Dubitatur 3^o. *An incurrant excommunicationem qui cogunt mares ad religionem ingrediendam?*

Affirmat Palacios apud Sanchez⁴: quia eadem ratio finalis currit in maribus quae in feminis. — Sed communiter et verius

Hieron. Rodrig., resol. 101, n. 80. *Barbosa*, in *Trid.*, sess. 25, cap. 18, n. 4. — ¹ *De Matr.*, lib. 4, disp. 7, n. 8. — ² *Disp.* 23, sect. 7, n. 9. — ³ *Disp.* 2, de *Excom.* extra bullam Coenae, qu. 2, punct. 2, n. 14. — *S. Hieron.*, epist. 107, ad Laetam, n. 4; *Migne*, *Patr. lat.*, tom. 22, col. 871. — *Mich. de Palacios*, in 4, dist. 38, disp. 1, v. *Rursum anathematizati*. — ⁴ *Decal.*, lib. 4, cap. 4, n. 3. — ⁵ *Disp.* 23, sect. 7, n. 8. — ⁶ *Loc. cit.*, num. 3. *Bañez*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 2, dub. 3, ante resp. ad argum. — ⁷ *Disp.* 2, de *Excom.* in part. extra bull. Coenae, qu. 2, punct. 2, n. 15. *Fill.*, tr. 14,

negant Suarez⁵, Sanchez⁶ cum Bañez; Bonacina⁷ cum Filliuccio; Barbosa⁸ cum Miranda; ac Bossius⁹ cum Navarro^{c)}, Fagundez, etc. Ratio, quia a concilio excommunicatio dumtaxat fertur contra cogentes feminas, non mares; in poenilibus autem non fit extensio de casu ad casum, licet eadem ratio procedat. Praeterquam quod pro maribus non currit eadem ratio quam pro feminis; quia facilius et frequentius mulieres quam mares inducuntur invitae ad religionem suscipiendam.

Quamvis vero hujusmodi cogentes excusentur a censura, nullo tamen modo excusari possunt a gravi culpa.

Insuper in Tridentino¹⁰ excommunicantur *qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi vel voti emittendi, quoquo modo sine justa causa impedierint.*

Alia excommunicatio Tridentina.

Nomine *veli* intelligitur professio religiosa, quae fit per veli susceptionem. Nomine autem *voti* non intelligitur votum simplex castitatis aut religionis; sed eadem professio cum tribus votis, sine tamen susceptione veli, ut fit in aliquibus monasteriis.

Ita Suarez¹¹; Bossius¹² cum Palao; et Bonacina¹³ cum Filliuccio.

Sed Dubium fit: *an incurrat excommunicationem qui tantum impedit puellam ne monasterium ingrediatur ad habitum suscipiendum?*

Negant Sanchez¹⁴; et Bossius¹⁵ cum Palao; quia decretum concilii est cum rigore accipiendum, nempe tantum cum professio impeditur. — Sed probabilius affirmant Suarez¹⁶; et Bonacina¹⁷ cum Filliuccio. Qui enim impedit puellam ne ha-

Probabilius excommunicatur impediens puellam.

cap. 6, n. 89. — ⁸ *De Off. et Pot. episc.*, alleg. 104, n. 7. — *Miranda*, *Man.*, tom. 1, qu. 17, art. 4, concl. 2. — ⁹ *De Effect. Matr.*, cap. 10, n. 74. *Fagund.*, *Decal.*, lib. 4, cap. 1, num. 20. — ¹⁰ *Sess.* 25, de *Regular.*, cap. 18. — ¹¹ *Disp.* 23, sect. 7, n. 10. — ¹² *De Effect. Matrim.*, cap. 10, n. 67. — *Palao*, tr. 29, disp. 3, punct. 36, n. 9. — ¹³ *Disp.* 2, de *Excom.* extra bull. Coenae, qu. 2, punct. 3, n. 2 et 4. — *Fill.*, tr. 14, cap. 6, n. 90. — ¹⁴ *Loc. cit.*, n. 15. — ¹⁵ *Loc. cit.*, n. 67. — *Palao*, *loc. cit.*, n. 9. — ¹⁶ *Loc. cit.*, n. 10. — ¹⁷ *Loc. cit.*, n. 3. — *Fill.*, *loc. cit.*, n. 90.

c) Navarrus citatur a Bossio absque loci indicatione; at revera, *Man.*, cap. 14, n. 17, v. *Vigesimo* (ed. Venet. 1616) nil aliud habet

quam Tridentini verba, in quibus de solis mulieribus mentio habetur ac proinde videtur approbare sententiam Bossii.

bitum suscipiat vel ne ingrediatur monasterium ad habitum suscipiendum, vere impedit consequenter ejus professionem. Et recte subdunt Bonacina¹, et Sanchez²

cum Salon^{a)}, hanc excommunicationem incurrere etiam qui dolo (non autem qui solis precibus) impediunt puellam ne fiat religiosa.

ARTICULUS II.

QUAE SINT EXCOMMUNICATIONES RESERVATAE EPISCOPIS.

213. *Excommunicatio*: 1. *In eum qui leviter percutit clericum.* - 2. *In eos qui absolvuntur in articulo mortis et postea non se praesentant superiori.* - 3. *In fratres Minores, etc.* - 4. *In procurantes abortum foetus animati, effectu secuto.* - 5. *In eos qui communicant in eodem crimine, etc.* 6. *Excommunicationes quas episcopi sibi reservant.* - 214. *De excommunicatione imposita ex monitorio.* - 215. *An obligatus revelare damnum, si non revelet, etc.* - 216. *An sit obligatio revelare crimen emendatum.* - 217. *Qui, facto monitorio, excusentur a revelando.*

213. - « Resp. Sunt hae:

« 1°. Quae contrahitur ex levi percussione clerici; vel gravi, si sit mulier ». [De hac excommunicatione, vide infra *ex n. 279*].

« 2°. In eos qui absoluti in articulo « mortis (a censura vel peccato habente « censuram annexam) ab eo qui alias non « poterat, non praesentant superiori se, « postquam convaluerunt [Intellige, quando censura reservata erat ab episcopo; vide dicta *n. 92*]. - « Vide Filii liuccium³.

« 3°. In fratres Minores, si admittant « in suis ecclesiis ad officia divina fratres « tertii ordinis.

« 4°. In procurantes abortum fetus animati, effectu secuto ». [Vide dicta *Lib. III, n. 395 et 397.* - Quando autem fetus censeatur animatus? Vide *ibid., n. 394, Qu. 3.* - Ab hac excommunicatione absolvere possunt etiam regulares; vide *ibid., n. 397, v. Pariter; et Lib. VII, n. 99, v. Omnino*].

« 5°. In eos qui communicant in eodem « crimine cum excommunicatis ab episcopo.

« 6°. Eae omnes quas ferunt episcopi « per propria statuta et sibi reservant: « quas confessarii videant in *Agendis* ».

214. - Hic breviter agendum de excommunicatione quae imponitur ex vi *monitorii* ad revelanda aliqua crimina vel ad restituendam rem alienam et similia. - Et

Dicendum 1°. Si crimen non vergit in alicujus tertii damnum, nemo tenetur illud revelare: nisi praecedat infamia sive rumor ortus ex probis hominibus per majorem partem viciniae aut collegii. Ratio, quia sine tali infamia non potest superior de illo crimine inquirere. - Ita Silvester^{a)}, Avila, Gibalinus cum Salmant.⁴

Dicendum 2°. Si delictum vergit in damnum commune, etiamsi sit occultum, tunc revelandum est: nisi tamen firmissima sit spes quod correctio foret profutura. - Salmant.⁵ cum S. Thoma, Bañez^{b)}, etc.

Dicendum 3°. Si delictum cedit in damnum tertii, distinguendum: - Quando crimen est jam commissum, et ita occultum est ut probari non possit, non est revelandum. - Secus vero, ut dicunt

¹ Disp. 2, de Excom. extra bullam Coenae, qu. 2, punct. 3, n. 6. - ² Decal., lib. 4, cap. 4, n. 10. - ³ Tr. 15, cap. 10, n. 241 et 242. - *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 4,

dub. 2, concl. 1. *Gibalin.*, disquis. 2, qu. 6, num. 28.

⁴ Tr. 10, cap. 4, num. 2. - ⁵ Loc. cit., num. 3. - *S. Thom.*, 2^a 2^{ae} qu. 33, art. 7.

^{a)} Salon, in *2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 2, contr. 3, concl. 1*, dicit: « Qui sine fraude vel dolo solis persuasionibus [aliquem dissuasit a suscipienda vel profitenda religione] ... peccabit ... graviter, si sine justa causa id dissuasit, estque excommunicatus, per concil. Trid. ». Et ita etiam a Sanchez citatur.

214. - ^{a)} Silvester, *v. Inquisitio I, n. 10*, sic loquitur: « Inquisitio fieri non potest nisi diffamatio procedat a viris honestis ... non semel sed pluries ».

^{b)} Bañez, in *2^{am} 2^{ae}, qu. 33, art. 8, ad 4*, dicit hunc profectum correctionis rarissime contingere.

Sotus ^{c)}, Corduba ^{d)} et Avila ^{d)}, si crimen probari possit saltem per unum alium testem. Vel si sit in fieri, et non possit per monitionem impediri: sed in hoc ultimo casu negat Salmant. ^{e)} cum S. Thoma ^{e)}, Bonacina ^{e)}, etc.

Quando autem in monitorio non praecipitur denunciare, sed testificari: tenetur quisque manifestare, si praecedat simplena probatio, etsi non possit probare. — Salmant ¹ cum Navarro et Avila.

215. — Quaeritur hic 1^o. *An obligatus revelare ex monitorio, si non revelet teneatur tertio damnum restituere?*

Resp. Si ipse aliqua arte impedit ne monitorium sibi intimetur, ad nihil tenetur; neque incurrit excommunicationem nec peccat non revelando. — Peccat vero et incurrit, *si jam sit citatus*; — ut Lessius ^{a)}; Salmant. ² cum Rebello ^{b)}, etc. (Vide *Lib. IV, n. 270*).

An autem teneatur ad restitutionem?

Affirmant [Contin.] Tournely ³; et (apud Salmant. ⁴) Navarrus, Sotus ^{c)}, Valentia ^{d)}, Sayrus, etc. Quia dicunt quod hic peccaret contra justitiam; cum pars laesa habeat jus ad ejus testimonium, posito iudicis praecepto. — At verius negat ^{e)} Bonacina ⁵; Silvester, Bonacina, Bañez, Tan-

ner ^{f)}, etc. cum Salmant. ⁶. Ratio, quia talis revera non peccat contra justitiam commutativam, sed contra legalem, vel contra obedientiam, quae non obligat ad restitutionem. (Vide dicta *Lib. IV, n. 270, v. Dubit. 2*). — Excipiunt tamen tamquam certum Salmant. ⁷ cum Bañez, etc., si testis jam susceperit munus testis ex praecepto iudicis et coeperit respondere; quia, tali acceptatione posita, tenetur ex justitia veritatem detegere. (Sed vide dicta *Lib. IV, eodem n. 270, Dubit. 3*).

216. — Quaeritur 2^o. *An sit obligatio, ex vi monitorii revelare crimen emendatum?*

Resp. Negative: nisi crimen habeat effectum in futurum (puta, si sit homicidium cum adulterio, quae inducant impedimentum matrimonii, et similia); vel nisi crimen sit publicum et emendatio occulta; vel denique nisi superior non tantum emendationem rei, sed etiam reatus punitionem intendat. — Ita Salmant. ⁸ cum S. Antonino ^{a)}, Silvestro ^{a)} et Avila ^{b)}.

217. — *Quinam autem, facto monitorio, excusentur a revelando?* Vide dicta *Lib. IV, n. 248, Quaer. 2*. — Adde dumtaxat hic, quod si in monitorio praecipitur revelatio omnibus scientibus, non tenentur revelare qui tantum audierunt; et, si

Limitatio.

Regulariter crimen emendatum non debet revelari.

Quinam excusentur a revelando.

Juxta alios, obligatus revelare tenetur ad restitutionem si non revelet.

Verius non tenetur.

¹ Tr. 10, cap. 4, n. 5. - *Navar.*, in cap. *Inter verba*, concl. 6, coroll. 66, n. 780. *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 4, dub. 3, concl. 9. — ² Loc. cit., n. 6. — ³ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 2, qu. 4. — *Navar.*, Man., cap. 17, n. 134 et 135. - *Sayr.*, Clav., lib. 10, tr. 2, cap. 15, n. 2. - ⁴ Loc.

cit., n. 7. — ⁵ Disp. 10, de 8 praec. Decal., qu. 3, punct. 3, num. 13. — *Silvest.*, v. *Testis*, qu. 8. - *Bonac.*, loc. cit. *Bañez*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 70, art. 1, dub. 4, concl. 1. - ⁶ Loc. cit., n. 8. — ⁷ Loc. cit., n. 6. *Bañez*, loc. cit., concl. 2. — ⁸ Loc. cit., n. 16 et 17.

^{c)} Sotus, *de Secreto, membr. 2, qu. 4, concl. 2*, primum distinctionis membrum affert.

^{d)} Corduba, *Sum.*, qu. 111, dicit denunciandum esse, si in iudicio probari potest. — Avila vero, *loc. cit. disp. 4, dub. 3, concl. 2 et 3*, loquitur de delicto in fieri.

^{e)} Salmant., *loc. cit.*, n. 4, eo casu negant, si probari nequeat. S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 68, art. 1; Bonacina, *de Onere et Oblig. denunciandi, disp. 6, punct. 1, § 4, n. 4*, negant in universum adesse obligationem denunciandi, si delictum nequeat probari.

215. — ^{a)} Lessius, *lib. 2, cap. 30, n. 59*, loquitur de teste citato in universum, et dicit illum peccare contra obedientiam et posse puniri.

^{b)} Rebellus, *part. 1, lib. 2, qu. 14, n. 63*, dicit peccare mortaliter, et teneri ad restitutionem, « si per dolum ageres ne in testem vocareris ».

^{c)} Sotus, *de Just. et Jur.*, lib. 5, qu. 7, art. 1, rem innuit dicendo illum teneri « ratione justitiae » ad testimonium ferendum.

^{d)} Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 14, punct. 1, assert. 3, v. *Praeterea est*, id habet in universum de teste interrogato, qui testimonium ferre renuit.

^{e)} Negant scilicet de teste in universum, qui, interrogatus, deponere renuit.

^{f)} Tanner, *tom. 3, disp. 4, qu. 6, dub. 2, n. 79*, dicit quidem opinionem hanc non esse improbabilem; sed *num. 77*, primam potius tenet.

216. — ^{a)} S. Antoninus, *part. 2, tit. 9, cap. 6, § 4, i. f.*, Silvester, v. *Correctio, qu. 10*, non loquuntur, quod ad praesens attinet, de peccato emendato.

^{b)} Avila, *part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 4*, praetermittit ultimo dictum, quando scilicet superior intendit reatus punitionem, in reliquis concordat.

etiam audientibus, non tenentur qui audierunt a parum fide dignis. — Vide Salmant.¹

Advertit autem Contin. Tournely² peccare graviter: 1°. Qui petunt monitoria, levibus de causis. — 2°. Judices sic concedentes, vel quando res potest aliter

probari, vel si praeviderent populum illa contempturum; item, si debitores non sunt solvendo, aut si res sit adeo antiquata ut non sit qui revelet; item, si delictum fuerit factum coram iis qui non tenentur denunciare.

ARTICULUS III.

QUAE SINT PAPAE RESERVATAE, EXTRA BULLAM COENAE.

218. *Excommunicationes reservatae Papae contra omnes.* — 219. *Excommunicationes reservatae contra clericos et religiosos.* — 220. *Specialiter agitur I. de excommunicatione contra duellantes et cooperantes.* — 221. *Agitur II. De excommunicationibus latis contra violantes clausuram monialium.* — 222. *Dub. 1. An ingredientes sine licentia incurrant excommunicationem reservatam, si non intrent praetextu facultatum.* *Dub. 2. An incurrant omnes introducentes in clausuram.* — 223. *Dub. 3. An talis licentia debeat esse in scriptis.* *Dub. 4. An licentia debeat esse specialis.* — 224. *Dub. 5. A quo debeat concedi.* — 225. *Dub. 6. Quae causa requiratur ad licentiam concedendam.* — 226. *Plura notanda circa ingressum medicorum et aliorum officialium.* — 227. *De ingressu confessoriorum.* — 228. *Dub. 7. An ingrediens cum licentia teneatur statim egredi.* — 229. *De alia excommunicatione reservata in moniales violantes clausuram et in alios cooperantes.* — 230. *De alia excommunicatione reservata contra mulieres violantes clausuram religiosorum.* — 231. *Quae feminae excipiantur ab hac prohibitione. Et quae domus veniant nomine conventuum.* — 232. *De prohibitione colloquendi cum monialibus, juxta jus commune. Quid, circa regulares.* — 233. *Dub. 1. An vetetur solus accessus sine collocutione.* — 234. *Dub. 2. An loquentes per nutus aut signa incurrant casum reservatum.* — 235. *Dub. 3. An peccet graviter semel colloquens cum moniali.* — 236. *Dub. 4. An in tali locutione detur parvitas materiae, et an detur in regularibus.* — 237. *Dub. 5. An liceat colloqui cum moniali ob utilitatem sine licentia.* — 238. *Dub. 6. An cum abbatissa.* — 239. *Dub. 7. Qui eximantur ab hac prohibitione. 1°. Consanguinei in primo et secundo gradu. 2°. Metu coacti. 3°. Pauperes et quaestuantes.* — 240. *Dub. 8. An impuberes.* — 241. *Dub. 9. An regulares incurrant excommunicationem latam ab episcopo.* — 242. *Dub. 10. An peregrini.* — 243. *An episcopi colloquentes cum monialibus in aliena dioecesi incurrant excommunicationem latam ab Ordinario loci.* — 244. *DISsertatio super censuris circa sententias pertinentes ad Conceptionem B. V. Mariae. Enuntiantur bullae editae super hac materia.* — 245. *Quando incurrant poenas contradictores piae sententiae (usque ad n. 247).* — 248. *Quando ejus fautores.* — 249. *Probatur pia sententia (usque ad n. 262).* — 263. *An liceat emitteere votum profundendi vitam ob defensionem praeservationis B. V. Mariae a labe originali.*

218. - « Resp. 1° Contra OMNES, magis « obviae sunt sequentes:

« 1°. In incendiarios » [Cap. *Tua nos, sent. excom.* Modo sint ab homine excommunicati et denunciati; ut notat Cibrinus³]. — « 2°. In habentes litteras apostolicas falsas, et non destruentes; item « in falsarios litterarum apostolicarum » [Cap. *Dura saepe, et cap. Ad falsariorum, de crim. falsi*]. — « 3°. In effringentes et « spoliantes ecclesias » [Cap. *Conquesti, de sent. excom.*]. — « 4°. In communi-

« nicatis a Papa » [Cap. *Nuper, eod. tit.*]. — « 5°. In vexantes eos qui censuram in alios « tulerunt » [Cap. *Quicumque, eod. tit., in 6°*]. — « 6°. In absolutos ab excommunicatione sub conditione, et non implentes » [Cap. *Eos qui, eod. tit., in 6°*]. — « 7°. In « violantes interdictum papale » [Extrav. *Etsi, de poenit. et remiss.*]. — « 8°. In dantes et recipientes aliquid ex pacto ob « admissionem ad religionem » [Extrav. *Sane, de simon.*]. — « 9°. In simoniacos « reales, circa Ordinem vel beneficium » [Extrav. *Cum detestabile, de simon.*]. —

Olim excommunicationes contra omnes, reservatae Papae.

¹ Tr. 10, cap. 4, num. 15. — ² De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 2, v. *Ergo graviter*. — ³ Elucidar.,

casuum reserv., part. 2, cas. 1, Excom. extra bull. Coenae num. 5.

« 10°. In committentes simoniam confidentem [Bulla 85 Pii IV et bulla 85 S. Pii V]. — « 11°. In impediens executionem litterarum sacrae Poenitentiarie » [Bulla 1 Julii III]. — « 12°. In dantes et recipientes aliquid pro gratia aut iustitia » apud Sedem Apostolicam » [Extrav. 1, de sent. excom. et bulla 1 Bonifacii VIII et 24 Gregorii XIII]. — « 13°. In committentes duellum, et ad id cooperantes, suadendo, etc. » [Tridentinum¹ et bulla 11 Clementis VIII. Vide de hac excommunicatione dicenda, n. 220]. — « 14°. In mulieres ingredientis monasteria regularium » [Bulla 20 S. Pii V. Vide n. 230]. — « 15°. In impugnantis institutum Societatis Jesu. — « 16°. In facientes jurare » illicita et contraria libertati ecclesiasticae » [Bulla 93 Gregorii XIII]. — « 17°. In rapientes bona ecclesiastica; item in exigentes tributa ab ecclesiasticis. — « 18°. In violantes libertatem ecclesiasticam quoad fugientes ad ecclesiam » [Bulla 7 Gregorii XIV]. — « 19°. In docentes posse fieri confessionem in absentia » [Vide hic infra, ad 36°]. — « 20°. In eos qui alterutram opinionem de conceptione B. Virginis damnant peccati mortalis vel haereseos; item in eos qui in concionibus aliisque publicis actibus (ut lectionibus, conclusionibus) asserunt » B. Virginem conceptam in originali » [Extrav. *Grave nimis, de reliquiis et venerat. sanctor.* et bulla 97 Pauli V. Vide ex n. 244]. — « 21°. In percussores cleri-

« corum » [Can. *Si quis suadente*, caus. 17, qu. 4]. « Quae cum celebris sit et multa » scitu necessaria habeat, agetur de ea » peculiariter infra » [Ex n. 264].

Item excommunicantur: 22°. Perseverantes per annum in excommunicatione lata a delegato Papae². — 23°. Offendentes cardinales³. — 24°. Exigentes tributa a personis ecclesiasticis⁴. — 25°. Violantes interdictum modis prohibitis⁵. — 26°. Exenterantes corpora Sanctorum^{a)}. — 27°. Mentientes personas in litteris apostolicis, ut earum expeditionem gratis assequantur⁶. — 28°. Simulantes et supponentes se alios esse pro obtinendis beneficiis a Dataria⁷. — 29°. Mittentes litteras aut nuntium in conclave vel inde recipientes⁸. — 30°. Occupantes bona ecclesiarum, montium pietatis seu alterius loci pii; vel impediens ne ab iis ad quos iure pertinent percipiantur⁹. — 31°. Feminae et masculi ingredientis septa monasteriorum monialium praetextu licentiarum in casibus non necessariis¹⁰. Vide infra, ex num. 221. — 32°. Cipientes et retinentes christianos habitantes inter Turcas et illorum bona eripientes, aut remigare cogentes¹¹. — 33°. Publicantes indulgentias, et facultatem dantes eligendi confessores iis qui aliquid solvunt.¹² — 34°. Accipientes et retinentes fructus beneficii vacantis; vel impediens beneficii possessionem non solventibus dulciaria, sive aliam solutionem¹³. — 35°. Diripientes animalia et bona, vel illa ablata ementes, ex statu ecclesiastico¹⁴. —

Pius IV, bulla *Romanum Pontificem*, § 4, de die 16 Octob. 1564; bulla 85 in Bullar. Cherub.; 99 in bullar. Mainardi. — *S. Pius V*, bulla *Intolerabilis*, § 8, de die 1 Junii 1569; bulla 85 in bullar. Cherub.; 117 in Bullar. Main. — *Julius III*, bulla *Rationi*, § 8, de die 22 Februar. 1550; bulla 1 in Bullar. Cherub. et Main. — *Bonifacius VIII*, bulla *Excommunicamus* an. 1295; bulla 1 in Bullar. Cherub.; 2 in Bullar. Main. — *Gregorius XIII*, bulla *Ab ipso Pontificatus*, § 2, de die 9 Novembr. 1574; bulla 24 in Bullar. Cherub.; 39 in Bullar. Main. — ¹ Trident. sess. 25 de reform., cap. 19. — *Clement. VIII*, bulla *Illius vices*, § 7, de die 17 Aug. 1592; bulla 11 in Bullar. Cherub.; 30 in Bullar. Main. — *S. Pius V*, bulla *Regularium*, § 3, de die 24 Octob. 1566; bulla 20 in Bullar. Cherub.; 29 in Bull. Main. — *Gregorius XIII* bulla *Inter apostolicas*, § 3, de die 5 Sept. 1584; bulla 93 in Bullar. Cherubin.; 171 in Bullar. Mainardi. — *Gregorius XIV*, bulla *Cum alias*, § 8, de 24 Maji 1591; bulla 7 in Bullar.

Cherub.; 17 in Bullar. Main. — *Paulus V*, bulla *Regis pacifici*, § 7, de die 6 Julii 1616; bulla 97 in Bullar. Cherub.; 272 in Bullar. Main. — ² Cap. *Quaerenti*, de offic. jud. deleg. — ³ Cap. *Felicis*, de poenis, in 6°. — ⁴ Cap. *Clericis*, de immunit. eccles., in 6°. — ⁵ Clem. *Gravis*, de sent. excom. — ⁶ Bulla Leonis X *Inhaerendo*, § 1 et 2, de die 10 Februar. 1517; in Bullar. Main. — ⁷ Bulla Pauli IV *Inter caeteras curas*, § 1, de die 27 Novembr. 1557; in Bullar. Main. — ⁸ Bulla Pii IV *In eligendis*, § 20, de die 9 Octobr. 1562; in Bullar. Mainardi. — ⁹ Trid., sess. 22, de reform., cap. 11. — ¹⁰ Bulla Gregorii XIII *Ubi gratiae*, § 2 et 4, de die 13 Junii 1575; in Bullar. Mainardi. — ¹¹ Bulla S. Pii V *Licet omnibus*, § 2; in Bullar. Main. — ¹² Bulla S. Pii V *Quam plenum*, § 2, de die 2 Januarii 1570; in Bullar. cit. — ¹³ Bulla ejusdem *Durum nimis*, § 3, de die 1 Jun. 1570; in Bullar. cit. — ¹⁴ Bulla Gregorii XIII *Non sine gravi*, § 1, de die 7 Decembr. 1584; in Bullar. cit.

218. — ^{a)} Extrav. *Detestandae 1, de sepult.*, hic a S. Alphonso citata, non de sanctorum,

sed de defunctorum corpora exenterantibus loquitur.

36°. Docentes fieri confessionem sacramentalem in absentia per litteras ¹. — 37°. Extrahentes frumentum, blada, legumina et oleum, extra statum ecclesiasticum sine licentia ^{b)}. — 38°. Docentes aut defendentes etiam disputative opiniones damnatas.

219. - « Resp. II° Contra CLERICOS et « RELIGIOSOS, sunt hae ^{a)}. »

Olim ex-communicaciones contra clericos et religiosos.

« 1°. In participantes in sacris cum « excommunicatis a Papa » [Cap. *Significavit, de sent. excom.*]. — « 2°. In procurantes alienationem ecclesiarum. — 3°. In « concionatores qui Scripturae sensum, a « doctorum interpretatione alienum, circa « tempus antichristi et extremi iudicii « aliaque similia revelata praedicant. — « 4°. In parochos, non implentes juramentum de residentia factum. — 5°. In Mendicantes transeuntes ad alium ordinem « praeter Cartusianum » [Extrav. *Viam, de Regular.*] — « 6°. In moniales exeuntes claustris sine licentia [Bulla 8 « S. Pii V]. — 7°. In religiosos qui sine « privilegio vel speciali licentia parochi, « clericis aut laicis sacramentum Eucharistiae vel Unctionis ministrare, vel « matrimonia solemnizare praesumunt » [Clem. 1 de *privileg.*].

Item 8°. Inducentes ad jurandum de eligenda, vel electa non immutanda sepultura in eorum ecclesiis ². — 9°. Commissarii seu delegati interponentes decretum per gratiam aut timorem, vel sortes in alienatione bonorum Ecclesiae; aut per alios fieri alienationem dolose procuran-

tes ³. — 10°. Praedicatores non servantem decreta circa eos lata in concilio Lateranensi ⁴. — 11°. Absolventes sub praetextu privilegiorum a casibus bullae *Coe-nae* vel Ordinariis reservatis ⁵. — 12°. Consentientes usurpationibus bonorum ecclesiarum ⁶. — 13°. Euntes ultra mare sine licentia superiorum ⁷. — 14°. Superiores non denuntiantes religiosos qui sunt suspecti de haeresi inquisitoribus vel Ordinariis locorum ⁸. — 15°. Minores de Observantia, subornantes vota in electionibus ⁹. — 16°. Claustrales recipientes Minimos ^{b)} sine licentia Papae ¹⁰. — 17°. Tertiarii portantes habitum Minorum ^{c)}. — 18°. Episcopi qui conferunt beneficia contra praescriptum S. Pii V in eorum manibus resignata ^{d)}. — 19°. Cardinales ambientes papatum et simoniace ejus causa ¹¹. — 20°. Cardinales simoniaci in beneficiis ¹². — 21°. Judices, officiales laici ac praelati ecclesiastici trahentes personas ecclesiasticas ad forum laicale ¹³. — 22°. Domini temporales qui in terris suis suppositis interdictis cogunt celebrare et audire divina officia ¹⁴. — 23°. Officiales ac domini temporales, bannientes, seu facientes et mandantes banniri personas ecclesiasticas ¹⁵. — 24°. Officiales, judices et domini temporales percutientes vel bannientes episcopos, vel haec mandantes, aut facta ab alio ratificantes ¹⁶. — 25°. Principes et domini temporales concedentes locum vel permittentes duellum in terris suis ¹⁷. — 26°. Episcopi et inquisitores eorumque substituti, qui faciendo vel

¹ Bulla Clementis VIII, *Sanctissimus Dominus*, § 2, de die 20 Julii 1602; in Bullar. cit. — *S. Pius V*, bulla *Circa pastoralis*, de die 29 Maji 1566; (bullae 8 in Bullar. Cherub.; 13 in Bullar. Main.). — ² Clem. *Cupientes*, § *Sane*, de poenis. — ³ Bulla Pauli II *Cum in omnibus*, § 2 et 3, de die 11 Maji 1465. — ⁴ Bulla Leonis X *Supernae majestatis*, § 8, de die 19 Decembr. 1516. — ⁵ Decretum S. C. Episc. et Regul., de die 9 Januar. 1601, cum decreto ejusdem Cong. de die 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri. — ⁶ Trid., sess. 22 de reform., cap. 11. — ⁷ Extrav. *Ad nostrum*, de regular. — ⁸ Bulla Pauli V *Romanus Pontifex*, § 6,

de die 1 Sept. 1606. — ⁹ Bulla S. Pii V *Pastoralis officii*, § 4, de die 28 Maji 1571. — ¹⁰ Bulla Julii II *Virtute conspicuos*, § 12, de die 28 Julii 1506. — ¹¹ Bulla Pauli IV *Cum secundum*, de die 16 Decembr. 1558. — ¹² Bulla S. Pii V *Hodie in consistorio*, § 1, de die 14 Novembr. 1569. — ¹³ Bulla Martini V *Ad reprimentas*, § 3 et 4, de die 1 Februar. 1428. — ¹⁴ Clem. *Gravis*, de sent. excom. — ¹⁵ Bulla Urbani VI *Quia sicut*, de die 10 Decembr. 1383. — ¹⁶ Clem. 1 de poenis. — ¹⁷ Trid. sess. 25 de reform., cap. 19, cum bulla Clem. VIII *Illius vices*, § 7, de die 17 Aug. 1592.

^{b)} Haec excommunicatio quae ferebatur per bullam Pauli V *Inter gravissimas*, § 6, de die 23 Decembris 1605 (in Bullar. Mainardi), non videtur ibi reservata.

219. — ^{a)} In hoc toto *num. 219* omnes bullae citantur juxta Bullar. Rom. Mainardi, nisi aliter notetur.

^{b)} Bulla Julii II, excommunicabat claustrales detinentes Minimos discessos ab Ordine suo.

^{c)} Bulla Leonis X *Licet* (al. *Quamvis*) *alias*, de die 18 Aug. 1516, in Bullario regulari Emmanuelis Rodriguez, loquitur de tertiariis qui habitum *Minimorum* gestant.

^{d)} Vide notam *a* ad *n. 210*.

omittendo contra diffamatos de haeresi, delinquent in officio *e*). — 27°. Gubernatores civitatum et locorum status ecclesiastici, recipientes munera praeter comestibilia *f*).

Adde 28°. Violantes clausuram religiosorum aut monialium *g*) ad malum finem ¹. — Item viri et mulieres ingredienti claustra monialium praetextu facultatum, et superiores ingredi facientes aut permittentes ². — Item mulieres ingredienti claustra religiosorum praetextu facultatum ³. — Item ⁴ omnes mulieres intrantes monasteria religiosorum, etiam sine praetextu facultatum. Superiores autem ac quicumque religiosi introducere illas praesumentes ipso facto contrahunt privationem officiorum et inhabilitatem ad illa et alia obtinenda, nec non suspensionem a divinis sine alia declaratione. — Item notandum quod Benedictus XIV ⁵ decrevit quod feminae ingredienti clausuram religiosorum incurrant ipso facto excommunicationem pariter reservatam, etiamsi praetextu pietatis et religionis ingrediuntur.

Adde 29°. Defendentes, esse licitam praxim excipiendi *h*) nomen complicitis in confessione scripto aut verbo; aut impugnantes decreta contra hujusmodi praxim; aut temere ea detorquentes seu interpretantes in alienum sensum ⁶.

220. — Hic operae pretium est adjicere plura advertenda, praesertim circa duas excommunicationes supra enuntiatas *nummeris 218, ad 13 et 219, ad 28*, nempe contra *duellantes* et contra *violantes clausuram regularium*.

¹ Decretum S. C. Episc. et Regul., de die 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri. — ² Bulla Gregorii XIII *Ubi gratiae*, de die 13 Junii 1575. — ³ Loc. cit. — ⁴ Bulla S. Pii V *Decet Romanum*, de die 16 Julii 1570; habetur in Bullar. Main. post bullam *Regularium* de die 24 Oct. 1566. — ⁵ Bulla *Regularis*, § 2 et 5, de die 3 Januar. 1742. — ⁶ Bulla *Ubi primum*, de die 2 Junii 1746. — ⁷ Sess. 25, de reform., cap. 19. —

Et I°. Contra *duellantes* et *ad duellum cooperantes*:

Notandum 1°. Ex quinque propositionibus nuper damnatis a nostro Summo Pontifice Benedicto XIV, in sua constitut. quae incipit *Detestabilem*, edita die 10 Nov. 1752, non esse licitum offerre aut acceptare duellum ne quis privetur officio, etiamsi ex eo aliquis se suosque sustentet, vel spem habeat promotionis alias sibi debita; nec licere acceptare duellum ad vitandam vilipensionem, quamvis certo sciatur quod pugna non secutura sit. — Vide alia *Lib. III, ex num. 400, v. Quaeritur*.

Notandum 2°. Quod ex Tridentino ⁷ excommunicantur non solum duellantes, patrini, suadentes duellum, et sectatores; sed etiam reges, domini, in terris suis locum ad duellum concedentes. Atque isti privantur dominio territorii ^a); et duellantes ac patrini privantur suis bonis ac sepultura ecclesiastica ^b). — Pius IV hanc excommunicationem reservavit Pontifici; et Gregorius XIII, in sua bulla quae incipit *Ad tollendum*, edita anno 1582, haec omnia extendit ad duella privata, etiam sine patrinis, et ad dominos ea non prohibentes in locis suis, atque ad quoscumque cooperantes. Tandem Clemens VIII, in alia bulla quae incipit *Illius vices*, emanata anno 1592, pro locis ubi duella a dominis permittuntur interdictum papale imposuit. (Vide Salmant. ⁸, et vide dicta *Lib. III, n. 401*). — Sed hae poenae, praeter excommunicationem, non incurruntur nisi post sententiam saltem declaratoriam criminis; ut Sanchez, Palaus et Salmant. ⁹.

Duellum semper illicitum.

Poenae variae contra duellantes et ad duellum cooperantes.

Pius IV, bulla *Ea quae*, § 4 et 7 de die 15 Nov. 1560; in Bullar. Mainardi. — *Gregorius XIII*, bulla *Ad tollendum*, de die 5 Dec. 1582; in Bullar. Main. — *Clemens VIII*, bulla *Illius vices*, § 7, de die 17 Augusti 1592; in Bullar. Main. — ⁸ Tr. 10, cap. 4, n. 42. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 39, n. 32. — *Palaus*, tr. 6, disp. 5, punct. 7, n. 21. — ⁹ Loc. cit., n. 43.

e) Clem. *Multorum*, § *Verum, de haereticis*, distinguit: « Episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alii vero excommunicationis sententias eo ipso incurrant ».

f) Praeter comestibilia « quae brevi tempore consumi possunt, quod tempus ad biddum moderamur », uti statuit bulla Pauli II *Munera* § 1, de die 18 Martii 1466.

g) Istud decretum loquitur de sola clausura monialium et hoc solum per transennam. Vide *n. 95* et not. *c* ad *n. 221*.

h) Lege: Defendentes scripto aut verbo esse licitam praxim exigendi nomen, etc.

220. — *a*) Territorii vel loci: in quo scilicet duellum fieri permiserint.

b) Privantur sepultura ecclesiastica, « si in ipso conflictu decesserint ».

Quinam
veniunt no-
mine spe-
ctatorum.

Notandum 3°. Nomine *spectatorum* non intelligi omnes duellum spectantes, sed tantum qui data opera ad duelli locum accedunt et duello assistunt, cum in bulla Gregorii dicatur *ex composito spectatores*. Unde recte ajunt Pater Milante¹ et Salmant.², ex communi sententia, non incurrere excommunicationem qui obiter et casu per locum duelli transeuntes aspiciunt curiositate ducti c). — Imo dicunt Contin. Tournely³ et Salmant.⁴, etiam ex communi sententia, eos tantum spectantes incurrere qui socii sunt duellantium, aut quia sua praesentia ad pugnam videntur illos incitare, non autem qui spectant a longe vel in secreto, vel alio modo nihil ad pugnam acuendam inducente. — Item bene addunt Salmant.⁵, neque incurrere qui comitantur pugnaturos animo impediendi duellum.

Excom-
municatio
incurritur
etiamsi pu-
gna non se-
quatur.

Notandum 4°. Quod, licet ex Tridentino et ex bulla Gregorii non incurrant excommunicationem provocantes et acceptantes duellum, si duellum non sequatur (quia tam in Tridentino quam in dicta bulla solum excommunicantur committentes duellum): tamen in bulla Clementis⁶ (quam in extensum refert Bonacina)⁷ excommunicantur tam proyocantes scripto aut verbo, quam duellum acceptantes, etiamsi pugna non sequatur, neque accessus nec actus ad pugnam proximus; nec non comitantes, nuntii, suadentes, consulentes, dictantes libellos provocatorios, aut eos scribentes vel affigentes, et quomodo libet ad duellum cooperantes, publice vel occulte ineundum.

Quando-
nam episco-
pi et regula-
res absol-
vere possunt.

Notandum 5°. Quod, nisi duellum sit notorium aut deductum ad forum contentiosum, bene possunt episcopi absolvere excommunicatos, vi facultatis datae a Tridentino⁸; ut recte notant Salmant.⁹ cum Sanchez, Bonacina, Palao, Barbosa

¹ Exercit. 2, sup. proposit. 2 Alex. VII. — ² Tr. 10, cap. 4, n. 43. — ³ De 5 praec. Decal., art. 3, sect. 3, qu. 4. — ⁴ Loc. cit., n. 43. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ § *Praeterea*. — ⁷ Disp. 2, de Excom., qu. 6, punct. 1, n. 25. — ⁸ Sess. 24, de reform., cap. 6 *Liceat*. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 45. *Sanch.*, Decal.,

et aliis communiter. — Regulares vero extra Urbem et intra Italiam non possunt vi privilegiorum ab hac excommunicatione absolvere: secus tamen in Urbe vel extra Italiam; ex decreto S. Congregationis, mandante Clemente VIII (prout diximus n. 95).

221. - II°. Circa autem *violantes clausuram monialium aut religiosorum*, — notandum quod ingredientes monasteria *monialium* sine licentia in scriptis incurunt excommunicationem ipso facto ex Tridentino¹⁰. Ibi: *Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel aetatis fuerit, sine episcopi vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda. Dare autem tantum episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis*.

Excommu-
nicatio Tri-
dentina in
violantes
clausuram.

Hujusmodi ingressus prohibetur etiam praelatis, sive saecularibus sive regularibus a) ex Motu Gregorii XIII incipiente *Dubiis* (apud Barbosa¹¹), edito die 23 Decembr. anno 1581, sub poena interdicti ab ingressu ecclesiae praelatis saecularibus, si praeter casum necessitatis prima vice ingrediuntur; suspensionis a munere pontificali et a divinis, pro secunda; et excommunicationis pro tertia. — Praelati vero regulares incurunt excommunicationem et privationem omnis officii et ministerii, etiam pro prima vice, ut censet Sanchez¹²; quamvis Bonacina¹³ cum Llamas putat probabile tantum pro tertia vice incurrere poenas excommunicationis et privationis.

Declara-
tiones sub-
sequentes.

In casu autem necessitatis et causa visitationis possunt praefati superiores ingredi monasteria monialium; sed tunc (ut dicitur in eadem bulla) debent esse *a paucis, iisque senioribus ac religiosis perso-*

Quinam co-
mitatus exi-
gitur in ca-
su justae
ingressio-
nis.

lib. 2, cap. 39, n. 27. - *Bonac.*, loc. cit., punct. 1, n. 39. - *Palao*, tr. 6, disp. 5, punct. 7, n. 19. *Barb.*, alleg. 50, n. 120. — ¹⁰ Sess. 25, de regular., cap. 5. — ¹¹ Alleg. 102, n. 43. — ¹² Decal., lib. 6, cap. 16, n. 102. — ¹³ De Clausura, qu. 4, punct. 5, n. 11. *Llamas*, Methodi append. § 7.

c) Addit Milante: Etsi « ibi persistat visurus duellum, maneatque ad finem usque duelli ».

221. a) Scilicet « quibus cura et regimen monasteriorum monialium quovis modo in-

cumbit » ut ait declaratio Gregorii XIII, *Dubiis quae emergunt*, § 2, quae declaratio invenitur in Bullar. Mainardi post constitutionem *Ubi gratiae*, de die 13 Jun. 1575, ejusdem Pontificis.

nis comitati. Pauci intelliguntur quatuor vel quinque, ut putat Bonacina ^{b)} et Victorelli. *Religiosi*, id est probatae vitae. — Dicit tamen Tamburinius cum Victorelli apud de Alexandris ¹, quod si episcopus solus intraret vel non adhiberet comitantes senes aut non religiosos, aut non paucos, non incurreret poenas; quia poenae tantum afficiunt praelatos ingredientes sine necessitate. — Pro superioribus autem regularibus, habetur in constitutione Alexandri VII (apud de Alexandris ²), quod si visitet generalis, potest ipse habere secum duos sui ordinis socios, qui sint exemplares et maturae aetatis: si vero alius a generali, unum tantum. Et insuper debent assistere quatuor moniales ex senioribus, quae non separentur a visitatore.

Excommunicationes hae non sunt reservatae.

Sed adest excommunicatio Papae reservata (ut supra innuimus) contra violentes clausuram monialium ad malum finem, ut habetur in decreto S. C. Episc. et Regul., edito jussu Clementis VIII anno 1602 ^{c)}. — Quomodo autem intelligatur illud *ad malum finem*? Mazzotta ³ intelligit finem quomodocumque pravum; sed melius Pellizzarius (apud ipsum) intelligit tantum finem libidinosum, quia finis clausurae est ut castitas custodiatur: et ideo vetatur etiam accessus et collocutio.

Adest alia excommunicatio Papae reservata, lata a Gregorio XIII die 13 Junii 1575 in bulla *Ubi gratiae*, contra quas-cumque personas utriusque sexus, etiam comites, marchiones et duces, ingredientes monasteria monialium, vel feminas ingre-

dientes ^{d)} claustra religiosorum, praetextu facultatum ibi revocatarum; — et contra omnes superiores monasterii utriusque sexus, qui praeter excommunicationem reservatam incurrunt insuper privationem officiorum et inhabilitatem ad ipsa, si ingredi faciant vel permittant aliquem ingredi, praetextu facultatum; et contra abbatissas aliasve superiores, si admissum quoquo modo retinere ausae fuerint; ut declaravit Paulus V ^{e)} in alia bulla incipiente *Monialium* (apud de Alexandris ⁴).

Hic tamen advertendum quod episcopi et praelati regulares, qui ratione sive praetextu officii, sed absque justa causa, ingrediuntur monasteria, hanc excommunicationem reservatam non incurrunt. — Nam, licet in hac ^{f)} bulla omnes comprehendantur: tamen in bulla *Dubiis* (citata n. praeced.) emanata post aliam *Ubi gratiae* (ut supra) eximuntur episcopi et superiores regulares, ut bene advertit Fagnanus ⁵ contra aliquos; cum in dicta bulla *Dubiis* fiat diversa dispositio circa poenas in episcopos et regulares, ibique excommunicatio lata in ipsos, si ingrediantur tertia vice sine justa causa, non sit reservata. Probat enim Fagnanus illam fuisse novam constitutionem respectu poenarum, non autem declaratoriam primae bullae.

Demum notandum quod noster Summus Pontifex Benedictus XIV novissime die 3 Januar. 1742, duabus bullis (incipiente una *Salutare*, altera *Regularis*) confirmavit omnes constitutiones antecessorum Pontificum tam ante quam post concilii decreta emanatas. — Et signanter in bulla *Regularis* prohibuit quibuscumque feminis ingredi clausuram religioso-

A Benedi-
cto XIV.

Victorel., de Clausura monial., qu. *Quos et quot homines, etc.* — *Ascan. Tambur.*, de Jure abbatissar., disp. 24, qu. 11, n. 6. *Victorel.*, loc. cit., qu. *An in recensitas poenas, etc.* — ¹ Confess. monial., cap. 7, § 4, qu. 7. — ² Loc. cit., qu. 5. Cfr. Bullar. Rom. Mainardi et est Constit. *Felici sacrarum*, § 3 et 4, de die 20 Oct. 1664. — S. C. Episc.,

et Regul., decretum de die 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri. —

³ Append. de Casib. reserv., cap. 1, § 2, n. 2. — *Pelliz.*, de Monialib., cap. 5, sect. 3, qu. 47. — *Paul. V*, bulla *Monialium*, § 3, de die 10 Julii 1612; in Bullar. Mainardi. —

⁴ Cap. 7, § 11, qu. 3. — ⁵ In cap. *Nuper*, de sent. excom., num. 38.

^{b)} Apud Bonacinam id reperire nequivi. Ceterum ipse S. Doctor, eandem tractans quaestionem in *Hom. Apost.*, tr. 19, n. 33, hunc auctorem omittit quem hic citaverat ex de Alexandris, ac alios adducit qui revera tenent sententiam.

^{c)} Hoc decretum fert illam excommunicationem in quantum, recensens casus S. Sedi

reservatos quos regulares absolvere non possunt, memorat violationem clausurae.

^{d)} Scilicet: qui « audeant » ingredi.

^{e)} Paulus V in bulla *Monialium* loquitur tantum de abbatissis aliisvis superioribus quae prohibentur admittere in monasteriis mulieres saeculares.

^{f)} Nempe in bulla *Ubi gratiae*.

rum sub praetextu pietatis ac religionis. Tantum id concessit nobilibus feminis de familia fundatorum vel insignium benefactorum, qui de hoc indultum apostolicum obtinuerint ingrediendi, solum ut ad ecclesiam recto tramite pergant. Quo revocata manet constitutio S. Pii V incipiens *Decet Romanum Pontificem* (apud Holzmann¹⁾, ubi permittebatur mulieribus ingredi claustra religiosorum causa processione, audiendae Missae vel concionis, aut sepulturae, aut magni concursus.

222. - Sed dubitatur 1°. *An ingredientes monasteria monialium sine licentia incurrant praefatam excommunicationem reservatam, si non intrent praetextu facultatum?*

Affirmat de Alexandris² cum Navarro, Azor, Graffio, etc. Quia (ut ait) relata constitutio Gregorii XIII *Ubi gratiae*, ex stylo Curiae, intelligitur generaliter emanata in omnes intrantes monasteria, etiam sine tali praetextu. — Sed probabilius negant Sanchez³, Bonacina⁴, Suarez⁵, Fagnanus⁶, Holzmann⁷, Mazzotta⁸; et Barbosa⁹ cum Sayro, Rodriguez, Miranda, Sà et Zerola. Quia expresse in citata bulla Gregorii requiritur ingressus praetextu facultatum.

Dubitatur 2°. *An praeter superiores incurrant excommunicationem omnes qui alios introducunt in clausuram?*

Affirmant Bonacina¹⁰; et de Alexandris¹¹ cum Filliuccio et Llamas. Quia in eadem bulla Gregorii dicuntur incurrere

superiores et personae, quocumque nomine vocentur, admittentes extraneos in clausuram; nomen autem *personae* (ut dicunt) genericum est, et quascumque personas comprehendit. — Attamen negant a) Sanchez¹² cum Manuele b); et Diana apud de Alexandris. Ratio enim opposita tunc valeret, si in bulla diceretur: *Superiores et quaecumque personae*. Sed cum dicatur: *Superioribus et personis, quocumque nomine vocentur*, nequeunt utique intelligi omnes religiosi, qui diversum nomen quam religiosorum non habent; sed potius intelliguntur superiores, qui in diversis ordinibus diversa habent nomina, nempe abbatum, praepositorum, priorum, guardianorum, correctorum: idque clare explicavit S. Pius V in bulla *Regularium* c) apud Bonacina¹³. His tamen non obstantibus, adest decretum S. C. Episcoporum et Regularium (apud Ferraris¹⁴), ubi dictum fuit respectu ad Fratres Minores de Observantia, quod si ingrediantur mulieres ipsorum clausuram, tam praelati quam subditi eas introducentes incurrant eandem excommunicationem reservatam, et remaneant ipso facto privati eorum officiis et inhabiles in futurum.

223. - Dubitatur 3°. *An licentia ingrediendi monasteria monialium quoad forum conscientiae debeat esse in scriptis?*

Affirmant Sanchez¹⁵, Palaus¹⁶; et Suarez apud Diana¹⁷. Quia, deficiente scriptura, licentia est nulla, cum deficiat

Juxta alios, excommunicantur soli superiores.

Declaratio S. C. Episc. et Regul.

Probabilius intrans sine praetextu facultatum non excommunicatur.

Juxta alios, excommunicantur omnes introducetes.

S. Pius V constit. *Decet Romanum*, de die 16 Julii 1570; habetur in Bullar. Main. post bullam *Regularium*, de die 24 Oct. 1566. — ¹ De Praec. partic., n. 592. — ² Cap. 7, § 11, qu. 2. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 150, excom. 61; et de Regular. comment. 4, n. 62, v. *Quarto*. *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 8, qu. ult. *Graff.*, Pract. quinque casuum reserv., lib. 1, cap. 5, n. 8 i. f. — ³ Decal., lib. 6, cap. 16, num. 79. — ⁴ De Clausura, qu. 4, punct. 5, num. 4. — ⁵ Disp. 22, sect. 6, num. 14. — ⁶ In cap. *Nuper*, de sent. excom., n. 21 et seqq. — ⁷ De poenis eccl., n. 221, ad n. 31. — ⁸ Append. de casib. reserv., cap. 1, § 2, n. 2. — ⁹ Alleg. 102, num. 37; cfr. in Trid., sess. 25, cap. 5, num. 74. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 31, num. 11 et 12. *Rodrig.*, Quaest.

regul., tom. 1, qu. 48, art. 2; cfr. qu. 47, art. 3. — *Miranda*, de Monial., qu. 2, art. 12, concl. 1, i. f. *Sà* (non cit. a Barb.), v. *Excom. Papae reservatae*, num. 15. *Zerola*, Praxis episc., v. *Moniales*, ad 8. — ¹⁰ Loc. cit., punct. 6, n. 3. — ¹¹ Loc. cit., qu. 4. *Fill.*, tr. 15, cap. 5, n. 119. *Llamas*, Methodi Append. § 12 init. — ¹² Loc. cit., n. 84. — *Diana*, coord., tom. 7, tr. 1, resol. 319 et 320. Cfr. ipsum Dian. part. 2, tr. 16, resol. 31 et 32. *De Alexand.*, loc. cit., qu. 4. — ¹³ De Clausur., qu. 5, punct. 3, num. 2. — ¹⁴ V. *Conventus*, art. 3, n. 7. — ¹⁵ Decal., lib. 6, cap. 16, n. 31. — ¹⁶ Tr. 16, disp. 4, punct. 10, § 2, n. 6. — *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 10, n. 15 i. f. — ¹⁷ Part. 3, tr. 2, resol. 129.

222. - a) In quinque prioribus editionibus S. Doctor aiebat: « Verius tamen negant ». In sexta vero editione et subsequentibus, dicendi modum reformavit et addidit quae paulo infra leguntur: « His tamen non obstantibus, etc. ».

b) Emmanuel Rodriguez, loc. cit., qu. 47,

art. 3, ita sane negat, vi bullae Gregorii XIII; sed contrarium tenet vi Tridentini aliarumque constitutionum apostolicarum.

c) S. Pius V in sua bulla *Regularium*, de die 24 Octobr. 1566, prohibet monasteriorum « Abbatibus, praepositis, prioribus et aliis praesidentibus, quocumque nomine vocentur

Juxta alios, requiritur licentia in scriptis etiam pro foro interno.

Juxta alios, non requiritur.

Id non videtur improbabile.

Res certa.

forma in ejus concessione a Tridentino praescripta¹, ubi: *Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel aetatis fuerit, sine episcopi vel superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda.* — Negant vero apud Diana², Homobonus et Bellochius³; qui citat pro se Innocentium^{a)}, Abbatem^{a)} et Felinum^{a)}. Ratio quia scriptura videtur requiri tantum pro foro externo. Idque non videtur improbabile, cum non constet an scriptura ibi requiratur pro forma (prout diximus in simili casu, *lib. IV, n. 123, v. Hic*).

Dicit autem Diana⁴ cum Rodriguez^{b)} et Villalobos; ac Barbosa⁵ cum de la Cruz, quod, etiam juxta primam sententiam (quamvis adhuc repugnet Sanchez) licentia in scriptis non requiritur in casibus ordinariis, quando causa est manifesta, puta in ingressu medici, confessarii, coementarii, et similium operariorum, quorum repentina opera passim indigent moniales; prout explicat^{c)} Glossa in cap. *Periculoso, de statu regul., in 6º, v. Causa*.

Dubitatur 4º. *An hujusmodi licentia debeat esse specialis?*

Resp. Affirmative: ita ut non sufficiat, si alicui concedatur licentia ad quoscumque casus ad quos superior potest eam praebere; ut expresse habetur in dicto cap. *Periculoso*, ibi: *Nisi ... speciali licentia, etc.*

Licentia debet esse specialis.

¹ Sess. 25, de Regular., cap. 5. — ² Part. 3, tr. 2, resol. 129. — *Homob.*, de Casib. reserv., part. 2, cap. 5, v. *Tertio illi incidunt*. — ³ De Casib. reserv., part. 2, qu. 9, n. 162. — ⁴ Loc. cit. — *Villal.*, part. 2, tr. 35, diff. 46, n. 4. — ⁵ De Offic. et pot. episc., alleg. 102, n. 57. — *De la Cruz*, de Statu

Dicit tamen de Alexandris⁶ cum Miranda^{d)}, hoc non obstante, validam esse licentiam generalem, ut omnes medici, bajuli et similes ingrediantur; quia, licet sit generalis quoad personas, est tamen specialis quoad causam ingressus. — Sed huic minime acquiesco. Quia censeo textum praefatum et concilium exquirere licentiam specialem, non tantum ut superior sciat ministerium ingredientium, sed etiam qualitates personarum, nimirum an ingressuri sint viri probi, maturae aetatis et similia.

Exceptio a quibusdam posita,

sed a S. Doctore rejecta.

Bene tamen poterit praelatus generaliter committere abbatissae vel confessario aut alteri viro prudenti facultatem concedendi licentiam aliis ad ingrediendum; ut dicetur in sequenti Dubio in fine.

224. - Dubitatur 5º. *A quo debeat concedi licentia ingrediendi monasteria monialium?*

Si monasteria sint episcopo subjecta, certum est ipsi competere jus concedendi licentiam *auctoritate propria: delegata* vero, si monasterium immediate subsit Summo Pontifici; ut in Tridentino⁷. — Idem probabiliter docent Sanchez⁸ et Bonacina⁹ cum aliis, de praelatis habentibus jurisdictionem quasi episcopalem in aliqua dioecesi, et de vicariis generalibus ordinum militarium^{a)}; quia hi sunt vere Ordinarii, aut saltem nomine *Ordinariorum* comprehenduntur: ut probat idem Sanchez¹⁰.

Pro monasterio subiecto episcopo aut Papae, Ordinarius dat licentiam.

relig., lib. 1, cap. 5, dub. 2, concl. 3, not. 3. — *Sanch.*, decal., lib. 6, cap. 16, n. 33. — ⁶ Cap. 7, § 2, qu. 5. — ⁷ Sess. 25 de regular., cap. 5 et cap. 9. — ⁸ Decal., lib. 6, cap. 15, n. 30, cum cap. 16, n. 14. — ⁹ De Clausura, qu. 4, punct. 2, n. 2. — ¹⁰ De Matr., lib. 3, disp. 29, n. 4, 5 et 19.

et eorum monachis, canonicis et fratribus... ne eas [mulieres] introducere admittereve praesumant ».

223. - ^{a)} Innocentius, *in cap. Quod sicut, de elect., n. 8*, citatur pro ratione generali, quod scilicet in conscientia sufficit (in electionibus) ut consensus jure naturali requisitus interveniat. — Idemque tenent Abbas, *in cap. Quia plerique, de immun. eccl., n. 31*; et Felinus, *in cap. 1, de constit., n. 39*.

^{b)} Hieronymus Rodriguez, *Resol. 26, n. 8*, pro casibus ordinariis negat requiri semper licentiam in scriptis, et addit: « Vel ad majorem cautelam superior hanc gene-

ralem facultatem potest in scriptis committere abbatissis vel monialium confessariis seu vicariis pro praefatis et similibus casibus ».

^{c)} Glossa scilicet explicat quinam sint hujusmodi ordinarii casus: « sicut in medicis, barbitonsoribus, sartoribus, carpentariis, cum eguerint, et his similibus ».

^{d)} Miranda citatur utique a Cajetano de Alexandris; verum, *de Monial., qu. 2, art. 2, concl. 2*, negat requiri ullam licentiam ubi causa est manifesta et superior facile adiri nequit.

224. - ^{a)} Bonacina non loquitur de vicariis generalibus ordinum militarium.

An autem *possit hanc licentiam dare vicarius generalis episcopi?*

Negat de Alexandris¹: nisi de hoc habeat speciale episcopi mandatum. Et idem sentit Barbosa², citans Bonacinam³; sed ibi hoc Bonacina^{b)} non dicit.

Vicarius generalis dat licentiam sine speciali mandato.

Unde satis probabiliter docet Sanchez⁴ cum Navarro^{c)} et Llamas, quod in monasteriis subjectis episcopo vicarius generalis bene potest licentiam concedere sine speciali mandato. — Idque probatur 1^o. Motu proprio S. Pii V incipiente *Decori*, dum ibi Pontifex^{d)} explicuit: *episcopum, seu alium loci Ordinarium*. Vicarius autem generalis episcopi bene dicitur Ordinarius; et nomine *Ordinarii* jam comprehenditur in omnibus decretis, ut probat idem Sanchez⁵. — Probatur 2^o. Ratione: quia episcopus in monasteriis ei subjectis procedit auctoritate ordinaria; vicarius autem generalis (ut probant Fagnanus⁶ cum Imola^{e)}, Cardinali^{e)}, etc., et idem Sanchez⁷) potest omnia quae potest episcopus de jurisdictione ordinaria, quia cum episcopo unum facit tribunal.

Excipe si agitur de monasterio Papae subjecto.

Secus vero dicendum de iis quae potest episcopus de jurisdictione delegata. Unde recte subdit Sanchez⁸, in monasteriis Sedi apostolicae subjectis vicarium generalem non posse dare licentiam sine speciali mandato episcopi.

¹ Cap. 7, § 2, qu. 2. — ² De offic. et pot. episc., alleg. 102, n. 38. — ³ De Clausura, qu. 4, punct. 2, n. 2. — ⁴ Decal., lib. 6, cap. 15, num. 30. — *Llamas*, Method. append., § 5. — *S. Pius V*, declaratio *Decori*, § 2, de die 24 Januar. (al. 1 Febr.) 1570; in Bullar. Mainardi. — ⁵ De Matr., lib. 3, disp. 29, n. 3, 5 et 18. — ⁶ In cap. *Quoniam*, de off. deleg., n. 15. — ⁷ Loc. cit., n. 16. — ⁸ Loc. cit., n. 30. — ⁹ Cap. 7, § 2, qu. 3; cfr. cap. 6, § 2, qu. 2. *Ascan. Tambur.*, de

Vicarius autem capituli, sede vacante, potest utique concedere licentiam in monasteriis episcopo subjectis; quia succedit in omnia quae competunt episcopis de jure ordinario.

Vicarius capitularis dat licentiam,

Sed difficultas est: *an possit etiam in iis quae subduntur Sedi apostolicae?* — Affirmat de Alexandris⁹ cum Molina^{f)}, Palao^{g)}, Barbosa^{f)} et Tamburinio; quia talis jurisdictio ex delegatione Sedis apostolicae in perpetuum committitur muneris episcopali: unde, cum ipsa competat episcopo de officio, bene transit in capitulum sive ejus vicarium. — Hanc rationem non approbat Sanchez¹⁰. Attamen id alia ratione etiam concedit, quia (ut ait) concilii mens est ut capitulum bene possit dare licentiam, ne monasteria remaneant absque praelato ad quem pro licentia recurrant.

etiam in monasteriis Papae subjectis.

Major difficultas est: *a quo sit concedenda licentia, si monasterium regularibus subsit?*

De Alexandris¹¹ propugnat licentiam esse impertiendam tam a praelato regulari quam ab episcopo, afferens de hoc decretum S. C. Concilii, editum 13 Novembr. 1610.

Sed probabilius docent Fagnanus^{h)}; Bonacina¹² cum Rodriguez, Graffio et Miranda; Croix¹³ cum Palao et Piasecio; ac

olim probabilius solus praelatus regularis dabat licentiam.

Jure abbatissar., disp. 23, qu. 2, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 30. — ¹¹ Cap. 7, § 2, qu. 1. — ¹² De Clausura, qu. 4, punct. 2, num. 3. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 46, art. 2. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 23, num. 6. — *Miranda*, de Monialib., qu. 2, art. 2, concl. 1. — ¹³ Lib. 4, num. 76. — *Palao*, tr. 16, disp. 4, punct. 10, § 2, num. 1 et 3. — *Piasec.*, Prax. episc., part. 2, cap. 3, artic. 7, num. 7.

^{b)} Et re quidem vera Bonacina in Summario scribit: « Vicarius generalis... concedere [potest] ». In textu autem: « Idem dic [scilicet posse licentiam dare] de vicario generali episcopi (aut capituli) habente ad hoc speciale mandatum a capitulo sede vacante ». Hinc non videtur requirere speciale mandatum pro vicario generali episcopi.

^{c)} Navarrus, lib. 3, consil. 9, de statu monachor., n. 2, v. *Quarto*, loquens de monasteriis quae sunt episcopis subjecta: « Vicarius generalis... unam et eandem jurisdictionem habet quam ipse [episcopus], et ita sunt ei subjecta sicut episcopo ».

^{d)} Loquens de facultate e monasterio egrediendi.

^{e)} Joan. ab Imola, in *clem. 2, de rescript. num. 19*; Cardinalis Zabarella, in *clem. 2, de rescript., n. 14*, dicunt in generali vicarium et episcopum unum tribunal efficere.

^{f)} Molina, de *Just. et Jure*, tr. 5, disp. 11, num. 8; Barbosa, alleg. 133, num. 21, rationem huic sententiae adjectam afferunt. — S. Alphonsus hic non dicit explicite se hanc sententiam affirmativam approbare. Bene vero in *Hom. Apost.*, tr. 19, n. 35, ubi illam proponit ut indubiam.

^{g)} Palao, tr. 16, disp. 4, punct. 10, § 2, n. 2, id concedit, si habeat speciale mandatum a capitulo.

^{h)} Fagnanus, in cap. Nuper, de sent. excom., n. 17, rem plane innuit, quaerens « an

Barbosa ¹ (afferens oppositum decretum ejusdem S. C. Concilii ab ipso visum, editum eodem anno quo ipse scribebat, nempe circiter anno 1628); ac Sanchez ² cum Azor, Manuele, Llamas et Navarro ³), qui, ut refert Sanchez, testatur etiam declaratum fuisse a S. Pio V. — Nempe quod licentia concedi potest et debet a solo praelato regulari, scilicet a generali aut provinciali (vel etiam ab immediato superiore monasterii, ut sentiunt Sanchez ³ et Bonacina ⁴ cum aliis ab eo citatis; contra de Alexandris ⁵ et Suarez ab eo citatum). — Ratio, quia Tridentinum prohibet ingressum, *sine episcopi vel superioris licentia*. Ergo, loquendo disjunctive, declarat licentiam posse respective concedi vel ab episcopo vel a praelato regulari, prout cui monasterium subest ⁷).

Bene tamen advertit de Alexandris ⁶, ex decreto S. Congregationis 21 Maji 1630, approbato ab Urbano VIII, licentiam concedendam a solo episcopo, etiam quoad monasteria exempta, ubi talis viget consuetudo.

Abbatissa autem nequit de jure ordinario hanc licentiam dare, ut dicunt de Alexandris ⁷; et Sanchez ⁸ cum Navarro, Azor, Manuele, etc., contra aliquos ibi citatos ⁹. — Bene vero episcopus potest delegare abbatissam vel confessarium aut alium prudentem virum ad hanc licentiam concedendam, ut addunt Bonacina ¹⁰, de Alexandris ¹¹; Sanchez ¹² cum Navarro,

Manuele et Graffio; ac Barbosa ¹³ contra Suarez.

225. — Dubitatur 6°. *Quae causa requiratur ad hanc licentiam concedendam?*

Resp. Ad licentiam impertiendam non sufficit quidem quaelibet causa; sed requiritur necessitas, ut praescribit Tridentinum ¹⁴ illis verbis: *Dare autem tantum episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis*. — Necessitas autem haec debet esse ex parte ipsius monasterii; quia ad ipsius monasterii solam utilitatem permittitur ingressus. Non enim sufficit si sit tantum ex parte extraneorum, nisi jus naturale aut divinum aliud suadeat; ut ex communi dicunt Bonacina ¹⁵ et de Alexandris ¹⁶, ex decreto S. Congregationis die 9 Sept. 1611.

Unde ait Diana ¹⁷, ex alio decreto S. C., non effugere excommunicationem uxores quae adhuc cum licentia Ordinarii intrarent monasterium causa adulterii vel dissensionis cum viris ^{a)}; cum S. Congregatio raro hanc licentiam concedat. — Et sic pariter nec valet licentia ad collocandum in monasterio aliquam feminam ne redeat ad vomitum, ut de Alexandris ¹⁸, ex alio decreto S. C. 18 Aug. 1588. — Neque ad docendam monialibus artem, nisi quando in monasterio nulla adesset alia perita: praefatus de Alexandris, ex alio decreto S. C. 11 Mart. 1586. — Notant tamen Pignatellus ¹⁹ et ipse de Alexandris ²⁰, ex S. Congregatione, bene posse Ordinarium

Ad licentiam requiritur necessitas,

ex parte monasterii.

Consecraria quaedam.

Nisi adfuisset contraria consuetudo.

Quid possit abbatissa.

¹ De offic. et pot. episc., alleg. 102, n. 40 et 41. — ² Decal., lib. 6, cap. 16, n. 13. — Azor, part. 1, lib. 13, cap. 8, qu. 7. — *Man. Rodrig.*, quaest. regul., tom. 1, qu. 46, art. 2. — *Llamas*, Method. append., § 5. — *Sanch.*, loc. cit. — ³ Loc. cit., n. 15. — ⁴ De Clausura, qu. 4, punct. 2, n. 3. — ⁵ Cap. 7, § 2, qu. 2. — *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 10, n. 13. — ⁶ Loc. cit., qu. 1. — ⁷ Loc. cit., qu. 3. — ⁸ Decal., lib. 6, cap. 16, n. 22. — *Navar.*, de Regular., comment. 4, n. 59, v. *Tertio*. — *Azor*, loc. cit., cap. 8, qu. 6. — *Man. Rodrig.*, loc. cit., qu. 46, art. 2. — ⁹ Ap. *Sanchez*, loc. cit., num. 21. —

¹⁰ De Clausur., qu. 4, punct. 2, num. 5. — ¹¹ Cap. 7, § 2, qu. 3. — ¹² Loc. cit., num. 23. — *Navar.*, de Regular., comment. 4, num. 60, v. *Quarto quod dubitari*. — *Man. Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 46, art. 2, i. f. — *Graff*. Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 23, n. 6. — ¹³ Alleg. 102, n. 43. — *Suar.*, de Relig., tract. 8, lib. 1, cap. 10, n. 14. — ¹⁴ Sess. 25, de Regul., cap. 5. — ¹⁵ De Clausura, qu. 4, punct. 4, num. 8. — ¹⁶ Cap. 7, § 3, qu. 2. — ¹⁷ Part. 3, tr. 2, resol. 130. — ¹⁸ Loc. cit., qu. 2. — *De Alex.*, loc. cit. — ¹⁹ Tom. 8, consult. 47, num. 42. — ²⁰ Loc. cit., qu. 2.

ingrediens septa monasterii monialium absque licentia Ordinarii vel alterius superioris, incurrat excommunicationem Sedi apostolicae reservatam ».

ⁱ⁾ Navarrus, *de Regularib.*, comment. 4, n. 60, scribit: « Videtur [ita] sensisse Pius, in dicta Extrav. *Decori*, in simili », scilicet quoad licentiam egrediendi.

^{j)} Si tamen consulantur decreta S. C. C., plane perspicuum erit ea quae soli superiori regulari facultatem concedant, antiquiora esse,

et proinde revocata a decretis quae hanc facultatem concedunt tam episcopo quam praelato regulari cumulative. Cfr. Pallottini, *v. Monasteria monialium*, § 2, n. 27 et seqq.

225. — ^{a)} Quae declaratio S. C. C. reperitur apud Pallottini, *v. Monasteria monialium* § 3, n. 24, 26 et 27. Excipitur tamen casus fortuitus, puta ad consulendum vitae et salutis spirituali alicujus mulieris sive nobilis sive ignobilis; nam posse tunc hanc mulierem ingredi et pernoctare, ac permanere arbitrio

dare licentiam intrandi puellae, de qua controvertitur, ut in monasterio ad tempus maneat, donec lis terminetur.

Talis vero necessitas ex parte monasterii, non stricte, sed late sumitur: intelligitur enim necessitas moralis, nempe cum intervenit quaevis causa rationabilis, sive probabiliter justa. — Ita Sanchez ¹, Bonacina ²; de Alexandris ³ cum Delbene; et Barbosa ⁴ cum Miranda, Portello et Campanile. — Dicitur: *causa probabiliter justa*. Nam *dubie justa* non sufficit, ut recte advertunt Sanchez ⁵ et Barbosa ^{b)}. Qui insuper (contra Bonacina) censet minorem causam requiri pro ingressu feminae in monasterium monialium quam viri, et pro ingressu diurno quam nocturno ^{c)}, et pro ingressu consanguineae quam extraneae, et pro ingressu in priora receptacula quam in interiora.

In necessitatibus autem urgentibus quae moram non patiuntur, et alias grave damnum immineret, non requiritur ulla licentia ad ingrediendum (prout in casu mortis, incendii, violentiae, et similium): quia lex humana in tanto discrimine non obligat; ut recte docent Sanchez ⁶; et de Alexandris ⁷ cum Navarro, Graffio ^{d)} et communi.

Hinc potest quivis sacerdos in casu repentinae mortis ingredi ad ministrandum moniali sacramentum Poenitentiae aut Eucharistiae et etiam Extremae Unctionis, ut probabiliter ait de Alexandris. Et tunc ne abbatissae quidem licentia requiritur, ut etiam probabiliter censet idem de Alexandris ⁸ cum Navarro ^{e)},

¹ Decal., lib. 6, cap. 16, n. 13. — ² De Clausura, qu. 4, punct. 4, n. 2 et 3. — ³ Cap. 7, § 3, qu. 1. *Delbene*, de Immun. eccles., cap. 19, dub. 39, n. 4 et 6. — ⁴ Alleg. 102, n. 48. — *Miranda*, de Monialib., qu. 2, art. 4, concl. 2. *Portel.*, dub. regular., v. *Clausura Monialium*, n. 4. *Campan.*, diversor. juris, rubric. 12, cap. 16, n. 25. — ⁵ Loc. cit., n. 39. — *Bonac.*, loc. cit., num. 2. — ⁶ Decal., lib. 6, cap. 16, num. 34. — ⁷ Cap. 7, § 2, qu. 6. *Navar.*, de

Graffio ^{e)} et aliis pluribus (contra Sanchez ⁹); quia tunc licentia rationabiliter praesumitur concedi immediate a Papa. Excipe, nisi abbatissa habeat generalem facultatem a praelato praebendi licentiam.

226. — Hic autem notandum quod *medicus* non potest ingredi nisi ex licentia renovata in singulis trimestribus; ut ex decreto S. C., edito die 27 Mart. 1588 (vide de Alexandris ¹⁰): necnon debet associari a duabus monialibus senioribus; et intrare solus, nisi infirmitas sit valde gravis. — Medicus autem non potest ingredi sub initio quadragesimae ad cognoscendum quae moniales sint dispensandae quia hoc bene potest praestari ad crates. De Alexandris ¹¹. — Posset tamen ingredi ad invisendam monialem decumbentem in lecto, et dubitantem an febris laboret; licet posset ipsa sine gravi damno accedere ad januam, si illuc renueret ire ob erubescantiam. Ita Bonacina ¹² et de Alexandris ¹³. — Medicus vero extraordinarius nequit ingredi ad libitum monialium, sed tantum in defectu ordinarii, vel quando cum ordinario habendum est collegium. De Alexandris ¹⁴ cum Barchio. — Chirurgus potest quidem intrare ad secundam venam, et etiam pharmacopola ad docendum (si opus sit) quomodo medicamentum sit parandum. Sanchez ¹⁵ et de Alexandris ¹⁶.

Factores, notarii, et similes etiam ingredi possunt, si necessitas urgeat: puta ad judicandum de ruina imminente, ad invenendam scripturam necessariam in ar-

Regular., Comment. 4, num. 60. — *De Alex.*, loc. cit., qu. 6. — ⁸ Loc. cit., qu. 7. — ⁹ Loc. cit., num. 36 et 37. — ¹⁰ Cap. 7, § 5, qu. 1. — ¹¹ Loc. cit., qu. 2. — ¹² De Clausura, qu. 4, punct. 4, num. 5. — ¹³ Loc. cit., § 5, qu. 2. — ¹⁴ Loc. cit., qu. 3. *Barchius*, Specchio religioso per le monache, cap. 8, della Clausura, § *La superiora che permette*. — ¹⁵ Loc. cit. num. 56. — ¹⁶ Loc. cit., qu. 4.

Intelligitur necessitas moralis.

In necessitatibus urgentibus nulla requiritur licentia.

Quid de ingressu medici ordinarii,

medici extraordinarii,

chirurgi et pharmacopolae,

et quorundam aliorum.

episcopi, cujus conscientia oneratur, respondit eadem S. C. in *Limana*, mense Februario 1586. Pallottini, *loc. cit.*, n. 28.

^{b)} Barbosa, *loc. cit.*, plane innuit non satis esse causam dubiam: dum dicit sufficere quod sit « manifesta ».

^{c)} De ingressu diurno vel nocturno non loquitur Barbosa.

^{d)} Jacobus de Graffis, *Decis. aur.*, part. 1,

lib. 4, cap. 23, n. 6, id videtur concedere, negando requiri licentiam ubi causa est manifesta et superior adiri non potest.

^{e)} Navarrus et Graffius, *loc. cit.*, « videntur clare sentire », ut recte ait Sanchez, eo casu non requiri licentiam abbatissae; etenim negant licentiam esse necessariam, nisi abbatissa vel confessarius facultatem generalem habeant in his casibus eam concedendi.

chivio *f*) ad faciendum testamentum puellae. — De Alexandris ¹.

Sic etiam ingredi possunt ex licentia, fabri, hortulani, fabricatores, putearii, putatores, molitores et similes, qui artem suam non possint extra commode exercere. Item bajuli ad ferenda quae a monialibus ferri non possunt. Si autem licentia nominatim sit data pro uno bajulo, isto deficiente, non potest alius substitui: nisi licentia esset indeterminata, v. gr. *ut bajulus ingredi possit*. — Ita de Alexandris ², Sanchez ³.

Excluduntur sartores.

Admittit etiam Sanchez sartores, si extra non possent commode aptare vestes; et consentit Cassianus, si adsit usus. — Sed merito id negant Bonacina ³ et Palaus ⁴.

Quid de discipulo sine magistro.

An autem, concessa licentia pro magistro artis cum discipulo, possit ingredi vel immorari discipulus sine magistro? Negat Barchius apud de Alexandris ⁵: nisi ex aliquo impedimento magister non potuerit ingredi aut immorari ^h). Affirmant vero alii, et de Alexandris putat probabile; quia dictio *cum* aequivalet dictioni *et*.

Juxta alios, possunt admitti infantes ante usum rationis.

An autem possint admitti in clausuram infantes nondum doli capaces? — Affirmat Barbosa cum Navarro, Suarez, Azor, Bonacina, Comitolo ⁱ), etc., quia prohibitio principaliter afficit ingredientes: cum ergo infantes non ligentur praecepto ob carentiam usus rationis, nec etiam moniales. — Attamen S. Congre-

gatio saepius declaravit oppositum (vide de Alexandris ⁶). — Et tanto magis hoc dicendum de *amentibus*, ex quibus insuper potest facile timeri periculum scandali.

Juxta S. Congr., non possunt. Neque possunt amentes.

227. — Confessarius vero ingredi potest ad administranda sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis moniali aegrotanti quae ad confessionale non potest accedere. Et non solum in periculo mortis, sed quoties ex praescripto regulae dispensatur communio; item quoties illa monialis communicare consueverit. Ita communiter Bonacina ⁷, Barbosa ⁸; et de Alexandris ⁹ cum Sanchez, Rodriguez et communi, ex declaratione S. Congregationis. — Debet autem confessarius ingredi indutus superpelliceo et stola, atque sic ibi morari: debetque egredi quin ad aliam monasterii partem se divertat, etiamsi esset ad visitandam aliam infirmam, quae tamen non indigeat sacramentis. De Alexandris ¹⁰ et Barbosa ¹¹. — Confessarius saecularis intrare debet sine socio; ut S. Congregatio declaravit. Regularis vero debet habere socium probatae vitae et maturae aetatis, ex bulla Alexandri VII. — Dum autem confessarius confessionem audit, debent assistere comitatrices ad januam, ita ut eum videre possint. Vide de Alexandris ¹².

Quando nam possit ingredi confessarius ad ministranda sacramenta.

Et quomodo se debet gerere.

Potest etiam confessarius ingredi et pernoctare in monasterio, si monialis laboret in extremis. — De Alexandris ^a), ex declaratione S. C.

Quandoque potest pernoctare.

¹ Cap. 7, § 5, qu. 5. — ² Loc. cit., qu. 6 et 7. — *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 16, n. 43. — *Cassian. a S. Elia*, Arbor opinion. moral., v. *Clausura*, num. 75. — ³ De Clausura, qu. 4, punct. 4, n. 11. — ⁴ Tr. 16, disp. 4, punct. 10, § 3, n. 11. — *Barchius*, loc. cit., § *Quando nella facoltà*.
⁵ Loc. cit., qu. 8. — *De Alex.*, loc. cit., qu. 8. — *Barb.*, de Offic. et pot. episc., alleg. 102, num. 32. *Navar.*, de Regularib., comment. 4, n. 59. — *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 10, num. 2. *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 8,

qu. 5. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 1, n. 5. — ⁶ Loc. cit., qu. 11. — ⁷ De Clausura, qu. 4, punct. 4, num. 4. — ⁸ Alleg. 102, num. 49. — ⁹ Cap. 7, § 6, qu. 1. *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 16, num. 44 et 45. *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 47, art. 4. — S. C. C., habetur apud Pallottini, v. *Monasteria monialium*, § 2, num. 47. — ¹⁰ Loc. cit., qu. 2. — ¹¹ Loc. cit. — *Alex. VII*, constit. *Felici sacrarum*, § 5 de die 20 Oct. 1664; in Bullar. Mainardi. — ¹² Loc. cit., qu. 2.

f) Quando scilicet archivum est ita plenum scriptis, ut non possint ad crates deferri pro recognitione, absque notabili incommodo.

^g) Sanchez, *Decal.*, lib. 6, cap. 16, n. 56 (cfr. etiam *num. 42 et 43*), concordat utique, sed non loquitur de substitutione alterius.

^h) Dummodo magister non omnino deserat opus assumptum aut abesse non debeat

pro majori diei parte, ut ipse Barchius limitat et notat de Alexandris.

ⁱ) Comitulus, *Resp. moral.*, lib. 6, qu. 19, n. 6, et qu. 22, aperte sustinet sententiam negativam, afferens oraculum vivae vocis a Clemente VIII prolatum.

227. — ^a) De Alexandris, *loc. cit.*, qu. 3, dicit concedi eo casu pernoctationem confessorii « in sua solita mansione extra clausuram, ut ingruente necessitate, illico praesto

Plures sol-
vuntur ca-
sus de in-
gressu con-
fessarii.

Potest etiam ingredi confessarius ^{b)} ad benedicendum monasterium a spiritibus infestatum. De Alexandris ¹ cum Gavanto ^{c)}, Naldo ^{c)}, ex declaratione S. C. — An autem ad exorcizandam obsessam? S. Congregatio die 10 Nov. 1582 annuit posse, si sacerdos sit probatae vitae; sed postea 1 Julii 1606 id prohibuit, et dixit potius impetrandam esse a S. C. licentiam, ut monialis illa exorcizetur in ecclesia exteriori monasterii. Vide de Alexandris ².

Potest etiam confessarius post sacramentum collatum dare reliquiam ad osculandum, benedicere cellam, etc.; et etiam tunc de aliquo negotio temporali loqui. Ita de Alexandris ³.

Probabiliter dicunt plures apud de Alexandris ⁴, ex Glossa in cap. *Decet, de reg. jur.*, in ⁶, quod si confessarius extraordinarius, ingrediens cum licentia data pro una vice, non possit confessionem excipere vel perficere propter morbum, poterit postea iterum ingredi sine alia licentia. — Et idem dicunt, si monialis confessa statim advocet confessarium egressum ad dicendum peccatum oblitum; cum illud spectet ad idem iudicium.

Praeterea, sentit de Alexandris quod confessarius, postquam confessionem monialis infirmæ audierit, bene potest aliquod novum aedificium monasterii benedicere; et etiam deferre cuidam aliae infirmæ quamdam insignem reliquiam. — Sic etiam ait posse ob aliquam justam causam immorari in monasterio ad breve tempus ^{d)} ad intuendas officinas et ad tractandum aliquod temporale negotium.

¹ Cap. 7, § 6, qu. 8. — ² Loc. cit., qu. 5. — ³ Loc. cit., qu. 9. — ⁴ Loc. cit., qu. 10. — *De Alex.*, loc. cit., qu. 9. — ⁵ Decal., lib. 6, cap. 16, n. 69. — ⁶ De Clausura, qu. 4,

228. - Dubitatur 7°. *An qui est ingressus monasterium cum licentia incurrat excommunicationem aut graviter peccet, si finito negotio statim non egreditur?*

Resp. 1°. Non incurrit censuram, licet ipse multum immoretur, quia clausura solum violatur cum sine licentia usurpatur ingressus. — Ita Sanchez ⁵, Bonacina ⁶; et Bordonus ac Zerola ^{a)} apud de Alexandris ⁷.

Et hoc ait Sanchez ⁸, contra Rodriguez ^{b)}, procedere, etiamsi quis immoretur ad malum finem; quia hic jam est cum licentia ingressus, ut concilium permittit. — Sed Bonacina ⁹ censet quod, esto hic non incurrat excommunicationem Tridentini, incurrit tamen excommunicationem papæ reservatam in decreto Sacrae Congregationis edito jussu Clementis VIII die 22 Novembris 1602, ubi excommunicantur omnes *violantes clausuram ad malum finem*. Hunc enim ait jam violare clausuram immorando cum prava intentione. — Sed huic responderi potest quod, cum agatur de poenis, violatio illa stricte intelligenda est, prout intelligit concilium, nempe de ingressu et egressu sine licentia.

Resp. 2°. E contrario non excusatur a peccato mortali, si mora sit longa; quia delinquit adversus obligationem clausurae. Secus, si mora sit brevis; cum in hoc praecepto non immorandi bene admittatur parvitas materiae. Ita communiter Sanchez ^{c)} et Bonacina ¹⁰; ac Barbosa ^{c)} cum Miranda ^{c)} et Rodriguez ^{c)}. — Immo

Statim non egradiens non incurrit censuram.

Etiam si immoretur ad malum finem.

Peccat mortaliter si mora sit longa.

Secus si brevis.

punct. 4, num. 22. — *Bordon.*, part. 2, resol. 76, num. 74.

⁷ Cap. 7, § 3, qu. 4. — ⁸ Loc. cit., n. 69. — ⁹ Loc. cit., n. 22. — *S. C. Episc. et Regul.*, apud Bizzarri. — ¹⁰ Loc. cit., n. 22.

esse possit ». Et ibi citat S. C. Deinde ipse addit confessarium posse « etiam per integram noctem assistere, si iudicio medici credatur brevi moritura ».

^{b)} Obtenta tamen ad hoc speciali facultate, addit de Alexandris.

^{c)} Gavantus, *Man. Episcop.*, v. Monialium clausura, n. 37; Naldus, *Summa*, v. Monialis, n. 16, sicut et S. C. a Cajetano de Alexandris pro alio asserto citantur; praesens vero omittunt.

^{d)} Etiam « ob curiositatem » inquit de Alexandris.

228. - ^{a)} Zerola, *Prax. episc.*, v. Moniales, ad 8, v. *Quarto*, favet huic sententiae; negat enim excommunicationem incurrere eum qui ingressus cum licentia episcopi, rem haberet cum moniali.

^{b)} Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 47, art. 11, de peccato loquitur (quod ad praesens attinet) non de censura.

^{c)} Sanchez, *loc. cit.*, n. 69; Barbosa, *alleg. 102*, n. 58, et in *Trid.*, sess. 25, cap. 5, n. 99; Miranda, *de Monial.*, qu. 2, art. 20; Rodriguez, *loc. cit.*, negant peccare mortaliter eum qui brevi moratur.

Imo admittitur quaedam mora.

Sanchez¹; ac Molfesius, Rodriguez et Miranda apud Bonacina, dicunt eum qui parum immoratur excusari etiam a veniali, tum quia sic usu receptum est etiam apud viros timoratae conscientiae, tum quia, cum hoc praeceptum sit morale, morali modo accipiendum est. In hoc autem brevem moram censet Diana² cum Villalobos esse quadrantem.

Dubitatur 8°. *An incurrat excommunicationem qui ingreditur cum licentia et ex causa justa, sed simul cum intentione prava?*

Sentit Bonacina³ esse probabile quod hic incurrat, quia non praesumitur superior in eo casu licentiam concessisse. — Sed oppositum tenet de Alexandris⁴; et merito id probabile censet ipse Bonacina cum Rodriguez^{d)} et Zerola, quibus adhaeret quoque Sanchez^{e)}. Quia censura fulminatur tantum in ingredientes sine licentia, non autem in eos qui cum licentia intrans, etsi cum malo fine: poenae enim stricte sunt intelligendae, et prava intentio non tollit primam ingrediendi causam, propter quam data est licentia.

229. Moniales autem clausuram violantes, nec non alii concedentes illis violare, sive eas comitantes aut receptantes, pariter excommunicationem papalem incurrunt: ex constitut. S. Pii V quae inci-

pit *Decori*, edita 24 Jan. 1570 (apud Sanchez⁵). — Ubi contra excusatur egressio, si adsit justa causa, nempe (ut ibi dicitur) *magni incendii vel infirmitatis leprae aut epidemiae*.

Nomine autem *epidemiae* declaravit S. Congregatio (apud de Alexandris⁶), intelligi tantum veram et realem pestem. — Sed dicunt Bonacina⁷, Holzmann⁸; et Sanchez⁹ cum Navarro^{a)}, Manuele et Cenedo^{a)}, venire non solum morbum vere pestilentem, sed quemcumque morbum contagiosum qui alios inficere soleat, prout est morbus S. Lazari, ignis sacri et similibus, casu quo monialis infirma non possit curari in monasterio sine periculo infectionis aliarum. Idque inferunt ex cap. *Periculoso, de statu regul., in 6°*, ubi prohibetur egressus moniali, *nisi forte tanto et tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis sine gravi periculo seu scandalo commorari*.

E converso, recte ajunt Bonacina¹⁰ cum Rodriguez, Zerola, Gutierrez et Corduba^{b)}; ac Barbosa¹¹, cum Miranda, Sorbo^{b)} et Cenedo (contra Navarrum, Azor, Suarez et Graffii^{c)}), non sufficere ad egrediendum, infirmitatem gravem sine periculo infectionis aliarum: tum quia hic casus non excipitur in constitut.

Nisi adsit justa causa.

Quid veniat nomine epidemiae.

Non incurrit censuram ingrediens cum licentia sed ex prava intentione.

Excommunicantur moniales e claustris egredientes et alii cooperantes.

Ad egrediendum requiritur gravis morbus contagiosus.

¹ Decal., lib. 6, cap. 16, n. 69. — *Molfes.*, Sum., part. 1, tr. 7, cap. 20, n. 42. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 47, art. 11. *Miranda*, de Monialib., qu. 2, art. 20. *Bonac.*, de Clausura, qu. 4, punct. 4, n. 22. — ² Part. 3, tr. 2, resol. 51. *Villal.*, part. 2, tr. 35, diff. 49, n. 1. — ³ Loc. cit., n. 18. — ⁴ Cap. 7, § 3, qu. 5. — *Bonac.*, loc. cit. — *Zerola*, Prax. episcop., v. *Moniales*, ad 8, v. *Quarto*. — *S. Pius V*, declar. *Decori*, § 2, de die 24 Jan. (al. 1 Febr.) 1570; in Bullar. Mainardi. — ⁵ Decal., lib. 6, cap. 15, n. 63 et 31; et habetur in Bullar. Mainardi. — ⁶ Cap. 7, § 9, qu. 2. — ⁷ De Clausura, qu. 1, punct. 9, num. 2. — ⁸ De Praec.

particul., n. 592, Causae 1. — ⁹ Loc. cit., n. 35. *Man. Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 49, art. 4. — ¹⁰ De Clausura, qu. 1, punct. 9, num. 18. *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 49, art. 3, v. *Circa quam*. *Zerola*, Prax. episc., part. 1, v. *Moniales*, v. 16° et part. 2, v. *Moniales*, v. 14°. *Gutier.*, Canon. quaest., lib. 1, cap. 14, n. 7. — ¹¹ Alleg. 102, n. 20 et 21. — *Miranda*, de Monialib., qu. 3, art. 4. — *Cenedo*, Collectan. 31 ad sextum decretal., n. 2. — *Navar.*, de Regular., comment. 4, n. 49. *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 8, qu. 1, v. *Tertio*. *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 9, n. 9.

^{d)} Rodriguez, loc. cit., qu. 48, art. 3, v. *Secundo notand.*, hoc habet de casu simili; negat scilicet mulieres monasteria virorum ingredientes ex causa, sed cum prava intentione censuram incurrere.

^{e)} Sanchez, loc. cit., n. 69, adhaeret, quantum loquitur de eo qui finito negotio non egreditur, sed immoratur ex pravo fine, quem negat incurrere censuram. Cfr. etiam cap. 17, n. 28, ubi de eodem casu eodemque modo ac Rodriguez tractat.

229. — ^{a)} Navarrus, de Regular., comment. 4, n. 48 et Cenedo, Collectan. 31 ad sextum Decretal., num. 2, assertum hoc per-

spicue indicant dicendo epidemiam contineri in verbis cap. *Periculoso*.

^{b)} Corduba, *Compend. Privil. FF. Minor.*, addit. ad v. Clausura monialium, § *Notandum quod determinatio*, ita sane primo tenet, negans posse eo casu e clausura exire, sed in fine contrarium tenet. Sorbo autem vel potius Casarubios, *ibid.* v. Clausura monialium, *vers. Quintus casus*, concordat.

^{c)} Jacobus de Graffii videtur potius sententiam tenere, S. Alphonso probatam; nam scribit, *Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 23, n. 17*, excommunicationem non extendi « ad monialem. evidenter et graviter infirmam,

S. Pii; tum quia alias magnum sequeretur damnum clausurae, cum tales morbi in monasteriis sint frequentes.

Finita curatione, monialis statim regreditur.

Docent autem Sanchez ¹ et Bonacina ², monialem, finita curatione, aut cessante causa egressus, statim teneri reingredi. Illud tamen *statim* recte dicunt intelligi moraliter; unde excusant monialem a mortali, si moretur extra per unum vel duos dies. — Item ait Sanchez ³, illam non incurrere excommunicationem, si extra commoretur; quia ipsa jam egressa est cum licentia.

Aliae causae permittentes egressum.

Quamvis autem in cap. *Periculoso* fiat mentio de sola causa incendii, etc. (ut supra); bene tamen ajunt Sanchez ⁴, Bonacina ⁵; ac De Alexandris ⁶ cum Navarro et Barbosa, sufficere ad egrediendum causas similes, ut bellum imminens, inundatio fluminis, aut aedificii ruina ^{d)}.

Si mora datur, licentia requiritur.

Quando vero patet aditus et tempus, nempe si periculum patitur moram, requiritur omnino ex praefata bulla S. Pii V ad egrediendum, licentia in scriptis ab episcopo, et etiam a praelato regulari, si monasterium sit exemptum; cum ibi dicatur: *Sitque causa haec cognita, probata, atque in scriptis expressa per Superiores, et simul per Ordinarium e)*.

Egrediens uno solum pede:

An autem *incurrat excommunicationem monialis, egrediens extra monasterium ad unum tantum pedem?*

probabilius excommunicatur.

Negant Graffius ^{f)}, Naldus ^{f)}, Merolla; et adhaeret Croix ⁷, si statim redeat. Sed probabilius affirmant ^{g)} Bonacina ⁸ et Sanchez ⁹. — Valde tamen rationabiliter excusanda est (cum Sanchez) monialis, quae non egreditur toto corpore extra

Limitatio.

¹ Decal., lib. 6, cap. 15, n. 60. — ² De Claus. qu. 1, punct. 9, n. 21. — ³ Loc. cit., cap. 16, n. 69. — ⁴ Loc. cit., cap. 15, n. 37 et 44. — ⁵ Loc. cit., n. 6 et 7. — ⁶ Cap. 7, § 9, qu. 2. — *Navar.*, de Regular., comment. 4, n. 48. — *Barb.*, alleg. 102, n. 22. — *Merolla*, Theol. mor., disp. 1, cap. 2, n. 501 et 502. — ⁷ Lib. 4, n. 85, et lib. 1, n. 673. — ⁸ Loc.

clausuram; ut dicunt Sanchez ¹⁰ et Bonacina ¹¹.

Notandum hic ex decreto Clementis VIII (apud Pellizarium ¹²), unamquamque monialem debere solam dormire; ideoque tot cellas in unoquoque monasterio faciendas esse, quot ibi degunt moniales. Idem declaravit S. C. Episcop. et Regul. (apud Ferraris ¹³). — Sic etiam S. C. Episcop. et Regul. (apud eundem Ferraris ¹⁴) pluries statuit, puellas commorantes in monasteriis monialium, causa educationis, debere habere locum separatum a monialibus pro earum dormitione, sicut et pro operibus.

Monialis debet sola dormire.

Educandae locum habeant separatum.

230. - Haec, quoad clausuram monialium.

Adest autem alia excommunicatio Papae reservata, contra mulieres violantes clausuram religiosorum, lata a S. Pio V in bulla *Regularium*, anno 1566 [24 Octobris], et in alia Gregorii XIII *Ubi gratiae*, edita 13 Junii 1575 (quas referunt Bonacina ¹⁵, Salmant. ¹⁶ et Sporer ¹⁷). — Hancque excommunicationem incurrunt non tantum feminae, quae, praetextu facultatum, praetendunt ingredi in monasteria virorum vel mulierum, ut declaravit Gregorius XIII; sed etiam illae, quae sine tali praetextu conventus virorum ingrediuntur, ut per aliam bullam editam die 16 Julii 1570, quae incipit *Decet Romanum Pontificem*, idem S. Pius V declaravit, dicens: *Declaramus, fuisse et esse mentem... nostram, quod dictae litterae non solum ... comprehendant mulieres habere praetendentes... indulta ingrediendi monasteria, sed etiam ... quascumque mu-*

Excommunicatio contra mulieres violantes clausuram religiosorum,

comprehendit etiam ingredientes sine praetextu facultatum.

cit., qu. 1, punct. 8, n. 6. — ⁹ Loc. cit., cap. 16, n. 70. — *Sanch.*, loc. cit. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., n. 6. — ¹² De Monialib., cap. 7, qu. 17, n. 22. — ¹³ Biblioth., v. *Moniales*, art. 2, n. 7. — ¹⁴ Loc. cit., art. 1, n. 6. — ¹⁵ Qu. 5, punct. 3, n. 1. — ¹⁶ Tr. 15, de statu relig., cap. 5, n. 176. — ¹⁷ Suppl. Decal., cap. 2, n. 159.

ita quod cum aliis morari non possit absque scandalo et periculo aliarum monialium ».

^{d)} Sanchez, Bonacina et Navarrus solum exemplum belli imminens ab haereticis vel infidelibus afferunt.

^{e)} Verba haec sensum profecto sed non textum referunt,

^{f)} Jacobus de Graffis, *loc. cit.*, num. 15; Naldus, *Sum.*, v. *Clausura*, n. 1, loquuntur

de iis qui clausuram *ingrediuntur* per duos pedes et statim regrediuntur. Croix vero et Merolla, de *egredientibus* ad duos pedes.

^{g)} Bonacina affirmat in censuram incurrere monialem « quae utroque pede et toto corpore egressa est, etiamsi ad unum vel duos tantum palmas janua egressa sit ». Et Sanchez idem dicit si utroque pede et toto corpore exeat.

lieres alias, tam in genere, quam in specie. — Et ita communissime et recte tenent Palaus¹, Suarez², Bonacina³, Navarrus⁴; et Salmant.⁵ cum Lezana, Pellizario, Garcia, etc. (contra Laymann, Delbene^a), etc.). Idemque docet Sanchez⁶: qui cum Suarez^b) dicit, quod auctores ideo contrarium tutati sunt, quia non legerunt praefatam declarationem S. Pii V.

Objectioni
satisfit.

Nec obstat id quod objiciunt Laymann^c); et Delbene^c) apud Salmant.^c), nempe quod, cum Gregorius XIII innovaverit solam priorem constitutionem Sancti Pii V *Regularium*, faciendo tantum mentionem de feminis praetextu facultatum ingredientibus; videtur secunda constitutio S. Pii *Decet Romanum Pontificem* vel non fuisse promulgata, vel non recepta. — Nam respondetur, ex eo quod praefata secunda constitutio fuit posita in Bullario S. Pii, et ex praxi atque stylo S. Poenitentiariae satis ostendi, quod praefata secunda constitutio jam fuit promulgata et usu recepta.

Poenae
contra re-
gulares qui
mulieres
admittant.

Et hic insuper notandum, quod ex bulla Gregorii, regulares, praesertim superiores, praeter poenas suspensionis a divinis, et privationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia, latas in bulla S. Pii, incurrunt etiam excommunicationem, si ingredi faciant vel permittant mulieres, praetextu facultatum, in eorum monasteria.

¹ Tr. 16, disp. 4, punct. 8, n. 1. — ² De Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 7, n. 9. — ³ De Clausura, qu. 5, punct. 3, n. 1. — ⁴ Man., cap. 27, n. 150, excom. 61. — ⁵ Tr. 15, cap. 5, n. 176. *Lesana*, Sum., tom. 1, cap. 10, num. 9. *Pelliz.*, Manuale Regul., tr. 5, cap. 6, num. 41. — *Hieron. Garcia*, Politica eccles., tr. 13, diff. 2, dub. 4, n. 8. — *Laym.*, lib. 4, tr. 5, cap. 12, n. 4. — ⁶ Decal., lib. 6, cap. 16, num. 79. — ⁷ Loc. cit., n. 2. — ⁸ De Relig., tr. 8, lib. 1, cap. 7, num. 5

An autem regulares admittentes feminas ingredientibus sine praetextu, incurrant excommunicationem? — Negat Filiuccius^d), ac Bonacina⁷ putat probabile. Quia S. Pius jam declaravit mentem suam quod in prima bulla comprehendebantur mulieres intrantes etiam sine praetextu; sed Gregorius hoc non declaravit.

231. — Excipiuntur tamen ab hac prohibitione:

Quaedam
excipiuntur
mulieres.

1^o. Reginae, electricae^a), et similes, earumque filiae; ut docent Suarez⁸, Sanchez⁹, Bonacina¹⁰.

2^o. Fundatrices quae fundum concesserunt, vel situm monasterii, vel propriis sumptibus illud aedificare fecerunt, aut redditibus dotaverunt; quibus insuper permittitur decens comitatus aliarum. Sporer¹¹ et Elbel¹². — Hoc tamen declaravit regnans Pontifex Benedictus XIV in bulla *Regularis* intelligi, dummodo habeant privilegium a Sede apostolica in forma brevis, illudque exhibeant locorum Ordinariis vel praesulibus monasterii.

3^o. Feminae necessariae ad curationem alicujus religiosi (intelligendum, cum licentia superioris); vel quae fugerent ad evitandam necem. — Sporer^b) et Elbel¹³.

Nomine autem *conventus*, dicunt Palaus¹⁴; et Elbel¹⁵ cum Sanchez, Laymann

Quid ve-
niat nomine
conventus.

et 6. — ⁹ Decal., lib. 6, cap. 17, num. 5. — ¹⁰ Loc. cit., punct. 2, num. 5. — ¹¹ Suppl. Decal., cap. 2, num. 159, II (cfr. n. 155, IV). — ¹² Theol. decal., part. 5, num. 650. — *Bened. XIV*, Bulla *Regularis*, de die 3 Januarii 1742, § 8. — ¹³ Loc. cit., n. 651. — ¹⁴ Tr. 16, disp. 4, punct. 8, num. 6. — ¹⁵ Theol. decal., part. 5, num. 670. *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 17, num. 20. *Laym.*, lib. 4, tract. 5, cap. 12, n. 5.

230. — ^a) Delbene, *de Immun. eccl.*, cap. 19, dub. 76, n. 1 et 2 dicit utique non esse improbabile quod non comprehendantur; sed, n. 10, communius et multo probabilius esse quod contrahant excommunicationem etiamsi ingrediantur sine praetextu facultatum.

^b) Scilicet Suarez, *de Relig.*, tr. 8, lib. 1, cap. 7, n. 9, dicit primo se non vidisse hanc declarationem; sed concludit se post haec scripta invenisse motum proprium S. Pii V, ideoque omne dubium cessare.

^c) Salmant., *loc. cit.*, n. 175, hanc rationem afferunt pro sententia Laymanni et Delbene; sed eam rationem non tribuunt his auctoribus, qui revera *ll. cc.* eam non habent.

^d) Filiuccius videtur contrarium tenere: « Non tantum mulieres ingredientibus incurrere excommunicationem (ita ille, *tr. 15, cap. 5, n. 119*), verum etiam praelatos religiosorum, si id permittant praetextu dictarum facultatum. Et probabile est etiam quoscumque religiosos admittentes, ex bulla Gregorii XIII *Ubi gratiae* ». Sed Bonacina id intelligendum putat, « si religiosi permittant feminas ingredi praetextu facultatum ».

231. — ^a) Auctores citati non nominant electricas, sed reginas, imperatrices earumque filias.

^b) Sporer, *Suppl. Decal.*, cap. 2, n. 159, II, de hoc silet.

et aliis, non venire domos privatas, seu residentias, ubi unus vel alter religiosus habitare consuevit; quia hae nequeunt dici conventus ^{c)}. Nec venire domos, addit Elbel, ubi religiosi degunt causa aedificandi monasterium: nisi ibi sufficientia sint habitacula, ita ut communitas regulariter jam vivere possit. — Caeterum ait idem Elbel ¹, quoad modum servandi clausuram, attendendas esse legitimas consuetudines ac rationabiles, auctoritate superiorum approbatas; non autem eas, quae potius abusus et corruptelae dicendae sunt. — Dicunt autem Barbosa, Bonacina ^{d)}, etc., *Sacristias* regularium etiam esse clausuram; sed Pater Ferraris ^{d)} asserit, praxim fere undique esse contrariam.

Sacristia non est clausura.

232. - Hic autem refert plura adnotare circa prohibitionem indictam in Jure, et in casu reservato in dioecesi Neapolitana, viris colloquendi cum monialibus. — Pro hac sciendum, in concilio Lateranensi anno 1179; ut habetur in cap. *Monasteria, de vita et honest. cleric.*, latam fuisse excommunicationem ferendae sententiae ab episcopo contra laicos, et suspensionem in clericos, frequentantes monasteria monialium, his verbis: *Monasteria sanctimonialium, si quisquam clericus sine manifesta et rationabili causa frequentare praesumpserit, per episcopum arceatur; et si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis: si laici, excommunicationi subdantur.*

Poenae contra clericos aut laicos frequentantes monasteria monialium.

Elbel, Theol. Decal., part. 5, n. 670. — ¹ Loc. cit., n. 671. — Barb., in Trid., sess. 25, cap. 5, n. 115. Navar., de Regul., comment. 4, n. 61, v. *Quibus addo*. Man. Rodrig., Quaest. regul., tom. 1, qu. 45, art. 2. — ² Decal., lib. 6, cap. 16, n. 111. — ³ De Claus., qu. 3, punct. 2, n. 4. —

Per quot autem vices haec frequentia constituatur, Glossa in cit. cap. *Monasteria* censet constitui per duas vices; scilicet in uno die, vel duobus continuis, ut dicit Gratianus ^{a)}. — Verum communius Navarrus et Manuel putant, constitui per tres vices in tribus diebus continuis, ut etiam Sanchez ² et Bonacina ³; vel per unam vicem singulis mensibus, ut iidem Sanchez et Bonacina; aut quater in eadem hebdomada, ut ait Bonacina. — Qui contra addit, cum Navarro et Manuele apud Sanchez, non constitui frequentiam, si sit quaeter in anno, sive semel in trimestri. In hoc tamen ultimo casu, dicit Barbosa ^{b)}, posse episcopum excommunicare accedentes, si velit.

Quandonam adsit frequentia.

Circa autem regulares, ipsis jam prius specialiter interdictus fuerat accessus ad colloquendum cum monialibus, in octava Synodo, anno 787, ut habetur in can. *Diffrimus 21, caus. 18, qu. 2*, ubi: *Adulterium ... intercipit cohabitationem, si habeat aditum monachus ad monacham ... secreto singulariter ad colloquendum.* — Praeterea in decreto S. Congregationis edito, jussu Sixti V, anno 1590, regularibus colloquentibus cum quibuscumque monialibus, sive sui, sive alterius ordinis, vel cum qualibet muliere in monasterio degente, imposita est poena privationis officii, vocis activae et passivae, ipso facto incurrenda. — Confessariis autem regularibus fuit interdictum, in aedibus monialium monasterio contiguis pernoctare,

Poenae contra regulares accedentes ad colloquendum.

Sanch., loc. cit., n. 111. Bonac., loc. cit. Navar., loc. cit. Man. Rodrig., loc. cit. - Sanch., loc. cit., n. 110. — Concil. Nicaen. II, septimum generale, al. octavum. — Sixtus V, Decret. S. C. EE. et RR. [refertur ap. Bizzarri in decreto Urbani VIII, fol. 24, edit. 1863].

^{c)} Auctores citati (praeter Elbel) loquuntur de domibus, in quibus religiosi ad tempus commorantur.

^{d)} Bonacina, *de Claus.*, qu. 5, punct. 1, n. 4, sic distinguit: 1^o sacristiam ad quam non patet aditus nisi per claustra monasterii, subjici clausurae; 2^o sacristiam ad quam aditus non patet nisi per ecclesiam, non subjici clausurae; 3^o denique sacristiam quae duas portas habet, unam in ecclesia alteram in claustro; « probabilius arbitror hujusmodi sacristiam, inquit, nomine monasterii comprehendendi..., consequenter ibi clausura servanda est »; hoc tamen non omnino certum

esse, ideoque se non damnare religiosos, qui, ubi est receptum, feminas in sacristiam, admittunt. Et de hac ultima sacristia, quae scilicet duas portas habet, Ferraris, v. *Conventus*, art. 3, n. 14, dicit praxim fere ubique esse contrariam, contrariam nempe opinioni quae vult subjici clausurae.

232. - ^{a)} Quisnam sit ille Gratianus, qui hic citatur, nescio; sed certe hoc habet Llamas, *Method. curat.*, Appendix, § 4.

^{b)} Barbosa, *alleg.* 102, n. 70: « Ego tamen, inquit, melius credo dicendum istius frequentiae declarationem, si ea intercedat in hoc casu, remittendam esse iudicis arbitrio ».

aut facere ut alii pernoctent, vel alias secum retinere; item, ne in iis cibum sumant, extra tempus confessionum generalium. — Et haec lex verius obligat sub mortali; ut docent Bonacina¹ cum Sayro^{c)}, Homobono et Barchio; ac Ciera² cum Potestà, Verricelli^{d)}, Donato, Llamas^{e)} et Manuele^{f)} (contra Navarrum^{c)} et Palaum): ex decreto S. C. Concilii, edito 1 Julii 1626^{g)}, ubi declaratum fuit, regulares accedentes ad monasteria monialium contra formam praefati decreti, editi mandato Sixti V, *ultra poenas, incurrere etiam poenam peccati mortalis*.

Item hic notandum, quod in praefato decreto Sixti V dictum fuit regulares tantum a S. Congregatione impetrare posse licentiam ad colloquendum cum monialibus. — Sed eadem S. C. Concilii^{h)}, in alio decreto (in extensum relato a Bonacina³ et a Ciera⁴) de mandato Urbani VIII, 20 Nov. 1623, concessit *locorum Ordinariis, ut, quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno, cuique regulari, ut moniales sibi in primo et secundo tantum consanguinitatis gradu conjunctas convenire et alloqui possit. Id vero..., ut nullo modo liceat diebus festiis, aut Adventu, Quadragesima, feria sexta, sabbato et vigiliis; praedictaque licentia obtenta ab Ordinario, et ab alio ad quem spectat eam concedere, assignetur confessario*

ordinario monasterii, qui penes se retinere debeat,isque associet et praesens sit; et ausculatrices de more, non autem aliae, assistant: praedictaque licentia pro die et hora certa, et in scriptis concedatur, in librisque cancellariae ejusdem Ordinarii adnotetur. Quod si Ordinarii... aliter, quam servata forma supradicta, licentias concesserint vel permiserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini nostri transgressores..., regulares autem poenis in supradicto decreto (scilicet, Sixti V) contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, se noverint addictos, etc.

Sed postquam haec scripsiⁱ⁾, inveni quod, cum apud S. C. Concilii factum fuisset quaesitum, an regulares accedendo ad colloquendum cum monialibus sine licentia episcopi, peccent mortaliter, etiamsi accedant ex rationabili causa? S. Congregatio die 26 Nov. 1672 (ut habetur apud Monacelli⁵⁾), respondit, non licere sine licentia episcopi^{j)}. Et idem habetur in bulla *Gravissimo*, edita die 31 Octobris 1749 a Benedicto XIV, in qua refertur, vetitum fuisse regularibus a S. Congregatione, accedere sine licentia episcopi ad monasteria monialium, nec etiam ipsis subjecta. — His autem positis, videntur hodie regulares (quidquid alia decreta prius statuerint, quae in desuetudinem abierunt) licite posse accedere toties quoties ad colloquendum cum monialibus, ex licentia episcopi.

Lex verius obligans sub mortali.

Antea regulares licentiam impetrabant a S. Congr.

Postea ab Ordinario qui eam non poterat dare nisi quater per annum.

Sed S. Doctor putat Ordinarium posse illam dare, toties quoties.

¹ De Claus., qu. 3, punct. 4, num. 4. *Homob.*, de casib. reserv., part. 2, cap. 5, sect. 2, § *Quarto incidunt*. *Barco Specchio*, cap. 9, de' Parlatori e porte, § *La monaca che parla*. — ² Diss. 6, qu. 3, n. 26, v. *Verrum*. — *Potestà*, Exam. eccl., tom. 1, num. 1465 et 1466. —

Donat., Praxis, tom. 4, tr. 6, qu. 5, num. 5. — *Palaus* tr. 16, disp. 4, punct. 11, num. 8. — ³ Loc. cit., num. 4. — ⁴ Loc. cit., n. 26. — *Decret. S. C. EE. et RR.*, cfr. *Bizzarri Collectan.*, fol. 24, edit. 1863. — ⁵ Appendix ad Formular. tom. 1.

^{c)} Sayrus, *Clav.*, lib. 3, cap. 7, num. 25, citatur pro ratione tantum hujus sententiae, quod nempe gravis poena temporalis adjecta legi praesertim ecclesiasticae, indicat eam sub mortali obligare. Quod Navarrus, infra citatus, negat, *Man.*, cap. 23, n. 55 et seqq., nisi aliter constet de mente legislatoris.

^{d)} Verricelli, *Quaest. mor.*, tr. 8, qu. 66, n. 11, ita sane docet, sed addit: Fateor tamen oppositam sententiam esse probabilem ac tutam in conscientia ».

^{e)} Llamas. *Methodi append.*, § 4, male citatur a Ciera; non enim est ad rem allegatio.

^{f)} Manuel Rodriguez, *loc. cit.*, qu. 45, art. 4, non satis accurate citatur a Sanchez (a

quo allegationem mutuatus est Ciera); negat enim accessum hunc esse plus quam veniale.

^{g)} Habentur apud Pallottini aliae et quidem similes declarationes S. C. C., v. *Monasteria monialium*, § 2, n. 31.

^{h)} Lege: S. C. Negotiis regularium praefecta.

ⁱ⁾ Hanc adnotationem addidit S. Doctor inde a quarta editione.

^{j)} Et habetur apud Pallottini, *loc. cit.*, n. 31, in nota, et quidem ibi S. C. C. declaravit nullam, quantumvis honestam et rationabilem, causam eximere a gravi culpa regularis accedentes ad moniales sine episcopi licentia.

Haec praescripta sunt de jure communi.

Casus reservatus in quibusdam dioecesibus.

In omnibus autem fere dioecesibus, et signanter in Neapolitana, adest casus reservatus cum excommunicatione *in loquentes, sine archiepiscopi vel vicarii monialium licentia, cum monialibus in monasteriis etiam exemptis, vel cum aliqua aut aliquibus earum, etiamsi sit conversa aut novitia, sive educationis, sive alterius rei causa ibidem commoretur; conjunctis in primo vel secundo consanguinitatis gradu dumtaxat exceptis. Declarantes, quod qui facultatem obtinuerit loquendi cum aliqua praedictarum, non possit data opera et ex professo cum aliis loqui. Insuper (excommunicantur) ii praesertim, qui cum aliqua ex praedictis aut coram ipsis, tam in monasteriis, quam conservatoriis, seu collegiis, commorantibus, de rebus obscenis per verba aut actus impudicos, praesentes egerint; absentes vero, per litteras aut internuntios. Nec non viri aut mulieres, sive intra, sive extra monasterii vel conservatorii, aut collegii septa, qui praedictas litteras vel mandata detulerint.*

233. - Dubitatur 1º. *An in tali prohibitione vetetur solus accessus, sine colloquutione?*

Affirmant a) Sanchez 1; et Bonacina 2

1 Decal., lib. 6, cap. 16, n. 112. — 2 De Claus., qu. 3, punct. 1, n. 3. - Navar., de Regular., Comment. 4, n. 61, v. Quinto. - Innoc., in cap. Monasteria, de vita et honest. cleric. Rodrig., tom. 1, qu. 45, art. 2. — 3 Cap. 7, § 10, qu. 1. Joseph. de Januar., de Casib. reserv., part. 1, resol. 34, n. 15. 4 Loc. cit., qu. 1. Ascan. Tambur., de Jure Abbatissar., disp. 25, qu. 8, ad 1. Januar., loc. cit. — 5 Loc. cit., n. 2. - Graff., Consil. lib. 5, consil. 22, de sent. excom., num. 23. Homob., de Casib. reserv., part. 2, cap. 5, v. Secundo hoc casu. — Meroll., disp. 1, cap. 2, num. 625. Pasqual., Observat. in Lauret. de

cum Navarro, Innocentio et Rodriguez. Hinc dicunt prohiberi accessum ad monasterium, etiam ad inspiciendas moniales. — Sed probabilius de Alexandris 3 ex Januario et Jordano b), dicit, vetari accessum formalem, scilicet cum effectu; unde accessus prohibitus duo importat copulative, nempe accedere ad locum, et colloqui. Sic enim clare colligitur ex citato Can. *Diffinimus* in quo simultanee prohibetur *aditus, ad colloquutionem*; et ex decretis mox supra relatis, editis de mandato Sixti V et Urbani VIII, ubi semper fit mentio copulative de accessu, et colloquio.

Hinc probabiliter dicunt Diana c); De Alexandris 4 cum Lezana d), Tamburinio et Januario, et consentit idem Bonacina 5 cum Graffis et Homobono (contra Merollam et Pasqualigo), per se loquendo, non esse vetitum colloqui cum monialibus e domo propinqua; quia deficit accessus. — Sicut nec etiam scribere; ut Bonacina 6, Mazzotta 7; et De Alexandris 8 cum Barbosa, Riccio, Tamburinio, Januario et aliis. — Sic etiam non prohibetur colloqui per nuntium transmissum. Bonacina 9 cum Graffis et Homobono e); ac Mazzotta 10 cum Quarti, Januario et Diana.

Dixi: *per se loquendo*. — Nam, juxta casum reservatum Neapoli (ut bene notant

Franchis, num. 1124. — 6 Loc. cit., punct. 2, num. 5. — 7 Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 5. — 8 Loc. cit., qu. 1. Barbos., de Jure eccles., lib. 1, cap. 44, num. 170. Cfr. alleg. 102, num. 81. Ricci, Praxis aurea, part. 2, resol. 65. Ascan. Tambur., loc. cit., disp. 25, qu. 8, ad 3. Januar., loc. cit., resol. 34, num. 49. — 9 Loc. cit., num. 2. - Jacob. de Graff., loc. cit., consil. 22, n. 29 (non citatus pro hoc a Bonac.). — 10 Loc. cit., n. 5. - Quarti, de Casib. reserv., sect. 1, cap. 1, cas. 4, diff. 5. Januar., loc. cit., n. 49. Diana, part. 3, tr. 2, resol. 48, not. 2.

Probabilius vetatur solus accessus cum colloquutione.

Probabiliter non prohibetur loqui e domo propinqua.

Nec scribere.

Nec loqui per nuntium.

Limitatio pro dioecesi neapolitana.

233. - a) Affirmant quatenus dicunt prohiberi accessum causa loquendi vel aspectus activi aut passivi. Negant tamen prohiberi accessum alio fine. Innocentius vero brevius: « Non tamen ad loquendum cum eis [debent accedere] nec domos suas frequentare quis debet ».

b) Jordanus Pax, lib. 7, tit. 12, n. 60, videtur utique sic tenere, non tamen adeo clare loquitur.

c) Diana, part. 3, tr. 2, resol. 48, v. Nota 7, hanc utique sententiam affert, sed addit: « Licet contrarium, et magis probabiliter tenendum sit, quia principaliter et per se pro-

hibetur in tali casu ipsa colloquutio, accessus vero ad monasterium prohibetur per accidens ».

d) Lezana, Sum., v. Moniales, num. 20, citatur utique a Cajetano de Alexandris, sed male; dicit enim incurrere in censuram eum qui cum moniali praesenti loqueretur per interpretem, et addit: Idem de eo qui loquitur cum moniali, quae est intra clausuram, ex domo propinqua illi, tenet contra Graffium Diana ».

e) Homobonus, loc. cit., v. Quarto famuli, non citatur pro hoc asserto a Bonacina, neque id habet.

Ciera ¹ et idem Mazzotta ²), incurrunt excommunicationem etiam qui colloquuntur e domibus propinquis, et etiam qui loquuntur cum moniali nihil respondente. Ibi enim excommunicantur, non solum colloquentes, sed simpliciter loquentes; item omnes *absentes*, qui cum moniali, vel alia degente in monasterio vel conservatorio *de rebus obscenis egerint per litteras aut internuntios*.

234. — Dubitatur 2^o. *An loquentes per nutus aut signa non obscena, incurrant casum reservatum?*

Affirmant Mazzotta ³ cum Quarti, Januario, Graffiiis et Baucio; quia conceptus bene alteri manifestantur tam verbis, quam signis. — Sed merito probabile putat oppositum ipse Mazzotta cum Pellizzario ^{a)}, Tamburinio ^{b)} et Diana ^{b)}; nam locutio per signa non est proprie locutio prohibitiones autem, tanquam odiosae, stricte sunt intelligendae.

235. — Dubitatur 3^o. *An sit peccatum mortale, semel colloqui cum moniali?*

Loquendo de jure communi Sanchez ⁴ cum Navarro censet, quod etiam frequenter et sine justa causa cum monialibus colloquentes non peccent mortaliter, nisi ipsi post monitionem episcopi non desistant. — At dicunt Bonacina ⁵; et De Alexandris ⁶ cum Miranda, Rodriguez et aliis, ex decreto S. C. 1 Julii 1606 ^{a)}, quod hujusmodi monasteria frequentantes, licet non incurrant poenas nisi post monitionem

episcopi: tamen non excusantur a mortali, quia in decreto S. C. Concilii (edito, ut supra, jussu Sixti V) imponitur poena valde gravis, quae non solet imponi nisi pro gravi culpa. — Sed huic responderi potest, id ibi dispositum esse tantum circa regulares.

Loquendo vero de casu reservato in nostra dioecesi, nulli dubium, peccare mortaliter qui adhuc semel, per tempus notabile, loquitur cum moniali; ut bene ajunt Mazzotta ⁷; et Ciera ⁸ cum Januario et Quarti. — Ibi enim non frequentatio, sed sola locutio vetita est.

236. Dubitatur 4^o. *An in hujusmodi locutione detur parvitas materiae?*

Negat De Alexandris ⁹; idque probat ex decreto S. C. edito 1 Maji 1669 ^{a)}, approbato a Clemente IX, ubi: *S. Congregatio Concilii Tridentini, habita notitia, quod nonnulli regulares absque licentia crates monialium adire et frequentare non dubitent, praetendentes non esse prohibitum per breve tempus, etiam ad quadrantem horae cum dimidio, moniales alloqui; ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem praedictam improbens ac damnans, declaravit, regulares qui ad monasteria monialium, quamvis ipsis regularibus subjecta, absque legitima facultate accedunt colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum monialibus, peccare mortaliter, eosque poena excommunicationis, privationis*

Nisi agatur de regularibus.

Bene vero in dioecesi neapolitana.

Juxta alios, non datur parvitas materiae.

Probabiliter loquens per signa non obscena non incurrit casum.

Semel colloqui non est peccatum mortale.

¹ Diss. 6, qu. 3, num. 13. — ² Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, num. 5. — ³ Loc. cit. Quarti, de Casib. reserv., sect. 1, cap. 1, cas. 4, diff. 3. Januar., de Casib. reserv., part. 1, resol. 34, num. 49. Graff., Pract. casuum reserv., lib. 2, cap. 5, nrm. 33. — Baucius, Casus singulares consc., cas. 224, v. Petes 1. — Mazzotta, loc. cit. — ⁴ Decal., lib. 6, cap. 16, num. 120.

Navar., Man., cap. 25, num. 110, v. Trigesimo secundo. — ⁵ De Claus., qu. 3, punct. 3, num. 1. — ⁶ Cap. 7, § 10, qu. 2. Miranda, de Monialib., qu. 4, art. 1. Rodrig., tom. 1, qu. 45, art. 4. — ⁷ Loc. cit., cap. 2, § 1, n. 5. — ⁸ Diss. 6, qu. 1, num. 9. Januar., loc. cit., num. 13. Quarti, loc. cit., cas. 4, diff. 1, v. Secunda causa. — ⁹ Cap. 7, § 10, qu. 3.

234. — ^{a)} Pellizzarius, de Monialib., cap. 5, n. 215 (edit. non correct.), probabile existimat, eo quod dicit de ratione quae excusat loquentem per interpretem « videri posset alicui valere etiam in casu quo quis monialem alloquatur signis ac nutibus ». Sed concludit: « Ego quidem in praxi puto consulendam et sequendam esse opinionem Dianae [contrariam] ut favorabiliorem animae ».

^{b)} Ascanius Tamburinius, loc. cit., ad 3, male citatur a Mazzotta; nam haec solum dicit: « An per nutus et signa moniales alloquens incurrat dictam excommunicationem... Respon-

det affirmative Graff. » Diana pejus citatur a Mazzotta; ipse enim assertive, part. 4, tr. 2, resol. 48, v. Nota 2, pronuntiat: « Qui per nutus et signa moniales alloquitur, incurrat in excommunicationem, quidquid asserant aliqui neoterici ».

235. — ^{a)} Habetur simile decretum S. C. C. de die 11 Maji 1669, apud Pallottini, v. Monasteria monialium, § 2, n. 31, ubi dicitur posse hos regulares poenis statutis ab Ordinario coerceri.

236. ^{a)} Habetur apud Pallottini, loc. cit., num. 31, sed sub die 11 Maji 1669.

vocis activae et passivae, aliisque statutis poenis posse ab Ordinario, tanquam Sedis apostolicae delegato, coerceri. — Ex verbis igitur illis *per quodcumque modicum temporis*, infert De Alexandris ^{b)}, non dari parvitatem materiae in tali collocatione.

Admittenda est.

Affirmant tamen communiter Bonacina ¹, Diana ²; Mazzotta ³ cum Quarti, Verricelli et Tamburinio; ac Ciera ⁴ (cum Januario), qui ait, parvitatem materiae ab omnibus in hoc admitti debere. — Et merito. Nam adhuc in praeceptis divinis datur materiae parvitas quae excusat a mortali: nisi (ut communiter doctores tradunt) in qualibet parva materia reperitur tota malitia culpa, ut est in perjurio, re venerea et simonia.

Qualis sit parva materia.

Discrepant vero auctores in assignando, qualis sit in tali collocatione parva materia. — Ciera ⁵ cum Januario censet, esse pauca verba: quae Merolla ⁶ putat esse decem verba ^{c)}. — Diana autem et Mazzotta ^{d)} putant, esse spatium unius *Miserere*, et aliquid amplius. — Demum Quarti et Verricelli (apud Mazzotta) dicunt, esse unum quadrantem. Neque videtur (ut putat De Alexandris) in decreto Clementis IX reprobata fuisse hanc opinionem: licet enim ibi prohibeatur collocutio per quodcumque modicum spatium, id tamen declaratum est tantum de regularibus, quibus utique valde strictius vetita est collocutio cum monialibus. Nec etiam ibi omnino videtur (ut censet Ciera) rejectam esse opinionem Quarti, nempe, quadrantem esse mate-

riam parvam; nam ibi verius non fuit damnata, nisi opinio de quadrante cum dimidio, verbis illis: *Praetendentes non esse interdictum per breve tempus, etiam usque ad quadrantem horae cum dimidio*. Propositio copulative damnata est, scilicet, quod sit breve tempus, etiamsi extendatur ad quadrantem cum dimidio ^{e)}.

Si quis autem multoties, per plurimos dies, colloqueretur cum aliqua moniali per aliquod tempus continuatum, etiam per se non notabile: difficulter eum excusarem a mortali, et ab excommunicatione. Quia tales collocutiones, licet non physice, moraliter tamen conjungi videntur.

237. - Dubitatur 5°. *An liceat colloqui cum moniali ob necessitatem vel utilitatem spiritualem, sine licentia?*

Affirmant Diana ⁷; et Lezana, de Januario, Peyrinis, Bordonus ^{a)}, etc. apud Mazzotta ⁸. — Quia non praesumitur praelatus velle impedire spiritualem monialium profectum; sicut enim taliter loquens potest colloqui cum excommunicato, ita cum moniali.

Sed negat Ciera ⁹; et illi omnino ipse adhaereo. Nam si aliis permetteretur loqui cum monialibus propter hanc causam boni spiritualis sine licentia, id noceret bono communi, cum facile plurimi hallucinarentur; et ideo bonum commune praeferrere debet privato. — Praeterquam quod, in nostro casu, vix unquam cessat adaequate (nec etiam in particulari) finis prohibitionis: eo quod de facili in tali collocatione subest periculum, quod inter se

Breves collocutiones coalescere possunt.

Juxta alios, loqui ob bonum spirituale est licitum.

Id omnino negat S. Doctor.

¹ De Claus., qu. 3, punct. 3, n. 1. — ² Part. 3, tr. 2, resol. 48. v. *Nota 6*. — ³ Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 5. *Quarti*, de Casib. reserv., sect. 1, cap. 1. cas. 4, diff. 1, v. *Secunda causa*. - *Verricel.*, Quaest. mor., tr. 8, qu. 66, num. 31. *Thom. Tambur.*, de Casib. reserv., cap. 6, num. 25, i. f. — ⁴ Diss. 6, qu. 1, num. 9. *Januar.*, de Casib. reserv., part. 1, resol. 34, n. 36 et 37. — ⁵ Loc. cit., num. 9. *Januar.*, loc. cit., num. 37. — ⁶ Disp. 1,

cap. 2, n. 607. — *Diana*, loc. cit., v. *Nota 6*. *Mazzotta*, loc. cit. — *Quarti*, loc. cit., v. *Caeterum*. *Verricel.*, loc. cit., num. 31. *De Alex.*, loc. cit., qu. 3. — *Ciera*, loc. cit., n. 9. — ⁷ Part. 3, tr. 2, resol. 104. *Lesana*, Sum., v. *Moniales*, n. 20. *Januar.*, de Casib. reserv., part. 1, resol. 36 et resol. 34, n. 17. - *Peyrin.*, tom. 2. in constit. 5 Pii V, num. 36. — ⁸ Loc. cit., num. 5. — ⁹ Loc. cit., num. 8.

^{b)} De Alexandris, *loc. cit.*, ita sane docet, sed hanc suam sententiam non colligit *ex-pressé* ex dictis verbis.

^{c)} Nisi tamen sint obscena, quo casu duo vel tria verba sufficere ait Merolla ad incurrendam excommunicationem.

^{d)} Rectius: Diana *apud* Mazzotta, *loc. cit.*

^{e)} Postea tamen S. Doctor, *Hom. Apost.*, tr. 19, n. 41, aliter scripsit: « Dicit Ciera non

esse per tale decretum reprobata opinionem Quarti quod horae quadrans sit parva materia ... De hac opinione doctis committo judicandum, sed ego non audeo eam probare, propter alia verba quae adjunguntur illi prohibitionis: *per quodcumque modicum tempus spatium* ».

237. - ^{a)} Bordonus, *Variar. Resol. part. 1, resol. 7, n. 82*, id refert ex aliis auctoribus,

loquens et monialis aliquo affectu capiantur, et ipsorum conversatio ex spirituali deveniat carnalis. Hinc recte decrevit S. Congregatio die 26 Nov. 1672 (ut refert Benedictus XIV¹), nullam, quamvis honestam et rationabilem causam, a gravi culpa excusare regularem, qui colloquitur cum moniali.

238. — Dubitatur 6^o. *An liceat sine licentia loqui cum abbatissa?*

Juxta alios, loqui cum abbatissa licitum.

Affirmant Diana² cum Vidal et Zambello; Pellizzarius³, Mazzotta⁴; item Lesana, Tamburinius et Januario, apud De Alexandris⁵; ac adhaeret Felix Potestas^{a)}. — Quia nomine *monachorum*, non venit abbas; ut censet Glossa^{b)} et ibi Panormitanus; ac Cardinalis^{b)}, apud Diana⁶.

Juxta alios, illicitum.

Negant vero De Alexandris⁷ cum Megala, Calderino^{c)} et Rota Romana^{c)}; ac Ciera⁸ cum Graffii et Merolla. — Ratio: tum quia praedicta prohibitio non est odiosa; sed potius est favorabilis, cum ipsa valde prosit spirituali profectui monialium; tum quia in decreto S. C. edito jussu Sixti V (relato n. 322, v. *Circa au-*

tem) vetatur locutio, non solum cum monialibus, sed cum qualibet persona intra claustra degente. Et in constitut. Alexandri VII *Sacrosancti* (apud de Alexandris⁹) prohibetur hujusmodi allocutio etiam cum abbatissis, priorissis, etc.

Sed, his non obstantibus, non audeo improbare primam sententiam: praesertim, quia abbatissae ut plurimum eliguntur ex senioribus et prudentioribus, ipsaque frequentiore necessitate habent, ratione officii, tractandi cum extraneis. Ad decretum autem Alexandri respondet Potestas¹⁰, illud fuisse particulare pro Urbe Roma, forte ob peculiare causas ibi emergentes. Praeterquam quod, respectu Urbis, ibi expressum est comprehendi etiam abbatissas. Si igitur Pontifex, ubi voluit eas comprehendi, illas expressit; ergo ubi non exprimentur, videntur non comprehendi: alias, non erat opus eas exprimere.

239. — Dubitatur 7^o. *Quinam eximantur ab hac prohibitione?*

Eximuntur 1^o. Coniuncti in primo et secundo gradu consanguinitatis; ut exprimitur in casu Neapoli reservato. — Pu-

S. Doctor non audeat damnare primam sententiam.

Eximuntur 1^o quidam coniuncti.

¹ De Synodo, lib. 9, cap. 15, n. 7; cfr. etiam Pallottini, v. Monasteria monialium, § 2, n. 31, in nota. - ² Part. 3, tr. 2, resol. 48, vers. Nota 3 et part. 10, tr. 14, resol. 49, vers. Nota 2. Vidal., Arca vital., vers. de Monialibus, inquis. 2, n. 89. - Zambell., Repertor. mor., v. Moniales, n. 24. - ³ De Monial., cap. 5, n. 208 (edit. non correct.). - ⁴ Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 5, vers. Tertio. - Lesana, Sum., v. Moniales, n. 22. Ascan. Tambur., de Jure Abbatissar., disp. 25, qu. 8, ad 5. Januar., de

Casib. reserv., part. 1, resol. 44. - ⁵ Cap. 7, § 10, qu. 5. - Panorm., in cap. fin. de Simonia, n. 2 et 3. ⁶ Part. 3, tr. 2, resol. 48, v. Nota 3. ⁷ Loc. cit., qu. 5. Megal., Promptuar., v. Corruptio virginis, num. 14. - ⁸ Diss. 6, qu. 1, num. 11. - Graff., Practic. casuum reserv., lib. 2, cap. 5, num. 37 et 38. Merol., disp. 1, cap. 2, num. 607. - Alex. VII, Constit. Sacrosancti, de die 30 Martii 1658, § 6, in Bullar. Mainardi. - ⁹ Loc. cit., qu. 5. - ¹⁰ Exam. eccl., tom. 1, n. 1477.

quos utique non reprobatur. Addit auctores hic citatos tractare de religioso, qui sic cum moniali colloqueretur.

238. — ^{a)} Potestà, tom. 1, n. 1477, adhaeret eo sensu quo negat tantum pro monasteriis Urbis.

^{b)} Glossa in cap. fin. de simonia, v. Abbates, male citatur a Diana; oppositum enim habet dicens: «Mandatum fuit alicui ut dispensaret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi, nulla mentione habita de abbatibus, et tamen hoc extenditur ad abbates». Cardinalis Zabarella, in Clem., 1 de regular., num. 7, male item a Diana citatur; ibi enim refert sententiam quae negat abbatem venire nomine monachorum in poenalibus; sed huic sententiae non adhaeret; quin immo, in cap. fin. de simonia, oppon. 1, expresse scribit: «Ego dico quod nomine monachorum venit ita abbas sicut non abbates; quia abbas non desinit

esse monachus; unde etiam in poenalibus nomine monialium venit abbatissa... Fortius ergo in non poenalibus».

^{c)} Rota Romana et Calderinus hic allegantur quatenus ex eorum dictis ista sententia colligi potest, in quantum scilicet Rota, Decis. Seraphin., decis. 980, n. 8 et Decis. diversor., part. 1, decis. 791, num. 10, dicit sub particula universali comprehendi etiam eos, qui alias non comprehenderentur; et in quantum eadem Rota, Decis. diversor., part. 1, decis. 233, n. 9 et 28, asserit clausulam universalem retinere propriam significationem etiam in materia odiosa, ex Gaspare Calderino, qui, Consil. 1, de consanguin., negat verba in materia dispensationis amittere proprium significatum, nisi quando apparet de intentione scribentis, vel aliter non posset salvari nisi verba improprietur. Cum igitur Sixtus V prohibeat collocationem cum monialibus sororibus et qualibet alia persona

tat autem Ciera ¹, eximi etiam qui sunt consanguinei in secundo et tertio gradu; quia in favorabilibus lata facienda est interpretatio. Sed huic opinioni non acquiesco: nam qui est in secundo et tertio, revera non potest dici esse in secundo. Ille enim secundus gradus computatur in moniali, respectu ad stipitem; respectu vero ad colloquentem, reipsa est in tertio, juxta regulam a nemine dubitatam, nempe consanguineos tot gradibus distare inter se, quot gradibus remotior distat a stipite.

- Gravi metu ducti.

Eximuntur 2^o. Qui gravi metu ducti, honeste alloquuntur moniales; quia in tali discrimine lex ecclesiastica non obligat. — Est commune: vide Ciera ².

3^o. Pauperes et famuli.

Eximuntur 3^o. Pauperes, et publice quaestuant; ex usu et ex tacita licentia superiorum. — Et sic etiam famuli deferentes dona, brevique se expedientes ^{a)}. De Alexandris ³; et Mazzotta ⁴ cum Pellizzario.

Pueri doli capaces non eximuntur a peccato.

240. - Dubitatur 8^o. *An pueri impuberes eximantur a prohibitione loquendi cum monialibus?* — Nulli dubium, quod ipsi, si essent doli capaces, et talem colloquutionem frequentarent, non excusarentur a peccato; cum prohibitio in cap. *Monasteria, de vita et honest. cleric.* omnes comprehendat.

¹ Diss. 6, qu. 1, n. 5. — ² Disp. 6, qu. 2, n. 20. — ³ Cap. 7, § 10, qu. 14. — ⁴ Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 5, v. *Secundo*. *Pellis.*, de Monialib., cap. 5, sect. 5, n. 212 et 213. — *Graff.*, Consil. 22, de sent. excom., n. 9. — ⁵ Loc. cit., qu. 9. *Diana*, part. 10, tr. 14, resol. 49. — *Diana*, part. 3, tr. 2, resol. 103. *Lezana*, Sum., v. *Mo-*

An autem in illis dioecibus, in quibus collocutio prohibetur sub excommunicatione Ordinario reservata, impuberes ab ea excusentur? — Negat Graffis. — Sed verius affirmat De Alexandris ⁵ cum Bonacina ^{a)}, Diana et aliis; ex cap. *Pueris, de delict. pueror.* ubi dicuntur pueri non esse puniendi, sicut puberes. Et hoc certum est in dioecesi Neapolitana, ubi pueri minores quartodecimo anno expresse eximuntur a casibus reservatis.

Sed verius a censura.

241. - Dubitatur 9^o. *An regulares colloquentes cum monialibus incurrant excommunicationem reservatam, latam ab episcopo?* — Adsunt quatuor sententiae:

Prima absolute negat ^{a)} cum Diana, Lezana, Quarti et Merolla, apud Ciera ⁶. Quia, licet episcopi circa clausuram monialium, ex Tridentino ⁷ procedant ut delegati Sedis apostolicae; tamen ibi nulla fit mentio facultatis ferendi censuras contra religiosos.

Juxta alios, nullus regularis incurrit excommunicationem.

Secunda sententia omnino opposita, quam tenent Navarrus, Graffis ^{b)} et Campanile ^{c)} apud Barbosa ⁸, et cui adhaeret Ciera ⁹, dicit, omnes regulares, etiam speciali privilegio donatos, incurrere excommunicationem latam ab episcopo.

Juxta alios, omnes regulares incurrunt.

Tertia sententia, quam tenent Januario, Duardus, Fagundez ^{d)} et Riccius ^{e)}, apud

niales, num. 26. - *Quarti*, sect. 1, cap. 1, cas. 4, diff. 7. *Merolla*, disp. 1, cap. 2, n. 613. - ⁶ Diss. 6, qu. 3, n. 24. — ⁷ Sess. 25, de Regular., cap. 5. — *Navar.*, Consil. 2 de sent. excom. - ⁸ Alleg. 102, n. 73. — ⁹ Loc. cit., n. 26. — *Januar.*, de Casib. reserv., part. 1, resol. 34, num. 16 et seqq. - *Duard.*, in Bull. Coenae, lib. 1, cap. 1, qu. 3, a n. 119.

intra claustra degentibus, censetur et ipsa abbatissa comprehendi sub ista prohibitione.

239. - ^{a)} Quod breviter sese expediant, silentio praetermittunt, de Alexandris et Pellizzarius.

240. - ^{a)} Bonacina, *de Censur.*, disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 9, in generali ait impuberes doli capaces valide posse ligari censuris tam ab homine quam a jure: illicite vero ab homine.

241. - ^{a)} Supposito nempe quod habeant privilegium ut non possint excommunicari ab episcopo, uti dicunt Diana, Lezana.

^{b)} Jacobus de Graffis, *Decis. aur. part. 1, lib. 2, cap. 49, num. 68*, ut citat Barbosa, generatim ait regularem exemptum, extra claustra notorie delinquentem, nec punitum a suo superiore, posse ab episcopo puniri. Sed de praesenti casu tractans *part. 1, lib. 4, cap. 6, n. 2 et 3*, negat includi hac excommunicatione, « si colloquentes sunt monachi

exempti qui colloquerentur cum monialibus non exemptis. Quod tamen intellige: nisi episcopus ferret excommunicationem autoritate apostolica; tunc enim omnes etiam exemptos comprehendit, ut habetur in Concil. Trident. sess. 25 ».

^{c)} Campanile, *Rubric. 12, cap. 16, n. 41*, quartam sententiam tenet dicens regulares etiam exemptos hac excommunicatione devinciri, « nisi tamen privilegio fruerentur ne possint excommunicari ».

^{d)} Fagundez a Ciera (ex Josepho de Januario) non satis recte citatur: nam, *de 1^o Praec., Eccles. lib. 1, cap. 7, n. 10*, tractat de eo qui loquitur cum moniali exempta, et revera dicit religiosos incurrere excommunicationem, nisi habeant ut habent omnes Mendicantes, privilegium, ut ab episcopo excommunicari nequeant nisi expresse nominati sint).

^{e)} Riccius allegatus a Ciera ex Diana, non

Juxta alios, regulares incurrunt solum si monasteria sunt exempta.

eundem Ciera ¹, distinguit. Et dicit, non incurrere, si monasteria sint episcopo subiecta; quia, cum in illis episcopus procedat jurisdictione ordinaria, ei non subduntur regulares. Secus vero, si sint exempta; quia in his episcopi procedunt ut Papae delegati.

Juxta alios, regulares privilegiati hanc non incurrunt.

Quarta demum sententia communior, cui magis adhaereo, et tenent Sanchez ^f), Barbosa ², Bonacina ³), Fagnanus ^h) et De Alexandris ³ cum decreto S. C. 9 Apr. anno 1583 ⁱ), aliter distinguit. — Et ait, quod regulares, si habeant speciale privilegium, quod non possint excommunicari aut suspendi ab episcopis (prout habent Mendicantes ⁴, et religiosi Societatis Jesu ex bulla Pauli III anno 1549): hi non incurrunt excommunicationem ab episcopo latam. — Secus vero, si tali privilegio careant. Idque probatur ex bulla *Inscrutabili*, edita 5 Febr. 1522 ^j) a Gregorio XV, ubi sic dictum fuit: *Ad haec, tam regulares, quam saeculares ... nullis privilegiis aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam regularibus subjectarum, ab episcopo loci similiter tanquam ab hoc Sedis apostolicae delegato, quoties et quando opus fuerit, puniri et corrigi valeant.*

Secus, si non sunt privilegiati.

Conclusio.

Unde infertur, quod regulares speciali privilegio non muniti, bene incurrunt ex-

communicationem latam ab episcopo in colloquentes cum monialibus; sive monasterium sit exemptum, sive subjectum episcopo. Quia etiam in hoc episcopus procedit contra regulares tanquam delegatus Sedis apostolicae: alias, in eos nullam haberet jurisdictionem puniendi et corrigendi; sicut habere dicitur in bulla. — Secus vero dicendum de regularibus speciali privilegio gaudentibus. Tale enim privilegium hoc importare debet, ut contra eos episcopus, nec etiam ut delegatus Sedis apostolicae, possit procedere; quia, cum regulares ordinarie in aliis sint exempti a jurisdictione episcopi, quando contra eos episcopus procedit, semper ut delegatus procedere debet. Hoc tamen intelligendum, si privilegium post bullam Gregorii sit concessum; non vero si antedum in bulla dicitur: *nullis privilegiis aut exemptionibus tueri se possint, etc.* ^k).

242. - Dubitatur 10^o. *An peregrini colloquentes cum monialibus in aliena dioecesi, incurrant excommunicationem ibi reservatam?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia absolute affirmat; et hanc tenent omnes auctores citati *Lib. III, de Voto, n. 332, v. An autem*: qui dicunt, peregrinum, etiam ad breve tempus commorantem in aliquo loco, fieri illius Ordinarii subditum. — Eandem sententiam tenent de Alexandris ⁵, et Ciera ⁶; sed aliis rationibus ducti, quae meo iudicio non suadent.

Juxta alios, peregrini colloquentes excommunicantur.

¹ Diss. 6, qu. 3, num. 25. — ² Allegat. 102, num. 73. — ³ Cap. 7, § 10, qu. 12. — ⁴ Compend. privil. Minorum, v. *Exemptio*, n. 9, 23 et seq. — *Paul. III*, bulla *Licet debi-*

tum, § 17, de die 18 Octobris 1549; in Bullar. Mainardi. — Bulla *Inscrutabili*, § 4; in Bullar. cit. — ⁵ Cap. 7, § 10, qu. 10. — ⁶ Diss. 6, qu. 4, n. 34.

de regularibus in specie, sed in genere quaerit, *Prax. aurea, part. 2, resol. 181*. « Excommunicatio episcopi lata contra alloquentes moniales, an procedat in loquentes cum monialibus exemptis ». Et respondet affirmative.

^f) Sanchez utique de *Matr., lib. 7, disp. 33, n. 23*, distinguit, ut refert S. Alphonsus; sed in genere, et suam distinctionem limitat his verbis « Nisi expresse concedatur episcopis ut in iis casibus possint censuris latis contra exemptos procedere, ut evenit in decreto Trid. sess. 25 ... cap. 5, ut clausuram monialibus imponant, et inobedientes aut contradicentes compellant censuris ». Quibus sane verbis excludit praesentem casum a distinctione posita.

^g) Bonacina, de *Clausura, qu. 3, punct. 4, n. 8*, in generali dicit religiosos non exemptos, hujusmodi censuris affici; exemptos vero non affici.

^h) Fagnanus haec dicit, in *cap. Quanto, de privileg., n. 9*, de regulari qui monialem exemptam alloqueretur.

ⁱ) Et sane apud Pallottini, v. *Monasteria monialium, § 2, n. 36*, refertur declaratio S. C. C. quae dicit episcopum posse id prohibere regularibus sub poena excommunicationis sibi reservatae, nec distinguit inter privilegiatos et non privilegiatos.

^j) Lege: 1622.

^k) Haec scripsit S. Doctor in secunda editione. Postea tamen suam reformavit opinionem, nam, *Hom. Apost., tr. 19, n. 43*, haec

Secunda vero sententia, quam tenent Januario ¹ et Donatus ², dicit comprehendere peregrinos, si monasteria sint exempta. Quia in his, episcopi ex Tridentino ³ procedunt ut Papae delegati: unde ipsi etiam peregrini subjiciuntur. — Secus si monasteria sint episcopo subjecta. Quia, ex eodem Tridentino, in illis episcopus procedit jurisdictione ordinaria, cui non subsunt peregrini per breve tempus commorantes; ut tenet probabilior sententia (juxta dicta *Lib. I, de Legib. num. 156, v. Dubit. 2*).

Tertia vero sententia, quam tenent Pellizzarius, Diana et alii, apud Mazzotta ⁴ (qui non reprobatur), dicit, peregrinos brevi alicubi commorantes non incurrere excommunicationem latam ab episcopo loci sive monasterium sit ei subjectum, sive exemptum: propter rationem supra allatam, quia peregrini non tenentur legibus loci.

Nec obstare dicunt, quod, ex Tridentino, episcopi circa clausuram monasteriorum exemptorum procedant ut Papae delegati; nam hoc habent tantum in ordine ad restitutionem et conservationem clausurae, ad quam non pertinet simplex locutio. Sed huic responso merito contradicunt Januario ⁵ et Fagnanus ⁶; quia accessus ad colloquendum, juxta sensum doctorum, spectat ad clausuram. Idque colligitur ex cap. *Periculoso unic., de statu regul., in 6^o* (renovato a Tridentino ⁷), ubi dicitur: *Nullique ... ingressus vel accessus (nota) pateat ad easdem: ut sic, a publicis et mundanis conspectibus separatae, omnino servire Deo valeant liberius, et lasciviendi opportunitate sub-*

lata, eidem corda sua et corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Ergo non solum ingressus, sed etiam accessus prohibitio pertinet ad clausuram: dum etiam accessus praebet monialibus lasciviendi opportunitatem, eisque obstat ne corda Deo diligentius custodiant. Et ideo episcopi in monasteriis exemptis procedunt ut Papae delegati; quia ut tales sunt destinati a Tridentino circa clausuram monialium, prout declaravit S. Congregatio (apud Fagnanum ⁸).

His tamen non obstantibus, vide mox dicenda in num. seq. v. *Sed quidquid.*

243. — Dubitatur 11^o. *An episcopi, colloquentes cum monialibus in aliena dioecesi, incurrant excommunicationem latam ab Ordinario loci?*

Non videtur dubitandum, quin ex cap. *Periculoso, de statu regul., in 6^o*, etiam episcopi prohibeantur a colloquendo cum monialibus extra suam dioecesim, vel intra cum exemptis: dum ibi dicitur *nullique ingressus vel accessus pateat ad easdem.* — Nullibi enim habetur, quod episcopi, aut etiam cardinales, sint exempti a communibus legibus; ut docet Bonacina ⁹ cum Rota Romana ^{a)} et alii. Et hoc dicit cum Ugolino, procedere etiam in odiosis.

Quoad *excommunicationem* vero, Mazzotta ¹⁰; et Diana ac Graffii apud de Alexandris ¹¹, negant episcopos eam incurrere; quia lex non ligat aequalem ex cap. *Cum inferior, de majorit. et obed.* — Sed affirmat De Alexandris ¹² cum aliis; quia episcopi in alieno territorio censentur privatae personae (ex Panormitano, Hostiensi ^{b)} et aliis): unde ipsi subjiciun-

Peccant episcopi colloquentes cum monialibus in aliena dioecesi.

Juxta alios, non excommunicantur.

Juxta alios, excommunicantur.

¹ De Casib. reserv., part. 1, resol. 34, n. 24 et 27, cum n. 16 et seqq. — ² Praxis, tom. 4, tr. 6, qu. 22. — ³ Sess. 25, de regular., cap. 5. — *Pellis.*, de Monialib., cap. 5, n. 211. *Diana*, part. 3, tr. 2, resol. 48, v. *Nota 5.* — ⁴ Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, n. 5, v. *Secundo.* — ⁵ De Casib. reserv., part. 1, resol. 34, n. 19 et 20. — ⁶ In cap. *Quanto*, de privil., n. 15 et 16. — ⁷ Sess. 25, de Regul., cap. 5. — ⁸ Loc. cit., num. 13. Cfr. etiam Pallottini, v. *Monasteria*

monialium, § 2, n. 62, 63 et 73. — ⁹ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, num. 34. *Ugol.*, de Censur., tab. 1, cap. 17, § 6, n. 10. — ¹⁰ Append. de Casib. reserv., cap. 2, § 1, num. 5, v. *Secundo.* *Diana*, part. 3, tr. 2, resol. 48, v. *Nota 5.* *Graff.*, de Casib. reserv., lib. 2, cap. 5, num. 27. ¹¹ Cap. 7, § 10, qu. 6. ¹² Loc. cit., qu. 6. — *Panorm.*, in cap. *Cum inferior*, de major. et obed., num. 2.

dixit: « An regulares loquendo cum monialibus incurrant excommunicationem reservatam ab episcopo latam? Quicquid dicant alii, affirmamus... Idque valet etiam respectu regularium habentium speciale privilegium, ne episcopus possit eos excommunicare ». Et eo-

dem modo locutus est in *Append. de Privil., n. 80, 5^o.*

243. — *a)* Bonacina dicit indeterminate: « Ut saepius in Rota romana judicatum fuisse testantur doctores ».

b) Hostiensis, *Sum., lib. 5, de sent. excom.*

tur, ac alii, eisdem poenis. Et sic De Alexandris refert decisum a S. Congregatione (apud Novarium), die 20 Martii 1627.

Certe nec
episcopi nec
peregrini
excommunicantur.

Sed quidquid dixerint doctores praefati, hodie concludendum, tam externos, quam episcopos, peccare quidem accedendo ad colloquendum cum monialibus existentibus in aliena dioecesi; sed non incurrere excommunicationem. — Nam in bulla *Gravissimo* Benedicti XIV, edita die 31 Octobris 1749, dicitur, quod tam episcopi, quam exteri, sunt quidem subjecti constitutionibus Ordinarii loci quoad au-

toritatem directivam, non vero quoad coactivam. Quapropter, licet peccent, non tamen poenas incurrunt; quia episcopi et exteri non subjiciuntur auctoritati ordinariae episcoporum: *Cum vero* (verba bullae) *iidem ordinariae episcoporum jurisdictioni minime subsint, ideo sunt immunes a poenis*. Ratio quippe est, quia, etsi episcopi sint delegati apostolici circa clausuram monialium, eorum tamen jurisdictionis est ordinaria, tanquam perpetuo annexa episcopali officio; juxta dicta *Lib. VI, n. 594, Dubit. 10*.

BREVIS DISSERTATIO

SUPER CENSURIS CIRCA IMMACULATAM B. V. MARIAE CONCEPTIONEM ^{a)}.

244. - Ante omnia operae pretium est recensere diversas bullas a Summis Pontificibus super hac materia emanatas.

Bulla e
Sixti IV.

Et P^o. SIXTUS IV in sua extrav. *Cum praeexcelsa*, quae habetur in *extrav. comm. de reliq. et vener. sanctor.* sic ait: *Cum praeexcelsa meritorum insignia, quibus Regina coelorum Virgo Dei Genitrix... utpote via misericordiae, mater gratiae et pietatis ... amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix et pervigil, ad Regem quem genuit, intercedit ..., debitum reputamus ut omnipotenti Deo ... de ipsius Immaculatae Virginis mira Conceptione gratias et laudes referant, et instituta propterea in Dei Ecclesia missas et alia divina officia, dicant, et illis intersint*. — Inde Summus Pontifex eis qui missam et officium hujusmodi in die festivitatis Conceptionis Mariae, et per octavam dicunt, et ^{b)} illis intersunt, eandem indulgentiam impartitur, quam lucrantur in festo Corporis Christi.

Idem Pontifex in sequenti extrav. *Grave nimis, eod. tit.*, edita anno 1483,

De Alex., cap. 7, § 10, qu. 6. *Novar.*, Sum. Bullar., part. 1, comment. 43, n. 10. — S. Pius V, bulla *Super spe-*

excommunicationem ipso facto imposuit asserentibus ^{c)} in concionibus, vel alias quomodolibet, esse haereticos vel graviter peccare, qui tenent, B. V. Mariam praeservatam fuisse a peccato originali, vel ^{d)} qui celebrant officium Conceptionis, vel audiunt de hac conciones. Et pariter ibi excommunicantur, qui pro veris tenent vel legunt libros idem, ut supra, asserentes. — E converso, etiam ibi excommunicantur, qui dicunt ^{e)} esse haereticos vel peccare graviter, tenentes oppositam sententiam.

II^o. S. PIUS V in sua bulla 114, edita anno 1570, incipiente *Super speculam*, S. Pii V. statuit: *Quatenus nemo cujuscumque ordinis, gradus, etc., in popularibus concionibus, vel ubicumque promiscua virorum et mulierum multitudo convenire solet, de hujus controversiae alterutra parte disputare, rationibus vel doctorum auctoritate asserendo propriam sententiam, et contrariam refellendo aut impugnando; vel de hac ipsa quaestione ... vulgari sermone scribere vel dictare, praesumat. Qui contra fecerit, suspensionis poenam a di-*

culam, § 2 et 3, de die 30 Nov. 1570; bulla 114 in Bullar. Cherubini; 68 in Bullar. Mainardi.

§ *Quis valeat*, dicit episcopum in aliena dioecesi delinquentem contra canonem episcopi loci, teneri poena hujus statuti.

244. - ^{a)} Hanc dissertationem jam inde ab anno 1748 in prima editione Theologiae moralis S. Doctor hic inseruit, eamque pro

secunda editione recognovit ac deinde in sequentibus editionibus fere immutatam reliquit.

^{b)} Lege: *vel illis intersunt*.

^{c)} Scilicet: qui *ausi fuerint* asserere.

^{d)} Supple: *peccare* qui etc.

^{e)} Scilicet: qui *ausi fuerint* dicere.

vinis ipso facto incurrat, si modo fuerit in Sacris constitutus; et quocumque praeterea gradu ... dignitate vel administratione ... sit ipso jure privatus, et ad eadem vel similia munera obtinenda vel obeunda, perpetuae inhabilitatis censurae ipso etiam facto sit obnoxius: super quibus, nisi a Romano Pontifice... dispensari sive absolvi non possit. — Caeterum additum fuit: Liceat... doctis, in publicis academiae disputationibus ... vel ubi alias intersunt qui rem capere possunt, nec scandali subest occasio, de illa quaestione disserere ... dum tamen neutra veluti erronea praedicetur.

Insuper S. Pius V in festo Conceptionis B. Virginis mandavit recitari Officium de Nativitate, mutato verbo *Nativitatis* in aliud *Conceptionis* *f*).

Pauli V.

III. PAULUS V in sua bulla 97, emanata anno 1616 (ut refert Illustriss. Episcopus Torni ¹) interdixit sub poena suspensionis et aliis contentis in bulla S. Pii V, mandavit, ne ^g) *audeant [cujusque conditionis, etc. personae] in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, et aliis quibuscumque actis publicis, asserere quod B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali.* — Ulterius idem Summus Pontifex mandavit sub eisdem censuris et poenis, *quod negativam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in praedictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant seu tractent.*

Gregorii XV

IV°. GREGORIUS XV in sua bulla 29, edita anno 1622 (quam refert Bonacina ²), prohibitionem extendit, et mandavit om-

nibus sub eisdem poenis, ut supra, ut *neque etiam in sermonibus et scriptis privatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali: nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere seu tractare... Per hoc tamen, Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus praejudicium inferre, etc.* — Tantum autem ab hoc Pontifice indultum fuit Fratribus ordinis Praedicatorum, ut in privatis colloquiis seu conferentiis inter se dumtaxat, et non alios, possint de opinione affirmativa disserere, sine ulla censura ^h).

V°. Demum accessit constitutio ALEXANDRI VII *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, edita anno 1661 (quam refert Illustriss. Torni ³), ubi Summus Pontifex sic incipit loqui: *Vetus est Christi fidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium, ejus animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis praeservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium et celebrantium. Crevitque horum numerus atque hujusmodi cultus, post editas a fel. rec. Sixto Papa IV praedecessore Nostro, in ejus commendationem apostolicas constitutiones, quas S. Concilium Tridentinum innovavit.* — Deinde addit: *Aucta rursus et propagata fuit pietas haec et cultus erga Deiparam ..., ita, ut, accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis*

Alexandri VII.

Paulus V, bulla *Regis pacifici*, de die 6 Jul. 1616; bulla 97 in Bullar. Cherub.; 262 in Bullar. Mainardi. — ¹ Adnotat. in Estium, lib. 3, dist. 3, § 2. Cfr. Bullar. Mainardi, bull. 275 *SSm̄us Dñus Noster*, de die 31 aug. 1617; § 2. — *Gregorius XV*, bulla *SSm̄us Dñus Noster*, § 2, de

die 24 Maji 1622; bulla 29 in Bullar. Cherub.; 68 in Bullar. Main. — ² Disp. 3, de suspens. in part., qu. 6, punct. 4, n. 2. — *Alexander VII*, bulla *Sollicitudo omnium ecclesiarum*, § 1, 4 et seqq., de die 8 Dec. 1661; in Bullar. Main. — ³ Loc. cit.

f) Ita sane in Missali Romano, Pii V Pont. Max. jussu edito, in fol., membran. goth., Romae 1570 (itemque in 4°, chartac. goth., Romae 1570) sic legitur rubrica in festo Conceptionis: « In Conceptione B. Mariae dicitur Missa de ejus Nativitate, quae habetur mense Septembris, mutato nomine Nativitatis in Conceptionem ».

g) Verba hic allata non desumuntur ex

bullam 97, *Regis Pacifici*, sed ex bulla ejusdem Pontificis *SSm̄us Dñus noster*, § 2 et 5, quae est decretum Congr. S. R. et U. Inquis. coram SSm̄o habitae die 31 Aug. 1617, quam bullam etiam citat Torni in suis *Adnot.* et habetur in Bullar. Mainardi (bull. 275).

h) Et hoc indultum, datum Praedicatoribus, est de die 28 Julii 1622, sed annexum praecedenti bullae § 9.

ad hanc sententiam, jam fere omnes catholici eam complectantur. — Deinde prosequitur ac decreta Sixti IV, Pauli V et Gregorii XV, edita in favorem sententiae asserentis animam B. M. V. in sui creatione et in corpus infusione Spiritus sancti gratia donatam et a peccato originali preservatam fuisse, necnon et in favorem festi et cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparae secundum piam istam sententiam exhibiti, innovat, et sub poenis et censuris in eisdem constitutionibus contentis observari mandat. Insuper omnes qui praefatas constitutiones ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictae sententiae, et festo et cultui secundum illam exhibito, frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directe vel indirecte, quovis praetextu, scripto seu voce loqui, concionari, tractari, contra ea quidquam determinando aut asserendo, vel contra ea argumenta afferendo et insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili ⁱ⁾ modo disse-
rendo ausi fuerint, praeter poenas in constitutione Sixti IV contentas, concionandi et publice docendi facultate, nec non voce activa et passiva in quibusvis electionibus ipso facto Pontifex privat.

Idem Alexander VII libros, in quibus praefata sententia, festumque seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra eam quomodocumque (ut supra) aliquid scribitur aut legitur, et disputationes contra eam continentur, post Pauli V decreta edita ^{j)}, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibet sub poenis et censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, atque ipso facto, absque alia declaratione, pro expresse prohibitis haberi mandavit.

245. — Hinc, cum Bonacina ¹ inferuntur sequentia: — Et 1^o. Incurrit poenas inflictas, qui diceret defendi posse sententiam affirmativam, scilicet quod Conceptio B. Vir-

Incurrit poenas:

¹ De Excom. extra bull. Coenae, disp. 2, qu. 3, punct. 34, n. 10, v. *Secundo*. — *Bonac.*, loc. cit., v. *Tertio illum*. -

ginis fuerit maculata, vel qui rationes ad eam probandam adduceret: nisi eas produxerit ad illis respondendum; quia hoc non esset agere de sententia affirmativa, sed de pia sententia opposita, ut ejus veritas magis eluceret (ut fusius mox explicabimus).

246. — Infertur 2^o. Poenas etiam incurrit, qui asserit festum Conceptionis celebrari, quia Beatissima Virgo sanctificata fuit in utero matris. — Nam hoc pacto (recte ait Bonacina) satis aperte assereret per consequentiam necessariam, Deiparam fuisse in peccato conceptam, et inde sanctificatam; sanctificatio enim necessario privationem sanctitatis supponit. Tanto magis, quod Gregorius XV ^{a)} mandavit, in missa et officio, non alio, quam *Conceptionis* vocabulo fideles uti debere. Insuper Alexander VII in praecitata bulla expresse prohibuit, frustrari aut interpretari, vel in dubium revocare, ex quoquo modo, directe vel indirecte, quovis praetextu, favores per dictas bullas praestitos piae sententiae, et festo secundum eam exhibito. Quinam autem esset favor praestitus sententiae piae, si *Conceptionis* nomine posset accipi sanctificatio B. Virginis in alio instanti, quam in primo suae Conceptionis? Et quamvis alias improprisime acciperetur Conceptio pro sanctificatione (nam ita etiam S. Joannes Baptista et Jeremias possent dici sancte concepti); attamen haec etiam impropria interpretatio vetita certe fuit ab Alexandro VII in sua constitutione (ut dixi), sub poenis ibi contentis.

247. — Infertur 3^o. Pariter incurrit, qui transcribit sententiam affirmativam, ut indicet ipsum sectari eam. Hoc enim esset saltem de illa agere.

Infertur 4^o. Transgrediens ipso facto incurrit suspensionem a divinis; et etiam (ut probabilius tenet Bonacina contra alios) incurrit inhabilitatem ad officia. — Recte vero dicit non incurrere privatio-

Bonac., de Excom. extra bull. Coenae, disp. 2, qu. 3, punct. 34, n. 11.

qui dicit defendi posse sententiam contrariam immaculae Conceptioni,

aut quod infesto Conceptioni celebratum festum sanctificationi B. M. V.

aut quod transcribi sententiam contrariam immaculae Conceptioni.

ⁱ⁾ Legitur in bulla: *inexcogitabili*.

^{j)} Scilicet: supra laudatum Pauli V decretum.

246. — ^{a)} Nempe in bulla *SS. Dominus noster* (de die 24 Maji 1622), supra relata, n. 244, ad IV.

nem dignitatum, etc., nisi post sententiam iudicis.

Poenae
ab omnibus
incurruntur.

Infertur 5^o. Poenae supradictae non solum incurruntur a constitutis in sacris, ut praescribit S. Pius V; sed etiam ab omnibus; sive ecclesiasticis, sive saecularibus, ut extendit Paulus V et Gregorius XV.

Ab illis
solum Pontifex
absolvit.

Infertur 6^o. Ab his poenis solus Pontifex absolvere potest; et episcopus, quando delictum est occultum.

248. - Quoad tuentes autem sententiam Conceptionis immacolatae, vetatur quidem eis, sub eisdem poenis, sententiam oppositam censurare, et piam sententiam asserere tamquam dogma fidei.

Non autem prohibetur eam rationibus et auctoritatibus probare. — Nam licet S. Pius V in sua bulla (ut supra n. II citata) prohibuerit, in popularibus concionibus disputare de alterutra parte hujus controversiae, rationibus vel doctorum auctoritatibus propriam sententiam asserendo, et contrariam refellendo; et insuper Paulus V in alia bulla (relata n. III) mandaverit iis qui piam sententiam tuentur, ut aliam opinionem in publicis actibus non impugnent, nec de ea aliquo modo agant seu tractent (quibus verbis, videntur hi Pontifices prohibuisse adhuc confutare fundamenta sententiae oppositae): — attamen dicendum, vel quod praedictae bullae quoad hoc non sint usu receptae; vel quod laudati Pontifices intellexerint loqui tantum de iis, qui pro pia sententia contendunt, ac si *de ... dogmatibus esset* (juxta verba, quae S. Pius subdit in dicta bulla); vel quod vetaverint tantum directe contrariam sententiam impugnare, non autem indirecte, argumenta solvendo; vel tandem omnino dicendum, easdem bullas super hoc puncto moderatas fuisse ab ul-

tima bulla Alexandri VII, ubi aperte permittitur argumenta solvere contrariae sententiae.

249. - Quamvis igitur non liceat piam sententiam ut dogma fidei defendere; licitum tamen nobis procul dubio est, eam veram et communem ^{a)} asserere, cum Salmant. ¹, Abelly ². Immo, eam vocare moraliter certam, et proxime definibilem de fide, ut tenet Viva ³ cum Velasquez et Sifilinus; ut etiam sentiunt Raynaud ^{b)}, Auctor *Coronae Virgineae* ⁴, Platel ⁵, Franciscus Perrin ⁶, Edmundus Simonnet ⁷, Cardinalis Everardus ⁸, Lossada ⁹. Idem tenet Duvallius ¹⁰, ubi sic concludit: *Satius puto dicere, opinionem nostram esse in apice certitudinis theologicae ...; nihilque ei pro fidei assensu, praeter expressam Ecclesiae definitionem, deesse.*

S. Doctor
piam sententiam
vocabat proxime
definibilem.

250. - Tot igitur auctoritatibus munitus, idem ego ut minimus assero, et breviter hic probabo. — Protestor quidem, nullatenus me recedere velle a pontificiis decretis, quibus obediens subscribo; sed tantum in meae Reginae obsequium, hic rationes promovere sententiae piae, ad mentem alicujus dilucidandam qui contrarium sentiret. Etenim reapse mihi videtur pia sententia, licet usque adhuc non sit de fide declarata, esse hodie luce meridiana clarior.

251. - Omitto eam probare revelationibus, quas alii afferunt. — Scriptum enim invenitur, Beatam Virginem sic revelasse S. Birgittae ¹¹: *Omne peccatum Aadae segregatum fuit a me.* Et ¹²: *Et veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali.* Et ¹³: *Sed scito, quod Conceptio mea non omnibus nota fuit ... Sic placuit Deo, quod amici sui pie dubitarent de Conceptione mea, et quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas*

Revelationes
circa
piam sententiam.

¹ Tract. 20, de Princip. moralit., cap. 9, num. 12. — ² De Incarnat., cap. 8, sect. 3, n. 2. — ³ Quaest. prodrom. ad theses damnat., n. 20, et Curs. theol., part. 8, disp. 1, qu. 2, art. 2, num. 7. Velasquez, De Maria immaculate concepta, lib. 5, dissert. 1 et 3. Sifilinus, Opusc. de Controv. Imm. Conceptionis, prop. 111. — ⁴ Auctor « Coronae Virgineae », propos. 102 (ita S. Alphonsus). — ⁵ Synopsis, part. 2, num. 340. — ⁶ Man. theol., part. 2,

de actib. hum., cap. 3, de Immac. Concept. B. M. V., ratio 3. — ⁷ Institut. theolog., tract. 5, disp. 5, artic. 7, ante obj. 1. — ⁸ Nidhard Everardus, Exam. theolog. de Immac. Conc., part. 2, §§ 8 et seqq. — ⁹ Discussio theolog. super definibilitate prox. Immac. Conc. Dei Genitricis. — ¹⁰ In 1^{am} 2^{ae}, de Peccat., qu. ult., art. 7. — ¹¹ Revelat., lib. 6, cap. 12. — ¹² Loc. cit., cap. 49. — ¹³ Loc. cit., cap. 55.

249. - ^{a)} Abelly, *loc. cit.*, non dicit eam esse communem.

^{b)} Raynaud, *Pietas Lugdun.*, n. 31, ait

veritatem hujus sententiae sufficientissime stabilitam intra terminos maximae probabilitatis ac pietatis citra certitudinem fidei ».

claresceret in tempore praeordinato. — Aliam affert Caramuel ^{a)} revelationem, factam a D. Thoma Aquinate Ven. Dominico a Jesu-Maria, Generali Carmelitarum Excalceatorum, nempe, revelatum eidem fuisse, quod futurum esset concilium, quo immaculata Deiparae Conceptio definiretur.

Illae non sunt spernendae.

Hanc autem revelationem asserunt Suarez et Vasquez. — Qui ¹ contra eos, qui praedictas revelationes tanquam somnia feminarum super hoc puncto contemnunt, sic subdit: [*Revelationes*] *figmenta et somnia muliercularum appellare, revera temeritate non vacat.* Et paulo ante dixerat: *Bonaventura cautius de revelationibus sui temporis locutus est, non audens reprehendere celebrantes hujusmodi festum propter factas revelationes.* Petrus Canisius ita quoque scripsit: *Neque tamen aspernamur, si quae extant... revelationes... quae bonorum fidem merentur, et Conceptionis hujus doctrinam confirmant; cum scriptum esse sciamus: Spiritum nolite extinguere (I. Thess. v, 19).*

Pia sententia probatur:

252. — Caeterum, piae sententiae certitudinem illius fautores non jam intendunt ex his revelationibus vindicare. — Firmiora adsunt argumenta ad eam probandam, ut exhinc breviter exponam.

1^o Ex Scriptura.

Probatur 1^o. Ex Scriptura, et praesertim ex illo (Cant. iv, 7.): *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Hic autem textus litteraliter intelligitur de B. Virgine; et ex eo S. Ildephonsus ^{a)} ac D. Thomas ² probant immunitatem Deiparae ab omni culpa actuali. Si ergo ex hoc textu probatur, B. Mariam nullam incurrisse actualem culpam; ex eodem etiam probatur, nullam incurrisse culpam originalem: alias, non esset tota pulchra. — Hinc dixit Idiota ³: *Tota igitur pulchra es, Virgo gloriosissima, non in parte,*

sed in toto; et macula peccati, sive mortalis, sive venialis, sive originalis, non est in te.

Item, quid significat illud: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, quod dixit Angelus Mariae? Quid illud: *Benedicta tu inter mulieres*, quod protulit Elisabeth? Quid illud: *Fecit mihi magna qui potens est*, quod ipsa B. Virgo pronuntiavit? — Nisi, quod ipsa sola benedicta inter mulieres propter culpam originalem maledictas, inter magna quae Deus ei contulit, hoc maximum privilegium (non utique negatum angelis et Adamo) obtinuerit: et divina gratia plena, id est, nunquam a peccati labe inquinata, semper Deo amica et unita, sua gratia fuerit decorata. Hoc enim expressit S. Augustinus ⁴ super enuntiatis verbis: *Ave gratia plena*, ubi sic S. Doctor dicit: *Ostendit, ex integro* (nota hoc *ex integro*) *iram exclusam primae sententiae et plenam benedictionis gratiam restitutam.*

Opponunt adversarii illud Apostoli, ad Rom. v, 12.: *Omnes [in Adam] peccaverunt.* — Sed respondetur, argumentum probare nimis; quia probaret esse de fide, quod B. Virgo maculata fuisset; quod nemo dicit, nec dicere potest. Itaque Scriptura haec accipienda est, cum exceptione B. Mariae. In Scriptura enim etiam universaliter asseritur: *Neque... est homo, qui non peccet* (II. Paralip. vi 36.). *In multis... offendimus omnes* (Jac. iii, 2.). Et tamen de fide est, ut declaravit Tridentinum ⁵, Beatam Virginem nullam culpam actualem commisisse.

Retunditur obiectio.

253. — Probatur 2^o. Ex bullis Pontificum. — Sixtus enim IV, in sua bulla *Cum praeexcelsa* (ut supra), loquens de Conceptione Mariae, dicit: *De ipsius Immaculatae Virginis mira Conceptione.* Cur mira, nisi Immaculata fuisset? Idem Pon-

2^o Ex bullis Pontificum.

¹ Suar., in 3^{am} P., qu. 27, disp. 3, sect. 5, v. *Tertio*. — ² In 3^{am} P., disp. 117, cap. 6, n. 78 et 76. — *Petr. Canis.*, de Maria Virgine, lib. 1, cap. 8, v. *Quicquid autem moliantur*. — ³ 3^a P., qu. 27, art. 4. — ⁴ *Raymund. Jordan.*,

dictus *Idiota*, in *Contemplat. de B. Virgine*, part. 2, contempl. 3, n. 4. — ⁵ Sermo 123, num. 2, inter Opp. supposititia S. August.; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 39, col. 1991. — ⁶ Sess. 6, de *Justific.*, can. 23.

251. — ^{a)} Nimirum Joannes Caramuel, Episcopus Campaniae, in epistola 2 ad auctorem operis cui titulus « *Epitome de la Vida del Venerable Domingo de Jesús María*, dispuerta por el Illmo D. Fray Antonio Au-

gustin » (Zaragoza, 1669). Quae epistola initio operis habetur.

252. — ^{a)} *Libell. de Corona Virg.*, cap. 10. Hic libellus S. Ildephonso perperam adscribitur. Cfr. Migne, *Patr. Lat.*, tom. 96, col. 283.

tifex approbavit officium B. Virginis, Leonardi de Nogarolis¹, ubi non semel nominatur *immaculata Conceptio*; et asseritur, *Virginem, per merita Christi praevisa, ab omni macula [fuisse] praeservatam*. — Deinde Paulus V^a) expresse mandavit, ut fideles in missa et officio hujus festi celebrandis, non alio quam *Conceptionis* nomine uti debuissent. Ex quo videtur certum, Pontificem praecepisse hoc ad omnem aequivocationem tollendam: ne, sub nomine *Conceptionis*, sanctificatio Virginis in utero post primum instans (ut adversarii intelligebant) intelligi posset. — Sed maxime urget bulla Alexandri VII (ut supra, n. 244, ad v enuntiata), qua fuit declaratum, ab Ecclesia celebrari festum B. Virginis, non quidem sanctificatae post primum instans, sed a labe originali in primo instanti suae Conceptionis, secundum piam sententiam, praeservatae. Et inde Pontifex prohibet omnem contrariam interpretationem, directe vel indirecte, quovis praetextu, etiam definibilitatis.

254. — Probat³ Ex conciliis. — Praetermitto concilium Basileense, in quo decretum fuit, piam sententiam esse tenendam. Quamvis quoad hoc concilium aliqui non frustra notant, quod, etsi Eugenius IV illud exauctoravit, tamen (ut ait Raynaudus) concilii decreta, quae nec ipsum Eugenium, nec auctoritatem pontificiam tangebant, rata esse voluit.

In septima autem Synodo generali^a) sic habetur: *Si quis non confitetur, sanctam semperque Virginem Mariam, proprie ac vere Dei Genitricem, sublimiorem esse omni visibili et invisibili creatura, anathema sit*. — Quomodo B. Virgo posset dici sublimior omnibus creaturis, adhuc angelicis, si aliquando foedata fuisset a culpa originali: qua non solum in-

ferior aliquando omnibus angelis, sed omnino gratiae expers et Dei inimica exstitisset?

255. — Accedit concilium Tridentinum: quod revera noluit piam sententiam de fide expresse declarare, dum² tantum dixit: *Declarat tamen haec ipsa S. Synodus, non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam et immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem; sed observandas esse constitutiones fel. record. Sixti Papae IV., sub poenis in eis constitutionibus contentis, quas innovat*. — Sed hic obiter notandum illud quod testatur Hieronymus Ormaechea³, nempe, ipsummet legisse Romae totam sessionem Tridentini, ubi de hac quaestione tractatum fuit; et fere nullum, qui non esset de familia S. Dominici, contra immaculatae Conceptionis sententiam suffragium praestitisse. — Addit Lancicius⁴, concilium demum conclusisse, ut declararetur B. Virgo concepta fuisse sine peccato originali; sed ob instantissimas preces aliquorum theologorum S. Dominici, ut supersederent a decreto usque ad aliud tempus, concilium supersedit.

256. — Quamvis tamen Tridentinum hoc decretum tunc omiserit emanare, verum in alio canone, quem emisit, certam nostram sententiam reddidit. — In canone enim 23, sess. 6, sic dixit: *Si quis hominum... dixerit... posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine Maria tenet Ecclesia, anathema sit*. Ex quo canone certe deducitur, Deiparam a culpa originali immunem fuisse. Nam, ut bene arguit Pater Coninck in sua theologia, et Spinelli in suo aureo Libro de B. Virgine, si certum est juxta

¹ *Off. B. M.*, cfr. *Wadding*, Annal. tom. 14, ann. 1477, n. 2. — *Concil.*, *Basil.*, sess. 36, *Elucidantibus*, ap. Labbe, tom. 17, col. 394. — *Raynaud.*, *Pietas Lugdun.*, num. 30, v. *Allegatur tertio loco*. — ² Sess. 5, de pecc. origin.,

can. 5. — ³ In *Cantic. canticor.*, prolegom. 3, num. 63. — ⁴ *Opusc.* 11, cap. 13, v. *Suadeo praeterea*. — *Spinelli*, *Maria Deipara*, part. 1, cap. 7, num. 7, v. *Secunda ratio*.

253. — ^a) Lege: *Gregorius XV*, in prae-laudato decreto *SS. Dominus noster*, § 4, sicut ipse S. Doctor jam dixit supra n. 246.

254. — ^a) In conc. Nicaen. II, oecum. VII (ann. 787) in *Actione IV* lecta fuit « Epistola Germani Beatissimi, qui fuit patriarcha Constantinopleos, ad Joannem episcopum Syna-

densem », in qua legitur: « Etenim ut proprie ac veraciter matrem Dei veri colimus eam et magnificamus et omni visibili ac invisibili creatura superiorem arbitramur ». Quae quidem epistola in eadem lectione et rursus in *Act. V* a concilio fuit approbata, anathemate dicto contra aliter sentientes: « Qui sic se non

Ex concilio Tridentino.

3^o Ex conciliis.

Ex concilio Nicaeno.

concilium et de fide, divinam Matrem nullam culpam actualem commisisse; certum consequenter est certitudine theologica, quod ipsa maculam originalem non contraxit. Ratio patet: quia, sicut impossibile est, ut qui peccatum originale una cum suo fomite contraxit, expers sit omnis peccati actualis; ita, qui nullum peccatum actuale commisit, necessario impossibile est quod maculam originalem contraxerit: ut docet S. Augustinus¹, ubi ideo Christum Dominum nullum peccatum actuale perpetrasse dixit, quia nullum peccatum contraxit originale.

4° Ex sanctis Patribus.

257. — Probatur 4°. Ex sanctis Patribus. — Falsum quippe est dicere, omnes Patres esse pro opposita sententia. Bellarminus² enim probabiliter interpretatur Patres qui contrarium sentire videntur; et plures refert piae sententiae faventes, inter quos bene numerari potest S. Ambrosius, qui scripsit in *Psalm. 118, ad ult. vers.: Suscipe me, non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati*. S. Anselmus³: *Omnes... mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, dempta Matre Dei^{a)}, sive originalibus sive etiam voluntate additis*. S. Petrus Damianus⁴: *Caro... Virginis ex Adam assumpta, maculas Adae non admisit*.

5° Ex sensu communi fidelium.

258. — His et aliis accedit sensus communis fidelium. — Immaculatam enim Conceptionem testatur Aegidius a Praesentatione⁵, omnes tueri religiosos Ordines^{a)}. Et ex eodem ordine S. Dominici, licet sint 92 scriptores pro contraria, tamen 137 pro pia sententia adsunt; ut quidam recentior enumerat. Alexander VII

¹ Contra Julian., lib. 5, cap. 15, n. 57; Migne, Patrol. lat., tom. 44, col. 815. — ² Controv. de Amissione gratiae, lib. 4, cap. 15 et 16. — S. Ambros., in psalm. 118, serm. 22, num. 30; Migne, Patr. lat., tom. 15, col. 1521. — ³ Seu potius *Hervaeus* monachus, in Epist. II ad Cor., cap. 5, n. 14; Migne, Patr. lat., tom. 181, col. 1048; cfr. etiam tom. 158, col. 41. — ⁴ Sermo 40, in Assumpt. B. M. V., § *Sequitur ex Aromatibus*; Migne, Patr. lat., tom. 144,

in sua bulla (ut supra, n. 244, ad v) declarat, hanc sententiam celebriores academias, et catholicos fere omnes complecti. — Quo argumento, Petavius⁶ maxime enittitur ad illam probandam; et bene vincit, ut ait doctissimus episcopus Torni⁷. Ex quo enim, nisi ex communi fidelium sensu, hauritur certitudo quod Deipara, saltem ante nativitatem, fuerit sanctificata? Ex quo certi sumus, quod eadem B. Virgo in anima et corpore fuerit in coelum assumpta? Si ergo de his nemo dubitat, quomodo dubitari potest de Conceptione immaculata, quam fideles omnes tenent et defendunt?

259. — Opponunt adversarii auctoritatem S. Bernardi et S. Thomae: sed ex eisdem sanctis Doctoribus magis nostra sententia valide firmatur. — Licet enim S. Bernardus in sua Epist. ad Canonicos Lugdunenses invexisset, quod festum Conceptionis Deiparae celebrassent, monens, quod Apostolicae Sedis auctoritatem expectare debuissent (et ibi addidit bene, colendum diem Nativitatis et Assumptionis B. Virginis, quia sic ab Ecclesia jam fuit acceptum); attamen ex hoc eodem arguitur, ut bene notat Bellarminus⁸, quod si S. Bernardus nunc videret festum Conceptionis immaculatae ex auctoritate Romanae Ecclesiae celebrari, ipse quoque libentissime celebraret.

Satisfi objection petitae et doctrinae S. Bernardi

260. — Quo autem ad doctrinam S. Thomae, revera adhuc incertum est, de qua sententia fuerit S. Doctor. — Quamvis enim in *Summa* aliud sensisse videatur; tamen in pluribus locis, praesertim in *Epist. ad Galat.*⁹ clare Conceptionem Virginis immaculatam fuisse censet, ubi scri-

et S. Thomae.

col. 721. — ⁵ De Immac. B. M. V. Concept., lib. 3, qu. 6, art. 4, § 3, n. 16. — *Recentior* hic est *Burgi*, de pietate in Deip., disp. 1, cap. 14, n. 110 et cap. 7, n. 47. — ⁶ De Incarnat., lib. 14, cap. 2, n. 10. — ⁷ In Annotat. ad Estium, lib. 3, dist. 3, § 2. — S. Bernard., Epist. 174; Migne, Patr. lat., tom. 182, col. 332. — ⁸ Controv. de Cultu sanctor., lib. 3, cap. 16, v. *Porro*. — S. Thom., 3^a P., qu. 27, art. 2. — ⁹ Cap. 3, lect. 6.

habent, anathema sint: qui ita non sentiunt, procul ab Ecclesia pellantur». (Apud Labbe, tom. 8, col. 942, 967 et 1039).

257. — ^{a)} Editores Mauriani S. Anselmi in censura operum S. Anselmi, dicunt clausulam hanc: *dempta Matre Dei*, esse ab alio

insertam, ut Estius, inquit, fuerat subodoratus. Haec enim in ms. minime leguntur. Cfr. Migne, *Patr. lat.*, tom. 158, col. 41.

258. — ^{a)} « Una [religione] Praedicatorum excepta », addit, *loc. cit.*, Aegidius a Praesentatione.

bit: *Mulierem autem ex omnibus non inveni, quae omnino a peccato immunis esset, ad minus originali, vel veniali. Excipitur* ^{a)} *purissima et omni laude dignissima Virgo Maria.* Clarius in *I Sententiarum* ¹ sic scripsit: *Dicendum, quod puritas intenditur per recessum a contrario; et ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit: et talis fuit puritas Beatae Virginis, quae a peccato originali et actuali immunis fuit* ^{b)}. Quibus verbis (ait Episcopus Torni ²) nimis aperte patet, divum Thomam hoc loco sensisse, B. Virginem ab originali culpa fuisse expertem; cum ea verba minime aliam contrariam interpretationem patiantur. — In *Summa* autem, etsi D. Thomas ³ dicat, quod in festo Conceptionis celebratur festum sanctificationis, potius quam Conceptionis Deiparae (quia tunc temporis dubium erat, de quo festum celebrabatur, an sanctificationis in utero, vel an Conceptionis in primo instanti): sed hodie jam est declaratum ex bulla Alexandri VII (ut diximus), celebrari festum, non sanctificationis, sed Conceptionis B. Virginis a peccato originali praeservatae. — Idem autem S. Doctor ⁴, ubi tractat, an B. Virgo fuerit in utero sanctificata? Ex ratione, quia Ecclesia jam ex tunc Nativitatem celebrabat B. Mariae, infert tenendum, ipsam ante Nativitatem sanctificatam fuisse; et cur? Quia, dicit: *Non celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto. Ergo B. Virgo ... fuit ... in utero sanctificata.*

Hinc patet, quod si S. Thomas nunc temporis scriberet, quo ab Ecclesia declaratum est, secundum piam sententiam,

¹ Dist. 44, qu. un., art. 3, ad 3. — ² Annotat. ad Estium, lib. 3, dist. 3, § 4, not. a. — ³ 3^a P., qu. 27, art. 2, ad 3. — ⁴ Loc. cit., art. 1, *Sed contra*. — ⁵ In 3^{am} P., qu. 27, art. 2, Comment. i. f. — *Petavius*, de Incarnat., lib. 14, cap. 2, num. 13. — ⁶ In 3 sent., dist. 3, qu. 1, artic. 2, v. *Nec propter hoc*. — *Catharin.*, Opusc. pro Immac.

celebrari festum B. Mariae preservatae a peccato originali in primo instanti suae Conceptionis, sive infusionis animae in corpus, certe aliter sentiret ac scriberet; ut ait Suarez ⁵, his verbis: *Si praesentem Ecclesiae faciem [D. Thomas] vidisset, aliter de immaculata Virginis Conceptione docturum fuisse.* Idem dicit Petavius de D. Thoma. Idem Gabriel ⁶, qui scribit: *Non esse culpandos S. Bernardum, nec S. Thomam, S. Bonaventuram et caeteros Doctores, oppositum olim opinantes; quia eorum tempore, nulla determinatio Apostolicae Sedis facta fuit, nec festivitas illa generaliter tunc fuit per orbem celebrata* ^{c)}. Idem dicunt plures etiam dominicani, et signanter Joannes de Fenario, doctor Parisiensis et Magister generalis Ordinis Praedicatorum; ut refert Catharinus. Idem dicit Joannes a S. Thoma ⁷, citans alios Thomistas.

Accedit S. Augustinus, qui, disputans de quadam alia doctrina contra Cresconium ⁸, eum monet Ecclesiam consulere. Sed nunc non est opus super nostra sententia Ecclesiam consulere; cum jam Ecclesia maudaverit, festum Conceptionis immaculatae juxta piam sententiam celebrari. — Et ex hoc maximo argumento, in Ecclesiae auctoritate fundato, fautores piae sententiae recte asserunt, nostram sententiam esse proxime de fide definibilem. De Ecclesiae enim auctoritate loquens, S. Thomas ⁹ sic docet: *Maximam habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus aemulanda ... Unde magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam Augustini, etc.* Scribit etiam Valentia ¹⁰, loquens de auctoritate Pontificis: *Circa quae ad pietatem reli-*

Auctoritas Ecclesiae maximum argumentum.

Concept., artic. 1, § *Rationes aliquot*, vers. *Septima*. — ⁷ De Approb. doctrinae S. Thom., disp. 2, art. 2, § *Conformat se*. — ⁸ Contra Crescon., lib. 1, cap. 33, num. 39; Migne, Patr. lat., tom. 43, col. 466. — ⁹ 2^a 2^{ae}, qu. 10, art. 12, corp. — ¹⁰ In 2^{am} 2^{ae}, disp. 1, qu. 1, punct. 7, qu. 6, § 41.

260. — ^{a)} Ita in edit. Romana et aliis; sed exceptio haec non reperitur in editione S. Pii V. Et in editione Venet. 1747, de Rubeis notat verba excipientia Beatam Virginem fuisse jam impressa in quibusdam codicibus Venetiis typis mandatis anno 1555; sed in mss. non reperiri neque in aliis multis codi-

cibus alibi editis; et signanter non reperiri in codice Parisiis impresso a F. Joanne Alberto Castrensi, a mendis expurgato.

^{b)} Ita in editione S. Pii V et in ed. Veneta de Rubeis.

^{c)} Sunt fere verba et plane sensus Gabrielis Biel.

gionemque spectant, est infallibilis ejus auctoritas^{d)}. Addit Eusebius Nieremberg¹, quod decreta morum, approbatio sanctitatis, etc., necnon institutiones festorum, quae considerantur ab infallibili capite ordinatae; ab omni errore excipiuntur. Deinde idem Eusebius² refert votum a cardinale Bellarmino prolatum circa Beatæ Virginis Conceptionem, jussu Pauli V, coram S. C. Inquisitionis generalis Romanae, quo Bellarminus ita sensit: *Si forte non placet nunc ulla formalis definitio, saltem deberet fieri praeceptum omnibus Ecclesiis ..., ut recitarent officium de Conceptione, quomodo recitat Ecclesia; sic enim sine definitione haberet intentum.*

261. — Hinc non satis pie, nec probabiliter, quidam recentior scripsit, possibile fore quod Ecclesia aliquando definiat Conceptionem B. Virginis fuisse maculatam. Dum (ut bene advertit Vasquez) minime censendum, quod Ecclesia unquam tamquam fidei dogma definiat, B. Virginem in peccato originali conceptam esse; eo quod auctoritate sua festum Conceptionis in tota Ecclesia jam praeceperit celebrari. Et idem sine dubitatione asseruit Thyrsus Gonzalez in suo Opusculo, quo tuetur proximam definibilitatem immaculatae Conceptionis. — Ideo opportune notanda sunt verba Blossii³, ubi sic ait: *Mirum sane est, adhuc nostro aevo inveniri aliquos, qui... puritatem Conceptionis... Beatissimae Virginis vocent in dubium, et suam opinionem in ea re obstinatius tueantur, citantes sententias SS. Patrum: qui tamen si nunc hic viverent, aliter procul dubio sentirent... Certe Romana... Ecclesia, quae errare non potest, hoc ipso quod festum Conceptionis... celebrandum assumpsit, satis affirmat eandem Conceptionem fuisse omnis con-*

tagionis expertem; profana siquidem festa non novit Ecclesia. Et Summus Pontifex Benedictus XIV, in suo doctissimo Opere *De Canonizatione Sanctorum*⁴, dicit, nostram sententiam hodie esse moraliter certam; et solummodo deesse definitionem Ecclesiae, ut fideles teneantur credere fide divina Conceptionem Virginis immaculatam.

Nec valet dicere, quod alias Maria, si maculam originalem non contraxisset, non posset dici a Christo redempta. Nam communiter respondetur, quod ipsa, cum fuerit a culpa praeservata, vere et modo nobiliori redempta fuit. Docet enim D. Augustinus⁵, quod mittendus in carcerem, etiam dicitur a carcere liberatus ab illo qui eum liberat, ne in carcerem perducatur. Haec autem nobilior Virginis redemptio maxime Virginem decuit, ut nunquam dici posset Mater Dei inimica exstitisse, et Regina angelorum subdita diabolo aliquando fuisse. Imo dicit Arnoldus Carnotensis^{a)}: *Non solum de decetia, sed etiam de justitia fuit, ut illud vas electionis communibus non lassaretur injuriis.*

262. — Ex omnibus his deducitur, piam sententiam praeservationis B. Virginis hodie tenendam ut certam, et oppositam non esse amplius probabilem. — Quod sic evidenter probatur: Certum est 1°. De fide esse, quod Ecclesia non potest errare in materia morum. Certum est 2°. Cultum sanctorum (prout est celebratio festi praeservationis Deiparae) pertinere ad materiam morum; ad mores enim utique pertinet, praestare B. Virgini Mariae cultum debitum, et indebitum denegare. Si ergo Ecclesia praecipit celebrari festum praeservationis Dei Matris, et in hoc non potest errare; vera et certa de-

¹ Op. Parthen. Theoria compend., § 4, v. *Quod si cum institutione* (edit. Lugd. 1659). — ² Op. Parthen., de Perpetuo object. Festi Concept., cap. 30, i. f. (edit. cit.). — *Quidam recentior hic est Ludov. Muratori*, de superstitione vitanda, cap. 8 et 9. — *Vasq.*, in 3^m P., disp. 117,

cap. 14, n. 149. — *Thyrs. Gonzal.*, Tract. theol. de certitudinis gradu quem habet sententia pia, disp. 2, sect. 16, § 2, n. 155. — ³ Sacellum animae fidelis, part. 3, cap. 5, n. 5. — ⁴ Lib. 1, cap. 42, n. 13 et seqq. — ⁵ In psalm. 85, n. 18; Migne, tom. 37, col. 1094.

d) Sunt pariter fere verba Gregorii de Valentia.

261. — Haec sunt verba Arnoldi (Ernaldi) Carnotensis, *tr. 1, de Nativ. Christi*, § *Tale elegit...* *Nihil* (Migne, Patr. lat., tom. 189, col. 1617): « Spiritu Sancto obumbrante, in-

condium originale extinctum est: ideoque innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat justitia, ut illud vas electionis communibus lassaretur injuriis, quoniam plurimum a ceteris differens, natura communicabat non culpa ».

S. Doctor quoddam e-ruit consecrarium.

Respond objection petita e redempti ne a Christo.

S. Doct. conclud piam sententia esse certam.

bet esse praeservationis sententia. — Ex quo bene infert quidam doctus auctor recentior, in libro nuperrime Neapoli edito, anno decurso 1753, cui titulus: *Deipara ejusque cultorès vindicati, etc.*, quod contraria sententia post decretum Alexandri VII, prout antiquata, non est amplius nec practice, nec speculative probabilis ^{a)}.

Imo jam posse teneri de fide.

Imo, licet nostra sententia ab Ecclesia nondum sit definita, bene tamen potest de fide teneri. — Nam bene possumus credere de fide sententias illas, quas probabile est de fide esse, nimirum canonizationem sanctorum, praesentem Pontificem esse verum Pontificem, esto hae sententiae non sint ab Ecclesia declaratae de fide; ut late probat Viva ¹ cum Suarez, Lugo et communiori. Dicit enim D. Thomas ², quod credere possumus de fide, non solum ea quae habemus per fidem infusam, sed etiam quae percipimus per conclusiones theologicas: *Dicitur fides* (ait S. Doctor) *acquiri per scientiam theologiae*. In nostro autem casu, conclusio theologica bene eruitur ex mox supra praedictis. Si enim de fide est, Ecclesiam non posse errare in materia morum, et cultus praeservationis Deiparae certe ad mores pertinet: bene de fide tenere possumus, praeservationem esse de fide.

263. — Hic ultimo operae pretium ducimus breviter perpendendam quaestionem illam, *an liceat emitteere votum profundendi vitam ob defensionem praeservationis B. V. Mariae a labe originali?*

Negat Lamindus Pritanius ³; et eum secuti sunt ^{a)} Antonius Lampridius ⁴ ac Ferdinandus Valdesius ⁵. — Ratio, quia nemo potest exponere vitam ad tuendam opinionem humanam, cui falsitas subesse potest. Opinio autem defendens praeservationem Deiparae a culpa originali, quamvis pia, humana tamen est; cum Ecclesia

Juxta quemdam non licebat emitteere votum de immaculata Conceptione.

¹ Curs. theol., part. 4, disp. 2, qu. 2, num. 12 et seq. — *Suar.*, de Fide, disp. 5, sect. 8, num. 12. *Lugo*, de Fide, disp. 1, sect. 13, § 5. — ² In 3, dist. 23, qu. 3, art. 2, ad 1. — ³ De ingeniorum moderatione, lib. 2, cap. 6, vers. *Proderit heic*. — ⁴ De superstitione vitanda, sive censura

hanc sententiam nondum statuerit niti revelatione divina, aut traditione.

Affirmant vero valde probabiliter plures neoterici, et signanter auctor supra enuntiatus in citato libro: *Deipara, etc.* Distinguere enim oportet sententias pure humanas, ab iis quae pertinent ad morum disciplinam, et suo modo ad fidem, prout est haec quae spectat ad cultum sanctorum, et praesertim Reginae sanctorum, quae prae omnibus sanctis veneranda est. — Quod autem sententia praeservationis spectet ad cultum Beatæ Virginis, patet (ut vidimus supra) ex bulla Alexandri VII, qui declaravit, festum Conceptionis Dei Matris juxta piam sententiam celebrari debere.

S. Doctor probat hoc votum fuisse licitum.

Praeterea, dato quod hujusmodi sententia esset per se humana: tamen, cum referatur in Deum, qui vult ut fideles sanctos suos, et praecipue Matrem honore prosequantur, non est pure humana, sed religiosa, cum ad Deum referatur; juxta doctrinam D. Thomae ⁶, ubi docet, posse esse martyrii causam, non solum defensionem eorum quae sunt de fide, sed etiam opera omnium virtutum, quae sunt protestationes fidei. En ejus verba: *Omniium virtutum opera secundum quod referuntur in Deum, sunt quaedam protestationes fidei, per quam nobis innotescit quod Deus hujusmodi opera a nobis requirit, et nos pro eis remunerat; et secundum hoc possunt esse martyrii causa*. Hinc deinde subdit: *Tamen quia bonum humanum potest effici divinum, ut si referatur in Deum; ideo potest esse quodcumque bonum humanum martyrii causa, secundum quod in Deum refertur?* — Cum autem nullum sit dubium, esse actum religionis cultum exhibere Virgini, celebrando juxta piam sententiam festum suae Conceptionis immaculatae in primo

voti sanguinari. ⁵ Epistola, sive Appendix ad librum de Superstitione vitanda, epist. 5, 7, 10 et seqq. — *De Vera*, Deipara ejusque cultores vindicati, tom. 1, diss. 1, cap. 2, num. 5 et seqq. ⁶ 2^a 2^{ae}, qu. 124, art. 5, corp., et ad 3.

262. — ^{a)} De Vera, in dicto suo opere, *diss. 3, cap. 1, n. 9*, dixit esse antiquatam ac propterea non esse probabilem, practice scilicet, quidquid sit de probabilitate speculativa, uti dixerat *n. 6, i. f.*

263. — ^{a)} Lamindus Pritanius, Antonius Lampridius, Ferdinandus Valdesius minime sunt auctores distincti, sed revera diversa sunt et quidem ficta nomina unius Ludovici Muratori.

instanti (prout exigit Ecclesia); certum etiam est, juxta Angelici doctrinam, hujusmodi cultum bene posse esse causam martyrii. Ergo, si licitum et meritorium est cuique vitam prodere, ne ab exhibitione hujus cultus desistat; tanto magis ei licitum et meritorium erit mortem subire pro tuendo hujus cultus objecto, nempe pro B. Virginis a labe originali praeservatione, ad quam ipse cultus refertur. — Hinc summus Pontifex Benedictus XIV in suo praefato opere *De Canonizatione Sanctorum*¹ postquam ostendit, Ecclesiam esse propensam versus sententiam

praeservationis B. Virginis immaculatae, dixitque neminem negare eam esse magis piam et religiosam^{b)}, sic ait: *Inter martyres ab Ecclesia recenseri, qui occisi fuerunt a tyranno, vel quia sententiam magis piam et religiosam sequebantur, vel quia omittere nolebant alicujus actum virtutis, a quo tamen poterant sine peccato cessare.*

Et sic jam satisfactum est objectioni Lamindi, nimirum, quod non liceat vitam profundere pro tuenda praeservatione Deiparae, eo quod talis sententia non sit de fide.

ARTICULUS IV.

QUOMODO INTELLIGENDA EXCOMMUNICATIO PERCUSSORIS CLERICORUM.

264. *Verba canonis.* — 265. *Quid intelligatur 1. per verba:* Si quis. *An impuberes, et a quo ipsi possint absolvi.* — 266. *Quomodo comprehendantur etiam mandantes, consulentes, etc.* — 267. *Quomodo ratihabentes.* — 268. *Quomodo non impedientes.* — 269. *An, qui tenentur impedire tantum ex charitate.* — 270. *Quid intelligatur 2. per Clericum.* — 271. *Quid 3. per Monachum. An eremitae.* — 272. *Quid 4. per verba: Manus injecerit.* — 273. *An requiratur ut percussio sit cum peccato mortali et externe gravi.* — 274. *Incurrit: 1°. Clericum conspuens, vel aliter gravi injuria afficiens. — 2°. Violenter detinens, etc. — 3°. Persequens eum, ut decidat. — 4°. Apprehendens equum, etc. — 5°. Haec agens, etiam clericum consentiente. — 6°. Clericus seipsum percutiens; sed alii id negant. — 7°. Judex laicus percutiens clericum, vel ecclesiasticus percutiens per laicum.* — 275. *Non incurrit: 1°. Fur, clam furans. — 2°. Percutiens jocosè, vel casu. An pueri clerici, se percutientes. Et an defendentes se vel suos, aut sua. — 3°. Si absit mortale. — 4°. Percutiens clericum per ignorantiam aut inadvertentiam, aut per iram subitanèam. Dub. 1. Quid, si quis percutit, ignorans alterum esse clericum, animo tamen comparatus quod percuteret, etiamsi sciret. Dub. 2. An excuset ignorantia crassa. Dub. 3. Quid, si quis percutit Petrum clericum, credens Paulum clericum. — 5°. Excusatur etiam praelatus, aut praeceptor percutiens. An pater. 6°. Percutiens clericum exercentem officium cauponis, etc.; vel turpiter agentem, aut sollicitantem uxorem aut consanguineam in primo gradu. Quando excusetur puella, percutiens clericum sollicitantem. — 276. Quando episcopus possit absolvere ab hac excommunicatione. — 277. Quae percussio dicatur levis, quae gravis et quae enormis. — 278. Quot modis percussio levis possit fieri gravis. — 279. Quinam possint absolvere a percussione levi, et quinam a gravi. — 280. Dub. 1. An in dubio, percussio judicanda sit levis aut gravis. Dub. 2. An incurrat excommunicationem, qui venenum dat clerico.*

Verba canonis.

264. — « Resp. I^o. Ea sic habet: *Si quis, « suadente diabolo ... in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, et nullus episcoporum illum praesumat absolvere ».* — [Nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui praesentetur, et ejus

mandatum suscipiat. Ita ex can. *Si quis*, caus. 17, qu. 4] ^{a)}.

265. — « Dicitur I^o. *Si quis*. Intellige, « cujuscumque sexus aut status; etiam « impubes, dummodo rationis compos, et « doli capax ». [Ut habetur ex cap. *Mulieres 6* et cap. *Pueris, de sent. excom.*

Quid intelligatur I^o verba: quis.

¹ Lib. 3, cap. 19, n. 13.

^{b)} Non dicit neminem negare, sed ipse pronuntiat eam sententiam esse magis piam et religiosam.

264. — ^{a)} Vide const. *Apostolicae Sedis, excomm. R. Pontifici simpliciter reserv., excomm. II.*

Quamvis impuberes possint absolute absolvi ab episcopis, etsi post pubertatem absolutionem petant. Salmant.¹, ex dicto cap. *Pueris*. Et etiamsi percussio fuerit enormis; ut dicunt Palaus² et Bonacina³ cum Suarez^{a)}, Molina, Filliuccio^{a)}, Sayro^{a)} et Reginaldo, ex cap. *fin. de sent. excom.*].

266. - Extenditur autem ad efficacia «citer mandantes, consulentes et consentientes».

Recte dicit Busenbaum: *efficaciter*. Quia, ut hi incurrant excommunicationem, requiritur ut percussio de facto eveniat, utque ipsi per mandatum, consilium aut consensum graviter in illam influant. Ita communiter Navarrus⁴, Suarez⁵, Salmant.⁶; et Bonacina⁷ cum Sayro, Avila, Molina, Silvestro, Filliuccio, etc., ex cap. *Quantae* et cap. *Mulieres, de sent. excom.* An autem incurratur censura, in dubio an mandatum vel consilium influxerit, vel si mandatum aut consilium fuerit revocatum ante executionem? Vide de his dicta *n. 39 et 40*.

Notandum autem hic, quod si quis diceret coram suis: *Cupio vindictam talis clerici*, bene incurret excommunicationem, si ex hoc dicto alii clericum inde percussant. Ita Croix⁸, Renzi⁹ cum Diana et

Avila; ac Salmant.¹⁰ cum Conineck, Silvestro, etc.: argumento cap. *ult. de homicid.*, in 6^o. Intellige, si praevidet ex eo alios percussuros.

267. - Extenditur etiam ad «ratihabentes» [percussionem] «suo nomine factam».

Certum est, quod ratihabitio sufficit ad incurrendam censuram; ut habetur ex cap. *Cum quis, de sent. excom.*, in 6^o. Sed ad hoc requiritur 1^o. Ut percussio sit facta nomine tuo, vel in tui gratiam. 2^o. Ut ratihabitionem externe significes. 3^o. Ut quando evenerit percussio, fueris habilis ad mandatum vel consilium percussionis, saltem habitualiter. Nam si fueris amens, non incurris; secus, si ebrius aut dormiens. Ita communiter Bonacina¹¹, Palaus¹², Conicina¹³, Croix¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Suarez^{a)}, Sayro^{a)}, etc.

268. - Item «non impediendes: saltem si ex officio aut justitia teneantur, ut reges, iudices, et caeteri superiores. Item patres, tutores, heri, paedagogi, parochi, etc., quibus aliorum cura de mandata est. — Ita Laymann¹⁶, Bonacina¹⁷ ex Molina^{a)}, etc. communiter».

269. - «Dixi: *saltem*, etc. Quia, si ex charitate tantum teneantur, etiam excommunicari docent^{a)} Suarez, Cajeta-

Quomodo comprehendantur ratihabentes.

Quomodo non impediendes.

¹ Tr. 10, cap. 2, n. 67. — ² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 6. — ³ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 12. *Molina*, de Just., tr. 3, disp. 59, n. 2. *Regin.*, lib. 1, n. 247, v. *Quintus*. — ⁴ Man., cap. 27, n. 50 et 51. — ⁵ De Censur., disp. 22, sect. 1, n. 55; cfr. disp. 4, sect. 3, num. 4. — ⁶ Tr. 10, cap. 4, num. 22. — ⁷ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 2, num. 1. *Sayrus*, lib. 3, cap. 26, num. 22. *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 6; cfr. dub. 3, concl. 4 et dub. 4. *Molina*, de Just., tr. 3, disp. 52, n. 2 et 9. — *Silvest.*, v. *Excom. VI*,

n. 5, v. *Tertio*. *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 28 et 30. — ⁸ Lib. 7, n. 303. — ⁹ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 1, qu. 4. *Diana*, part. 9, tr. 4, resol. 14. *Avila*, loc. cit., dub. 10, concl. 3. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 4, num. 22. *Conineck*, disp. 14, dub. 15, n. 172. *Silvest.*, v. *Excomm. VI*, n. 5, v. *Quarto*. — ¹¹ Loc. cit., n. 11. — ¹² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 2, n. 14. — ¹³ De Censur., diss. 2, cap. 2, § 1, n. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 306. — ¹⁵ Loc. cit., n. 25. — ¹⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, num. 6. — ¹⁷ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 2, n. 8 et 9. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 56.

265. - ^{a)} Auctores non videntur a Bonacina citari pro ista ampliatione. At re tamen vera Suarez, de *Censur.*, disp. 22, sect. 1, n. 63 et 69, absolute et sine ulla distinctione levis aut enormis percussionis, negat impuberes teneri Romam adire. Filliuccius clarius rem indicat; nam, *tr. 15, cap. 1, n. 34*, absolute scribit episcopum posse absolvere a levi percussione: «ideoque reservatio in hoc canone intelligenda est de mediocri et enormi». His vero dictis, addit, *n. 36 et 39*, absolutionem quoad impuberes non reservari. Sayrus pariter, *lib. 3, cap. 28, n. 20*, comprehendit impuberes inter personas de quibus, *num. 9*, scripserat: «A mediocri, imo etiam in aliquibus ab enormi etiam percussione clerici ci-

tra Sedem Apostolicam ab episcopo absolvi possunt».

267. - ^{a)} Suarez, *disp. 22, sect. 1, n. 55*, primam conditionem habet: Sayrus vero, *lib. 3, cap. 26, num. 25*, primam et tertiam.

268. - ^{a)} Molina, *tr. 3, disp. 33, membr. 5, n. 5*, de casu simili loquitur; nempe de illo qui non impedit homicidium, cum possit. Et, si ex officio vel justitia ad impediendum teneatur, eum dicit incurrere poenas hujus delicti.

269. - ^{a)} Suarez, Cajetanus, Filliuccius et Sayrus docent utique excommunicari si, non obviando, mortaliter peccat; seu, ut aiunt Cajetanus et Sayrus, cum ex intentione non

« nus, Filiuccius, Medina, Sayrus, etc. — « Verum id probabilius negat Bonacina ¹ « ex Navarro ^{b)}, Coninck, Reginaldo ^{a)}, « Henriquez, Molina, etc. ».

Et ita verius tenent Navarrus ^{b)}, Bonacina ², Laymann ³; et Palaus ⁴ cum Molina et Henriquez; ac Salmant. ⁵ cum S. Antonino ^{c)}, Palao, Coninck, Bonacina, Avila. — Ratio, quia hi tantum percussioni censentur favere (ut loquitur cap. *Quantae, de sent. excom.*) qui ex justitia tenentur impedire; non autem qui solum ex charitate, etsi ex odio non impediunt, cum ad incurrendam censuram etiam actus exterior requiratur, juxta dicta n. 34.

Quid intelligatur per clericum.

270. — « Dicitur 2^o. *Clericum*. Quo nomine intelligitur omnis prima saltem « tonsura initiatus (etiamsi conjugatus, « dummodo cum unica virgine), et defecrat habitum, serviatque alicui ecclesiae; « item etiam excommunicatus, suspensus, « interdictus ^{a)}, degradatus verbaliter tantum ». [Ita communiter etiam Salmant. ⁶⁾].

Non incurrit vero, qui percutit clericum bigamum ex reali bigamia; secus autem si ex similitudinaria, nempe, qui in sacris constitutus, matrimonium contraxerit et consummaverit. Neque incurrit percussor clerici, qui habitum depo-

Cajet., Sum., v. *Excommunicatio*, cap. 10, v. *Primo*. — *Fill.*, tr. 15, cap. 1, num. 31. *Joan. Medina*, Cod. de Restit., qu. 9, v. *Hinc patet*. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 26, n. 24. — ¹ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 2, n. 7. — *Coninck*, disp. 14, dub. 15, n. 174. *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, n. 7, lit. h. — *Molina*, tr. 3, disp. 33, membr. 5, n. 5 et disp. 52, n. 10. — ² Loc. cit. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 6. — ⁴ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 2, n. 13. *Molina*, locis cit. — *Henriq.*, loc. cit. — ⁵ Tr. 10, cap. 4, n. 24. —

nens saecularibus negotiis se ingesserit, nec post tertiam monitionem sui praelati resipuerit. Salmant. ⁷ communiter. — Vide hoc et alia, *Lib. VI, n. 827*.

271. — « Dicitur 3. *Monachum*. Intellige, « quemvis religiosum, etiam laicum, con- « versum, novitium, utriusque sexus. Item « tertiarias S. Dominici, S. Francisci, si « gestent habitum et vivant in commu- « nitate. Item eremitas subjectos alicui « regulae vel superiori ».

Quid per monachum.

Unde gaudent privilegio canonis, omnes viventes in communi sub aliquo praelato, ex expressa vel tacita Papae auctoritate; quamvis in eorum communitate non fiat professio. Ita Navarrus ⁸, Suarez ⁹; et Bonacina ¹⁰ cum Coninck ^{a)}, Molina, Filiuccio, Reginaldo ^{a)}, Avila, Grassis ^{b)}, etc. — Idem dicit Fagnanus ¹¹ de mulieribus conviventibus in conservatoriis, quamvis religio non sit adhuc approbata; quia, cum religiose vivant, censentur personae ecclesiasticae. — Et idem ait Renzi ¹² de seminaristis, et pueris collegiorum, ut sunt Neapoli pueri S. Mariae Lauretanae, S. Onuphrii ^{c)}, etc.

Eodem privilegio gaudent eremitae, qui ex voto aut pacto addicuntur alicui loco sacro, cum subjectione ad episcopum; ut docent Suarez ¹³, Fagnanus ¹⁴,

Comprehenduntur eremitae,

Palaus, loc. cit. — *Coninck*, loc. cit. — *Bonac.*, de Censur., disp. 2, qu. 4, punct. 1, § 2, n. 7. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 8. — ⁶ Loc. cit., n. 21. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ *Man.*, cap. 27, n. 79. — ⁹ Disp. 22, sect. 1, n. 20. — ¹⁰ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 3, num. 10 et 11. — *Molina*, tr. 3, disp. 50, n. 4. — *Fill.*, loc. cit., num. 14. — *Avila*, loc. cit., dub. 11, concl. 4. — ¹¹ In cap. *Nullus*, de foro comp., n. 59. — ¹² De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 2, qu. 11. — ¹³ Loc. cit., n. 22. — ¹⁴ Loc. cit., n. 61 et 62.

vult obviare. Et huic sententiae sic explicatae adhaeret Reginaldus, *lib. 1, num. 221*, qui pro secunda sententia allegatur a Bonacina.

^{b)} Navarrus *Man.*, cap. 27, n. 78, in edit. Roman. 1590, dicit incurrere in hanc excommunicationem eos « qui ex officio possunt et tenentur propulsare percussorem et non propulsant... Imo quoad forum exterius, quilibet alius qui videt facinus esse manifestum et se posse commode obviare et non obviat ». At in edit. Veneta 1573 dicit: « Immo etiam quicumque alii qui clare cognoscunt, sine periculo et damno suo posse impedire et omittunt impedire, quoniam gaudent eo ipso; quamvis non videtur sufficere simplex omisio absque ea intentione, saltem quoad forum interius ».

^{c)} S. Antoninus, *part. 3, tit. 28, cap. 2, § 2*, citatus a Salmant., de casu simili et quidem sub distinctione loquitur. At, *tit. 24, cap. 1, § Nota circa*, de casu praesenti tractat et ultimo loco ponit opinionem quae dicit hunc incurrere dummodo dolose omittat impedire, alias negat incurrere.

270. — ^{a)} Salmant. non loquuntur de suspensio, excommunicato, interdicto; quoad cetera concordant.

271. — ^{a)} Coninck, *disp. 14, dub. 15, n. 164*; Reginaldus, *lib. 1, n. 214*, non requirunt ut in communi vivant.

^{b)} Carolus de Grassis, *de Effect., clericat. 1, n. 96, 106 et seqq.*, loquitur de privilegio fori.

^{c)} Renzi dicit « senes S. Onuphrii ».

Contin. Tournely¹, Roncaglia² et Bonacina³. — Idem dicit Palaus⁴ de eremitis, qui sub aliqua regula et obedientia vivunt, edito obedientiae aut paupertatis voto. — Communiter vero docent praefati auctores, minime gaudere eremitas vagos, qui habitum singularem gestant, licet inserviant alicui ecclesiae, etiam ex commissione episcopi; ut Fagnanus^{d)}, ex decisione Rotae Romanae.

nisi sint vagi.

Quid intelligatur per verba: manus injecerit.

Requiritur percussio mortaliter peccaminosa et externa gravis.

272. - « Dicitur 4^o. *Manus injecerit*: « per quod intelligitur quaevis contumeliosa actio exterior mortalis, circa clerici personam vel res ei adhaerentes, « sive fiat manu, sive baculo, gladio, etc. « — Bonacina⁵ ».

273. Ad incurrendam igitur hanc excommunicationem, requiritur ut percussio sit mortaliter peccaminosa, et etiam externe gravis; ut docent Bonacina⁶; ac Cajetanus, Molina^{a)}, Pignatelli, etc. apud Croix⁷. — Quare non incurrit, qui tantum signum facit percussio, et non percutit; ut Salmant⁸, Concina⁹, Contin. Tournely¹⁰ et alii passim. — Sed hic recte notant Palaus¹¹, Suarez¹²; Croix¹³ cum Sperelli; et Bonacina¹⁴ cum Coninck^{b)}, Filliuccio et Reginaldo, quod semper ac percussio existimetur graviter injuriosa, ratione reverentiae clerico debitae, sufficere ad censuram quaevis per-

cussio levis, etiamsi levissimus tactus physicus intercedat.

Advertendum cum communi doctorum (ut notat Croix¹⁵), quod hic canon, prout in favorem clericorum emanatus, non stricte, sed latissime^{c)} intelligendus est. .

Hic canon latissime interpretandus.

« Ex dictis resolvuntur sequentes causas:

274. - « 1^o. Hanc excommunicationem « incurrit:

Incurrit excommunicationem 1. Afficiens clericum gravi injuria.

« 1^o Qui talem conspuat, conspergit « aqua, pulvere, conspurcat luto, evellit « crinem, lacerat vestem, eripit aliquid per « vim et injuriam de ejus corpore, v. gr. « pileum, pallium, etc.; ita ut actio sit « graviter injuriosa. — Bonacina¹⁶, Laymann¹⁷.

« 2^o Qui concludit aut violenter detinet « carcere, vel loco, unde sine de decore non « potest exire. — Bonacina¹⁸, Laymann¹⁹.

2. Violenter detinet.

« 3^o Qui persequitur, ut in flumen vel « fossam incidat, equo decidat, etc. — « Bonacina²⁰, Laymann²¹.

An autem incurrat is, qui clericum insequens, praeter intentionem et praevisionem est causa ut ille cadat? — Negant Bonacina²² cum Silvestro; et Renzi²³; et merito probabilem putat Croix²⁴: quia tunc casus mere per accidens se habet. — Sed non minus probabiliter affirmat idem Croix^{a)} cum Sperelli. Hinc dicit

3. Persequens ut decidat.

¹ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 3, ad 3. — ² De Censur., qu. 4, cap. 1, qu. 2. — ³ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 3, n. 11. — ⁴ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 1, n. 14. — ⁵ Disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1. — ⁶ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, n. 3. — ⁷ *Cajet.*, Sum., v. *Excommunic.*, cap. 10, v. *Nota 6. - Pignat.*, tom. 1, consult. 107, n. 2 et 6. — ⁸ Lib. 7, n. 301. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 27. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 7. — ¹¹ Loc. cit., sect. 1, qu. 4. — ¹² Loc. cit., § 2, n. 2. — ¹³ Disp. 22, sect. 1, n. 26. — ¹⁴ Lib. 7,

n. 301. - *Sperelli.*, Decis. 45, n. 36. — ¹⁵ Disp. 2 de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, num. 4. - *Fill.*, tract. 15, n. 18. *Regin.*, lib. 1, n. 206. — ¹⁶ Lib. 7, num. 301. — ¹⁷ Disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1, n. 4 et 5. — ¹⁸ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5. — ¹⁹ Loc. cit., n. 4. — ²⁰ Loc. cit. — ²¹ Loc. cit., n. 5. — ²² Loc. cit., num. 5. *Silvest.*, v. *Excommunicatio VI*, num. 5, versic. *Septimo*. — ²³ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 6. — ²⁴ Loc. cit., num. 308. — *Sperelli*, decis. 20, num. 12.

d) Fagnanus, *loc. cit.*, n. 59, negat simpliciter eremitas vagos vel profugos, nulli regulae aut superiori subjectos, gaudere hoc privilegio. Pariter, n. 63, negat gaudere « privilegio clericali eremitas « qui non sunt deputati ecclesiae servitio auctoritate alicujus praelati ecclesiastici, sed voluntarie suscipiunt et ad sui libitum deserunt habitum eremiticum ». Denique adducit Rotam pro alia propositione.

273. - a) Molina non recte citatur a Croix; quamvis enim, *tr. 3, disp. 51, n. 6*, dicat hanc sententiam probabilitate non carere, certe ipse oppositam tenet: « Quando actus interior,

quo manus violenta injicitur, est culpa lethalis, incurri hanc excommunicationem, etsi exteriori actu modica ac levis violentia inferatur ».

b) Coninck, haec dumtaxat scribit, *loc. cit.*, n. 168: « Quando autem talis injectio sit peccatum mortale in ratione injuriae, prudenti judicio, spectatis circumstantiis actionis et personarum, decernendum est ».

c) Croix dicit « late » intelligendum esse.

274. - a) Croix, *loc. cit.*, postquam dixit probabile esse quod non incurratur, addit: « Sperelli tamen... probabiliter dicit si clericus reipsa ex metu persequentis cadat, incurrere ».

cum eodem Sperelli, Fagnano ^{b)}, etc. (et huic consentit ipse Bonacina ¹⁾), non excusari ab excommunicatione explodentem sclopum in clericum, qui ob metum examinibus caderet, licet globus eum non tangeret; quia tunc explodens est causa per se talis laesionis.

4. Apprehendens equum.

« 4^o Qui manus violentas injicit in « equum, cui is insidet, occidendo, vul-
« nerando, caedendo, sistendo per frenum:
« quae actio, licet sit levis respectu cor-
« poris, non tamen respectu honoris. Bo-
« nacina ², Laymann ³ ». — [Idque docent communiter Suarez ^{c)}, Palaus ^{c)}, Bonacina et alii citati *n. 273*; ac Salmant. ⁴ cum Laymann, Avila, etc.].

5. Haec agens, etiam clerico consentiente.

« 5^o Qui aliquid supradictorum facit, « etiam clerico consentiente; dummodo « sit injuriosum ordini clericali. Lay-
« mann ⁵ ». — [Ita communiter Suarez, Bonacina, Coninck et alii cum Salmant. ⁶; ex can. *Nemo episcoporum, caus. 11, qu. 3* ^{d)} et cap. *Contingit, de sententia excom.*

Clericus autem consentiens, ex eodem cap. *Contingit*, etiam subest excommunicationi; sed haec est tantum ferendae sententiae (ut bene advertunt Bonacina et

Croix ⁷⁾, dum in dicto textu dicitur: *Si quis... clericus... sponte se subjecerit, excommunicetur.* — Hoc tamen intelligendum, si talis percussio, non obstante consensu clerici, non desineret esse injuriosa. Nam secus esset, si consensus auferret injuriam; puta, si clericus petat caedi ab alio, ut luat sua peccata. Salmant. ⁸ cum Coninck.

« 6^o Clericus, si seipsum ex malitia « vel passione (secus, si ex devotione) per-
« cutiat injuriose. — Laymann ⁹, ex Na-
« varro ».

6. Clericus seipsum percutiens.

Ita cum Busenbaum tenent Suarez ¹⁰; et Bonacina ¹¹ cum Navarro, Coninck ^{e)}, Sayro, Avila, etc. — Sed merito oppositum putant probabile Palaus ¹², Diana ¹³; et Croix ¹⁴ cum Toletto ^{f)}, Barbosa ^{g)}, Turriano ^{g)}, Pasqualigo ^{g)}, et Delbene; quia revera canon videtur tantum loqui de altero clericum laedente.

Sed merito id alii negant.

« 7^o Qui percutit clericum etiam me-
« ritum, si fiat vel per quem non debet, ut
« si morte dignus puniatur a iudice sae-
« culari; vel modo illicito, ut si a praelato
« puniatur per laicum ^{h)}. — Bonacina ¹⁵,
« ex Navarro, Sayro, Suarez, Filliuccio,
« Coninck, etc. Vide Laymann ¹⁶ ».

7. Jude: laicus percutiens, au ecclesiasticus percutiens pe laicum.

¹ Disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 1, § 1, n. 13. —
² Loc. cit., n. 5. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5.
Bonac., loc. cit. — ⁴ Tr. 10, cap. 4, n. 26. *Laym.*, loc.
cit. *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, concl. 2. —
⁵ Loc. cit., n. 5. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, num. 58.
Bonac., loc. cit., punct. 2, n. 5. — *Coninck*, disp. 14, n. 169.
⁶ Loc. cit., n. 19. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 2, num. 6. —
⁷ Lib. 7, n. 305. — ⁸ Tr. 10, cap. 4, num. 20. *Coninck*,
disp. 14, n. 169. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5.
Navar., Man., cap. 27, n. 78. — ¹⁰ Disp. 22, sect. 1, n. 59.

¹¹ Disp. 2, de Excom. in partic., qu. 3, punct. 6, sect. 2,
n. 7. — *Navar.*, loc. cit. *Sayr.*, lib. 3, cap. 26, n. 20.
Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, v. *Secundo*. —
¹² Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 2, n. 4. — ¹³ Part. 9, tr. 4,
resol. 8. — ¹⁴ Lib. 7, n. 310. *Delbene*, de Immunit. Eccl.,
cap. 2, dub. 4, sect. 8, n. 5 et 7. — ¹⁵ Disp. 2, de Excom.
in partic., qu. 3, punct. 6, sect. 4, num. 5. — *Navar.*, Man.,
cap. 22, n. 77 et 78. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 27, n. 25 et cap. 26,
n. 13. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 42. *Fill.*, tr. 15, n. 5. —
Coninck, disp. 14, n. 190. — ¹⁶ Loc. cit., n. 9.

^{b)} Fagnanus, quod reperire potuerim, id non habet, quamvis a Croix citetur. Sed tantum loquitur de casu praecedenti, *in cap.* Ad audientiam, *de homic.*, n. 67.

^{c)} Suarez, *disp. 22, sect. 1, num. 29*, hoc dumtaxat exemplum affert: « Si apprehenso fraeno equi, quis violenter detineat clericum incedentem ». Et nota ceteros auctores citatos non afferre omnia exempla hic relata, sed alii aliud afferunt. Palaus, autem *loc. cit.*, § 2, n. 2, rem satis innuit dicens per injectionem manuum intelligi in personam ipsius clerici, « seu res illi adhaerentes »; itemque, « si eum quomodocumque violenter detineas, ne ex aliquo loco egrediatur ».

^{d)} Canon *Nemo* a Salmant. allegatur pro ea parte, qua asserunt satis esse ad excommunicationem percussorem, quae, attentata per-

sona et circumstantiis, erit peccatum mortale. Et sane canon citatus dicit: poena anathematis « non nisi pro mortali debet imponi crimine ».

^{e)} Coninck, *disp. 14, num. 170*, dicit de eo qui se percutit « sine justa necessitate ».

^{f)} Toletus, *lib. 1, cap. 34, n. 7*, de sententia quae dicit incurrere, ait: « Cum sit tam communis sententia, non videtur ab ea recedendum ».

^{g)} Quin etiam Turrianus, *de Censur.*, lib. 3, *disp. 29, dub. 3*, v. *Dubitant item*, dicit « probabilius » non incurrere; idemque videtur sentire Barbosa *in 2^{am} P. Decreti, caus. 17, qu. 4, n. 38 et 39*; et Pasqualigo, *Quaest. mor. canon.*, qu. 60, n. 4, expresse dicit ita esse tenendum.

^{h)} Seclusa scilicet necessitate.

275. - « 2^o. Non incurrit:

« 1.^o Fur, qui clam abscindit crumem, vel vestem tollit clerico; quia non est actio violenta, sed fraudulenta ». — [Secus, si violenter auferat; ut Laymann¹ cum Cajetano, Coninck, Suarez, Molina; et Salmant.² cum Palao, Avila, etc., communiter. Quia tunc actio, etsi non corpus clerici, laedit tamen honorem].

« 2.^o Si percussio sit *jocosa* » [Quamvis sit gravis, et etiam cum aliqua ira irrogetur, modo non pertingat ad peccatum mortale; ut recte dicunt Palaus³, Bonacina⁴; et Salmant.⁵ cum Avila^{a)} et Tabiena, ex *cap. 1, de sent. excom.*, ubi dicitur: *Nec clerici (excommunicantur), si sunt plenae aetatis, et non odio (intelligitur gravi) vel invidia, vel indignatione, sed levitate jocosa se ad invicem percutere contingat*] — vel *casualis*, « v. gr. si janitor, vel apparitor turbam arcens, percutiat clericum.

« Item, si pueri habentes primam tonsuram se pugnis percutiant. — Bonacina⁶ « ex Molina, Filliuccio, Coninck, etc. ».

Imo etiam in minoribus constituti^{b)}, et quamvis sanguis a naribus effundatur; ut Salmant.⁷, Palaus⁸ cum Laymann, Coninck et Molina^{c)}; ac Bonacina^{c)} cum Filliuccio et Avila. Quia regulariter percussio puerorum non reputatur graviter injuriosa.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 5. - *Cajet.*, Sum., v. *Excom.*, cap. 10, v. *Nota 2*. *Coninck*, disp. 14, n. 165 et 166. *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 32. *Molina*, tr. 3, disp. 51, n. 2. — ² Tr. 10, cap. 4, num. 26. *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 2, n. 2. - *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, concl. 2. — ³ Loc. cit., § 3, n. 3. — ⁴ Disp. 2, de *Excom.* in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 28. *Tabiena*, v. *Excommunicatio V*, n. 4. — ⁶ Disp. 2, de *Excom.*, qu. 4, punct. 1, § 1, n. 13. - *Molina*, tr. 3, disp. 51, n. 8. *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 26. - *Coninck*, disp. 14, n. 190. — ⁷ Loc. cit., n. 28. — ⁸ Loc. cit., § 3, n. 2. *Laym.*, loc. cit., n. 8. - *Coninck*, loc. cit., num. 190. *Fill.*, loc. cit. *Avila*, loc. cit., dub. 13, cas. 3. — ⁹ Loc. cit., num. 28. — ¹⁰ Loc. cit., num. 8, v. *Tertia*. — *Cajet.*, loc. cit., not. 6,

Idque admittit Sotus^{d)} apud Salmant.⁹, etiamsi percussio fuerit gravis: hoc tamen intelligendum, si haec non fuerit intenta.

« Item, si percussio sit ad defendendum se, vel vitam suam, vel uxoris, parentum, filiorum, vel res suas: cum moderamine tamen inculpatae tutelae. « Laymann¹⁰.

« 3.^o Et denique, quodcumque percussio, ob levitatem vel imperfectionem actus, non esset mortalis, illata laico, « ut docent Cajetanus, Avila et Sà. Quod tamen Suarez universaliter non admittit. « Vide Bonacina¹¹.

« 4.^o Si fiat in tenebris, vel clericum non agnoscas quod habitum non gestet; « quia ignorantia excusat ».

Sic etiam excusat ira subitanea, quae efficiat ut non plene advertatur quod fit; ut communiter Suarez¹², Bonacina¹³, Laymann¹⁴, Palaus¹⁵ cum Coninck; et Salmant.¹⁶.

Sed hic dubitatur 1.^o *An incurrat excommunicationem, qui percutit aliquem, ignorans esse clericum, sed animo comparatus, ut, si sciret, etiam percuteret?*

Affirmant Covarruvias, Ugolinus, etc. apud Croix¹⁷. — Sed communius et probabilius negant Sanchez¹⁸, Suarez¹⁹, Bonacina²⁰ cum Vasquez, Molina et Filliuccio; item Palaus et Navarrus^{e)} apud

v. *Quartus est*. — *Avila*, loc. cit., cas. 3. — *Sà*, v. *Excom. Papae reservatae*, n. 2. — *Suar.*, disp. 22, sect. 1, n. 27. — ¹¹ Loc. cit., n. 13. — ¹² Loc. cit., n. 50. — ¹³ Disp. 2, de *Excom.* in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 8, v. *Alterva*. — ¹⁵ Loc. cit., § 3, n. 3. - *Coninck*, loc. cit., n. 190. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 4, n. 28. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 10, num. 15 v. *Decimo*. — *Ugolin.*, de *Censur.*, tab. 1, cap. 9, § 8, n. 8. — ¹⁷ Lib. 7, n. 314. — ¹⁸ *Decal.*, lib. 1, cap. 16, n. 13; cfr. de *Matr.*, lib. 9, disp. 32, n. 26. — ¹⁹ Disp. 4, sect. 8, n. 8; cfr. disp. 22, sect. 1, n. 52. — ²⁰ Disp. 1, de *Censur.*, qu. 2, punct. 1, n. 14 (loquens de *Censur. i. g.*). *Vasq.*, de *Excom.*, dub. 14, a n. 4. *Molin.*, tr. 3, disp. 53, n. 2. *Fill.*, tr. 11, cap. 8, n. 247. — *Palaus*, tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 3.

275. - ^{a)} Avila, loc. cit., dub. 13, cas. 2, non dicit: modo non pertingat ad mortale.

^{b)} Fere omnes auctores citati loquuntur tantum de pueris clericis.

^{c)} Molina, loc. cit., num. 8; Bonacina, disp. 2, de *Excom. in part.*, qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, num. 14, de emissionem sanguinis non loquuntur.

^{d)} Sotus, quidquid dicant Salmant., haec dumtaxat scribit, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2,

post concl. 4, cas. 1: « Licet [excom.] feratur pro re notabili quae tamen in tali casu sit parva, non incurritur: ut, quamvis percussores clericorum sint excommunicati, et qui sanguinem in ecclesia effuderit; nihilominus, si corrixantes clerici pueri in ecclesia se pugno percusserint mutuo, et sanguinem e naribus emisissent, vel etiam ex capite in parva copia, nulla innodantur censura ».

^{e)} Navarrus profecto citatur a Croix, sed

Non incur-
runt 1. Fur
clam fu-
rans.

2. Percu-
tiens jocose,

vel casu.

Pueri cle-
rici se per-
cutientes.

Item qui
defendunt
se, vel suos
aut sua.

3. Si absit
mortale.

4. Percu-
tiens per
ignorantiam,

aut per
iram sub-
itanam.

Probabi-
lius non ex-
communi-
catur igno-
rans esse
clericum.

Croix¹; quia in ignorantia concomitante adest tantum voluntas interpretativa, quae non est vera voluntas. — Secus vero dicendum, si percutiens jam dubitaret an ille esset clericus; ut bene docet Bonacina² cum Avila. Et idem tenent Suarez³, Sanchez^{f)}, Croix⁴; ac Bonacina⁵ cum Filliuccio, Avila et aliis, si quis clericum percutiat, ignorans esse clericum, sed intendens eum percutere, sive laicus ille sit, sive clericus.

Dubitatur 2^o. *An ab incurrenda excommunicatione percussione clericum excuset ignorantia crassa?*

Affirmant Silvester, Abbas, Felinus, etc. apud Sanchez⁶. Quia (ut ajunt) illud suadente diabolo importat dolum, qui non reperitur in ignorantia crassa. — Sed merito id reprobant Croix⁷; et Sanchez⁸ cum Covarruvias, Tabiena^{g)} et aliis. Quia τὸ suadente diabolo tantum importat percussione cum peccato gravi.

Dubitatur 3^o. *An incurrat, qui percutit Petrum clericum, reputans Paulum clericum?* — De hoc vide dicta Lib. III, n. 628, v. *Sed hic*, ubi sententiam affirmativam tenuimus.

« 5.º Si praelatus, praeceptor, pater, « subditum in minoribus constitutum, correctionis causa (licet ira accedat) percutiat moderate, habita ratione culpae ».

Ita etiam Salmant.⁹ cum Bonacina, Avila, etc. — Et idem dicunt Salmant.¹⁰

¹ Lib. 7, n. 314. — ² Disp. 1, de Censur., qu. 2, punct. 1, n. 18. Avila, part. 2, cap. 5, disp. 5, dub. 6, concl. 4. — ³ Disp. 4, sect. 8, n. 10. — ⁴ Lib. 7, n. 314. — ⁵ Loc. cit., num. 21. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, n. 247. Avila, loc. cit., concl. 4. — *Silvest.*, v. *Ignorantia*, n. 18 et v. *Excommunicatio VI*, n. 6, § *Secundo*. — *Abbas*, in cap. 7 de Constit., n. 6. — *Felin.*, in cap. *Si vero* 4, de sent. excom., n. 3. — ⁶ De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 41. — ⁷ Loc. cit., n. 314. — ⁸ Loc. cit., n. 41. Covar., in cap. *Alma mater*, part. 1,

de consanguineo qui percutit clericum, cujus curam habet, ex cap. *Cum voluntate* 54, § *Si quis, de sent. excom.*

« Immo praelatus et praeceptor ecclesiasticus potest etiam in majoribus constitutum castigare^{h)} ».

Intellige semper, moderate. Nam Sacra Congregatio declaravit excommunicatum quemdam parochum, qui clericum suum discipulum, correctionis causa, in capite pluries percusserat, et deinde pugnis et baculo verberavit; ut refert Pater Zaccaria¹¹. — Qui, ob eandem rationem, non excusat ab excommunicatione praelatum, si religiosum cum excessu verberet, pede trudat, aut similia faciat.

« An idem possit pater, controvertitur « in utramque partem probabiliter. — Vide « Laymann¹² ».

Quaeritur: *an pater possit verberibus clericum punire?* — Certum est posse, si clericus est in minoribus; ex dicto cap. *Cum voluntate* 54, § *Si quis vero, de sent. excom.* ubi id conceditur omnibus illis, *qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum... ut cohibeantur a suis insolentibus... duxerint corrigendos.*

Dubium est: *an possit, si clericus est in sacris constitutus?*

Prima sententia negat; et hanc tenentⁱ⁾, Laymann¹³; et Palaus¹⁴ cum Hostiensi, Panormitano, Angelo, Molina, etc. Quia

§ 10, n. 16, v. *Decimo quarto*. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 29. — *Bonac.*, disp. 2, de Excom., qu. 4, punct. 4, n. 4. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 13. — ¹⁰ Loc. cit., n. 29. — ¹¹ Croix, lib. 7, n. 318. Cfr. *Thesaur. Resol. S. C. C.* in *Callien.*, die 16 Maji 1733. — ¹² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 9. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 3, n. 8. *Hostien.*, in cap. *Cum voluntate*, n. 12. — *Panorm.*, in dict. cap., n. 8. — *Angel.*, v. *Excom. V*, cas. 1, n. 10. *Molina*, tr. 3, disp. 56, n. 6; cfr. tr. 2, disp. 228, n. 26.

non recte; nam, cap. 27, num. 80, dumtaxat scribit ignorantiam probabilem excusare; et num. 274, negat in censuram incurere eum qui clericos percutit « ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens non fecisset ».

f) Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 16, n. 14, id habet in simili, scilicet in homicidio cum ignorantia concomitante patrato; quo casu dicit homicidam reum esse « homicidii externi ».

g) Tabiena, v. *Excommunicatio VII*, n. 2, dicit de censuris in genere: si « ignorantia

est affectata, crassa vel supina, et sic ligantur ». At v. *Excommunicatio V*, n. 22, loquens de praesenti casu, negat percutientem haberi pro excommunicato in foro externo, si probabiliter ignoravit; secus vero, si non probabiliter. Si tamen vere ignoravit personam esse privilegiatam, non incurret in foro animae.

h) Et idipsum dicunt Bonacina et Avila, *locis cit.* et Salmant. n. 30.

i) Laymann, *loc. cit.*, dicit sibi magis placere sententiam negativam; affirmativam tamen vocat probabilem.

Limitationes.

Non excusat ignorantia crassa.

5. Non incurrit superior moderate percutiens.

Pater potest verberare filium constitutum in minoribus.

nullibi habetur, quod pater possit manus injicere adversus clericos in sacris. — Haec est probabilis.

Et probabilius etiam est in sacris.

At *sententia affirmans* videtur probabilior; et hanc tenent Suarez¹, Bonacina², Concina³, Contin. Tournely⁴, et Salmant.⁴ cum Valentia⁵, Bañes, Coninck et Avila. Et probatur ex *cap. 1, de sent. excom.*, ubi excusatur magister, si *scholarem clericum* (quamvis sit plenae aetatis, ut ibi praemittitur⁶), unde includitur etiam clericus constitutus in sacris) *intuitu disciplinae vel correctionis percusserit*. Si ergo non solum causa disciplinae, sed etiam correctionis, potest magister clericum percutere; tanto magis poterit pater, cui principaliter et de jure naturali incumbit compescere insolentias filiorum.

Non inrrit percutiens clericum qui dicit privilegium.

« 6.º Si percutiatur realiter degradatus, vel bigamus; vel exerceat publice officium cauponis vel macellarii, vel scurram, et ter monitus non cesset; vel inventus turpiter agens cum uxore, matre, sorore vel filia; vel denique mulierem ipso facto sollicitans ad turpitudinem: quia perdit privilegium. — Vide Laymann⁵, Filliuccio⁶ ».

Ita ex *cap. Si vero 3, de sent. excom.*, ubi excusatur a censura, qui in clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum, manus injecerit violentas.

¹ Disp. 22, sect. 1, n. 49. — ² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 4. — ³ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 8. — ⁴ Tr. 10, cap. 4, n. 30. — *Bañes*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 65, art. 2. — *Coninck*, disp. 14, dub. 15, n. 192. — *Avila*, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 13. — ⁵ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 3 et 8. — ⁶ Tr. 15, cap. 1, n. 9 et seqq. et n. 22. — ⁷ Loc. cit., n. 8, v. *Quarta*. — ⁸ Loc. cit., n. 7. — *Molina*, tr. 3, disp. 55, num. 6. — *Coninck*, loc. cit., num. 196. — ⁹ Disp. 2, de Excom. in particul., qu. 3, punct. 6, sect. 4, n. 6.

— Secus, si mulier illa non sit ita proxima in consanguinitate. Hinc Filliuccius¹⁾, Laymann⁷; et Bonacina⁸ cum Molina, Coninck, etc. communiter, non excusant percussorem clerici inventi cum avia aut nepte.

Putant vero Navarrus^{m)}; et Bonacina⁹ cum Molina, Coninck et Avila, excusari maritum, si ex industria se abscondit, expectans clericum id ignorantem, ut deprehensum in adulterio occidat; secus, si conventionem facta cum uxore, se abscondat: cum jura nunquam intendunt fraudes patrocinari. Sed etiam in primo casu, rectius Laymann¹⁰ cum Navarro contradicit Bonacinae; quia tunc minime verificatur quod vir inveniat clericum, dum eum expectat: hic enim ideo excusatur, quia (ut ait Glossaⁿ⁾) nequit compescere subitanam iram, ad quam potius tunc se excitaret. — Dicunt autem Suarez¹¹, Bonacina¹², Contin. Tournely^{o)}; et Salmant.¹³ cum Palao^{o)}, Laymann^{o)}, Coninck^{p)}, etc., bene excusari virum, si occidat clericum inventum cum uxore in loco suspecto, vel cum ea colloquentem post monitionem quod se absteineat a tali colloquutione. — Notant item Contin. Tournely¹⁴, Concina¹⁵; et Croix¹⁶ cum Navarro, Silvestro^{q)}, Angelo^{q)}, etc., tunc tantum excusari virum percutientem talem clericum, quando per-

Quid de viro percutiente clericum patrantem adulterium.

Molina, tr. 3, disp. 55, n. 6. — *Coninck*, disp. 14, n. 196. — *Avila*, part. 3, cap. 5, disp. 3, dub. 13, cas. 16. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 5, n. 8, v. *Quarta*. — *Navar.*, consil. 25, de sent. excom. — *Bonac.*, loc. cit. — ¹¹ Disp. 22, sect. 1, n. 37. — ¹² Loc. cit., n. 8. — ¹³ Tr. 10, cap. 4, num. 31. — ¹⁴ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 5, v. 2. *Excusatur*. — ¹⁵ Diss. 2, cap. 2, § 1, num. 8. — ¹⁶ Lib. 7, num. 307. — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 84 et consil. 25, de sent. excom.

¹⁾ Continuator Tournely, *de Censur.*, part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 5; Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 9, punct. un., v. *Utrum autem*; loquuntur de clericis in genere, sine distinctione utrum sint in sacris necne.

²⁾ Ubi (in eadem tamen phrasi) de clericis sese jocose percutientibus.

³⁾ Filliuccius, *loc. cit.*, n. 22, negat excusari « si cum consanguineis inferioris gradus », quae scilicet non sint mater, filia, uxor, soror.

⁴⁾ Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 84, v. *Vigesima*; concordat utique pro secundo membro, ubi de conventionem facta cum uxore. Sed quoad primum membrum negat etiam excu-

sari, *Consil. 25, de sent. excom.*, ut notat S. Alphonsus inferius.

⁵⁾ Glossa, in *cap. Si vero 3, de sent. excom.*, v. *Turpiter*, dicit canonem viro sic inveniendi clericum parere « quia tam justum dolorem compescere non posset ».

⁶⁾ Contin. Tournely, *loc. cit.*, qu. 5, v. 2. *Excusatur*; Palao, *tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 3, n. 13*; Laymann, *loc. cit.*, primam dumtaxat partem asserti habent; scilicet excusari virum, si occidat clericum inventum cum uxore in loco suspecto.

⁷⁾ Coninck, *loc. cit.*, num. 196, primam partem habet; secundam vero refert ex Suarezio.

⁸⁾ Silvester, v. Excommunicatio VI, n. 9,

cussio fit in ipso actu, vel continuo post adulterium; tunc enim solum acer ille doloris sensus meretur indulgentiam.

Excusatur etiam mulier, percutiens clericum qui eam sollicitat, si non possit illum verbis avertere. Unde si clericus tantum verbis tentat, verbis tantum debet repellere: nisi ille sit adeo importunus, ut non valeat femina per sola verba ab eo liberari. Ita Suarez¹; et Salmant.² cum Silvestro³, Avila, Sayro, etc. — Hoc tamen intelligendum, si ex tali sollicitatione constituatur mulier in aliquo morali periculo labendi, saltem in peccatum cogitationis.

276. — « Resp. II^o. Etsi haec excommunicatio sit reservata Papae, potest tamen episcopus ab ea absolvere, his casibus:

« 1^o. Quando percussio, etsi sit moralis, est tamen prudentum iudicio levis, « comparata cum enormi ». [Ita ex cap. *Pervenit, de sent. excom.*] v. gr. si fiat « palma, pugno aut lapide, non relinquente « vestigium; et secundum Antoninum et « Diana³, nisi notabilem injuriam et magnum scandalum pariat; qualem negat « esse, si quis sacerdotem pugno percutiat in faciem, licet guttae sanguinis effluant » [Ita etiam Viva^a) cum Diana^a) et Glossa^a]. — « Enormis vero erit, si membrum praescindatur, copiosus sanguis fundatur; vel etiam ratione dignitatis personae, ut, si percutiatur episcopus vel abbas, etiam alapa.

« 2^o. Si percussor sit impubes, pauper, aeger, senex, mulier, caecus, claudus,

« servus, filiusfamilias, vel non sui juris; « uti et regulares ac moniales invicem « verberantes. — Item, si sint homines « delicati: et quotquot habent legitimum « impedimentum, ut non possint ire ad « Papam aut ejus legatum. — Vel, si dubium sit de excommunicatione^b). Filii « liucius⁴. — Denique, si sit occulta. Vide « supra, hic *cap. 1, dub. 5*, et Diana⁵.

« In quibus omnibus casibus, pro foro « conscientiae, potest etiam facultas absolvi « solvendi impetrari (gratis quidem) ex « Poenitentiaria Romana, a Majore Poenitentiarario; ut vide supra, *Lib. I, tract. 2, cap. 4, in Appendice* ».

277. — Oportet igitur distinguere: Alia est percussio *enormis*, alia *mediocris* sive gravis, alia *levis*. Quae non jam dicitur levis, quia importat tantum peccatum veniale (ad incurrendam enim excommunicationem, semper requiritur culpa gravis); sed dicitur levis, respectu ad gravem, et enormem. — Hujusmodi distinctio communiter a doctoribus assignatur et colligitur a constitutione in extrav. *Perlectis* quae in extensum refertur a Navarro⁶: ibique ab aliis attribuitur Innocentio IV, et ab aliis Pio II; sed Navarrus eam attribuit Joanni XXII.^a) — Caeterum communiter auctores illam admittunt, ut Cabassutius⁷, et Palaus, Bonacina, Roncaglia, etc. infra citandi. In praefata autem extravag. sic legitur: *Respondemus, percussorem levem esse pugni, palmae, manus, pedis, digiti, aut baculi, lapidis, quae nullam maculam neque sugillationem*

Quid de muliere percussione clericum sollicitantem.

Episcopus absolvit a percussione levi.

Et quandoque a gravi.

Quae percussio normis, et diocesis levis.

¹ Disp. 22, sect. 2, n. 33. — ² Tract. 10, cap. 4, n. 31. *Avila*, part. 3, cap. 5, disp. 3, dub. 13, cas. 18. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 27, n. 24. — *Marius Antonin.*, Var. resolut., lib. 3, resol. 11, num. 16 et seqq. — ³ Part. 9, tr. 4, resol. 19. — ⁴ Tract. 15, cap. 36 et seqq. — ⁵ Loc. cit., resol. 63. —

⁶ Man., cap. 27, num. 91. — ⁷ Lib. 5, cap. 2, num. 6. — *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, num. 2. — *Bonac.*, disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, num. 8. — *Roncagl.*, de Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3.

v. *Decimo*; Angelus, v. Excommunicatio V, cas. 1, n. 16, addunt: exclusa matura deliberatione.

³) Silvester, *loc. cit.*, n. 9, indistincte ait mulierem, quae verbis tantum tentatur, incidere in excommunicationem, si percutiat.

276. — ^a) Viva haec admittit, *de Censur.*, qu. 5, art. 3, n. 8, nisi tamen quis publice percutiat clericum in ecclesia vel in platea etiamsi leviter: percussio non dicitur levis, cum fiat illi injuria gravis, ut docet Glossa. Et revera Glossa, *in cap. Cum illorum 32, de sent. excom.*, v. *Effusionem sanguinis*, ait:

« Cum excessus notorius est, tunc abbas ipsum absolvere non potest propter scandalum ».

^b) De excommunicatione dubia non loquitur Filiucius *loc. cit.*; in reliquis vero concordat.

277. — ^a) Navarrus, *loc. cit.*, dicit eam attribui Joanni XXII, « et perperam ». Revera ejus auctor ignoratur nec invenitur haec constitutio in Corpore Juris. Navarrus autem eam non refert in extensum, sed solum, ut ait, praecipua verba, quae hic citat S. Alphonsus. Invenitur etiam haec constitutio in Bullar.

carnum relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine avulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quod hujusmodi levis percussio, ut pugni aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad judicandum tamen quae laesio sit levis, mediocris aut enormis, volumus diligenter perpendi non solum factum, sed etiam qualitatem ejus, et modum percutiendi et laedendi cum omnibus suis circumstantiis loci, personae, et aliis. Personae, si est magister, judex, praelatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus injuste a subdito, aut ab alio se viliori; quia ex hoc interdum censentur graves injuriae, quae ex se sunt leves aut mediocres. Et quia conditio negotii non patitur integram determinationem hujus rei, relinquimus tuo arbitrio, ut declares quae sit levis, et quae enormis injuria: admonentes, ut potius declares in dubio esse percussorem gravem, et ab ea non posse absolvere, quam, declarando levem esse, occasionem praebeas laedendi statum ecclesiasticum.

Hinc dicunt doctores, esse percussorem *mediocrem*, illam qua extrahitur dens, vel capillorum copia evellitur, aut fit sugillatio carnis, qua sanguinis copia effunditur absque gravi laesione vel injuria. Ita Bonacina¹ et Roncaglia². — Percussionem vero *enormem* dicunt iidem Bonacina et Roncaglia, ac Palaus³, Contin. Tournely⁴ et Concina^{b)} esse, si magna

intervenit vulneratio vel magna sanguinis effusio aliunde quam e naribus, vel magna injuria.

278. — Communiter autem advertunt praefati auctores et alii, quod saepe percussio levis potest evadere gravis vel enormis, ratione circumstantiarum, nimirum:

1^o. Ratione *personae laesae*: prout si percutiatur episcopus, abbas, praelatus monasterii, aut judex, herus^{a)}, aliusve in dignitate constitutus; — ut dicunt Palaus⁵, Bonacina⁶, Concina⁷, Contin. Tournely⁸ et Roncaglia⁹.

2^o. Ratione *personae laedentis*: ut, si officialis laicus auctoritative percutiat clericum, vel plebejus ecclesiasticum nobilem^{b)}. — Suarez¹⁰, Roncaglia¹¹; et Bonacina¹² cum Navarro^{c)}, Molina, Filliucio et Reginaldo.

3^o. Ratione *personae, coram qua fit percussio*: nempe, si fit coram praelato, aut alia persona in dignitate constituta. — Bonacina, Roncaglia; et Palaus cum Molina.

4^o. Ratione *scandali*: nempe, si monachus cum gravi scandalo clericum saecularem percutiat. Viva¹³, Roncaglia¹⁴ et Bonacina¹⁵. — Qui addit, idem esse, si quis percutiat clericum in claustro coram regularibus^{d)}.

5^o. Ratione *loci*: nempe, si percussio fit in ecclesia, vel platea^{e)}. — Cabassutius¹⁶, Palaus, Concina, Contin. Tournely¹⁷ et Roncaglia.

Percussio levis evadere potest enormis:

1^o. Ratione personae laesae.

2^o. Ratione laedentis.

3^o. Ratione personae coram qua fit percussio.

4^o. Ratione scandali.

5^o. Ratione loci.

¹ Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 8. — ² De Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — *Bonac.*, loc. cit. — *Roncagl.*, loc. cit. — ³ Tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — ⁴ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Disp. 22, sect. 1, n. 91. — ¹¹ De Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — ¹² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 8. — *Molina*,

tr. 3, disp. 57, n. 2. — *Fill.*, tr. 15, cap. 1, n. 39, v. *Tertio*. — *Regin.*, lib. 1, n. 241. — *Bonac.*, loc. cit. — *Roncagl.*, loc. cit. — *Palaus*, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — *Molina*, loc. cit., n. 2; cfr. disp. 40, n. 3. — ¹³ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 8. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Loc. cit. — ¹⁶ Lib. 5, cap. 2, n. 6. — *Palaus*, loc. cit. — *Concina*, diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — ¹⁷ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — *Roncagl.*, loc. cit.

Rodriguez, *Bull. 2, Joannis XXII*, paucis quibusdam additis. Piasecius vero, *Prax. episc., part. 2, cap. 1, n. 7*, increpans Navarrum quod « satis diversis verbis et mutilate » eam retulerit, hanc citat in extensum.

^{b)} Concina, *diss. 2, cap. 2, § 1, num. 9*, de magna sanguinis effusione negat esse enormem, si vulnus sit leve. In reliquis concordat.

278. — ^{a)} De iudice et hero solus Palaus loquitur.

^{b)} Suarez et Reginaldus solum principium generale habent, scilicet percussorem fieri gravem vel enormem ex persona laedentis; ceteri vero de officiali laico loquuntur, sed non de plebejo.

^{c)} Navarrus, *Man., cap. 27, num. 92*, hoc non habet; et Bonacina plura simul disputanda ponit et auctores indiscriminatim citat.

^{d)} Bonacina dicit: in claustro coram saecularibus.

^{e)} Cabassutius de platea non loquitur.

6°. Ratione temporis.

6°. Ratione *temporis*: ut, si quis percutiat clericum sacris vestibus indutum, vel dum vacat publicis officiis in choro, vel in actu processioneis aut publicae supplicationis *f*). — Cabassutius, Palaus, Contin. Tournely et Roncaglia.

7°. Ratione injuriae.

7°. Ratione *injuriae*: ut, si quis clericum denudet, vel atramento aut stercore ejus vultum foedet; ut Cabassutius ¹.

279. — His positis:

A percussione levi absolvit episcopus.

1°. Sciendum quod a percussione *levi*, etiam *publica*, possunt absolvere episcopi; ut docent communiter doctores cum Bonacina ²: et patet ex cap. *Pervenit 17, de sent. excom.* Et sic pariter eorum vicarii generales, quia hoc habent episcopi de jure ordinario; ut Sanchez ^{a)}; et Bonacina ³ cum Molina, Reginaldo ^{b)}, Lazario ^{a)}, etc. (Vide dicta *num. 224, v. An autem*). — Utrum autem possint ab ea absolvere habentes jurisdictionem quasi episcopalem? Vide dicta *n. 79*.

A percussione gravi solus Papa absolvit.

2°. A percussione vero *enormi* aut *mediocri*, si est *publica*, potest absolvere tantum Papa, aut legatus a latere, qui gaudet auctoritate pontificia, ex cap. *Ad audientiam, de sent. excom.* Item possunt etiam legati, missi ad aliquam provinciam, ex cap. *penult. de off. legati*.

Limitationes.

Si vero percussio fuerit occulta, possunt ab ea absolvere etiam episcopi, ex cap. *Liceat 6, in sess. 24 Trid.* Et a publica, etiam mulieres, ex cap. *Mulieres, de sent. excom.* Et hoc etiamsi percussio fuerit *enormis*; ut Viva ⁴ cum Suarez, Mo-

lina et Filliuccio ^{c)}. — Et sic pariter possunt absolvere impuberes, etiamsi hi post pubertatem absolutionem petant. Viva ⁵, cum iisdem auctoribus, ex *cap. fin. de sent. excom.* Item, eos qui collegialiter vivunt si percussio fuerit gravis; non vero, si *enormis*. Vide dicta *n. 88, v. Etiam*. — Item, omnes impeditos adire Romam; juxta dicta citato *n. 88, v. Denique*.

Quos autem, et quando praelati regulares possint absolvere subditos, et alios, ab hac excommunicatione; vide dicta *n. 107*

Bene autem advertit Croix ⁶, quod pro absolutione censurae ob percussorem clericum, etiam publicam, potest recurri ad S. Poenitentiarium.

280. — Dubitatur 1°. *An, in dubio, percussio judicanda sit levis, aut gravis?*

Bordonus apud Viva ⁷ dicit, censendam esse levem. — Sed omnino dicendum est oppositum cum Bonacina ⁸, Viva et Roncaglia ⁹, ac Concina ¹⁰, qui testatur esse commune. Et patet ex citata Extrav. *Perlectis (n. 277)*, verbis illis: *Admonentes, ut potius declares, in dubio esse percussorem gravem, et ab ea non posse absolvere*. Ibi datur ratio, ne *occasionem praebeas laedendi statum ecclesiasticum*.

In dubio judicand est gravis.

Dubitatur 2°. *An incurrat hanc censuram, qui clerico venenum praebet?* — Adsunt quatuor sententiae:

Prima, quam tenent Avila et Rodriguez ^{a)} apud Diana ¹¹, absolute negat: nisi venenum per vim praebeat ad potan-

Alii dicunt, praebentem venenum non incurrer censuram.

Cabass., lib. 5, cap. 2, n. 6. — Palaus, tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 2. — Cont. Tourn., de Censur., part. 2, cap. 1, art. 4, sect. 1, qu. 6, n. 1. — Roncagl., de Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 1, resp. 3. — ¹ Loc. cit. — ² Disp. 2, de Excom. in part., qu. 3, punct. 6, sect. 5, n. 3. — ³ Loc. cit., n. 4. — Molina, tr. 3, disp. 59, n. 2. — ⁴ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 10. — Suar., disp. 22, sect. 1, n. 6; cfr. n. 64. — Molina,

loc. cit., n. 3; cfr. n. 2. — Fill., tr. 15, cap. 1, n. 36. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Lib. 7, n. 325. — Bordon., part. 1, resol. 28, n. 45. — ⁷ Loc. cit., n. 9. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — Viva, loc. cit. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 2, § 1, n. 9. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, concl. 2. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 80, n. 13 (edit. lat.; et edit. hispan. Barcinon. 1597 et Salmant. 1600). — ¹¹ Part. 9, tract. 4, resol. 36.

f) Non omnes auctores citati loquuntur de processione vel publica supplicatione.

279. — *a)* Sanchez, de Matr., lib. 3, disp. 7, n. 10, rationem tantum affert hujus propositionis: scilicet vicarium generalem esse Ordinarium. Et ita Lazarius, Canon. Quaest., de Monitoriis, sect. 1, qu. 6.

b) Reginaldus, lib. 1, num. 255, dicit episcopum jure communi posse absolvere a percussione levi; proindeque, n. 258, cum hoc sit perpetuo annexum dignitati, posse vices suas alteri committere. At, n. 47, dicit vica-

rium generalem episcopi habere ordinariam potestatem.

c) Quamvis auctores isti a Viva citentur pro solis impuberibus, loquuntur etiam de mulieribus.

280. — *a)* Rodriguez citatur apud Diana in ipso textu Avilae, et Diana negat se reperire potuisse hanc doctrinam apud Rodriguez: sed certe reperitur in editionibus allegatis, et expuncta est in editione Ulyssiponen. 1615 in textu, quamvis quaestio reperitur adhuc in sumario.

dum. Nam alias (ut ajunt) non fit violentia personae, sed naturae. — Sed merito Diana¹ hanc opinionem rejicit, cum sit contra communem; et Renzi² refert, anno 1640, eam fuisse expunctam ex *Summa* Rodriguez, ob mandatum S. Inquisitionis in suo *Expurgatorio*.

Secunda sententia, quam tenent Filiucius³; et Suarez ac alii apud Croix⁴, dicit non incurrere censuram, nisi morte secuta. — Sed neque haec opinio videtur satis probabilis.

Tertia sententia, quam tenet Croix⁵ cum Beja^{b)} et Sperelli, dicit hunc ab

initio incurrere; quia venenum de se est aptum statim laedere.

Quarta demum sententia communior, quae videtur mihi probabilior, dicit non incurrere, nisi postquam venenum inceperit laedere. Ratio, quia ad incurrendam censuram canonis, non requiritur mors; sed requiritur quidem effectus secutus, nempe violentia illata: antequam autem venenum laedat, non adest effectiva violentia, sed tantum actio apta ad violentiam inferendam. — Ita Bonacina⁶, Viva⁷ et Diana⁸ cum Squillante, quibus adhaeret etiam Renzi⁹.

Probabilius non incurrit nisi post laesionem veneni.

Alii, non incurrere nisi morte secuta.

Alii incurrere statim.

ARTICULUS V.

QUAE SINT EXCOMMUNICATIONES PAPAE RESERVATAE PER BULLAM COENAE.

281. *De excommunicatione in retinentes, legentes, etc., libros haereticorum.* — 282. *Ad quam incurrendam, requiritur: 1º. Ut auctor sit haereticus. An legi possint libri infidelium vel hebraeorum.* — 283. *2º. Ut liber haeresim contineat vel de religione agat. Quid, si error abradatur, vel si auctor non sit damnatus ut haereticus. Quid, si quis legat ad confutandum haereticum.* — 284. *3º. Ut legatur materia notabilis.* — 285. *4º. Ut scienter legatur, etc.* — 286. *Non incurritur: 1º. Si legas librum referentem verba haereticorum. 2º. Si legas scholia haereticorum.* — 287. *An prohibeantur libri philosophici, vel qui incidenter haeresim continent.* — 288. *Quinam libri prohibeantur in Indiae.* — 289. *Quot classes librorum prohibitorum Index constituat.* — 290. *Ad quem spectet libros prohibere.* — 291. *An liceat ex curiositate, etsi cum licentia, legere libros haereticos. Et, an legere libros prohibitos ei qui certus est, lectionem non esse sibi obfuturam (Vide de hoc dicta, Lib. I, n. 199, in fine).* — 292. *An incurrat, qui legit prooemium, indicem, etc. An qui audit legere. Et quid, si inducat ad legendum.* — 293. *An, qui legit scripturam brevem vel manuscriptum.* — 294. *An, qui legit duas lineas vel minus quam paginam.* — 295. *An qui retinet parvo tempore.* — 296. *An excuset ignorantia crassa. Quid, si quis scit ex viro probo librum esse prohibitum.* — 297. *An incurrat excommunicationem, qui impedit ne liber comburatur, aut laudat stylum, etc.* — 298. *An incurrat, qui deponit librum prohibitum apud alium.* — 299. *An qui eum comburit. A quo impetranda licentia legendi.* — 300. *Ad incurrendam excommunicationem ob haeresim, requiritur: 1º. Ut sit formalis.* — 301. *Qu. 1. An incurrat errans ex ignorantia crassa vel affectata.* — 302. *Qu. 2. An, qui dubitat circa res fidei.* — 303. *Requiritur 2º. Ut error externetur.* — 304. *Requiritur 3º. Ut manifestatio sit moraliter mala. Requiritur 4º. Animus profitendi errorem.* — 305. *Vide alia advertenda.* — 306. *Incurrunt etiam, credentes, fautores, receptatores et defensores.* — 307. *Qu. 1. An, qui favent haeretico ob amicitiam, etc.* — 308. *Qu. 2. An, qui haereticum recipit ne capiatur, effectu non secuto.* — 309. *Item incurrunt excommunicationem bullae: 1º. Surripientes bona naufragantium.* — 310. *2º. Domini imponentes tributa.* — 311. *3º. Quinam alii incurrant excommunicationem bullae.*

Excommunicatione in haereticos et in eorum libros legentes, etc.

281. « Resp. Praecipua est in haereticos. — Quae extenditur non tantum ad fautores, receptatores et defensores haereticorum ut sic; sed etiam in

« scienter legentes, retinentes, imprimentes, et defendentes » [ex quavis causa, publice vel occulte, quovis ingenio vel colore], « libros haereticorum de reli-

¹ Part. 9, tr. 4, resol. 36. — ² De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 9. — ³ Tr. 11, cap. 5, n. 126. — *Suar.*, de Censur., disp. 5, sect. 1, n. 15. — ⁴ Lib. 7, n. 302. — ⁵ Lib. 7, n. 302. — *Sperelli*, decis. 20, n. 21 et seqq. — ⁶ Disp. 2, de Excom.

in part., qu. 3, punct. 6, sect. 1, § 1, n. 6. — ⁷ De Censur., qu. 5, art. 3, n. 2. — ⁸ Part. 9, tr. 4, resol. 36. — *Squill.*, de Privileg. clericor., cap. 6, n. 55. — ⁹ De Censur., tr. 2, cap. 3, sect. 3, qu. 9.

^{b)} Beja, *Resp. casuum consc.*, part. 1, cas. 46, de mandante habet hanc sententiam:

aliquis scilicet mandavit clericum mutilari, mandatarius autem venenum propinavit ope-

« *gione tractantes, vel haeresim continentes* ».

« Ad quam excommunicationem incurram, requiruntur quatuor conditiones: 1^o. Ut auctor libri sit haereticus. 2^o. Ut liber haeresim expresse contineat vel de religione agat. 3^o. Ut legatur materia notabilis, et sufficiens ad mortale. 4^o. Ut scienter legatur, imprimatur, vel retineatur ^{a)}. — Laymann ¹ ».

282. — Ut igitur haec excommunicatio incurratur.

Requiritur 1^o. *Ut auctor sit haereticus.* Quapropter eam non incurrunt legentes libros infidelium, etsi haeresim contineant; dum dicitur in bulla: *libros haereticorum.* Ita Suarez ²; et Salmant. ³ cum Sanchez, Palao, etc. — Liber autem Thalmud et similes hebraeorum prohibentur per bullas Pii IV et Clementis VIII ^{a)}, (apud Croix ⁴). — Dicit autem Holzmann ⁵, etiam numerari inter libros in bulla vetitos, librum qui ex professo tractet de haeresi, quamvis lateat auctor ^{b)}, quia tunc auctor certe censetur haereticus.

283. — Requiritur 2^o. *Ut liber de religione tractet vel haeresim contineat.* — Sufficit igitur ut liber unum tantum errorem contineat contra fidem; vel si ex professo (non autem obiter) agat de religione, nempe de S. Scriptura, vel de theo-

logia scholastica, dogmatica aut morali, vel de mysteriis fidei, de cultu Dei aut sanctorum, de ritibus Ecclesiae, de canonicis, de rebus spiritualibus, et similibus. Ita Salmant. ⁶, Suarez ⁷, Sanchez ⁸, Laymann ⁹; item Dicastillus, Illsung ^{c)}, Tamburinius, etc. apud Croix ¹⁰.

Si vero error ille contra fidem sit abrasus a libro, Croix ¹¹ cum Pignatello ^{d)} dicit probabiliter excusari a censura qui reliqua libri legit; quia tunc liber non continet amplius haeresim, nec ullum periculum inducit. Contradiciunt tamen, ibid. ¹², Suarez, Bonacina et alii, ac Sanchez ¹³; quia particularis illa expunctio non tollit communem libri prohibitionem. — Sed mihi non displicet distinctio quam tradit Sporer ^{e)}, nempe: Si liber tractet ex professo de religione, non obstante abrasione erroris, remanet prohibitus; quia in bulla omnino vetatur legere aut retinere libros haereticorum tractantes de religione. Secus, si liber tractet de alia materia, puta de philosophia aut de historia: exceptis tamen libris Centuriatorum Magdeburgensium et similibus, in quibus revera tractatur de religione, atque in iis intentum est evellere statum monasticum, et denigrare ecclesiasticum.

Dicit autem Croix cum Suarez, Toletto, Palao, Pignatello et aliis comunis-

et seqq. *Tambur.*, Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 7 (licet a Croix non citatus quoad omnia). — ¹⁰ Lib. 7, n. 330 et 331. — ¹¹ Loc. cit., num. 330. — ¹² Ap. Croix, loc. cit., num. 330. — *Suar.*, de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 10. — *Bonac.*, disp. 2. de Excom., qu. 5, punct. 4, num. 20; et disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 22, vers. *Addo*. — ¹³ Loc. cit., num. 35. — Croix, loc. cit., num. 328. — *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 21. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 19, num. 9. — *Palao*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 9. — *Pignat.* Noviss. Consult. 195, n. 49, v. *Hanc tamen*.

¹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, a n. 1 ad n. 5. — ² De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 11. — ³ Tr. 10, cap. 4, n. 71. — *Sanchez*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 22. — *Palao*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, n. 1. — *Pius IV*, breve *Dominici gregis*, de die 24 Mart. 1564; in Bullar. Mainardi. — *Clemens VIII*, breve *Sacrosanctum*, de die 17 Octobr. 1595; in Bullar. cit.; cfr. bull. *Cum Hebraeorum* de die 28 Febr. 1592; in Bullar. cit. — ⁴ Lib. 7, n. 333. — ⁵ De Virtutib. theol., num. 78. — ⁶ Tr. 10, cap. 4, num. 72. — ⁷ De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 16. — ⁸ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 21 et 34. — ⁹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 4. — *Dicast.*, disp. 3, n. 1174

rans mortem ad duos menses; et eo casu Beja dicit mandantem statim excommunicari a die propinati veneni.

281. — ^{a)} Vide const. *Apostolicae Sedis, excom. speciali modo S. Pontifici reserv.*, *excom. 2*, et recale quae monuimus in *Diss. de prohib. libror.*, cap. 2, n. 11, not. a (in tom. 1, hujus Operis, pag. 265).

282. — ^{a)} Breve Pii IV *Dominici gregis* et breve Clementis VIII *Sacrosanctum*, confirmant Indicem librorum prohibitorum, in quo prohibentur utique thalmud ejusque glossae, annotationes, interpretationes et expositiones.

^{b)} De Holzmann cfr. notam *b* ad num. 3 (tom. 1, pag. 287).

^{c)} Illsung, tr. 3, n. 43, dicit solum, quod ad praesens attinet, in hac bulla prohiberi « libros haereticorum de religione vel de objectis ad illam pertinentibus, tractantium, etiamsi nullum errorem continerent ». Et a Croix citatur solum pro quaesito quid intelligatur per librum de religione tractantem.

^{d)} Pignatellus, *Noviss. Consult. 195, n. 36*, v. *Si autem*, id absolute dicit; et Croix putat probabile.

^{e)} Vide not. *b* ad n. 5 (tom. 1, pag. 288), ubi reperies verba Sporer.

Ad incurramdam excommunicationem, requiritur: 1^o. Ut auctor sit haereticus.

2^o. Ut liber de religione tractet vel haeresim contineat.

Si error sit abrasus a libro,

modo ejus lectio est illicita,

modo est licita.

Juxta alios, excommunicatur legens ad confutandum errorem et sine periculo.

S. Doctor hanc opinionem limitat.

sime (contra Decianum^{f)}, Mascardum^{f)} et Caramuelem^{g)}), legentem hujusmodi libros haereticorum non effugere excommunicationem bullae, etiamsi legat ad confutandum errorem, et sine periculo perversionis; quia prohibitio facta est in odium haereticorum, cum in bulla veter lectio *ex quavis causa vel colore*. — Limitant tamen Laymann^{h)} et Dicastillus^{h)} apud eundem Croix^{h)}, si quis vir doctus legeret eos, sperans certo fore ut aliquem haereticum convertat. Hinc probabiliter dicunt Holzmann¹⁾; et Elbel²⁾ cum Mayrⁱ⁾, quod ex epikeja bene excusantur legentes librum haereticum, si necessario indigeant tali lectione ad convincendum haereticum ex suo proprio vel alterius haeretici libro, puta, inveniando contradictionem, etc.; modo periculum sit in mora, nec pateat recursus ad Romam vel alio.

Qui vero legeret libros vel scripta, ob haeresim, vel ob haeresis suspicionem prohibita, licet probabiliter, cum Pignatello et Duardo apud Croix³⁾, non incurreret excommunicationem bullae, nisi auctor sit damnatus ut haereticus vel natus ex secta haeretica; tamen incurreret excommunicationem Indicis, quae vero non est reservata.

284. - Requiritur 3^o. *Ut lectio fiat in materia notabili.* — Nam, licet Toletus et Ugolinus apud Bonacina⁴⁾, negent dari in

hoc parvitatem materiae, quia (ut ajunt) in una sola linea potest quis errorem invenire; communiter tamen doctores admittunt materiae parvitatem: — quamvis discrepent in assignando qualis sit.

Alii enim, ut Sanchez⁵⁾ cum Sà, Manuele et Vivaldo, dicunt esse unam paginam, et plus, si volumen sit ex majoribus^{a)}. At hanc opinionem merito non admittunt Salmant.⁶⁾; et idem sentit Bonacina^{b)}, si pagina sit grandior. — Alii, ut Graffius et Reginaldus^{c)} apud eundem Bonacina, dicunt esse tres vel quatuor lineas. — Alii, ut Suarez^{d)}; et Palaus^{e)} cum Azor^{e)}, Coninck^{e)} et Sayro apud Bonacina, dicunt esse decem lineas. — Alii tandem, ut Holzmann⁷⁾, Sporer⁸⁾, Elbel⁹⁾; et Croix¹⁰⁾ cum Marchant, rectius distinguunt, in hoc attendendum esse finem prohibitionis. Si aperiendo librum haereticum, incidas in doctrinam quae directe est contra fidem, poteris excommunicationem incurrere, etiamsi legas paucas lineas; quia in ipsis potest esse periculum perversionis. Secus, si liber esset principaliter de materia indifferenti^{f)}, tunc enim, legendo etiam paginam, excusaris a mortali, si nullum ibi legas errorem.

285. - Requiritur 4^o. *Ut hujusmodi libri scienter legantur, imprimantur, aut retineantur.* — Et eidem excommunicationi subjacent eos ementes, vendentes aut

4^o Ut liber scienter legatur, etc.

Requiritur 3^o Ut lectio fiat in materia notabili.

¹ De Virtutib. theol., n. 77, v. *Dixi*. — ² De Censur., n. 99. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, num. 66 et 69. *Duard.*, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 35, n. 12 et 13. — ³ Lib. 7, n. 334. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 19, n. 9. *Ugolin.*, de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, versic. *Ad eorumdem libros*, num. 1. — ⁴ Disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 14. — ⁵ Decal., lib. 2, cap. 10, num. 31. *Sà*, v. *Excom. Bullae Coenae*, num. 2 (edit. non correctae). *Man. Rodrig.*, Addit. ad Bull. cruciat.,

§ 9, n. 68. *Vivald.*, Candelabr. aur., part. 2, Explanat. Bull. Coenae, cas. 1, num. 11. — ⁶ Tract. 10, cap. 4, num. 74. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, num. 45. *Sayr.*, lib. 3, cap. 5, num. 12. *Bonac.*, loc. cit. — ⁷ De Virtutib. theol., num. 77, v. *Dixi* 4. — ⁸ Tr. 2, cap. 3, num. 44. — ⁹ De Fide, confer. 4, num. 113. — ¹⁰ Lib. 7, num. 340. *Petr. March.*, Tribunal, tom. 2, tr. 2, tit. 2, sect. 4, qu. 2, concl. 1, v. *Petes quae censentur*.

^{f)} Decianus, *Tract. crimin.*, lib. 5, cap. 35, n. 21 et cap. 46, n. 26 et 27; Mascardus, *de Probation.*, tom. 2, concl. 862, num. 14, rationem tantum contrariae sententiae habent, scilicet talem non esse suspectum de haeresi.

^{g)} Caramuel, quidquid dicat Pignatelli, communem opinionem tenet, *Theol. fundam.*, a n. 644, in editione saltem secunda.

^{h)} Cfr. not. b ad n. 2 (tom. 1, pag. 286).

ⁱ⁾ Cf. not. a ad n. 2 (tom. 1, pag. 286).

284. - ^{a)} Vide not. a ad num. 6 (tom. 1, pag. 288).

^{b)} Bonacina, *loc. cit.*, num. 14, negat excusari legentes integram paginam, « quia videtur materia gravis, si pagina grandior sit ».

^{c)} Cfr. not. b ad n. 6 (tom. 1, pag. 288).

^{d)} Vide notam c (*loc. cit.*).

^{e)} Cfr. notam d (*loc. cit.*).

^{f)} Hoc secundum membrum Holzmann omittit. Ceteri vero auctores dicunt: si advertat esse materiam indifferentem, quo casu Sporer excusat legentem etiam tres paginas; Croix unam paginam et forte amplius » Marchant vero plures paginas.

asportantes; ut dicunt Salmant.¹, ex decretis Pontificum. Nec non defendentes non solum verbo, sed etiam facto, nempe, si impediunt quominus tales libri episcopo tradantur; ut dicunt Palaus, Tamburinius et alii communiter cum Croix².

286. — « Unde resolves:

« 1^o. Non excommunicaris: 1^o. Si legas « libros catholicorum referentes verba « haereticorum, etiamsi animo haeresim « discendi legas. Laymann³ ex Navarro, « Sanchez, etc. ». [Est commune cum Azor, Suarez, Bonacina et Pignatellus, apud Croix⁴]. — 2^o. Si in catholici scriptoris « libro vel alio, hac bulla non contento, « legas adjecta scholia vel notas auctoris « haeretici: quod tamen Suarez⁵ limitat, « nisi scholia essent tam copiosa, ut ex « iis potius quam ex textu liber constare « videretur. Laymann⁶ ex Navarro^{a)}, « Sanchez, etc.

Quaeritur: *an legens scholia haeretici in libro catholico incurrat excommunicationem?*

Affirmant Suarez et Krimer apud Croix⁷, si adnotationes essent libro majores; quia talis liber potius est haeretici commentantis quam catholici. Immo Croix censet incurrere, etsi scholia mole sua non adaequarent librum; quia tales libri magis habentur propter adnotationes quam propter textum catholicum. — Negant vero Tamburinius⁸ cum Sanchez; ac Bonacina apud Viva⁹ (qui ipsis adhaeret^{b)}), dicentes *Summam* D. Thomae non appellari librum

Cajetani, quamvis hujus adnotationes textum D. Thomae superent. Addit tamen Viva, legentem hujusmodi librum saltem non excusari ab excommunicatione non reservata Indicis, lata in legentes libros damnatos ob haeresim, vel falsi dogmatis suspicionem^{c)}; ut habetur ibi in *regula* 10.

His tamen non obstantibus, magis adhaereo primae sententiae, si scholia sint adeo uberiora, ut liber potius constet ex ipsis, quam ex doctrina catholica; ut dicunt Pignatellus^{d)} et alii apud Croix¹⁰.

287. — « Non prohibentur haereticorum « libri philosophici, et alii haeresim non « continentes. Laymann¹¹. — Immo proba- « biliter nec ii, qui incidenter tantum con- « tinent haeresim, non agentes ex pro- « fesso de fide [Verius dicendum, *de errore* a), ut docent Sanchez¹², Palaus¹³, Bonacina¹⁴ et Salmant.¹⁵] « Sayrus et Graf- « fius^{b)} apud Laymann¹⁶ (contra Suarez « et Sanchez), qui id confirmat pro Ger- « mania^{c)} ubi bulla cum tanto rigore non « est recepta. Vide Becanum¹⁷.

« Legens tamen tales, incurrit excom- « municationem non reservatam Indicis « librorum prohibitorum, ubi is receptus « est: quod non videtur esse factum in « Germania, saltem cum isto rigore; ut « habet Laymann¹⁸ ».

288. — Hic notandum, quod Clemens VIII, in Indice librorum prohibitorum, firmato auctoritate Pii IV, vetavit legere omnes libros haereticorum, donec expurgentur;

¹ Tr. 10, cap. 4, num. 74. — Palaus, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 14. — Tambur., Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 54. — ² Lib. 7, num. 358. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 1. — Navar., Man., cap. 27, n. 56, v. *Declar.* 9. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, num. 23. — *Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 2. — *Suar.*, de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 11. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur., in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, num. 21 et disp. 2 de Excom., qu. 5, punct. 4, num. 19. — *Pignat.*, Noviss. consult. 195, num. 79, v. *Legens vero*. — ⁴ Loc. cit., n. 335. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit., num. 2. — *Sanch.*, loc. cit., n. 25. — *Suar.*, loc. cit. — *Krimer*, in

lib. 5 Decretal., qu. 7, num. 717. — ⁷ Loc. cit., num. 334. — *Croix*, loc. cit. — ⁸ Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 9. — *Sanch.*, loc. cit., num. 25. — *Bonac.*, de Censur. in Bull. Coenae, loc. cit., n. 6. — ⁹ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 8. — *Viva*, loc. cit. — ¹⁰ Lib. 7, n. 334. — ¹¹ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 4. — ¹² Decal., lib. 2, cap. 10, n. 34 et 35. — ¹³ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 1, num. 7. — ¹⁴ Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 4, n. 20. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 4, n. 72. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 5, n. 12. — ¹⁶ Loc. cit., n. 4. — *Suar.*, disp. 21, sect. 2, num. 10. — *Sanch.*, lib. 2, cap. 10, n. 34. — ¹⁷ De Virtutib., cap. 15, qu. 8, n. 5. — ¹⁸ Loc. cit., n. 4.

286. — a) Navarrus, *loc. cit.*, ita docet vi bullae Coenae, sed addit hunc posse incidere in censuram Indicis librorum Pii IV.

b) Viva adhaerere censetur quatenus hanc opinionem ultimo loco ponit neque eam reprobatur.

c) Idemque tenet Bonacina.

d) Pignatellus, quidquid dicat Croix, id non habet. *loc. cit.* v. *Legens*.

287. — a) Vide Dissert. de prohib. libr., cap. 5, n. 10 (tom. 1, p. 290), ubi S. Doctor id magis explicat; cfr. etiam *Hom. Apost.*, tr. 19, n. 60.

b) Jacobus de Graffis, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 40 et 42, negat utique eos incurrere in excommunicationem bullae Coenae, sed affirmat incurrere in excommunicationem Indicis.

c) Ad tollendam ambiguitatem in hoc loco.

Juxta alios, legens haeretici scholia maxime molis, excommunicatur.

Juxta alios, non excommunicatur ex bulla.

Judicium S. Doctoris

Quinam libri prohibentur juxta jus antiquum.

et haeresiarcharum, etiamsi haeresim non contineant nec tractent de religione: sub excommunicatione non reservata. Vide Salmant.¹ et Croix². — Item libros cujusvis auctoris non haeretici, prohibitos ob suspicionem haeresis, ut in *reg. 10* Indicis. Viva³.

Item S. Pius V, in constitutione *Cum sicut*, prohibuit legere aut retinere libros cujusvis auctoris suspecti de haeresi, indigentes expurgatione, donec expurgentur: sub excommunicatione reservata Papae. — Ut autem agnoscat, quinam libri expurgatione indigeant, dantur regulae in *Expurgatorio Romano* (apud Salmant.⁴).

Insuper Sixtus V, prohibuit sub excommunicatione reservata quemcumque librum de astrologia, seu divinatione futurorum. Vide Salmant.⁵.

Item, in Indice prohibentur omnes libri ex professo tractantes de obscenis. *Reg. 2, 7 et 9*. Notat autem Croix⁶ cum Laymann, legentes libros obscenos peccare quidem graviter, si materia sit gravis, sed non incurrere excommunicationem. — Idem dicunt de legentibus libros magicos. Sed melius ait Viva⁷, eos incurrere excommunicationem non reservatam; quia tales libri in *reg. 9* prohibentur ob haeresis suspicionem.

289. - Sciendum, quod Index tres classes librorum prohibitorum constituit. — *Prima* classis continet omnes libros haereticorum haeresim habentes, vel de religione tractantes. — *Secunda* classis continet libros catholicorum contra fidem vel bonos mores; *qui* (ut ait Lupus⁸) non prius censentur prohibiti, quam specialiter in Indicem referantur: intellige, praeter libros in Indice prohibitos per se, ut mox infra. — *Tertia* classis continet libros editos sine nomini auctoris: qui non omnes (ut bene advertit Lupus⁹) damnati sunt,

sed tantum illi qui pravam doctrinam tradunt. Sic enim videmus practicari a viris probis et doctis; et ita colligitur ex bulla Alexandri VII *Speculatores*, ubi de hac prohibitionem Pontifex loquens, dicit: *Contingit ut plerique libri ignoti scriptoris, qui tertiae classi assignantur, pejores multo sint, quam in prima aut secunda recensiti.*

In Indice autem prohibentur in *reg. 2* omnes libri haeresiarcharum, etsi haeresim non continent et de religione non tractant. Deinde omnes libri haereticorum, donec ab episcopis examinentur et approbentur. Item Biblia vulgaria; et libri controversias disserentes inter haereticos, vulgari sermone conscripti. Item libri obsceni ex professo, et libri magici. — Hinc ibi excommunicatur, qui libros haereticorum, vel cujusvis auctoris scripta, ob falsi dogmatis suspicionem damnata, legerit vel habuerit.

290. - Prohibere libros per totum orbem, spectat ad Pontificem, et pro ipso, ad S. Congregationem. — Episcopi autem, et inquisitores possunt libros prohibere in territorio proprio. — Magister S. Palatii etiam potest; sed, ut putat Bordonus¹⁰, tantum pro Urbe et ejus districtu: nunquam enim visae sunt illius prohibitiones publicari.

291. - Putat Croix¹¹, quod cum datur licentia legendi libros haereticos ad errores confutandos, graviter peccaret qui legeret ex curiositate (licet excusaretur ab excommunicatione); quia tunc cessat finis licentiae. — Sed haec ratio non suadet. Tum quia finis praecepti non cadit sub praecepto; ut diximus *de Jejunio, Lib. III, n. 1032, qu. 1, v. Sed probabilius*. Tum quia superior ob duas causas dispensat: primo, quia considerat, dispensato non imminere periculum perversio-

Ad quem spectat prohibere libros.

Non peccat legens ex curiositate, sed cum licentia.

Libri prohibiti in Veteri Indice.

¹ Tr. 10, cap. 4, n. 73. — ² Lib. 7, n. 360. — ³ De Censur., qu. 5, art. 1, num. 8. *Expurgatorium Romanum*, cfr. Instruct. Clementis VIII... regulis Indicis adject., de correctione librorum, § 2. — *Sixtus V*, bulla *Coeli et terrae*, de die 5 Jan. 1586 (in Bullar. Mainardi), coll. cum reg. 9 et 10 Indicis. — ⁴ Loc. cit., n. 73. — ⁵ Loc. cit., n. 73. —

⁶ Loc. cit., n. 360. *Laym.*, lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 8. —

⁷ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 8. — ⁸ In Edict. S. Inquisit., lib. 25, dist. 1, art. 1, diff. 1, v. *Primum est*. — ⁹ Loc. cit., v. *Verum non omnes*. — *Alexander VII*, bulla *Speculatores*, § 4, de die 5 Mart. 1664; in Bullar. Mainardi. —

¹⁰ Man. Consultor., sect. 48, n. 5. — ¹¹ Lib. 7, n. 346.

notandum est Laymann dicere explicationem Suarezii et Sanchezii esse quidem verbis bullae conformiorem: « Verumtamen [addit]

in partibus nostris septentrionalibus, bullaris haec constitutio secundum talem rigorem recepta non est ».

nis; secundo, quia sperat, lectionem esse illi vel aliis proficuum. Unde, si cessat secunda causa, non cessat prima.

An autem possit legere librum prohibitum sine licentia, qui certus est moraliter lectionem sibi non obfuturam? — Quidquid dicant alii, omnino est negandum cum Croix¹ et Palao, Tolet², Suarez³, Sanchez⁴, Tamburino, etc.; juxta dicta *Lib. 1, n. 199, in fine*.

292. — « 3^o. Excommunicatur: 1^o. Qui « in sufficiente quantitate solum proe-
« mium, vel epistolam ad lectorem, vel
« indicem libri, vel partem libri, in qua
« nulla est haeresis, legit; ut habet Lay-
« mann² et Bonacina » [Vide dicta *n. 284*].
« 2^o Probabiliter etiam is, qui alterum
« jussu suo legentem audit; quia legit per
« alium. Laymann³, Azor, etc., contra San-
« chez ».

Probabilius dicunt Sporer⁴; et Croix⁵ cum Azor, Silvio⁶, Pignatello et Sayro, excusari ab excommunicatione qui audit: modo non induxerit alium ad legendum. — Immo Sanchez⁶; Palao⁷ cum Coninck⁸

¹ Lib. 7, num. 375. — *Palao*, tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 9. — *Tambur.*, Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, n. 41. — ² Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur. in Bull. Coehae, qu. 2, punct. 4, num. 21, v. *Quarto* et n. 22, v. *Amplia*. — ³ Loc. cit., n. 6. — *Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 16, qu. 4. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 48. — ⁴ Tr. 2, cap. 3, n. 43. — ⁵ Lib. 7, num. 342. — *Azor*, loc. cit., qu. 4. — *Pignat.*, Noviss. consult. 195, num. 62, v. *Vel enim audiens*. — *Sayr.*, lib. 3, cap. 5, num. 14. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, num. 4. — *Ugol.*, de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, v. *Ac eorumdem libros*, § 1, n. 4. — ⁸ Loc. cit., punct. 4, n. 11. —

291. — ^a) Toletus, *lib. 1, cap. 19, num. 9*; Suarez, *de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 21*; Sanchez, *Decal., lib. 2, cap. 10, n. 53*, loquuntur de eo qui hujusmodi libros retinet vel legit animo impugnandi errores, sed non loquuntur expresse de casu quo lectio minime obfuturata est legenti.

292. — ^a) Silvius non satis recte allegatur a Croix, quamvis enim, *in 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 3, qu. 6, concl. 6*, dicat *herum* incurrere in excommunicationem si jubeat famulo sibi ejusmodi librum legere, quia per jussionem videtur esse defensor vel fautor haeresis; addit: « Alioquin si quis audit legentem librum haereticum, neque haeresi neque haeretico favens, valde probabile est quod non incurrat censuram, ... etsi sit causa quod alius legat ».

^b) Vide not. *b* ad *n. 9* (*tom. 1, pag. 290*).

^c) Cfr. notam *c* (*loc. cit.*).

^d) Vide notam *d* (*loc. cit.*).

et Ugolino; ac Bonacina⁸ cum Sousa, Navarro^c) et Reginaldo^d); item Filliuccius, Tamburinius, etc. apud Croix⁹, dicunt excusari, quamvis induxerit; idque merito putant probabile Croix¹⁰ et Viva¹¹. — Atque Sporer^e) et Sousa^e) ac Stephanus^f) apud Croix, excusant etiam a peccato, si audiens ex auditione nullum periculum incurrat perversionis.

293. — « 4^o. Probabiliter non excommu-
« nicatur, qui haereticam concionem, aut
« epistolam seorsim editam legit; quia non
« est liber. — Laymann^a), ex Sanchez ».

Sic etiam sentiunt Sanchez¹²; Holzmann^b) cum Bonacina^c), Castropalao^b); et Lugo^d) apud Croix¹³. — Sed oppositum tenent Suarez et Farinacius, apud Salmant.¹⁴ Sed vide quae dicentur hic, in fine hujus numeri^e).

An autem *incurrant censuram, legentes manuscripta haereticorum?*

Affirmant Holzmann¹⁵; et Croix¹⁶ cum Suarez, Sanchez, Dicastillo, Stoz, Pignatello, Stephano et aliis communiter (ut asserit). — Sed negant Viva^f), Spo-

Sousa, de Censur., cap. 2, disp. 14, n. 2. — *Fill.*, tr. 16, cap. 2, num. 45. — *Tambur.*, loc. cit., § 7, num. 32 et 33. — ⁹ Loc. cit., n. 342. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 9, v. *Dub. 3*. — *Croix*, loc. cit., n. 342. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, num. 29. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Lib. 7, num. 337. — *Suar.*, de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 10. — *Farinac.*, de Haeresi, qu. 180, n. 31. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 4, n. 72. — ¹⁵ De Virtutib. theol., num. 77, v. *Dicitur 6^o*. — ¹⁶ Loc. cit., num. 339. — *Suar.*, loc. cit. — *Sanch.*, loc. cit., n. 28. — *Dicast.*, disp. 3, num. 1178. — *Stoz*, lib. 1, part. 3, n. 536. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, num. 47, v. *Nec libri intelliguntur*. — *Steph. a S. Paulo*, tr. 3, disp. 1, n. 50.

^e) Cfr. notam *e* (*loc. cit.*).

^f) Vide notam *f* (*loc. cit.*).

293. — ^a) De Laymann vide not. *b* ad *n. 7* (*tom. 1, pag. 289*).

^b) Vide notam *a* (*loc. cit.*).

^c) Cfr. notam *d* (*loc. cit.*).

^d) Lugo, *de Fide, disp. 21, a n. 33*, probabilem appellat hanc sententiam.

^e) In quinque prioribus editionibus opinionem Busenbaumii S. Doctor « merito probabilem » dixit; item in *Diss. de prohib. libr.*, cap. 5, num. 7 (cfr. *tom. 1, pag. 289*). A sexta vero editione hoc judicium in utroque loco expunxit. Notandum tamen est hanc immutationem non fuisse factam in *Homo Apost.*, tr. 19, num. 58, idque, ut opinor, ex oblivione.

^f) Viva, *in propos. 45 Alex. VII, n. 10*, hanc sententiam negativam negat esse improbabilem,

etiamsi ducat ad legendum.

Legens sine licentia peccat.

Non excommunicatur qui audit legere,

Juxta alios, excommunicatur legens scripta haereticorum

sta alios,
n excom-
unicatur.

rer ^g); ac Azor ^h), Barbosa ^h), Tamburinius apud Croix (qui putat probabile); quia revera manuscripta non sunt libri, qui facilius, cum sunt impressi, habentur, et libentius leguntur. Idem sentit Silvius ⁱ) (apud Croix ⁱ) dicens: *Libri manuscripti communicari possunt ad legendum; nam tantum prohibentur, ne communicentur ad imprimendum.* Refertque Silvius sic etiam declaratum fuisse a S. Congregatione.

Judicium
Doctoris.

Sed his non obstantibus, magis adhaereo primae sententiae: tum quia est communior; tum quia manuscripta etiam veniunt nomine *libri*, prout equidem libri dicebantur, antequam typi inventi fuissent, et etiam nunc libri parochorum baptismorum, matrimoniorum, etc., in Rituali et communiter appellantur libri ^j). — De contraria autem declaratione S. C., ait Croix non satis constare.

Caeterum advertunt Salmant¹, quod in Expurgatorio Romano, edito ex decreto Tridentini, prohibetur sub excommunicatione (non tamen reservata) legere omnes scripturas ab haereticis compositas, etiam breves, et quamvis haeresim non contineant, donec examinentur et approbentur.

294. - « 5^o. Non sufficit una alterave « linea. — Immo, secundum Sanchez^a), Roderiquez^a) et Sa^a), nec integra pagina, « etiam magni voluminis: quod tamen « Bonacina et Laymann² non concedunt. « Licet hic fateatur, confessario id posse

Tambur., Decal., lib. 2, cap. 1, § 7, a n. 14. *Croix*, lib. 7, n. 339. — *Silvius*, Opusc. 6, Resolut. var., v. *Libri*, qu. 4. — *Croix*, loc. cit. — ¹ Tr. 10, cap. 4, n. 73. — *Bonac.*, de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 13, et disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 14. — ² Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 5. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 7. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 47. *Sayr.*, lib. 3, cap. 5, num. 16. *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 10, n. 55. —

« ad hoc servire, ut non continuo damnet
« peccati mortalis et excommunicationis,
« eum qui bono fine, vel etiam ex curio-
« sitate unam paginam legit » [Vide dicta
supra, n. 284. v. *Requir.* 3].

295. - « 6^o. Non incurritur, si retinentur
« libri parvo tempore, v. gr. uno, alterove
« die; quia sicut materiae, ita et temporis
« parvitas excusat. — Laymann³ ex Graf-
« fio, Sayro, Sanchez, etc. ».

Hoc satis probabile est; ut dicunt etiam Bonacina⁴, Holzmann⁵ et Palaus^a). — Idque admittunt idem Palaus et Viva⁶ (contra Suarez^b)), etiamsi quis retineat librum illo modico tempore, animo semper retinendi; quia, tametsi peccat, non incurrit tamen excommunicationem: nam qui retinet per modicum tempus non dicitur notabiliter retinere. — Immo Sanchez⁷; Laymann⁸ cum Sayro^c) ac Graffio; et Pignatellus ac Stoz apud Croix⁹, excusant eum qui retinet librum longiori tempore, exspectans tempus opportunum ad tradendum superiori, vel alii licentiam habenti.

296. - « 7^o. Excusat ignorantia, etiam
« crassa, si, vel nescias esse haereticum
« vel tractare de religione. — Laymann¹⁰;
« vide Sanchez¹¹ ».

Communiter docent doctores, non incurere censuram, qui legit aut retinet librum cum ignorantia crassa facti vel juris; quia in bulla damnantur *scienter* legentes, etc. Ita, praeter Busenbaum,

⁴ Disp. 1, de Censur. in Bull. Coen., qu. 2, punct. 4, n. 15. — ⁵ De Virtutib. theol., n. 77, v. *Dicitur* 10. — ⁶ De Censur., qu. 5, art. 1, n. 9, v. *Dub.* 2. — ⁷ Loc. cit., n. 55. — ⁸ Loc. cit., num. 7. *Sayr.*, loc. cit., n. 16. *Graff.*, loc. cit., n. 47. — *Pignat.*, Noviss. Consult. 195, n. 99, v. *Si vero aliquis*. — *Stoz*, lib. 1, part. 3, n. 539. — ⁹ Lib. 7, n. 351. — ¹⁰ Loc. cit., num. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 38 et 39 et de Matr., lib. 9, disp. 32, n. 37 et 39.

^g) Sporer, *tr. 2, cap. 3, n. 39*, ex parte tantum concordat; probabilem existimat sententiam negantem respectu bullae Coenae; sed dicit incurere alias excommunicationes Pontificum latas in legentes libros prohibitos.

^h) Vide not. a ad n. 8 (tom. 1, pag. 289).

ⁱ) Ita sane Silvius refertur a Croix, loc. cit., n. 339; sed verba haec referunt mentem dumtaxat et non textum Silvii, Opusc. 6, Resolut. var., v. *Libri*, qu. 4. Cfr. etiam not. a ad n. 8 (tom. 1, pag. 289).

^j) In sua *Diss. de prohib. libror.* cap. 5,

n. 8, scripta anno 1759 ac inde ab anno 1760 in Theologia morali inserta (4^a edit.), S. Doctor paulo aliter loquitur. Cfr. tom. 1, pag. 289.

294. - ^a) Vide not. a ad num. 6 (tom. 1, pag. 288).

295. - ^a) Quin etiam id probabilius existimat Palaus, *tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 11.*

^b) Suarez, *de Fide, disp. 20, sect. 2, n. 22*, negat hunc excusari a peccato mortali, nec loquitur de censura, quidquid dicat Palaus.

^c) Vide not. b ad n. 11 (tom. 1, p. 291).

Non ex-
communi-
catur reti-
nens librum
parvo tem-
pore.

Et quan-
doque longo
tempore.

Excusat
ignorantia
crassa.

Laymann et Sanchez ^{a)}, dicunt Bonacina ^{a)}, Holzmann ¹ et alii passim. Et hoc est juxta dicta n. 47. — An autem excuset ignorantia affectata? Vide n. 48 et Lib. VI. n. 1124, circa finem.

Nullo modo tamen excusatur, qui legit aut retinet, sciens ex fama publica, vel saltem a viro fide digno, librum esse prohibitum; ut docent Lugo, Sanchez ^{a)}, Bonacina ^{a)} et alii communiter cum Croix ².

297. — « 8^o. Non excusatur is, qui librum « vel in aliena domo, vel alieno nomine, « vel animo non legendi, habet. Item nec « is, qui affirmat non esse pravum, non « esse exurendum. Item, qui impedit ne « comburatur, qui disputationis causa de- « fendit. Ita Bonacina. — Qui tamen ex- « cusat eum, qui laudat stylum vel inge- « nium auctoris, vel bonam doctrinam « quae in eo est, sed non quatenus in eo « est; v. gr. si dicat: hic liber esset bonus, « si non haberet haeresim, quia talis non « defendit. — Vide Laymann ³, Bonacina ⁴ ».

298. — Ex communi sententia docent Suarez ⁵, Sanchez ⁶, Palaus ⁷, Roncaglia ⁸ et Salmant. ⁹, Croix ¹⁰; et Bonacina ¹¹ cum Ugolino, Graffio et Sousa, non effugere excommunicationem, qui deponeret librum haereticum apud alium, non abdicando a se dominium; quia is qui retinet dominium, adhuc dicitur librum retinere, cum possit repetere quando vult. — Idem dicendum cum Croix ¹² ex Pignatello ^{a)} et communi (contra Duardum ^{a)}) de omnibus aliis li-

bris prohibitis, de quibus adest prop. 45 damnata ab Alexandro VII, ubi: *Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usquedum adhibita diligentia corrigantur.* — Et idem dicendum de eo, qui retinet librum alterius in deposito, commodato aut pignore; ut Salmant. ¹³; et Croix ¹⁴ cum Pignatello et Duardo.

Dicit tamen Croix ¹⁵ cum Verjuys, bene satisfacere qui tradit librum in locum sequestratum, qui solet assignari in singulis monasteriis. — Caeterum, si quis deponeret librum apud habentem licentiam, cum pacto expresso non repetendi, ita ut alter non teneatur reddere nisi post expurgationem, vel post licentiam obtentam: hunc non damnarem, quia in hoc videtur adaequate cessare periculum legendi. Et tanto minus damnarem, si donaret librum habenti licentiam, sub conditione ut reddat, si deinde ipse licentiam obtineat.

299. — Qui autem habet librum haereticum, tenetur tradere inquisitoribus, ex praecepto Julii III et Pii IV. — Hinc dicunt Suarez, Barbosa, Dicastillus, etc. apud Croix ¹⁶, incurrere censuram, quā illum comburit in loco, ubi viget Inquisitio. Sed excusant Salmant. ¹⁷; et Croix ^{a)} cum Sanchez, Filiuccio et Pignatello; quia, cum liber comburitur, nequit dici quod retineatur. — Attamen Julius III, in sua bulla *Cum meditatio*, expresse prohibuit in virtute sanctae obedientiae, omnibus qui habent libros vetitos cujuslibet speciei,

Limitati
nes.

Olim lib
vetitus tr
dendus er
inquisitor
ribus.

Excommu-
nicatur de-
ponens li-
brum apud
alium.

¹ De Virtutib. theol., n. 77, v. *Dicitur 2.* — Lugo, de Fide, disp. 21, n. 104. — ² Lib. 7, n. 345. — Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 4, n. 15 et 18; cfr. disp. 1, de Censur. in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, n. 15 et 20. — ³ Lib. 2, tr. 1, cap. 15, n. 7. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ De Fide, disp. 20, sect. 2, n. 21. — ⁶ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 52. — ⁷ Tr. 4, disp. 2, punct. 10, § 2, n. 7. — ⁸ De Censur., qu. 3, cap. 1, qu. 2, resp. 4. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, num. 74. — ¹⁰ Lib. 7, n. 352. — ¹¹ Disp. 2, de Censur., loc. cit., n. 15. Ugol., de Censur. Papae reserv., part. 2, cap. 1, vers. *Aut retinentes*, n. 3. — Graffius, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 48. Sousa, de Censur., cap. 2, disp. 16, n. 2. — ¹² Lib. 7, num. 347. — ¹³ Loc. cit., num. 74. — ¹⁴ Loc. cit. *Pignat.*,

Noviss. Consult. 195, n. 88 v. *Retentio autem* et n. 90, v. *Pariter inmodatur.* Duard., in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 51, n. 8 et 12. — ¹⁵ Lib. 7, num. 352. Verjuys, Pastorale, tr. 5, art. 8, n. 3. Julius III, bull. *Cum meditatio*, 29 April. 1550; in Bullar. Rom. edit. 1586. — Pius IV, Motus propr. *Cum pro munere*, § 4, de die 24 Mart. 1564; in Bullar. Cherub. — Suar., de Fide, disp. 20, sect. 2, num. 23. Barbosa, alleg. 90, num. 5. Dicast., disp. 3, n. 1208. — ¹⁶ Lib. 7, num. 355. — ¹⁷ Tr. 10, cap. 4, n. 74. — Sanck., Decal., lib. 2, cap. 10, n. 56. Fill., tr. 22, cap. 7, num. 208. Pignat., Noviss. Consult. 195, num. 102, v. *His non obstantibus*, et num. 105, v. *Exinde asserendum.*

296. — ^{a)} Sanchez, loc. cit., et Bonacina, loc. cit., n. 8, negant a censura excusari, si sit ingens temeritas, quae adest quando quis vehementem suspicionem habet malitiae libri.

298. — ^{a)} Pignatellus, loc. cit., num. 88; Duardus, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 51, num. 26, ad rem non faciunt; loquun-

tur enim ibi de bulla Coenae. Quamvis Pignatellus, num. 92, dicat *pari modo* excommunicari retinentes libros continentes haereticalia sortilegia vel libros magicos.

299. — ^{a)} Croix hanc ultimam sententiam probabilem existimat, loc. cit., n. 355, licet priorem probabiliorem esse dicat.

ne eos lacerent aut comburant ^{b)}, praeci-
piens, eosdem deferri ad inquisitorem aut
episcopum.

Facultatem legendi libros prohibitos
tam in bulla, quam in Indice, solus Papa
vel S. C. Indicis aut Concilii concedere
potest. Tantum in casu magnae necessi-
tatis, ait Viva¹ posse eam concedere etiam
episcopum.

Hic autem quaeritur: *an ipsi episcopi
possint legere libros prohibitos?*

Videbatur affirmandum. Omnes enim
episcopi, ubi formale Tribunal S. Officii
non adest, sunt inquisitores nati, qui va-
lent via ordinaria procedere contra delin-
quentes in materia fidei.

Sed omnino negandum cum Silvio ^{c)},
Barbosa ² et Bonacina ^{c)}, ex bullis Julii III
Cum meditatio, et Pauli IV *Quia in futu-
rorum*, ac Pii IV *Cum pro munere* (re-
latis ab auctoribus praefatis), in quibus,
tam episcopis, quam inquisitoribus in-
terdicitur librorum vetitorum lectio ^{a)}:
praeterquam (excipitur) *senioribus et com-
missariis* haereticae pravitate. Intelli-
guntur, τὸ *commissariis*, illi tantum
inquisitores, quibus commissa est aliqua
particularis causa, quique legere possunt
tantum libros ad illam materiam concer-
nentes, et tantum pro tempore, quo com-
missio viget; ut scribit et explicat Bona-
cina ^{e)}.

¹ De Censur., qu. 5, art. 1, num. 10. — ² Alleg. 90,
n. 7 et 8. *Paul. IV*, bulla *Quia in futurorum*, de die
21 Decembr. 1558; in Bullar. Rom. edit. 1586. — ³ 1^a P.,
qu. 32, art. 4; cfr. 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 2, ad 3. — ⁴ Tr. 10,
cap. 4, num. 49. — ⁵ Loc. cit., num. 50. — *Tolet.*, lib. 4,
cap. 3, n. 4. *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 7, n. 19 et 20.
Bonac., de Censur., disp. 2, qu. 5, punct. 1, num. 6.
Azor, part. 1, lib. 8, cap. 9, qu. 7. *Sayr.*, Clav., lib. 2,

300. - Principaliter autem excommu-
nicationem papalem incurrunt haeretici,
eorumque fautores, receptatores, etc.; ut
habetur ex prima clausula bullae *Coenae*^{a)}.
— Prius igitur agamus de *haeticis*, po-
stea de *fautoribus*.

Ut *haeticus* hanc excommunicatio-
nem incurrat:

Requiritur 1^o. Ut haeresis sit *formalis*
scilicet, cum errore intellectus, et pertina-
cia (juxta dicta apud Busenbaum, *Lib. II*,
n. 19). Ille autem pertinax dicitur, qui
adhaeret suae opinioni, non obstante quod
jam noverit eam adversari doctrinae Ec-
clesiae Romanae. Ita S. Thomas³ cum
communi; et Salmant.⁴

301. - Sed hic quaeritur 1^o. *An incur-
rat hanc excommunicationem, qui errat
ex ignorantia culpabili?* — Si ignorantia
sit tantum supina, communiter excusant
doctores, ut Toletus, Sanchez, Bonacina,
Azor, Sayrus et plures cum Salmant.⁵
Ratio, quia hanc censuram non incurrit,
nisi qui est haeticus formalis; sed ad
haeresim formalem, constat requiri veram
scientiam erroris: alias deficit pertinacia,
ut supra, requisita.

Dubium est: *an incurrat errans cum
ignorantia affectata?* — Affirmant Canus,
Valentia, Navarra, etc. apud Salmant.⁶. —
Sed probabilius negant Palaus⁷ cum Azor,
Aragon et Farinacio ^{a)}; ac Salmant.⁸ cum

cap. 9, num. 34 et de Censur., lib. 3, cap. 4, num. 15. —
Canus, de Locis theol., lib. 12, cap. 8, v. *Illud deinde*. -
Valent., in 2^{am} 2^{ae}, disp. 1, qu. 11, punct. 1, diff. 4,
ad 1. *Petr. Navar.*, de Restit., lib. 2, cap. 4, n. 208.
⁶ Loc. cit., num. 51. — ⁷ Tract. 4, disp. 3, punct. 2,
num. 3. *Azor*, loc. cit., qu. 8. *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae},
qu. 11, art. 1, dub. de ignorantia affect. — ⁸ Loc. cit.,
num. 52.

^{b)} Julius III eo sensu intelligendus est
ut innuat non satisfieri praecepto si combu-
rantur hujusmodi libri, dum jubet eos tradi
inquisitoribus « realiter et cum effectu ».

^{c)} Silvius in 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 3,
qu. 6, concl. 2; Bonacina, disp. 1, de Censur.
in Bull. Coenae, qu. 2, punct. 4, num. 10,
loquuntur de libris haeticorum (Bonacina
addit: seu de fide suspectis); bullae tamen
quas allegant loquuntur de quibuscumque
libris prohibitis.

^{a)} Bullae citatae interdicitur lectionem li-
brorum prohibitorum omnibus etiam epi-
scopis, sed excipiunt inquisitores seu commis-
sarios super haeretica pravitate ab Aposto-

lica Sede pro tempore deputatos et *durante
eorum deputatione*. Hinc pro *senioribus* (ut
habetur apud S. Alphonsum) legendum est:
inquisitoribus.

^{e)} Scilicet Bonacina, loc. cit., num. 10, ait
hujusmodi inquisitores seu commissarios a
Sede apostolica deputatos, excipi in bullis Ju-
lii III et Pii IV, quae fere modo hic relato eos
excipiunt.

300. - ^{a)} Vide const. *Apost. Sedis, excom.
speciali modo S. Pontif. reserv., excom. 1*.

301. - ^{a)} Farinacius, quidquid dicat Palaus,
contrarium tenet, de *Haeresi*, qu. 179, n. 30,
et *Prax. crimin., de Poenis temperandis*,
qu. 90, n. 48 et seqq.

Ut quis ex-
communi-
cetur ob
haeresim,

requiritur
1^o Ut hae-
resis sit for-
malis.

Non ex-
communi-
catur er-
rans ex i-
gnorantia
crassa.

Nec errans
ex ignoran-
tia affecta-
ta.

Episcopi
n possunt
gere li-
os prohi-
tos.

Coninck, Suarez, Sayro ^{b)}, Bañez, etc. Ratio, quia Ecclesiae non contradicit, qui nescit se Ecclesiae non contradicere, ob quamcumque ignorantiam hoc faciat; et ideo non potest dici pertinax contra Ecclesiae doctrinam ^{c)}.

302. — Quaeritur 2^o. *An incurrat excommunicationem, tanquam haereticus formalis, qui circa res fidei dubitat?*

Quidquid alii dicant, quorum plures nimis obscure loquuntur, dicendum cum sententia communi, quod si quis *positive* dubitat de aliquo dogmate fidei ab Ecclesia jam definito, iudicans illud esse incertum propter rationes oppositas: procul dubio hic est haereticus, et excommunicationem incurrit; ut habetur ex *cap. 1, de haeret.* ubi dicitur: *Dubius in fide infidelis est.*

Secus vero, si quis *negative* se haberet super aliquo articulo, suspendendo iudicium, et ad alia se divertens ne mentem fatiget, vel ut ad aliam cogitationem se applicet.

Attamen advertendum, quod si ille deliberate et pertinaciter assensum ideo suspenderet, quia iudicat motiva contraria fidei incertam reddere veritatem illam; tunc pariter ut haereticus habendus est. Ipse enim revera *positive* dubitat de veritate fidei, dum format deliberatum et pertinax iudicium, non esse certa omnia

Coninck, de Fide, disp. 18, dub. 7, concl. 5, n. 100. *Suar.*, de Fide, disp. 19, sect. 3, n. 18. — *Bañez*, in 2^m 2^{ae}, qu. 11, art. 2, v. *Sed quaeret quis*. — ¹ De Fide, disp. 20, num. 16 et seqq. — ² In 2^m 2^{ae}, qu. 11, art. 1, v. *Si dicas*. — ³ Tr. 7, num. 49. — ⁴ De Virtutib. theol., de Fide, cap. 3, qu. 6. — ⁵ Tr. 10, cap. 4, n. 54 et seqq. — ⁶ Tr. 4,

dogmata quae ab Ecclesia ut certa proponuntur. Ita Card. de Lugo ¹, Silvius ², Wigandt ³, Antoine ⁴, Salmant. ⁵, Cuniati ⁶, Natalis Alexander ^{a)}, Bonacina ^{b)}, Concina ⁷, Pater Ferraris ^{b)} et alii.

303. — Requiritur 2^o. Ut error internus *externe significetur* per verba, aut signa ex se, vel ex circumstantiis, haeresim manifestantia. — Ita communiter Laymann ⁸ et Salmant. ⁹.

Hinc docet Laymann, non incurrere hanc excommunicationem: 1^o. Qui est haereticus pure mentalis. — 2^o. Qui abstinet a missa, a jejunio, ab adorando Sacramento, etiam quia haereticus est: possumt enim haec attribui oblivioni vel pravae conscientiae, nisi ex circumstantiis clarius manifestetur error. — 3^o. Qui diceret: *Non est Deus*, tacito verbo *Christus*; vel qui hoc scriberet caractere non intelligibili. Ratio, quia ad incurendam excommunicationem, voces aut signa debent ex se haeresim exprimere. — 4^o. Qui assereret, se antea secutum fuisse haeresim ^{a)}, vel tunc propositum habere sequendi in futurum; quia sic non iudicatur haereticus praesens. — Ita Laymann ¹⁰ cum Azor et Sanchez.

304. — Requiritur 3^o. Ut actio haeresis manifestativa sit *moraliter mala*; quare non incurrit excommunicationem, qui se manifestat ad petendum consilium.

cap. 2, § 3, num. 4. — ⁷ Compend. theol., lib. 3, diss. 1, cap. 9, num. 3. — ⁸ Lib. 2, tract. 1, cap. 14, num. 1. — ⁹ Tract. 10, cap. 4, num. 48. — *Laym.*, loc. cit., num. 1 et 3. — ¹⁰ Loc. cit., n. 1, v. *Colligitur 2. Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 6. *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 8, n. 21 et 22.

^{b)} Sayrus non videtur satis sibi consentire; in *Clavi* enim, *lib. 2, cap. 9, num. 34*, negat censeri haereticum, quacumque ignorantia etiam affectata ignoret. At, *de Censur*, *lib. 3, cap. 4, n. 15*, concedit satis esse ad haeresim eam ignorantiam crassam rei, quam facillimo negotio vincere et cognoscere possit; nam « cum ignorantia haec nimis crassa sit, moraliter loquendo, parum distat a voluntate repugnandi directe ». Quae profecto et potiori jure de affectata ignorantia dicenda sunt.

^{c)} Coninck, Suarez et Bañez limitant: modo sit paratus ad obediendum si sciret: quae tamen vix simul consistere posse ait Bañez.

302. — ^{a)} Natalis Alexander, *Theol. mor.*, *lib. 4, cap. 3, art. 8, reg. 23*, ait tantum

pertinacem esse pertinacia sufficienti ad haeresim, eum « qui certum aliquod fidei dogma sic ignorat vel de eo dubitat, ut credere nolit etiam si sciret Ecclesiam sic credere ».

^{b)} Bonacina, *disp. 2, de Excom.*, *qu. 5, punct. 1, n. 3*, haec dumtaxat habet: « Eum qui *positive* dubitat in rebus fidei, esse haereticum, ut si dubitet aliquam rem fidei esse incertam et dubiam. Ratio est quia voluntarie errat contra fidei veritatem, iudicando incerta esse et dubia quae certa sunt et vera ». Et fere idem habet Ferraris, *v. Haereticus*, *n. 4*.

303. — ^{a)} Azor (qui hunc solum casum habet) *part. 1, lib. 8, cap. 10, qu. 6*; Sanchez, *loc. cit.*, addunt: qui haec diceret « ex joco »; vel etiam, ut Sanchez, ex ignorantia.

Excommunicatur dubitans positive de fide.

Secus vero, dubitans negative.

Requiritur 2^o Error ternatus.

3^o Manifestatio mala

lo Animus
rofitendi
rorem.

Requiritur 4^o. Ut ille suam haeresim manifestet, *animo eam profitendi*; ut docet Laymann¹.

Alioquin, in his omnibus casibus, quia haeresis tantum ratione excommunicationis est reservata, potest ipsa a quolibet confessario absolvi; sicut et excommunicatio illi annexa, ex alio jure, nempe ex cap. *Cum Christus, de haeret.*, ubi excommunicatio contra haereticos universe lata est, sed non reservata. — Ita communissime doctores. Vide Salmant.²

sufficit ex-
natio oc-
alta.

305. - Advertendum vero 1^o. Quod, ut excommunicatio incurratur, sufficit ut manifestatio erroris etiam occulte fiat, quin aliis innotescat; prout certum est, et commune cum Salmant.³ ac Azor, Avila et Cornejo, ibid.⁴, et aliis passim. — Quod si manifestatio fuerit notoria, haereticus tamen non est vitandus: nisi sit etiam nominatim declaratus, et insuper publice denuntiatus. Salmant.⁵ (juxta dicta n. 136).

Invincibi-
s ignoran-
a excusat.

Advertendum 2^o. Quod illi, qui in haeresim incidunt, invincibiliter excommunicationem ignorando, eam non incurrunt; juxta dicta n. 47.

Excommu-
icantur:
edentes,

306. - Deinceps hanc excommunicationem incurrunt etiam haereticorum *credentes*, id est, qui eorum erroribus se assentiri externe manifestant; v. gr. si quis dicat: *Credo, quod credit Calvinus; vel quod Calvinus fuit sanctus vir.* — Incurrunt etiam *fautores*, id est, qui haereticis favent aut omissione, omittendo scilicet, cum possint et teneantur ex officio, haereticum capere, custodire, punire; aut commissione, illum laudando, vel adjuvando ut fugiat. — *Receptatores*, qui hospitio recipiunt, vel occultant (etsi semel) haereticum, ut effugiat poenas suae haeresis. — *Defensores*, qui errores illius defendunt, etsi interne aliud sentiant; vel qui impediunt, ne ille a iudice capiatur aut puniatur. — Ita Suarez⁶, Sanchez⁷ et Salmant.⁸ cum aliis communiter.

receptato-
res,

defensores.

Faventes
non ex mo-
tivo favendi
haeresi:

juxta
alios, ex-
communicantur.

Probabili-
ter non ex-
communicantur.

fautores,

¹ Lib. 2, tr. 1, cap. 14, n. 3. — ² Tr. 10, cap. 4, n. 48. — ³ Loc. cit. et cap. 1, n. 141. — *Azor*, part. 1, lib. 5, cap. 10, § *In hac itaque, v. Tertio.* - *Avila*, part. 1, dub. 10, concl. 2. - *Cornejo*, de Excom., disp. 3, dub. 4, v. *Arguitur* 7. — ⁴ Ap. *Salmant.*, tr. 10, cap. 1, n. 141. — ⁵ Loc. cit., cap. 4, n. 48. — ⁶ De Fide, disp. 24, sect. 1; cfr. de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 6. — ⁷ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 2, 9 et seqq. —

307. - Quaeritur hic 1^o. *An hi fautores, etc.* (ut supra) *incurrant excommunicationem et alias poenas, si, non ex motivo favendi haeresi, sed ratione consanguinitatis, amicitiae aut similis, haereticis favent?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Palaus⁹, Toletus¹⁰, Viva¹¹; item Sayrus^{a)}, Suarez^{a)}, etc. apud Salmant.¹²

Sed valde probabiliter negat *secunda* sententia, quam tenent Sanchez¹³, Bonacina¹⁴; et Salmant.¹⁵ cum Soto, Azor, Aragon, Fagundez, etc.; ac probabile putat Laymann^{b)}. — Ratio quia, cum Ecclesia excommunicat fautores haeretici, tunc tantum eos damnare censetur qui haereticus favent, quatenus haereticus est. Hinc probabiliter excusantur ab excommunicatione parentes, filii, et etiam fratres haeretici, eum receptantes; ut docent Laymann^{b)} et Salmant.^{c)}

⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 63 et seqq. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 3, punct. 2, n. 5. — ¹¹ Lib. 1, cap. 19, n. 8. — ¹² De Censur. qu. 5, art. 1, n. 7. — ¹³ Loc. cit., n. 67. — ¹⁴ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 5. — ¹⁵ Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 3, n. 2. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 9, n. 68. - *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 3, concl. 5, cas. 1. — *Azor*, part. 1, lib. 8, cap. 15, qu. 2 et 3. — *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 11, art. 3. — *Fagund.*, Decal., lib. 1, cap. 12, n. 8.

^{a)} Sayrus, *de Censur.*, lib. 3, cap. 5, a n. 3, non satis recte citatur a Salmant.; ipse enim dicit requiri, ut recipiatur quatenus haereticus est; si quis proinde alia ratione eum recipiat, *communiter* non incurret in excommunicationem. Et explicans verbum *communiter*, dicit quod si recipiat hospitio tempore suspecto, ut quando ministri eum quaerunt, excommunicabitur, licet id faciat alia intentione; vergit enim in favorem haeresis. Deinde dicit fautores excommunicari qui actiones favendi ponunt, « ipsius haeresis intuitu ». — Suarez, *de Fide, disp. 24, sect. 1, n. 7 et seqq.*, satis esse ait velle haeretico favorem praestare, qui praevidetur

redundaturus in favorem haeresis, licet hoc formaliter non intendatur.

^{b)} Laymann, *loc. cit.*, cap. 14, n. 5, dicit aliquos docere valde probabiliter « receptatorem personae conjunctissimae, puta patris, filii, uxoris vel etiam fratris, ne in manus inquisitorum v. g. deveniat, licet aliquando peccet, excommunicationem tamen non contrahere ».

^{c)} Salmant., *tr. 10, cap. 4, n. 68*, negant excommunicari eos qui haereticum recipiunt alia intentione quam intentione favendi; ex quo sequitur, inquit, « nec parentes respectu filiorum, nec filios respectu parentum posse licite esse receptatores aut defensores

307. - ^{a)} Sayrus, *de Censur.*, lib. 3, cap. 5, a n. 3, non satis recte citatur a Salmant.; ipse enim dicit requiri, ut recipiatur quatenus haereticus est; si quis proinde alia ratione eum recipiat, *communiter* non incurret in excommunicationem. Et explicans verbum *communiter*, dicit quod si recipiat hospitio tempore suspecto, ut quando ministri eum quaerunt, excommunicabitur, licet id faciat alia intentione; vergit enim in favorem haeresis. Deinde dicit fautores excommunicari qui actiones favendi ponunt, « ipsius haeresis intuitu ». — Suarez, *de Fide, disp. 24, sect. 1, n. 7 et seqq.*, satis esse ait velle haeretico favorem praestare, qui praevidetur

308. — Quaeritur 2°. *An incurrat, qui haereticum recipit ne capiatur vel puniatur, si nihilominus in effectu ille jam incidat in manus judicis?*

Juxta alios, favens effectu non secuto, non excommunicatur.

Prima sententia, quam tenent Sanchez¹, Bonacina², Suarez^{a)}; et Filliucius, Leander et alii apud Salmant.³ (qui probabilem^{b)} putant), negat. — Ratio, quia fautores, seu receptatores, excommunicantur in ordine ad fovendam haeresim; ergo si accidit haeresim non foveri, excommunicationi non subsunt.

Juxta alios, excommunicatur.

Secunda vero sententia, quae mihi magis arridet, et tenent Palaus⁴, Sayrus⁵; ac Duardus et Graffius apud Salmant.⁶, affirmat. — Ratio, quia ipso facto tunc quod aliquis haereticum recipit, sequitur effectus favoris, et ille censuram incurrit; cum de facto jam haeresim foveat, impediendo ne reus capiatur, saltem illo medio tempore, quo eum servat absconditum: unde non officit, quod postea cesset per capturam effectus receptionis.

Aliae excommunicationes bullae Coenae.

309. — Excommunicationem autem bullae incurunt insuper:

1°. Surripientes bona christianorum naufragantium, sive in navibus existentia, sive in mari ab eis ejecta, sive in littore inventa. — Requiritur tamen 1°. Ut acceptio sit injusta, et ex certa scientia quod illa sint bona naufragantium. Ita Viva⁷. — Requiritur 2°. Ut bona non habeantur ut derelicta. Hinc excusatur accipiens papyrum, farinam, saccharum et similia projecta; quia talia communiter pereunt in mari, statim ac projiciuntur. Ita pariter, qui accipit bona quae diu in littore jacuerunt; quia merito praesumuntur illa tunc haberi a dominis pro derelictis. Ita Viva⁸ et Salmant.⁹

310. — 2°. Incurrunt domini, qui in terris suis sine privilegio imponunt pedagia, id

est, tributa pro transitu personarum sive rerum, vel pro refectione et custodia viarum; aut gabellas, id est, impositiones pro delatione et venditione mercium. — Tale autem privilegium habent omnes principes supremi, prout Pontifices; reges autem, republicae et universitates, ad subveniendum civium necessitatibus, bene etiam possunt collectas sibi imponere. Ita Viva¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Vasquez, Dicastillo, etc. — Vide alia apud Viva¹² et Salmant.¹³

311. — 3°. Incurrunt piratae, interficientes aut depraedantes christianos in mari ecclesiastico. — 4°. Falsificatores litterarum apostolicarum. — 5°. Transmittentes arma, sive armorum materiam ad hostes infideles, sive haereticos declaratos. — 6°. Injuste impediendo deferri victualia ad romanam Curiam. — 7°. Vexantes eos qui accedunt vel recedunt a Romana Sede ob negotia ad illam spectantia. — 8°. Vexantes peregrinos qui devotionis causa Romam petunt. — 9°. Vexantes seu ejicientes episcopos, legatos vel nuntios a suis dioecesibus: nec non id mandantes, ratum habentes, faventes, etc. — 10°. Percutientes aut exspoliantes eos (sive eorum procuratores), qui Curiam romanam pro suis negotiis petunt. — 11°. Appellantes, sub privato praetextu, ad curias laicales in causis ecclesiasticis, ad impediendas litteras apostolicas. — 12°. Qui auctoritate laica, vel praetextu exemptionis, causas spirituales, vel ipsis annexas ad se avocant a iudicibus ecclesiasticis, etc. (Ita apud Viva¹⁴). — 13°. Qui ex quovis colore trahunt, vel trahi faciunt personas ecclesiasticas ad tribunal laicale, etc. (Vide Viva¹⁵). — 14°. Impediendo iudices ecclesiasticos sua jurisdictione uti. — 15°. Usurpantes jurisdictionem, et fructus beneficiorum. — 16°. Imponentes onera ecclesia-

¹ Decal., lib. 2, cap. 10, n. 9. — ² Disp. 2, de Excom., qu. 5, punct. 3, n. 3. — *Fill.*, tr. 22, cap. 7, n. 201. — *Leander*, tr. 2, de Bulla Coenae, disp. 1, qu. 21. — ³ Tr. 10, cap. 9, n. 69. — ⁴ Tr. 29, disp. 3, punct. 2, n. 5. — ⁵ De Censur., lib. 3, cap. 5, n. 4. — *Duard.*, in Bull. Coenae, lib. 2, in can. 1, qu. 31, n. 2. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 18, n. 34.

⁶ Tr. 10, cap. 4, n. 70. — ⁷ De Censur., qu. 5, art. 2, n. 3. — ⁸ De Censur., qu. 5, art. 2, n. 3. — ⁹ Tr. 10, cap. 4, n. 80 et 81. — ¹⁰ Loc. cit., n. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 82 et seq. — *Vasquez*, Opusc. de Restit., cap. 6, § 1, n. 5. — *Dicast.*, de Just., lib. 2, tr. 20, disp. 1, dub. 2, n. 20. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Loc. cit., n. 82 et seq. — ¹⁴ Loc. cit., n. 13. — ¹⁵ Loc. cit., n. 14.

illorum in causa haeresis, et si hoc fecerint, incurrent excommunicationem ».

308. — a) Suarez, de Fide, disp. 24, sect. 1, num. 14, tenet, cum ipso S. Alphonso, ex-

communicari eum qui haereticum recipit, quamvis ille capiatur.

b) Quin etiam: probabiliorem existimant, n. 70.

sticis. Qui tamen (advertendum) tenentur contribuere, quando imponuntur collectae pro refectione, v. gr. viarum, fontium, etc., quorum utilitas directe pertinet etiam ad ipsos (Viva¹ cum Abbate^{a)} et Molina^{a)}). — 17°. Se interponentes sine jurisdictione, in causis criminalibus contra ecclesiasti-

cos. — 18° Usurpantes jurisdictionem in terris Ecclesiae Romanae.

Denique, ex bulla Clementis VIII, incurrunt excommunicationem adhuc reservatam, omnes sine facultate absolventes ab excommunicationibus bullae *Coenae*, extra mortis articulum; ut Viva².

¹ De Censur., qu. 5, art. 2, n. 18. - *Clem. VIII*, Decret. S. C. EE. et RR. 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri. — ² Loc. cit., n. 20.

311. - a) Abbas, *in cap.* Non minus, n. 18, *de immun. eccl.*, haec habet ex Petro de Ancharano: sed non admittit sic universaliter dicta, et, n. 20, his verbis concludit: « Aut necessitas vel utilitas imminens concernit utilitatem ecclesiarum a remotis ..., et tunc textus apertus est hic quod ecclesiae non tenentur... Nam in hoc prodest immunitas ecclesiasticis concessa: quia in publica utilitate in qua includitur utilitas privata, non tenentur ad munera subeunda... Aut necessitas vel utilitas concernit *de directo et principa-*

liter utilitatem ecclesiae et laicorum: ut puta prava societas territorium, civitates incendit, devastat, consumit, in quo ecclesia habet multas possessiones, et tunc dico quod ecclesia deberet contribuere». — Molina, *tr. 2, disp. 672, n. 4, concl. 2*, quoad principia concordat cum Abbate; sed ex his principiis colligit ecclesiasticos non teneri ad publicum pontem reficiendum, quia non directe ad eorum utilitatem pertinet, sed ad utilitatem publicam societatis, cuius sunt pars. Illi ergo auctores minus recte citantur a Viva.

CAPUT III.

De Suspensione et Degradatione.

DUBIUM I.

Quid sit Sensusio: quotuplex,
et unde dignoscendum qualis et quanta sit.

312. *Quid est suspensio, et quis suspendi aut suspendere potest.* — 313. *An peccet graviter, exercens actum a quo est suspensus.* — 314. *Dub. 1. An incurrat irregularitatem, si suspensio sit facta ad tempus.* — *Dub. 2. An episcopus suspensus a pontificalibus incurrat irregularitatem, pontificalia exercendo. Et quid, si Missam solemniter celebret.* — *An sacerdos suspensus non toleratus invalide absolvat. Quid, si toleratus, vel si sit suspensus tantum ab Ordine.* — 315. *Quot modis possit ferri suspensio.* — 316. *Qualitas suspensionis ex quo colligatur (Vide resolutiones apud Busenbaum).* — *Dub. 1. An suspensus a beneficio possit, cum sit pauper, retinere fructus.* — *Dub. 2. An suspensus a beneficio, censeatur suspensus etiam a beneficiis quae possidet in aliena dioecesi.* — 317. *An suspensa communitate, sint singuli suspensi; et an isti incurrant irregularitatem.* — *An suspensio debeat ferri in scriptis.*

Quid sit suspensio.

312. — « Resp. I^o. Sensusio est censura, « qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur. — Vide « Bonacina¹, Laymann².

« Unde resolves:

« 1^o. Solus clericus potest suspendi.

« 2^o. Suspendere possunt, qui possunt « ferre censuras ».

Suspensus exercens actum vetitum graviter peccat.

313. — « 3^o. Ex genere suo, et nisi parva vitas materiae excuset, est peccatum « grave, exercere actum per suspensionem prohibitum: unde et irregularitatem inducit.

Limitationes.

« Si tamen suspensus toleratus se non « ingerat in tales functiones, sed ab aliis « propter utilitatem requiratur; probabiliter non peccat, cum alii licite requirant. « Immo, etsi nominatim sit denunciatus « et non toleratus, alii tamen non tenentur

« sub mortali eum vitare, nisi censeantur « cooperari actui a quo suspensus est; « unde audire ejus Missam non erit peccatum (saltem mortale), si non inservias^a). — Ita probabiliter Avila, Henriquez, Suarez, Sayrus apud Bonacina³; « etiam Laymann^b) ».

Et ita communius et verius tenent Palaus⁴, Holzmann⁵; et Salmant.⁶ cum Coninck, Avila, etc.: qui recte addunt, esse omnino licitum audire Missam a sacerdote suspenso (contra Contin. Tournely^c) cum Bonacina). Limitat tamen Holzmann⁷, nisi scandalum interveniret.

Est certum apud omnes, quod clericus suspensus peccat graviter, si exercet actum vetitum per suspensionem. Vide Salmant⁸. — Excusatur tamen 1^o. Si exercet Ordinem non sacrum; vel sacrum, sed non

¹ Disp. 3, de Suspens., part. 1, num. 1. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 1, num. 1. — *Avila*, part. 3, disp. 2, dub. 4, v. *Ex dictis*. *Henriq.*, lib. 13, cap. 33, n. 3. *Suar.*, de Censur., disp. 26, sect. 2, n. 7. *Sayr.*, lib. 4, cap. 11, n. 6 et 7. ³ Disp. 3, de Suspens., punct. 4, n. 4. —

⁴ Tr. 29, disp. 4, punct. 6, num. 3. — ⁵ De Poenis eccl., num. 252. — ⁶ Tract. 10, cap. 5, num. 14. *Coninck*, de Censur., disp. 15, dub. 2, n. 17. *Avila*, loc. cit. — *Bonac.*, loc. cit., num. 4. — ⁷ Loc. cit., num. 252. — ⁸ Loc. cit., cap. 5, n. 12.

313. — ^a) Sayrus et Henriquez dicunt non peccare eos qui audiunt Missam suspensi denunciati, modo non induxerint.

^b) Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 1, n. 7*, scribit: « Ex vi censurae suspensionis non tenentur fideles vitare suspensum etiam denunciatum... Quamvis lex charitatis postulat, ut clericum ob officio suspensum, sine

causa non inducam v. g. ad celebrandum, quando is sine peccato et irregularitatis nota celebrare non potest ».

^c) Collet, *de Censur.*, part. 2, cap. 2, art. 1, qu. 4, ex Bonacina hoc refert; non tamen ei adhaeret. « Ut ut sit... inquit, fatetur [Bonacina] non incurrere censuram sic communicantem ».

solemniter. Salmant. ^{d)}; et Contin. Tournely ^{e)} cum S. Antonino ^{e)}, Habert ^{e)}, Sayro ^{e)}, etc. (contra Suarez ^{f)} et Navarrum). Vide dicta *Lib. VI, n. 38, v. Objic. 2.* — Excusatur 2^o. saltem a gravi culpa, si exercet ob ignorantiam aut metum gravem, aut in parva materia, puta, si fuerit suspensus a jurisdictione vel ab ordine, et exerceret actum levem jurisdictionis, aut benediceret mensam; secus, si benediceret aquam, nuptias, fructus, etc., juxta solemnitates Ecclesiae. Bonacina ¹, Holzmann ², Contin. Tournely ³ et Salmant. ⁴.

314. — Sed hic dubitatur 1^o. *An incurrat irregularitatem clericus, exercens actum a quo erat suspensus, si suspensio fuerat lata pro tempore determinato?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia negat; et hanc tenent Gabriel, Avila ^{a)} et Villalobos ^{b)} apud Salmant. ⁵ (qui probabilem putant cum Diana). — Quia (ut dicunt) suspensio lata pro tempore determinato habet rationem purae poenae, quae non inducit irregularitatem.

Secunda sententia communior affirmat; et hanc tenent Suarez ⁶, Bonacina ⁷, Pa-

laus ⁸, Contin. Tournely ⁹, Escobar ¹⁰ et Viva ¹¹. Probatum haec ex *cap. 1 de sent. et re judic., in 6^o*. ubi quidam, cum fuerit suspensus ad tempus et sic ministraverit, fuit expresse declaratus irregularis ^{b)}. — Limitant vero Viva et Contin. Tournely ^{c)} et Salmant. ^{d)}, nisi suspensio sit oretenus lata; quia cum censura non possit licite ferri sine scriptura (ut dicemus *n. 317, ad 10*), non praesumitur episcopus voluisse delinquere, censuram oretenus ferendo.

Tertia sententia, quam probabilem putat Roncaglia ^{e)} cum aliis, et quae mihi videtur absolute probabilior, distinguit et dicit, quod si suspensio fuerit lata per modum statuti aut praecepti, ob crimen futurum vel etiam praeteritum, sed habens tractum successivum: tunc transgrediens verius incurrit irregularitatem, ut patet ex textu praefato. — Secus, si suspensio sit lata ab homine per sententiam, ob meram punitionem criminis omnino praeteriti; quia talis suspensio habet rationem merae poenae, non censurae (juxta dicta *n. 52*). Censura enim, cum sit poena medicinalis, nequit ferri ob delictum

S. Doctor distinguit.

Clericus exercens actum vetitum, si suspensio sit ad tempus:

juxta alios, non fit irregularis.

Juxta alios, fit irregularis.

Navar., Man., cap. 27, n. 163. — ¹ Disp. 3, de Suspens., punct. 4, n. 6. — ² De Poenis eccl., n. 249. — ³ De Censur., part. 2, cap. 2, art. 1, qu. 3, v. *Ex his.* — ⁴ Tr. 10, cap. 5, n. 12. — *Gabr. a S. Vinc., de Censur., disp. 5, qu. 5, n. 32.* — ⁵ Loc. cit., n. 13. — *Diana, part. 5, tr. 10, resol. 5,*

i. f. — ⁶ De Censur., disp. 26, sect. 2, n. 4. — ⁷ Disp. 3, de Suspens., punct. 4, n. 6. — ⁸ Tract. 29, disp. 4, punct. 6, num. 5. — ⁹ De Censur., part. 2, cap. 2, art. 1, qu. 3. — ¹⁰ Lib. 51, de Suspens., num. 96. — ¹¹ De Censur., qu. 6, art. 4, num. 5. — *Viva, loc. cit.*

^{d)} Scilicet Salmant., *loc. cit., n. 27*, dicunt prohibitum esse omnem actum cujuscumque ordinis tam majoris quam minoris, exercitum solemniter vel ex officio, illo modo quo « laicis pure talibus nequeunt exerceri ».

^{e)} Contin. Tournely, *loc. cit., qu. 3*, eum excusat ab incurrenda irregularitate; et ita etiam Habert, *de Sac. Ordin., part. 2, cap. 9, § 10, qu. 4*. S. Antoninus vero, *part. 3, tit. 28, cap. 1*, dicit licite posse exerceri actum minoris ordinis ab eo qui non est ordinatus in eis; et Sayrus, *loc. cit., num. 9*, id excusat a mortali, seclusa peculiari consuetudine, etiam si solemniter exerceretur actus minorum ordinum.

^{f)} Suarez profecto citatur a Collet contra sententiam assertam; sed revera id apud ipsum reperire nequivi; immo, *disp. 40, sect. 2, n. 11*, nedum contradicat, tenet eandem sententiam ac S. Alphonsus.

314. — ^{a)} Avila, *part. 3, disp. 5, dub. 8, v. Ad argumentum*; Villalobos, *part. 1, tr. 18, diff. 3, n. 7*, rationem hujus senten-

tiae habent, scilicet non incurrere irregularitatem eum qui violat suspensionem latam per modum solius poenae.

^{b)} Rectius: cap. istud sancivit quod si quis « ab officio » per annum suspensus, divinis se ingesserit durante censura, irregularitatem incurrat. Auctores vero citati tractant de suspensione ab ordine sacro.

^{c)} Contin. Tournely, *loc. cit., qu. 3*, ita scribit: Si quis tamen ordines exercent contra prohibitionem episcopi qui id vetuerit, non ob aliquam ministri culpam, sed ob inculpabilem ejus defectum..., haud incurratur irregularitas, quia talis suspensio nec censura est, nec poena delicti ».

^{d)} Salmant., *tr. 10, cap. 5, n. 8*, ita sane docent negantes eo casu ferri censuram proprie dictam. Sed haec non afferunt tamquam limitationem; ipsi enim, ut supra notavit S. Alphonsus, primam sententiam probabilem existimant.

^{e)} Roncaglia, *de Censur., qu. 5, cap. 1, qu. 5, resp. 2* haec satis innuit, non tamen expresse dicit.

omnino praeteritum (ut diximus *n. 54*). Ergo quando quis transgreditur hujusmodi suspensionem, nullam incurrit irregularitatem: quae non a violentibus poenas, sed censuras, incurritur. Neque huic sententiae obstat textus praedictus; nam ibi non fit sermo de suspensione lata ab homine per sententiam particularem, sed lata a jure per statutum generale, quod respicit crimina futura; unde talis suspensio erat vera censura.

Dubitatur 2°. *An episcopus suspensus a pontificalibus incurrat irregularitatem, si pontificalia exercet, puta, confirmando, consecrando calices, etc.?*

Negant Silvester *f)*; ac Innocentius *g)*, Abbas *g)*, Archidiaconus *g)*, Socinus *g)*, etc. apud Fagnanum *g)*. Quia (ut dicunt) episcopatus non est ordo, sed potius extensio sive complementum ordinis sacerdotalis; ut tenent Salmant.¹ cum Soto, Gonet et aliis, ex D. Thoma². — Unde inferunt, episcopum exercendo has functiones non contrahere irregularitatem; cum haec incurratur a censurato, tantum quando exercet ordinem sacrum.

Affirmant vero probabilius Navarrus *g)*; Bonacina³ cum Majolo et Alterio; ac Fagnanus *h)* cum Paludano *h)*, Angelo *h)*, etc. — Ratio quia, etiamsi sententia quod episcopatus sit tantum extensio ordinis sacerdotalis, et non distinctus, esset vera

(quod negant plurimi apud Salmant.⁴); tamen non potest negari, quod tale exercitium potestatis episcopalis sit actus ordinis sacri, si non distincti, saltem extensi: quapropter episcopus tunc dicitur vere exercere actum sacri ordinis. Tanto magis quod idem D. Thomas⁵ ait quod, licet episcopatus non sit ordo respectu ad corpus Christi reale, tamen est verus ordo respectu ad potestatem in corpus mysticum. — Unde prima sententia non videtur satis probabilis.

Si autem episcopus suspensus a pontificalibus Missam celebrat solemner in apparatu pontificali, certum est quod peccat; ut recte dicunt Filliuccius⁶, Sayrus⁷ et Renzi⁸.

An autem incurrat etiam irregularitatem?

Affirmant Angelus⁹, Navarrus, Bonacinaⁱ⁾ et Fagnanus¹⁰. — Ratio, quia talis celebratio est actus proprius ordinis episcopalis; cum non possit exerceri nisi ab episcopo consecrato.

Negant vero probabilius Laymann¹¹ cum Silvestro, Covarruvias et Avila; ac Diana¹² cum Joanne Praeposito, qui testatur hanc esse communiorem doctorum sententiam. Ratio, quia episcopus sacrificando non exercet actum substantialem ordinis episcopalis, sed actum ordinis sacerdotalis, a quo non est suspensus; et quod

Si Missam celebrat in pontificalibus, peccat,

sed probabilius non fit irregularis.

Probabilius episcopus suspensus a pontificalibus ea exercens fit irregularis.

¹ Tr. 8, de Ordine, cap. 1, num. 26. *Sotus*, in 4, dist. 24, qu. 2, art. 2. - *Gonet*, *Clyp.*, de Sacr. Ord., disp. 4, n. 20 et seqq. - ² *Suppl.*, qu. 40, art. 5. - ³ *Disp.* 3, de Suspens., punct. 4, n. 6 v. *Tertio*. *Majol.*, de Irregul., lib. 3, cap. 19, n. 5, v. *Decimo extensio*. *Alter.*, de Suspens., disp. 6, cap. 3, v. *Item ob eandem*. - ⁴ *Loc. cit.*, n. 23. - ⁵ *Loc. cit.* - ⁶ Tr. 17, cap. 10, n. 187; cfr. cap. 2, num. 28, - ⁷ *Lib.* 4, cap. 4, num. 17 et cap. 16, num. 29; cfr. cap. 4, num. 13 et 14. - ⁸ *De Censur.*, tr. 3, cap. 1,

sect. 2, qu. 4. - ⁹ *V. Suspensio III*, num. 3. - *Navar.*, *Man.*, cap. 27, num. 163. - ¹⁰ In cap. *Vel non est compos*, de temp. ordin., num. 36. - ¹¹ *Lib.* 1, tract. 5, part. 5, cap. 3, num. 4, v. *Tertio*. *Silvest.*, v. *Suspensio*, qu. 5, v. *Cum autem*. *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 1, § 1, num. 1, v. *Secundum*. *Avila*, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 2, v. *Sed notandum*. - ¹² Part. 5, tract. 10, resol. 4. *Joan. Praepos.*, qu. 3, de Suspens., dub. 2, num. 13.

f) Silvester, v. *Suspensio*, qu. 5, videtur potius affirmativam tenere sententiam.

g) Fagnanus, in cap. *Vel non est compos*, de temp. ordin., n. 17 et seqq., auctores istos citat pro alio casu, episcopi scilicet a pontificalibus suspensi, qui celebrat in pontificalibus. Et ita tenent Innocentius, in cap. *Cum medicinalis*, de sent. excom., n. 2; Marianus Socinus senior, in cap. *Ad audientiam*, de homin. volunt. vel casuali, n. 129. — Abbas autem, in cap. *Cum dilectus*, de consuet., n. 20, et Archidiaconus, in cap. *Quia pontificali*, de off. et post. jud. deleg., in 6°, n. 4, idem insinuant. — Navarrus pariter (in sen-

tentia contraria) loquitur de episcopo suspensus a pontificalibus et nihilominus pontificaliter celebrante. *Man.*, cap. 27, n. 163.

h) Auctores citati allegantur similiter a Fagnano pro alio casu; nihilominus Fagnanus, *loc. cit.*, n. 31; Paludanus, in 4, dist. 18, qu. 7, art. 3, concl. 9, n. 20; Angelus, v. *Suspensio III*, n. 3, casum praesentem tractant et concordant.

i) Bonacina videtur potius cum ipso S. Alphonso sententiam negantem amplecti; nam *loc. cit.*, n. 6, v. *Tertio*, negat hujusmodi episcopum irregularem fieri si faciat actus convenientes episcopo, quamvis non conse-

celebratio fiat cum pontificalibus, per accidens se habet: irregularitas autem non incurritur, nisi in exercitio actus ordinis prohibiti. — Et hanc sententiam expresse tenet etiam D. Antoninus¹ cum Hostiensi sic dicens: *Suspensus a pontificalibus, si celebrat in pontificalibus, non erit irregularis...*, quia pontificalia non sunt de substantia celebrationis: nec debemus iudicare aliquem irregularem, nisi inveniatur expressum. Tanto magis, quod ait idem Fagnanus² cum Archidiacono, etc., suspensus propter crimen tum solum incurrit irregularitatem cum canon id exprimit: quia alias suspensio intelligitur lata quoad se tantum, nempe, quod tamquam indignus prohibeatur a ministrando.

« 4^o. Suspensus non toleratus invalide absolvit; quia non habet jurisdictionem ». — [Ita Salmant. ³].

Secus si toleratus; quia hic valide jurisdictionem exerceret, etsi illicite, si non esset requisitus. Salmant.³ — Suspensus autem ab Ordine, non est suspensus a jurisdictione. Ita S. Thomas⁴, et Salmant.⁵, communiter.

315. — « Resp. II^o. Suspensio:

« 1^o. Alia fertur *ad certum tempus*, quo « elapso, expirat; alia fertur *absolute* seu « indefinite, manetque donec per absolute « tionem tollatur.

« 2^o. Alia est ab *officio*, sive id sit Ordinis, sive jurisdictionis; alia a *beneficio*; « alia ab *utroque*.

« Suspensio ab officio, vel est *a toto*; « vel *a parte* tantum, scilicet a functione « Ordinis vel jurisdictionis. — Item suspensio beneficii, vel est a beneficio absolute; vel a quibusdam tantum functionibus, ejus ratione competentibus. Laymann, Bonacina⁶ ».

¹ Part. 3, tit. 27, cap. 4, v. *Item quum quaeritur. Hostien.*, in cap. *Cum medicinalis*, de sent. excom., in 6^o, n. 30. — ² In cap. *Quaesitum*, de cohabit. clericor., n. 15. — *Archid.*, in cap. *Cum aeterni*, de sent. et re judic., in 6^o, n. 5. — ³ Tr. 10, cap. 5, n. 15. — ⁴ Suppl., qu. 22, art. 3, corp. — ⁵ Loc. cit., n. 16. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 1, n. 2. — ⁶ Disp. 3, de Suspens., punct. 1, n. 2. — ⁷ Disp. 3, de Suspens., punct. 2, n. 3. — ⁸ Loc. cit., n. 6. —

316. — « Resp. III^o. Quantitas et qualitas « suspensionis colligi debet ex verbis, quibus fertur: quae, utpote in re odiosa, « non amplius sunt extendenda, quam « proprie accepta significant.

« Unde resolves:

« 1^o. Suspensus absolute, et in toto, prohibetur omne exercitium ratione officii « proveniens, tam Ordinis, quam jurisdictionis; et consequenter non potest celebrare, nec valide excommunicare, beneficia conferre, etc. — Suspensus vero « a parte beneficii determinata, v. gr. ab Ordine tantum vel jurisdictione, privatur tantum illius officii functionibus. « Unde episcopus, etsi non possit excommunicare, absolvere, delegare, etc.; potest tamen exercere actus Ordinis, ut consecrare templa, ordinare, etc. — Bonacina⁷ ».

« 2^o. Suspensus a certa functione Ordinis, v. gr. a sacramentorum administratione, non est suspensus a sacrificio. « Similiter suspensus ab Ordine, potest nihilominus conferre primam tonsuram; « quia non comprehenditur sub Ordine. — Bonacina⁸.

« 3^o. Suspensus ab officio simpliciter, « non intelligitur suspensus a beneficio, « seu fructibus ejus^a). Debet tamen per alium supplere, qui per se nequit, ut fructus percipiat. — Bonacina⁹ ex Navarro, « Suarez, Henriquez, Filliuccio, etc. ».

Commune est apud omnes, quod suspensus ab officio non suspenditur a beneficio. Ita Suarez¹⁰, Palaus¹¹, Contin. Tournely^b), Antoine¹²; et Salmant.¹³ cum Sanchez, Avila, Coninck, etc. communiter; ex cap. 19 de purg. can., et cap. 14 de vita et hon. cleric. Consentit Fagnanus¹⁴. — Sed recte limitant Fagnanus et Glossa

⁹ Loc. cit., n. 10. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 160. — *Suar.*, disp. 26, sect. 3, n. 4. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 32, n. 3. — *Fill.*, tr. 17, cap. 2, n. 20 et 21. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Tr. 29, disp. 4, punct. 5, § 1, n. 5. — ¹² De Censur., cap. 4, qu. 1, n. 2. — ¹³ Tr. 10, cap. 5, n. 20. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. — *Avila*, part. 3, disp. 2, dub. 1, concl. 6. — *Coninck*, disp. 15, n. 6. — ¹⁴ In cap. *Quaesitum*, de cohabit. clericor., n. 30. — *Fagn.*, loc. cit.

Qualitas suspensionis colligenda ex verbis quibus fertur.

Quaedam consecratoria.

Quando nam suspensus invalide absolvat.

Quot modis feratur suspensio.

crato, aut faciendo solum *actiones non facientes ad substantiam celebrationi seu ordinis episcopalis* ».

¹⁾ Salmant., tr. 10, cap. 5, num. 15, haec dicunt de suspensus a jurisdictione.

316. — ^a) Et hoc tantum primum assertum habent auctores ex Bonacina allegandi.

^b) Contin. Tournely, de Censur., part. 2, cap. 2, art. 1, v. *Colliges 2*, id asserit de suspensus ab Ordine.

in clem. *Cupientes, de poenis, v. Suspensi*:
1°. Si crimen sit enorme; ut patet ex
cap. *Inter 10, de purg. can.* 2°. Si reus
contemnat suspensionem, nempe per an-
num in ea manendo; ut habetur ex
cap. *Cum bonae, de aetat. et qualit., etc.*
praeferendi. c).

« 4°. Suspensus ab Ordine non videtur
« suspensus a beneficio; quia beneficium
« non fundatur in Ordine. — Bonacina
« tamen dicit indirecte suspendi a fructi-
« bus ejus; quia, dum non potest facere
« officium, non potest percipere fructus ».
[Vide seq. n. 5].

« 5°. Suspensus a beneficio, etsi hoc ipso
intelligatur suspensus a recipiendis fru-
« ctibus ejus, non tamen ab officio sive
« jurisdictionis, sive Ordinis, etiam quod
« illi ratione ipsius beneficii competit.

Unde tenetur legere Horas, et caetera
« onera beneficii praestare, licet fructibus
« non fruatur: hoc enim debet sibi impu-
« tare. — Non tamen privatur commodo,
« quod provenit ex anniversariis stipendiis
« Missarum; nec eo, quod datur propter
« onus personale clerici: quia non sunt
« fructus beneficii. — Secus est de distri-
« butionibus quotidianis » [Ita etiam Na-
varrus d), Covarruvias e), etc. apud Sal-
mant. 1. Sed contradicunt Palaus 2; et iidem
Salmant. 3 cum Sanchez, Avila, Henri-
quez, etc.; quia poenae non sunt exten-

dendae, ubi non sunt in jure expressae,
prout nullibi id expressum habetur.] « licet
« ex his, vel aliis beneficii fructibus possit
« ali, si aliunde sustentari nequeat f). Bona-
« cina 4, Sayrus, Suarez, Filliuccius, etc. ».

Dubitatur 1°. *An suspensus a beneficio,
si sit pauper, possit fructus sibi retinere?*

Respondetur affirmative, si suspensio
est lata in poenam criminis omnino prae-
teriti (Vide dicta *Lib. III, n. 672*). — Se-
cus, si fuerit lata ob contumaciam; quia
non debet ab Ecclesia subveniri ei qui
voluntarie Ecclesiae disciplinam vilipen-
dit, cum libere possit a sua contumacia
recedere g). Ita Suarez 5, Filliuccius 6,
Renzi 7 cum communiori; et Diana 8 cum
Sayro, Turriano et Cornejo, Gordon, Co-
ninck et Avila.

Dicunt tamen Contin. Tournely 9, Diana;
et Renzi 10 cum Petro Navarra, Avila, Pel-
lizzario et Hurtado, quod, licet beneficia-
rius per se teneatur fructus restituere, si
tamen fuerit occulte suspensus h) et munia
debita jam impleat, poterit sibi retinere
partem quam dare deberet substituto: hi
enim non sunt fructus beneficii, sed sti-
pendium laboris. — Vide dicta *Lib. III,
dicto n. 672*.

Dubitatur 2°. *An suspensus a benefi-
cio censeatur suspensus etiam a benefi-
ciis, quae possidet in aliena dioecesi?*

Negat absolute Sayrus i); quia (ut ait)

*Sayr., loc. cit., n. 12 et seq. Turrian., lib. 4, disp. 40,
dub. 2. - Cornejo, de Suspens., disp. 2, dub. 4, qu. 1; cfr. de
Excom., disp. 10, § 1, dub. un., v. Et si roges. - Gordon.,
lib. 7, qu. 14, n. 36. Coninck, disp. 15, dub. 2, n. 12 et
seqq. Avila, loc. cit., concl. 6. 9 De Censur., part. 2,
cap. 2, art. 1, v. Dico 2. Diana, loc. cit., resol. 3. —
10 Loc. cit., qu. 7. Petr. Navar., de Restit., lib. 2, cap. 1,
n. 237. Avila, loc. cit. Pelliz., tr. 7, cap. 3, n. 30. -
Gasp. Hurt., de Suspens., diff. 4, n. 10.*

Suspensus
a beneficio,
si pauper:

modo po-
test fructus
retinere,

modo non
potest.

Limitatio.

Suspensus
a beneficio:

*Bonac., disp. 3, de Suspens., punct. 2, n. 5. — 1 Tr. 10,
cap. 5, n. 21. — 2 Tr. 29, disp. 4, punct. 5, § 1, num. 7. —
3 Loc. cit., n. 21. Sanch., de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. -
Avila, part. 3, disp. 2, dub. 1, concl. 6. - Henric., lib. 13,
cap. 32, n. 3. — 4 Loc. cit., n. 12. — Sayr., de Censur.,
lib. 4, cap. 6, num. 3, 8 et seqq. — Suar., disp. 27, sect. 2,
n. 5. — Fill., tr. 17, cap. 3, n. 37, 39, 43, 44, 53 et seqq. —
5 Loc. cit. — 6 Loc. cit., num. 53 et seqq. — 7 De Censur.,
tr. 3, cap. 1, sect. 2, qu. 7. — 8 Part. 5, tr. 10, resol. 3. -*

c) Cap. *Cum bonae*, ita profecto summa-
tur in corpore juris; textus tamen loquitur
de clericis qui « triennio » in suspensione re-
manserant.

d) Navarrus *Man., cap. 27, n. 160*, loqui-
tur (sicut et ceteri auctores hic citati) de sus-
penso ab officio, quem negat suspendi a be-
neficio, « quoad ea quae dantur non interes-
senti divinis officiis ».

e) Covarruvias, *de Matr., part. 2, cap. 6,
§ 8, n. 8*, ex parte tantum concordat, dicens
posse fructus percipere, si officium praestet,
nisi delictum propter quod privatur officio,
eum irregularem redderet.

f) Nisi tamen propter contumaciam sus-
penderetur.

g) Hic agitur de fructibus, qui necessarij
sunt ad ejus suorumque sustentationem. Et
generaliter id concedunt auctores citati, quam-
vis aliqui negent posse fructus retineri pro-
pria auctoritate, saltem si sit contumax.

h) Auctores citati, exceptis Avila et Na-
varra, non limitant ad occulte suspensum.
Quin etiam Navarra omnes fructus concedit
ei qui officium praestat.

i) Sayrus, *lib. 4, cap. 6, num. 21*, hanc
sententiam profecto refert, sed eam non am-
plectitur.

episcopus extra suum territorium nullam habet jurisdictionem:

Alii vero distinguunt: et negant, si suspensio sit lata ab homine; secus, si a jure, quia jus ubique locum habere debet. Ita Decius ^{j)} et alii, apud Sayrum ^{j)}.

modo suspenditur a beneficiis in aliena dioecesi.

modo non suspenditur.

Alii demum communius et probabilius, ut Renzi ^{k)}; et Contin. Tournely ^{l)} cum Pontas ^{l)}, pro certo habent, suspensionem comprehendere omnia beneficia, si sit a jure. — Si vero sit ab homine, dicunt intelligi tantum a beneficiis propriae dioecesis, quando est lata per statutum. Secus, si per sententiam: modo episcopus exprimat velle suspendere ab omnibus beneficiis; quia, licet ei non subjaceant beneficia alienae dioecesis, subjacet tamen persona suspensi, qui jus habet ad fructus beneficii: unde, cum suspensio impediatur ipsi jus exigendi, consequenter ille suspenditur ab omnibus beneficiis. Quando autem suspensio est per statutum generale, intelligitur lata solum circa beneficia in dioecesi.

Dubitatur 3^o. *An, si suspensus acquirat novum beneficium tempore suspensionis, collatio sit nulla?*

Affirmant ^{m)} Bonacina ¹ et Holzmann ² cum Palao et Mastrio; quia beneficia dantur propter officium; ergo suspensus a beneficio acquisito est etiam suspensus a beneficio acquirendo, cum non possit munia beneficii exercere. — Negant vero probabilius Suarez ³, Laymann ⁴, Antoine ⁵, Renzi ⁶; et Diana ⁷ cum Cornejo, Gordon,

Suspensio probabilius valide confertur novum beneficium.

¹ Disp. 3, de Suspens., punct. 2, num. 11. — ² De Poenis eccl., num. 240. v. *Dixi. Palaus*, tr. 29, disp. 4, punct. 5, § 1, n. 3. — *Mastr.*, Theol. mor., disp. 13, n. 95. — ³ Disp. 26, sect. 3, num. 8. — ⁴ Lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 1, n. 3. — ⁵ De Censur., cap. 4, qu. 2, resp. 1, n. 2. — ⁶ De Censur., tr. 3, cap. 1, sect. 2, qu. 9. — ⁷ Part. 5, tr. 10, resol. 7. *Cornejo*, de Suspens., disp. 2, dub. 4,

Praeposito, Coninck, etc. Hi dicunt, talem collationem esse quidem irritandam, sed non irritam; quia nulla poena debet infligi, nisi in jure sit expressa: nullibi autem haec poena habetur. Immo ex cap. *Cum bonae 8, de aetat. et qualit., etc. praeficiend.*, contrarium colligitur: dum ibi, cum aliqui quadriennium ⁿ⁾ mansissent in suspensione, mandavit Pontifex exspoliandos a beneficiis, tam ante, quam in suspensione acquisitis; ergo collatio fuerat valida.

« 6^o. Suspensus a beneficio potest nihilominus eligere, praesentare, conferre beneficium. Quia, etsi haec jura competant illi ratione beneficii, illi tamen aetus non sunt beneficii praecise ut sic, sed potius officii et jurisdictionis. — Bonacina ⁸.

« 7^o. Suspensus a beneficio vel Ordine, absolute et sine addito, intelligitur suspensus ab omni beneficio vel Ordine: nisi aliunde constet. — Bonacina ⁹.

« 8^o. Suspensus absolute intelligitur ab officio et beneficio. — Laymann ¹⁰ ».

317. — « 9^o. Suspenso capitulo vel conventu, non censentur suspensi singuli, nisi sint in culpa, ait Sà ¹¹ et Laymann ¹² ».

Quando suspensio fertur in solam communitatem, non afficit singulas personas, quoad munia particularia, sed tantum quoad officia vel beneficia totius communitatis. Ita communiter Bonacina ¹³, Holzmann ¹⁴; et Salmant. ¹⁵ cum D. Thoma ^{a)}, Avila ^{a)}, Henriquez ^{a)} Diana ^{a)}, etc. — Quod si aliqui exercent functiones com-

Suspensio lata in solam communitatem.

qu. 2. *Gordon.*, loc. cit., n. 38. *Praepos.*, de Suspens., dub. 2, n. 24. *Coninck*, disp. 15, n. 7 et 14. — ⁸ Disp. 3, de Suspens., punct. 2, n. 12. — ⁹ Loc. cit., n. 8. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 1, n. 2. — ¹¹ V. *Suspensio*, n. 13. — ¹² Loc. cit., cap. 2, num. 3. — ¹³ Disp. 1, de Censur., qu. 1, punct. 4, n. 11, v. *Sed modo*. — ¹⁴ De Poenis eccl., n. 248. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 5, n. 43.

^{j)} Decius, *in cap. Pastoralis*, § Verum, *de appellat.*, n. 25 et 26, priorem sententiam tenet et pro ea citatur a Sayro, *loc. cit.*, n. 21.

^{k)} Renzi tres sententias refert, *loc. cit.*, qu. 8; quamnam vero ipse amplectatur non explicat.

^{l)} Contin. Tourn., *loc. cit.*, v. *Dico 1* et Pontas, v. *Suspensio*, cas. 17, non habent primum membrum, ubi de suspensione lata a jure; quoad cetera concordant.

^{m)} Hic quaedam confusio irrepsit; aucto-

res enim citati pro affirmativa, ita sane docent de suspenso ab officio; et contra de eodem negant Suarez, Laymann, Antoine. Ceteroquin Holzmann, n. 244; Palaus, § 2, n. 3, de suspenso a beneficio tenent negativam, sicut pariter Suarez, *disp. 27, sect. 1, n. 25 et 26*, Laymann, Diana, Cornejo, et Praepositus, *locis cit.* — Gordon autem, loquitur de suspenso in genere.

ⁿ⁾ Lege: triennium.

317. ^{a)} D. Thomas, *in 4, dist. 18, qu. 2, art. 3, solut. 2, corp. et ad 2*; Avila, *part. 3,*

munitati tunc vetitas, dicunt Palaus ^{b)}, Suarez ^{b)}, Roncaglia ¹; et Salmant. ² cum Coninck ^{c)} et Cornejo ^{d)}, eos non incurrere irregularitatem; quia prohibitio illa non est proprie censura, sed potius inhabilitas particularium personarum ad talia officia.

In communitatem et singulas personas.

Si vero suspensio fertur in communitatem et in singulas ipsius personas, tunc non afficit innocentes, sed tantum delinquentes: nemo enim potest excommunicari aut suspendi pro culpa aliena; ut communiter docent Suarez ³, Sanchez ⁴; Salmant. ^{e)} cum Navarro, Soto et Palao; ac Escobar ⁵ cum Coninck, Avila ^{e)} Henriquez et Hurtado. — Et patet ex cap. 2, de Constit.; et clarius ex cap. Quaesivit, de

his quae fiunt a majori parte capit., ubi dicitur: *Cum peccata suos auctores tenere debeant, nec poena sit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.*

« 10°. Si praelatus solo verbo dicat sacerdoti: *suspendo te*, v. gr. a celebratione, videtur esse simplex tantum prohibitio, non censura; quia haec licite non fertur, nisi scripto ». [Ut n. seq. ad 2°]. — « Praelatus autem non debet praesumi velle peccare, nisi aliud constet de ejus intentione; aut nisi religio habeat privilegium ^{f)} absque scripto ferendi censuras. Vide Bonacina ⁶ ». [Ita etiam Salmant. ⁷ cum Navarro et Henriquez].

Suspensio ferenda in scriptis.

DUBIUM II.

Quae sint Suspensiones in particulari, et quis ab eis possit absolvere.

318. *Quae sint suspensiones juris communiores clericorum.* — 319. *Quae religiosorum.* — 320. *Quae episcoporum.* — 321. *An quis possit suspendi ob culpam levem.* — 322. *Quis possit absolvere a suspensione.*

318. « Resp. 1°. Suspensiones juris communiores sunt sequentes ^{a)} »:

« 1°. CLERICI ipso jure suspensi sunt: « 1°. Recipientes ordines sacros ab « alieno, vel a proprio in aliena dioecesi; « vel sine aetate legitima, aut dimissoriis, « aut titulo, vel extra tempora, aut non « servatis interstitiis, vel per saltum, vel in « censura; vel denique post matrimonium « ratum. Qui omnes suspensi sunt ab executione ordinum, nisi fecerint absque

« dolo: et si ordine utantur, fiunt irregulares. — 2°. Excommunicans, suspendens, aut interdicens sine scriptura et « causae expressione, est suspensus per « mensem ab ingressu ecclesiae: nisi sit « praelatus regularis. — 3°. Clerici scienter eligentes episcopum vel parochum « indignum, suspenduntur a beneficiis « biennio. — 4°. Ordinans et ordinatus « simoniace, est suspensus ab ordinibus. « — 5°. Parochi jungentes sponso alterius

Olim suspensiones juris 1° In clericos.

¹ Qu. 5, cap. 1, qu. 7, resp. 2. — ² Tr. 10, cap. 5, n. 47. — ³ Disp. 28, sect. 4, n. 2. — ⁴ De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 6. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 151. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 3, art. 1, v. *Tertium discrimen*. — *Palaus*, tr. 29, disp. 4, punct. 3, n. 2. — ⁵ Lib. 51, n. 56 et 57. — *Coninck*, disp. 15,

n. 22. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 34, §. 1. — *Gasp. Hurt.*, de Suspens., diff. 9, n. 25, v. *Suspensione vero*. — ⁶ Disp. 1, de Censur., qu. 1, punct. 8. — ⁷ Tr. 10, cap. 5, n. 8. — *Navar.*, lib. 2, consil. 3, de praesumptionib. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 5, n. 2; cfr. lib. 13, cap. 34, n. 3.

disp. 3, dub. 2, concl. 4; Henriquez, *lib. 13, cap. 34, n. 1*; Diana, *part. 5, tr. 10, resol. 22*, citantur a Salmant. pro alia propositione.

^{b)} Palaus, *tr. 29, disp. 4, punct. 3, n. 3*; Suarez, *disp. 28, sect. 4, num. 4*, hoc non habent.

^{c)} Coninck male citatur a Salmant.; hoc enim silentio praetermittit, *disp. 15, n. 23*.

^{d)} Cornejo, *de Suspens.*, *disp. 3, dub. 2*, v. *Sed respondeo*, satis rem innuit, dicens de suspensione quae fertur in collegium:

« Hujusmodi suspensio ... non habet proprietatem poenae respectu inferioris cui imponitur ».

^{e)} Salmant., *tr. 10, cap. 5, num. 45*; Avila, *loc. cit.*, *dub. 2, concl. 2*, non sine quibusdam distinctionibus hoc admittunt.

^{f)} De privilegio religionis non loquuntur Navarrus neque Henriquez.

318. — ^{a)} De suspensionibus latae sententiae hodie vigentibus, vide quae diximus supra not. a ad n. 208.

« parochiae, sine licentia. — 6°. Gravantes
 « alienis debitis ecclesias sibi commissas.
 « — 7°. Occupantes bona vel census eccle-
 « siae, beneficii, vel alterius pii loci. —
 « 8°. Sodomiam exercentes, simoniaci, pro-
 « vocantes ad duellum, vel acceptantes;
 « raptores, vel praebentes auxilium. —
 « 9°. Disputantes in alterutram partem,
 « in coetu virorum ac mulierum, de im-
 « maculata Conceptione B. Virginis. —
 « 10°. Visitantes, si accipiant pecuniam
 « vel munera. Qui, si sint episcopi, sus-
 « pensi sunt ab ingressu ecclesiae; si
 « inferiores episcopo, ab officio et benefi-
 « cio, usque dum restituant duplum. —
 « 11°. Judex ecclesiasticus (non episco-
 « pus), qui facit injuriam contra justitiam
 « et conscientiam, parti litiganti. — Vide
 « Bonacina ¹ ».

Adde 12°. Negantes absolutionem re-
 nuenti complicem manifestare: hi subja-
 cent suspensioni ferendae sententiae, ex
 bulla, *Ubi primum*, Benedicti XIV.

Adde 13°. Latini celebrantes ritu graeco,
 et Graeci ritu latino. — Bulla *Etsi pasto-
 ralis*.

319. - « 2°. RELIGIOSI. — 1°. Apostatae, re-
 « cipientes ordines in apostasia. — 2°. Ad-
 « mittentes ad professionem, ante annum
 « probationis peractum. — 3°. Non utentes
 « habitu et vestitu, modo sibi praescripto.
 « — 4°. Introducentes mulieres in mona-
 « steria ».

320. - « 3°. EPISCOPUS. 1°. Ordinans non
 « subditum suspensus est a pontificalibus
 « per annum. Ordinans vero invitum sus-
 « pensus est per annum a celebratione.

¹ Disp. 3, de Suspens., punct. 5. — *Bened. XIV*, bulla
Ubi primum, de die 2 Junii 1746. — *Bened. XIV*, bulla
Etsi pastoralis, § 6, n. 10, de die 26 Maji 1742. — ² Tr. 17,
 cap. 8, n. 139, 141, 151 et 159. — ³ Man., cap. 27, num. 151
 et 159. — *Armilla*, v. *Suspensio*, n. 1. - *Barthol. Medina*,
 Sum., lib. 1, cap. 11, § 8. - *Henriq.*, lib. 13, cap. 34, n. 1. -
⁴ Lib. 51, n. 58. — ⁵ Disp. 28, sect. 4, n. 7. — ⁶ De Matr.,
 lib. 9, disp. 32, n. 29. — ⁷ Tr. 29, disp. 4, punct. 3, n. 4. —
⁸ Tr. 10, cap. 5, n. 44. — ⁹ De Censur., confer. 4, n. 115. -

« — 2°. Admittens resignationes, contra
 « formam praescriptam. — 3°. Intrans mo-
 « nasteria monialium sine necessitate. —
 « Vide Filliuccius ² ».

321. - « Resp. II°. Praeter has suspen-
 « siones, aliae sunt *ab homine*. — Quae,
 « si sint graves, requirunt culpam mor-
 « talem; v. gr. ut quis suspendatur ab
 « omnibus actibus sui officii, vel fructibus
 « unius anni. Potest tamen aliquis ob pec-
 » catum veniale privari uno actu, v. gr.
 « eligendi ».

Sed hic dubitatur, *an ob peccatum ve-
 niale possit ferri suspensio?*

Affirmant Navarrus ³; item Armilla,
 Medina et Henriquez ^{a)}, apud Escobar ⁴.

Sed verius et communissime negant
 Suarez ⁵, Sanchez ⁶, Palaus ⁷, Salmant. ⁸;
 Elbel ⁹ cum Filliuccio; et Escobar ¹⁰ cum
 Laymann, Soto ^{b)}, Vasquez ^{c)}, Coninck et
 Hurtado, si suspensio sit *major*, nempe
 ab omni usu officii et beneficii, vel ab ali-
 quo eorum per notabile tempus. Tunc
 enim requiritur mortale; quia poena debet
 cum culpa proportionari: unde esset nulla
 suspensio, si ob peccatum veniale impo-
 neretur. — Secus vero, si suspensio esset
partialis, nempe tantum ab officio vel a
 beneficio, et ad breve tempus; ut Suarez ¹¹,
 Palaus ¹², Salmant. ¹³ et Bonacina ¹⁴. Qui
 idem dicit, si suspensio esset totalis, sed
 ad valde breve tempus, puta, ad diem vel
 hebdomadam ^{d)}. — Idem dicunt Sanchez ^{e)},
 Palaus ¹⁵; et Salmant. ¹⁶ cum Suarez, Cajeta-
 no ^{e)}, Vasquez ^{f)}, Tapia, etc., si suspen-
 sio sit ferendae sententiae. Nam contra, si
 sit latae sententiae, vel sit indicta a jure,

Ob pecca-
 tum veniale
 non potest
 ferri sus-
 pensio tota-
 lis.

Secus, si
 est partia-
 lis.

Vel feren-
 dae senten-
 tiaae.

Fill., tr. 17, cap. 4, num. 63. — ¹⁰ Lib. 51, num. 59 et 60.
Laym., lib. 1, tr. 5. part. 3, cap. 3, num. 2. *Coninck*,
 disp. 15, dub. 3, n. 24. - *Gasp. Hurt.*, de Suspens., diff. 17,
 n. 19. — ¹¹ Disp. 28, sect. 4, n. 7. — ¹² Loc. cit., n. 4. —
¹³ Cap. 5, n. 44. — ¹⁴ Disp. 1, de Censur., qu. 1, punct. 3,
 n. 7. — ¹⁵ Tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 3 et 4. — ¹⁶ Tr. 11,
 de Legib., cap. 2, num. 46. *Suar.*, de Legib., lib. 4,
 cap. 18, a num. 17. *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 10, art. 3,
 n. 3 et 4.

321. - ^{a)} Henriquez, *loc. cit.*, expresse in-
 telligit de suspensione ab homine.

^{b)} Sotus, quidquid dicat Escobar, hoc non
 habet, *in 4, dist. 22, qu. 3, art. 1*.

^{c)} Vasquez, *in 1am 2ae, disp. 158, cap. 5,*
n. 47 et 49, de suspensione absolute et sine
 distinctione loquitur, quam negat incurri nisi
 propter mortale.

^{d)} Bonacina utique haec dicit pro tempore

levi; non tamen exemplum affert diei unius
 vel hebdomadae.

^{e)} Sanchez, *Decal.*, lib. 6, cap. 4, n. 49
 et 50, ubi has distinctiones affert, loquitur
 de excommunicatione. Cajetanus vero male
 citatur a Salmant.; nam, *in 2am 2ae, qu. 186,*
art. 9, ad 2 dub., haec minime dicit. Cfr. etiam,
Sum. v. Praecepti transgressio.

^{f)} Vasquez pariter male citatur a Sal-

taliter ut incurratur sine alia monitione, non incurritur nisi ob mortale peccatum.

322. — « Resp. III^o. Habens episcopalem auctoritatem potest absolvere a suspensione non reservata. Et communiter religiosi, ex privilegiis, possunt absolvere ab omni suspensione in foro conscientiae; et episcopus potest absolvere ab omni suspensione juris, si Sedi Apostolicae specialiter reservata non sit. Laymann¹ ex Navarro, Suarez, etc. Immo etiam ab hac, si proveniat ex delicto occulto et non deducto ad forum contentiosum. Bonacina², ex Tridentino ».

Quis possit absolvere a suspensione.

Si suspensio sit imposita ad tempus, vel conditionale (v. gr. *donec* vel *nisi restituas*): tunc, termino transacto, de se tollitur suspensio sine absolute; ut Salmant.³ cum Coninck, Palao, Avila, Henriquez.

Si vero sit imposita absolute, quisque confessarius potest eam absolvere: nisi sit reservata, vel nisi requirat satisfactionem partis. — Cum autem fertur suspensio in communitatem, is tantum illam absolvere potest, qui in communitatem jurisdictionem habet in foro contentioso. Salmant.⁴.

DUBIUM III.

Quid sit Depositio et Degradatio: a quo, et ob quam causam ferri possit.

323. — « Subjici solent suspensioni depositio et degradatio (etsi censurae non sint, ut dictum est *Cap. I*) ob similitudinem quam habent cum suspensione; cum utraque sit ab ecclesiastico ordine aut beneficio. — Differunt autem a suspensione, quod illae auferant ipsum jus radicale et titulum beneficii, idque in perpetuum; suspensio non item. — Porro depositio generice accepta, alia est verbalis, quae absolute depositio dicitur: alia realis, quae dici solet degradatio ».

324. « Resp. I^o. Degradatio est privatio executionis officiorum et beneficiorum, simpliciter et in toto, et absque spe restitutionis, facta cum certa solemnitate, et privatione privilegii clericalis, tam canonis quam fori, ita ut saeculari curiae subdatur.

« Dixi: *exsecutionis*; quia Ordo ipse non potest tolli. — Interim degradatus tenetur ad votum castitatis, si fuit in sacris »; [Et invalide matrimonium contraheret; atque valide consecraret hostiam. Salmant.⁵ cum aliis] « et ad Horas, nisi has forte

« poena ad quam damnatur, v. gr. triremes, vel aliud impediatur ».

325. — « Resp. II^o. Depositio verbalis est similis privatio, sed sine solemnitate dicta; et relicto utroque privilegio canonis et fori ».

326. — « Resp. III^o Clerici possunt degradari a suo episcopo, sed non ab inferioribus illo: deponi tamen possunt ab eodem per vicarium ».

327. — « Resp. IV^o. Depositio fieri potest in casibus a jure expressis, et delictis: non tamen nisi gravioribus, arbitrio judicis. Ubi notat Laymann, crimen debere esse enorme, id est, unum ex maximis. — Degradatio similiter fieri potest in casibus tantum gravissimis: quales sunt v. gr. crimen haeresis manifestum, falsificatio litterarum Apostolicarum, sodomitia frequentata, gravis calumnia proprio episcopo irrogata. Vide Laymann⁶ et Filliuccium⁷ ».

Cum degradato solus Papa dispensare potest; sed cum deposito etiam episcopus, si crimen sit minus adulterio. — Salmant.⁸.

Quid, depositio verbalis.

A quonam fieri possit depositio.

Et quando nam.

Depositio differt a suspensione.

Quid sit depositio realis, seu degradatio.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 4, num. 2. — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 162. — *Suar.*, de Censur., disp. 29, sect. 2, v. *Supposita*. — ² Disp. 3, de Suspens., punct. ult., n. 5. — ³ Tr. 10, cap. 5, n. 53. — *Coninck*, disp. 15, n. 16 et 30. — *Palao*, tr. 29, disp. 4, punct. 9, n. 1. — *Avila*, part. 3,

disp. 6, dub. 1, concl. 1. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 35, n. 2, lit. x. — ⁴ Tr. 10, cap. 5, n. 52. — ⁵ Tr. 10, cap. 5, n. 60. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 5, n. 2, v. *Crimina*. — ⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 3, cap. 5, n. 6. — ⁷ Tr. 18, cap. 8, n. 207 et 208. — ⁸ Tr. 10, cap. 5, n. 68 et 69.

mant.; nam, *loc. cit.*, n. 47 et 49, dicit suspensionem annexam praecepto signum evidens

esse culpaе mortalis; nec distinguit inter suspensionem latae et ferendae sententiae.

CAPUT IV De Interdicto.

DUBIUM I.

Quid sit; et quotuplex.

328. *Quid est interdictum.* — 329. *Quotuplex est.* — 330. *An interdicta civitate, interdiciantur suburbia. Et an ecclesiae regularium.* — 331. *Qui eximantur ab interdicto generali personali. Et an, interdicto clero, interdiciantur religiosi, vel clerici non habentes beneficium aut officium.* — 332. *Quid, si interdiciantur cives aut civitas.*

Quid sit interdictum.

328. « Resp. I^o. Est censura ecclesiae prohibens divinatorum officiorum, sacramentorum aliquorum, et ecclesiasticae sepulturae usum, quatenus talis est. — Quod addo, quia excommunicatio eodem privat, quatenus est communicatio cum fidelibus; suspensio vero proprie non illum usum, sed exercitium potestatis ecclesiasticae impedit. — Vide Laymann¹, Bonacina² ».

Quotuplex sit.

329. - Resp. II^o. Interdictum dividitur:

« 1^o. In *locale*, quod immediate locum afficit; et in *personale*, quod immediate afficit personas; et in *mixtum*, quod immediate afficit locum et ejus incolas. — Differt autem locale a personali, quod in illo, participatio sacrorum officiorum tum indigenis, tum alienigenis, non absolute, sed in loco tantum interdicto; in hoc vero, certis personis aut communitati prohibeatur absolute, et in omni loco.

« 2^o. Interdictum tam locale, quam personale, subdividitur in generale et particulare. — *Generale* est, quo locus generalis (v. gr. civitas, provincia), vel quo communitas (v. gr. collegium, etc.) interdicitur. — *Particulare*, quo locus

« aut persona particularis, aut particularis res interdiciuntur ».

« Unde resolves:

330. - « 1^o. Interdicta civitate, interdiciuntur etiam suburbia; et interdicta parochia, etiam sacellum vel coemeterium contiguum, quia accessorium sequitur naturam principalis ».

Ita ex cap. *Si civitas, de sent. excom., in 6^o*, ubi etiam habetur quod, interdicta civitate per interdictum locale generale, sunt pariter interdictae ecclesiae exemptae regularium; nam alias interdictum esset elusorium^{a)}. Vide Salmant.³. Et hoc interdictum etiam clerici et regulares tenentur servare; immo idem episcopus, qui illud tulit: excepto Pontifice. Salmant.⁴ (Sed vide dicta *Lib. IV, n. 61, v. Infertur 3^o*).

331. - « 2^o. Interdicto populo, non interdiciuntur ii qui non sunt pars populi, ut studiosi, clerici, peregrini, etc. ».

Ita Salmant.⁵ cum Bonacina, Coninck, Avila, Lezana, Cornejo^{a)}, etc., communitur. — Et sic e converso, interdicto clero, non veniunt laici, ex cap. *Si sententia, de sent. excom., in 6^o*.

Hic autem notandum, quod ab interdicto personali generali eximuntur: 1^o. Episcopi (qui eximuntur etiam a suspensione

Interdicta civitate, interdiciuntur suburbia,

et ecclesiae regularium.

Quinam eximantur ab interdicto personali generali.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 1, n. 1. — ² Disp. 5, de Interdicto, part. 1, num. 1. — ³ Tr. 10, cap. 6, num. 9. — ⁴ Tr. 10, cap. 6, n. 8. — ⁵ Loc. cit., n. 15 et 16. *Bonac.,*

disp. 5, de Interdicto, punct. 1, num. 15 et 20. *Coninck,* disp. 17, n. 8 et 12. — *Avila,* part. 7, disp. 1, dub. 4, concl. 6 et 10. *Lesana, Sum., v. Interdictum,* n. 5.

330. - ^{a)} Cap. *Si civitas*, non loquitur de ecclesiis exemptis regularium; sed rationem profecto habet cur istae comprehendantur in interdicto locali generali, scilicet: « ne vilipendi valeat sententia interdicti, ... expedit interpretationem fieri latiore ». In Trident. autem, sess. 25, de regular., cap. 12, quod

citant etiam Salmant., revera haec habentur: « Censurae et interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante episcopo a regularibus in eorum ecclesiis publicentur atque serventur ».

331. - ^{a)} Cornejo, quidquid investigare poterim, haec non habet.

generali). — 2°. Infantes et amentes, doli incapaces: privantur tamen ecclesiastica sepultura. — 3°. Innocentes, statim ac alibi domicilium collocant. — 4°. Exteri, etsi per multum tempus inter illos cives habitent. — Vide Salmant. ¹.

« Nec, interdicto clero, interdicuntur « religiosi; quia in favorabilibus tantum « nomine cleri comprehenduntur ».

Ita tenendum cum Salmant. ². — Nisi religiosi beneficium vel officium in illo populo haberent. Salmant. ^b).

Notandum etiam quod, interdicto clero,

non veniunt clerici, qui non gaudent privilegio fori; nec alii clerici, qui ibi non habent beneficium aut officium. Nam hi non constituunt unum corpus cum clero. — Salmant. ³.

332. - « 3°. Si dicatur: *Cives* (v. gr.) *Colonienses sunt interdicti*, ii nusquam possunt interesse divinis (nisi tamen desinant esse istic cives, nec causam dederint « interdicto). — Contra vero, si civitas « interdicto subjiciatur, licet civibus aut « incolis, qui causam interdicto non dederunt, alio ire et istic divinis interesse ».

Quid, si interdicantur cives,

aut civitas.

DUBIUM II.

Qui sint Effectus Interdicti.

333. *Effectus interdicti sunt*: I. *Prohibitio divinatorum officiorum*. — 334. II. *Prohibitio sacramentorum, excepto Baptismo, etc.* — 335. III. *Prohibitio sepulturae*. — 336. IV. *Pecatum mortale, quod committitur a violentibus interdictum*. — *Item irregularitas, quae incurritur a clericis; et excommunicatio a religiosis*.

333. - « Resp. Sunt sequentes:

« I°. *Prohibitio divinatorum officiorum* ».

Nomine divinatorum officiorum, veniunt omnia quae a solis clericis fieri possunt: non autem officium B. V. Mariae, defunctorum, etc., si dicatur privatim et in loco non deputato ad illa. — Communiter Palaus, Suarez, Bonacina et Salmant ⁴.

« Unde etiam interdicti ob alienam « culpam, non possunt interesse Sacro. — « Clerici tamen et religiosi, quando ipsi « interdicti non sunt, possunt ac debent, « ut ante, missas divinaeque officia celebrare; sed januis clausis, non pulsatis « campanis (nisi ad concionem, salutationem angelicam, vel obitum alicujus), « submissa voce, et exclusis interdictis ». — [Ita ex cap. *Alma mater, de sententia excom.*, in 6°].

Nomine clericorum et monachorum (quia laicis nihil conceditur) veniunt omnes utriusque sexus, qui gaudent privilegio fori et canonis. Nomine ecclesiarum, ve-

niunt etiam eremitoria et hospitalia, auctoritate episcopi erecta; non vero oratoria privata saecularium. — Ita Salmant. ⁵ communiter.

Dicitur autem: *exclusis interdictis*; modo (intelligitur) sint denunciati: ex concilio Constantiensi. Et intelligitur tam de dantibus causam interdicto, quam interdictis personaliter. Quare, si interdicti post monitionem exire nolint, et canon Missae incoeptus non sit, cessandum a celebratione; aliter celebrans incurret irregularitatem. Hoc tamen procedit, si celebretur in loco interdicto; quia ibi non censetur data facultas celebrandi, nisi, exclusis, etc. — Secus vero, si celebratio fiat in loco non interdicto; ut dicunt Holzmann ⁶; et Mazzotta ⁷ cum Suarez. Unde ait Holzmann cum alio auctore, quod tunc debet expelli interdictus. Si vero nequeat expelli, non tenetur celebrans cessare; quia id nullibi praecipitur, sicut praecipitur de excommunicatis vitandis.

¹ Tr. 10, cap. 6, num. 13 et seqq. — ² Tr. 10, cap. 6, num. 17. — ³ Loc. cit., num. 16. — Palaus, tr. 29, disp. 5, punct. 4, § 2, n. 1. — Suar., de Censur., disp. 34, sect. 3, a n. 6. — Bonac., disp. 5, de Interdicto, punct. 4, a n. 1.

⁴ Tr. 10, cap. 6, n. 50. — ⁵ Loc. cit., n. 56. — ⁶ De Poenis eccles., num. 281. — ⁷ Tr. 8, disp. 4, qu. un., cap. 2, § 1, v. *Conditio 3*. — Suar., disp. 34, sect. 2, num. 9 et 10. — Holzmann, loc. cit.

^b) Salmant., loc. cit., n. 17, aiunt religiosum interdicto subjici qui, segregatus a com-

munitate sua, habet officium aut beneficium in loco cujus clerus est interdictus.

Exceptio-
nes.

« Permittitur tamen, ut in festis Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, Assumptionis » [B. Virginis] « et per octavam Corporis Christi, divina officia cantentur solemniter, admissis etiam interdictis: dummodo qui causam interdicto dederunt altari nec appropinquent, nec veniant ad offertorium vel communionem ».

Hinc, his diebus, interdicti tenentur audire Missam. Qui vero privilegium habent audiendi, possunt etiam abstinere ab audiendo Sacro ^{a)}, se conformando juri communi. — Salmant. ¹ cum Cornejo, Diana, Cano, Coninck, Avila, etc.

Regulares autem possunt admittere ad divina officia famulos, procuratores, advocatos, operarios, beatas, tertiarios, si hi non sint specialiter interdicti, nec causam interdicto dederint.

334. - « II^o. *Prohibitio administrationis sacramentorum.*

« Excepto Baptismo, Confirmatione et Poenitentia » [Ut habetur ex cap. *Alma mater, de sent. excom., in 6^o*. Et Baptismus conferri potest etiam solemniter, ut Salmant. ² cum communi; atque a ministro interdicto generaliter, non autem specialiter. Salmant. ³. Et idem dicitur de sacramento Poenitentiae ⁴] « quae omnibus permittuntur: — iis exceptis qui interdicto causam dederunt, etiam au-

« xilio, consilio vel favore ». [Et exceptis personaliter et specialiter interdictis: nisi prius praestent satisfactionem debitam, si possint; aut si non possint, cautionem saltem juratoriam. Salmant. ^{a)}].

« Eucharistia tamen potest dari mortuis et deferti cum lumine et camera ».

An autem clerici, quibus conceditur Missam audire, ut supra, possint communicare? — Adest duplex sententia: vide Salmant.

Tenent autem Salmant. ⁶, sacramenta Ordinis et Extremae Unctionis non posse recipi ab interdictis, nec tempore interdicti. — Sed quoad Extremam Unctionem, contradicit Croix ^{b)} cum Suarez ^{b)} et Dicastillo ^{b)}. — Religiosos autem commune est, tempore interdicti posse recipere communionem et Extremam Unctionem. Salmant. ⁷ cum Laymann ^{c)}, Palao ^{c)}, Navarro ^{c)}, etc.

« Nec improbable est interdictis licere contrahere matrimonium; ut Sanchez, Coninck et Laymann docent (contra Suarez). — Quia hoc sacramentum secundum substantiam, non ab Ecclesia, sed ab ipsis contrahentibus ministratur ».

Et merito hanc sententiam probabiliorum ^{d)} putant Salmant. ⁸ cum Coninck, Laymann, Palao, Avila, etc.; ex cap. *Capellanus, de feriis*, ubi dicitur, matri-

De Eucharistia.

De Ordine et Extrema Unctione.

De Matrimonio.

2^{us} effectus: Prohibitio administrationis sacramentorum.

De Baptismo et Confirmatione.

De Poenitentia.

¹ Tr. 10, cap. 6, n. 14. Cornejo, disp. 2, § 2, qu. 1. Diana, part. 1, tr. 11, resol. 2, et part. 4, tr. 4, resol. 80. - Coninck, disp. 17, dub. 2, n. 28. Avila, part. 5, disp. 4, sect. 2, dub. 6. — Cap. *Alma mater*, cum cap. *Quoniam* 19, ejusd. tit. — ² Loc. cit., n. 34. — ³ Loc. cit., num. 35. — ⁴ Loc. cit., n. 38. — ⁵ Loc. cit., n. 41 et seqq. — ⁶ Loc. cit.,

n. 44. ⁷ Tr. 10, cap. 6, n. 48. — Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 8, num. 1 et 5. Coninck, disp. 17, dub. 2, num. 48. Laym., lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 2, n. 1. - Suar., disp. 33, sect. 1, n. 52. - ⁸ Loc. cit., num. 47. Coninck, loc. cit. Laym., loc. cit. - Palaus, tr. 29, disp. 5, punct. 4, § 1, n. 25. Avila, part. 5, disp. 4, sect. 1, dub. 6.

333. - ^{a)} Diebus festis, quae a jure non excipiuntur. Praeterea exemptio ista non valet pro clericis et religiosis, dicunt auctores citati.

334. - ^{a)} Salmant., loc. cit., n. 37, haec habent ubi de sacramento Poenitentiae tractant: praeterea limitatio: nisi praestent satisfactionem vel cautionem, videtur referri apud Salmant., non quidem ad interdictos specialiter, sed ad illos quorum culpa, dolo, auxilio, admissum est scelus propter quod latum est interdictum.

^{b)} Croix, lib. 7, n. 201, de casu longe diverso loquitur. — Praeterea Suarez, de Censuris, disp. 33, sect. 1, n. 18 et seqq.; Dicastillus, disp. 5, n. 130 et seqq., negant Extremam Unctionem posse dari tempore interdicti vel

interdictis; nisi (limitat Dicast.) speciali privilegio alicui concessum sit, vel nisi infirmus aliud sacramentum recipere nequeat.

^{c)} Laymann, lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 2, n. 1, de communionem concordat: de Extrema Unctione vero negat, « si speciali privilegio muniti non sint ». — Palaus, tr. 29, disp. 5, punct. 4, § 1, n. 15 et 19, quoad utrumque concordat. Sed pro Extrema Unctione explicat de religiosis mendicantibus et de his qui eorum privilegiis communicant. — Navarrus denique utrumque negat, nisi habeant speciale privilegium.

^{d)} Scilicet Salmant., Palaus et Avila probabiliorum existimant; Coninck dicit esse communem; Laymann simpliciter eam sententiam tenet.

monium quocumque tempore posse contrahi ^{e)}.

Quid, si interdictum est injustum.

Nota deinde hic cum Salmant. ¹, quod si interdictum sit latum ex sententia injusta, quae videbatur justa secundum probata, in foro externo debet servari; sed non in interno: quare cessante scandalo, possunt audiri Sacra, recipi sacramenta. — Religiosi tamen, quando interdictum servatur ab ecclesia cathedrali vel matrice, tenentur illud servare; etiamsi illud sit nullum ex quocumque capite, ex *clement. 1, de sent. excom.* Vide Salmant. ².

3^{us} effectus: Prohibitio sepulturae ecclesiasticae.

335. — III^o. *Prohibitio sepulturae ecclesiasticae*, etiam respectu infantium et « amentium. — Excipe tamen clericos, qui in « interdicto locali, si nominatim interdicti « non sunt, nec interdictum violarunt, pos- « sunt cum silentio sepeliri. Laymann ³ ».

Clerici igitur, in interdicto generali locali vel personali, possunt sepeliri in ecclesia ^{a)}, etiam cum Missa; sine tamen pompa. In ecclesia vero specialiter interdicta possunt sepeliri sine Missa. Salmant. ⁴ cum Covarruvias ^{b)}, Palao, etc. Laici tamen sepeliendi sunt in loco non sacro, etiam infantes; et si forte ibi sepulti sint, exhumari debent. Cessante autem interdicto, omnes in loco sacro reponendi. Salmant. ⁵ cum communi.

¹ Tr. 10, cap. 6, n. 30. — ² Loc. cit., n. 30 et 31. — ³ Loc. cit., cap. 2, n. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 75. *Palao*, tr. 29, disp. 5, punct. 4, § 3, n. 8 et seqq. — ⁵ Loc. cit., n. 69. — ⁶ Loc. cit., n. 80. — *Bonac.*, disp. 5, de Interd., punct. 7, n. 3 et 4. *Palao*, loc. cit., punct. 5, n. 2 et 3. ⁷ Loc. cit.,

336. « IV^o. *Clerici violantes interdictum, peccant mortaliter* ».

4^{us} effectus: Peccatum mortale patratum a violentibus interdictum.

Ita etiam Salmant. ⁶. Sed excusat parva materia, nempe si clerici exercent functiones, quae a laicis fieri possunt. Bonacina, Palao, etc. cum Salmant. ⁷. Item, si brevi permittant ostium apertum. — At clerici exercentes Ordinem sacrum, si sint specialiter interdicti, vel in loco specialiter interdicto, vel in loco generaliter interdicto, januis apertis, etc. (ut supra), peccant graviter et incurrunt irregularitatem. Vide Salmant. ⁸. Admittentes autem laicos interdictos ad officia divina, interdicuntur ipso facto ab ingressu ecclesiae, id est non ad orandum private in ipsa, sed ad exercendos ibi ordines sacros; ut dicunt Palao, Coninck ^{a)}, Laymann ^{a)}, etc. cum Salmant ⁹.

« Sicut etiam religiosi utriusque sexus: « — qui insuper excommunicantur de « facto.

« Laici vero peccant quidem graviter, « si contra interdictum personale recipiant « sacramenta. Si vero tantum violent lo- « cale, v. gr. audiendo divina officia, pro- « babilius est, tantum esse veniale: dum- « modo ipsi personaliter interdicti non « sint. — Laymann ¹⁰, ex Silvestro ^{b)}, Soto, « Avila, etc. ».

n. 81. — ⁸ Tr. 10, cap. 6, n. 87. — *Palao*, tr. 29, disp. 5, punct. 4, § 4, num. 2 et 5. ⁹ Loc. cit., num. 87, 89 et 91. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 3. — *Soto*, in 4, dist. 22, qu. 3, art. 3, concl. 6. *Avila*, part. 5, disp. 5, dub. 2, v. *Quamvis haec*.

^{e)} Cap. *Capellanus* hoc profecto dicit, sed loquens de temporibus feriatis.

335. — ^{a)} Vel quolibet loco sacro.

^{b)} Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 2, § 2, n. 7, v. Clericis*, haec scribit: « Clericis etiam decedentibus qui interdictum servaverint, concessum est ut absque campanarum pulsatione, cessantibus solemnitatibus, cum silentio in coemeterio ecclesiae sepeliantur;... id vero ita intelligendum est, ut procedat in generali interdicto, vel in speciali quoad clericos illius ecclesiae ».

336. — ^{a)} Coninck, *disp. 17, n. 59*; Laymann, *loc. cit., part. 4, cap. 1, n. 4*, explicant solum quid intelligatur per interdictum ab ingressu ecclesiae. Et tota citatio videtur restringi apud S. Alphonsum ad hoc punctum, licet, *locis cit.*, ceteri auctores quoad omnia concordent.

^{b)} Silvester, *v. Interdictum VI, n. 7*, ait laicos violantes interdictum peccare graviter, « quando id faciunt ex contemptu, non aliter, nisi in quatuor casibus positis in clem. 1 de sepult. et in clem. Gravis, de sent. excom. ».

DUBIUM III.

Quis censuram Interdicti ferre, et quis tollere possit.

337. *Qui possint interdictum ferre. Et an, ad illud incurrendum, requiratur culpa gravis.* — 338. *Qui possint tollere interdicta generalia a jure non reservata.* — 339. *Qui personalia particularia.* — 340. *De cessatione a divinis.*

Qui pos-
sint interdi-
ctum ferre.

337. - « Resp. I^o. Interdicere possunt
« iidem, qui excommunicare et suspen-
« dere ».

Hodie episcopi sine consensu capituli
(nam olim aliter erat) possunt interdicere
quoscumque generaliter, aut specialiter,
ex consuetudine introducta. Salmant.¹
cum Panormitano^{a)}, Suarez, Palao, Sayro,
etc. — Praelati autem regulares possunt
interdicere suos subditos; non autem suas
ecclesias^{b)}. Salmant.² cum eisdem.

« Et quidem, ut determinata persona
« interdicatur, videtur requiri culpa mor-
« talis ».

Ejusdem personae; ut Salmant.³ In-
terdictum enim personale particulare ne-
quit imponi pro culpa aliena. — Interdi-
ctum autem ad breve tempus, in ordine
ad unum tantum, vel alterum effectum,
potest incurri etiam ob peccatum veniale.
Salmant.⁴ cum Palao, Coninck, etc.

« Ut autem feratur interdictum locale,
« vel generale in communitatem, requi-
« ritur peccatum valde grave, cum con-
« tumacia commissum a capite, vel prae-
« cipuis membris; licet reliqui culpa va-
« cent ».

338. - « Resp. II^o. Interdicta localia, et
« personalia generalia, quae jure com-
« muni sunt imposita nec reservata, pos-
« sunt tolli ab episcopo, vel alio habente
« jurisdictionem in communitatem inter-
« dictam. — Non tamen a religiosis pri-
« vilegiatis; quia locus et communitas
« foro poenitentiae non subjiciuntur ».

¹ Tr. 10, cap. 6, n. 19. *Suar.*, disp. 36, sect. 1, n. 6. - *Palaus*, tr. 29, disp. 5, punct. 3, § 1, num. 2. *Sayr.*, lib. 5, cap. 10, num. 20, v. *Quinta*. - ² Loc. cit., num. 20. - ³ Loc. cit., n. 21. - ⁴ Loc. cit., n. 22. *Palaus*, loc. cit., § 2, n. 9. *Coninck*, disp. 17, dub. 1, n. 24. - ⁵ Tr. 10, cap. 6, n. 100. *Suar.*, disp. 39, sect. 2, n. 16 et sect. 4,

Interdicta generalia lata ab homine
non possunt tolli, nisi ab eo qui tulit, vel
a Papa. — Vide Salmant.⁵

339. - « Resp. III^o. Ab interdicto juris
« personali particulari, si reservatum non
« est, quivis approbatus potest absolvere.
« — Denique, per privilegium absolvendi
« ab omnibus censuris, non intelligitur po-
« testas tollendi interdictum locale, aut
« personale communitatis ».

DE CESSATIONE A DIVINIS.

340. - Cessatio a divinis est: *Prohi-*
bitio clericis facta, ut abstineant ab offi-
ciis divinis, et ecclesiastica sepultura. Pu-
tant autem Suarez et Filliuccius (contra
alios) apud Salmant.⁶, posse episcopum
unum effectum prohibere, et non alterum.
— Haec cessatio distinguitur ab interdi-
cto, et non est censura; imponiturque in
signum moeroris, vel ad reparationem
gravissimae injuriae Deo irrogatae; affi-
citque omnes qui sunt in loco illo, ubi
imponitur. Vide Salmant.⁷

Dubitatur autem: *an, hac cessatione*
indicta, clerici gaudeant privilegio eis
concesso tempore interdicti? — Negant
communius Salmant.⁸ cum Palao, Bona-
cina, Filliuccio, Sanchez, etc. (contra ali-
quos); quia cessatio est novum gravamen,
ultra interdictum. — Potest tamen ces-
satio suspendi per aliquot dies solemnes.
Vide Salmant.⁹

Sacramenta vero concessa tempore in-
terdicti, ut supra, conceduntur etiam tem-

Quid sit ces-
satio a divi-
nis.

Clerici non
gaudent
privilegio
concesso
tempore in-
terdicti.

num. 4. - *Fill.*, tr. 18, cap. 7, num. 172 et 187. - ⁶ Loc. cit. num. 103. - ⁷ Loc. cit., num. 102. - ⁸ Loc. cit., num. 104. - *Palaus*, tr. 29, disp. 5, punct. 9, § 2, num. 6. *Bonac.*, disp. 6, punct. 1, v. *Tertio et v. Hinc licet*. *Fill.*, loc. cit., num. 168 et 170. *Sanct.*, de Matr., lib. 7, disp. 8, n. 14. - ⁹ Loc. cit., n. 105.

337. - ^{a)} Panormitanus utique hic citatur
a Salmant.; sed loco citato, id est, *in cap. 1,*
de excessib. praelat., n. 2, tractat de excom-
municatione et suspensione: licet in fine his
verbis concludat: « Sed hodie episcopi prae-

scripserunt jurisdictionalia contra capitula,
et valet talis consuetudo et praescriptio ».

^{b)} Nisi tamen habeant jurisdictionem in
plebem, uti dicunt Salmant. cum iisdem aucto-
ribus, Panormitano excepto.

Ad illum
incurren-
dum quae-
nam requi-
ratur culpa.

Qui pos-
sint interdi-
ctum tol-
lere.

pore cessationis. — Palaus, Bonacina ^{a)}, Suarez ^{a)}, etc. cum Salmant. ¹.

Cessatio imponitur ab iisdem, qui possunt ferre censuras, praecedentibus monitionibus. — Vide alia apud Salmant. ².

Quid, de usu stratorum in ecclesiis.

Demum hic obiter notandum id, quod habetur in decreto S. C. Caeremoniarum, scilicet: *Non licere cuicumque, etc. (ipsis personis regalibus tantum exceptis) ad ecclesias strata sibi deferri facere; et si secus actum fuerit, immediate cessandum fore a divinis. Quod nisi servetur, rectores caeterosque ecclesiarum ministros ipso facto excommunicationis poenam ... incurrere, eamque ecclesiam ... habendam*

Palaus, tr. 29, disp. 5, punct. 9, § 2, n. 11. — ¹ Tr. 10, cap. 6, n. 107. — ² Loc. cit., n. 109. — ³ Part. 3, decret. Congr. Cardin., decret. 1 S. C. Caeremon., de die 30 Maji

esse pro interdicta. Hoc decretum per scriptum est in Bullario Clementis XI³. Ac deinde notatur ibi: *Et facta... relatione ... Sanctitas Sua* (id est, praefatus Clemens) *decretum praefatum approbavit, necnon promulgari atque executioni tradi, et in omnibus Urbis sacrariis affigi mandavit. Die 3 Octobr. 1701*. Ita apud Ferraris ⁴.

Qui praeterea refert, ex pluribus decretis S. C. Rituum, esse vetitum praebere evangelium inter missarum solemnias laicis ad osculandum; sicut etiam praestare ipsis usum throni, eosque admittere ad assistendum in presbyteriis.

et 3 Octobr. 1701. — ⁴ V. *Ecclesia*, art. 5, num. 28 et 29. — S. R. C., vide Decreta auth., n. 273, 1792, 1831, aliaque passim.

340. — ^{a)} Bonacina, *disp. 6, punct. 3, n. 5*, quoad communionem dicit: per modum via-

tici; et, *n. 7*, excludit matrimonium. Item Suarez, *disp. 32, sect. 2, n. 18 et seqq.*

CAPUT V.

De Irregularitate.

« Etsi Irregularitas non sit censura, « ea habet, communiter eidem annectitur :
 « propter similitudinem tamen quam cum « quapropter et hic subjungo ».

DUBIUM I.

Quid, et quotuplex sit Irregularitas.

341. *Definitio irregularitatis. - An irregularitas sit censura. - Dupliciter dividitur irregularitas.*

Quid sit irregularitas.

341. « Resp. I^o. Est impedimentum « canonicum, susceptionem ordinum sacerdotum, et susceptorum usum impediens. « Unde sequitur, non esse censuram, sed « quasi inhabilitatem: etsi enim interdum « imponatur per modum poenae, proprie « tamen poena non est. — Laymann¹, « Bonacina² ».

Quaeritur: *an irregularitas sit censura?*

Juxta alios, irregularitas est censura.

Prima sententia affirmat^{a)}; et hanc tenent Sotus³; et Bañez, Covarruvias^{b)}, Ledesma, Gutierrez, Cornejo, Corduba, etc. apud Salmant.⁴ — Ratio, quia (ut ajunt) definitio censurae, quod sit poena ecclesiastica, aequae convenit etiam irregularitati.

Probabilius non est censura.

Secunda vero sententia communior et probabilior, quam tenent Suarez⁵, Bonacina⁶, Palaus⁷; et Salmant.⁸ cum Coninck, Valentia, Avila, Henriquez, Candido, Machado, etc., docet, irregularitatem non esse censuram, sed potius impedimentum seu inhabilitatem. — Idque non obscure probatur ex cap. *Quaerenti, de verbor.*

signif., ubi Innocentius III, interrogatus, quid in bullis pontificiis intelligeretur nomine *censurae*, respondit: *Quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi.* Cum igitur Pontifex hic dogmatice et indefinite locutus fuerit, enuntiando poenas quae veniunt nomine censurae; praeter eas, non est irregularitas, neque alia admittenda.

« Resp. II^o. Dividitur 1^o. In eam, quae « est *ex delicto*, et quae est *ex defectu*. « — 2^o. In *totalem*, seu proprie dictam, quae « omni Ordine suscipiendo, et suscepti « exercitio privat, v. gr. homicidium, bigamia; et in *partialem*, quae aliquo tantum Ordinis ministerio privat, vel solo « ascensu ad Ordinem superiorem: v. gr. « oculis vel palma sacerdos carens inhabilis est ad missam, non tamen ad confessiones audiendas; et diaconus sinistro « oculo carens inhabilis est ad sacerdotium, in suo tamen Ordine ministrare « potest ».

Quotuplex dividatur irregularitas.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, num. 1. — ² Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 1. — ³ In 4, dist. 22, qu. 3, art. 1, vers. *Secundum discrimen*. Bañez, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, dub. 1. Petr. Ledesma, Sum., de Censur., cap. 1, concl. 3. Gutier., Canon. quaest., lib. 1, cap. 3, n. 6. Cornejo, de Censur. i. g., disp. 1, dub. 2. - Cordub., Quaest. lib. 5, qu. 43, dub. 4. ⁴ Tr. 10, cap. 1, num. 11. — ⁵ De Censur. disp. 1, sect. 3, nom. 2 et 3. — ⁶ Disp. 7,

de Irreg., qu. 1, punct. 1, num. 2. — ⁷ Tr. 29, disp. 1, punct. 1, num. 3 et 4. — ⁸ Tract. 10, cap. 1, num. 12. Coninck, disp. 13, dub. 1, num. 5; cfr. etiam disp. 18, num. 1. Valent., tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 1. Avila, part. 1, dub. 5. Henric., lib. 13, cap. 2, num. 1, lit. a. Candid., disquis. 22, artic. 2, dub. 4. Machad., Perfecto confessor, lib. 1, part. 3, tract. 2, docum. 1^o num. 1.

341. - a) De irregularitate scilicet quae ex delicto est. Nemo enim contendit irregularitatem ex defectu esse censuram.

b) Quidquid dicant Salmant., Covarruvia hoc non habet in cap. Alma mater, part. 2, § 2, n. 1.

DUBIUM II.

Quinam Effectus Irregularitatis.

342. *Effectus irregularitatis sunt: I. Inhabilitare ad ordines suscipiendos. II. Impedire exercitium ordinum. III. Invalidare collationem beneficii. An id valeat de beneficio simplici.* — 343. *An collatio tunc sit ipso jure irrita.*

342. — « Resp. Sunt sequentes:

Inhabilitat
ad ordines
suscipien-
dos.

« I^o. Inhabilitare ad ordines suscipiendos, etiam primam tonsuram ». — [Ut communiter docent Suarez ¹, Palaus ², Bonacina ³; et Salmant. ⁴ cum Avila et Diana].

Impedit
exercitium
ordinum.

« II^o. Impedire exercitium ordinum susceptorum » [Ex *cap. fin. de temp. ordin.*, et *cap. 21, de accusat.*]. — Unde sacerdos irregularis, etsi valide, illicite tamen absolvit. — Bonacina ^{a)} ».

« III^o. Quod collatio beneficii, ad cujus functiones inhabilis est, facta irregulari, invalida sit, secundum sententiam communiorem et tutiorem. Etsi non improbabiler quidam dicant, eam non ipso facto irritam esse, sed merito irritandam. Laymann ^{b)}, Silvester ^{b)}, etc. Bonacina ^{b)}. — Secundum quam sententiam probabilem, resolves:

« I^o. Is, qui beneficium impetravit in irregularitate, potest, obtenta hujus dispensatione, illud in foro conscientiae licite retinere, sine nova collatione; etiamsi in dispensationis impetratione non sit facta mentio beneficii. — Item,

« si postea beneficio privetur, non tenetur fructus restituere.

« 2^o. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum Ordinis, aut suscipit; licet ordines ei collati sint validi ». — Ita etiam Palaus ⁵; et Salmant. ⁶ cum Cornejo. — Et sic etiam peccat graviter irregularis, suscipiens primam tonsuram: sicut ac episcopus, qui eam illi confert ^{c)}; — ut Suarez ⁷, Bonacina ⁸, Palaus ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Avila, Cornejo et Gibalino.

Insuper hic notandum, quod irregularitas nullo modo privat iis actionibus, quae non requirunt exercitium Ordinis, et quas etiam laici exercere possunt, ut recipere sacramenta, officia canere, sicut et conferre beneficia; quia haec spectant ad usum jurisdictionis, non Ordinis. Item, matrimonio assistere, vel licentiam assistendi alteri praebere; dispensare in votis, absolvere a censuris, dare facultatem audiendi confessiones. — Ita Palaus ¹¹, Bonacina ¹², Laymann ¹³, Renzi ¹⁴ cum Filliuccio et Suarez, ac Salmant. ¹⁵ cum Coninck et Cornejo ^{d)}.

Irregularitas privat solum exercitium Ordinis.

¹ Disp. 40, sect. 1, n. 11, v. *Respondeo*. — ² Tr. 29, disp. 6, punct. 5, num. 2. — ³ Disp. 7, de Irreg., qu. 1, punct. 1, n. 4. — ⁴ Tract. 10, cap. 7, n. 22. *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 1. *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 88. — ⁵ Loc. cit., n. 1. — ⁶ Tr. 10, cap. 7, n. 21. — *Cornejo*, de Irregul., qu. 5, disp. 5, dub. 1. — ⁷ Disp. 40, sect. 2, n. 2. — ⁸ Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 4. — ⁹ Loc. cit., n. 2. — ¹⁰ Loc.

cit., n. 22. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 1. — *Cornejo*, loc. cit. *Gibal.*, de Irregul., cap. 2, qu. 3, n. 3. — ¹¹ Loc. cit., n. 4 et 14. — ¹² Loc. cit., n. 5, 15 et seqq. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 3. *Fill.*, tr. 19, cap. 3, n. 74; cfr. etiam n. 64, 75 et seqq. — *Suar.*, disp. 40, sect. 2, n. 24; cfr. etiam n. 8 et seqq., num. 26 et seqq. — ¹⁵ Loc. cit., n. 18 et 19. *Coninck*, disp. 18, n. 3, 4 et 7.

342. — ^{a)} Bonacina, *disp. 7, qu. 1, punct. 4, n. 1*, dixit utique in genere irregularitatem impedire usum ordinum; sed, *n. 2*, quaerens utrum impediatur usum omnium ordinum, distinguit et affirmat, si irregularitas sit totalis; si vero partialis sit, impedit usum eorum dumtaxat quibus ponit impedimentum, v. g. sacerdos, cui amputatus est digitus, non prohibetur a sacramentali absoluteione, sed solum a celebratione missae. Denique, *n. 19*, validam esse ait confessionem factam sacerdoti irregulari, dummodo non sit denunciatus.

^{b)} Clarius: Laymann utramque opinionem affert, *lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 2*

et *3*, et citat Silvestrum pro sententia quae negat collationem esse ipso jure irritam; et ita revera tenet Silvester, v. Excommunicatio IV, *n. 4*. Bonacina autem, *loc. cit., qu. 1, punct. 4, n. 6*, tenet invalidam esse collationem.

^{c)} Auctores citati, praeter Salmant., de solo suscipiente loquuntur. Praeterea Bonacina affert quidem sententiam juxta quam mortaliter peccat irregularis suscipiens tonsuram, sed eam nec reprobatur nec approbat:

^{d)} Cornejo, *loc. cit., dub. 3, qu. 2*, loquitur de jurisdictione contentiosa (sicut et Renzi) antea acquisita, quam negat tolli per irregu-

Quaeritur: *an irregularis ipso facto beneficiis privetur?*

Irregularitas non privat beneficiis ante obtentis.

Quoad beneficia obtenta *ante* irregularitatem — certum est apud omnes, irregularitatem illis non privari, nec privandum a iudice, si irregularitas ei supervenerit ex defectu infirmitatis; ut habetur in cap. *Ex parte, de clerico aegrot.* Si vero sit ex delicto, privari debet per iudicis sententiam. Et interim, licet ipse non privetur ipso facto, ut clare infertur ex cap. *Ex litteris, de excess. praelat.*, tenentur tamen petere dispensationem. At, si eam non petit, vel non possit obtinere, tenetur statim, nisi magna laboret necessitate, beneficia renuntiare, vel saltem in favorem tertii resignare; quia, cum non possit licite suum implere munus, nequit licite illa retinere. Ita communiter Suarez¹, Palaus², Bonacina³, Contin. Tournely⁴; ac Salmant.⁵ cum Avila^{e)}, Valentia^{f)}, Sà^{f)}, Sayro^{g)}, Gibalino, Pellizzario, etc. — Si autem huiusmodi beneficiarius jam per alium impleverit munia sui beneficii, non est fructibus privandus; ut Suarez⁶, Bonacina^{h)}, Palaus⁷, Contin. Tournely^{h)}, Holz-

mann^{h)}, Croix^{h)}; et Salmant.⁸ cum Cornejoⁱ⁾, Pellizzario^{j)} et aliis passim.

An autem *irregularis sit privandus pensionibus quas possidet?* — Regulariter, probabilius negant Suarez^{k)}, Bonacina⁹, Palaus¹⁰ et Salmant.¹¹. Atque sic declarasse S. Congregationem refert Barbosa¹². — Dictum est *regulariter*; nam (ut docent auctores praefati) bene poterit iudex, si crimen fuerit valde grave, eum etiam pensionibus privare.

Neque privat pensionibus.

343. Quoad beneficia vero obtenta *tempore irregularitatis jam contractae*, — dubitatur: *an collatio sit ipso jure nulla?*

Si irregularitas sit *partialis*, nempe, si irregularis ob aliquem defectum corporalem non possit fieri sacerdos: tunc communiter dicunt, collationem huic factam esse validam et licitam. — Ita Palaus¹³, Cabassutius^{a)}, Roncaglia¹⁴; et Palaus¹⁵ cum Valentia^{b)}, Bonacina, Garcia, Sayro. — Idemque supponunt etiam ut certum Salmant.^{c)}, Holzmann^{d)}, Suarez^{d)}, si beneficium sit simplex, nec habeat sibi iunctum officium, sive exercitium Ordinis sacri, sed tantum recitationem Horarum,

Collatio est valida si irregularitas est partialis,

aut si agitur de beneficio simplici.

¹ Disp. 40, sect. 2, n. 15, 18 et seq. — ² Tr. 29, disp. 6, punct. 5, num. 9, 11 et 15. — ³ Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 8 et seqq. — ⁴ De Irregul., part. 1, cap. 3, i. f., n. 3. — ⁵ Tr. 10, cap. 7, n. 25 et 28. *Gibal.*, cap. 2, qu. 3, n. 17. *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 18. — ⁶ Loc. cit., n. 20 et seqq. — ⁷ Loc. cit., n. 13. — ⁸ Loc. cit., n. 29. —

⁹ Loc. cit., n. 11. — ¹⁰ Loc. cit., n. 12. — ¹¹ Loc. cit., n. 27. — ¹² In Trid. sess. 14, de reform., cap. 7, n. 7. Cfr. etiam Pallottini, v. *Irregularitas*, § 3, n. 143 et 144. — ¹³ Loc. cit., n. 5. — ¹⁴ Qu. 7, cap. 1, qu. 4, v. *Caeterum*. — ¹⁵ Loc. cit. - *Bonac.*, loc. cit., n. 3. *Garcia*, de Benef., part. 7, cap. 12, n. 19. *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, n. 23.

laritatem. Hinc, ait Renzi, episcopum irregularem posse excommunicare, ab excommunicatione absolvere, verbaliter deponere, etc.

^{e)} Avila, *part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 4*, dicit irregularem istum posse beneficium servare donec per iudicem privetur, « dummodo non sit in mora petendi dispensationem ».

^{f)} Valentia, *tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3*, v. *Ad extremum*; Sà, v. *Irregularitas, n. 4*, negant solum privari ipso jure beneficio acquisito. Et pro hac tantum assertionis parte citantur a Salmant.

^{g)} Sayrus, *lib. 6, cap. 2, n. 24*, negat esse privatum ipso jure, ideoque lite pendente posse renuntiare in favorem tertii.

^{h)} Bonacina, *loc. cit., n. 10*; Holzmann, *n. 321*; Croix, *lib. 7, n. 439*, dicunt eum posse retinere fructus.

ⁱ⁾ Cornejo, *loc. cit., dub. 2, qu. 4*, dicit posse retinere fructus usque ad sententiam declarationis criminis, si crimen ipso jure privet beneficium; et usque ad sententiam privantem, si non privet ipso jure.

^{j)} Pellizzarius, *loc. cit., n. 18*, negat pri-

vari ipso jure fructibus beneficii jam obtenti, modo inserviat saltem per vicarium.

^{k)} Suarez, *disp. 44, sect. 4, n. 3*, id habet de pensione *obtinenda*; quod sane et potiori ratione valet pro jam obtenta.

343. — ^{a)} Cabassutius, quod sciam, id non habet, *lib. 5, cap. 19, n. 2*.

^{b)} Valentia, *loc. cit., punct. 2*, v. *Et dicendum*, id plane innuit, scribens: « Si defectus impedit tantummodo usum seu executionem unius vel aliquorum ordinum determinate, non est putandum incurri tunc irregularitatem quoad usum ceterorum ordinum ».

^{c)} Salmant., *tr. 10, cap. 7, n. 33*, clarius scribunt: « Alia... beneficia, quae vel dumtaxat recitationem divini officii exigunt, ut beneficia simplicia, vel solum exercitium ordinis vel alia munia ecclesiastica, quae talis irregularis potest licite exercere, nemini dubium est posse valide ab eo suscipi ».

^{d)} Holzmann, *de Poenis eccl., n. 320*, negat solum validam esse collationem beneficii factam irregulari, qui est inhabilis ad ejus

aut aliquid aliud quod etiam laici possint exercere: tunc enim ajunt, valide suscipi tale beneficium ab irregulari.

An autem *privetur ipso facto beneficiis requirentibus exercitium Ordinis sacri?* — Adest duplex sententia:

Prima communior affirmat^{e)}. Et hanc tenent Suarez¹ (vocans communem), Bonacina², Lessius³, Contin. Tournely⁴, Cabassutius⁵; item Covarruvias, Avila, Henriquez, Garcia, Sayrus, Villalobos et Cornejo, apud Salmant.⁶ (qui etiam dicunt esse communem). — Probatur ex *cap. 2, de cleric. non ordin. ministr., cap. 2 de clericis pugnant. in duello, cap. Dudum, de elect. et cap. Cum bonae, de aetate, qualit., etc. praeficiendor. f)*, et praesertim ex Tridentino⁷, ubi dicitur ut: *Nulla tempore ad sacros ordines (irregularis) promoveri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia... conferre liceat. Praeterea⁸: Nec aliis imposterum fiat provisio, nisi iis qui jam aetatem et caeteras habilitates integre habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio.* — Ratio, quia beneficium datur propter officium; unde qui inhabilis est ad officium, cum non possit Ordinem exercere, est etiam inhabilis ad beneficium.

¹ Disp. 40, sect. 2, num. 36. — ² Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 6. — ³ Lib. 2, cap. 34, n. 120. — ⁴ De Irregul., part. 1, cap. 3, n. 2, v. *Irregularitas antecedens.* — ⁵ Lib. 5, cap. 19, n. 2. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 7, n. 1. *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 3. *Henriq.*, lib. 14, cap. 2, num. 5, lit. c. *Garcia*, part. 7, cap. 11, num. 1 et seqq. *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, num. 21. *Villal.*, tr. 21, diff. 2, n. 12. *Cornejo*, de Irregul., qu. 5, disp. 5, dub. 2, qu. 1 et dub. 3, qu. 3. — ⁶ Tr. 10, cap. 7, num. 30. — ⁷ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ⁸ Sess. 22, de reform. cap. 4. — ⁹ In cap. *Cum nostris*, de concess.

functiones. Idemque habet Suarez, *disp. 40, sect. 2, n. 31*, limitans tamen suam doctrinam ut non procedat ad beneficia quae dantur solum propter officium Horas recitandi, vel quod obliget ad ministerium non necessario exercendum personaliter. Et expressius, *n. 38*: « Quando irregularitas, inquit, non est totalis, sed respectu alicujus actus aut temporis, non reddere clericum incapacem cujuscumque beneficii; sed tantum illius quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnantem ».

^{e)} Auctores hic allegati non loquuntur de beneficio quod requirat exercitium ordinis sacri; sed absolute dicunt collationem beneficii factam irregulari invalidam esse. Et ple-

Secunda vero *sententia* dicit, talem collationem non esse irritam, sed tantum a iudice irritandam^{g)}. Ita Innocentius⁹, Silvester¹⁰, Laymann^{h)}, Viva^{h)}, Elbel¹¹, Roncaglia¹², Palaus¹³, Dianaⁱ⁾; et Salmant.¹⁴ cum Felino, Ancharano, Gibalino, etc. Et probabile censent Suarez¹⁵, Lessius¹⁶; et Coninck, Bonacina, Hurtado, etc. apud Diana¹⁷. — Ratio, quia non sunt imponendae poenae, nisi in jure sint expressae: nullibi autem habetur expressum quod irregularitas reddat hominem incapacem beneficii. Unde irregularis, quamvis graviter peccet (ut advertit Suarez) acceptando et retinendo beneficium sine dispensatione, sicut etiam peccat qui illud ei confert; tamen si suppleat per alium munia beneficii, non tenetur fructus restituere. — Canones vero qui opponuntur, teste ipso Suarez (qui oppositam sententiam probabiliorem putat), nihil aliud probant, nisi quod talis collatio sit illicita, non tamen invalida. Nec obstat textus Tridentini, ubi dicitur irrita provisio beneficii, quae fit in personam inhabilem; nam respondetur, irregularem non dici inhabilem ad licitam beneficii perceptionem.

Prima sententia videtur probabilior. — Licet enim jura non expresse declarent

praebend., num. 1. — ¹⁰ V. *Excommunicatio IV*, n. 4. — ¹¹ De Irregul., confer. 5, n. 158. — ¹² Qu. 7, cap. 1, qu. 4, v. *Loquendo etiam.* — ¹³ Tr. 49, disp. 6, punct. 5, n. 7. — ¹⁴ Loc. cit., num. 34. *Felino.*, in cap. *Inquisitionis*, de accusation., num. 6 et 7. *Ancharan.*, in reg. juris *5 Peccati venia*, in 6^o, num. 4. *Gibalin.*, cap. 2, qu. 3, n. 9. — ¹⁵ Loc. cit., n. 35. — ¹⁶ Loc. cit., n. 120, i. f. *Coninck*, disp. 18, num. 6. *Bonac.*, loc. cit., punct. 4, n. 6 et 7 (non citat. a Diana pro hoc asserto). — *Gasp. Hurt.*, de Irregul., disp. 1, diff. 5, n. 21. — ¹⁷ Part. 4, tr. 2, resol. 37. — *Suar.*, loc. cit., n. 34. *Suar.*, loc. cit., n. 30, 33 et 37.

rique explicite intelligunt de irregularitate totali.

^{f)} Cap. *Cum bonae* tractat de insordescen-
tibus pro triennium in suspensione.

^{g)} Auctores hic pro secunda sententia citati tractant indistincte et absolute de collatione beneficii facta irregulari.

^{h)} Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 3*; et Viva, *de Censur.*, qu. 8, art. 1, n. 5, hanc sententiam ex aliis auctoribus referunt; et Viva videtur eam amplecti eo quod ejus rationes enucleatius exponit.

ⁱ⁾ Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 37*, probabilem utique hanc opinionem existimat; in fine tamen his verbis concludit: « Verum, his non obstantibus, tu ne recedas a prima opi-

Si benefici-
cium requi-
rit exerci-
tium Ordinis:

alii dicunt
collationem
esse irritam.

Alii, esse
solum irr-
tandam.

Prima sen-
tentia vide-
tur proba-
bilior.

hanc collationem invalidam, tamen communior sententia doctorum sic illa interpretantur; nam sensus doctorum (ut fateatur ipse Laymann) est optimus legum interpres.

Secunda
satis proba-
bilis.

Sed hoc non obstante, *secunda* sententia videtur ^{j)} satis probabilis. — Hic ta-

men advertendum, quod, adhuc stante probabilitate hujus sententiae, nequit irregularis se immittere in possessionem beneficii; quia (ut diximus *Lib. III. n. 761*, v. *Sed quid*) nemo cum opinione probabilis potest inchoare possessionem rei alienae.

DUBIUM III.

Quomodo incurratur, et tollatur Irregularitas.

344. *An in dubio irregularitas incurratur.* — 345. *Non incurritur, nisi in jure sit expressa* — 346. *Dub. 1. In dubio de irregularitate contracta, quomodo quis se gerere debeat. Et quid, si dubium sit juris.* — 347. *Dub. 2. Quid in dubio facti, praeter homicidium.* *Dub. 3. Quid in dubio homicidii commissi.* *Dub. 4. Quid, in dubio de animatione foetus, si abortus fuerit patrat.* — 348. *An ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiratur culpa mortalis, et actus externus ac consummatus.* — 349. *Qu. 1. Quid, si crimen fuerit externum, sed prorsus occultum.* — 350. *Qu. 2. An ad incurrendam irregularitatem requiratur scientia legis.* — 351. *Qu. 3. An etiam scientia poenae.* — 352. *Quot modis tollatur irregularitas.* — 353. *Irregularitas tollitur per dispensationem. Quis possit in ea dispensare. Plura notanda.* — 354. *Quomodo tollatur irregularitas ex defectu natalium per professionem religiosam.* — 355. *Praelati regulares, in quibus irregularitatibus possint dispensare.*

344. - « Resp. I^o. Cum ab homine non feratur, nulla incurritur, nisi in jure « expressa habeatur (cap. *Is qui, de sent. excom., in 6^o*). Unde, in dubio sive facti, « sive juris, tenere potes quod non sis « irregularis; quia melior est conditio « possidentis. Bonacina¹, ex Suarez, Fil- « liuccio, etc. — Excipe tamen, si dubites « de homicidio, saltem injusto, a te com- « misso; ut patet ex cap. *Significasti* et « cap. *Ad audientiam 2, de homicid.* Vide « Bonacina² ».

345. - Plura hic notabilia examinanda. Certum est, quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa; ex dicto cap. *Is qui, de sent. excom., in 6^o*, ubi dicitur: *Cum id non sit expressum in jure etc.* In quo sapienter ait Sua-

rez³, Pontificem ibi nihil novi statuisset, sed principium illud declarasse, quod in dubio judicandum, poenam non esse latam, vel non extendendam ultra casus expressos.

Hujus autem *juris* nomine, veniunt tantum decreta Pontificis, sive concilii a Papa approbati, non autem aliorum; nec venit consuetudo. Ita Suarez⁴, Contin. Tourneley⁵, Diana^{a)}; et Salmant.⁶ cum Pellizzario, Gibalino et Machado. — Hinc infertur, ad incurrendam irregularitatem non valere argumentum a simili, nec a majori ad minus; ut communiter docent Palaus⁷, Laymann⁸; et Salmant.⁹ cum Cornejo et Gibalino. — Advertit vero Laymann^{b)} quod si dubium vertatur circa aliquam irregularitatem, an sit expressa

Nulla in-
curritur ir-
regularitas
nisi in jure
expressa.

Laym., lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 1, n. 3. — ¹ Disp. 7, de Irreg., qu. 1, punct. 5, num. 2 et 3. *Suar.*, disp. 40, sect. 5, n. 4 et 18 et sect. 6, n. 6, n. 8 et 13. — *Fill.*, tr. 19, cap. 2, n. 39, 41, 47 et 49. — ² Loc. cit., n. 3. — ³ Loc. cit., sect. 5, num. 5. — ⁴ Loc. cit., sect. 4, nn. 11, 13 et seqq. — ⁵ De Irreg., part. 1, cap. 2, v. *Quaeres 2* et v. *Hinc col-*

liges. — ⁶ Tr. 10, cap. 7, n. 7 et 8. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, num. 5. *Gibal.*, cap. 2, qu. 1, n. 3 et seqq. et num. 10. — *Machad.*, lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 1, n. 4 et 5. — ⁷ Loc. cit., disp. 6, punct. 3, num. 10. — ⁸ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 6. — ⁹ Loc. cit., n. 3. *Cornejo*, qu. 5, disp. 1, dub. 2, v. *Ex quo infero.* *Gibal.*, loc. cit., num. 11.

nione affirmativa [esse irritam collationem] tamquam tutiori in praxi ».

^{j)} Postea S. Doctor, *Hom. Apost., tr. 19, n. 76*, dixit hanc sententiam *recte* vocari probabilem.

345. - ^{a)} Diana, *part. 8, tr. 7, resol. 28*, hanc utique opinionem, sed etiam contrariam, probabilem existimat.

^{b)} Laymann, *loc. cit.*, n. 6, non de dubio sed absolute haec scribit: « Negari non posse

in jure, admittenda est, semper ac communis sensus doctorum et consuetudo eam firmaverint; quia haec sunt optimae legum interpretes.

346. — Sed dubitatur 1^o. *Utrum, in dubio an quis irregularitatem contraxerit, debeat ut irregularem se gerere?*

Quid in dubio levi.

Intellige, de dubio *prudenti*; nam dubium ex scrupulis, sive levibus rationibus ortum, nihili faciendum est. Intellige etiam de dubio negativo, seu suspensivo. — Nam si dubium sit *positivum*, ante diligentiam ad veritatem inquirendam quisque debet se gerere ut irregularem ^{a)}; prout docent Sanchez ¹, Suarez ², Palaus ³; et Salmant. ⁴ cum Coninck, ex cap. *Illud, de clerico excom.* Nisi gravis necessitas urgeat, nempe si occasio occurrat recipiendi ordines, aut beneficium; ut Salmant. ⁵ cum iisdem. — *Post* vero sufficientem diligentiam, is bene potest se habere ut non irregularem, probabili opinioni acquiescens; ut Suarez ⁶, Palaus ⁷; Salmant. ⁸ cum Hurtado, Cornejo, Gibalino.

Difficultas igitur est, *cum quis dubitat dubio negativo?*

In dubio negativo juris, datur libertas.

Resp. Si dubium est *juris*, nempe, si dubitatur an irregularitas sit a jure assignata, an non, pro aliquo actu; tunc nemo tenetur se gerere ut irregularem in foro conscientiae, nec in externo ut talis damnandus est. Tum quia in dubio, nemo suo

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 37. — ² Disp. 40, sect. 5, n. 12. — ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 3. — ⁴ Tr. 10, cap. 7, n. 42. — *Coninck*, disp. 18, dub. 2, n. 20. — ⁵ Loc. cit., — ⁶ Disp. 40, sect. 5, num. 6. — ⁷ Tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 4. — ⁸ Loc. cit., n. 42. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 1, diff. 3, num. 10. — *Cornejo*, qu. 5, disp. 6, dub. 1, quaer. 2. — *Gibal.*, cap. 2, qu. 1, num. 12. — ⁹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 42. — ¹⁰ Loc. cit., n. 7. — ¹¹ Loc. cit., n. 13 et seqq. — ¹² Disp. 7, de Irreg., qu. 1, punct. 5, num. 2. — ¹³ Qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — ¹⁴ Loc. cit., num. 44. — *Coninck*, disp. 18, dub. 2, num. 21. — *Cornejo*, loc. cit. — *Valent.*, disp. 7, qu. 19, punct. 2, v. *Caeterum*. — *Francisc. Lugo*,

jure spoliandus est; tum quia, cum dubitatur de lege, lex non obligat, saltem quia tunc non est sufficienter promulgata. — Ita communiter doctores: Sanchez ⁹, Palaus ¹⁰, Suarez ¹¹, Bonacina ¹², Roncaglia ¹³, Concina ^{b)}, Diana ^{c)}; Salmant. ¹⁴ cum Coninck, Avila ^{c)}, Cornejo et Valentia; Moya ^{c)} cum Lugo, Navarro ^{c)}; et Contin. Tournely ¹⁵ cum Covarruvias ^{c)} et Habert ^{c)}. — Quid, si dubium sit *facti*?

347. — Dubitatur 2^o. *Utrum incurratur irregularitas in dubio facti, nempe, si dubitatur an quis crimen patnaverit* (praeter homicidium: nam de hoc loquimur in Dubio sequenti)?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Concina ¹⁶ et contin. Tournely ^{a)} cum Sayro et Habert; ex cap. *Ad audientiam, de homicid.* ubi dicitur: *Cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit injungere presbytero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret.* Ergo in omni materia pars securior sequenda est.

In dubio facti (praeter homicidium) obligaris, juxta alios.

Secunda tamen *sententia* communis et verior negat. Eamque tenent Cabassutius ¹⁷, Suarez ¹⁸, Bonacina ¹⁹, Diana ²⁰, Roncaglia ²¹, Palaus ²²; et Salmant. ²³ cum Coninck, Avila, Machado, Cornejo, Gibalino et Henriquez. — Ratio 1^a. Quia odia sunt restringenda, et nemo in dubio est damnandus; ex reg. *Favorabiliores 125*,

Verius datur libertas.

Probatur.

Decurs. praevius, part. 1, de Consc., cap. 2, qu. 26, n. 150, cum n. 1 et 2. — ¹⁵ De Irregul., part. 1, cap. 4, concl. 2, v. *Gravis hic*. — ¹⁶ De Censur., diss. 2, cap. 5, n. 8 et 9. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, n. 16. — *Habert.*, de Ord., part. 3, cap. 6, § 1, qu. 3, resp. 2. — ¹⁷ Lib. 5, cap. 20, n. 14. — ¹⁸ Disp. 40, sect. 6, n. 8 et 13. — ¹⁹ Loc. cit., n. 3. — ²⁰ Part. 4, tr. 2, resol. 52. — ²¹ Loc. cit., quaest. 1, resp. 2. — ²² Loc. cit., n. 9. — ²³ Loc. cit., n. 46. — *Coninck*, loc. cit., n. 22. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 2. — *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 3, § 7. — *Cornejo*, loc. cit., dub. 2. — *Gibal.*, loc. cit., n. 12; cfr. part. 1 Scient. canon., lib. 3, cap. 7, § 4, consect. 4. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 3, n. 4, lit. i et seqq.

videtur quasdam irregularitates sine jure expresso per doctorum ita opinantium auctoritatem introductas, atque diuturna Ecclesiae consuetudine firmatas fuisse, quae non minus quam aliae censurae vim obtinere debent ».

346. — ^{a)} Sanchez et Suarez, sicut et cap. *Illud*, hoc dicunt de dubio in genere.

^{b)} Concina hoc satis indicat, dum dicit, *de Censur.*, diss. 2, cap. 5, n. 9 eligendam esse tutiorem, « quoties dubium probabile est, utrinque solidis rationibus nixum »; quasi significans aliud esse, si dubium negativum sit.

^{c)} Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 52*; Avila, *part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 1*; Moya, *tr. 5, qu. 6, § 2, n. 8*; Navarrus, *in cap.* Si quis autem, *de poenit.*, dist. 7, n. 39 et 40; Covarruvias, *in clem.* Si furiosus, *part. 1, init.*, n. 3; Habert, *de Ordine, part. 3, cap. 6, § 1, qu. 3, resp. 1*, non distinguunt inter dubium negativum et positivum, sed absolute negant aliquem in dubio juris censi irregularem.

347. — ^{a)} Rectius: Sayrus et Habert *apud* Contin. Tournely, *loc. cit.*, v. *Circa*.

ff. de regulis juris, et ex cap. *Cum sunt 11, eod. tit., in 6°*, ubi: *Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori*. Et idem in cap. *un. Ut ecclesiastica benef. sine diminut. confer.* Non est autem recedendum ab hac regula tam rationi consona, sine textu expresso: qui tantum habetur in dubio homicidii, non vero aliorum criminum. — Ratio 2^a. Quia (ut diximus supra, n. 345) irregularitas non incurritur, nisi in jure exprimatur. In jure autem, solus homicida dicitur censendus esse irregularis in dubio homicidii; non alius delinquens. — Ratio 3^a. Et potissima est, quia cum hic dubitetur, an id quod currit in materia homicidii, currat etiam in aliis materiis, dubium etiam est juris: at in dubio juris etiam adversarii (ut vidimus) concedunt, non incurri irregularitatem.

Objectioni
satisfit.

Nec obstant textus allati. — Nam respondetur 1^o. cum Navarro ^{b)} et Suarez ^{b)}, quod ibi ratio adducta (nempe, quod in dubiis pars tutior eligenda est) non assignatur ut praeceptum necessario et universe observandum; sed ut rationale motivum decentiae, ob quod maxime convenit dignitati sacrificii, ut sacerdos in dubio homicidii a celebrando absteineat: ne, si forte deinde certo fuisse homicida noscatur, cum scandalo populi inveniatur celebrasse. Idque aperte declaratur in cap. *Petitio tua, eod. tit. de homic. volunt.*, ubi: *Cum sit consultius, in hujusmodi*

dubio (scilicet homicidii) *abstinere, quam temere celebrare*. Nota illud *sit consultius*; ergo non est praeceptum. Quis autem neget aliquando decere quod, ex rationabili motivo, per legem positivam prohibeatur aliqua actio per se non illicita? Sed cum ratio illa indecentiae soli homicidio competat, alios casus non comprehendit. — Respondetur 2^o. Quod, licet ratio alios etiam casus comprehenderet; in irregularitatibus ex delicto, sicut in omnibus aliis poenis, non est arguendum de uno casu ad alium similem, etiamsi eadem, immo major ratio currat: nisi uterque casus sit in jure expressus. Idque fortius procedit in irregularitatibus, circa quas (ut vidimus n. 345) sancitum est, nullas incurri, nisi illas quae in jure expressae sunt.

Dubitatur 3^o. *Utrum censendus irregularis, qui dubitat an patraverit homicidium?* — Adsunt diversae sententiae:

Alii dicunt, hunc esse irregularem tantum in foro externo, non autem conscientiae. Ita Innocentius ^{c)}, Salas ^{d)} et Henriquez ^{e)}, apud Sanchez ¹. — Alii ex opposito dicunt, esse irregularem in foro conscientiae, non autem in externo ^{f)}. Ita Hostiensis, Armilla, Tabiena, etc. apud eundem Sanchez ². Sed verius tenendum cum communi, hunc in utroque foro judicandum esse irregularem. Ita Palaus ³, Bonacina ⁴, Roncaglia ⁵; Sanchez ⁶ cum Navarro ^{g)}, Paludano ^{g)} et Ledesma ^{g)}; ac

Dubitans
de homicidio,
verius
est irregu-
laris in u-
troque foro.

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 38. *Hostien.*, in cap. *Ad audientiam*, de homic. volunt., n. 15. *Armil.*, v. *Irregularitas*, n. 8 et 9. - *Tabiena*, v. *Irregularitas I*, n. 4.

² Loc. cit., n. 39. — ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 3, num. 8. — ⁴ Disp. 7, qu. 1, punct. 5, n. 3. — ⁵ Qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — ⁶ Loc. cit., num. 42.

^{b)} Navarrus in cap. *Si quis autem, de poenit., dist. 7, n. 35*, ita sane dictum istud interpretatur, sed excipit, n. 41, casum homicidii. Et ita etiam Suarez, *disp. 40, sect. 6, n. 9 et 11*.

^{c)} Innocentius, in cap. *Ad audientiam, de homicid., i. f.*, censetur ita tenere, juxta Sanchez, in quantum absolute pronuntiat in dubio de homicidio neminem reputari irregularem.

^{d)} Salas a Sanchez adducitur quia dicit id non videri improbable; et ita revera habet Salas in *Iam 2ae, tr. 8, sect. 6, n. 70*: « Nec improbable videtur ... post examinationem in dubio facti, hominem non censendum irregularem ». Quamvis prius scripserit: « Conveniunt autem omnes in foro interno dubium de homicidio censendum irregularem, ita ut

a ministerio altaris abstinere teneatur; quod verum esse videtur ... si non sit aliud damnum praeter abstinentiam a ministerio illo ».

^{e)} Henriquez, *lib. 14, cap. 14, n. 3, litt. o*, utique negat censendum esse irregularem in conscientia; sed, *cap. 13, n. 2*, de pugnantibus in bello scripserat, ut ipse Sanchez notat: « Si autem dubitat an ipse occiderit aliquem, et probabilius reputet occidisse, absteineat tamquam irregularis ».

^{f)} Auctores isti pro hac sententia allegantur a Sanchez, quatenus duplicem in hoc irregularitatis dubio regulam tradunt; priorem scilicet: ut in dubio nec magister nec iudex debet quempiam reputare irregularem; alteram vero: unusquisque debet se in dubio reputare irregularem.

^{g)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 228*; Pa-

Salmant.¹ cum Cornejo, Avila^g) et Sayro. Et probatur ex cap. *Significasti*, cap. *Ad audientiam* et cap. *penult., de homicid. volunt.*, ubi ratio quae ibi adducitur, nempe, quod in dubio tutior pars eligenda est, utrumque forum comprehendit.

Sed hic notandum 1°. Quod hoc procedit, casu quo aliquis certus est de homicidio (ut supponitur in praefatis textibus), et solum dubitat an ipse sua actione fuerit causa illius. Secus, si dubitet de ipso homicidio, an fuerit secutum vel non; ut valde rationabiliter dicunt Pichler², Elbel³, Diana⁴, Tamburinius⁵ et Sporer⁶. — Unde dicit Diana⁷ cum Navarro, Menochio^h) et Quaranta, quod si medicus aperuit venam praegnantem ut abortus sequeretur, sed postea non constet de abortu secuto, non est censendus irregularis, neque in foro interno neque externo; quia (ut habetur in *leg. 1, § Item illud, ff. de SC. Silaniano*) non proceditur contra aliquem ad poenas, nisi constet de corpore delicti. — Secus vero dicendum, si media adhibita ad abortum fuerint adeo efficacia, ut ex eis communiter sequatur effectus; quia tunc praesumptio fit ex communiter contingentibus: ut Navarrusⁱ) et Mascardus apud Diana⁸, ex *leg. ult., cap. De fide instrum.*

Notandum 2°. Quod in praedictis textibus sancitum est, dubitantem de homici-

dio judicandum esse irregularem, quoad duos dumtaxat effectus, scilicet, *abstinendi a celebratione et quaerendi dispensationem*, ut jura loquuntur.

Ex quo infertur 1°. Hanc sanctionem valere tantum pro clericis, non autem pro laicis; cum homicidium magis dedecet statum clericorum quam laicorum. Ita Salmant.⁹ et Roncaglia¹⁰. — Infertur 2°. Valere tantum ad praedictos duos effectus: non autem quoad alios, nempe privationem beneficiorum, etc.; ut Sanchez¹¹, Suarez¹², Roncaglia¹³ et Salmant.¹⁴; et Palaus¹⁵ cum Panormitano, Molina, Coninck^j), Sayro, Hurtado et Salas. — Infertur 3°. Dubitantem de mutilatione non esse habendum ut irregularem, sicut habendus dubitans de homicidio; quia id tantum de homicidio statutum est: ut Sanchez¹⁶, Bonacina¹⁷, Roncaglia¹⁸, Salmant.¹⁹ et Suarez²⁰; contra Navarrum et Henriquez.

Dubitatur 4°. *An habendus ut irregularis qui abortum commisit, dubitans an fuerit vel non animatus?*

De hoc vide dicta de quinto Praec., *Lib. III, n. 396*, ubi id negavimus ex sententia veriori, cum plurimis auctoribus. — Quibus adde Delbene²¹, et doctum auctorem libelli: *Istruz. per li novelli Confessori*²²: qui testatur in praxi prolem femininam non censi animatam, nisi

Consectaria.

In dubio de animatione non incurritur irregularitas.

Circa quod debeat verti dubium.

Est irregularis quoad solum duos effectus.

¹ Tr. 10, cap. 7, n. 45. Cornejo, qu. 5, disp. 6, dub. 2. — Sayr., lib. 6, cap. 2, n. 16. — ² Lib. 5, tit. 12, n. 27. — ³ De Irregul., confer. 6, n. 190. — ⁴ Part. 7, tr. 5, resol. 26. — ⁵ Lib. 10, tr. 4, de Irregul., cap. 5, § un., n. 13 et 18. — ⁶ Tr. 5, cap. 3, num. 129 et 137. — ⁷ Loc. cit., resol. 26. Navar., consil. 47, de homicid. Quaranta, Sum., v. Abortus, n. 5. — Mascard., Conclus. 732, n. 5 et 7. ⁸ Part. 7, tr. 5, resol. 26. — ⁹ Tr. 10, cap. 7, n. 45. — ¹⁰ Qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — ¹¹ Decal., lib. 1, cap. 10, num. 45. — ¹² Disp. 40, sect. 6, n. 6. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit., n. 45. —

¹⁵ Tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 8. Panorm., in cap. *Significasti* 18, de homicid., n. 4. — Molina, tr. 3, disp. 67, n. 6. — Sayr., Clav., lib. 1, cap. 13, n. 24; cfr. de Censur., lib. 6, cap. 2, n. 16. Gasp. Hurt., de Irregul., disp. 1, diff. 4, n. 17. — Salas, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 8, sect. 19, n. 176. — ¹⁶ Loc. cit., n. 49. — ¹⁷ Disp. 7, qu. 1, punct. 5, n. 4. — ¹⁸ Loc. cit., qu. 1, resp. 2. — ¹⁹ Loc. cit., n. 45. — ²⁰ Disp. 40, sect. 6, n. 13. — Navar., Man., cap. 27, n. 228. — Henriq., lib. 14, cap. 8, n. 4. — ²¹ De Immun. eccl., cap. 2, dub. 4, sect. 20, n. 22. — ²² Is est Giordanini, part. 2, cap. 18, n. 464 et seq.

ludanus, in 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, concl. 3 (n. 16); Martinus Ledesma, 2^a 4ⁱ, qu. 26, art. 2, § de Irregul.; Avila, part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 2, hanc videntur tenere sententiam in quantum absolute negant in dubio de homicidio censendum esse quempiam irregularem, nullam distinctionem apponentes fori externi et interni. Ledesma tamen (quod et Sanchez notavit in 2^a sententia) tradit initio regulam generalem secundam his verbis: « In foro exteriori nullus in dubio irregularis censendus est; sed potius negativa pars tenenda est in foro interiori ».

^h) Menochius, a Diana citatus: *Arbitr. judic., cap. 357, n. 18 et 19*, id non habet, saltem in editione Lugdunensi an. 1583.

ⁱ) Navarrus, *Consil. 47, de homicid.*, citatus a Diana, indirecte hoc innuit; negat enim irregularem esse qui consuluit gravidae sectionem venae, si dubium sit abortum inde secutum esse, « quia licet periculosum sit gravidam minuere sanguine, non tamen est certum eas minuitas sanguine abortire vel mori ».

^j) Coninck, *disp. 18, dub. 2, n. 22*, hoc non habet, quidquid dicat Palaus.

octogesimo die, masculinam vero quadragesimo; ut tradunt S. Thomas ^{k)} cum Alberto Magno, et alii. Idque confirmatur ex dictis supra, *Dubit. 3.*

Ad incur-
endam ir-
regularita-
tem ex de-
licto requi-
tur:

348. - « Resp. II^o. Ut incurratur irregularitas ex delicto, requiritur actus « externus consummatus, et mortalis; ut « habet communis, contra Cajetanum ^{a)}. « — Ratio, quia est gravis poena, et dif-
ficulter relaxatur ».

Ideo ad hanc irregularitatem incurrendam:

1^o Pecca-
tum morta-

Requiritur: 1^o. *Peccatum mortale.* — Ex quo infertur, quod si quis excusatur a mortali ex aliqua circumstantia, excusatur etiam ab irregularitate; ut docent Sanchez ¹, Suarez ², Contin. Tournely ³, Concina ⁴, Escobar ⁵; et Salmant. ⁶ cum Coninck, Diana et aliis passim: ex *cap. 5 de poenis, in 6^o*, ubi dicitur poena gravissima non esse infligenda pro levi culpa. — Infertur praeterea, quod praeceptum obligans sub poena irregularitatis, intelligitur etiam obligare sub mortali. Suarez, Palaus, Coninck ^{b)} et Salmant. ⁷.

2^o Actus
ternus.

Requiritur 2^o. *Actus exterior.* — Quando autem in aliqua bulla aut canone conceditur dispensare in irregularitate mentali,

¹ De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 29. — ² Disp. 40, sect. 3, a num. 17. — ³ De Irregul., part. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2. — ⁴ De Censur., diss. 2, cap. 5, n. 8. — ⁵ Lib. 53, n. 90 et seqq. — ⁶ Tr. 10, cap. 7, n. 12. Coninck, disp. 18, dub. 2, n. 13. Diana, part. 2, tr. 16, resol. 18 et part. 3, tr. 6, resol. 51. — Suar., de Legib., lib. 4, cap. 19, n. 19. — Palaus, tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 4. — ⁷ Loc. cit., n. 12. — Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 1. Coninck, loc. cit., n. 11. — Covar., in clem. *Si furiosus*, part. 1, init., n. 4.

intelligitur revera, quando irregularitas est occulta. Palaus, Coninck, Covarruvias, Avila, etc. communiter, cum Salmant. ⁸.

Requiritur 3^o. *Actus exterior consummatus:* ut Contin. Tournely ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Soto, Pellizzario, Gibalino. — Vide dicta *de Censur.*, n. 36.

3^o Actus
consumma-
tus.

349. - Sed quaeritur 1^o. *An incurratur irregularitas ob crimen externum et consummatum, sed prorsus occultum, ita ut a solo delinquente notitia haberi possit?*

— Adsunt tres sententiae:

Prima universe negat, et hanc tenent Rodriguez ^{a)}, Mendo ^{b)}, Castro, Bruno ^{c)}, etc. apud Diana ¹¹. — Quia (ut ajunt) non datur irregularitas, nisi in jure sit expressa: in jure autem nullibi fit mentio de irregularitate ob crimen omnino occultum.

Ob crimen
occultum a-
lii dicunt
non incurri
irregulari-
tatem.

Secunda sententia, quam tenent Ledesma, Corduba ^{d)}, Henriquez ^{e)}, etc. apud Salmant. ¹², excipit tantum homicidium. — Quia tantum in crimine homicidii irregularitas inducta est, non solum propter scandalum aliorum; sed etiam propter intrinsecam indecentiam, ne sacerdos offerens vice Christi, Agni mansueti, post

Alii incurri
si agitur de
homicidio.

Avila, part. 7, disp. 2, dub. 1, concl. 1, v. *Sed contra.* ⁸ Loc. cit., num. 13. — ⁹ Loc. cit., resp. 2. ¹⁰ Loc. cit., num. 13. Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9. Pelliz., tr. 7, cap. 5, n. 8 et 9. — Gibal., cap. 2, qu. 2, n. 2 et 4. — Alphons. de Castro, de Lege poenali, lib. 2, cap. 15, v. *Tertia principal. conclusio.* — ¹¹ Part. 12, i. f., Resol. miscell. 6, v. *Secundum dubium.* — Martin. Ledesma, 2^a 4ⁱ, qu. 26, art. 2, § de Irregular., fol. 367. ¹² Loc. cit., num. 15.

^{k)} S. Thomas, *in 3, dist. 3, qu. 5, art. 2, corp.* negat maris conceptionem perfici usque ad quadagesimum diem, foeminae autem usque ad nonagesimum. Apud B. Albertum Magnum sententiam istam reperire nequivi. Ceterum quid sentiendum sit de hac opinione, vide not. *n ad lib. 3, n. 394.*

348. - ^{a)} Cajetanus, *Sum. v. Irregularitas*, subobscurum hoc modo loquitur: « Irregularitatem non solum a laicis incurri quandoque sine peccato (ut cum judex occidit maleficem), verum cum clericus etiam male operando incurrit irregularitatem, non propterea peccat mortaliter, ita quod actus aliquis habens annexam irregularitatem non induit peccatum mortale ».

^{b)} Coninck, *loc. cit.*, n. 11, id forte significat, ubi negat Pontificem posse irregularitatem mere poenalem pro veniali imponere.

349. - ^{a)} Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 11, sententiam hanc negativam ut probabilem habet, loquens de irregularitate ex homicidio.

^{b)} Mendo, *in Bull. Cruciat.*, disp. 37, cap. 6, n. 70, censetur a Diana habere hanc opinionem ut probabilem, dum contrariam communioem et verioem tantum appellat.

^{c)} Bruno Chassaing, *Privileg. regular.*, tr. 5, cap. 4, propos. 1, v. *Verum non levis*, loquens de homicidio, hanc sententiam vocat multum probabilem, sed « contraria, addit, est communior et probabilior ». Et ita etiam a Diana allegatur.

^{d)} Corduba, *Quaestionar.*, lib. 1, qu. 35, non solum homicidium, sed et alia scelera excipit, quidquid dicant Salmant.

^{e)} Henriquez, *lib. 14, cap. 3, n. 2; lit. n* et *q*, concordat utique, sed casu quo irregu-

homicidium ministret in altari. Item quia, respectu ad homicidium, in Tridentino¹ dicitur: *Qui per industriam occiderit proximum suum..., ab altari avelli [debet], etc.* Ergo quicumque occidit ex industria, etsi occulte, jam fit irregularis.

Verius
semper in-
curritur.

Tertia sententia verior, quam tenent Palaus², Diana³; et Salmant.⁴ cum Covarruvias, Avila, Coninck et Pellizzario, universe affirmat, non solum quoad homicidium (propter rationes mox allatas), sed etiam quoad alia crimina *f*). — Ratio, quia Ecclesia, crimina reservando, etiam occultissima reservat: modo suae jurisdictioni subiaceant, nempe si sint externata, licet nulli alii patefacta; prout imposuit excommunicationem haeresi omnino occultae (ut dictum est *n. 305*). — Quod autem de facto irregularitatem imposuerit delictis quomodocumque occultis, patet ex cap. *Liceat 6, de reform., Trid. sess. 24*, ubi concilium, facultatem praebens episcopis absolvendi ab irregularitatibus et censuris occultis, nominat sub unico vocabulo *occultis* haeresim, homicidium et alia crimina. Ergo, sicut propter haeresim omnino occultam jam incurritur excommunicatio, et propter homicidium

omnino occultum irregularitas; ita etiam propter alia crimina occulta, irregularitas incurritur.

An autem irregularitas proveniens ex homicidio prorsus occulto possit dispensari ab episcopo? — Vide infra *n. 392*, ubi id negabimus.

350. — Quaeritur 2^o. *An, ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiratur scientia legis Ecclesiae prohibentis?*

Ad incur-
rendam ir-
regularita-
tem:

Prima sententia universe negat, dicens, sufficere solam cognitionem peccati commisi. Ita Suarez⁵, Holzmann⁶; et Azor ac Felinus apud Sanchez⁷. — Ratio: tum quia lex humana intendit punire non solum transgressionem sui praecepti, sed etiam legis divinae; tum quia qui vult antecedens, vult etiam consequens; unde qui vult peccatum, vult etiam poenam peccati.

juxta alios,
non requiri-
tur scientia
legis.

Secunda vero sententia communissima et probabilior affirmat. Et hanc tenent S. Antoninus⁸, Bonacina⁹, Palaus¹⁰, Navarrus¹¹ cum Cajetano^{a)}, Silvestro^{b)} et Angelo; Sanchez¹² cum Innocentio^{c)}, Abbate^{d)}, Hostiensi, Manuele^{e)}, Vivaldo^{f)}, etc.; Salmant.¹³ cum Cornejo et Leandro; ac Bossius¹⁴ cum Panormitano^{d)}, Henrico, Tabiena^{g)}, Villalobos,

Probabi-
lius requiri-
tur.

¹ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ² Tract. 29, disp. 6, punct. 3, n. 1. — ³ Part. 12, i. f., resol. miscell. 6, v. *Verum ergo*, et part. 7, tr. 11, resol. 48. — ⁴ Tr. 10, cap. 7, n. 16. *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 3, n. 4. *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 2, concl. 2. *Coninck*, disp. 18, dub. 2, n. 16. *Pellia*, tr. 7, cap. 5, n. 10. — ⁵ Disp. 40, sect. 5, n. 10. — ⁶ De Poenis eccl., n. 311. — *Azor*, part. 1, lib. 1, cap. 15, qu. 6. *Felin.*, in cap. 2, de Constit., num. 6. ⁷ De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 16. — ⁸ Part. 3, tit. 24, cap. 33, v. *Item nota*. — ⁹ Disp. 1, de Censur., qu. 2,

punct. 1, n. 13 cum n. 7. — ¹⁰ Tr. 2, disp. 1, punct. 17, num. 2. — ¹¹ Man., cap. 23, n. 47, i. f. *Angel.*, v. *Ignorantia*, n. 4 et v. *Excommunicatio VII*, cas. ult., n. 3. — ¹² De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 17 et 9. *Hostien.*, in cap. *A nobis 21*, de sent. excom., n. 1. — ¹³ Tr. 10, cap. 7, n. 49. *Cornejo*, disp. 6, dub. 3, concl. 3. *Leand.*, de Irregul., tract. 1, disp. 4, qu. 4. — ¹⁴ De Effect. Matr., cap. 5, num. 158. *Henric. Boich.*, in cap. *A nobis 21*, de sent. excom., num. 15. — *Villal.*, part. 1, tract. 2, diff. 15, num. 3.

laritas est primaria poena culpae, secus vero si proveniat ex violatione prioris poenae.

f) Quibus scilicet per se annexa est irregularitas, et non solum ratione enormitatis, vel notorietatis, ut explicant Salmant., Covarruvias, Avila et Coninck.

350. *a)* Cajetanus, in *1am 2ae, qu. 76, art. 3, v. Ad hoc dicitur*, non satis accurate citatur a Navarro; nam si consentit de excommunicatione, addit tamen: «Secus autem forte esset de irregularitate, si fuisset annexa, quia sequitur factum et non requirit culpam».

b) Silvester, v. *Ignorantia, n. 16*, cum Cajetano consentit.

c) Innocentius, in *cap. 1, de excessib. prae-lat., n. 3*, non dicit hoc de irregularitate, nec citatur a Sanchez pro praesenti casu.

d) Abbas Panormitanus, in *cap. A nobis 21, de sent. excom., n. 9*, de poenis in genere

loquens, ait opinionem istam aequiorem esse, licet contrariam putet in rigore veriolem. Sed in *cap. Pastoralis 53, de appellat., § Verum, n. 15*, quod citatur etiam a Sanchez, scribit: «Quaedam sunt quae non concernunt poenam contemptus, ut est irregularitas; et ista non afficiunt excommunicatum, quia non contempsit, et per consequens non est puniendus poena contemptus».

e) Emmanuel Rodriguez non satis recte citatur a Sanchez; loquitur enim de eo qui ignorat poenam legis, in *Sum., part. 1, cap. 194, n. 3*.

f) Vivaldus, *Candelab. aur., part. 2, tit. de Suspens. n. 209* (edit. 1590: *part. 2, de Susp., n. 179*) de suspensione tractat, non de irregularitate.

g) Tabiena, v. *Excommunicatio VII, n. 2*, hoc de omnibus censuris docet.

et Reginaldo. — Et probatur 1° Ex can. *Proposuisti*, dist. 82, ubi Innocentius I declaravit, quosdam clericos incontinentes non esse deponendos, juxta constitutionem Siricii Papae, eo quod eam ignorabant: et tamen eorum incontinentia erat quidem contra legem naturalem. — Probatur 2° Ratione. Quia, cum lex ecclesiastica imponit poenam super crimine a lege divina vetito, novum jus condit; qui autem peccat contra legem divinam, ignorans invincibiliter ecclesiasticam, peccat utique contra illam, non vero contra hanc; ergo incurrere debet quidem poenam divinae legis, non autem humanae (juxta dicta *Lib. VI, n. 1072*).

Idem dicendum putant Palaus¹, Viva²; et Salmant.³ cum Cornejo, Leandro et Machado^{h)}, de eo qui committit homicidium, ignorando legem Ecclesiae illud vetantem, vel in rixa ad legem non advertendo. Hunc enim dicunt excusari ab irregularitate, cum eam non incurrat, neque ob delictum, neque ob defectum. Non ob delictum; quia non peccat contra legem Ecclesiae quam ignorat, vel ad quam non advertit (juxta sententiam mox supra probatam). Neque ob defectum; quia irregularitatem ex defectu solum incurrunt ii qui ad occasionem concurrunt ut ministri necessarii ad causae cognitionem, vel executionem poenae; ut probabiliter alibi dicunt Palaus⁴, Diana⁵;

et Salmant.⁶ cum Vasquezⁱ⁾, Hurtado, Pellizzario et Turriano. — Attamen docent incurrere Suarez⁷, Bossius^{j)}; et Diana^{k)} cum Merolla et Mercero^{h)}. Nam ideo imposita est irregularitas homicidio, quia est actio lenitati contraria, quae valde dedecet altaris ministrum. Unde talis homicida non proprie ratione delicti aut defectus irregularitatem incurrit; sed ratione indecentiae, propter quam ab altari est repellendus, juxta id quod dicitur in Tridentino⁸, ubi: *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat*.

Haec secunda sententia videtur valde probabilis, et tenenda. — Sed primam non audeo reprobare; cum hujusmodi irregularitas, in casu praefato, non habeatur omnino expressa in jure.

351. — Quaeritur 3°. *An, ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiritur etiam scientia poenae, id est irregularitatis?*

Prima sententia negat, et hanc tenent Suarez⁹, Laymann¹⁰, Croix¹¹, Contin. Tournely¹², Anacletus¹³, Elbel¹⁴; Holzmann¹⁵ cum Cardenas^{a)} et Pichler; item Sotus, Pontius, Molina, Vasquez, Azor, Salas, Reginaldus, Filiuccius, etc. apud Bossium¹⁶. — Ratio, quia irregularitas non est poena medicinalis ad cavenda crimina in futurum: sed vel est inhabilitas; vel poena mere punitiva, propter maculam

Alii non valere.

Judicium S. Doctoris.

Juxta alios, non requiritur scientia poenae.

Regin., lib. 31, num. 298; cfr. lib. 30, tr. 2, num. 15. — ¹ Tr. 29, disp. 6, punct. 6, num. 1. — ² De Censur., qu. 8, art. 2, n. 4 et 5. — ³ Tr. 10, cap. 7, n. 51. *Cornejo*, disp. 6, dub. 3, concl. 3. *Leand.*, de Irreg., tr. 1, disp. 4, qu. 4. — ⁴ Loc. cit., punct. § 3, num. 7. — ⁵ Part. 3, tr. 5, resol. 80, v. f. — ⁶ Tr. 10, cap. 9, num. 8. *Gasp. Hurt.*, de Irregul., disp. 2, diff. 11, num. 39 et 40. *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, num. 170 et 173. — *Turrian.*, lib. 9, disp. 67, dub. 4, in princ. — ⁷ De Censur., disp. 40, sect. 5, n. 10. — *Mercol.*, disp. 1, cap. 2, n. 49. — ⁸ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ⁹ Loc. cit., n. 9. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, cap. 5, n. 8. — ¹¹ Lib. 7,

n. 482. — ¹² De Irreg., part. 1, cap. 4, concl. 1. — ¹³ Id est *Kresslinger*, addit. ad Anaclet. Reiffenstuel, tr. 13, de Censur., dist. 3, post n. 23, addit. 5. — ¹⁴ De Irreg., confer. 5, n. 161. — ¹⁵ De Poenis eccl., n. 311. — *Pichler*, lib. 5, tit. 37, n. 25. — *Sotus* (a Bossio non cit.) in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, v. f. *Pontius*, de Matr., lib. 10, cap. 6, n. 12. *Molina*, de Just. et Jure, tr. 5, disp. 71, n. 9. *Vasq.*, de Excom., dub. 16, v. *Contrariam*. *Azor*, part. 1, lib. 1, cap. 15, qu. 6. *Salas*, de Legib., disp. 15, sect. 9, num. 113. *Regin.*, lib. 30, tr. 2, num. 15. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, a num. 257. — ¹⁶ De Effect. Matrim., cap. 5, n. 168.

^{h)} Machado, *lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 3, n. 3*, non satis recte citatur a Salmant.; hoc enim dicit de homicidio culpabili, commisso cum ignorantia irregularitatis ipsius, seu cum ignorantia poenae.

ⁱ⁾ Vasquez ita « sentiebat » ait Turrianus, ex quo Diana allegationem mutuatus est; vel expressius, ut ait Hurtado: « Quod mihi interroganti respondit Vasquez ».

^{j)} Bossius, *loc. cit., cap. 5, n. 174*; Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 85*, hoc dicunt de igno-

rante poenam irregularitatis esse delicto annexam.

^{k)} Mercerus ita citatur a Diana: « Vide etiam » Mercerus, qui revera, *qu. 66, art. 9, v. Notandum 6°*, haec tantum scribit: « Incurri irregularitatem, ubi est ignorantia juris divini, ut supponitur in casu de homicidio ».

351. — ^{a)} Cardenas, *disp. 75, n. 37*, hanc sententiam tenet de irregularitate quae est ex homicidio, propter specialem indecentiae rationem.

culpa, ob quam Ecclesia reddit delinquentem inhabilem ad altaris ministerium. Unde sufficit, quod talis poena sit imposita a lege actui vetito, quem reus jam scienter et culpabiliter committit, licet ignorans poenam. — Praeterea, qui vult causam, id est peccatum, debet subjacere etiam effectui, scilicet poenae, quamvis ignoratae. — Haec sententia est quidem valde probabilis.

Probabiliter requiritur.

Secunda vero *sententia* affirmans, satis etiam probabilis videtur. Et hanc tenent Navarrus ¹, Sylvester ^{b)}, Sanchez ², Palaus ^{c)}, Roncaglia ^{c)}; Tamburinus ^{d)}, Diana ^{d)}; Bossius ^{d)} cum Coninck ^{c)}, Sayro, Duardo, Felino ^{e)}, etc.; item Cornejo ^{f)}, Rodriguez, Portellus et Leander, apud Salmant. ³ (qui vocant aequae probabilem, ac primam). Et etiam probabilem censent Suarez ^{g)} et Renzi ^{h)}. — Ratio, quia irregularitas ex delicto censetur vera poena, imposita in vindictam criminis. Licet autem non requiratur scientia poenae, ut ipsa incurratur quando poena est ordinaria, et talis, ut ex natura ipsius criminis aliquo modo praevideri possit (cum ipsum lumen naturale dictet, malum juxta

suam naturam esse puniendum); requiritur tamen scientia poenae, quando illa est extraordinaria et exorbitans, ita ut, secundum rei naturam, ne in confuso quidem possit praevideri; et hujusmodi utique est poena irregularitatis. — Nec obstat dicere, quod volens peccatum debet sustinere poenam. Nam respondetur cum Navarro ⁱ⁾, quod, esto ad poenam incurrendam non requiratur consensus in poenam, tamen requiritur consensus in causam poenae. Et ut quis consentiat in causam poenae, docet D. Thomas ⁱ⁾, non sufficere consensum in actum peccaminosum, qui jam est causa poenae; sed peccantem debere scire talem actum esse causam poenae.

352. — Quatuor autem modis tollitur irregularitas:

1^o. Per *cessationem causae*, si irregularitas sit ex defectu, v. gr. aetatis, ignorantiae, paupertatis, etc. — Suarez ⁴, Laymann ⁵, Contin. Tournely ⁶, Roncaglia ⁷; et Salmant. ⁸ cum Sayro, etc.

Notandum autem, quod cum quis est irregularis ob *infamiam*, si infamia est *popularis*, tollitur per emendationem, ex

Irregularitas tollitur per cessationem causae.

¹ Man., cap. 23, num. 47, i. f. — ² De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 21. — Sayr., de Censur., lib. 1, cap. 18, n. 37. — Duard., in Bull. Coenae, lib. 1, cap. 2, qu. 5, n. 30 et 31. — Rodrig., Sum., part. 1, cap. 194, num. 3. — Portel., Dubia regularia, v. *Ignorantia*, n. 22. — Leand., tr. 1, disp. 4,

qu. 5. — ³ Tr. 10, cap. 7, n. 53 et seqq. — ⁴ Disp. 41, sect. 1, n. 6, v. *Tertio*. — ⁵ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 4, n. 10. — ⁶ De Irregul., part. 3, cap. ult. — ⁷ Tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 3, resp. 1. — ⁸ Tr. 10, cap. 7, num. 55. — Sayr., lib. 7, cap. 14, n. 23.

b) Sylvester, v. *Ignorantia*, n. 14, priorem sententiam tenet.

c) Palaus, tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 6 et tr. 29, disp. 6, punct. 6, n. 3; Roncaglia, tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 2, resp. 2; Coninck, disp. 18, dub. 4, n. 31, probabilem existimant hanc secundam opinionem.

d) Tamburinus, lib. 10, tr. 4, de Irreg., cap. 4, § 5, n. 5, adducit opinionem quae negat incurri irregularitatem, una excepta scilicet, quae ex homicidio est; n. 9, opinionem quae affirmat omnes incurri, nulla excepta. Et, n. 13, utramque probabilem esse judicat. Diana, part. 4, tr. 2, resol. 85; Bossius, de Effect. Matrim., cap. 5, n. 173 et 174, negant incurri irregularitatem quae ex mero delicto est, (ut ponitur in quaesito a S. Alphonso), ideoque excipiunt eam quae ex homicidio provenit.

e) Felinus, a Bossio citatus ex Covarruvia, tenet contrarium; scribit enim, in cap. 2, de Constitut., n. 6: « Statutum prohibens factum damnatum jure, et addens poenam, non ligat probabiliter ignorantem respectu poenae... Non obstat quod dans operam rei

illicitae punitur de casu subsequuto, et sic ultra intentionem: quia verum est ubi sufficit culpa, puta pro irregularitate..., secus ubi requiritur dolus, vel secus ubi agitur de alia poena quam irregularitate ».

f) Cornejo, disp. 6, dub. 3, concl. 2, sententiam hanc tenet de irregularitatibus, quae sunt verae censurae, ut notant Salmant.; nam in sententia hujus auctoris, initio dubii, quaedam irregularitates sunt censurae, quaedam sum purae poenae in vindictam delicti vel inhabilitates ob aliquas indecentias inculpabiles.

g) Suarez, loc. cit., n. 9, non loquitur de probabilitate hujus sententiae, imo eam videtur negare, dicens in materia irregularitatis cessare rationem qua dixerat, disp. 4, sect. 9, n. 10, ignorantiam invincibilem excusare a censura proprie dicta.

h) Quin etiam Renzi, de Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 7, simpliciter hanc tenet opinionem.

i) Seu melius Navarrus, Man., cap. 27, n. 274, ex D. Thoma, 2^a 2^{ae}, qu. 64, art. 8.

can. 4, dist. 56 et can. 18, dist. 50. Si est infamia *facti*, tollitur per mutationem loci. Contin. Tournely ¹ et Roncaglia. ² — Si vero infamia est *juris*, scilicet per sententiam judicis, tunc ad eam tollendam omnino requiritur dispensatio.

Per baptismum.

2^o. Per *baptismum*, si irregularitas sit ex delicto; qui enim homicidium patravit ante baptismum, post illum non manet irregularis ^{a)}. — Salmant. ³ cum Coninck, Sayro, etc.

Per dispensationem.

3^o. Per *dispensationem*: de qua *num. sequenti*.

Per professionem religiosam.

4^o. Per *professionem* religiosam: de qua infra, n. 354 et 355.

353. « Resp. III^o. Irregularitas non tollitur per absolutionem, sed per dispensationem, hac vel simili forma: *Dispenso tecum in irregularitate, quam, vel quas, ob hanc vel illam causam incurristi*. Et si quidem dispensans intendat tollere omnes, idque possit, omnes tollit: sin minus, eam tantum tollit, quam potest et vult. Etsi vero haec dispensatio ad Pontificem spectet, ex jure tamen novo Tridentini, ubi est receptum, potest episcopus dispensare in irregularitatibus provenientes ex delicto, et non deducto ad forum conten-

« tiosum; nisi tamen sit homicidium, directe et in se volitum ^{a)}. — Bonacina ⁴ ex Tridentino ⁵, Suarez, Sanchez, Filliucius, etc. Laymann. ⁶ ».

Hic notandum 1^o. Quod si dispensaretur a Papa super aliqua irregularitate sine justa causa, dispensatio erit valida (quamvis non licita). Si vero dispensaretur ab inferiore erit et amplius nulla. — Salmant. ⁷.

Dispensatio concessa sine justa causa.

Notandum 2^o. Si quis plures irregularitates contraxerit ejusdem speciei (puta, si pluries ministravit cum censura), sufficit tunc ad obtinendam dispensationem, si dicat, pluries in illas incidisse. Ita Suarez ^{b)}, Palaus ⁸; et Salmant. ⁹ cum Coninck ^{c)}. — Immo Sanchez; et Navarrus, Henriquez ac Avila apud Salmant ¹⁰, docent sufficere, si dicat tantum, se irregularem esse ob talem culpam ^{d)}.

Quid, si quis pluries incurrerit irregularitatem.

Notandum 3^o. Quod praelatus, si admittat quemdam ad Ordinem vel beneficium, quem scit irregularem, censetur cum eo dispensare ^{e)}. — Bonacina ¹¹; ac Salmant ¹² cum Henriquez et Avila.

Dispensatio implicita.

354. « Praeterea, irregularitas ex defectu natalium tolli etiam potest per professionem in religione approbata: sed quoad ordines tantum, non quoad prae-

Irregularitas ex defectu natalium quomodo tollatur per professionem.

¹ De Irreg., part. 2, cap. 6, v. f., v. Circa 2um dico. — ² Tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 3, resp. 1. — ³ Tr. 10, cap. 7, num. 57. Coninck, disp. 18 dub. 14, n. 109. Sayr., lib. 7, cap. 13, n. 2. — ⁴ Disp. 7, de Irreg., qu. 5, punct. 1, n. 3; cfr. qu. 4, punct. 8, n. 1 et 2 et punct. ult., n. 2. — ⁵ Sess. 24, de reform., cap. 6 Liceat. Suar., disp. 41, sect. 2, n. 6; cfr. disp. 44, sect. 1, n. 5. — Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 2. — Fill., tr. 20, cap. 10, qu. 6; a n. 267; cfr. cap. 1, n. 5. —

⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 9, n. 4; cfr. lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 4, n. 1. — ⁷ Tr. 10, cap. 7, n. 60. — ⁸ Tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 16. — ⁹ Loc. cit., n. 61. — Sanchez., de Matr., lib. 8, disp. 24, num. 7. — Navar., Consil. 3, de raptor, num. 6. — Henrig., lib. 12, cap. 10, n. 3. Avila, part. 7, disp. 10, dub. 8. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 7, De Irreg., qu. 5, punct. 1, num. 9. — ¹² Loc. cit., n. 61. Henriquez, lib. 14, cap. 17, n. 4. Avila, loc. cit., dub. 6, v. Tertio.

352. — ^{a)} Improperie scilicet tollitur per baptismum, ut notant Salmant. et Coninck, quatenus scilicet requiritur ut delictum subsequatur baptismum, ad effectum inducendi irregularitatem, etiam ex homicidio.

353. — ^{a)} Tridentinum excipit irregularitatem quae est ex homicidio voluntario; quod juxta Suarez, Bonacina, Filliucium et Laymann requirit voluntatem expressam et directam sive occidendi sive saltem ponendi actionem ex qua moraliter et per se mors sequatur. Sanchez, loc. cit., non distinguit voluntarium directum ab indirecto.

^{b)} Suarez, disp. 44, sect. 3, n. 28, dicit solum: « Qui duplex homicidium committit, duas irregularitates incurrit ».

^{c)} Coninck ita profecto docet, disp. 18, n. 112; sed excipit irregularitatem ex homi-

cidio; qui enim plures homines occidit, inquit, videtur plures irregularitates incurrere.

^{d)} Auctores citati a Salmant., loquuntur solum de irregularitate quam contrahit excommunicatus qui celebrat in excommunicatione. Navarrus addit celebrationem ab illo qui illegitimitate vel alia irregularitate innodatur, et etiam celebrationem in irregularitate ob raptum pluries factum ejusdem personae. Noto tamen Avilam, licet exemplum de sola violatione censurae afferat, principium illud generale proponere « Quando delicta non sunt diversa, sed unum pluries repetitum, v. g. si pluries celebravit excommunicatus, sufficit dicere, se esse irregularem, quia celebravit excommunicatus ».

^{e)} Si intentionem habeat dispensandi, uti addunt Bonacina, Henriquez, Avila.

« laturas (*cap. 1 de filiis presbyter.*). Bonacina ¹, Laynann ², Suarez, Sanchez, Lessius » [Ita etiam communiter Sanchez ³, Suarez ⁴, Holzmann ⁵ et Contin. Tournely ⁶; ex concessione Gregorii XIV ^{a)}, Clementis VIII et Pauli V] — « contra Villalobos, qui apud Diana ⁷ « dicit, tolli quoad omnia solita gubernari « per fratres illius ordinis, ut prioratus, « praeposuras, rectoratus, et caetera munia. — Circa quae, praelatos saltem « posse cum iis dispensare, in capitulo « tamen generali vel provinciali, notat « Diana ⁸ ex Barbosa ». [Et ita etiam Palaus ^{b)}; et Holzmann. ⁹ cum Sayro.] ^{b)}.

Notant autem Bonacina ¹⁰; et Contin. Tournely ¹¹ cum Sayro, quod dispensatio ad dignitates non intelligitur ad episcopatum. — Quod autem dicit Sotus ^{c)}, scilicet, per professionem religiosam tolli omnes irregularitates, id communius negant auctores apud Salmant. ¹².

¹ Disp. 7, de Irreg., qu. 5, punct. 2, n. 2 et seqq. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 9, n. 6. — *Suar.*, disp. 50, sect. 5, n. 12 et 15. — *Sanch.*, Decal., lib. 5, cap. 5, n. 9 et 16. — *Less.*, de Just., lib. 2, cap. 41, dub. 8, n. 73. — ³ De Matr., lib. 7, disp. 86, n. 4. — ⁴ Disp. 41, sect. 1, n. 3. — ⁵ De Poenis eccl., n. 323, v. *Per professionem*. — ⁶ De Irregul., part. 2, cap. 1, v. *Quaeres quot modis*. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 60, n. 10. — ⁷ Part. 4, tr. 2, resol. 65. — ⁸ Loc. cit. *Barb.*, de Jure eccl., lib. 1, cap. 42, n. 200. — ⁹ De Poenis eccl., num. 323, v. *Per professionem*. — ¹⁰ Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 3, n. 14. — ¹¹ Loc. cit., cap. 1, i. f.,

« Unde resolves:

« 1^o. Solus Papa, et qui ab eo accepit « privilegium, potest dispensare in irregularitatibus ex defectu.

« 2^o. Confessarius in nullis irregularitatibus potest dispensare, nisi habeat « speciale privilegium a Papa ».

355. — Praelati autem regulares, ut dicunt Salmant. ¹³ cum Bauny, Candido et aliis; ac Sporer ¹⁴ cum Herincx, ex privilegio S. Pii V, in bulla 13 (relato in extensum a Salmant. ¹⁵) et ex alio Gregorii XIII (allato ab iisdem) ^{a)}, possunt dispensare cum suis subditis in omni irregularitate occulta, in qua possunt episcopi cum suis. Et, etiamsi irregularitas proveniat ex bigamia, et homicidio adhuc voluntario ^{b)}, modo non sit notorium; ut ait Palaus ¹⁶, ex privilegio Martini V ^{c)} (relato apud Rodriguez); et Sporer ¹⁷ cum Portello. Qui tamen ait cum eodem Rodriguez, id intelligi tantum de dispensa-

Quid possint regulares relate ad subditos.

n. 7. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 11, n. 28. — ¹³ Tr. 10, cap. 7, n. 58.

¹⁴ Loc. cit., n. 63. *Bauny*, Theol. mor., part. 2, tr. 11, num. 58, § *Dico 4* et seqq. — *Candid.*, disquis. 24, art. 59, dub. 3. — ¹⁵ Suppl. Decal., cap. 3, n. 167. *Herincx*, de Censur., disp. 6, qu. 7, n. 194. — *S. Pius V*, bulla *Romani Pontificis*, de die 21 Julii 1571, § 3, in Bullar. Rodriguez. bulla 13; in Bullar. Mainardi, bulla 168. — ¹⁶ Tract. 10, cap. 2, n. 71. — ¹⁷ Tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 2. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 24, art. 12. — ¹⁸ Loc. cit., n. 167. — *Portel.*, Dubia regul., v. *Dispensare*, num. 8. — *Rodrig.*, loc. cit., art. 16.

354. — ^{a)} Gregorius XIV, Clemens VIII et Paulus V, a Contin. Tournely, § *Quod dixi*, adducuntur non pro hoc asserto, sed pro privilegio, quod praelatis regularibus concessum est, dispensandi scilicet subditos illegitimos ad quoscumque sacros, etiam presbyteratus, ordines et ad quascumque dignitates et praelaturas ordinis. Quod revera Gregorius XIV concessit sua bulla *Circumspecta*, de die 15 Martii 1591, § 4 (in Bullario Mainardi), cum generali tamen aut provinciali aut intermedio capitulo. Hanc tamen facultatem idem Gregorius XIV, sua bulla *Illum qui*, de die 21 Sept. 1591, § 29 superiori generali et de ejus licentia omnibus superioribus, etiam localibus, concessit, nulla mentione facta de capitulo. Habetur etiam in Bullario Mainardi. Quod autem apud Cont. Tournely de Paulo V dicitur falsum est. Ibi enim indicatur annus 1599; sed illo anno regnabat Clemens VIII. Unde loco Pauli V videtur legendus Paulus III, qui anno 1549, 15 kal. Nov., sua bulla *Licet debitum*, relata in Instituto S. J., eandem facultatem concessit Praeposito generali Soc. Jesu et de ejus licentia prae-

positis provincialibus et illorum vicariis ac locotenentibus, nullo interveniente capitulo. De Clemente VIII, anno 1597, nihil reperi.

^{b)} Palaus, *tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 2*, omittens modum quo facienda sit dispensatio, asserit fere omnes religiones privilegium habere quo possint illegitimi ad praelaturas promoveri. Idemque notandum venit de Sayro, *lib. 7, cap. 13, n. 10*, qui ceteroquin ab Holzmann non citatur.

^{c)} Sotus, *in 4, dist. 25, qu. 1, art. 3*, dicit per professionem tolli quantum ad ordinis susceptionem omnem irregularitatem, « praeter illam quae vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur ».

355. — ^{a)} Salmant., *tr. 10, cap. 7, n. 70*, ubi referunt privilegium Gregorii XIII, tractant de potestate quam habent praelati regulares absolvendi suos subditos ab omnibus casibus Romano Pontifici reservatis (exceptis casibus Bullae). Et dicunt Salmant. hoc privilegium haberi apud Bordonum, *resol. 3, n. 25*; sed apud Bordonum citatur Gregorius XV.

^{b)} Vide infra, notam c ad n. 396.

^{c)} Martinus V, apud Palaum, concedit pri-

tione ^{d)} ad ordines, non ad praelaturas. — Quomodo regulares possint dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario? Vide dicenda dubio seq. in fine, n. 396. — Hoc, respectu ad *subditos*.

Et quid,
relate ad
saeculares.

Quo vero ad *saeculares*, docent Sporer ¹ cum Suarez ^{e)}, Sanchez ^{e)}, Bassaeo, Sayro, etc.; ac Salmant ² cum Pellizzario, Lezana ^{f)}, Rodriguez, Henriquez, etc., posse confessarios regulares dispensare in omnibus irregularitatibus, in quibus possunt dispensare episcopi cum subditis suis; ex privilegio bullato Sixti IV Minimis concesso, et confirmato a Julio II in sua constitutione, quae incipit *Dudum ad sacrum Ordinem* (ut testatur Peyrinis ³ apud Salmant. ⁴). Ibi confessariis illorum concessa est facultas, *ab omnibus... excommunicationibus, suspensionibus et interdictis, ac super quacumque*

irregularitate [Ordinario], tam a jure, quam ab eo reservatis... toties quoties opus fuerit absolvendi ac dispensandi, votaque quaecumque permutandi, sicut ^{g)}, potest Dioecesanus. — Hujusmodi privilegium, Bauny ^{h)} testatur jam esse in usu; sed Lezana de hoc dubitat. At Salmant. ⁵ dicunt, quod usus talis privilegii, cum sit occultus, spectando ad forum poenitentiae, nemo testari potest, an sit vel non sit in usu: praeterquam quod addunt, privilegia maxime gratiosa non amitti per non usum, ut ajunt probasse ⁶. Et etiamsi Minimi illo nequirent uti ob non usum; dicunt tamen, alios regulares in privilegiis communicantes non interdici ab illis utendis.

An vero ex bulla *Cruciatae* possit confessarius electus dispensare in irregularitatibus ex delicto? — Vide Salmant. ⁱ⁾.

¹ Suppl. Decal., cap. 3, n. 170. *Bass.*, v. *Irregularitas XI*, n. 10. *Sayr.*, de Censur., lib. 7, cap. 13, n. 14. — ² Tr. 10, cap. 7, n. 63 et tr. 18, de Privileg., cap. 4, n. 120. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 3, n. 90. — *Rodrig.*, Quaest. regul., tom. 1, qu. 61, art. 3. *Henriq.*, lib. 7, cap. 28, n. 5, et lib. 14, cap. 9, n. 3, lit. x. — *Sixtus IV*, bulla *Sedes apostolica*,

de die 27 Maji 1474, § 7, bulla 6 in Bullar. Mainardi; bulla 2 Sixti apud Peyrinum. *Julius II*, bulla *Dudum ad sacrum ordinem*, de die 28 Julii 1506, § 34; bulla 12 in Bullar. cit. — ³ Tom. 1, in const. 1 Julii II, § 32, n. 61. ⁴ Tr. 18, cap. 4, n. 171. *Lezana*, loc. cit., n. 10. ⁵ Loc. cit. ⁶ Loc. cit., cap. 2, n. 13.

vilegium relaxandi irregularitatem etiam homicidii voluntarii, dummodo notoria non sit. Et hoc privilegium repetitur apud Sorbo, *Compend. Privileg. Mendicantium*, v. Dispensatio, n. 24, et indicatur ut oraculum vivae vocis authenticum.

^{d)} Haec limitatio refertur ab auctoribus citatis ad dispensationem irregularitatis ex homicidio, non vero ex bigamia.

^{e)} Suarez et Sanchez utique a Sporer hic allegantur; sed, *locis cit.*, quidquid investigavi, id quod ad rem faciat reperire nequivi.

^{f)} Lezana citatur a Salmant. quasi dubitet utrum privilegium istud sit in usu. Et revera

ita habetur apud Lezana *Sum.*, v. Confessarius, n. 10.

^{g)} Haec verba: sicut, etc. non reperiuntur in bulla Sixti IV.

^{h)} Bauny, *Theol. mor.*, part. 2, tr. 11, qu. 58, v. *Dico 4*, adducit Henriquez testantem, lib. 7, cap. 28, § 5, Romae esse in usu.

ⁱ⁾ Salmant., tr. 10, cap. 7, n. 66, scribunt veriore sententiam negare quod virtute bullae dispensari possit in irregularitatibus ex delicto, de quibus solum est dubium; nam circa irregularitates ex defectu Salmant. negant quidquam per bullam *Cruciatae* concedi.

DUBIUM IV.

Quae sint Irregularitates ex Delicto.

356. *Irregularitas ex delicto incurritur*: I. *Ob baptismum iteratum*. — 357. II. *Ob violationem censurae*. — 358. *Plura notanda (An autem qui ordinatur ligatus censura, incurrat irregularitatem. Vide dicta Lib. VI, n. 799, dub. 3, v. Utrum)*. — 359. III. *Ob exercitium actus Ordinis sacri, quem aliquis clericus non habet*. — 360. IV. *Ob malam susceptionem ordinum*. — 361. *Quotupliciter incurratur irregularitas ob furtivam susceptionem*. — 362. V. *Ob crimina infamia et notoria*. — 363. *Requiritur notorietas facti vel juris. Quae sint crimina et exercitia quibus annexa est infamia*. — 364. *Quomodo tollatur haec irregularitas*. — 365. VI. *Ob homicidium vel mutilationem*. — 366. *De irregularitate ob homicidium voluntarium*. — 367. *Hanc irregularitatem incurrunt*: I. *Qui occidunt vel mutilant*. — 368. *Dub. 1. Quid, si homicidam poeniteat ante mortem*. — 369. *Dub. 2. Quid, si unus feriat, sed alii occidant*. — 370. II. *Incurrunt mandantes vel consulentes homicidium vel mutilationem*. — 371. *Dub. 1. Quid in dubio, an homicidium causatum fuerit ex mandato sive consilio*. — 372. *Dub. 2. Quid, si homicida jam erat determinatus ad occidendum*. — 373. *Dub. 3. Quid, si consulens consilium revocet*. — 374. III. *Incurrunt omnes cooperantes ad homicidium vel mutilationem; nempe* 1°. *Excitantes*. 2°. *Praeliantes in bello injusto*. 3°. *Ministrantes auxilium*. 4°. *Accusantes, etc.* 5°. *Associantes*. — 375. *Dub. 1. An incurrant rathabentes*. — 376. *Dub. 2. An non impediens*. — 377. *De irregularitate ob homicidium vel mutilationem casualem*. — 378. *De mutilatione membrorum*. — 379. *Dub. 1. Quid veniat nomine membri*. — 380. *Dub. 2. An fiat irregularis, qui abscindit testiculos*. — 381. *Et an ab irregularitate propter mutilationem possint dispensare episcopi*. — 382. *Plura apud Busenbaum: et praesertim, an dans potum infirmo, vel eum admovens, incurrat irregularitatem*. — 383. *Si quis dat operam rei licitae, non fit irregularis, nisi apponat negligentiam mortaliter culpabilem*. — 384. *Hinc excusatur*: 1°. *Magister et pater verberans*. 2°. *Equitans in equo feroci*. 3°. *Alens feram ligatam*. 4°. *Reficientes tectum*. 5°. *Clericus in sacris, aut monachus, medens sine incisione vel adustione*. — 385. *Quid de clerico beneficiato, medente cum incisione*. — 386. *Si quis dat operam rei illicitae, non fit irregularis, si res non est periculosa*. — 387. *Quid, si periculosa*. — 388. *Quid, si quis occidat ad defensionem sui vel innocentis. Et quid, si adulter occidat maritum aggressorem (Remissive ad Lib. III, n. 398, v. In ordine)*. — 389. *An fiat irregularis, occidens ob defensionem libertatis, honoris, bonorum, etc.* — 390. *Quomodo tollatur irregularitas propter homicidium*. — 391. *An episcopi possint dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario*. — 392. *Et quid, si homicidium fuerit omnino occultum*. — 393. *Quid, si homicidium fuerit casuale*. — 394. *An reputetur casuale, homicidium patratum in rixa*. — 395. *Et quid, si fuerit commissum per defensionem, sed excedendo moderamen*. — 396. *Quomodo praelati regulares possint dispensare in irregularitate ob homicidium vel mutilationem, cum subditis suis. Et quomodo cum laicis*.

356. — « Resp. PRIMA est, ob iteratum « *baptismum serio et scienter*. — Estque « *irregularis tam baptizans, quam bapti-* « *zatus; etsi in rebaptizante irregularitas* « *tantum sit causa partialis, ne clericus* « *ad altiorem Ordinem possit ascendere,* « *neque incurratur, si rebaptizatio sit oc-*

« *culta*. — Covarruvias ^{a)}, Toletus, Marcus « *Leo* ¹. Vide Bonacina ², Laymann. ³ ».

Per rebaptizationem occultam non solemnem, probabilius non incurritur irregularitas; ut tenent (contra Bonacina ⁴ et Palaum) ^{b)} Salmant. ⁵ cum Silvestro ^{c)}, Laymann ^{c)} et Coninck ^{d)}, ex cap. *Ex lit-*

Excipitur rebaptizatio occulta.

Covar., in clem. *Si furiosus*, part. 1, in princ. n. 8. — Tolet., lib. 1, cap. 70. — ¹ Prax. S. Poenit., part. 3, v. *Ex*

crimine. — ² Disp. 7, qu. 3, punct. 3. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 2. — ⁴ Loc. cit., n. 1 et 9. — ⁵ Tr. 10, cap. 3. n. 60.

356. — ^{a)} Covarruvias has limitationes non habet, in reliquis concordans.

^{b)} Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 16, n. 2 et 3, quidquid dicant Salmant. non adeo absolute contrarium tenet; haec enim sunt ejus verba: « Etsi praedicta sententia [quae affirmat satis esse ad irregularitatem rebaptizationem occultam], in praxi consulenda sit,

contraria tamen, scilicet debere delictum publicum esse, ut huic irregularitati sit locus, probabilitate non caret ».

^{c)} Silvester, v. Irregularitas, n. 6; Laymann, loc. cit., cap. 2, n. 1, requirunt ut crimen sit publicum pro acolytho ministrante in rebaptizatione.

^{d)} Coninck, disp. 18, dub. 5, n. 36, in

Irregularitas ob iteratum baptismum.

terarum 2, de apost., ubi, cum de rebaptizato sermo fiat ^{e)}, dicitur: *Ad superiores ordines promoveri (si publicum est quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit... Si vero occultum est, promoveri poterit.*

Undenam desumatur haec irregularitas.

Hic nota 1^o. Quod irregularitas adversus eum qui scienter rebaptizatur, habetur ex canone *Confirmandum 65, dist. 50*. Adversus autem rebaptizantem, habetur tantum ex communi sententia doctorum (ut testantur Salmant. ¹⁾); et colligitur ex cap. *Ex litterarum*, ubi declaratur irregularis acolythus assistens rebaptizationi. — Rebaptizans vel rebaptizatus ex metu, sine intentione, vel sub conditione (etsi temere et culpabiliter fiat) probabiliter non fiunt irregulares ^{f)}, ut Palaus ²⁾, Suarez ³⁾, Contin. Tournely ⁴⁾; et Salmant. ⁵⁾ cum Navarro, Cornejo et Avila. — Ignorantia culpabilis tamen hos non excusat, ex can. *Qui bis, de Consecr. dist. 4 s). Secus, si inculpabilis: Palaus; Salmant. ⁶⁾ cum Soto, Sayro, etc.*

Quaedam causae excusantes.

Nota 2^o. Quod est etiam irregularis, qui baptizatur ab haeretico declarato, sine ulla necessitate; ut habetur ex can. *Ventum est, caus. 1, qu. 1*. Insuper, qui differt baptizari usque ad mortis periculum; ex can. *Si quis, dist. 57*. Vide Salmant. ⁷⁾.

¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 59. — ²⁾ Tr. 29, disp. 6, punct. 16, n. 5. — ³⁾ De Sacram., disp. 31, sect. 6, dub. 5, v. *Atque ex hac et v. Quin potius*. — ⁴⁾ De Irreg., part. 3, cap. 2, qu. 2 et qu. 3; cfr. de Sacr. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 1, concl. 3. — ⁵⁾ Loc. cit., n. 61. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 246. *Cornejo*, de Specieb. Irreg., qu. 6, disp. 5, dub. 1, qu. 4. *Avila*, part. 7, disp. 7, dub. 3. *Palaus*, loc. cit., n. 4 et seqq. — ⁶⁾ Loc. cit., n. 62. *Sotus*, in 4, dist. 3, qu. un., art. 9, v. *Habemus ergo*. *Sayr.*, lib. 7, cap. 8, n. 8. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 65. — ⁸⁾ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 4. — ⁹⁾ Disp. 7, de Irreg., qu. 3, punct. 5, n. 1. — ¹⁰⁾ Loc. cit. — ¹¹⁾ Man.,

357. — « SECUNDA. *Ex violatione censurae*, v. gr. si ea innodatus, actum « aliquem Ordinis solemniter exercent: « nisi invincibilis ignorantia excuset. — « Laymann ⁸⁾ ».

Irregularitas ob violationem censurae.

358. — Notandum hic 1^o. Quod qui celebrat innodatus excommunicatione minori, non incurrit irregularitatem; ex cap. *Si celebrat. de cler. excom. ministr.* Immo nec irretitus excommunicatione majori, si exercent actum ordinum minorum, adhuc solemniter et ex officio. Ita Bonacina ⁹⁾, Laymann ¹⁰⁾, Navarrus ¹¹⁾, Anacletus ¹²⁾; et Avila, Villalobos, Cornejo cum Salmant. ¹³⁾. — Nec si exercent actum ordinum majorum, sed non solemniter, id est diaconatus sine stola, subdiaconatus sine manipulo; cum tales actus sic exerceri possint etiam a cantoribus. Salmant. ¹⁴⁾ et Anacletus ¹⁴⁾. — Nec, qui canit solemniter officium, nisi sit hebdomadarius capituli, solemniter dicendo orationem cum *Dominus vobiscum*; quia tale ministerium ex consuetudine a sacerdotibus aut diaconis exercetur. — Nec qui concionem habet: quia hoc munus de licentia episcopi potest exerceri etiam a non constituto in sacris, cum sit actus jurisdictionis, non Ordinis. Suarez ¹⁵⁾; et Salmant. ¹⁶⁾ cum Avila, Silvestro, Sayro, Henriquez, etc. — Nec, qui exercet actum,

Non fit irregularis, exercens ordines minores,

aut exercens ordines majores non solemniter,

aut canens solemniter officium,

aut concionem habens,

cap. 27, num. 244. — ¹²⁾ Tract. 13, dist. 3, num. 13. — *Avila*, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 3. *Villal.*, part. 1, tract. 21, diff. 14, num. 1. *Cornejo*, de Specieb. Irreg., qu. 6, disp. 6, qu. 2. — ¹³⁾ Tr. 10, cap. 8, num. 66. — ¹⁴⁾ Loc. cit., num. 12 et 13. — ¹⁵⁾ De Censur., disp. 12, sect. 2, num. 4; cfr. n. 11. — ¹⁶⁾ Loc. cit., num. 69. *Avila*, loc. cit., dub. 2, v. *Primo cum Tertio et v. Ex dictis*. — *Silvest.*, v. *Suspensio*, qu. 5, v. f. — *Sayr.*, lib. 4, cap. 16, n. 14, 20 et seqq. *Henriq.*, lib. 14, cap. 6, num. 2; in textu et comm. lit. *s*; cfr. lib. 13, cap. 31, n. 5, et lib. 14, cap. 7, num. 4.

ministrante utique requirit ut crimen sit publicum; de ipso autem rebaptizante scribit: « Communior... sententia docet rebaptizantem esse irregularem etiam quando factum occultum est, quae difficulter tamen potest probari, cum nullus pro ea textus afferri possit... Sed jure morali, non est satis tutum a communi sententia recedere, a qua lex suam interpretationem videtur suscipere ».

^{e)} Rectius: de acolytho qui ministrat ipsi rebaptizanti.

^{f)} Non omnes auctores allegati totum assertum habent; sed alii aliam partem afferunt.

^{g)} Haec habentur in dicto canone: « Qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo poenitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt... per septem annos poeniteant, etc. ».

358. — ^{a)} Salmant., *loc. cit.*, n. 66, de actu ordinis sacri solemniter concordant; de eo vero qui absque solemnitate exercetur, his verbis loquuntur: « Qui vero exerceret actum ordinis sacri absque solemnitate, qui a non constitutis in sacris etiam absque solemnitate fieri nequeunt, irregularitatem incurreret: ut si absque debitis caeremoniis celebraret ».

aut exer-
cens actum
jurisdictionis,

non Ordinis, sed jurisdictionis; scilicet, si episcopus excommunicet, si parochus assistat matrimonio ^{b)}. Anacletus ¹; et Diana, Avila, Silvester, Sayrus, Henriquez, etc. cum Salmant. ².

aut exer-
cens non
scienter ac-
tum Ordinis.

Notandum 2^o. Ad incurrendam hanc irregularitatem requiri, ut censuratus scienter actum Ordinis exercent; quia illa tantum ob contemptum censurarum imposita est. — Episcopus vel alius sacerdos censuratus, cogens alium ad celebrandum coram se, fit irregularis, ex cap. *Illud, de cler. excom. ministr.* ^{c)}. Ab hac autem irregularitate tantum Pontifex potest absolvere; vel episcopus, si sit occulta. Et praelati regulares cum suis religiosis, etiamsi sit publica ^{d)}, ut tenent Bordonus, Sayrus, Cornejo, Candidus, etc. apud Salmant. ³; immo etiam cum saecularibus, ut Peyrinus, Fragosus et Antonius a Spiritu S. (ibidem ⁴), ex privilegiis Martini V et Julii II.

Quinam dis-
pensant in
hac irregu-
laritate.

Notandum 3^o cum Cabassutio, quod si quis celebret in ecclesia polluta, non fit irregularis. — Fit vero, qui celebrat scienter in loco interdicto; quia jam violat censuram per exercitium Ordinis; ex cap. *Is qui, 18, de sent. excom. in 6^o*.

Celebrans
in ecclesia
polluta non
fit irregu-
laris.

Notandum 4^o cum Anacleto ⁵ et Navarro ⁶, quod qui ordinatur ab episcopo excommunicato, suspenso, interdicto, haeretico, schismatico aut simoniaco, fit irregularis ^{e)}. — Argumento ex can. *Quod quidem* et can. *Statuimus, caus. 1. qu. 1*; item ex can. *Ordinationes, caus. 9, qu. 1*, et cap. *1 et 2 de schismatic.*, ubi dicuntur hujusmodi ordinationes indigere dispensatione.

¹ Tr. 13, dist. 3, n. 14. — *Diana*, part. 5, tr. 10 resol. 9. *Avila*, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 2, v. *Tertio*. *Silvest.*, v. *Suspensio*, qu. 5, post princ. — *Sayr.*, lib. 4, cap. 16, n. 8. *Henriq.*, lib. 14, cap. 7, n. 1, lit. *k*. ² Tr. 10, cap. 8, n. 69. — *Bordon.*, part. 1, resol. 11, n. 41. *Sayr.*, lib. 7, cap. 9, num. 31. *Cornejo*, loc. cit., disp. 6, qu. ult. *Candid.*, disquisit. 24, art. 61, dub. 3. ³ Loc. cit., n. 72. — *Peyrin.*, tom. 1, in constit. 1 Julii II, § 32, n. 67 et 61. *Fragos.*, tom. 2, lib. 11, disp. 24, § 7, n. 18. *Anton. a Spir. S.*,

An autem incurrat irregularitatem, qui ordinatur aliqua irretitus censura. — Vide *Lib. VI, n. 799. Dubit. 3, v. Utrum.*

359. « TERTIA. Ob peccatum, quo « clericus serio et scienter actum Ordinis « sacri, quem non habet, solemniter exer- « cet. — Bonacina ⁷, Laymann. ⁸ ».

Irregular-
tas ob exe-
cutionem Or-
dinis sacri
quem cler-
icus non ha-
bet.

Ex hoc capite igitur, ut dicit Busenbaum, fit irregularis clericus, ministrans scienter et solemniter in ordine sacro quem non habet: ut ex cap. *1 et 2, de cler. non ordinato ministr.* Nempe, si non diaconus canat evangelium cum stola, etc.; vel si non sacerdos absolvat sacramentaliter, solemniter baptizet, etc.

An autem laicus, exercens actum ordinis quem non habet, incurrat irregularitatem? — Probabilius negatur, juxta dicta de Baptismo, *Lib. VI, n. 116, Dubit. 3*.

Qui est ligatus duplici censura, et exercet actum Ordinis sacri, etsi non incurrat duplicem irregularitatem, incurrit tamen unam duplici aequivalentem: unde in petitione dispensationis id exprimere debet. Contin. Tournely ⁹. — Sacerdos autem simplex, excipiendo confessiones, non incurrit irregularitatem. Quia hic revera exercet actum Ordinis quem jam habet, licet careat jurisdictione; ut recte ait idem Contin. Tournely ¹⁰. Unde peccat, sed non incurrit irregularitatem.

360. — « QUARTA. Ob delictum, quo « quis male suscepit ordines; v. gr. in « excommunicatione, suspensione; vel ab « episcopo non habente jurisdictionem; « vel per saltum (licet hunc suspensum

Ob malam
susceptio-
nem ordi-
num.

Director. Regul., tr. 2, disp. 3, n. 64. ⁴ Ap. *Salmant.*, loc. cit. *Julius II*, bulla *Dudum ad sacrum ordinem*, de die 28 Julii 1506, § 34, in Bullar. Mainardi, cum bulla Sixti IV *Sedes apostolica*. — ⁵ Lib. 15, ap. 20, n. 12. — ⁶ Tr. 13, dist. 3, num. 16. — ⁷ Man., cap. 27, num. 241, v. *Quarto*. — ⁸ Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 6, n. 1. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 2. — ¹⁰ De Irregul., cap. 3, cap. 4, concl. 1, i. f. — ¹⁰ Loc. cit., concl. 2, v. f., qu. 2.

^{b)} Modo tamen parochus iste non benedicat nuptias.

^{c)} Haec sunt verba hujus canonis: « Cum eo misericordiam facientes, poenam quam canon infligit his qui post excommunicationem divina praesumpserint officia celebrare vel se celebrationi ingesserint divinorum, ei non duximus infligendam ».

^{d)} Eo quod Bordonus, Sayrus et Cornejo absolute loquuntur, Salmant. eorum mentem interpretati sunt de hac irregularitate, etiam si sit publica.

^{e)} Sed de his vide constitutionem *Apostolicae Sedis, Suspens. latae sent.*, 6, ubi declaratur suspensus qui ordinem recipere praesumpserit ab episcopo excommunicato, etc.

« tantum esse, quamdiu non ministrat in « ordine per saltum suscepto, satis pro- « babiliter doceant Avila, Navarrus, Bo- « nacina); vel ante legitimam aetatem; « vel sine dimissoriis; vel furtive (epi- « scopo nesciente, nec approbante) et non « examinatus. - Vide Bonacina ¹ ».

361. - Ex furtiva ordinum susceptione fit irregularis: 1°. Qui ordinem recipit sine approbatione episcopi: nam is prohibetur ad alium ordinem ascendere, ex *cap. 1, de eo qui furtive, etc.* - 2°. Qui sine dispensatione episcopi eodem die recipit plures ordines, quorum unus sacer est, ex *cap. 2 et 3, eod. tit.* - 3°. Qui post matrimonium contractum, ante consummationem Ordinem sacrum recipit, renitente uxore, ut Extrav. *Antiquae, de voto.*

Alias vero furtivas receptiones ordinum, quas enumerat hic Busenbaum, dicunt ^{a)} Suarez ², Palaus ³; Salmant. ⁴ cum Coninck et Cornejo potius inducere suspensionem, quam irregularitatem; nihilominus pro absolute hujusmodi suspensionis semper recurrendum ad Papam ^{b)}. Vide dicta *n. 318.*

In hac autem irregularitate nequit dispensare episcopus, si crimen est publicum, et ipse ante ordinationem praeeperit sub poena excommunicationis (ut mos est) neminem furtive accedere ex *cap. 1, de eo qui furtive, etc.* Vide Salmant ⁵. - Qui insuper dicunt cum Fragoso, etc., regulares posse dispensare

Avila, part. 7, disp. 9, sect. 1, dub. 2. - *Navar.*, Man., cap. 27, n. 242. - *Bonac.*, disp. 7, qu. 3, punct. 4, num. 5. - ¹ Loc. cit. - ² Disp. 42, sect. 3, num. 5. - ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 17, num. 2. - ⁴ Tr. 10, cap. 8, n. 73. *Coninck*, disp. 18, dub. 5, n. 43. *Cornejo*, qu. 6, disp. 7, dub. 1, i. f. - ⁵ Loc. cit., num. 75. *Fragos.*,

etiam cum saecularibus, sicut in aliis irregularitatibus occultis, ita etiam in hac; ex privilegio Sixti V et Julii II (juxta dicta in Dubio praeced. *n. 355*, v. *Quo vero*).

362. - « QUINTA. Propter *enormia crimina*, si sint *notoria et publica*, v. gr. « quae a jure habent annexam infamiam, « ut adulterium, raptus, incestus, perju- « rium in judicio ».

Irregularitas ob crimina infamia et notoria.

Haec irregularitas ex *infamia*, ut ait Croix ⁶, potius reducitur ad irregularitatem ex defectu, quam ex delicto; cum infamia non sit aliud, quam defectus bonae famae. - Omnes infames irregulares fiunt; ex can. *Infames, caus. 6, qu. 1.* Et hoc intelligitur, sive infamia sit ex jure canonico, sive ex civili. Item, sive infamia sit juris, sive facti; quamvis Bonacina cum Azor ^{a)} (apud Salmant. ⁷) dicant, infamiam *facti* inducere quidem irregularitatem ad non suscipiendos ordines, sed non ad ministrandum in susceptis; infamiam vero *juris*, ad utrumque.

363. - Ad incurrendam hanc irregularitatem requiritur ut crimen, cui annexa est infamia, sit notorium notorietate facti vel juris.

Facti, per publicam famam. - Requiritur tamen, prout dicunt Viva ⁸ cum Castro ^{a)}, Hurtado; ac Laymann ^{b)}, Garcia ^{b)} et Pignatellus ^{b)} apud Croix ^{b)} (contra Suarez, Filiuccium, etc.) ut factum non solum sit publicum, sed etiam *notorium*; seu ita evidens majori parti vici-

Requiritur notorietas facti,

tom. 2, lib. 11, disp. 24, § 7, n. 18. - ⁶ Lib. 7, n. 512. - *Bonac.*, disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 1, num. 5. ⁷ Tract. 10 cap. 8, num. 76. - ⁸ Qu. 9, art. 4, num. 6. *Gasp. Hurtad.*, de Irregul., disp. 2, diff. 4, num. 12. - *Suar.*, disp. 48, sect. 1, num. 21. - *Fill.*, tr. 19, cap. 8, n. 211.

361. ^{a)} Scilicet, Suarez, Palaus et Coninck, ex furtivis ordinationibus, unam solum dicunt inducere irregularitatem, eam nempe quae accipitur sine admissione aut approbatione episcopi; ceteras vero inducere potius suspensionem. Salmant. autem et Cornejo dicunt, omnes quae hic a Busenbaum enumerantur et alias etiam (praeter tres hic a S. Alphonso adductas) inducere suspensionem potius quam irregularitatem.

^{b)} Vide tamen, quoad praesentem disciplinam constit. *Apostolicae Sedis, Suspens. latae sent.*, 6.

362. - ^{a)} Azor, quamvis a Salmant. hic citetur, id tamen non habet loc. cit., scilicet *part. 2, lib. 6, cap. 7, qu. 3.*

363. - ^{a)} Castro, *de Lege poenali, lib. 2, cap. ult.*, v. *Ab hac nostra*, haec scribit: « Infamia... oritur ex publica notitia criminis perpetrati... Constat famam ex bonis moribus, infamiam vero ex delicto nasci. Neutrum autem sine publica rerum notitia contingit ».

^{b)} Croix, *lib. 7, num. 513*, profecto citat Laymann, Garcia et Pignatellum, sed pro alio asserto.

niae seu collegii (ubi ad minus sint decem), ut nulla possit tergiversatione celari.

Item ait Viva¹, requiri etiam ut crimen vel sit *qualificatum*, ut haeresis, parricidium, etc., vel *continuum*, ut concubinatus.

vel juris.

Infamia autem *juris* habetur per confessionem rei in iudicio, vel per sententiam iudicis, saltem criminis declaratoriam. Ita Sanchez², Palaus³; et Salmant.⁴ cum Coninck, Bonacina, Avila, Cornejo^{c)}, etc.

Crimina et exercitia quibus annexa est infamia.

Crimina autem, quibus de jure annexa est infamia, sunt homicidium, perjurium factum in iudicio, haeresis, simonia, sodomia, crimen laesae majestatis, adulterium, proditio, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, invasio cardinalium vel episcoporum. Item raptus mulierum, seu ad illum cooperatio, duellum, paratio armorum contra parentes, etc. (Vide Salmant.⁵). Item, exercitium histrionis cum turpibus repraesentationibus, ita ut non fiat sine peccato mortali. — Non autem macellatoris, carnificis, lictoris et similis

generis; cum haec officia bene exerceri possint sine peccato: ut Palaus⁶, et Salmant.⁷ cum Cornejo, contra alios.

Praeterea hic notandum, posse etiam incurri irregularitatem ob infamiam adhuc alienam; prout incurrunt filii eorum, qui damnati sunt ob delictum laesae majestatis. Item filii, nati ex matre meretrice. Item filii haereticorum (licet hoc neget Viva⁸; sicut negat etiam de filiis illegitimorum, cum Suarez^{d)} et Palao^{d)} contra alios), et etiam nepotes, per viam masculinam ab iis descendentes; modo tamen sit notorium, parentes fuisse haereticos et in haeresi decessisse; ut Sanchez⁹, et Suarez^{e)}. — Ut autem omnes in irregularitatem incurrant, opus est ut nati sint post delictum. Ita *f)* Sanchez¹⁰, Lessius¹¹, Palaus¹²; et Salmant.¹³ cum Bonacina et Henriquez.

Potest curri ob infamiam alienam.

364. — Haec infamia atque irregularitas, si sit *facti*, tollitur vel per Baptismum, vel per notoriam facti emendationem, sine dispensatione^{a)}; ut tenent Suarez¹⁴, Palaus¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Henriquez, Bo-

Quomo tollatur haec irregularitas.

¹ De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6. — ² Decal., lib. 2, cap. 26, n. 1; cfr. Consil., lib. 6, cap. 3, dub. 6, n. 21. — ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 20, num. 2 et seqq. — ⁴ Tr. 10, cap. 8, n. 80 et seqq. — *Coninck*, disp. 18, dub. 7, n. 56. — *Bonac.*, disp. 7, de Irreg., qu. 3, punct. 1, n. 3. *Avila*, part. 7, disp. 4, dub. 5; cfr. dub. 7, concl. 4. — ⁵ Loc. cit., n. 78, 81 et seqq. — ⁶ Tr. 29, disp. 6, punct. 20, n. 6. — ⁷ Loc. cit., n. 84. *Cornejo*, qu. 6,

disp. 8, qu. 3. — ⁸ De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6. — ⁹ Decal., lib. 2, cap. 28, n. 7; cfr. cap. 27, n. 21 et 28. — ¹⁰ Loc. cit., cap. 27, n. 14. — ¹¹ Lib. 2, cap. 34, n. 121. — ¹² Tr. 29, disp. 6, punct. 19, § 2, n. 2. — ¹³ Tr. 10, cap. 8, n. 83. — *Bonac.*, disp. 7, qu. 3, punct. 7, n. 10. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 5, num. 4. — ¹⁴ Disp. 48, sect. 2, n. 5 et seqq. — ¹⁵ Loc. cit., punct. 20, n. 14. — ¹⁶ Loc. cit., n. 85. ^{a)} *Henriq.*, loc. cit., n. 3, lit. g.

^{c)} Cornejo non ita absolute loquitur, *qu. 6, disp. 8, qu. 2, vers. fin. dubii*; enumerat enim crimina quibus annexa est infamia, et negat induci per ea irregularitatem, si sint occulta; tum ait: «Occultum criminis, praeter homicidium, non debere post poenitentiam ab ordinum usu ac receptione prohiberi, nisi ordine judiciali delicta comprobata aut notoria fuerint».

^{d)} Suarez et Palaus non satis accurate citantur a Viva: Suarez enim, *disp. 48, sect. 3, n. 2*, et Palaus, *loc. cit., punct. 20, n. 5*, negant profecto filios haereticorum esse infames, uterque tamen affirmat eos esse irregulares. Idemque docet Palaus de filiis illegitimis (non enim loquitur de filiis illegitimorum, ut falso dicit Viva); Suarez autem *disp. 50, sect. 3, n. 1*, ait filios illegitimos irregulares esse, cujus rationem multiplicem afferri posse ait, «scilicet in detestationem paterni sceleris, ob infamiam quamdam et turpitudinem quam inde contrahit filius, et quia timeri potest ne filius sit paterni criminis imitator».

^{e)} Suarez, *disp. 43, sect. 3, num. 1*, utique concordat quoad assertum principale; sed non requirit ut sit notorium parentes fuisse haereticos; quin imo videtur negare id requiri; hic enim dicit *eandem* irregularitatem incurrere filios quam ipsos haereticos, et, *sect. 1, num. 4*, negavit requiri ut haereticus sit notorius ad hoc ut incurrat irregularitatem.

^{f)} Sanchez et Bonacina de filiis haereticorum et eorum qui damnati sunt laesae majestatis; Lessius et Henriquez de solis filiis haereticorum loquuntur. — De haereticorum filiis. S. Off. die 4 Decembr. 1890 et 3 Febr. 1898, edixit: «Filiis haereticorum qui in haeresi persistunt vel mortui sunt, ad primum et secundum gradum per lineam paternam; per maternam vero, ad primum dumtaxat, esse irregulares, etiam in Germania, et in aliis locis de quibus petitur»; in quibus scilicet religio praedominans est haeterodoxa vel protestantica.

364. — ^{a)} Suarez, Palaus et Henriquez de sola poenitentia seu emendatione loquuntur.

nacina, Cornejo, etc.: et colligitur ex can. *Si duo, caus. 35, qu. 6*. Modo emendatio, universim loquendo, ut ait Viva¹ et Croix² cum communi, saltem per triennium perseveret. — Si vero sit *juris*, non tollitur nisi per dispensationem; quamvis Bonacina teneat, hanc etiam tolli per Baptismum: et Salmant.³ non improbabile putant.

Episcopus non potest dispensare, ut infamis infamia facti ad sacros ordines ascendat: potest tamen, ut in susceptis ministret, si crimina sint minora adulterio, et reus egerit poenitentiam. Si vero infamia sit per sententiam iudicis, potest ab illo irregularitas tolli per aliam sententiam, qua reo fama restituatur. Salmant.⁴ et Contin. Tournely^{b)}. — Irregularitas ob crimen parentum, vel ob officium infame, tollitur per ingressum in religionem; ut Salmant.⁵ cum Cornejo.

Testantur autem ibid.⁶, Bordonus^{c)} et Antonius a Spiritu S., regulares, ex privilegiis Pii IV et Pii V, posse dispensare cum suis subditis in hac irregularitate, sive contracta ante ingressum in religionem, sive post: item, sive infamia fuerit juris, sive facti, nulla excepta.

365. — « SEXTA oritur ex injusta mutilatione, vel homicidio, etiam indirecte tantum voluntario; extenditurque ad omnes, qui ad alterutrum, sive in bello in injusto, sive extra illud, injuste concurrunt, consulendo, mandando. *Mutilatio* autem hic intelligitur, quando a corpore separatur membrum aliquod principale; id est, pars corporis, quae officium per se distinctum habet, v. gr. pes, manus, oculus, auris, etc. — Marcus Leo⁷ ex Covarruvias, Navarrus⁸. « Vide Bonacina⁹ ».

Bonac., qu. 3, punct. 1, n. 5 et 6. Cornejo, qu. 6, disp. 8, qu. 4, v. *Dico 1*. — ¹ De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6, v. f. — ² Lib. 7, n. 517. — Bonac., loc. cit., n. 6, v. *Quarto*. — ³ Tr. 10, cap. 8, n. 86. — ⁴ Loc. cit., n. 87. — ⁵ Loc. cit. — Cornejo, loc. cit., disp. 8, v. *Dico 4*. — ⁶ Ap. Salm., loc. cit., n. 87. — Anton. a Spiritu S., Director. regul., tr. 2, disp. 1, n. 75. Pius IV, bulla *Votis vestris*, de die 24 Maji 1560, in Bullar.

Ita habetur ex clem. *Si furiosus, un. de homic.* Et hoc verum est, etiamsi quis mutilet seipsum, ut, qui se ipsum castraret, ex can. *Si quis abscidit, dist. 55*. Sayrus, Cornejo cum Salmant.¹⁰ — Sicut etiam fieret irregularis, qui seipsum culpabiliter deformaret, aut digitum vel partem digiti sibi abscinderet; ut ex canone *Qui partem, dist. 55*. Dicitur: *seipsum*; quia secus esset (ut mox dicemus n. 379, in fine) si alter abscinderet tibi digitum.

366. — Haec igitur irregularitas oritur, tam ab homicidio *voluntario* (nimirum, cum homicidium sit vel directe volitum in se; vel indirecte in causa, inseparabiliter tamen et proxime cum illo conjuncta, prout est in lethali vulneratione, in porrectione veneni, etc.); quam ab homicidio *casuali*, indirecte volito, nempe in causa, praevisto effectu (non ita autem proxime cum causa conjuncto) et neglecta debita diligentia ad illum impediendum. — Hinc aliqua adnotabimus 1°. De homicidio *voluntario*. 2°. De homicidio *casuali*; advertendo, quod illud quod dicitur de irregularitate ob homicidium, etiam dicitur de irregularitate ob *mutilationem* voluntariam, sive casualem.

367. — Quod ad *homicidium voluntarium* pertinet:

1°. Incurrunt irregularitatem, omnes qui *propria actione* hominem occidunt; ut patet ex cap. *Si quis, 1, de homicid.* et ex Tridentino¹¹.

368. Sed hic dubitatur 1°. *An, si homicidam poeniteat facti ante mortem, incurrat irregularitatem?*

Negant Salmant.¹² Quia, ut ajunt, tunc occisori mors illa non est voluntaria in seipsa, sed tantum in causa: quae, cum jam retractata fuerit, ipse non influit amplius moraliter in mortem. — Sed verius

Mainardi. — Pius V, Mot. prop. *Dum ad Congregationem*, de die 13 Junii 1571, in Bullar. cit. — ⁷ Prax. S. Poenit., part. 3, v. *Crimina*. — Covar., in clem. *Si furiosus*, part. 3, in princ., n. 9. — ⁸ Man., cap. 27, n. 206. — ⁹ Disp. 7, de Irregul., qu. 4, punct. 8. — Sayr., lib. 7, cap. 1, num. 7. Cornejo, qu. 6, disp. 2, dub. un. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 8, n. 18. — ¹¹ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ¹² Tr. 10, cap. 8, n. 4

Sive sit voluntarium,

sive casuale.

Quod dicitur de homicidio valet pro mutilatione.

Fit irregularis occidens propria actione.

^{b)} Contin. Tournely, *de Irregul., part. 2, cap. 6, concl. 5*, dicit infamiam per sententiam contractam tolli per solam Ecclesiae dispensationem. In reliquis concordat.

^{c)} Bordonus, non ita absolute loquitur; dicit enim, *part. 1, resol. 11, n. 48*, infamiam facti tolli per emendationem sine dispensatione, infamiam vero juris tolli posse a prae-

Licet homicidiam poeniteat facti ante mortem, fit irregularis.

affirmant Suarez¹ et Viva²: nam in hoc differt causa moralis a physica. Qui posuit causam tantum *moralem*, sufficit ut eam moraliter auferat, ne effectus ei imputetur: hinc mandans homicidium, revocando mandatum ante ejus executionem, bene excusatur ab irregularitate; quia jam desinit moraliter influere. Qui vero posuit causam *physicam* mortis, nempe vulnus aut venenum, non excusatur si poeniteat; quia causa necessario pergit influere in mortem.

Hoc valet et pro mandante.

Immo recte docet Suarez³, nec etiam *mandantem* excusari ab irregularitate, si revocatio mandati casu non perveniat ad mandatarium.

Valde probabiliter tamen (ut diximus *n. 40*, et tenent iidem Salmant.⁴ cum Suarez^{a)}, Sayro^{b)}, Avila^{b)}, Cornejo^{b)}, etc., ac consentit ipse Viva⁵⁾ excusabitur ab excommunicatione mandans percuti clericum, si ante executionem poeniteat mandati sive consilii, licet revocatio mandatariorum non innotuerit; quia cessat contumacia requisita ad censuram incurrendam.

Certum autem est, quod si quis lethaliter quantumcumque vulneret, si mors non sequitur, irregularitatem non incurrit; quia nulla assignatur in jure propter conatum occisionis, sed tantum propter homicidium aut mutilationem. — Ita Suarez⁶; et Salmant.⁷ cum Avila et Sayro, ac alii passim.

¹ Disp. 44, sect. 3, num. 13. — ² De Censur., qu. 9, art. 2, n. 5. — ³ Loc. cit., — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 153. — ⁵ Loc. cit., num. 5. — ⁶ Disp. 44, sect. 2, n. 2. — ⁷ Tr. 10, cap. 8, num. 4. Avila, part. 7, disp. 5, sect. 1, init., v. *Tertio notandum*. Sayr., lib. 6, cap. 15, n. 3 et 4. — ⁸ In cap. *Significasti* 18, de homic., num. 1. — Covar., in

369. — Dubitatur 2^o. *An incurrat irregularitatem, si quis primus lethaliter aliquem percusserit, sed alii postmodum eum peremerint?*

Si unus feriat lethaliter, sed alii occidunt

Affirmant Fagnanus⁸; item Covarruvias et Ugolinus apud Bonacina⁹. Et inferunt ex dicto cap. *Significasti*, ubi Pontifex dixit, primum vulnerantem non esse irregularem, si constet vulnus ab ipso inflictum non fuisse lethale. Secus ergo, si lethale fuerit. — Negat vero Laymann¹⁰; Bonacina¹¹ cum Avila et Coninck; item Molina^{a)} et Henriquez^{a)}, apud Escobar¹².

juxta alios fit irregularis.

Juxta alios, non.

Ego autem censeo cum Escobar¹³, revera in praedicto cap. *Significasti* nihil definitum fuisse de hoc casu. Ibi enim fuit quidem decisum in casu ibi allato: nempe, cum quidam primum ab uno percussus fuisset, deinde ab aliis, et sic decesserit; respondit Pontifex, quod si constiterit, primum non percussisse lethaliter; eum non esse irregularem. Secus, si dubium fuisset, ut ex illius percussione, vel aliorum, vulneratus periisset. — Nostrum autem casum, nempe, quod primum vulnus lethale inflixerit, sed percussus ab aliis extinctus fuerit, puto a Pontifice fuisse praeteritum; saltem non constat fuisse decisum. Hoc tamen intelligendum^{b)}, si constet primum vulnus non causasse mortem, nec accelerasse, sed eam intulisse secundum vulnus, nempe si caput fuisset confractum aut cor transverberatum; nam

Judicium S. Doctoris

clem. *Si furiosus*, part. 2, § 2, n. 4. — Ugolin., de Irregul., cap. 14, § 1, n. 1. — ⁹ Loc. cit., qu. 4, punct. 8, n. 33. — ¹⁰ Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 10, m. 5. — ¹¹ Loc. cit., n. 33. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 4, concl. 2. — Coninck, disp. 18, dub. 8, n. 60. — ¹² Lib. 53, de Irregul., n. 311. — ¹³ Loc. cit., n. 312.

latis regularibus tam de jure communi quam de jure privilegii; et, *n. 50*, adducit hujusmodi privilegia.

368. — ^{a)} Suarez a Salmant. citatur pro sola ratione adjecta, nempe quod quando actus vel omissio voluntaria est in causa tantum, retractata causa, effectus non est in se culpabilis; quod utique Suarez habet, de *Pecc., disp. 3, sect. 4, n. 7 et 8*.

^{b)} Auctores isti (excepto Sayro) a Salmant. citantur, *n. 150*, ubi sermo est de casu quo retractatio pervenit ad notitiam mandatarii; sed casu quo non innotuerit retractatio, non amplius citantur; et re quidem vera: licet

Avila, *part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 7, concl. 2*, valde probabilem existimet opinionem quae excusat ab incurrenda excommunicatione, at tamen contrariam amplectitur, sicut et Sayrus, *lib. 3, cap. 26, n. 23*, et Cornejo, de *Excom., disp. 3, dub. ult.*, v. *Quaeres*.

369. — ^{a)} Molina, de *Just., tr. 3, disp. 33, membr. 7, n. 4, v. f.*, ait: « propenderem » in hanc sententiam; Henriquez vero, *lib. 14, cap. 14, n. 3*, ait « fortasse » excusari ab irregularitate.

^{b)} Et ita etiam suam sententiam intelligunt auctores a S. Alphonso allegati pro secunda opinione.

alias, in dubio, primus non effugit irregularitatem.

Incurrit mandans vel consulens.

370. - II^o. Incurrunt irregularitatem omnes homicidium *mandantes vel consulentes*; ut habetur ex can. *Si quis viduam, dist. dist. 50*; cap. *Significasti 18, de homicid.* et cap. *Sicut 6, § Qui vero, eod. tit.* Hoc tamen non currit, si mandans vel consulens non influxerit in homicidium, nimirum (ut dicunt Sanchez¹ et Viva²) si constet, homicidium ex alia causa accidisse; vel si ipsemet hoc asserat, sitque fide dignus; nam alias, ut bene advertit Sanchez, non est credendus.

In dubio an homicidium causatum sit ex mandato aut consilio:

alii dicunt mandantem aut consulentem esse irregularem.

371. - Sed dubitatur 1^o. *An mandans vel consulens censendus sit irregularis, in dubio an mandatum vel consilium fuerit, vel non, efficax causa homicidii?*

Prima sententia communior, quam tenent Sanchez³, cum Salas^{a)}; Palaus⁴ cum Navarro^{b)}; et Salmant⁵ cum Coninck^{c)}, Bonacina, Sayro, Avila et Cornejo, affirmat. — Tum, quia possidet mandatum sive consilium, usquedum probetur oppositum. Unde, sicut in foro externo hi damnarentur jam ut irregulares; ita censendum in interno, quod externo conformari debet, semper ac externum non utitur falsa praesumptione.

Tum, quia ratio textus in cap. *Ad audientiam*, nempe, quod in dubio homicidii tutior pars eligenda est, ut, si forte postmodum certe innotescat homicida, evitetur indecentia et scandalum, comprehendit tam homicidam, quam mandantem aut consulentem.

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 44. — ² De Cdsur., qu. 9, art. 2, n. 6. — Sanchez, loc. cit. — ³ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 44. — ⁴ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 2, n. 3. — ⁵ Tr. 10, cap. 7, n. 45. — Bonac., qu. 1, punct. 5, n. 7. — Sayr., lib. 7, cap. 3, num. 2. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 3, concl. 5. — Cornejo, de Irreg., qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 2, v. *Sed quid si consulens*. — ⁶ Part. 11, tr. 6, resol. 42. —

Secunda vero sententia, quam tenent ut probabilem Diana⁶, Sporer^{d)} et Tamburginius⁷, negat. — Quia, ut ajunt, irregularitas non incurritur, nisi expressa sit in jure. Jura autem loquuntur de iis qui certe sunt causa homicidii, mandando vel consulendo, vel qui dubie homicidium committunt; non autem de iis qui tantum dubie ad illud concurrunt. Unde, sicut non incurreret irregularitatem mandans sive consulens homicidium, nisi hoc in textibus supra allatis esset expressum; ita alii canones qui damnant percutientes, etiam in dubio an ex eorum percussione mors secuta fuerit, non extenduntur ad mandantes et consulentes, in dubio concursus. — Ad primam autem rationem responderi posse id, quod dicitur circa obligationem restitutionis (Vide dicta *Lib. III, n. 562, v. Secunda*, ex D. Thoma et aliis). Secundae vero rationi responderetur, quod in poenis, et praesertim in irregularitatibus (juxta dicta *n. 345*), non fit ob identitatem rationis extensio de casu ad casum. — Unde non videtur haec secunda sententia dicenda improbabilis.

Alii hoc negant.

372. - Dubitatur 2^o. *An incurrat irregularitatem, qui movet homicidam jam determinatum ad occisionem, ut citius eam exsequatur?*

Negat Hurtadus cum aliis apud Viva⁸; quia hic non influeret simpliciter in homicidium. — Sed communiter et recte affirmant Bonacina⁹, Palaus¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Avila et Cornejo; quia revera iste jam directe est causa illius homicidii eo tunc patrati.

Judicium S. Doctoris.

Movens ut citius patretur homicidium fit irregulare.

⁷ Lib. 10, tr. 4, cap. 5, num. 11. — Gasp. Hurt., disp. 2, diff. 6, num. 20. — ⁸ Qu. 9, art. 2, num. 6. — ⁹ Qu. 4, punct. 8, num. 19. — ¹⁰ Loc. cit., punct. 15, § 2, n. 3. — ¹¹ Tr. 10, cap. 8, n. 7 cum cap. 1, n. 147. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 3, concl. 3. — Cornejo, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 2, v. *Sed quid si is cui*. (isti duo auctores a Salmant. non citantur hic).

371. - a) Salas, in *Iam 2ae, tr. 8, sect. 23, n. 242*, citatur a Sanchez pro alio quodam asserto.

b) Navarrus citatur a Palao, *punct. 3, n. 8*, ubi sermo est de « dubio facti homicidii »; et revera Navarrus, in cap. *Si quis autem, de poen., dist. 7, n. 38*, dicit solum generatim in dubio homicidii aliquem censi irregularem in utroque foro.

c) Coninck hunc casum non habet, *disp. 18,*

dub. 2, n. 23 (al. n. 22), sed alium et quidem similem de quo eodem loco tractant Salmant.; de eo scilicet loquitur « qui scit se aliquem verberasse, qui paulo post mortuus est, et manet dubius an ex ipsius laesione sit mortuus »; quem dicit « valde probabiliter... debere se gerere pro irregulari ».

d) Sporer, *tr. 5, cap. 3, n. 135*, probabilem utique existimat hanc secundam opinionem; sed primam ait esse probabiliorem.

373. - Dubitatur 3^o. *An consiliator homicidii excusetur ab irregularitate, si ante executionem consilium revocet?*

Item, juxta alios, consulens revocans consilium.

Negat Navarrus¹; et Bonacina² cum Azor et aliis; quia consilium adhuc revocatum semper influit. — Affirmant vero Suarez³ cum communi (ut asserit), Silvester⁴, Filliuccius⁵; item Petrus Navarra, Avila; Sayrus, Salon^{a)} et Ugolino apud Bonacina⁶. Quia, ut consulens excusetur, sufficit quod, sicut consulendo moraliter influxum posuit; ita, consilium revocando, influxum moraliter auferat (modo, intelligitur, revocatio perveniat ad homicidam^{b)}); tunc enim homicidium potius imputatur malitiae executoris, quam consilia suadentis.

Sed hoc negant alii.

Sed, juxta dicta *Lib. III, num. 559, v. Prima*, dicimus, quod si consilium fuerit dumtaxat falsum, vel datum auctoritativo modo, revocans illud non fit irregularis. Secus, si consulens insinuavit motivum vel modum occidendi; tunc enim probabilius incurrit irregularitatem, quia motivum aut modus semper influere pergunt. — Hoc tamen non obstante, secundam sententiam non puto improbabilem (Vide dicta *n. 559*).

Et non improbabili-ter.

Incurrunt cooperantes ad homicidium.

374. - III^o. Incurrunt irregularitatem, omnes qui *voluntarie cooperantur* ad homicidium, vel ut illud celerius, audacius

aut securius fiat; ut communiter docent Palaus⁷, Bonacina⁸; Tamburinius⁹ cum Sayro, Praeposito et Ugolino; et Salmant.¹⁰ cum Cornejo et Avila, ex cap. *Sicut*, § 3 *Qui vero*, et § 7 *Clericos, de homicid.*

Hinc fiunt irregulares 1^o. Omnes qui ad homicidium se excitant; quamvis unus solus occidat. 2^o. Omnes qui praeliantur in bello injusto, si aliquis in eo occidatur, etiamsi hoc non intendat; tunc enim saltem incurrunt irregularitatem homicidii casualis. 3^o. Omnes qui ministrant arma aut pecunias, ad homicidium aut bellum injustum patrandum. 4^o. Omnes qui injuste accusant aut testificantur, aut judicant, ut homo occidatur. 5^o. Omnes qui associantur occisorem, animum augendo. — In communiter^{a)} Viva¹¹, Tamburinius¹²; et Salmant.¹³ cum Bonacina, Avila, Gibalino et Cornejo.

Consecta ria.

Quapropter dicit Tamburinius¹⁴ cum Sayro, Praeposito et Ugolino, quod si in rixa te ostendas amico rixanti, jam eris irregularis, si ille occidat; quia tali praesentia jam animum augeas. Additque cum Praeposito^{b)}, non posse approbare opinionem Avilae, Henriquez et aliorum, dicentium excusari ab irregularitate patrem associantem filium rixantem, ne filius periclitetur si filius alterum occidat. — Subdit

¹ Man., cap. 27, n. 233. — ² Qu. 4, punct. 8, n. 20. *Asor*, part. 3, lib. 2, cap. 10. — ³ Disp. 44, sect. 3, num. 13. — ⁴ V. *Homicidium I*, num. 12, qu. 8. — ⁵ Tr. 20, cap. 2, n. 34. *Petr. Navar.*, de Restit., lib. 3, cap. 4, n. 27. *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 4, concl. 3. *Sayr.*, lib. 7, cap. 3, num. 5 et 6. *Ugolin.*, de Irregul., cap. 16, § 9. — ⁶ Loc. cit., num. 20. — ⁷ Loc. cit., n. 6. — ⁸ Qu. 4, punct. 8, num. 28. — ⁹ Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 7, n. 26. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, num. 9 et 11. *Praepos.*, qu. 5, de Irregul., dub. 8, num. 65. *Ugolin.*, de Irregul., cap. 17, § 1. — ¹⁰ Loc. cit., n. 13. *Cornejo*, loc. cit., qu. ult. —

Avila, loc. cit., sect. 3, dub. 3, concl. 1. — ¹¹ Qu. 9, art. 2, num. 3 et 7. — ¹² Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 7, num. 26. — ¹³ Tr. 10, cap. 8, num. 14. *Bonac.*, qu. 4, punct. 8, n. 29. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 2 et dub. 3, concl. 1. — *Gibalino*, cap. 4, qu. 1, consec. 9, n. 20; consec. 10, n. 21 et 23, consec. 15, n. 45. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. ult., v. *Infero*. — ¹⁴ Loc. cit., n. 27. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, n. 11. — *Praepos.*, qu. 5, de Irregul., dub. 8, num. 65. — *Ugolin.*, cap. 17, § 1, v. f. — *Avila*, loc. cit., dub. 3, concl. 1, post med. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 16, num. 1.

373. - *a)* Quamvis Salon hic a Bonacina citatur, sed sine loci indicatione, ipse tamen, quod sciam, hanc sententiam non tenet; quin immo videtur contrariam suadere, *in 2am 2ae, qu. 62, art. 7, contro. 6*, ubi negat satis esse consiliarium retractasse suum consilium; sed quando damnum subsecutum est, ad restitutionem tenetur, licet consilium retractaverit.

b) Auctores citati pro secunda sententia requirunt, ut consulens faciat quod possit ad tollendum influxum, quod plures ex ipsis hoc modo explicant: scilicet ut contrariis rationibus nitatur dissuadere ab occisione; quod si vero nequeat dissuadere, requirunt omnes

ut moneat occidendum de periculo. Hinc non multum videtur differre haec opinio a prima; Navarrus enim et Azor negant revocantem consilium excusari ab irregularitate, « quia tenetur persuadere contrarium ».

374. - *a)* Non omnes auctores citati singula haec exempla, sed quidam unum alterumve dumtaxat afferunt.

b) Praepositus male adducitur a Tamburinio contra Avilam; nam, *loc. cit.*, Praepositus de asserto Avilae scribit: « Non videtur improbabile, si exterius [pater vel frater invadentis] non censeantur eum animare ad occidendum ».

Viva ¹ cum Avila, fieri etiam irregularem, qui suadet amico ut inimicum occidat ^{c)}; vel se exponat probabili periculo mortis, si postea ipse amicus occidatur. (Vide n. 387, v. *Secunda*).

375. - Dubitatur 1^o. *An incurrat irregularitatem, qui rati habet homicidium suo nomine patratum?*

Affirmant ^{a)} Navarrus ²; atque Molina, Silvester, etc. apud Salmant. ³; quia, ut ajunt, rati habentes aequiparantur mandantibus. Ideo in cap. *Cum quis, de sent. excom.*, in 6^o, rati habentes percussionem clerici suo nomine factam, jam incurrunt excommunicationem. — Sed verius et communiter negant Suarez ⁴, Bonacina ^{b)}; Salmant. ⁵ cum Cornejo, Diana, Gibalino, Villalobos et Leandro; ac Escobar ⁶ cum Coninck, Avila, Covarruvias, Sayro et Henriquez ^{c)}. Ratio, quia nullibi habetur in jure, rati habentibus impositam esse irregularitatem. Rati habitio autem aequiparatur mandato quoad culpam; non autem quoad poenam, nisi in jure sit expressum: prout expressum est de rati habentibus clerici percussionem, respectu ad excommunicationem, non autem irregularitatem incurrendam.

¹ De Censur., qu. 9, art. 2, n. 8. - *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 5, concl. 3 et 4. — ² Man., cap. 27, n. 233. — *Molina*, de Just. et Jure, tract. 3, disp. 33, membr. 4. — *Silvest.*, v. *Homicidium I*, n. 11, v. *Quintum*. — ³ Tr. 10, cap. 8, n. 11. — ⁴ Disp. 44, sect. 3, n. 24. — ⁵ Loc. cit. n. 12. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 3, v. *Sed quid de consensione*. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 13. *Gibal.*, cap. 4, consec. 15. — *Villal.*, part. 1, tr. 21, diff. 20, n. 12 et 13. *Leand.*, tr. 2, disp. 10, qu. 35. — ⁶ Lib. 53, n. 288 et 289. — *Coninck*, disp. 18, dub. 8, n. 72. - *Avila*, loc. cit., dub. 6. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 1, n. 4. - *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, num. 17. — ⁷ De Censur., disp. 45, sect. 4, n. 3. — ⁸ Qu. 4, punct. 8, n. 37. — ⁹ Tr. 10, cap. 8, n. 39. —

376. - Dubitatur 2^o. *An incurrat irregularitatem, qui valens homicidium impedire, culpabiliter non impedit?* — Si tantum ex *charitate* tenetur impedire, certum est apud omnes, non incurrere; esto ex odio non impediatur. Ita communiter Suarez ⁷, Bonacina ⁸; et Salmant. ⁹ cum Avila, Sayro, Filliuccio, Gibalino, Henriquez, Cornejo, etc.

Dubium fit, *an incurrat, qui tenetur impedire ex justitia, ratione pacti vel officii*; nempe, si sit medicus stipendio conductus, advocatus qui tenetur reum tueri, custos viarum, pater, tutor, dominus, aut maritus qui tenetur uxori alimenta praestare?

Prima sententia negat incurrere. Et hanc tenent Roncaglia ¹⁰, Hurtadus ¹¹, Turrianus ^{a)}; Diana ^{b)} cum Vasquez et Tabiena ^{c)}; item Praepositus, Leander et Gibalino ^{d)} apud Salmant. ¹². Et probabilem videri ajunt Palaus ¹³ et Escobar ¹⁴. — Ratio, quia aliter judicandus est qui positive influit in homicidium, quam qui homicidium non impedit.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent Navarrus ¹⁵, Suarez ¹⁶, Palaus ¹⁷, Bonacina ¹⁸, Toletus ¹⁹, Contin. Tournely ²⁰;

Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 7, concl. 1. - *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, n. 3. - *Fill.*, tr. 20, cap. 4, n. 127. - *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, consec. 13, n. 35 et 41. - *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, n. 7. - *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 4, concl. 1. — ¹⁰ Tr. 4, qu. 7, de Irregul., cap. 3, qu. 3, v. *Non pauci*. — ¹¹ Disp. 2, diff. 9, n. 34. - *Vasq.*, in Mss. de Irregul., apud Diana, Hurt. et Turr. — *Praepos.*, dub. 10, num. 79. *Leand.*, tr. 2, disp. 10, qu. 88. — ¹² Loc. cit., num. 41. — ¹³ Tract. 29, disp. 6, punct. 15, § 7, num. 3. — ¹⁴ Lib. 53, n. 315. — ¹⁵ Man., cap. 27, num. 231. — ¹⁶ Disp. 45, sect. 4, v. *Dico 2*. — ¹⁷ Loc. cit., n. 2 et 3. — ¹⁸ Loc. cit., n. 37. — ¹⁹ Lib. 1, cap. 87, n. 6. — ²⁰ De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 1, v. f. v. *Resp. 2*.

Non impediens, si solum ex charitate tenetur, non fit irregularis.

Si ex justitia tenetur, neque fit irregularis, juxta alios.

Juxta alios, fit irregularis.

^{c)} Viva et Avila secundum dumtaxat casum proferunt.

375. ^{a)} Affirmant utique, modo rati habens potuerit mandare homicidium tempore quo patratum est. Praeterea Molina requirit ut rati habitio externa sit.

^{b)} Bonacina, qu. 4, punct. 8, n. 42, negat incurrere irregularitatem, si homicidium factum sit « ipso insciente ».

^{c)} Henriquez, lib. 14, cap. 7, n. 2, negat esse irregularem in foro interiori. Cfr. etiam cap. 12, n. 10.

376. - ^{a)} Turrianus, lib. 9, disp. 63, dub. 5, v. *Sed difficultas est*, non dicit aperte se amplecti sententiam negativam, nihilominus

hanc videtur tenere eo quod argumenta quibus nititur exponit.

^{b)} Diana, part. 4, tr. 2, resol. 7, probabilem existimat, sed contrariam vocat communioem et probabiliorem.

^{c)} Tabiena, v. Irregularitas I, n. 3, negat in genere eum qui occisionem non impedit incurrere irregularitatem, et affert exemplum medici « qui dimittit infirmum mori, nolens mederi », et divitis « qui dimittit pauperem fame mori ».

^{d)} Gibalino utique sic tenet, n. 35 et 41; sed addit n. 39 et 41: « Mera et nuda non defensio... tamen vix contingit in obligationibus justitiae ».

Alii ajunt rati habentes fieri irregulares.

Verius alii negant.

Escobar¹ cum Manuele et Henriquez; ac Salmant.² cum Avila, Sayro et Cornejo. — Ratio, quia omittens defendere, cum possit, quem ex justitia defendere tenetur, censetur verus homicida; cum ipse, si non physice, moraliter tamen influit in homicidium.

Judicium
S. Doctoris.

Haec sententia est quidem communior, et probabilis. — Sed non minus probabilis mihi videtur prima. Cum enim irregularitas debeat esse in jure expressa, recte dicit Roncaglia, ex sacris canonibus non satis constare, hujusmodi non impediennes, moralem tantum causam praebentes, incurrere irregularitatem; sed solos occidentes, mandantes, consulentes, omnesque positive in homicidium influentes.

Idem autem Contin. Tournely^{e)} et Escobar³ excusant ab irregularitate qui omittunt impedire, non jam studiose, ut homo occidatur, sed tantum ex timore vel negligentia. Idque recte inferunt ex cap. *Quaesitum, de poenit. et remiss.*, ubi parentes, ex quorum culpa filii in cunis perierint, censentur irregulares, si studiose neglexerint suffocationem impedire, non tamen, si ex ipsorum incuria filii mortui fuerint.

Quando-
nam incur-
ratur irreg.
ob homici-
dium ca-
suale.

377. — Haec, quoad homicidium voluntarium. Quod vero ad *homicidium CASUALE* spectat, incurritur irregularitas etiam ab eo qui periculum mortis praevidet ex aliqua sua actione, et negligit culpabiliter

¹ Lib. 53, n. 315. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 176, n. 14 et cap. 177, n. 5, 6 et 18. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, n. 7. — ² Tr. 10, cap. 8, n. 42. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 7, concl. 2. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, a n. 3. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 4, concl. 2. — *Ronc.*, Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 3, v. *Non pauci*. — ³ Loc. cit., n. 315. — ⁴ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 5, n. 3. — ⁵ Tr. 10, cap. 8, num. 29. — *Avila*, loc. cit. sect. 1, dub. 14 et 15. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4. n. 1, 4 et 6. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 7. — ⁶ Qu. 4, punct. 7 n. 27. — ⁷ Loc. cit., § 4, n. 1. —

illud praecavere. Ita Palaus⁴ et Salmant.⁵ cum Avila, Covarruvias et Henriquez ac alii passim: ut patet ex clem. *Si furiosus, de homicid.* ^{a)}. Dicitur: *culpabiliter*. Nam ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiritur culpa lata, quae peccatum mortale supponit; ut communiter docent Bonacina⁶, Palaus⁷, Suarez⁸, Contin. Tournely⁹, Concina¹⁰, Salmant.¹¹ cum Avila, Sayro et Cornejo; ac Viva¹² cum Cajetano^{b)}, Armilla^{b)}, etc.

378. — « Unde resolves:

« 1^o. Non fit irregularis, qui in rixa « praescindit alteri digitum, pollicem, ungues,¹ dentes, barbam, capillos, labia, « nasum, auriculam (id est, cartilaginem, « quae tantum deservit ad ornatum et « tutelam auris). Quia non sunt proprie « membra; v. gr. digitus est pars tantum « et officium membri. — Avila et alii octo^{a)}, « apud Diana¹³. Item Marcus Leo^{b)}, ex « Glossa in cap. *ult. de homicid.*, in 6^o et « leg. *Quaeritur 10* ^{c)}, leg. *Non sunt 14*, « § *Partus*, ff. *de statu hom.* ».

379. — Incurritur igitur irregularitas etiam ob mutilationem membri; ut habetur in cap. *Significasti, de homicid.* ^{a)}, et in clem. *Si furiosus, eod. tit.*

Incurritur
irregul. ob
mutilatio-
nem mem-
bri.

Sed dubitatur 1^o. Quid veniat nomine *membri*?

Prima sententia, quam tenent Suarez¹⁴; ac Sotus, Cajetanus, Aragon, etc. apud Salmant.¹⁵ dicit, intelligi non solum ocu-

⁸ Disp. 45, sect. 5, n. 8. — ⁹ De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, v. *Resp. 2*. — ¹⁰ Diss. 2, cap. 6, num. 7. — ¹¹ Loc. cit., n. 30. — *Avila*, loc. cit., dub. 11, concl. 3. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 4 et seqq. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 3, in princ. — ¹² Qu. 9, art. 2, num. 10. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 1. — ¹³ Part. 4, tr. 2, resol. 26. — ¹⁴ Disp. 44, sect. 2, num. 7 et seqq. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 2, artic. 1. — *Cajet.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 65, artic. 1. — *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 65, artic. 1, v. f. — ¹⁵ Loc. cit., num. 21.

^{e)} Contin. Tournely, *loc. cit.*, art. 1, v. f., absolute et in genere dicit non impediennes incurrere irregularitatem; sed postea quaerit utrum incurrat irregularitatem homicidii voluntarii, si non impediens ex odio et ex intentione ut alius occidatur; « si vero non impediens ex timore humano vel negligentia, ... censebitur casuale ».

377. — ^{a)} Clem. *Si furiosus*, quod ad praesens attinet, dicit solum: « Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit ».

^{b)} Legendum est: *contra* Cajetanum, *Sum.*,

v. Irregularitas et in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, v. f. et Armillam, v. Irregularitas, num. 4 et 12.

378. — ^{a)} Praeter Avilam, Diana citat sex dumtaxat auctores pro hac sententia, quidquid dicat Busembaum; ceteri duo citantur pro opposita sententia, saltem in parte.

^{b)} Marcus Leo, *Praxis*, part. 3, v. *Et ideo*, de digito loquitur.

^{c)} Glossa in leg. *Quaeritur* nihil videtur ad rem facere.

379. — ^{a)} Cap. *Significasti 18, de homicid.*, de vulneratione loquitur.

lum, manum, etc., sed etiam nasum, digitos et auriculam; quia per horum abscissionem jam aufertur (ut ajunt) corporis integritas. — Sed communissime et probabilius Bonacina ¹, Palaus ², Concina ³, Habert ⁴, Contin. Tournely ⁵; Cabassutius ⁶ cum Navarro ac Avila; et Salmant. ⁷ cum Valentia, Covarruvias, Sayro, Diana, Hurtado, Gibalino, etc. dicunt, nomine *membri* intelligi tantum partes illas corporis, quae proprium officium habent ab aliis divisum, ut oculus ad videndum, manus ad agendum, pes ad ambulandum, etc.

Quid probabilius veniat nomine membri.

Non fit irregularis, amputans auriculam,

nec dentes evellens,

nec capillos, barbam aut digitum abscindens.

Hinc probabilius dicunt Palaus ⁸ et Contin. Tournely ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Avila, Covarruvias, Sayro, Cornejo, etc., non incurrere irregularitatem qui amputaret *auriculam*; quia, ea ablata, non tollitur omne officium audiendi. Nec, qui *dentes* evelleret; quia non sunt membra, sed instrumenta maxillarum ad cibos mandendos; ut Bonacina ¹¹, Palaus ¹²; et Salmant. ¹³ cum Sayro, Diana et Gibalino. Et tanto minus, qui *capillos* aut *barbam* abscinderet. — Item, nec qui aufert alteri *digitum*, quisquis sit; ut Bonacina, Palaus, Contin. Tournely; et Salmant. ¹⁴ cum ^{b)} Valentia, Avila, Covarruvias, Sayro, Hurtado, Cornejo et aliis communissime. Nec

obstat textus in can. *Qui partem 6, dist. 55*, ubi declaratus fuit irregularis, qui sibi ipsi digitum vel partem digiti abscidit; nam respondetur cum Contin. Tournely et Habert ^{c)}, illi non fuisse irregularitatem impositam ob solam mutilationem, sed ob pravam voluntatem, *quae sibi causa fuit* (ut ibi dicitur) *ferrum injicere*.

380. — Dubitatur 2^o. *An sit irregularis, qui abscindit testiculos alterius?*

Negant Bonacina ^{a)}, Hurtadus, Avila et Cornejo apud Salmant. ¹⁵; quia (ut dicunt) illi non sunt membrum, sed pars membri. — Sed probabilius affirmant Roncaglia ¹⁶, Palaus ¹⁷ et Salmant. ¹⁸ et Diana ¹⁹ (quamvis alias ^{b)} oppositum dixerit); quia testiculi jam propriam operationem habent, nempe efformandi semen aptum ad generandum. Intellige id tamen, si abscissio injuste fit. — Secus vero, si unus tantum testiculus auferatur; quia unus non habet officium ab altero diversum, cum uterque ad eundem operationem concurrant.

Fit irregularis, abscindens utrumque testiculum.

Fieret vero irregularis, ut recte dicunt Palaus ²⁰, Contin. Tournely, Habert ^{c)}, Concina; et Salmant. ²¹ cum Sayro et Bonacina ^{d)}, qui mulieri *unam mamillam* abscinderet; quia unaquaeque mamilla proprium officium habet.

Item, abscindens unam mamillam.

¹ Qu. 4, punct. 8, n. 3. — ² Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 1, n. 4. — ³ Diss. 2, cap. 6, n. 4. — ⁴ De Ordine, part. 3, cap. 6, § 9, qu. 3. — ⁵ De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 1, v. *Quaeres 2*. — ⁶ Lib. 5, cap. 20, n. 9. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 206. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 1. — ⁷ Tr. 10, cap. 8, n. 22. *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 4, post med. *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 3, in princ., n. 6. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 15, num. 13 et seqq. *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 20; et part. 4, tr. 2, resol. 26. — *Gasp. Hurt.*, disp. 2, diff. 5, num. 18. *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, num. 6. — ⁸ Loc. cit., num. 4. — ⁹ Loc. cit., art. 1, v. f., v. *Ex quibus*. — ¹⁰ Loc. cit., n. 24. *Avila*, loc. cit., dub. 1, v. *Sequitur 2*. — *Covar.*, loc. cit., v. *Primum*. *Sayr.*, loc. cit., n. 17. *Cornejo*, qu. 6, disp. 2, dub. un., qu. 4, v. *Infero 2*. — ¹¹ Loc. cit., n. 3 et 8. — ¹² Loc. cit., n. 4. — ¹³ Loc. cit., num. 24. — *Sayr.*, loc. cit.,

n. 14. *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 20. — *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, consec. 16, num. 46. — *Bonac.*, loc. cit., num. 3. — *Palaus*, loc. cit., num. 4. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *Ex quibus*. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 8, n. 24. *Valent.*, loc. cit. *Avila*, loc. cit., dub. 1, v. *Sequitur 2*. *Covar.*, loc. cit., n. 9, v. *Tertio et Quarto*. *Sayr.*, loc. cit., n. 15 et seq. *Hurt.*, loc. cit., n. 19. — *Cornejo*, loc. cit., qu. 4, v. *Infero 1*. — *Contin. Tourn.*, loc. cit., art. 1, v. *Resp. ad 3*. — *Hurt.*, loc. cit., n. 19. *Avila*, loc. cit., dub. 1. *Cornejo*, loc. cit., disp. 2, v. *Ad secundam*. ¹⁵ Loc. cit., n. 23. — ¹⁶ Qu. 7, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — ¹⁷ Loc. cit., n. 4. — ¹⁸ Loc. cit., n. 23. — ¹⁹ Part. 9, tr. 7, resp. 21. — ²⁰ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 1, n. 4. — *Cont. Tourn.*, de Irregul., part. 2, cap. 8, art. 1, v. *Ex quibus*. — *Concina*, diss. 2, cap. 6, num. 4. — ²¹ Tr. 10, cap. 8, num. 23. *Sayr.*, lib. 6, cap. 15, n. 18.

^{b)} Valentia, Covarruvias et Hurtadus hic a Salmant. omittuntur, quamvis revera sic doceant de ablatione digiti.

^{c)} Habert, *loc. cit.*, qu. 3, v. *Dices*, scribit eum irregularem esse, « qui volens et ex culpa abscidit [partem digiti...]; hic enim irregularis est ex delicto et non ex defectu ».

380. — ^{a)} Bonacina ita sane refertur a Salmant.; sed ipse, *loc. cit.*, punct. 8, n. 3 de testiculis non loquitur sed ait: « membrum virile [est] proprie membrum ».

^{b)} Scilicet *part. 2, tr. 15, resol. 20*.

^{c)} Habert, *loc. cit.*, qu. 3, casum hunc silentio praetermittit.

^{d)} Bonacina, qu. 4, punct. 8, n. 3, videtur loqui de abscissione utriusque mamillae: « Idem dicendum est [scil. esse membrum] de mamillis foeminarum, eo quod habeant proprium officium distinctum a caeteris ». Sed Salmant. loquuntur de eo qui abscidit « mamillas aut mamillam mulieris » et auctores indiscriminatim adducunt.

Quid, de
abscissione
dimidiae
manus.

Idem docent Suarez^{e)} et alii apud Viva, de abscissione *dimidiae manus*. — Sed contradicit Contin. Tournely¹; quia in *cap. 2, de cler. aegrot.*, qui duos digitos cum medietate palmae amisit, non dicitur mutilatus, sed debilitatus. Communiter autem dicunt Navarrus², Cabassutius³ cum Suarez, Coninck et Avila; Salmant.⁴ cum Soto, Bonacina, Covarruvias, Sayro et Avila; ac Croix⁵ cum Suarez et Silvio (contra Cajetanum^{f)}, etc.), et probabile putat Roncaglia⁶, non esse irregularem qui alterius membrum debilitaret, adhuc taliter ut redderet ineptum ad officium suum. Imo, etiamsi mortuum relinqueret; ut dicunt Palaus⁷; et Navarrus⁸, Covarruvias⁹, etc. apud Salmant.⁸. — Sed huic valde probabiliter contradicunt Suarez⁹, Cabassutius¹⁰, Concina¹¹; et Salmant.¹² cum Cornejo, etc.; quia tale membrum, licet secundum apparentiam non sit mutilatum, reipsa tamen ablatum censetur, cum non sit amplius animatum et continuatum cum aliis membris.

Unde probabiliter e converso inferunt Salmant.¹³, non esse irregularem, qui tale membrum omnino exsiccatum abscinderet: quia talis non esset mutilatio formalis.

Viva, qu. 9, art. 2, n. 2. — ¹ De Irreg., part. 2, cap. 8, art. 1, v. *Resp. Partes*. — ² Man., cap. 27, n. 206, v. *Tertio* et n. 223. — ³ Lib. 5, cap. 20, n. 9. — *Suar.*, disp. 44, sect. 2, n. 5. — *Coninck*, disp. 18, dub. 8, n. 61. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 8, n. 25. *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 2, artic. 1. *Bonac.*, qu. 4, punct. 8, n. 6 et 11. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 3, in princ., num. 9^{bis}. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 15, num. 5. *Avila*, loc. cit. — ⁵ Lib. 7, num. 487. *Suar.*, loc. cit., num. 5. *Silv.*, opusc. 6, Resolut. var., v. *Irregularitas I*. — ⁶ Qu. 7, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — ⁷ Loc. cit., num. 5. — ⁸ Loc. cit., n. 26. — ⁹ Disp. 44, sect. 1, n. 11. — ¹⁰ Loc. cit., n. 9. — ¹¹ Loc. cit., n. 5. — ¹² Loc. cit., num. 27.

e) Suarez, *disp. 44, sect. 2, n. 8*, non satis sibi videtur consentire; principium enim generale adducit quod videtur valere pro abscissione *unius* dimidiae palmae, deinde vero exemplum affert de abscissione dimidiae *utriusque* manus; haec sunt ejus verba: mutilationem simpliciter dicendam esse, « si principale membrum notabiliter minuatur, licet non totum abscindatur... Exemplisque declaratur: nam quis dicat ad irregularitatem non satis esse digitos vel dimidiam partem utriusque manus abscindere ». Quin imo, *n. 9*, negat abscissionem unius digiti, si sit ex duobus minimis, satis esse ad irregularita-

381. — In hac autem irregularitate propter mutilationem, bene possunt dispensare episcopi, si sit occulta: ex facultate Tridentini¹⁴, ubi tantum excipitur irregularitas ob homicidium voluntarium; — ut communiter docent Suarez¹⁵, Palaus¹⁶, Bonacina¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Filliuccio, Avila, Cornejo, Diana, Gibalino, Villalobos, etc.

382. — « 2^o. Nec fit irregularis, qui ex caecavit hominem, solo visu privando, « non autem oculum extrahendo: nec qui « debilitat tantum membrum et non abscindit; quia non est mutilatio. — Diana¹⁹ « ex Megala, etc.

« 3^o. Quando plures (non ex consilio, « sed in rixa) unum percutiunt, et unus « lethale vulnus infligit, ex quo moritur; « si constet quis hoc fecerit, hunc solum « fieri irregularem docent Sayrus et alii « quinque^{a)} cum Diana²⁰; contra Avila, « Suarez, etc.

« 4^o. Qui infirmo bona fide dat aliquid, « v. gr. cibum vel potum, vel eum movet, « vel de lecto in lectum transfert, aut « aliud circa eum operatur, ex quo mors « vel ejus acceleratio praeter intentionem « sequatur; non fit irregularis, nisi inter- « venerit lata culpa. Avila, Filliuccius et

Cornejo, qu. 6, disp. 2, qu. 2. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Sess. 24, de reform., cap. 6 *Liceat*. — ¹⁵ Loc. cit., n. 4. — ¹⁶ Loc. cit., punct. 15, § 3, n. 3. — ¹⁷ Qu. 4, punct. ult., n. 11. — ¹⁸ Cap. 8, n. 28. *Fill.*, tr. 20, cap. 2, n. 51. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 4. *Cornejo*, loc. cit., qu. ult. *Diana*, part. 1, tr. 11, resol. 112 et part. 4, tr. 2, resol. 71. *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, n. 9. *Villal.*, part. 1, tr. 21, diff. 21, n. 2. ¹⁹ Part. 4, tr. 2, resol. 26. *Megal.*, Instit. confess., part. 3, lib. 7, cap. 1, n. 30 et 31. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, n. 13. ²⁰ Part. 2, tr. 15, resol. 18. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 3, concl. 4. — *Suar.*, disp. 45, sect. 3, n. 11. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 8, concl. 2 et 3. — *Fill.*, tr. 19, cap. 10, n. 278.

tem; « de quolibet autem aliorum mihi videtur res satis gravis et ad minimum dubia et dispensatione indigens ».

f) Cajetanus male citatur a Croix; non enim de simplici debilitatione loquitur, *in 2am 2ae, qu. 65, art. 1*, sed de abscissione digiti.

g) Navarrus, *Man., cap. 27, n. 207*, et Covarruvias, *in clem., Si furiosus, part. 3, in princ. n. 9^{bis}*, plane rem innuunt et fere expresse asserunt.

382. — a) Diana praeter Sayrum tres tantum auctores affert pro sua sententia, quidquid dicat Busenbaum.

Episcopi
dispensant
si mutilatio
occulta.

De eo qui
excaecat a-
liquem.

De occi-
sione in ri-
xa.

De morte
infirmi ac-
celerata.

« alii quatuor ^{b)} cum Diana ¹⁾: ubi (ex Bo-
« nacina ^{c)}, etc.) notat, sacerdotibus et
« religiosis circa moribundos licere eadem,
« quae laicis ». — Ita etiam Contin. Tour-
nely ²⁾, Concina ³⁾; Elbel ⁴⁾ cum Filliuccio
et Avila; ac Salmant. ⁵⁾ cum Cornejo et
Pellizzario.

Sic etiam nec fit irregularis sacerdos,
jubens fieri abscissionem membri prae-
scriptam a medico: modo ipse non exse-
quatur. Cabassutius ⁶⁾. — Immo, multum
probabiliter Concina ⁷⁾ eximit ab irregula-
ritate, qui adjuvaret chirurgum congrue
mutilantem aegrotum.

An vero fiat irregularis qui facit ista,
ut infirmus citius moriatur? — Affirmant
Covarruvias, Navarrus, etc. — Sed negant
Pellizzarius et Coninck ^{d)}, ac merito proba-
bile putant Salmant. ⁸⁾; quia, licet adsit
peccatum grave, deficit tamen actio ex-
terna graviter injusta. — Hinc mihi vide-
tur utendum distinctione, qua usi sumus
in obligatione restitutionis (juxta dicta
Lib. III, n. 551, v. Sed in hoc): spe-
ctandum enim, an apponatur, vel non,
diligentia ad mortem infirmi praecaven-
dam. — Certe autem fit irregularis, qui
temere remedium praeberet, ex quo mors
notabiliter acceleraretur. Salmant. ⁹⁾.

Semper tamen ad irregularitatem ex
delicto requiritur culpa lata cum peccato

mortali; ut Salmant., Contin. Tournely,
Concina et alii communiter, citati *n. 348*
et 377.

« 5°. Qui amicum bono animo comita-
« tur, ne periclitetur in rixa, non fit irre-
« gularis, etsi amicus occidat alium. Avila,
« Henriquez, etc. cum ^{e)} Diana ¹⁰⁾. — Li-
« mitat autem Praepositus ^{f)}, nisi sua prae-
« sentia animaverit ad occidendum ». —
[Vide *n. 374*].

« 6°. In bello injusto, si vel unus occi-
« datur, totus exercitus fit irregularis:
« saltem si aliqua ratione sit cooperatus.
« — Bonacina ¹¹⁾ ».

« 7°. Irregularis fit, qui procurat abor-
« tum foetus animati anima rationali; se-
« cus, si animatus non sit. Can. *Moses*
« [9, *caus.*], 32, *qu. 2*^{g)}. — Bonacina ¹²⁾,
« Coninck, etc.

383. - « 8°. Qui dans operam rei licitae
« (immo, secundum multos, etiam illicitae),
« sufficientem diligentiam adhibuit, ne ex
« ea homicidium sequeretur, et tamen
« secutum est; non fit irregularis, ob de-
« factum voluntarii. Secus tamen, si di-
« ctam diligentiam omisit omissione mor-
« tali. Bonacina ¹³⁾, Lessius ^{a)}, etc. — Alii
« tamen dicunt, quod dans operam rei illi-
« citae, ex quavis culpa, etiam levissima,
« incurrat hanc irregularitatem. Panormi-
« tanus ^{b)}, Covarruvias ^{c)}, Marcus Leo ¹⁴⁾.

Pelliz., loc. cit., n. 175. — ⁸⁾ Loc. cit. — ⁹⁾ Loc. cit. —
Salmant., Tr. 10, cap. 7, n. 12; cfr. cap. 8, n. 30. — *Cont.*
Tourn., part. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2; cfr. part. 3, cap. 1,
art. 2, v. *Quaeres*. — *Concina*, diss. 2, cap. 5, num. 8. —
Avila, disp. 6, sect. 3, dub. 3, concl. 1, in med. — *Henriq.*,
lib. 14, cap. 16, n. 1, i. f. ¹⁰⁾ Part. 4, tr. 2, resol. 17. —
¹¹⁾ Qu. 4, punct. 4, num. 3. — ¹²⁾ Qu. 4, punct. 8, num. 27. —
Coninck, disp. 18, dub. 8, num. 64. — ¹³⁾ Qu. 4, punct. 7,
n. 8 et 9. — ¹⁴⁾ *Praxis*, part. 3, v. *Pro plena*, fol. 354.

De comi-
tante alium
in rixa.

De occisio-
ne in bello
injusto.

De abortu.

¹⁾ Part. 5, tr. 3, resol. 117. — ²⁾ De Irregul., part. 3,
cap. 1, art. 2, concl. 1. — ³⁾ Diss. 2, cap. 6, n. 7. — ⁴⁾ Confer. 5,
n. 171. *Fill.*, tr. 19, cap. 10, n. 278, (non citatus ab Elbel
pro hoc asserto). *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 3,
concl. 3, i. f. (eodem modo citatus ac *Fill.*). — ⁵⁾ Tr. 10, cap. 8,
n. 33. *Cornejo*, disp. 3, dub. 1, v. *Infero II. Pelliz.*,
tr. 7, cap. 5, n. 174. — ⁶⁾ *Lib. 5*, cap. 19, n. 22. — ⁷⁾ Diss. 2,
cap. 7, n. 20. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4,
n. 3, v. *Pari sane*. — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 229. —

^{b)} Hic pariter erravit Busenbaum in nu-
merandis auctoribus; praeter Avilam enim
sex auctores citantur a Diana.

^{c)} Diana id non infert ex Bonacina, qui
revera id omittit, *qu. 4, punct. 7, n. 12*.

^{d)} Coninck pro ratione tantum asserti
adducitur a Pellizzario, quod scilicet Ecclesia
censuram ferre non potest pro actu interno,
nec pro externo actu, qui secundum se et
omnes circumstantias licitus est, sed pecca-
minosus solum ex intentione qua ponitur.
Quod profecto habet Coninck, *disp. 13, n. 71*.

^{e)} Rectius: *apud Dianam*.

^{f)} Praepositus, *dub. 8, n. 65*, loquitur de
casu omnino simili, scilicet de patre aut fra-
tre invadentis.

^{g)} Hic canon, a Busenbaum citatus, non
tractat de irregularitate; videtur tamen ne-
gare esse homicidam, qui abortum foetus non-
dum animati procurat.

383. — ^{a)} Lessius, *lib. 2, cap. 9, n. 103*,
non ita absolute tenet, sed postquam hanc
opinionem retulit, addit: « Sed quidquid sit
de irregularitate (de qua alibi), certum vide-
tur hic nullam esse culpam homicidii ». Sed
alibi, id est, *De Irregul., cap. 4, dub. 1*, quod
a Busenbaum non citatur, haec utique omnia
tenet.

^{b)} Panormitanus, *in cap. Continebatur*,
n. 1 et cap. Tua nos, n. 4, de homicid., dicit
eo casu imputari homicidium.

^{c)} Covarruvias, *in clem. Si furiosus, part. 2*,

Distinguendum igitur:

I. Si quis dat operam rei LICITAE, et debitam adhibet diligentiam ne homicidium sequatur, non incurrit irregularitatem, si mors accidat. — Ita communiter Palaus¹, Bonacina², Concina³, Contin. Tournely⁴, Salmant.⁵ et alii passim, cum D. Thoma⁶, ubi: *Secundum canones imponitur poena his qui casualiter occidunt, dantes operam rei illicitae, vel non adhibentes diligentiam debitam.* Et patet ex can. *Hi qui*, can. *Saepe* et can. *Si duo fratres dist.* 50; item, ex cap. *Joannes*, cap. *Dilectus* et cap. *ult. de homicid.*

Secus vero, si omitteret sufficientem diligentiam; ut colligitur ex cap. *Presbyterum* et cap. *Ad audientiam, de homicid.* Quia, cum quis negligenter se habet in praecavendo homicidio quod timet, indirecte jam vult illud in causa. — Dicitur: *sufficientem diligentiam.* Quia non requiritur diligentia summa; sed satis est illa, qua vir prudens uteretur juxta rei qualitatem: ut recte dicunt Salmant.⁷ cum Cajetano et Cornejo. — Et contra, ad irregularitatem incurrendam non sufficit quaevis negligentia, sed requiritur illa quae ad peccatum mortale pertingit; ut communiter docent Suarez⁸, Bonacina⁹, Palaus¹⁰, Concina¹¹, Cabassutius¹², Contin. Tournely^{d)}; Silvius¹³ cum Soto et Bañez; Salmant.¹⁴ cum Sayro, Cornejo et Avila; ac Diana¹⁵ cum Coninck, Filliuccio et communi. Ad incurrendam enim quamcumque irregularitatem ex delicto, omnino requiritur culpa gravis; ut probat Cabassu-

tius¹⁶, ex cap. *Quaesitum, de poenit. et remiss.*, et cap. *fin. de homicid.*, in 6^o (Vide dicta n. 348 et 377).

384. — Hinc non fit irregularis:

1^o. *Magister*, qui discipulum moderate verberat (et idem de *patre*, respectu filii), si casu ex percussione mors discipuli sequatur; ut Concina¹⁷ et Salmant.¹⁸ — Secus, si graviter excederet; ut patet ex cap. *Presbyterum, de homicid.* et cap. *ult.*, eod. tit., in 6^o a).

2^o. Qui, *equitando*, in equo feroci, puerum occiderit. — Concina¹⁹; et Bonacina²⁰ cum Molina, Sayro et Ugolino; ex cap. *Dilectus 13, de homicid.*

3^o. Qui *feram*, sive canem ferocem, alit et custodit in occulto; si casu fera, ruptis vinculis, hominem occidat. Secus, si teneret^{b)} in via, ubi fera aliis nocere posset; vel si illa ex ejus incuria esset soluta. — Salmant.²¹ cum Covarruvias et Cornejo.

4^o. Qui, *reficiendo tectum*, tegulas et lapides mittit, praemonens transeuntes ut se caveant. Secus, si non moneat. Salmant.²²

5^o. *Medicus*, si casu infirmus ex pharmaco praestito decedat sine gravi medici negligentia; ut ex cap. *Ad aures, de aetate et qualit. et ordin. praeficiendor.*

Et hoc, adhuc si sit *clericus* aut *monachus*. — Modo 1) sit *peritus*. Nam alias non effugeret irregularitatem, si temere vel contra praeceptum medici praeberet remedium, ex quo mors aut ejus notabilis acceleratio eveniret; ut recte dicunt Salmant²³, Contin. Tournely^{c)}: et Bona-

Hinc exsatur master moderate verans.

Equit in equo roci.

Alens ram lig tam.

Refici tectum.

Medicus.

Etiam sit clericus in sacris aut monachus,

modo is peritus,

Dans operam rei licitae non fit irregularis,

nisi omitat sufficientem diligentiam.

¹ Tr. 29, disp. 7, punct. 15, § 4, n. 2. — ² Qu. 4, punct. 7, n. 8. — ³ Diss. 2, cap. 6, n. 7. — ⁴ De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 1. — ⁵ Tr. 10, cap. 8, n. 30. — ⁶ 2^a 2^{ae}, qu. 64, art. 8, ad 3. — ⁷ Tr. 10, cap. 8, num. 30. — *Cajet.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 1. — ⁸ Disp. 45, sect. 5, num. 8. — ⁹ Qu. 4, punct. 7, num. 9. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 1. — ¹¹ Diss. 2, cap. 6, n. 7. — ¹² Lib. 5, cap. 20, n. 10. — ¹³ In 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, concl. 3, v. f. *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, i. f., v. *Id autem sciscitaris*. — *Bañez*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, part. 2, dub. 2, v. *Dicimus 5* et seqq. —

¹⁴ Loc. cit. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 5. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 3, v. *Ex dictis*, cum dub. 1, v. *Quanta autem*. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 11, concl. 3. — ¹⁵ Part. 4, tr. 2, resol. 21. — *Coninck*, disp. 18, dub. 9, n. 73. — *Fill.*, tr. 20, cap. 3, n. 59 et 61. — ¹⁶ Loc. cit., num. 10. — ¹⁷ Diss. 2, cap. 6, n. 7. — ¹⁸ Loc. cit., n. 31. — ¹⁹ Loc. cit. — ²⁰ Qu. 4, punct. 7, n. 23. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 77, n. 7. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 6, n. 1. — *Ugolin.*, de Irregul., cap. 18, § 1, n. 4. — ²¹ Loc. cit. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4, num. 11. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 1, v. *Infero 5*. — ²² Loc. cit. — ²³ Tr. 10, cap. 8, n. 33.

§ 4, n. 1 et 2, hanc opinionem ut communem canonistarum refert; ipse vero, n. 15, limitat et restringit ad casum rei illicitae, quae per se aut in pluribus ordinatur ad homicidium.

d) Contin. Tournely, *part. 3, cap. 1, art. 1, concl. 1, resp. 2*, ita sane docet, quod, *resp. 4*, ntelligit « communiter loquendo ».

384. — a) Cap. *Is qui mandat, fin. de homicid.*, in 6^o, videtur citari pro hujus ratione, quod scilicet eventum debuerit praevidere.

b) Etiam ligatam, ut auctores citati addunt. Covarruvias praetermittit casum quo ex ejus incuria fera esset soluta.

c) Contin. Tournely, *De Irregul.*, part. 2,

cina¹ cum Molina, Sayro, Henriquez et communi. (Secus, si bona fide daret aliquid infirmo ad ejus remedium vel levamen; ut Bonacina²; et Salmant.³ cum Cornejo et Pellizzario. Vide dicta n. 382, v. 4. *Qui infirmo*). — Modo 2) clericus medeatur sine incisione vel adustione: alioquin, cum id expresse vetetur clericis in sacris et monachis, sub poena irregularitatis, in cap. *Sententiam, ne clerici vel monachi*^{d)}, jam fiunt irregulares, si ex tali incisione vel adustione mors sequatur. (Secus, si eveniret aliunde, nempe ex vi ipsius morbi, vel ex alia causa; ut dicunt Palaus⁴; et Salmant.⁵ cum Avila, Cornejo et Henriquez^{e)}). — Si tamen alius peritus absit, bene poterit tunc clericus aut monachus sine peccato, et consequenter sine periculo irregularitatis, incisionem aut adustionem adhibere; ut communiter docent Palaus; Contin. Tournely cum Molina; et Salmant.⁶ cum Avila, Henriquez et Cornejo.

385. - An autem clericus beneficiatus medendo cum incisione praeter necessitatem, si aeger ex illa moriatur, fiat irregularis?

Affirmant Navarrus^{a)}, Panormitanus, etc. apud Contin. Tournely; quia, ut ajunt, id quod prohibetur ordinatis in sacris, interdicitur etiam beneficiatis. — Sed verius id negant Bonacina⁷ cum Molina, et idem Contin. Tournely⁸ cum Pontas et Gibellino^{b)}: tum quia regula praefata supponitur ab adversariis, sed nullo jure

satis probatur; tum quia in praefato textu cap. *Sententiam* tantum de constitutis in sacris fit mentio; poenae autem non sunt extendendae de casu ad casum in jure non expressum. Et quamquam de negotiatione et ludo, sub nomine *clericorum*, non tantum constitutos in sacris venire, sed etiam beneficiatos diximus *Lib. III, n. 831 et 895*: tamen, cum in hoc casu prohibitio facta sit speciatim subdiaconis, diaconis et sacerdotibus, non comprehenduntur minores his, quicumque illi sint.

386. - II. Si quis vero dat operam rei ILLICITAE et ex ea mors alterius sequatur, communis est sententia, quod si opera illa non est illicita quia *periculosa*, sed *ex alia causa*: peccat quidem, sed non incurrit irregularitatem: modo sufficientem diligentiam adhibuerit ad mortem vitandam; puta si quis caederet arborem in solo alieno et mere fortuito hominem occideret; vel si induceret alium ad furandum sine periculo, et casu ille occidatur, ac similia. — Ratio, quia tale homicidium tunc non esset illi voluntarium: neque directe, cum non sit intentum; neque indirecte in sua causa, cum talis actio non sit per se periculosa. Jura enim irregularitatem statuentia ex homicidio, intendunt punire vere delinquentes homicidii culpa. Illa autem actio, licet sit mala, non tamen est mala malitia homicidii; nam, ut bene docet D. Thomas⁹, ignorantia invincibilis circumstantiae peccati excusat quidem a speciali ejus malitia, etiamsi

Dans operam rei illicitae non fit irreg. si res non est periculosa.

et medeatur sine incisione vel adustione.

Verius clericus beneficiatus non fit irregularis.

¹ Qu. 4, punct. 7, n. 12. *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 75, n. 2. - *Sayr.*, lib. 7, cap. 6, n. 12 et 13. *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 5. — ² Loc. cit. — ³ Tr. 10, cap. 8, n. 33. *Cornejo*, disp. 3, dub. 1, v. *Infero 11*. - *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 174. — ⁴ Disp. 6, punct. 15, § 4, n. 8. — ⁵ Loc. cit., n. 32. - *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 10, concl. 5. - *Cornejo*, disp. 3, dub. 2, concl. 2, v. *Infero 2*. — *Palaus*, loc. cit., n. 8. — *Cont. Tourn.*, de Irreg., part. 2,

cap. 8, art. 4, qu. 5, v. *Dixi 2*, num. 2. - *Molina*, tr. 3, disp. 75, n. 3. — ⁶ Tr. 10, cap. 8, n. 32. - *Avila*, loc. cit., dub. 10, v. *Tertio*. - *Henriq.*, lib. 14, cap. 11, num. 1. - *Cornejo*, loc. cit. — *Panorm.*, in cap. *Sententiam*, ne clerici vel mon., n. 21. - *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *An praedicta*. — ⁷ Loc. cit., punct. 5, num. 4. - *Molina*, loc. cit., num. 2. — ⁸ Loc. cit. *Pontas*, v. *Irregularitas*, cas. 76. ⁹ 1^{ae} 2^{ae}, qu. 76, art. 3.

cap. 8, art. 4, qu. 5, v. *Dico 2. Clericus*, rem plane innuit, negans fieri irregularem, exercendo medicinam secundum artis regulas, modo ex incuria et culpa non sequatur mors, et addit: « *Dixi secundum regulas*, quia qui eas ignorat, occidendi periculo se exponit, ac proinde secuta morte, irregularis est ».

^{d)} Cap. *Sententiam*, prohibet quidem incisionem et adustionem sed nullam poenam statuit contra facientibus.

^{e)} Quin etiam Henriquez, loc. cit., cap. 11,

n. 1, lit. g, negat fieri irregularem, licet inde moriatur aegrotus.

385. - ^{a)} Navarrus, Man., cap. 25, n. 111 (al. 110), v. *Clericus vero*, sententiam istam innuit, dicens illis prohiberi adustionem et incisionem.

^{b)} Gibalinus, cap. 4, qu. 2, consec. 11; n. 27, v. 15... *Circa*, negat prohibitionem adustionis aut incisionis fieri reliquis [praeter ordine sacro insignitos] clericis, etiamsi sint beneficiati.

opus ipsum peccatum sit. — Ita communissime Suarez¹, Sotus², Navarrus³, Palaus⁴, Concina⁵, Contin. Tournely⁶; Escobar⁷ cum Covarruvias, Valentia et Henriquez; ac Salmant.⁸ cum Cornejo, Avila et Sayro. Contra Paludanum, Gabrielem^{a)} et alios paucos apud Suarez⁹ (qui citant pro se D. Thomam¹⁰, sed non bene: nam licet S. Doctor ibi dicat, dantem operam rei illicitae non evadere homicidii reatum, tamen id aperte intelligit de re illicita ob periculum homicidii, ut patet in resp. ad 1 et 2, ibidem).

Objectioni
satisfit.

Nec obstat, quod in can. *Clerico jaciente* et can. *Eos vero*^{b)}, *dist. 50* declarantur irregulares, casu occidentes vel mutilantes; et tantum in jure excipiuntur qui dant operam rei licitae, ut habetur in cap. *Joannes*, cap. *Dilectus* et cap. *ult. de homicid.* Ergo qui dat operam rei illicitae ex qua mors sequitur, jam fit irregularis. — Nam respondetur quod canones hi semper intendunt loqui de homicidio directe vel indirecte volito; ut colligitur ex clem. *Si furiosus, de homicid.*, ubi ideo excusatur exercens opus licitum, quia homicidium non est ei voluntarium. Unde, semper ac homicidium est alicui omnino involuntarium, non imponitur ei irregularitas, quamvis operam rei illicitae ipse navet.

¹ Disp. 45, sect. 6, n. 9. ² De Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, vers. *In tertia autem concl.* — ³ Man., cap. 27, n. 221. — ⁴ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 5. — ⁵ Diss. 2, cap. 6, n. 8. ⁶ De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 2. — ⁷ Lib. 53, n. 300. - *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4, num. 10. *Valent.*, tom. 2, disp. 6, qu. 3, punct. 3 et tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 5, dub. 1. *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 3. — ⁸ Tr. 10, cap. 8, n. 34. *Cornejo*, disp. 3, dub. 2, concl. 1. *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 1, opin. 3. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 12. — *Palud.*, in 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, concl. 3, v. f. (n. 15). — ⁹ Loc. cit., sect. 1, num. 1. — ¹⁰ 2^a 2^{ae}, qu. 64, art. 8. — ¹¹ Disp. 45, sect. 6, a num. 9. — ¹² Man., cap. 27, n. 235 et 237. — ¹³ Lib. 1, cap. 77, num. 5 et 6; cfr. etiam cap. 82, n. 3 et

387. — Dubium majus est: *An incurrat irregularitatem, qui dat operam rei illicitae quomodocumque periculosae, si ex ea mors sequatur?* — Adest duplex probabilis sententia:

Prima affirmat: quam tenent Suarez¹¹, Navarrus¹², Toletus¹³, Concina¹⁴; item Sayrus^{a)}, Avila^{a)}, Molina et Ugolinus^{a)} apud Bonacina¹⁵; et Sotus^{a)}, Corduba, Castro, Fernandez, etc. apud Diana¹⁶. — Et probant ex cap. *Tua nos 19, de homic.*, ubi quidam monachus incidens apostema cujusdam mulieris, licet fuisset peritus, et mulier ex sua incuria postea decessisset, tamen fuit declaratus delinquens; dixitque Pontifex: *Post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit ut divina valeat celebrare.* Quae verba, ut ajunt Fagnanus¹⁷ et Suarez¹⁸, secundum communem intelligentiam significant necessariam fuisse dispensationem. Ex hoc igitur textu generalis fit regula quod ex actione injuste periculosa, quoties sequitur homicidium, etsi casuale, inducitur irregularitas.

Juxta ;
lios, dar
operam r
illicita
quovis m
do pericu
losae fit i
regularis.

Secunda vero sententia probabilior, quam tenent Palaus¹⁹, Contin. Tournely²⁰, Laymann²¹ (qui tutam vocat)^{b)}, Sporer²², Tamburirinius²³; Elbel^{c)} cum Sayro et Gutierrez; Bonacina²³ cum Salon^{d)}; Salmant.²⁴ cum Henriquez^{e)} etc.; ac Diana²⁵

Probab
lius solui
fit irregu
quando fr
quente
mors sequi
tur.

seqq. — ¹⁴ Diss. 2, cap. 6, n. 8. — *Molina*, tr. 3, disp. 77, n. 5. — ¹⁵ Qu. 4, punct. 7, n. 9. — *Cordub.*, Quaestionar., lib. 2, qu. 26, v. *Nota 2.* - *Alphons. de Castro*, de Lege poen., lib. 2, cap. 14, v. *Hic tamen admoneo.* - *Fernand. de Moure*, Exam., part. 2, cap. 10, § 14, qu. 9, v. *Dico 5.* — ¹⁶ Part. 4, tr. 2, resol. 20. — ¹⁷ In dict. cap. *Tua nos.* — ¹⁸ Loc. cit., n. 10. — ¹⁹ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 5. — ²⁰ De Irregul., part. 3, cap. 1, artic. 2, concl. 3, v. *Dixi.* — ²¹ Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 10, num. 3. — ²² Tr. 5, cap. 3, num. 139 et 146. — ²³ Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 2, num. 15 et 19. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, num. 13. - *Gutier.*, Canon. quaest., lib. 2, cap. 6, num. 5, 18 et 41. — ²⁴ Loc. cit., num. 9. — ²⁵ Tr. 10, cap. 8, num. 38. — ²⁶ Loc. cit., resol. 20.

386. — ^{a)} Gabriel Biel, *in 4, dist. 15, qu. 14, art. 3, dub. 2*, ita sentire videtur, juxta Suarezium, eo quod dicat ex tali homicidio oriri obligationem restituendi.

^{b)} Can. *Eos vero* haec tantum habet: « Qui non voluntate sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum poenitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos; haec vero humana quinquennii tempus tribuit ».

387. — ^{a)} Sayrus, *lib. 7, cap. 5, n. 13*; Avila, *part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 1, opin. 3*,

v. *Hinc sequitur*; Ugolinus, *cap. 18, § 1, n. 9*, quidquid dicat Bonacina; et Sotus, *loc. cit.*, quidquid dicat Diana, secundam sententiam potius tenent.

^{b)} Laymann tutum vocat aliud quoddam assertum.

^{c)} Elbel, *confer. 6, n. 189*, non adeo perspicue hanc sententiam tenet.

^{d)} Salon male hic citatur Bonacina; nam *in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 8, controver. 3, § 3*, v. *Tertia tamen*, priorem tenet sententiam.

^{e)} Henriquez, *lib. 14, cap. 15, n. 1 et 2*,

cum Coninck, Hurtado *f*), Praeposito *f*), Sà *f*) et Tanner *f*), — dicit, quod si opus sit ita periculosum ut ex eo *frequenter* mors sequatur (ut esset, admovere ignem bombardae ubi est frequentia hominum, aut pugnare in bello, aut inducere alterum ut temere se exponat periculo mortis, prout probabilius sentit Bonacina ¹ cum Suarez, etc.; ac Viva ² cum Avila, contra aliquos): tunc incurritur irregularitas, quamvis omnis adhibeatur diligentia ne mors sequatur *g*). Quia, ut bene ait Contin. Tournely, cum opus sit de se proxime periculosum, nulla diligentia potest non periculosum fieri. Secus, si opus *raro* sit mortis inductivum, et debita diligentia apponatur ne mors eveniat. Quia tunc, ut diximus, homicidium non est voluntarium, neque in se neque in causa; cum enim opus non sit proxime periculosum, posita diligentia, satis excusatur a malitia homicidii.

Ad textum autem oppositum in dicto cap. *Tua nos*, respondent Sotus ³ et Lessius ⁴, ibi monachum minime fuisse declaratum irregularem. — Sed haec responsio mihi non satisfacit: nam verba textus supra allata verius significant jam irregularitatem incurrisse, at facilius cum eo dispensandum; et sic explicat auctor argumenti, dicens ibi: *Sed cum eo misericorditer dispensari potest*. Et ita etiam communiter alii; ut testatur Suarez. — Melius respondetur cum Palao, Bonacina

et Salmant., casum illum esse particularem in jure (prout etiam est casus de mandante verberationem, si mandatarius casu postea occidat, ex *cap. ult. de homicid., in 6^o*). Praeterquam quod dicimus cum Salmant., quod talis monachus jam aliunde esset irregularis, quia exercuerat chirurgiam cum incisione (ut idem Innocentius III declaraverat ^h): tum propter indecentiam, tum quia talis res est de se maxime periculosa mortis. Unde potius constitutio illa fuit declaratoria, quam novum jus constituens.

Neque obstat alius textus in cap. *Continebatur 8, de homicid.*, ubi damnatus fuit ut irregularis quidam diaconus, qui ferendo latentem falcem et cum altero ludendo, fuit causa ut hic eum amplexans a falce feriretur, et mortem subiret. — Nam respondetur cum Glossa ⁵, et Suarez ⁶, ac Bonacina ⁷, quod hoc ita statutum fuit, quia diaconus ille negligenter se habuit in falcem sic ferendo. Unde dicunt Suarez et Bonacina, quod si talis minime advertisset ad periculum, in conscientia non tenebatur se gerere ut irregularem.

Ex hac autem secunda sententia inferunt Palaus ⁸, Laymann ⁹, Elbel ¹⁰ et Salmant. ¹¹ cum aliis, non esse irregularem clericum, si ipso torneamenta vel ferarum venationem exercente, mors alicujus contingeret; quia tales actiones non sunt per se inductivae homicidii: alias, nec

Secunda
objectio dilu-
itur.

Corollarium de tor-
neamentis
vel ferarum
venatione.

Prima ob-
jectio refel-
litur.

Coninck, disp. 18, dub. 9, n. 80. — ¹ Qu. 4, punct. 7, n. 17. — Suarez, disp. 44, sect. 3, num. 18. — ² De Censur., qu. 9, art. 2, num. 8. Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 5, concl. 3. — Contin. Tourn., de Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 3, ante v. Dixi. — ³ De Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, col. 4 in med. — ⁴ Lib. 2, cap. 9, n. 105. — Suarez, disp. 45, sect. 6, n. 10. — Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, num. 7. — Bonac., qu. 4, punct. 5, num. 4, i. f. et

punct. 7, n. 9, v. *Secundus casus*. — Salmant., tr. 10, cap. 8, num. 31 et 38. — Salmant., loc. cit., num. 32. — ⁵ In h. 1., v. Romani — ⁶ Disp. 45, sect. 5, num. 3. — ⁷ Loc. cit., punct. 7, num. 22. — Suarez, disp. 45, sect. 5, num. 3. — Bonac., qu. 4, punct. 7, num. 22. — ⁸ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, num. 7. — ⁹ Lib. 3, part. 3, tr. 3, cap. 10, num. 3, v. f. — ¹⁰ Confer. 6, num. 212. — ¹¹ Tr. 10, cap. 8, n. 38.

utique sic tenet; sed subdit in conscientia irregularem non fieri, si prudens theologus judicet talem adhibuisse diligentiam, qua excusaretur « a nova culpa mortali periculi et a specie ipsius eventus secuti ».

f) Hurtadus, *dip. 2, diff. 8, n. 28*, negat generatim incurri irregularitatem ab eo qui operam dat rei illicitae, ob homicidium mere casuale. Itemque Praepositus, *dub. 10, n. 83*. Sà, v. Irregularitas ex deformatione illicita, *n. 2* (quod solum ad rem facit, licet alius locus a Diana citetur) scribit: « Homicidium casuale facit irregularem, cum oritur ex pec-

cato et opere, ex quo sequitur ut causa et natura rei ». Tamen denique, *disp. 6, qu. 10, dub. 11, n. 216 et 218*, negat incurri irregularitatem ob homicidium mere casuale et in ratione homicidii prorsus involuntarium, etiamsi dando operam rei illicitae homicidium illud admiserit.

g) Sporer et Tamburinius eo casu etiam excusant in conscientia eum qui debitam diligentiam adhibuerit ad cavendum periculum.

h) Uti superius jam notatum est, id quidem prohibetur, sed in canone nulla poena sancitur.

etiam laicis essent licitae. — Excipe, nisi in his vel similibus gravem negligentiam ille commiserit, pertingentem ad mortale; juxta dicta *n. 383, in fine*.

388. - « 9^o. Qui alterum mutilat vel occidit, ad necessariam sui defensionem cum moderamine inculpatae tutelae, non incurrit hanc irregularitatem; quia hic nulla est culpa; ergo nec poena. — « Marcus Leo ¹ ».

Alium occidens cum moderamine inculpatae tutelae non est irregularis.

Qui alium occidit ob defensionem sui cum moderamine inculpatae tutelae, certum est quod excusatur ab irregularitate; ut patet ex cap. *Significasti 18, § fin., de homicid.* et ex clem. *Si furiosus, eod. tit.*, ubi dicitur: *Et idem (id est, non incurrit irregularitatem) de illo censemus, qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.* — Nec obstat Tridentinum ², ubi dicitur, etiam cum eo qui occidisset *casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet . . . jure quodammodo dispensatio debeat.* Nam explicant communiter hunc textum doctores intelligi, quando ille moderamen non servasset: ita Roncaglia ³; Salmant. ⁴ cum ^{a)} Avila, Palao et Barbosa ex communi; ac Contin. Tournely ⁵ cum Navarro, Sayro, Comitolo, etc., ex declaratione Sacrae Congregationis 1 Oct. 1688. Procul autem dubio irregularitatem incurrit, qui cum culpa gravi moderamen excedit; ut patet ex *clem. cit.* et can. *De his 6, dist. 50* ^{b)}. Vide Roncaglia ⁶. — Hoc tamen casu, homicidium reputatur casuale; et ideo episcopus (si crimen est occultum) bene potest in tali irregularitate dispensare; ut mox infra *n. 395*.

¹ Prax., part. 3, v. *Tali enim casu*, fol. 349. — ² Sess. 14, de reform., cap. 7. — ³ Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 4. — ⁴ Tr. 10, cap. 8, n. 58. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 3, dub. 1, v. *Loquendo de jure novo*. — *Palao*, tr. 29, disp. 6, pñct. 15, § 8, n. 3. — *Barbosa*, de Off. et Potest. episc., alleg. 39, n. 54. — ⁵ De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 2, init. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 239, i. f. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 17, n. 10 et lib. 7, cap. 7, n. 22. — *Comit.*, Responsa, lib. 6, qu. 54. — ⁶ Loc.

Excusatur etiam ab irregularitate, qui occidit injustum invasorem alterius innocentis; ut Suarez ⁷; ac Roncaglia ⁸ cum Barbosa; item Lessius ^{c)}, Coninck, Petrus Navarra, Bonacina, Filiucci et Covarruvias apud Cabassutum ⁹, qui eis adhaeret (contra alios). — Quia irregularitas ex homicidio privato non incurritur, nisi cum peccato mortali; ut eruitur ex cap. *Ex litteris 14, de homicid.*

Neque occidens invasorem innocentis.

Valde autem probabiliter censent Roncaglia ¹⁰ cum Suarez; et Salmant. ¹¹ cum aliis, quod si quis alterum provocet verbis aut facto, praevidens se facillime aggrrediendum, fit irregularis, si postmodum ob sui defensionem aggressorem occidit; quia tunc dat operam rei illicitae proxime periculosae. — Secus vero, si non praevidet.

Quid provocante et occidente.

Quid autem dicendum, si quis accedendo ad uxorem alterius, maritum aggressorem necet? — Vide dicta *Lib. III, n. 398, v. In ordine*, ubi diximus, adulterum non excusari ab irregularitate, si praeviderit proximum periculum invasionis; quia tunc adulterium est proxime periculosum homicidii. — Secus, si caute accesserit, ita ut putaverit periculum esse remotum.

De adultero occidente maritum aggressorem.

Quid, si vir, cognito adulterio, occiderit uxorem, an adulter fiat irregularis? — Eodem modo distinximus; vide *loco citato* in fine.

389. - Quaeritur: *an occidens alterum ob defensionem libertatis, honoris, pudicitiae, vel bonorum temporalium, cum moderamine inculpatae tutelae, fiat irregularis?*

cit., qu. 4. — ⁷ Disp. 46, sect. 4, n. 2, 3 et 5. — ⁸ Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 4. — *Barbosa*, in clem. *Si furiosus*, n. 19. — *Coninck*, disp. 18, dub. 9, n. 88, concl. 3. — *Petr. Navar.*, de Restit., lib. 2, cap. 3, n. 419, dub. 8. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 6, num. 11. — *Fill.*, tr. 20, cap. 5, num. 159 et 160. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 3, § unic., num. 5. — ⁹ Lib. 5, cap. 19, num. 24. — ¹⁰ Loc. cit., qu. 4. — *Suar.*, disp. 46, sect. 1, n. 12. — ¹¹ Tr. 10, cap. 8, n. 50.

388. - ^{a)} Etsi auctores isti a Salmant. non citentur saltem pro hac interpretatione, eam tamen habent.

^{b)} Can. *De his*, non facit mentionem excessus in propria tutela; sed de his, « qui se defendendo paganum occiderunt », dicit: « Nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet

modo occidendi. Verum si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit ».

^{c)} Lessius, *lib. 2, cap. 9, dub. 13, n. 87*, perspicue sententiam istam insinuat, ejus rationem probans; quod scilicet ejusmodi occisio est licita.

Juxta a-
ps, occi-
ns ob de-
nsionem
bertatis,
c. fit ir-
regularis.

Prima sententia affirmat; et hanc tenent ^{a)} Laymann ¹, Contin. Tournely ²; et Sporer ³ cum Navarro, Silvestro, Armilla Henriquez, Avila, etc. — Et probant ex cap. *Suscepimus, de homicid.*, ubi fuit declaratus irregularis quidam religiosus, qui pro conservandis bonis duos latrones occidit. — Probant etiam ratione: quia, licet in tali homicidio non adsit peccatum, adest tamen defectus lenitatis, ob quem semper incurritur irregularitas, praeterquam in casibus jure expressis. In jure autem tantum excusatur ab irregularitate, qui ob conservationem vitae invasorem occidit; ut habetur in clem. *Si furiosus, de homicid.*, ut supra.

Probabi-
is non fit
regularis.

Secunda vero sententia communior et probabilior negat. Et hanc tenent Suarez ⁴ (qui vocat communem) ^{b)}, Lessius ⁵, Palaus ⁶, Filliucius ⁷, Bonacina ⁸, Coninck ⁹, Holzmann ^{c)}, Elbel ¹⁰; Roncaglia ¹¹ cum Barbosa; et Salmant. ^{d)} cum Sayro ^{e)}, Villalobos ^{f)}, Diana et Cornejo.

Probatur
jure ca-
nico.

Et probatur ^{1°}. Ex can. *Quia te, dist. 50*, ubi, cum quidam episcopus captus a saracenis aliquos occiderit, ut suam libertatem defenderet, Urbanus II ^{g)} ita ei respondit: *Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice nullo modo judicaris.* — Item ex cap. *Interfe-*

cisti, ubi excusatur ab irregularitate qui et se, et sua defendens, alium occidit. Illa autem conjunctio *Et* vim habet disjunctionis, id est, si se *vel* sua defenderet: alias, qui se, et non sua defenderet, irregularis fieret. Item frustra Pontifex addidisset illud *sua*, si tantum ob sui defensionem vitaretur irregularitas. — Praeterea, id fortius probatur ex cap. *Dilecto, 6, de sent. excom., in 6°*, ubi, cum quidam dominus temporalis violenter invasisset bona cujusdam decani, hic supposuit interdicto totam terram illius. Hinc, cum dubium factum fuerit an bene egisset, respondit Pontifex: *Cum omnes leges omniaque jura vim vi repellere, cunctisque sese defensare permittant, licuit utique ipsi decano (si praedictus ballivus eum bonis suis mundanis injuriose exspoliare praesumserit ...), contra illius violentiam ... se tueri. Et quoniam adversus ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat, potuit se etiam spiritualiter, gladio videlicet utendo ecclesiastico, defensare.* Luculenter igitur hic Pontifex declarat, licite potuisse decanum illum vi temporali, sive armis, tueri bona sua contra violentiam ballivi, dicendo, unicuique permissum esse *vim vi repellere*.

¹ Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 9, n. 3. — ² De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 2, dub. 5. — ³ Tr. 5, cap. 2, n. 177. - *Navar.*, Man., cap. 15, n. 4 et cap. 27, n. 213. - *Silvest.*, v. *Excommunicatio VI*, n. 6, v. *Nono. Armil.*, v. *Irregularitas*, n. 41. *Henriq.*, lib. 14, cap. 11, n. 4, lit. b. *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 3, dub. 4. — ⁴ Disp. 46, sect. 2,

n. 4. — ⁵ Lib. 2, cap. 9, n. 73. — ⁶ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 8, n. 7. — ⁷ Tr. 20, cap. 5, n. 146 et seqq. — ⁸ Qu. 4, punct. 6, num. 10. — ⁹ Disp. 18, dub. 9, num. 88 et seqq. — ¹⁰ Confer. 6, n. 193. — ¹¹ Loc. cit., cap. 3, qu. 4. - *Barbosa*, in clem. *Si furiosus*, num. 20. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 4. *Cornejo*, disp. 4, dub. 1, qu. ult.

389. - ^{a)} Auctores citati (praeter Navarrum) hanc suam sententiam limitant, ut non procedat in casu quo illa bona temporalia necessaria sint ad vitae sustentationem (qui casus fere metaphysicus est, ait Contin. Tournely), vel necessaria sint ad aliud bonum eximium consequendum, addit Laymann.

^{b)} Suarez, *loc. cit.*, n. 2, communem vocat priorum sententiam, licet hanc secundam ipse amplectatur.

^{c)} Holzmann, *de Praec. Decal.*, n. 583, 585, 596; et, *de Poenis Eccl.*, n. 337, ad 2, utique concordat; sed, *de Praec. Decal.*, n. 589, negat licere occidere invasorem *verbalem* honoris, nisi offensi sint homines talis generis, ut fugere eis sit probrosum.

^{d)} Salmant., *tr. 10, cap. 8, n. 56*, concordant, sed cum limitatione, et incurrere irregularitatem significant, eum qui occideret

calumniatorem vel falsos testes aut judicem, a quo imminet injusta sententia.

^{e)} Sayrus, *lib. 6, cap. 17, n. 22 et seqq.*, sic revera tenet; sed honorem distinguit: eum scilicet qui fundatur in bono spirituali, ut dotes intellectus, virtutes, etc.; et illum qui fundatur in bono corporali, ut forma, sanitas, vires, etc.: et negat irregularem fore qui ad prioris defensionem invasorem occideret cum moderamine inculpatae tutelae; irregularem vero fore qui ad posterioris defensionem homicidium admitteret, nisi honor iste necessarius vel utilis esset ad alia bona consequenda.

^{f)} Villalobos, *part. 1, tr. 21, diff. 24, n. 8 et seqq.*, tractat de defensione bonorum temporalium magni momenti; et negat laicum fore irregularem, secus vero de clerico.

^{g)} Lege: Stephanus V.

Ex ratione.

Probatur 2°. Ratione. Quia talis irregularitas non incurritur, neque ex delicto, neque ex defectu lenitatis. Non *ex delicto*; cum non adsit culpa, ut ipsi adversarii concedunt. Neque *ex lenitatis* defectu; nam (ut dicitur infra, *ex n. 464, in fine*) irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi ob occisionem aut mutilationem, quae fit vel a ministris publicis, vel a militibus in bello justo offensivo, vel a clericis medentibus cum adustione aut incisione (juxta dicta *n. 384, ad 5°*). — E converso, communis est sententia doctorum, ex cap. *Is qui, de sent. excom., in 6°* (ut vidimus *n. 345*), quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa. Ergo, cum in jure irregularitas ex defectu lenitatis incurritur tantum in praedictis tribus casibus, non est facienda extensio ad casum de quo loquimur. Tanto magis, quia in praefatis casibus homicidium sponte committitur, licet sine culpa; sed in nostro casu homicidium non provenit ex spontanea voluntate, sed ex necessitate defendendi sua jura: ideo talis occisio (ut recte ait Suarez) magis habet rationem defensionis quam occisionis. Respondetur autem ad textum oppositum in dicto cap. *Suscepimus*, monachum excessisse in defensione, cum ipse una cum socio ligaverit fures; quando potuisset eos dimittere vacuos, sine periculo rerum et personarum. Praeterea, notat ibi Glossa, quod monachus interfecit fures nulla stante necessitate: potuisset enim fugere priusquam illi solverentur a vinculis; nam res vel jam

Suar., disp. 46, sect. 2, n. 4, i. f. — *Glossa*, in cap. *Suscepimus*, v. *Interimeretur*. — ¹ Tr. 10, cap. 1, num. 15. — ² Alleg. 39, n. 63. — ³ Tr. 10, cap. 8, n. 16. *Marchin.*, tr. 1, part. 9, cap. 1, diff. 3, num. 11. *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 3, concl. 1, f. *Cornejo*, qu. 6,

reservatae erant, vel secum deferre potuerat: ergo defensio illa non fuit moderata.

390. — Ultimo hic videndum, quomodo tollatur hujusmodi irregularitas propter homicidium contracta. — Tollitur:

1°. Per *baptismum* ^{a)}; ut colligitur ex can. *Si quis viduam, dist. 50*. Vide Salmant. ¹ et alios passim.

2°. Per *dispensationem Pontificis*: qui potest equidem in omni irregularitate dispensare, etiam ex homicidio voluntario; et contrariam opinionem id negantem, *periniquam et temerariam* vocat Barbosa ². — Nec obstat textus in can. *Mirror, ead. dist. 50*, ubi videtur asseri, nec etiam Papam dispensare *posse* in irregularitate contracta ob homicidium. Etenim communiter dicunt doctores (vide Salmant.) ^{b)}, illud *non posse*, intelligi pro *non decere*; ut patet ex eodem textu.

391. — Episcopi autem, si homicidium fuit voluntarium, nullo modo possunt dispensare in irregularitate, etiamsi illud fuerit occultum; ut habetur in cap. *Liceat, 6, sess. 24* Tridentini: ubi episcopi possunt dispensare in omni irregularitate, excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario. — Excipitur solus casus quo vergeret periculum animae, aut alia gravissima causa urgeret, et non pateret aditus ad Papam; ut docent communiter Silvester ^{a)}; et Salmant. ³ cum Marchino, Avila, Cornejo, Diana, Henriquez, etc. ^{b)}.

392. — Dicunt autem Covarruvias, Abbas ^{a)}, Castro ^{b)}, Texeda ^{b)}, Bañez ^{c)}, Donatus, Miranda, etc. apud Continuatores

disp. 1, dub. 4, qu. 4. *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 100. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 19, n. 2, lit. u. *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 3, n. 4. — *Donat.*, Præx., tom. 2, part. 1, tr. 11, qu. 9, n. 8. — *Miranda*. Man., tom. 2, qu. 8, art. 10, concl. 1.

Haec irregularitas tollitur:

Per baptismum.

Per dispensationem Pontificis.

Episcopus non potest dispensare si homicidium fuit voluntarium.

390. — ^{a)} Cfr. supra, *n. 352*, notam *a*.
^{b)} Salmant., *tr. 10, cap. 8, n. 15*, dicunt « non posse Pontificem dispensare, nimirum nisi difficulter et ex magna causa, ut omnes exponunt ».

391. — ^{a)} Silvester, v. *Dispensatio, n. 15*, in genere loquitur at non in specie de irregularitate.

^{b)} Auctores citati a Salmant. hoc intelligunt de dispensatione: ut possit in susceptis ordinibus ministrare.

392. — ^{a)} Abbas, *in cap.* Ex tenore, *de temp. ordin.* *n. 3*. non clare loquitur et

solum requirit, ut dispensetur « ab illo qui habet potestatem dispensandi ».

^{b)} Castro, *de Lege poen.*, *lib. 2, cap. ult.*, v. *Tertia princip. conclus.*, primo quidem ita docet; sed in fine negat plane incurri irregularitatem in hoc casu. Lopez de Texeda, quamvis a Contin. Sporer (ex Sbogar) citetur, ipse tamen, *loc. cit.*, id est *tom. 2, lib. 3, tr. 3*, id non habet, quod reperire potuerim.

^{c)} Bañez, *in 2am 2ae, qu. 64, art. 8, p. 4*, v. *Alterta difficultas*, id episcopis concedit ad ordines minores suscipiendos et ad recipiendum beneficium.

Sporer ¹ (et probabile putat Diana ^d) cum Angelo, Vivaldo ^d, etc., et Viva ² cum aliis) quod si homicidium sit adeo occultum, ut nullo modo possit probari in iudicio, bene possint episcopi dispensare super irregularitate propter illud contracta.

Etiamsi fuerit omnino occultum.

Sed haec opinio mihi nulla valida ratione probatur; unde merito eam rejiciunt Salmant. ³, Renzi ⁴ et Roncaglia ⁵. Ratio, quia episcopi nullam habent facultatem super irregularitatibus, nisi eam quae ipsis conceditur a Tridentino, in cap. *Liceat*, 6, sess. 24, cum inferior nihil possit in lege superioris, ex can. *Inferior*, dist. 21, ^e, et clem. *Ne Romani, de elect.* A concilio autem conceditur ibi quidem episcopis potestas dispensandi super omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus; sed expresse excipitur illa *quae oritur ex homicidio voluntario*. — Nec valet dicere concilium loqui de homicidio illo, quod licet sit occultum, tamen in iudicio probari possit. Nam primo respondetur, quod id gratis supponitur. Secundo respondetur, idem concilium alibi ⁶ expresse oppositum declarasse, dicendo: *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine judicario probatum, nec alia*

ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit.

393. - Si vero homicidium fuerit *casuale*, valde probabile est, posse episcopos dispensare in irregularitate ex eo contracta, quando crimen fuerit *occultum*; cum concilium in dicto cap. *Liceat* neget episcopis facultatem dispensandi, tantum si homicidium fuerit voluntarium, ad distinctionem casualis. — Ita communiter Palaus ⁷, Bonacina ⁸, Contin. Tournely ⁹, Roncaglia ¹⁰, Diana ¹¹; et Salmant. ¹² cum Lessio, Sayro, Cornejo, etc. Hinc inferitur, quod bene possit episcopus dispensare: 1°. Cum eo qui mandavit famulo, ut tantum percutiat, sed ille casu occiderit; ut Contin. Tournely ¹³; et Bonacina ¹⁴ cum Suarez, Molina ^a), Filliuccio, etc. — 2°. Cum eo qui leviter percutere intendens, ex negligentia casu interficiat. Bonacina ¹⁵. — 3°. Cum eo qui percutiendo praegnantem, casu efficit ut eveniat abortus. Contin. Tournely ¹⁶. — 4°. Cum clerico, qui exercendo chirurgiam, ex imperitia vel negligentia aliquem perimit. Diana ¹⁷ cum Lessio et Avila ^b).

Episcopus dispensat si homicidium fuit casuale et occultum.

Praeterea communissime docent Navarrus ¹⁸; Laymann ¹⁹ cum Silvestro ^c), Sayro et Henriquez ^d); Barbosa ^e) cum Miranda ^c),

Item, interduum si fuit casuale et notorium.

¹ Suppl. Decal., cap. 3, n. 166. — *Angel.*, v. *Homicidium V*, n. 1, v. f. — ² De Censur., qu. 8, art. 2, n. 7. — ³ Tr. 10, cap. 8, n. 16. — ⁴ De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 10. — ⁵ Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 1, resp. 1. — ⁶ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ⁷ Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 7, n. 7. — ⁸ Disp. 7, qu. 4, punct. ult., num. 5. — ⁹ De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 3, concl. 3. — ¹⁰ Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 3. — ¹¹ Part. 9, tr. 7, resol. 22. — ¹² Tr. 10, cap. 8, n. 43. *Less.*,

de Irreg., cap. 4, dub. 2, num. 36. - *Sayr.*, lib. 7, cap. 7, n. 20. - *Cornejo*, disp. 3, dub. ult. — ¹³ Loc. cit., concl. 3, n. 2. — ¹⁴ Loc. cit., n. 8. - *Suar.*, disp. 45, sect. 6, n. 10 cum sect. 1, num. 2. *Fill.*, tr. 20, cap. 3, num. 74 et 86. — ¹⁵ Loc. cit., num. 7. — ¹⁶ Loc. cit., concl. 3, n. 4. — ¹⁷ Loc. cit. *Less.*, loc. cit., n. 36. — ¹⁸ Man., cap. 27, n. 240. — ¹⁹ Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, num. 3. *Sayr.*, loc. cit., num. 20.

^a) Diana, *part. 12, i. f., resol. miscell. 6*, v. *Dub. 2*, probabilem existimat « speculative loquendo », sed addit contrariam sententiam esse « probabiliorum et in praxi omnino sequendam ». Idemque plane significat Vivaldus, *Candel. aur., part. 3, de Irreg., tit. de Dispens. Episc., n. 12* (al. edit. 1590, de Irreg., n. 325).

^e) Canon *Inferior* dicit: « Non posse quemquam qui minoris auctoritatis est, eum qui majoris potestatis est, iudiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subjugare ».

393. - ^a) Molina, *tr. 3, disp. 3, n. 7*, ait huiusmodi homicidium esse casuale respectu mandantis; at, *n. 8*, loquens de dispensatione irregularitatis propter homicidium in propriam defensionem sed sine moderamine, cui superius aequiparat casuale, dixit dubium

esse utrum episcopi possint in ea dispensare: ipsi tamen videtur probabilis affirmativa.

^b) Avila, *part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 2, concl. 2*, principium generale dumtaxat affert.

^c) Silvester, v. *Homicidium III, n. 11, qu. 8*, v. *Quintum*, scribit tantum: « Quantum ad homicidiam casualem existentem in culpa secundum Pan..., episcopus dispensare potest jure suo in minoribus solum ». Miranda pariter, *tom. 2, qu. 8, art. 13, concl. 2*, dicit episcopum posse dispensare « ad minores... ordines » in homicidio casuali publico.

^d) Henriquez, *lib. 14, cap. 19, n. 9*, lit. *t*, absolute hanc facultatem concedit, et non solum quoad minores ordines et beneficium simplex.

^e) Barbosa, *alleg. 34, n. 62*, loquitur de homicidio casuali occulto, quamvis auctores ab eo citati loquantur etiam de publico.

Campanile, Homobono, etc.; ac Diana¹ cum Lessio, Avila et aliis, quod possunt dispensare episcopi in irregularitate ex homicidio *casuali*, etiam *notorio*, ad suscipiendos ordines minores, et beneficia simplicia. Quia id jam poterant episcopi de jure antiquo *f)*, ut docent Abbas, Hostiensis, Joannes Andreae et alii apud Laymann² et Barbosa *g)*. Tridentinum autem reservavit irregularitatem ex homicidio voluntario, non vero casuale publico.

An vero possit episcopus dispensare in homicidio casuale ad recipiendum canonicatum? — Vide dicenda in simili casu, n. 429.

394. — Sed dubitatur: *An reputetur casuale, homicidium in repentina rixa patratum?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Diana³; et Salmant.⁴ cum Machado, Philiberto^{a)}, Henriquez, Rodriguez^{b)}, etc. Ratio, quia homicidium voluntarium pro-

Campan. Diversor., juris, rubr. 11, cap. 23, n. 132 et 142. *Homob.*, Exam. eccles., tr. 3, qu. 69, in fine; cfr. tr. 15, cap. 8, qu. 29, resol. 3. — ¹ Part. 9, tr. 7, resol. 22. *Less.*, de Irreg., cap. 4, dub. 2, num. 36. *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 2, concl. 3. — *Abbas*, in cap. *Henricus*, de cleric. pugn. in duello, in 4, 5 et 7. *Hostien.*, in dict. cap., i. f. *Joan. Andr.*, in d. c. ² Lib. 3, tr. 3, part. 3,

prie est illud, quod per industriam et per insidias committitur; ut habetur in Tridentino⁵, ubi: *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat.*

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Suarez⁶, Navarrus^{c)}, Holzmann⁷, Concina⁸, Sporer⁹, Tamburinius¹⁰; et Diana (se revocans)^{d)} cum Hurtado^{e)}, etc. — Ratio, quia Tridentinum¹¹ post verba supra relata: *Cum etiam, qui per industriam, etc.*, statim subdit: *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit ..., nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit... Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo ... fuisse commissum narretur ..., jure quodammodo dispensatio debeat.* Qui autem in rixa occidit, jam sua voluntate et ex proposito occidit, licet inopinata ira percitus sit; cum jam perpetret homicidium quod intendit. — Nec obstant

Alii probabilius hoc negant.

cap. 12, num. 3. — ³ Part. 9, tr. 7, resol. 22. — ⁴ Tr. 10, cap. 8, num. 6. *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 16, docum. 7, n. 2. *Henriq.*, lib. 14, cap. 14, num. 1. — ⁵ Sess. 14, de reform., cap. 7. — ⁶ Disp. 44, sect. 1, num. 3. — ⁷ De Poen. eccl., num. 335. — ⁸ Diss. 2, cap. 6, num. 2. — ⁹ Tr. 5, cap. 3, num. 251 et 252. — ¹⁰ De Irreg., cap. 15, § 6, n. 5. — ¹¹ Loc. cit. ◀

Juxta alios, homicidium in rixa reputatur casuale.

f) Jura antiqua, juxta Abbatem et Hostiensem loquuntur de facultate dispensandi ut *ministret* in susceptis minoribus ordinibus, et in beneficio simplici; Joannes Andreae de solo beneficio tractat.

g) Barbosa tamen, *alleg. 39, n. 59*, auctores istos affert tamquam amplectentes doctrinam qua antistes jure communi poterat dispensare homicidam voluntarium «ad minores ordines consequendos simpliciaque obtinenda beneficia».

394. — *a)* Philibertus Marchinus, *tr. 1, part. 9, cap. 1, diff. 3, n. 10*, expresse dicit episcopum posse dispensare «non solum in irregularitate orta ex homicidio casuale ..., sed etiam ex homicidio volito non ex consilio aut matura deliberatione facto, sed ex repentina ira vel rixa».

b) Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 178, n. 1*, negat ejusmodi homicidium intelligendum esse «de homicidio casuale, quod non est volitum nec in se nec in sua causa, sed de homicidio quod evenit casu, ad differentiam ejus quod accidit ex proposito».

c) Navarrus videtur sic sentire, eo quod, *Man., cap. 27, n. 240*, definit homicidium voluntarium «homicidium illicitum, intentum sive volitum in se saltem aequipollenter, alias quam vitandae mortis causa».

d) Diana, *part. 10, tr. 11, resol. 19*, videtur utique se retractare; verum id mero typographi mendo tribuendum est; quaerit enim Diana: «An qui in rixa inopinata, et non inuito consilio, occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuale, ut non possit ab episcopo dispensationem obtinere, vigore concilii Tridentini, sess. 24, cap. 6». Sed haec sibi non cohaerent; si enim est homicidium casuale, certe episcopus poterit dispensare. Et hoc magis ex ipso responso liquet: «Sed affirmativam sententiam ... tenet Pater Lessius, in 3 part. D. Thomae, cap. 4, de Irregularitate, dub. 2, n. 36, cui ego adhaereo». Ita Diana. Et Lessius, *loc. cit.*, haec plane scribit: «In irregularitate ex homicidio casu facto, si sit occultum et nondum deductum ad forum externum, potest episcopus absolute dispensare ad omnes ordines. Patet ex Tridentino sess. 24, cap. 6... Huc etiam referri potest homicidium ex subita ira commissum, quia non censetur voluntarium, cum non sit factum per insidias vel industriam; quod tamen concilium videtur requirere, ut dicatur voluntarium».

e) Gaspar Hurtadus, *disp. 2, diff. 20, n. 66*, non citatur a Diana pro hac secunda sententia, et recte quidem, quia ibi Hurtadus censet istud homicidium esse casuale.

priora illa verba *per industriam et per insidias*. Nam Glossa in *cap. 1, de homicid.* illud *per industriam* explicat, id est, *non casu*; atque idem concilium declarat intelligi, quando aliquis *sua voluntate et ex proposito* occidit: ad differentiam occisionis casu factae, de qua loquitur in secunda parte.

Episcopus dispensat si homicidium fuerit ob defensionem propriam.

395. - Valde tamen probabile est, quod si quis incurrat irregularitatem ob homicidium occultum pro defensione propria, possit ab episcopo dispensari, quando excesserit moderamen inculpatae tutelae. Quia, cum tale homicidium non fiat ex voluntate absoluta occidendi, non potest dici absolute voluntarium, ut loquitur Tridentinum. — Ita communissime Navarrus ^{a)} (ubi asserit, ita sensisse S. Poenitentiarum), Suarez ¹, Laymann ², Palaus ^{b)}, Contin. Tournely ³, Diana ^{b)}, Croix ⁴ cum communi; Bonacina ⁵ cum Sayro, Valentia, Molina, Coninck, Henriquez et Avila.

Regulares dispensant subditos ob homicidium casuale occultum.

396. - Praelati autem regulares possunt dispensare cum suis *subditis*, ab irregularitate proveniente ex homicidio *occulto casuali*; ut docent Salmant. ⁶ ex privilegio S. Pii V (relato in extensum ab

iisdem Salmant. ⁷). — Imo, etiamsi crimen fuerit publicum; ut dicunt Diana, Villalobos, Sayrus, etc. apud Salmant. ⁸. Et etiamsi fuerit voluntarium, defendunt Salmant. ⁹ cum Peyrino ^{a)}, Portello, Bauny, etc.; ex concessione Martini V, Pauli III et Sixti IV, ubi concessum fuit praelatis regularibus dispensare in prima die lunae quadragesimae in irregularitatibus, *quavis occasione et causae contractae sint*. — Sed hac concessione non obstante, censeo *non posse* praelatos regulares dispensare, quando homicidium est *publicum* aut *voluntarium*. Quia in generali concessione non computantur ea, quae verisimiliter superior non esset concessurus; ut tradunt communiter Suarez ^{b)}, Bonacina ¹⁰; et Salmant. ¹¹ cum Ugolino, Candido ac aliis passim; et patet ex *cap. In generali, reg. 81, de reg. juris, in 6^o*. Praeterquam quod Benedictus XIII (ut vidimus *n. 101*) expresse declaravit, quod *solus Generalis ordinis possit dispensare* (in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario): *dummodo... non fuerit appensatum, et intra claustra exstiterit consummatum*. Unde, etiamsi concessio illa omnibus praelatis regularibus facta esset vera, videtur a Be-

Quid, de homicidio casuali publico vel de voluntario.

¹ Disp. 46, sect. 1, num. 13. — ² Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 2, assert. 3. — ³ De Irregular., part. 3, cap. 1, art. 3, concl. 3, v. *Hinc...* 3. — ⁴ Lib. 7, n. 474. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 7, num. 22. — *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 5, v. *Dubium autem*. — *Molina*, tr. 3, disp. 79, n. 8, v. *Tertio*. — *Coninck*, disp. 18, dub. 14, num. 111. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 10, n. 2 et cap. 19, num. 3. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 5. — ⁵ Disp. 7, qu. 4, punct. ult., n. 9. — ⁶ Tr. 10, cap. 8, n. 43. — *S. Pius V*, breve *Romani Pontificis*, de die 21 Julii 1571, § 3, in Bullar. Mainardi. — ⁷ Tr. 6, de Sacra Poenit., cap. 13, num. 33. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 72. — *Villal.*, part. 1, tr. 21, diff. 9, n. 17. — *Sayr.*, loc. cit., n. 24. — ⁸ Tr. 10, cap. 8,

n. 43. — ⁹ Loc. cit., n. 17 et cap. 7, n. 59. — *Portel.*, *Dubia regul.*, v. *Dispensatio*, addit., n. 5. — *Bauny*, *Theol. mor.*, part. 2, tr. 11, qu. 58, v. *Dico 4... Quinto dispensant*. — *Martin. V*, ap. Rodrig. *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 12. — *Paul. III*, breve *Exponi nobis*, 12 Mart. 1545, ap. Rodrig. *Bullar. regul.* — *Sixtus IV*, apud Peyrinum, in *Const. 2 Julii II*, num. 103 et apud Suar., tom. 4, de *Relig.*, tr. 1, lib. 2, cap. 12, n. 9. — ¹⁰ Disp. 1, de *Censur.*, qu. 3, punct. 1, num. 13. — ¹¹ Tr. 10, cap. 2, num. 41. — *Ugolin.*, de *Censur.*, tab. 1, cap. 10, § 4, n. 7. — *Candid.*, *disquis.* 22, art. 51, dub. 4, v. *Dico 11*. — *Bened. XIII*, *constit. Pretiosus*, 26 Maji 1727, § 21; in Bullar. Mainardi.

395. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, *cap. 27, n. 239*, adducto textu Tridentini, ubi dicitur de eo qui vim vi repellendo occidit: « Dispensatio... committatur Ordinario, aut ex causa metropolitano seu viciniori episcopo », scribit: « Homicidium intentum et volitum in se, causa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatae tutelae, non est indispensabile, quod est quotidianum in praxi: ad quod hunc canonem efficaciter in Sacra Poenitentia inducentem jucunde audivi admodum Rev. Collegam in ea meum Franciscum Toletum ».

^{b)} Palaus, *tr. 29. disp. 6, punct. 15, § 8, n. 10*, et Diana, *loc. cit.*, insinuant hanc sententiam dicentes irregularitatem ex isto

homicidio esse ex homicidio casuali. Cfr. tamen notam *d* ad n. praeced.

396. - ^{a)} Peyrinus, *tom. 2, qu. 2, cap. 5, § 8, n. 99*, non tractat de homicidio sed, in *Const. 2 Julii II, n. 103*, negat posse praelatos regulares, vi privilegiorum, dispensare super irregularitate propter homicidium voluntarium proditorium contracta, bene yero posse, *n. 104*, super irregularitate propter homicidium voluntarium in rixa.

^{b)} Suarez, *disp. 21, sect. 3, num. 3*, de absoluteione a casibus bullae tractat, et requirit ut delegatio fiat modo praescripto in ea: « non enim sufficit quodcumque indultum vel facultas verbis generalibus concessa,

nedito omnino revocata, vel limitata pro solo Generali ^{c)}.

Regula-
res dispen-
sant saecu-
lares, sicut
dispensant
episcopi.

Quoad saeculares vero, possunt confessarii regulares eos dispensare in omni irregularitate, in qua possunt episcopi cum subditis suis; ex privilegio Sixti IV

et Julii II (ut notavimus *n.* 355, v. *Quo vero*). — Hinc bene possunt dispensare cum laicis, in irregularitate contracta ob mutilationem vel ob homicidium casuale occultum, prout possunt episcopi cum suis; ut vidimus *n.* 381 et 393.

DUBIUM V.

Quae sint Irregularitates ex Defectu.

397. Prima, ex defectu animae. *Hinc sunt irregulares:* I. Amentes, daemoniaci et epileptici. — 398. *Distinctius agitur de amentibus.* — 399. *De epilepticis et daemoniacis.* — 400. *Quis possit dispensare in hac irregularitate. Et an episcopi possint dispensare in aliqua irregularitate ex defectu. An saltem in dubio. An praelati regulares.* — 401. II. *Sunt irregulares* Illiterati. — 402. III. Neophyti. — 403. *Secunda, ex defectu corporis: vel quia defectus impedit exercitium Ordinis, vel quia affert deformitatem.* — 404. *Et I. Ob impedimentum exercitii, est irregularis: 1. Caecus.* — 405. 2. *Surdus.* — 406. 3. *Mutus.* — 407. 4. *Claudus.* — 408. 5. *Qui caret manu aut digitis omnibus, aut pollice, aut indice.* — 409. 6. *Laborans febre, paralysi, etc.; item abstermius, etc.* — 410. II. *Ob deformitatem est irregularis: 1. Ille, cui deest membrum, nempe nasus aut oculus. Quid, si desint auriculae.* — 411. 2. *Leprosus.* — 412. 3. *Monstruosus, nempe gibbosus, pygmaeus, aethiops.* — 413. *Not. 1. Quid, si defectus superveniat ordinibus. Not. 2. Quid, si antecesserit.* — 414. *Quis possit in hac irregularitate dispensare. An Papa cum caeco. An praelati regulares.* — 415. *Quid si defectus corporis advenerit ex propria culpa. Et an in eo possit dispensare episcopus.* — 416. *Quid de eunucho.* — 417. *Quid, si quis causam dederat abscissioni virilium.* — 418. *Quid, si quis amputet sibi testiculos ob vocem servandam.* — 419. *Et quid, si quis tantum attentet se occidere, etc.* — 420. *Tertia, ex defectu natalium.* — 421. *Illegitimi legitimantur: I. Per matrimonium subsequens.* — 422. *An sufficiat, quod matrimonium fieri potuisset tempore nativitatis.* — 423. *Not. 1. Quid, si matrimonium fiat postquam filius est ordinatus. Not. 2. Quid, si matrimonium non consummetur.* — 424. *Not. 3. Quid, si matrimonium sit nullum, sed ignoretur saltem ex una parte.* — 425. *Not. 4. Quid, si filii nascantur ex matrimonio clandestino, ob omissas denuntiationes.* — 426. II. *Legitimantur filii per professionem religiosam.* — 427. III. *Per dispensationem pontificiam.* — 428. *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad ordines minores et ad beneficium simplex.* — 429. *Dub. 1. An ad recipiendum canonicatum.* — 430. *Dub. 2. An cum illegitimo occulto.* — 431. *Dub. 3. An saltem ad ministrandum in sacris ordinibus jam susceptis.* — 432. *Dub. 4. An filii expositi sint irregulares.* — 433. *Principes saeculares possunt legitimare tantum ad saecularia. Quid in dubio, an quis sit legitimus.* — 434. *Quarta, ex defectu aetatis.* — 435. *Quinta, ex defectu sacramenti, id est, ob bigamiam. (Vide quae sunt apud Busenbaum).* — 436. *Triplex est bigamia: vera, interpretativa et similitudinaria. I. Quaenam sit vera.* — 437. II. *Quae interpre-*

nisi in ea expresse contineantur casus hujus bullae ».

^{c)} Quid demum sentierit S. Alphonsus de privilegio praelatorum regularium dispensandi subditos ab irregularitate ob homicidium publicum aut voluntarium non liquet omnino. In hoc loco, ubi *ex professo* quaestionem tractat, potius denegat hanc facultatem aut saltem eam limitat ad solum Generalem. In eodem libro, *n.* 355, allegat Palaum dicentem praelatos dispensare posse in irregularitate orta ex homicidio voluntario, modo non sit notorium. Cum tamen lectorem remittat ad *n.* 396, eo ipso indicat se non ita approbare dictum Palai; eo magis quod ipse, *n.* 469, confirmat dicta, *n.* 396. Postea vero, in *Append. de Privileg.* (dissertatio italice edita an. 1757,

in *Istruz. e Pratica*, deinde latine inserta in 1^a edit. *Hom. Apost.*, an. 1759, ac in 4^a edit. *Theol. Mor.*) concessit, *n.* 105, superioribus regularium facultatem subditos dispensandi in irregularitate ob homicidium etiam voluntarium notorium. Sed an haec revera prodant ultimam mentem S. Doctoris valde est dubitandum; nam, in hoc *n.* 105, ad astruendum hoc privilegium, unice nititur in const. *Pretiosus* Benedicti XIII; jamvero inde a 6^a editione *Theol. mor.* notavit, in *Append. de Privileg.*, *n.* 96, hanc bullam fuisse revocatam a Clemente XII, et eandem in hac editione fecit additionem, *lib.* 7, *n.* 101, necnon in 3^a edit. *Hom. Apost.* (1770), *tr.* 20, *n.* 96. Unde videtur hic *n.* 105 reducendus ad ea quae in secunda edit. *Theol. mor.* dixit S. Doctor, *lib.* 7, *n.* 396.

tativa. *Haec contingit quatuor modis. Primus modus, cum quis ducit viduam.* — 438. *Secundus modus, cum quis ducit mulierem corruptam ab alio.* — 439. *Dub. 1. Quid, si credat virginem.* — 440. *Dub. 2. Quid, si invalide contrahat.* — 441. *Tertius modus, cum quis cognoscit uxorem adulteram.* — 442. *Dub. 1. Quid, si adulterium fuerit occultum.* — 443. *Dub. 2. Quid, si cognoscit ignorans adulterium.* — 444. *Quartus modus, cum quis contrahit duo matrimonia, unum validum, aliud nullum.* — 445. *Dub. 1. Quid, si utrumque fuerit nullum.* — 446. *Dub. 2. Quid, si cum bona fide.* — 447. *Dub. 3. Quid, si fecte ineatur secundum matrimonium.* — 448. *III. Quae-nam sit bigamia similitudinaria.* — 449. *An hanc irregularitatem incurrant etiam clerici in sacris.* — 450. *Quomodo tollatur irregularitas ex bigamia. An Papa possit in ea dispensare.* — 451. *An episcopi.* — 452. *An saltem quoad ordines minores et ad beneficia simplicia. An in bigamia similitudinaria.* — 453. *An praelati regulares possint dispensare cum suis subditis in omni bigamia.* — 454. *Sexta, ex defectu infamiae.* — 455. *Septima, ex defectu libertatis. — Hinc sunt irregulares: I. Servi.* — 456. *II. Conjugati. III. Curiales. IV. Milites, et administratores publici, atque exercentes saeva aut turpia.* — 457. *Octava, ex defectu lenitatis.* — 458. *An sit irregularis, qui occidit in defensionem honoris (Vide etiam dicta n. 389).* — 459. *Fiunt irregulares ex hoc defectu: I. Qui occidunt in bello; sed quando.* — 460. *II. An, qui hortantur in bello ad occidendum.* — 461. *III. Qui in iudicio concurrunt ad mortem vel mutilationem. Modo ipsi 1° Cooperentur.* — 462. *2° Active.* — 463. *3° Efficaciter. An peccent clerici assistentes supplicio.* — 464. *4° Proxime. An peccet confessarius, vel alius, consultus a iudice, respondens aliquem in particulari esse plectendum.* — 465. *Qui possunt excusari. An omnes, qui non concurrunt ut ministri ad causae probationem vel executionem.* — 466. *5° Per actionem, ex natura sua ad id ordinatam.* — 467. *Quomodo vetitum sit clericis et monachis, se intromittere in causam sanguinis.* — 468. *Fiunt autem irregulares: 1. Iudices. 2. Testes voluntarii. 3. Accusatores, etc. Quid, si accuset clericus. Et quid, si causa sit propria, vel aliena.* — 469. *An in hac irregularitate possit dispensare episcopus, si fuerit occulta. An praelati regulares.* — 470. *Adnotantur ultimo facultates, quas habet S. Paenitentiarum super casibus, censuris, irregularitatibus, inhabilitatibus, etc.*

397. - « Resp. PRIMA. Ex defectu ANI-
« MAE. — Ex quo irregulares sunt:

« 1°. *Amentes, phraenetici, arreptitii et*
« *epileptici.* Qui tamen, si ordinati sunt, et
« intra annum eo morbo non laborarunt,
« praesumuntur liberati, et permittuntur
« ad ordinum exercitium. Si vero laborent
« raro, et quidem sine clamore et spuma,
« permittuntur celebrare cum coadjutore;
« qui, deficientibus ipsis, suppleat Sacrifi-
« cium. — Marcus Leo¹, ex can. *Illud*,
« *caus. 7, qu. 1, et Glossa ibid.* ^{a)} ».

398. - Loquendo de *amentibus*, distin-
guendum:

Si tali defectu laborans jam *ordinatus*
est: tunc, omnino cessante defectu per
diuturnum tempus, ex iudicio episcopi

(vel praelati, si est regularis), poterit in
Ordine suscepto ministrare. — Ita Navar-
rus ^{a)}; Suarez ² cum Silvestro, Gratiano ^{b)}
et S. Antonino; Bonacina ³, Palaus ⁴, Croix ⁵,
Contin. Tournely ⁶; et Salmant. ⁷ cum
Avila, Pellizzario, etc.

Si vero non est *ordinatus*, nunquam
poterit ordines suscipere, si amentia or-
tum habuerit *ex causa permanente et*
habituali, fundata (ut ait Suarez) in lae-
sione organorum vel humorum. Quia ita
laborantes facile relabuntur in eundem
morbum; ut habetur in can. *Maritum 2*,
dist. 33, ubi dicitur: *Non ordinandum ...*
qui in furiam aliquando versus insanivit.
Unde sufficit semel insanisse; quia talis
raro praesumitur perfecte sanus. — Secus

Amens,
non ordina-
tus, modo
est perpe-
tuo irreg.

Modo, non.

¹ Praxis, part. 3, fol. 372, v. *Idem dicendum.* —

² Disp. 51, sect. 1, n. 4 et 5. *Silvest.*, v. *Corpore vitia-
tus*, num. 5. *S. Anton.*, part. 3, tit. 28, cap. 5, v. f. —

³ Disp. 7, qu. 2, punct. 2, n. 23. — ⁴ Tr. 29, disp. 6,

punct. 10, n. 4. — ⁵ Lib. 7, n. 494. ⁶ De Irregul., part. 2,
cap. 2, n. 4. — ⁷ Tr. 10, cap. 9, n. 79. *Avila*, part. 7,
disp. 3, dub. 4. *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 41. — *Suar.*, loc.
cit., n. 4.

397. - ^{a)} Marcus Leo citat Glossam in
can. *Communiter, dist. 33, v. De iis*, et recte,
non vero, ut vult Busenbaum Glossam in
can. *Illud*.

398. - ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 203,
de epileptico scribit: « Neque qui jam ordi-

natus est, si saepe decedit, neque etiam si
raro, modo spumas ore vomat, celebrare
potest; alias sic ». Deinde subdit: « Quod di-
citur de epileptico, idem de amente ... dicen-
dum est ».

^{b)} Suarez citat Gratianum, sed forte rectius

tamen, si amentia provenerit *ex accidente*, puta ex vi febris, vulneris, irae aut alterius passionis transeuntis, et postea veracesset. Ita Suarez ^{c)}, Navarrus ¹, Roncaglia ², Croix ³; et Bonacina ⁴ cum Molina, Filliuccio, Ugolino, Avila, etc. communiter.

399. — Idem quod dictum est de amentibus, dicitur de *epilepticis* (sive lunaticis), et *daemoniacis*. — Nam:

Si morbus *antecedat* ordinationem, sunt hi perpetuo irregulares; ita Suarez ⁵, Bonacina ⁶, Croix ⁷, Roncaglia ⁸, et alii passim. Et patet ex tota ^{a)} Distinctione 33, et praesertim ex can. *Communiter*, ubi dicitur: *Communiter definimus, ut nullus de iis qui, aut in terram arrepti a daemonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursum efferuntur, vel audeat ministrare, vel... se ingerat... exceptis illis qui corporis incommoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus in terram probantur elisi*: id est (ut explicat ibi Glossa) *qui raro cadunt*. — Dicunt autem Cabassutius ⁹ et Contin. Tournely ¹⁰, quod si quis *ante pubertatem* hoc morbo affectus fuerit, et postea perfecte liberetur, non censetur irregularis; quia (ut ait Hippocrates) ^{b)} epilepsia saepe in pubertate perfecte curatur. — Secus, si morbus accidat *post pubertatem*, et praesertim post vigesimum quintum annum. Asserit tamen Croix ¹¹, praxim in suis partibus

habere, quod qui per biennium liberi fuerint ab hac infirmitate, accedente declaratione episcopi, ordinantur; imo sine declaratione, si quis per septem annos liberatus probetur.

Si vero tali morbo laborans *jam ordinatus* sit: licet non omnino sit liber, si tamen raro (id est, semel in mense) cadat, nec spumet ^{c)}, poterit privatim celebrare, adjuncto sacerdote jejuno, qui Missam perficiat adveniente morbo. Ita communiter Suarez ¹²; Croix ¹³ cum Navarro et Laymann; ac Bonacina ¹⁴ cum S. Antonino, Sayro, Ugolino ^{d)} etc. — Et patet ex citato can. *Communiter*. Ibi: *Qui* (id est, epileptici) *... et ipsi* (id est, obsessi) *tamdiu erunt ab officii sui ordine et loco suspensī, quousque unius anni spatium, per discretionem episcopi inveniantur ab incursum daemonum liberati*. Illud autem *anni spatium*, dicit Suarez ¹⁵, non esse in usu, sed relinqui prudentis arbitrio.

Notat autem Mazzotta ¹⁶ cum Sayro, Ugolino et aliis, quod si quis daemoniacum se simulaverit, hic etiam fit irregularis ad ordines suscipiendos; ex concilio Constantinopolitano VI, can. 60. — Dicit tamen cum eodem Sayro et Filliuccio ^{e)}, quod episcopus potest promovere daemoniacum ad ordines minores; quia in can. *Clerici 4, dist. 33*, fit sermo tantum de ordine sacro. Sed probabilius hoc negant alii communissime. Vide infra, *n. 452*.

Si jam est ordinatus, non est perpetuo irregularis.

Epilepticus et daemoniacus, non ordinatus, perpetuo est irreg.

Limitationes.

¹ Man., cap. 27, n. 203 et cap. 25, n. 72. — ² Tract. 4, qu. 7, cap. ult., qu. 7, resp. 1. — ³ Lib. 7, n. 494. — ⁴ Disp. 7, qu. 2, punct. 2, n. 23. — ⁵ Molina, tr. 3, disp. 70, n. 12. — ⁶ Fill., tr. 19, cap. 7, n. 187. — ⁷ Ugolin., de Irreg., cap. 53, in princ., n. 1 et seqq. — ⁸ Avila, part. 7, disp. 3, dub. 4, concl. 1. — ⁹ Disp. 51, sect. 1, n. 6 et 7. — ¹⁰ Disp. 7, qu. 2, punct. 2, n. 22 et 24. — ¹¹ Lib. 7, n. 495 et 496. — ¹² Tract. 4, qu. 7, cap. ult. qu. 7, resp. 1. — ¹³ Glossa, ad v. *Exceptis*. — ¹⁴ Lib. 5, cap. 19, num. 8. — ¹⁵ De Irregul., part. 2, cap. 2, num. 3. — ¹⁶ Loc.

cit., num. 495. — ¹⁷ Loc. cit., n. 6. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Navar., Man., cap. 27, num. 203. — ²⁰ Laym., lib. 1, tract. 5, part. 5, cap. 7, num. 3. — ²¹ Loc. cit., num. 22. — ²² S. Anton., part. 3, tit. 28, cap. 5, v. f. — ²³ Sayr., lib. 6, cap. 9, num. 11. — ²⁴ Loc. cit., n. 5. — ²⁵ Tract. 8, disp. 5, qu. 2, cap. 5, n. 2. — ²⁶ Sayr., lib. 6, cap. 9, num. 14, i. f. — ²⁷ Ugolin., de Irreg., cap. 55, n. 8. — ²⁸ Concil. gener. VI (Cpolit. III), Append. Quinixext., can. 60, ap. Labbe, tom. 7, col. 1375. — ²⁹ Sayr., loc. cit., n. 14 bis.

citatur apud eundem Glossa in can. *Martium, dist. 33*; canon enim vetat ordinari « illum qui in furiam aliquando versus insanivit ». Et Glossa *ad v. In furiam*, subdit: « Tamen promotus non deponitur ».

^{c)} Suarez, *loc. cit.*, n. 4, de secundo casu concordat: de primo vero ait: « Non admittitur ad ordines, vel saltem desideratur praelati approbatio, ut prius ei constet de sanitate integre recuperata ».

399. — ^{a)} Rectius: can. 2, 3, 4 et 5.

^{b)} Seu potius Hippocrates, *lib. aphorism., sect. 5, num. 7*, dicit: « Quibuscumque morbi

comitiales ante pubertatem fiunt, transmutationem habent ».

^{c)} Nec voces emittat, neque horribili contractione moveat corpus, uti addunt plerique auctores citati.

^{d)} Ugolinus male citatur a Bonacina; negat enim, *cap. 54, § 3*, posse admitti ad Missae celebrationem, etsi raro morbo corripiatur.

^{e)} Filliuccius non ita recte citatur a Mazzotta; postquam enim, *tr. 19, cap. 6, n. 181, v. Septimum*, dixit episcopum posse dispensare cum daemoniacis liberatis, ut in su-

Durante defectu animae Papa dispensare nequit.

400. - In hac autem irregularitate propter defectum animae, durante defectu, nec etiam Papa dispensare potest; quia illo laborantes sunt de jure divino inhabiles, tam ad suscipiendum, quam ad exercendum Ordinem.

Cessante defectu ante ordinationem episcopi non dispensant.

Cessante vero defectu, si cesset ante ordinationem, non possunt in eo dispensare episcopi; quia nulla episcopis conceditur dispensatio in irregularitatibus ex defectu provenientibus: — nisi in duobus casibus (ut notat Cabassutius ¹), scilicet 1^o ut possint dispensare natalia illegitimorum, ad solos ordines minores, et ad simplex beneficium, ex *cap. 1, de filiis presbyt., in 6^o*. Et 2^o idem posse cum bigamo, ex consuetudine, docent S. Thomas, Silvester, Azor, Rota Romana et alii apud Cabassutium ²; contra Contin. Tournely ³ cum Pontas, etc. ^{a)}. (Sed vide *n. 452*). — Caeterum Fagnanus ⁴; et Contin. Tournely cum Giberto et aliis, dicunt posse episcopus dispensare in omnibus irregularitatibus *dubiis*; argumento ex *cap. Nuper 29, [de sent. excom.]*, ubi dicitur permissum, quidquid non est reservatum: cum autem reservatio sit odiosa, non censetur facta, ubi impedimentum sive irregularitas non est certa.

In quibus possint dispensare episcopi.

Ad tollendam igitur irregularitatem certo contractam ex defectu animae, requiritur dispensatio Pontificis; ut docent Bonacina ⁵, Palaus ⁶, Salmant. ⁷ et Suarez ⁸ (contra Majolum et Tabiena ^{b)}, apud Bonacina ⁹).

Praelati tamen regulares bene possunt

¹ Lib. 5, cap. 19, num. 3. — S. Thom., in 4, dist. 27, qu. 3, art. 3; Quolib. 4, art. 13. Silvest., v. *Bigamia*, n. 7. — Azor, part. 2, lib. 6, cap. 4, qu. 8. ² Loc. cit. — ³ De Irregul., part. 3, cap. ult., reg. 6. — Pontas, v. *Dispensatio irregularitatis*, cas. 17 (al. cas. 16). — ⁴ In cap. *Veniens*, de filiis presbyt., n. 8. — Cont. Tourn., loc. cit., reg. 7, n. 1. Gibert., Usages de l'Eglise gallic., de l'Irregul. en gén., tit. 9, règle 22; cfr. Instit. eccl., part. 1,

dispensare cum suis subditis tali defectu laborantibus, ut ad ordines sacros promoveantur, etiamsi quis passus fuerit permanentem amentiam, si ex iudicio medicorum vere cessaverit illius periculum. Quia regularibus ex privilegio concessum est dispensare cum suis, in omnibus irregularitatibus; exceptis aliquibus (ut diximus *n. 355*), inter quas non est haec. — Salmant. ¹⁰, juxta ab iisdem dicta alibi ¹¹.

Regulares dispensant suos subditos.

401. - « II^o. *Illitterati*, qui non habent « doctrinam necessariam pro ordinibus ».

Illitterati sunt irregulares.

An autem illitterati sint irregulares, tam ad ordines suscipiendos, quam ad exercendos? vide dicta *Lib. VI, n. 791, Qu. 2*. — Quid vero de regularibus? Vide *ibid., Qu. 3*.

402. - « III^o. *Neophyti*, seu recenter « conversi, usquedum iudicio episcopi sufficienter instructi sint ».

Item neophyti.

Putat autem Toletus ^{a)} apud Viva ¹², post decennium neophytum non esse amplius irregularem; imo antea, si episcopus judicet illum benè moribus profecisse.

403. - « SECUNDA. EX DEFECTU CORPORIS: « — 1^o. Si propter eum *ineptus est ad exercitium Ordinis*; ut, si sit caecus, surdus, « claudus, ita ut sine baculo nequeat ire « ad altare. Item, si careat manu, pollice, « indice, oculo (non tamen, si ungula pollicis, vel indicis, vel oculo dextero tantum). Si vero sinistro, seu canonico, « aut ejus vi visiva careat, indiget dispensatione: quod tamen negant Valentia, « Henriquez ^{a)}, Sayrus, si quidem dextero « possit absque deformitatem legere ca-

Irregularitas ex defectu corporis.

tit. 64, règle 8. — ⁵ Qu. 2, punct. 2, num. 23. — ⁶ Tr. 29, disp. 6, punct. 10, num. 5. — ⁷ Tr. 10, cap. 9, num. 80. — ⁸ Disp. 51, sect. 1, num. 5. — Majol. (cit. a Suar.), lib. 2, cap. 13, n. 4, cap. 14, n. 5, cap. 15, n. 6 et cap. 16, n. 4. — ⁹ Loc. cit., n. 23. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 9, n. 80. — ¹¹ Tr. 10, cap. 7, n. 59. — ¹² De Censur., qu. 9, art. 4, num. 14. — Valent., tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 2, v. *Atque hinc*. Sayr., lib. 6, cap. 8, n. 8.

sceptis ordinibus ministrent, addit: Prohibentur autem praecipue a susceptione ordinum majorum, ad minores facilius promoventur ». Sed ibi non amplius de episcopo loquitur.

400. - ^{a)} Continuator Tournely et Pontas contradicunt solum quoad veram et interpretativam bigamiam, consentiunt autem cum ceteris quoad similitudinariam.

^{b)} Tabiena (quem citat Bonacina) v. Cor-

pore vitiatus, *i. f.* videtur facultatem dispensandi episcopo concedere pro ministerio in susceptis ordinibus tantum.

402. - ^{a)} Toletus, *lib. 1, cap. 64, n. 5*, haec intelligit de promotione ad sacros ordines; quoad ordines vero minores negat neophytos ab eis prohiberi. Citatur tamen a Viva sine ulla distinctione.

403. ^{a)} Henriquez, *lib. 14, cap. 8, n. 2*, irregularem esse ait qui sinistro oculo non

« nonem. — 2°. Si ordinem nequit exercere
 « *sine horrore*, offensione aut scandalo
 « aliorum: ut si careat auribus, naso; si
 « notabiliter sit gibbosus, leprosus, para-
 lyticus; si membra habeat superflua cum
 « magna deformitate. In dubio vero an
 « deformitas sit sufficiens, episcopi est
 « judicare, saltem in clericis. Nam in re-
 « gularibus, id spectare ad eorum prae-
 « latum (contra Barbosa, etc.) docent Sua-
 « rez ^{b)} et alii quinque ^{c)}, cum Diana ¹⁾;
 « licet concedant episcopum posse rejicere
 « arbitrium praelati: hunc autem si gau-
 « deat auctoritate quasi episcopali, posse
 « in illa irregularitate dispensare, nisi de-
 « formitas sit tanta, ut scandalum gene-
 « ret. Diana ²⁾, ex Rodriguez et aliis qua-
 « tuor. — Vide Bonacina, Laymann, Mar-
 « cus Leo ³⁾.

« Unde resolves:

« 1°. Non videtur irregularis: 1°. Qui
 « habet sex digitos, vel aliquos conjunctos,
 « si non sit magna deformitas, et Ordinem
 « exercere possit. — 2°. Qui habet in oculo
 « maculam, visum non auferentem, nec
 « notabiliter deformantem. — 3°. Qui caret
 « ungula pollicis, si possit hostiam elevare
 « et frangere. — 4°. Qui per vim aut infir-
 « mitatem factus est eunuchus.

« Irregularis est: 1°. Hermaphroditus;
 « quia est monstruosus. — 2°. Gigas, Py-
 « gmaeus, Aethiops: non tamen inter suos,
 « sed alienos, ubi disparitas lubibrio est ».

404. — Opus est singula latius discu-
 tere. — Ex duplici capite incurritur irre-
 gularitas ex vitio corporis: vel quia im-

pedit congruum exercitium Ordinis; vel
 quia affert notabilem indecentiam aut hor-
 rorem. Ita communiter doctores cum
 D. Thoma ⁴⁾. — Hinc:

1°. *Ob impedimentum exercitii*, irregu-
 laris est:

1°. *Caecus*, qui omnino visu caret, ex
can. ult. dist. 55.

Sed notandum 1°. Quod si quis jam
 sit sacerdos, et constet non posse er-
 rare, poterit a Pontifice obtinere dispen-
 sationem (vide dicta *Lib. VI, n. 390, v. Se-*
cunda).

Notandum 2°. Si alicui deest visus oculi
 dextri, non est irregularis, ut communiter
 omnes; secus, si sinistri, ut communissime
 docent Busenbaum cum aliis (supra), et
 Suarez ⁵⁾, Laymann ⁶⁾, Roncaglia ^{a)}, Croix ⁷⁾,
 Contin. Tournely ⁸⁾; et Salmant. ⁹⁾ cum Na-
 varro, Filliuccio, etc. — Excipitur, nisi
 oculus dexter esset aptus ad canonem
 legendum sine magna deformitate: cui
 facillime occurri potest per accommoda-
 tionem missalis, illud in medium affe-
 rendo; ut dicunt Laymann ¹⁰⁾, Tamburi-
 nius ¹¹⁾, Diana ¹²⁾; et Croix ¹³⁾ cum Navarro,
 Molina ^{b)}, Sà ^{b)}, Avila, Dicastillo, etc.
 Idque vocat Suarez ¹⁴⁾ practice probabile,
 etiam ut quis possit ad sacerdotium pro-
 moveri.

Notandum 3°. Si quis non sit omnino
 caecus, sed ita caecutiens, ut non possit
 legere in missali, hic etiam est irregu-
 laris ad ordines suscipiendos. (Utrum au-
 tem ad eos exercendos? Vide *Lib. VI,*
n. 390).

Barbosa, alleg. 42, num. 61 et seqq. — ¹⁾ Part. 4, tr. 2, resol. 73. ²⁾ Loc. cit. *Hieron. Rodrig.*, Resol. Quaest. regul., resol. 52, n. 16. — *Bonac.*, disp. 7, qu. 2, punct. 2. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7. — ³⁾ Praxis, part. 3, fol. 370, v. *Multipliciter*. — ⁴⁾ Suppl., qu. 39, artic. 6. — ⁵⁾ Disp. 51, sect. 2, n. 15. — ⁶⁾ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, n. 2. — ⁷⁾ Lib. 7, n. 500. — ⁸⁾ De Irregul., part 2, cap. 3,

concl. 3, num. 5. — ⁹⁾ Tr. 10, cap. 9, num. 68. *Navar.*, Man., cap. 27, num. 199, v. *Quarto*. *Fill.*, tr. 19, cap. 6, num. 168. — ¹⁰⁾ Loc. cit., num. 2. — ¹¹⁾ Lib. 10, tract. 4, cap. 8, § 1, num. 2. — ¹²⁾ Part. 5, tr. 6, resol. 22. ¹³⁾ Loc. cit. *Navar.*, loc. cit. *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 1. *Dicast.*, de Censur., disp. 7, num. 173. — ¹⁴⁾ Loc. cit., n. 15, i. f.

videt; et in *comment.*, lit. x, addit solum:
 « Si oculo sinistro debilis est, sed videt librum
 et lineas, non est irregularis, quamvis charac-
 teres non legat..., quamvis Navarrus putet
 deforme esse, si sine magna conversione ad
 librum legere non valet ».

^{b)} Suarez, *disp. 51, sect. 2, n. 16*, plane
 hoc insinuat dicens iudicium istud pertinere
 ad praelatum qui vel ordines confert, « vel
 saltem dimissorias litteras concedere potest
 ad ordines recipiendos ».

^{c)} Quin etiam *sex* alii reperiuntur apud
 Diana.

404. ^{a)} Roncaglia, *cap. ult., qu. 6,*
resp. 2, negat irregularem esse, « si careat
 solo visu etiam in oculo sinistro, quem dicunt
 oculum canonis, dummodo possit absque in-
 decentia canonem legere ».

^{b)} Molina, *tr. 3, disp. 70, n. 6*; Sà, *v. Ir-*
regularitas ex corp. defectu, n. 3, exceptio-
 nem non afferunt; eam tamen innuit Sà di-
 cens irregularem esse eum qui caret visu

Est irre-
 gularis:

1. Caecus.

Quid, si
 jam sacer-
 dos.

Si deest
 visus oculi
 dextri,

aut sini-
 stri.

Si non est
 omnino cae-
 cus.

Si indiget
perspicillis.

Notandum 4°. Non est irregularis, qui est debilis visu, ita ut indigeat perspicillis ^{c)}; vel qui ex obliquo intuetur (vulgo vocatus *guercio*). Ita communiter Holzmann ¹, Contin. Tournely ^{d)}, Mazzotta ²; et Tamburinius ³ cum Sayro ^{e)} Filliuccio ^{e)}, Menochio ^{f)} et alii.

Si est strabus.

2. Surdus.

405. - 2°. *Surdus*, qui ex utraque aure penitus non audit; ut communissime Bonacina ⁴, Contin. Tournely ⁵, Roncaglia ⁶, Croix ⁷, Elbel ⁸, Mazzotta ⁹; et Tamburinius ^{a)}, cum Suarez ^{a)} et Turriano ^{a)}; et Palaus ¹⁰ cum Laymann et Sayro, ex *canone* 77 Apostolorum, ubi id definitum habetur. Quia talis sacerdos, cum non possit audire vocem ministri, nequit sine indecentia celebrare. — Hanc indecentiam negant Henriquez, Praepositus et Gobat, apud Croix ¹¹; quia, ut ajunt, satis est ut sacerdos percipiat ex aliis signis, ministrum respondisse. Sed communissime, ut diximus, doctores his contradicunt. — Concedunt vero Bonacina ¹², Tamburinius ¹³, Concina ¹⁴; Palaus ¹⁵ cum Navarro et Laymann; ac Salmant. ¹⁶ cum Coninck ^{b)}

Nisi surditas superveniat post ordinatorem.

et Pellizzario ^{c)}, quod si surditas superveniat sacerdotio suscepto, non interdicatur sacerdoti celebratio; facilius enim toleratur defectus superveniens in promotio, quam in promovendo (prout de caecutiente dictum est *Lib. VI, n. 390*). Communiter autem docent doctores contra Comitolum ^{d)} apud Croix ¹⁷, *surdastrum*, sive difficulter audientem, minime esse irregularem.

Surdaster non est irregularis.

Ita Contin. Tournely ¹⁸, Holzmann ¹⁹, Tamburinius ²⁰; et Croix ²¹ cum Suarez, Bonacina ^{e)}, Sayro, Reginaldo, Filliuccio, Diana, Graffio ^{f)}, etc.

406. - 3°. *Mutus*, qui non possit loqui, aut verba integra proferre, ita ut nullam possit vocem pronuntiare, quin aliquid omittat (ut Contin. Tournely ²², Holzmann ^{a)}, Viva ²³); vel nisi cum magna difficultate, ut addunt Salmant. ²⁴. — Et idem dicit Holzmann ²⁵ de eo qui loquelam penitus praecipitem habet.

3. Mutus.

Blaesi vero sive balbutientes, aut carentes dentibus, non sunt irregulares, etiamsi cum aliqua difficultate verba pro-

Quid, de blaesis.

¹ De Poen. eccl., num. 364. ² Tr. 8, disp. 5, qu. 2, cap. 5, n. 2, v. *Caecus*. — ³ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 1, n. 3. — ⁴ Qu. 2, punct. 2, n. 7. ⁵ De Irregul., part. 2, cap. 3, concl. 3, n. 4. — ⁶ Cap. ult., qu. 6, resp. 2. — ⁷ Lib. 7, n. 502. — ⁸ Confer. 7, n. 218. ⁹ Loc. cit., v. *Surdus*. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 3. *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, n. 1. *Sayr.*, lib. 6, cap. 8, num. 17. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 8, n. 3. — *Praepos.*, dub. 14, n. 113. — *Gobat*, de Sac. Ordinis, tract. 8, num. 682. ¹¹ Loc. cit.,

n. 502. — ¹² Loc. cit., n. 7. — ¹³ Loc. cit., n. 6. — ¹⁴ Diss. 2, cap. 7, n. 5. — ¹⁵ Loc. cit. *Navar.*, lib. 1, consil. 6, n. 2, de corpore vitiatis. *Laym.*, loc. cit., n. 1. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 9, n. 67. ¹⁷ Loc. cit., n. 502. — ¹⁸ Loc. cit., concl. 3, n. 4. — ¹⁹ Loc. cit., n. 364. — ²⁰ Loc. cit., n. 7. — ²¹ Loc. cit., n. 502. — *Suar.*, disp. 51, sect. 2, n. 13. — *Sayr.*, loc. cit., n. 17. — *Regin.*, lib. 30, t. 2, n. 50. — *Fill.*, tr. 19, n. 169. — *Diana*, part. 2, tr. 17, resol. 20. — ²² Loc. cit., concl. 3, num. 3. — ²³ Qu. 9, art. 4, n. 15. — ²⁴ Loc. cit. — ²⁵ Loc. cit., n. 363.

oculi sinistri, « sic ut turpiter seu deformiter cogatur ad librum verti ».

^{c)} De iis qui coguntur uti perspicillis non loquuntur Holzmann, Sayrus et Filliuccius.

^{d)} Contin. Tournely, *de Irregul., part. 2, cap. 3, concl. 3, v.* Propter nimiam, *num. 2*, de perspicillis concordat; sed irregulares censendo esse ait « strabones, seu qui oculos distortos habent ».

^{e)} Sayrus, *lib. 6, cap. 8, num. 12*, negat strabones esse irregulares, nisi sit nimia deformitas; « de qua deformitate (subdit) iudex erit episcopus an sit notabilis, ita ut promotionem impediatur ». Et ita etiam Filliuccius, *tr. 19, cap. 6, n. 168*.

^{f)} Menochius, *de Arbitr. jud., lib. 2, cas. 226, n. 8*, non de praesenti casu, sed de alio de quo ibidem tractat Tamburinius.

405. - ^{a)} Tamburinius, *loc. cit.*; Suarez, *disp. 51, sect. 1, num. 13*; Turrianus, *lib. 9, disp. 72, dub. 4, v. Tertio dicendum*, dicunt irregularem esse surdum ad ordines suscipiendos.

^{b)} Coninck, *disp. 18, dub. 13, n. 106*, de surdo non loquitur neque hic citatur a Salmant.

^{c)} Pellizzarius, *tr. 7, cap. 5, n. 59*, id habet ex Castropalao, quem non reprobatur.

^{d)} Comitolum, non satis accurate citatur a Croix; nam, *Respons., lib. 6, qu. 55, n. 2 et 3*, distinctionem adhibet, et surdastrum irregularem esse ait « si eius insigne sit vitium, sacrorum ordinum muneribus valde incommodans »; secus vero, « si leve sit vitium cum incommodo parvo conjunctum ».

^{e)} Bonacina, *loc. cit., num. 7*, loquitur de eo qui una tantum aure surdus sit, quem Lacroix vocat surdastrum, sicut et grave audientem.

^{f)} Graffius citatur a Croix et Diana, sed *loc. cit.*, id est, *Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 27, n. 51*, Graffius de surdastrum non tractat.

406. - ^{a)} Holzmann, *de Poen. eccl., n. 363*, irregulares esse ait « habentes linguam valde ligatam ».

ferant (ut ait Croix¹⁾: nisi afferant causam risus aut contemptus. — Navarrus²; et Tamburinius³ cum Coninck^{b)}, Sayro^{c)}, Filliuccio^{c)}, Praeposito^{b)}, etc.

4. Claudus.

407. — 4°. *Claudus*, qui sine baculo nequit ire ad altare; ut habetur in can. *Nullus episcopus 57, de consecr. dist. 1.* Hoc tamen intelligitur, ut explicat Glossa, id est: *Qui sine baculo non potest sustentari in altari*; et idem dicunt Bonacina⁴ et Palaus^{a)}. — Caeterum, claudus qui non indiget baculo, minime est irregularis; ut dicitur in can. *Si quis 10, dist. 55.* Sicut nec etiam qui habet *crura distorta*, ut Contin. Tournely⁵, Salmant.⁶; et Croix^{b)} cum Palao^{b)}, Laymann^{b)} et Henriquez^{b)}: quia talis defectus veste talari facile tegi potest. Secus, si in hoc magna adesset deformitas.

Si quis vero est instructus *pede ligneo*, quia habet pedem mutilum vel aridum, hic est irregularis. Ita Laymann⁷, Navarrus^{c)}, Contin. Tournely⁸, Tamburinius⁹; Bonacina¹⁰ cum Molina, Sayro, Ugolino, Filliuccio, Reginaldo, etc.; eo quod celebrare cum pede ligneo magnam habet indecentiam. — Dicit tamen Tamburinius¹¹ cum Silvestro^{d)}, Rosella^{d)}, Majolo^{d)}

¹ Lib. 6, part. 2, n. 2222. — ² Man., cap. 27, n. 200, v. *Sexto*. — ³ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 1, n. 10. — ⁴ Qu. 2, punct. 2, n. 15. — ⁵ De Irregul., part. 2, cap. 3, concl. 3, n. 8. — ⁶ Tr. 10, cap. 9, n. 68. — ⁷ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, n. 4. — ⁸ Loc. cit., n. 9. — ⁹ Loc. cit., num. 17. — ¹⁰ Loc. cit. *Molina*, tr. 3, disp. 70, n. 9. *Sayr.*, lib. 6, cap. 8, n. 22. *Ugolin.*, de Irreg., cap. 47, n. 16. *Fill.*, tr. 19, n. 173. *Regin.*, lib. 30, tr. 2, num. 54. — ¹¹ Cap. ult. de corp. vitiato, cum Glossa ad v. *Deformatatem*. — ¹² De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 2, qu. 3. — ¹³ Loc. cit.,

et Giliano^{d)}, quod si talis defectus sit modicus, et aliquo modo indecentia reparari valet, permitti posset celebratio. Et in dubio standum iudicio episcopi.

408. — 5°. Qui caret manu, aut digitis omnibus, aut pollice; ut habetur in *cap. ult. de corpore vitiato*. Idem dicunt cum Busenbaum (ut supra n. 403) Renzi¹², Tamburinius¹³, Filliuccius¹⁴; Bonacina¹⁵ cum Suarez, Molina, Sayro, Avila, Reginaldo et aliis, de eo qui caret indice, vel parte pollicis aut indicis; vel qui habet eos ita debiles, ut nequeat hostiam elevare aut frangere^{a)}. — Secus, si quis careat ungue pollicis vel indicis; ut dicitur in dicto *cap. ult.* Si quis autem jam fuerit ordinatus, et habet pollicem impeditum, in casu necessitatis probabiliter posset Eucharistiam ministrare posterioribus digitis; ut diximus *Lib. VI, n. 244, v. Et quamvis*.

Si quis caret tribus posterioribus digitis, etiam est irregularis. Anacletus¹⁶; et Contin. Tournely¹⁷ cum Sayro et Ugolino. — Si vero caret uno tantum digito minori^{b)}, non est irregularis; ut Holzmänn¹⁸; et Contin. Tournely¹⁹ cum Cajetano, Navarro et Pontas. Et idem sentit

num. 12. — ¹⁴ Tract. 19, cap. 6, num. 172. — ¹⁵ Loc. cit., num. 16. *Suar.*, disp. 51, sect. 2, num. 12. — *Molina*, loc. cit., n. 3. — *Sayr.*, loc. cit., n. 18 et 19. *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 1. *Regin.*, loc. cit., num. 53. — ¹⁶ Tr. 13, dist. 3, num. 28. — ¹⁷ De Irregul., part. 2, cap. 3, concl. 3, num. 2. *Sayr.*, lib. 6, cap. 8, num. 19. *Ugolin.*, de Irregul., cap. 47, num. 13. — ¹⁸ De Poen. eccles., n. 364. — ¹⁹ De Irreg., part. 2, concl. 3, n. 2. *Cajet.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 65, art. 1. *Navar.*, Man., cap. 27, n. 206. — *Pontas*, v. *Irregularitas*, cas. 81.

5. Carens manu, aut digitis omnibus, aut pollice.

^{b)} Coninck, *disp. 18, n. 106*, et Praepositus, *qu. 5, de Irreg., dub. 14, num. 113 (tr. de Irreg. ex defectu corp.)*, irregularem esse aiunt eum qui ex defectu corporis nequit sine periculo aut scandalo aliorum exercere munera ordinis.

^{c)} Sayrus, *lib. 6, cap. 8, n. 16 et 21*; Filliuccius, *tr. 19, n. 170*, hanc restrictionem non habent.

407. — ^{a)} Palaus, *tr. 29, disp. 6, num. 3*, irregularem esse dicit claudum, « si absque baculo vel pede ligneo non se valet movere; alias non ».

^{b)} Croix, *lib. 7, n. 504*; Palaus, *loc. cit.*; Laymann, *loc. cit., cap. 7, n. 4*; Henriquez, *lib. 14, cap. 8, n. 1*, casum praesentem omittunt.

^{c)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 199*, in meis saltem editionibus, de hoc silet.

^{d)} Silvester, *v. Corpore vitiatus, num. 5*; Rosella, *v. Viciatus corpore, n. 2*; Majolus, *lib. 1, cap. 18, n. 3*, non recte citantur a Tamburinio; solum enim dicunt episcopum posse cum religioso dispensare, ut cum pede ligneo celebrare possit. Gilianus autem (nam Tamburinius allegat « *Gilian. v. Claudus* »), nihil certe habet de hac re; deest enim v. *Claudus* in *Compendio juris municipalis civitatis Perusiae* (edit. 1635), unicum opus quod Giliano tribuatur a Fontana, *Biblioth. legal.*

408. — ^{a)} Auctores citati non habent omnia et singula hic relata; Tamburinius et Renzi praeterea loquuntur de eo qui « pollice et indice caret ».

^{b)} Scilicet non necessario ad celebrationem.

Contin. Tournely cum alio auctore, si caret duobus. — Nec pariter est irregularis qui habet sex digitos. Holzmann¹, Contin. Tournely², Filliuccius³; et Bonacina⁴ cum Ugolino, Henriquez, Sayro, Reginaldo, etc.: modo sextus digitus usum aliorum non impediatur. Sextus autem ille digitus bene potest abscindi sine periculo irregularitatis, si possit fieri sine periculo vitae. Bonacina⁵ cum eisdem.

Notat autem Contin. Tournely⁶, quod si quis careat indice, poterit obtinere dispensationem.

409. - 6^o. Laborans febri continua (non autem quartana, aut levi), aut qui patitur gravem dolorem capitis. Bonacina⁷. — Hoc tamen intelligendum de eo qui non posset celebrare ob talem morbum sine proximo periculo deficiendi vel notabiliter errandi; ut innuit idem Bonacina⁸. Nam optimam in hoc tradit regulam^{a)} Laymann⁹ cum Soto, Tolet, Avila et aliis, quemcumque morbum non inducere irregularitatem, nisi vel exercitium Ordinis impediatur, vel notabile scandalum sive indecentiam afferat.

Item irregularis est, qui laborat *paralysi*; ut (cum Busenbaum, *n. 403*) Palaus¹⁰ et Concina^{b)}. Qui bene ait, id intelligi tantum de eo qui manus ita tremulas habet, ut sit periculum effundendi calicem. — Item, qui tantam patitur *tussim*, ut sit periculum in suscipienda Euchari-

stia. Bonacina¹¹ cum Ugolino^{c)}, Majolo, etc. communiter.

Item *abstemius*, qui vinum nequit sumere nisi cum periculo emovendi. Contin. Tournely¹² et Concina¹³. — Hic enim esset irregularis de jure divino: nec enim Papa dispensare potest, ut Sacrum celebretur in una sola specie; ut diximus *Lib. VI, n. 195*.

410. - II^o. Incurritur irregularitas ex defectu corporis, *quando corporis vitium magnam affert deformitatem, sive horrorem*; ut habetur ex cap. *Presbyterum, de cler. aegrot.* et aliis *de corp. vitiatis*. Hinc, ratione deformitatis, sunt irregulares:

1^o. Ille quibus deest aliquod membrum, nempe qui carent *naso*^{a)}; vel habent nimis deformem, nempe valde distortum, aut valde dimissum, aut promissum; ut Tamburinius¹⁴, Bonacina¹⁵ et Viva¹⁶. — Item, si alicui est erutus *oculus*, sive dexter, sive sinister, ut *in can. ult., dist. 55*. Probabiliter vero dicunt Silvius apud Croix¹⁷; Contin. Tournely¹⁸ cum Pontas; Roncaglia¹⁹ cum Tamburinio et aliis, hunc non esse irregularem, si deformitas illa reparari possit per oculum vitreum.

Sic pariter etiam est irregularis, qui caret *auriculis*: nisi talis defectus capillis aut aliter tegatur; ut dicunt cum Busenbaum (*n. 403*), Salmant.²⁰, Tamburinius^{b)}, Renzi^{b)}, Diana²¹; Palaus²² cum

Abstemius.

Ob deformitatem irregularis est:

Ille cui deest membrum.

6. Laborans febri continua.

Limitatio.

Paralyticus.

Nimium tussiens.

Cont. Tourn., De Irreg., part. 2, cap. 3, concl. 3, n. 1. — ¹ De Poen. eccl., n. 364. — ² Loc. cit., v. *Propter nimiam deformitatem*. — ³ Tr. 19, cap. 6, n. 165. — ⁴ Qu. 2, punct. 2, n. 11. *Ugolin.*, cap. 50, n. 5. *Henriq.*, lib. 14, cap. 8, num. 3. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 8, n. 1 et 2. *Regin.*, lib. 30, tr. 2, n. 46. — ⁵ Loc. cit., n. 11. — ⁶ Loc. cit., concl. 3, n. 2. — Loc. cit., n. 17 et 18. — ⁷ Loc. cit., n. 18. — ⁸ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, num. 6. — *Sotus*, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 3, concl. 2. *Tolet.*, lib. 1, cap. 63, n. 2. *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 1. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 3. —

¹¹ Loc. cit., num. 21. *Majol.*, lib. 2, cap. 20, n. 1. — ¹² Loc. cit., concl. 3, v. *Propter impotentiam*. — ¹³ Diss. 2, cap. 7, n. 5. — ¹⁴ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 1, num. 19. — ¹⁵ Qu. 2, punct. 2, n. 1 et 5. — ¹⁶ Qu. 9, art. 4, num. 15. — *Silv.*, Opusc. 6, Resolut. var., v. *Irregularitas IV*. — ¹⁷ Lib. 7, n. 500. — ¹⁸ Loc. cit., concl. 3, v. *Propter nimiam*, n. 4. — *Pontas*, v. *Irregularitas*, cas. 12. — ¹⁹ Cap. ult., qu. 6, resp. 2. *Tamb.*, lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 1, n. 2. — ²⁰ Tr. 10, cap. 9, n. 68. — ²¹ Part. 4, tr. 2, resol. 73. — ²² Tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 3.

409. - *a)* Laymann hanc regulam non habet in edit. Venet. 1630, bene vero in edit. Patav. 1733.

b) Concina, *diss. 2, cap. 7, n. 5*, non loquitur de paralysi, sed tantum irregularem dicit presbyterum ita manibus tremulis laborantem, ut sit effusionis calicis periculum.

c) Ugolinus, *cap. 55, § 3, n. 3*, de tussi non loquitur, sed de alio casu de quo simul ibidem tractat Bonacina.

410. - *a)* Cap. penult. *de corpore vitiatis*, licet de manu truncata loquatur, certe ap-

plicari potest ei qui naso caret, cum arceatur a sacris ordinibus « pro tam enormi defectu ».

b) Tamburinius, *loc. cit., n. 8*, negat esse irregularem eum qui auriculis caret, quia, ut ait, membri carentia, quando est sine culpa, tunc solum irregularitatem inducit, quando deformitatem vel debilitatem affert. Et Renzi, de Censur., *tr. 4, cap. 2, sect. 2, qu. 2, v. f.*, adhaeret sententiae Tamburini addens: « Hoc autem [scil. quod afferat deformitatem], non est in carente utraque aure, quia crinibus defectus tegi potest ».

Laymann et Bonacina; ac Contin. Tournely cum Coninck, Avila et Pontas ^{c)}.

Leprosus.

411. - 2^o. *Leprosi*, ut habetur in cap. *Tua nos, de cler. aegrot.*, ubi interdicitur leproso celebrare, *pro scandalo et abominatione populi*; unde si abesset scandalum (ut in loco privato), bene hic posset celebrare. Ita Palaus ^{a)}, Salmant. ^{a)}, et Bonacina ¹ cum Molina, Ugolino et Majolo. — Sic pariter sunt irregulares, qui habent *labia* corrosa, vel abscissa ad instar leporis ^{b)}. Tamburinius ², Contin. Tournely et Viva ³. — Idem dicunt Contin. Tournely ⁴ et Holzmann ⁵ de eo qui laborat *morbo gallico*, qui foris appareat; aut qui habet *faciem* ex alio morbo valde maculatam; ut Laymann ⁶.

Monstruosus.

412. - 3^o. *Monstruosi* nempe, qui gibbam habeant valde enormem; nimirum (ut docent Anacletus ⁷, Renzi ⁸; et Bonacina ⁹ cum Avila, Molina, Ugolino, Rinaldo et aliis) si gibbositas sit conjuncta cum nimia deformitate vel debilitate, prout si quis nequeat recto capite stare.

Pygmaeus.

— Item *pygmaei* sive nani, nempe ita breves statura, ut ad risum moveant, praesertim si habeant caput valde ingens ^{a)}; ut Tamburinius ¹⁰, Contin. Tournely ¹¹; et Renzi ¹² cum Sayro, Majolo, Henriquez, et aliis. Vel (ut ait Laymann ¹³) illi qui

ita statura parvi sunt, ut brachia extendere non possint, quatenus necesse est ad altaris ministerium. — Item *aethiopes*, qui apud nos risum afferrent; ut Contin. Tournely ¹⁴ et Ugolino ¹⁵. Quamvis hoc negent Majolus et Gavantus apud Tamburinium ¹⁶. — Color autem subfuscus, sive rubeus, non nocet altari; ut idem Ugolino, Filliuccius ¹⁷; et Tamburinius ¹⁸ cum Majolo.

Aethiops.

Item *hermaphroditi*, etiamsi in eis praevaleat sexus virilis; ut Suarez ¹⁹, Laymann ²⁰, Navarrus, ²¹ Bonacina ²². — Dicunt tamen Toletus ²³; et Escobar ²⁴ cum Fornario ^{b)} (contra Concina ^{c)}), quod hic defectus tunc parit irregularitatem, quando est notus: non vero, quando est occultus.

Hermaphroditus.

413. - Super his notandum 1^o. Quod si aliquis ex praefatis defectibus corporis superveniat *ordinibus jam susceptis*, sacerdos non impeditur ab actibus illius ordinis, quos potest exercere sine incongruitate et indecentia; ita ut sacerdos caecus aut claudus bene possit excipere confessiones, canere evangelium, etc. — Ex cap. 2, de cler. aegrot., ubi: *Ipsium autem fungi caeteris sacerdotalibus officiis minime prohibemus*.

Quid, si defectus superveniat ordinibus.

Notandum 2^o. Quod si vero talis defectus *ante ordines* adveniet, absolute in-

Quid, si antecesserit.

Laym., lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, n. 1. - Bonac., qu. 2, punct. 2, n. 8. — Cont. Tourn., de Irreg., part. 2, cap. 3, concl. 3, v. Propter nimiam, n. 4. Coninck, disp. 18, dub. 13, n. 108. - Avila, part. 7, disp. 3, dub. 1, v. Sequitur 2. — ¹ Loc. cit., n. 20. Molina, tr. 3, disp. 70, n. 11. - Ugolin., cap. 55, § 1, n. 3. - Majol., lib. 2, cap. 18. — ² Lib. 10, tr. 4, cap. 8, n. 11. — Cont. Tourn., loc. cit., n. 1. — ³ Qu. 9, art. 4, n. 15. — ⁴ Loc. cit., v. Quod ad morbos. — ⁵ De Poen. eccl., n. 363. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 13, dist. 3, n. 32. — ⁸ De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 2, qu. 4. — ⁹ Loc. cit., n. 9. - Avila, part. 7, disp. 3, dub. 1, i. f. Molina, loc. cit., n. 8. - Ugolin., cap. 50, num. 6. - Regin., lib. 30, tr. 2, num. 52. —

¹⁰ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 1, n. 21. — ¹¹ De Irregul., part. 2, cap. 3, concl. 3, n. 7. — ¹² Loc. cit., qu. 5. Sayr., lib. 6, cap. 8, n. 3. Majol., lib. 1, cap. 13, num. 9. Henriq., lib. 14, cap. 8, n. 3. — ¹³ Index, v. Irregularitas ex corp. vitio. — ¹⁴ Loc. cit., n. 8. — ¹⁵ Cap. 50, n. 4. — Majol., lib. 1, cap. 21, num. 2. - Gavant., Man. episc., v. Irregularitas, n. 18. — ¹⁶ Loc. cit., num. 24. — Ugolin., loc. cit., n. 4, i. f. — ¹⁷ Tr. 19, cap. 6, n. 171. — ¹⁸ Loc. cit., n. 22. - Majol., loc. cit., n. 2. — ¹⁹ Disp. 51, sect. 2, num. 1 et 2. — ²⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, num. 1, v. f. — ²¹ Man., cap. 27, n. 203, v. Decimo quinto. — ²² Loc. cit., n. 13. — ²³ Lib. 1, cap. 63, n. 6. — ²⁴ Lib. 53, n. 209 et 212.

^{c)} Pontas a Contin. Tourn. in confirmationem adducitur, in quantum in simili, loc. cit., cas. 12, docet eum qui plane oculo caret sed vitium hoc celato ope oculi encausti, naturam perfecte mentientis, irregularem non esse.

411. - ^{a)} Palaus, tr. 21, punct. 13, n. 1; Salmant., tr. 4, de Euch., cap. 7, num. 56, utique negant prohiberi leprosum, vi hujus canonis, ne celebret in privato. Attamen Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 3, et Salmant., tr. 10, cap. 9, n. 73, dicunt irregularem esse eum qui lepra laboret ex qua notabiliter deformis fiat.

^{b)} Scilicet enormiter et turpiter, uti dicit Tamburinius; seu penitus, ut Viva.

412. - ^{a)} Et hoc ultimum de capite valde ingenti solus Tamburinius addit.

^{b)} Fornarius, de Ordine, cap. 3, n. 1, i. f., ab Escobar citatur pro parte qua negatur irregularitatem esse ubi defectus non est notus. Et Fornarius, loc. cit., scribit: « Toletus tenet non esse irregularem, addit tamen quod si res est notoria, non esset ordinandus propter scandalum ».

^{c)} Concina scilicet, diss. 2, cap. 7, n. 5, dicit hermaphroditos etiam occultos esse irregulares.

ducit irregularitatem, non solum ad illum ordinem, cujus exercitium impedit, sed ad omnes alios; ut communiter docent Navarrus¹, Bonacina², Escobar³, Palaus⁴; Salmant⁵ cum Cornejo, Pellizzario^{a)}; ac Cabassutius⁶ cum Angelo^{a)}, Ugolino et Avila (contra Paludanum^{b)} et alios). — Ratio, quia, cum omnes ordines sacerdotum respiciant, exclusus a sacerdotio, censetur etiam ab omnibus ordinibus repulsus.

414. — In hac autem irregularitate proveniente ex defectu, solus Papa potest dispensare; v. gr. ut *caecus* ordinetur. Feruntque Filliuccius^{a)}, Henriquez^{a)} et Majolus^{a)} apud Tamburinium⁷ quemdam Papam dispensasse cum caeco, ut adhibito adjutore perito celebraret. — Caeterum S. Congregatio (ut refert Pater Zacaria⁸) censuit, bene posse dispensari cum caeco, etiam ex utroque oculo, qui jam sit sacerdos, ut celebret cum assistentia alterius sacerdotis. Secus vero, si laicus: pro quo dicit non esse consulendum Pontificem pro dispensatione ad primam tonsuram, nec etiam ad recipiendum beneficium simplex.

Censet pariter Tamburinius, posse Papam dispensare ad sacerdotium cum eo qui caret *manibus*, ut possit saltem excipere confessiones, conciones habere, etc. —

¹ Man., cap. 27, n. 200, v. *Septimo*. — ² Qu. 2, punct. 2, 28. — ³ Lib. 53, n. 216. — ⁴ Tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 4. — ⁵ Tr. 10, cap. 9, n. 72. — *Cornejo*, disp. 12, qu. 2, v. *Sed contra*. — ⁶ Lib. 5, cap. 19, n. 15. — *Ugolin.*, cap. 52, § 1, n. 3 et 4. — *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 1, v. *Secunda limitatio*. — *Fill.*, tr. 19, cap. 6, n. 167. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 8, n. 2, lit. *m*. — ⁷ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 3, n. 2. — ⁸ Adnot. ad Croix, lib. 7, num. 500. Cfr. Thesaur. Resol. S. C. C., in *Florentina*, die 2 et 23 Augusti 1727 et *Pampilonen. dispensationis*, die 28 Martii 1733. — *Tambur.*,

Sed verius hoc negat Avila⁹; quia potestas supra corpus mysticum fundatur in potestate supra corpus reale Christi: unde qui ineptus est ad primam, incapax est secundae.

Praelati autem regulares bene etiam possunt dispensare in hujusmodi irregularitate^{c)}. Non autem *episcopi* (ut diximus *n. 400*): qui tantum *in dubio*, an defectus corporis notabiliter impediatur exercitium ordinis, vel an magnam afferat indecentiam, possunt declarare sive judicare; ut communiter docent Suarez¹⁰ cum Navarro et Silvestro; Laymann¹¹; Diana¹² cum Miranda^{b)} et aliis, ex *cap. 2, de corp. vitiat.*

An autem *praelati regulares possint de hoc judicare, respectu ad suos subditos?*

Negant Barbosa¹³; et Diana^{d)} cum Rodriguez, Henriquez^{e)} et Campanile. — Sed valde probabiliter affirmant Busenbaum (ut supra *n. 403*), Suarez^{f)}, Layman¹⁴; Salmant.¹⁵ cum Avila et Pellizzario; et probabile putat Diana¹⁶ cum Peyrino^{g)}, Miranda^{g)} et Avila^{g)}. Ratio, quia praelati regulares respectu ad suos habent jurisdictionem episcopalem, ad quam tale iudicium magis pertinet quam ad characterem. Recte vero ait Suarez, posse episcopum ordinantem, admittere vel rejicere talem ordinandum.

loc. cit., n. 2. — ⁹ Part. 7, disp. 3, dub. 3, v. *Ex hac*. — ¹⁰ Disp. 51, sect. 2, n. 16. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 200, v. *Sexto*. — *Silvest.*, v. *Corpore vitiatus*, qu. 1. — ¹¹ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, num. 6. — ¹² Part. 4, tr. 2, resol. 73: cfr. part. 3, tr. 6, re-sol. 61. — ¹³ Alleg. 42, n. 61. — *Rodrig. Hieron.*, Quaest. regul., resol. 52, num. 17. — *Campan.*, Divers. juris, rubr. 11, cap. 17, num. 204. — ¹⁴ Loc. cit., n. 6. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 9, n. 68. — *Avila*, loc. cit., dub. 2. — *Pellis.*, tr. 7, cap. 5, n. 64. — ¹⁶ Part. 4, tr. 2, resol. 73. — *Suar.*, disp. 51, sect. 2, num. 16, i. f.

Verius non potest dispensare pro carente manibus.

Regulares dispensant in quibusdam irreg. ex defectu corporis,

et possunt judicare de dubio irregularitatis.

413. — *a)* Pellizzarius non habet istud, *tr. 7, cap. 5, n. 51*, quidquid dicant Salmant., sicut neque Angelus, v. *Corpore vitiatus, n. 4*, quidquid dicat Cabassutius.

b) Paludanus, quamvis a Cabassutio et a multis aliis citetur, nil simile habet, *in 4, dist. 25, qu. 3, art. 3, n. 17*.

414. — *a)* Majolus, *lib. 1, cap. 20, num. 2*, (edit. Rom. 1619) asserit Papam dispensasse cum quodam caeco, ut promoveretur ad sacerdotium et episcopatum. Filliuccius vero et Henriquez, *locis cit.*, loquuntur de caeco facto post promotionem.

b) Miranda, *Man., tom. 2, qu. 8, art. 3, concl. 1*, citatur a Diana pro alio asserto.

c) Vide *Append. de Privileg., n. 105, 3^o*, ubi S. Doctor rem magis explicat.

d) Rectius: Rodriguez, etc., *apud Diana, part. 4, tr. 2, resol. 73*.

e) Henriquez, *lib. 14, cap. 8, n. 1*, id revera negat; sed, *n. 2, lit. a*, sibi ipse contradicit; loquens enim de strabonibus, ait: «Dijudicat episcopus an deformitas sit notabilis;... et de regularibus, proprius praelatus».

f) Suarez, *loc. cit., n. 16*, virtualiter hoc dicit; cfr. notam *b*, ad *n. 403*.

g) Peyrinus, *tom. 2, qu. 2, cap. 4, n. 24*; Miranda, *loc. cit.*, hanc sententiam simpliciter amplectuntur; Avila autem, *loc. cit., dub. 2*, ut probabilior.

415. — Quae autem dicta sunt, spectant ad eos qui laborant aliquo corporis defectu, sine propria culpa. — Si vero defectus advenerit *ex eorum culpa* (puta, si quis membrum vel ejus partem sibi amputaret ex prava intentione), ipsi fiunt irregulares, etiamsi defectus non impediat exercitium ordinis, nec deformitatem afferat; quia irregularitas haec imposita est in poenam saevitiei in semetipsum. Unde in can. *Qui partem 6, dist. 55* (ut diximus *n. 365*, in fine), declaratur irregularis, *qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit*.

Ad hanc tamen irregularitatem incurrendam, requiritur *culpa gravis*; ut bene ait Tamburinius¹. Alias, tanta poena non haberet debitam cum culpa proportionem. — Alii praeterea requirunt, ut tale crimen sit *notorium*; ut Suarez^{a)}, Bonacina^{b)} et alii apud Tamburinium². Sed verius hoc negat Palauş³; Salmant.⁴ cum Garcia; et Tamburinius⁵ cum Sayro et Molina; quia talis irregularitas non innitur notorietati culpae, sed crimini saevitiei, quam quis in seipsum exercet.

Recte tamen ait Tamburinius⁶, quod episcopus ex cap. *Liceat 6, Trid. sess. 24*, poterit cum illo dispensare, si crimen sit occultum, adhuc si defectus membri sit patens. Nam concilium universe concedit episcopis facultatem dispensandi in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto provenientibus.

416. — Quid dicendum *de eunucho*?

Resp. Qui est eunuchus propter abscissionem virilium aut testiculorum, factam a medicis causa morbi, vel ante

usum rationis^{a)}, vel propter injuriam alterius, hic non est irregularis; ut communiter cum Busenbaum (*n. 403, ad 1*) dicunt Salmant.⁷ et Tamburinius⁸. Idque patet ex can. *Si quis a medicis 7*, et *can. 8 et 9, dist. 55*. Ridiculus autem (ait Navarrus⁹) est error illorum, qui putant opus esse ut testiculos desiccatos secum gestet is qui vult ordinari aut celebrare^{b)}.

E converso, qui ex ira, aut zelo indiscreto servandae castitatis abscindit sibi virilia aut testiculos, certe fit irregularis; ut habetur in can. *Si quis 4, dist. 55*, ubi dicitur: *Si quis abscidit semetipsum, id est, si amputavit sibi virilia, non fiat clericus*. Et in can. *Hi qui 5, ead. dist.*, ubi: *Hi qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt, ad clerum pervenire non possunt*. Item in can. *Si quis 7, ibid.*, dicitur, *nullum debere promovere de his qui hanc rem affectant, audentque semetipsos abscindere*. — Et idem communiter docent doctores de eo qui, propter eadem motiva, permittit ab alio amputari; ut dicunt Tamburinius¹⁰ et Salmant.¹¹, utque infertur ex can. *Si quis 9, dist. 55 c)*.

417. — Quid vero, *si quis causam dederit tali abscissioni, sed absque suo consensu*: prout cum aliquis, accedendo ad conjugatam, dat causam ut a marito virilia sibi abscendantur?

Suarez¹² et Bonacina¹³ censent, hunc esse irregularem. — Sed valde probabiliter negant Toletus¹⁴, Tamburinius¹⁵, Coninck¹⁶, Gibalinus¹⁷, Hurtadus¹⁸; et Palauş¹⁹ cum Garcia^{a)}, etc. Ratio, quia (ut saepe dictum est) irregularitas, ut incur-

Incurritur irreg. si defectus advenerit ex propria culpa,

et si culpa fuerit gravis,

quamvis fuerit occulta.

Qui sine culpa fuit eviratus non est irregularis.

Secus, si quis culpabiliter se eviravit.

Qui causam dedit sed absque consensu non est irregularis.

¹ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 2, num. 3. — ² Loc. cit., num. 8. — ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 12, num. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 9, n. 71. — Garcia, de Benef., part. 7, cap. 12, n. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 8. Sayr., lib. 6, cap. 7, n. 12. Molina, tr. 3, disp. 70, n. 17. — ⁶ Loc. cit., n. 9. — ⁷ Tr. 10, cap. 9, num. 70. — ⁸ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 2, num. 11. — ⁹ Man.,

cap. 27, num. 200. — ¹⁰ Loc. cit., num. 13. — ¹¹ Loc. cit., num. 69. — ¹² Disp. 51, sect. 2, num. 8. — ¹³ Qu. 2, punct. 2, num. 33. — ¹⁴ Lib. 1, cap. 63, num. 9. — ¹⁵ Loc. cit., n. 15. — ¹⁶ Disp. 18, dub. 13, num. 108. — ¹⁷ Cap. 3, qu. 2, num. 8. — ¹⁸ Diff. 14, n. 52. — ¹⁹ Tr. 29, disp. 6, punct. 12, num. 3.

415. — a) Suarez, *loc. cit.*, n. 8, non loquitur de notorietate.

b) Bonacina contra, tenet sententiam quam ipse S. Alphonsus probat; ait enim, *qu. 2, punct. 2, n. 35*, multos requirere notorietatem abscissionis: « Verum (subdit) notorietatem requiri gratis videtur dici ».

416. — a) De eviratione ante usum rationis facta nec canones allegandi neque auctores,

praeter Tamburinium, loquuntur. In reliquis vero concordant.

b) De sola celebratione loquitur Navarrus, et dicit esse « errorem vulgi ».

c) Can. *Si quis pro, 9, dist. 55*, tractat de iis qui sibi hoc fecerunt.

417. — a) Garcia, *loc. cit.*, cap. 12, num. 7 et seqq., ita profecto docet, « nisi forte (n. 12) temere accessit ad uxorem alterius, et sine

ratur, debet esse expressa in jure: nulli autem habetur, quod ille qui abscissioni causam dedit, et sine suo consensu abscissus est, fiat irregularis. Verba enim illa textus (in *can. 7*, ut supra) *hanc rem affectant*, idem significant (ut cuique patet) ac appetere sive exquirere; qui autem adulterium vult, etiamsi abscissionem praeviderit, eam non appetit nec exquirat.

Juxta aliquos, qui se eviravit ad vocem servandam non fit irregularis.

418. - Praeterea dicit Palaus^{a)}, et probabile putant Tamburinius¹; et Pellizzarius apud Salmant.² (qui huic sententiae videntur adhaerere), contra Suarez^{b)}, Molina^{b)} et Sayrum^{b)} apud Diana^{b)}, quod si quis amputet sibi testiculos, vel amputari sibi faciat, ob vocem conservandam, non fit irregularis; cum id non faciat ex indignatione, aut zelo indiscreto castitatis, ut requiritur ad hanc irregularitatem incurrendam in *d. c. Qui partem 6*^{c)}, et *can. Si quis 9, dist. 55*. Tanto magis, quod textus praefati tantum loquuntur de amputante sibi virilia, non autem testiculos.

Attentans se occidere non fit irregularis.

419. - Item recte ait Tamburinius³, quod si quis attentet se occidere aut mutilare, non est irregularis. Illud enim *affectant* (in dicto *can. Si quis 7*) intelligitur de consensu, effectu secuto attentationis; ut patet ex contextu. - Dicit tamen idem Tamburinius⁴ cum Cornejo, quod si quis attentaret publice se occidere, contraheret irregularitatem ob infamiam.

Nisi hoc faciat publice.

Illegitimi sunt irregulares.

420. - « TERTIA. EX DEFECTU NATALIUM. « Ex quo, irregulares sunt omnes *illegitimi*, eo quod ratione originis reputentur viles ».

¹ Lib. 10, tr. 4, cap. 8, § 2, num. 16. - *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 64. ² Tr. 10, cap. 9, num. 70. - ³ Loc. cit., n. 18 et 19. - ⁴ Loc. cit., n. 20. *Cornejo*, qu. 6, disp. 1, dub. 1, qu. 4, ad 1, cum disp. 8, dub. un., qu. 2, post v. *Dico 4*. - ⁵ Qu. 2, punct. 3, n. 2. - ⁶ Tr. 29, disp. 6, punct. 9, num. 2. - ⁷ Loc. cit., num. 43. *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 6, concl. 1. *Sayr.*, lib. 6, cap. 10, n. 36. *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 71. *Cornejo*, disp. 15, dub. 1. -

Ita ex *cap. 1 et fin., de filiis presbyt.* Et hoc, etiamsi sint occulti; ut communiter docent Bonacina⁵, Palaus⁶; et Salmant.⁷ cum Avila, Sayro, Pellizzario et Cornejo.

421. - « Tales autem communi jure legitimantur:

« I^o. *Per subsequens matrimonium inter eorum parentes: modo hi, tempore conceptionis, potuerint valide contracte here* ». - Unde si adulter, mortua conjugue, ducat mulierem, ex qua filium habuit, iste manebit illegitimus, ex *cap. Tanta, qui filii sint legit.*

Legitimantur per subsequens matrimonium parentum.

422. - Valde autem probabiliter dicunt Sanchez⁸, Pontius⁹, Anacletus¹⁰, Bonacina¹¹; et Salmant.¹² cum Sayro, Pellizzario^{a)}, Diana et Cornejo (contra Suarez¹³, Contin. Tournely¹⁴), sufficere ad legitimandam prolem, et eam reddendam immunem a defectu natalium, quod matrimonium fieri poterat tempore natiuitatis; ut colligitur ex dicto *cap. Tanta, qui filii sint legit.*, ubi dicitur, quod proles est illegitima, *si... vir, vivente uxore sua, aliam cognoverit et ex ea prolem susceperit*. - Susceptio enim prolis fit verius, non per conceptionem, sed per natiuitatem. Saltem ibi Pontifex certe loquitur de filio jam nato, dum ait, illum *ab hereditate repellendum*: ergo, cum oppositum saltem sit dubium dubietate juris, non censetur in eo casu imposita irregularitas, quae (ut saepe repetitum est) non incurritur, nisi in jure sit expressa. - Et novissime Benedictus XIV hanc sententiam amplissima dissertatione, in forma epistolae (in Bullar. suo) responsivae

Probabiliter sufficit quod matrimonium fieri potuisset tempore natiuitatis.

⁸ De Matr., lib. 8, disp. 7, num. 19. - ⁹ De Matr., lib. 11, cap. 3, n. 2. - ¹⁰ Tr. 13, dist. 3, num. 34. - ¹¹ Loc. cit., n. 6. - ¹² Tr. 10, cap. 9, n. 47. - *Sayr.*, loc. cit., n. 29. - *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 59, v. *Nota 2*. *Cornejo*, disp. 15, dub. 2, v. *Sed quid si tempore*. - ¹³ Disp. 50, sect. 1, num. 3. - ¹⁴ De Irregul., part. 2, cap. 1, concl. 2, v. *Nota 2*. - *Bened. XIV*, epist. *Redditae nobis*, de die 5 Decembr. 1744.

sufficienti cautela moraliter exponens se tali periculo ».

418. - *a)* Palaus, *loc. cit.*, n. 4, dicit: « Non videtur improbabile ».

b) Diana, *part. 10, tr. 13, resol. 11*, auctores istos adducit pro principio generali, scilicet irregulares fieri eos qui mutilant membra alteri vel sibi aut majorem partem membri *voluntarie aut culpabiliter*. Et ita revera

docent Suarez, *disp. 44, sect. 2, n. 7 et 8 et disp. 51, sect. 2, n. 6*; Molina, *tr. 3, disp. 69, n. 2*; Sayrus, *lib. 6, cap. 15, n. 3*.

c) *Can. Qui partem*, loquitur de eo qui ex indignatione sibi ferrum injecit, partem digiti sibi abscindens.

422. - *a)* Pellizzarius, *loc. cit.*, n. 76, opinionem istam ex aliis refert, quos utique non reprobat.

ad archiepiscopum S. Dominici in Insula Hispaniola illustravit; et sic de hoc casu, § 3, suum sensum aperuit: *In qua controversia satis ... ardua, cum inveniantur textus textibus contrarii, cumque doctores doctoribus ... adversentur; si a nobis iudicium ... interponendum foret, non aliter id a Nobis fieret, quam secundum sententiam in tribunalibus et curia illius regionis receptam, in qua esset pronuntiandum.* In § 4 procedit ad aliud Dubium quod ita resolvit: *Sed ... cum certum sit matrimonium inter illius parentes rite contractum, incertum vero tempus, quo filius idem conceptus et in lucem editus fuit; si nostrum de eo iudicium exquiretur, filium hunc legitimum censeremus, cum iudex, in dubio, debeat in bonum et commoda prolis propensus esse.*

His positis, sic ego pro prima sententia argumentor. Igitur, si in dubio iudex in bonum prolis iudicare debet, ubi talis casus nulla tribunalium sententia decisis reperitur: cum simus in dubio, ob textuum et doctorum discrepantiam, potius proles iudicanda est legitima, quam illegitima; siquidem etiam in hoc casu certum est, eam in matrimonii constantia editam fuisse, et incertum, an debeat attendi tempus conceptionis, an vero ortus.

423. — Praeterea hic notandum 1^o. cum Salmant.¹, quod si filius naturalis ante parentum matrimonium esset ordinibus sacris initiatus; illo secuto, licite potest in eis ministrare et ad alios ascendere sine dispensatione. Quia, licet peccaverit ordines suscipiendo, tamen nullam noxam ob hoc crimen contraxit irregularitatis: antiqua autem irregularitas jam ablata est per subsequens matrimonium.

Notandum 2^o. Quod talis legitimatio fit per subsequens matrimonium, etiam non consummatum, puta, si in articulo mortis contrahitur. — Quia ex dicto cap. *Tanta*

virtus legitimandi tribuitur cuicumque valido matrimonio.

424. — Notandum 3^o. Quod filii nati ex matrimonio irrito ob aliquod impedimentum occultum, tamen putato valido, saltem ex uno sponsorum, censentur legitimi ^{a)}.

Ita communiter Suarez², Bonacina³, Concina⁴; et Contin. Tournely⁵ cum Pontas. Et patet ex cap. *Cum inter 2, qui filii sint legit.*, ubi: *Cum parentes eorum publice, et sine contradictione Ecclesiae, inter se contraxisse noscantur..., sancimus, ut filii eorum... habeantur legitimi.* Et idem confirmatur in cap. *Ex tenore, eod. tit.*

Secus vero, si ambo parentes tempore matrimonii fuerint in mala fide; ut habetur in cap. *Cum inhibitio 3, § Si quis, de cland. despons.* Ibi: *Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes legitimum, praeter omne interdictum etiam in conspectu Ecclesiae contrahere praesumpserint.* Et sic pariter docet Suarez⁶, illegitimos esse filios natos ^{b)} ante matrimonium invalide contractum, licet ambo parentes putaverint validum; quia pro his nullus habetur textus, eos ut legitimos approbans.

425. — Notandum 4^o. Quod filii nati ex matrimonio clandestino (id est, sine denuntiationibus ac sine licentia episcopi inuito, etsi coram paroco et testibus), reputantur illegitimi, etiamsi parentes in bona fide propter ignorantiam contraxerint; ex eodem § *Si quis*, ut supra, in dict. cap. 3, ubi dicitur: *Si quis vero huiusmodi clandestina vel interdicta* (scilicet absque proclamationibus, ut prius in textu explicatur) *conjugia inire praesumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censeatur.* Id tamen limitat Suarez ^{a)} pro foro conscientiae, si parentes adhibuerint debitam diligentiam.

Quid, de filiis natis ex matrimonio nullo, putato valido.

Filii nati ex matrimonio clandestino sunt illegitimi.

Quid, si matrimonium fiat post ordinationem filii.

Quid, si matrimonium non consummatur.

¹ Tr. 10, cap. 9, n. 49. — ² Disp. 50, sect. 1, n. 6. — ³ Qu. 2, punct. 3, n. 3. — ⁴ De Censur., diss. 2, cap. 7,

n. 6. — ⁵ De Irregul., part. 2, cap. 1, concl. 2, n. 2. — Pontas, v. *Illegitimus*, cas. 2. — ⁶ Loc. cit., n. 11.

424. — ^{a)} Et matrimonium sit contractum coram facie Ecclesiae.

^{b)} Suarez dicit: prolem « genitam »; et ipse requirit ut parentes sint habiles tempore con-

ceptionis, uti S. Alphonsus notavit superius, n. 422.

425. — ^{a)} Scilicet: Suarez, *disp. 50, sect. 1, num. 10*, ait nonobstante ista omissionem,

Sed merito Bossius¹ hanc limitationem non admittit, quia legitimitio filiorum ex matrimonio nullo est beneficium indultum a lege: sed lex denegat illud filiis parentum, qui contra interdictum Ecclesiae contraxerunt; ut dicitur in praefato textu, et confirmatur in cap. *Cum inter* (mox supra relato) verbis illis: *publice, et sine contradictione Ecclesiae.*

426. - Legitimantur filii « II^o. *Per professionem religiosam.* Quamvis ad dignitates etiam in religione, v. gr. abbatiam, prioratum, etc., promoveri non possint sine dispensatione. — Vide supra, Dubio III ».

Ita ex bulla Gregorii XIV, apud Salmant. ^{a)}. — Quamvis aliunde praelati regulares, ex aliis privilegiis, bene possunt dispensare in irregularitate cum suis subditis illegitimis ^{b)}, ut probant Salmant. ² (Vide etiam dicta n. 355).

427. - « III^o. *Per dispensationem pontificiam* ».

Papa non solum potest illegitimis dispensationem concedere, sed etiam ipsam legitimationem, quae irregularitatem auferat quoad omnes effectus. — Ita communiter Sanchez ^{a)}, Palaus ³; et Salmant. ⁴ cum Azor ^{b)}, Sayro ^{b)} et Cornejo ^{b)}.

428. - Episcopus vero potest cum illegitimo dispensare, tantum ad ordines minores et ad beneficium simplex; ex cap. 1 et 2, *de filiis presbyt., in 6^o.* Ac etiam ad canonicatus in collegiatis, vel ad portio-

nes non integras in cathedralibus; vel ad alia beneficia, quibus non est annexus ordo sacer. Non vero ad beneficium curatum; ut habetur in cap. *Is qui, de filiis presbyt., in 6^o.* Hoc certum est apud omnes.

429. - Sed dubitatur 1^o. *An episcopus possit dispensare, ad recipiendum canonicatum in cathedralibus?*

Affirmant Pontas⁵; et Contin. Tournely⁶ cum Giberto, Oldrado, etc. — Quia (ut ajunt) omnis canonicatus per se est beneficium simplex. Et licet Tridentinum⁷ pro canonicatibus in cathedralibus requirat ordinem sacrum, tamen non requirit hic et nunc; cum clericus possit canonicatum recipere in minoribus, et deinde obtinere dispensationem irregularitatis infra annum, quem concedit Concilium ad sacrum ordinem suscipiendum.

Probabilius vero negant Palaus⁸, Lessius⁹, Barbosa¹⁰, Concina¹¹; et Salmant. ¹² cum Cornejo, Henriquez, Avila ^{a)} et Philiberto. — Ratio quia, esto canonicatus sit per se beneficium simplex, attamen ex praescripto Concilii est annexus ordini sacro: unde per se statim sacrum ordinem requirit. Quod autem infra annum possit provisus illum suscipere, est beneficium, a Tridentino indultum; sed hoc naturam rei minime immutat.

430. - Dubitatur 2^o. *An episcopus possit dispensare in hac irregularitate cum illegitimo occulto?*

Affirmat Diana ^{a)}; et Avila, Barbosa,

Consil. 215, n. 6. — ⁷ Sess. 24, de reform., cap. 12. — ⁸ Tr. 29, disp. 6, punct. 9, n. 8. — ⁹ Lib. 2, cap. 34, n. 86. — ¹⁰ Alleg. 45, n. 31. — ¹¹ De Censur., diss. 2, cap. 7, n. 7. — ¹² Tr. 10, cap. 9, n. 51. Cornejo, disp. 15, dub. 2, qu. 1. - Henriquez, lib. 14, cap. 8, num. 10, i. f. - Philib. Marchin., tr. 1, part. 10, cap. 1, diff. 2. — Avila, part. 7, disp. 3, dub. 7. Barbosa., de Jure eccl., lib. 1, cap. 11, n. 156.

prolem censi legitimam in foro conscientiae, si parentes debitam diligentiam adhibuerint.

426. - ^{a)} Sixtus V, ut ajunt Salmant, cap. 9, num. 55, illegitimos reddiderat inhabiles ad professionem religiosam et ita sustulerat privilegium quo per professionem illegitimi habiles reddebantur ad ordines. Gregorius vero XIV, sua bulla *Circumspecta*, de die 15 Martii 1591 (in Bullar. Mainardi) Sixtinas constitutiones revocavit et reduxit ad limites juris communis, reddiditque illegitimos ad professionem religiosam habiles. Hinc auctores colligunt per professionem tolli irregularitatem ex

defectu natalium; privilegium enim istud conceditur cap. 1 et fin., *de filiis presbyterorum.*

^{b)} Etiam ad praelaturas ordinis.

427. - ^{a)} Sanchez, *de Matr., lib. 8, disp. 1, n. 27 et 28*, rem potius supponit quam exprimat.

^{b)} Azor. *part. 2, lib. 6, cap. 3, qu. 5 et seqq.*; Sayrus, *lib. 6, cap. 11, n. 21*; Cornejo, *disp. 15, dub. 2, qu. 1*, pro alio asserto citantur a Salmant,

429. - ^{a)} Avila, *part. 7, disp. 3, dub. 6, v. Tertio*, refert sententiam Henriquezii.

430. - ^{a)} Diana, *part. 2, tr. 15, resol. 21*, recitative tantum profert opinionem istam.

Legitimantur filii per professionem religiosam.

Per dispensationem Pontificis.

Episcopus quandoque dispensat.

Alii dicunt eum dispensare posse pro canonicatu in cathedralibus.

Probabilius alii negant.

Juxta alios, episcopus dispensat cum illegitimo occulto.

Pellizzarius^{b)}, Reginaldus^{c)}, Peyrinus, etc. apud Salmant.¹ (qui probabile vocant). — Quia, ut ajunt, Tridentinum concessit episcopis dispensare in irregularitatibus ex delicto occulto (praeter homicidium) proventibus; non distinguendo, an delictum fuerit proprium, aut alienum.

Alii verius negant.

Sed verius^{b)} negant Laymann², Suarez³, Bonacina⁴, Contin. Tournely⁵, Diana⁶ (se revocans); Palaus⁷ cum Hurtado; et Salmant.⁸ cum Coninck, Cornejo et Philiberto.

Ratio, quia haec irregularitas proprie non est ex delicto, sed ex defectu; et verius illud ex delicto intelligitur de delicto proprio, non alieno.

431. - Dubitatur 3°. *An episcopus possit dispensare cum illegitimo occulto, quoad ministrandum in ordinibus majoribus susceptis?*

Juxta alios, saltem dispensat post ordines majores susceptos.

Prima sententia, quam tenent Laymann⁹, Palaus¹⁰ et Diana^{a)}, affirmat absolute, si initiatus bona fide ordinem suscepit; quia is jam acquisivit jus ad ministrandum. Imo, etiamsi mala fide, adhuc probabile putant posse episcopum cum eo dispensare: argumento in cap. *Nisi cum pridem, de renuntiatis*, ubi dicitur, posse dispensare cum eo qui culpabiliter suscepit ordinem cum irregularitate occulta.

Verius negatur.

Secunda verior sententia universe negat; eamque tenent Suarez¹¹, Filliuccius¹²;

Peyrin., tom. 2, qu. 2, cap. 5, n. 143. - ¹ Tr. 10, cap. 9, n. 52. - ² Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 5, n. 2. - ³ Disp. 50, sect. 5, n. 5. - ⁴ Qu. 2, punct. 3, n. 15. - ⁵ De Irreg., part. 2, cap. 1, v. f., n. 2. - ⁶ Part. 4, tr. 2, resol. 64. - ⁷ Tr. 29, disp. 6, punct. 9, n. 10. *Gasp. Hurt.*, diff. 20, n. 65. - ⁸ Tr. 10, cap. 9, num. 53. *Coninck*, disp. 18, dub. 14, num. 111. *Cornejo*, disp. 15, dub. 2, qu. 1, v. *Ex quo Philib. Marchin.*, tr. 1, part. 10, cap. 1, diff. 3. - ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 5, num. 2. - ¹⁰ Tr. 29, disp. 6, punct. 9, num. 10. - ¹¹ Disp. 50, sect. 5, num. 4. - ¹² Tr. 19, cap. 5, n. 152. ¹³ Tract. 10, cap. 9, num. 54. *Cornejo*, disp. 15,

et Salmant.¹³ cum Cornejo. Et probatur ex cap. 1, de filiis presbyt., in 6°, ubi absolute dicitur, quod episcopi nequeunt dispensare in irregularitate ex defectu natalium, nisi tantum ad ordines minores; unde, cum illegitimus sit incapax ad ordinem majorem exercendum, non potest ad eum jus ullum acquirere. Illud autem quod dicitur in textu citato, nempe quod etiam cum eo qui culpabiliter processerit, poterit dispensari, certum est; sed ibi non dicitur, ab episcopo: ergo intelligendum, ab habente potestatem, scilicet Pontifice.

432. - Dubitatur 4°. *An filii expositi, quorum parentes ignorantur, censendi sint illegitimi et irregulares?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Contin. Tournely¹⁴, Filliuccius^{a)}; et Bonacina¹⁵ cum Avila, Ugolino, Reginaldo, Rebello, Garcia, etc. — Quia pro his vehementes adsunt conjecturae esse illegitimos; cum legitimi non soleant exponi.

Alii dicunt filios expositos esse irregulares.

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Palaus¹⁶, Pontius¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Coninck, Gibalino, Diana et Pellizzario; ac probabilem censet Suarez¹⁹. — Ratio, quia ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur, ut quis sit certus de sua illegimitate; sed expositi sunt dubie illegitimi, cum multoties parentes etiam conjugati propter inopiam filios exponant. — Huic senten-

Alii probabilius negant.

dub. 2, qu. 1, v. *Sed quid si illegitimus*. ¹⁴ De Irregul., part. 2, cap. 1, qu. 3. - ¹⁵ Qu. 2, punct. 3, n. 10. - *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 9. *Ugolin.*, cap. 44, § 7. *Regin.*, lib. 30, tract. 2, num. 77. *Rebell.*, part. 2, lib. 1, qu. 2, num. 15. *Garcia*, de Benef., part. 7, cap. 8, num. 2 et seqq. - ¹⁶ Loc. cit., punct. 9, n. 3. - ¹⁷ De Matr., lib. 11, cap. 9, num. 4 et 6. - ¹⁸ Loc. cit., num. 44. *Coninck*, disp. 18, dub. 12, n. 105. *Gibalin.*, cap. 3, qu. 1, n. 5. - *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 22; part. 4, tr. 2, resol. 58. *Pelliz.*, tract. 7, cap. 5, num. 70. - ¹⁹ Disp. 50, sect. 4, num. 4.

^{b)} Pellizzarius, tr. 7, cap. 5, n. 73, probabilem existimat. Itemque Laymann, Coninck, Cornejo, qui tamen probabilioribus existimant contrariam.

^{c)} Reginaldus, lib. 30, tr. 2, n. 29, utique dicit facultatem episcopis concessam cap. *Licet*, « locum habere sive delictum ejusmodi sit proprium sive alienum ». Sed inferius videtur aliquantulum restringere hanc suam opinionem: « Potest episcopus dispensare in irregularitate ex defectu natalium, ut in

ordinibus bona fide susceptis ministrare possit, is qui ob crimen occultum matris conjugatae habebatur legitimus ».

431. - ^{a)} Diana, part. 4, tr. 2, resol. 64, v. f. recitat sententiam Laymann: « Nota etiam hic quod Laymann ... docet ».

432. ^{a)} Filliuccius, loc. cit., num. 141, utramque sententiam probabilem existimat; at securiorem videri eam quae dicit censendos esse irregulares quoad ordines suscipiendos; quam sententiam (scilicet irregula-

tiae magnum pondus tribuit declaratio Gregorii XIV, expedita anno 1591 (quam auctores praefati referunt), ubi Pontifex declaravit in gratiam confraternitatis pro expositis, eos non reputari illegitimos, nisi tales probentur. — Gibalinus apud Contin. Tournely¹, licet sit pro hac sententia, dicit tamen, hanc declarationem parum probare, quia fuit facta in gratiam confraternitatis. Sed mihi videtur nimis probare: nam illa potius fuit edita in gratiam expositorum, quam confraternitatis. Saltem dicendum, quod hujusmodi irregularitas in exposito non est sufficienter expressa in jure.

Principes legitimat in saecularibus.

433. - « Principes vero saeculares non possunt legitimare, nisi tantum in ordine ad officia saecularia et haereditates.

« Porro, cum dubium est an quis sit legitimus, non censi irregularem (contra Vasquez et alios quinque) vult Diana² ex Avila: eo quod quilibet praesumatur legitimus, donec contrarium probetur; neque teneri hac in re credere ipsimet matri, etiam in fine vitae, nisi rationibus convincat; vel pater etiam asserat. Diana³, ex communi ». — [Vide dicta *Lib. III, n. 654*].

Irregularitas ex defectu aetatis.

434. - « QUARTA est ex defectu AETATIS: de quo vide in sacramento Ordinis ». — [Vide dicta *Lib. VI, n. 783, ad 11^o et n. 799*].

Ex defectu sacramenti, nempe, ex bigamia.

435. - « QUINTA. EX DEFECTU SACRAMENTI, sive significationis matrimonii, ratione bigamiae; eo quod bigamus non perfecte repraesentet unionem Christi cum Ecclesia, quippe qui carnem suam dividit in plures uxores. Non sufficiunt autem ad hanc bigamiam sponsalia cum pluribus, etiam secuta copula; nec fornicatio, vel adulterium, vel matrimonium ratum cum pluribus: sed matrimonium verum, vel praesumptum, cum duabus, et consummatum ». [Ut habetur ex cap. *Debitum 5*, et cap. *6, de bigam.*]. — « Dixi: vel praesumptum; quia, licet quandoque secundum matrimonium sit nullum, juris tamen fictione et

« interpretatione praesumitur bigamia, licet cetimpropridicta.

« Unde sequitur, irregulares fieri sequentibus casibus:

« 1^o. Qui vivente, vel mortua prima uxore cognita, secundam cognoscit; etsi matrimonium sit invalidum.

« 2^o. Qui viduam non virginem ducit, et cognoscit.

« 3^o. Qui ducit uxorem prius ab alio corruptam, etiam per fornicationem, et cognoscit. — Non tamen, si ipse eam ante corrupit; quia tunc non est divisio carnis in plures.

« 4^o. Qui propriam uxorem cognoscit, postquam ab alio per adulterium cognita fuit; quia ipsam jam divisit carnem in plures. — Nec refert, etsi per vim vitata fuerit, vel vir corruptam aut viduam esse ignoraverit; quia haec irregularitas non oritur ex culpa, sed ex defectu significationis sacramenti.

« 5^o. Qui, post solemne votum castitatis, de facto matrimonium contrahit et consummat, etiam cum virgine. Quia interpretatione juris censetur duo matrimonia contraxisse; unum spirituale cum Christo, alterum carnale cum muliere. — Nec refert, quod invalide contrahat; quia, quantum est in ipso, effectus a parte rei ponitur ».

436. - Quinta igitur irregularitas oritur ex defectu sacramenti, nempe ex bigamia; ut patet ex toto titulo de Bigamis. Idque illatum est ex illo Apostoli (I ad Tim. III, 2): « Oportet... episcopum... esse unius uxoris virum ». — Dicitur: ex defectu sacramenti; quia is qui duas duxit uxores, non potest apte significare unionem Christi cum Ecclesia, unica ejus sponsa.

BIGAMIA autem triplex est: vera, interpretativa et similitudinaria. — Et:

I^o. Vera est, quando quis cum duabus successive verum contraxit matrimonium; ut ex can. *Praecipimus 10, dist. 34*, et cap. *Debitum, de bigamis*^{a)}. Debet tamen

Quaenam sit bigamia vera.

Gibalin., cap. 3. qu. 1, n. 5. - ¹ De Irregul., part. 2, cap. 1, qu. 3, ad 4. — Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 66, cap. 8,

n. 48. - ² Part. 4, tr. 2, resol. 59. - Avila, disp. 3, dub. 10. - ³ Loc. cit.

res esse quoad ordines suscipiendos) tenent Bonacina et auctores ab eo citati.

436. ^{a)} Canones isti id videntur significare quatenus distinguunt bigamum ab eo

utrumque matrimonium esse consummatum (et consummatum juxta dicta *de Matrim.*, n. 1075, utque probat Sanchez¹ cum aliis, ex cap. *Debitum*, ubi expresse petitur ad bigamiam, conjugium commixtione corporum consummatum). Quia alias conjux non dicitur cum pluribus carnem suam dividere, nisi per copulam consummatam, cum de duabus una fiat caro. — Ita communiter Sanchez², Bonacina³, Palaus⁴, Salmant.⁵ et alii passim.

437. - II^o. Bigamia *interpretativa* contrahitur ab eo, qui juris interpretatione, sive fictione quadam, censetur duas habuisse uxores, quamvis revera non habuerit. — Haec bigamia quadrupliciter contingit; ut docet D. Thomas^{a)}.

Primus modus: quando quis ducit viduam jam cognitam, etiamsi ducat invalide; ut patet ex cap. *A nobis ult., de bigam.* Dicitur: *cognitam*. Nam secus esset si primus vir eam non cognoverit; ex cap. *Debitum, eod. tit.*

438. - *Secundus modus:* quando quis ducit mulierem corruptam ab alio. Ita communiter cum D. Thoma⁶, Sanchez⁷, Palaus⁸, Salmant.⁹ et alii. Et patet ex *can. fin., dist. 51*, ubi declarantur irregulares *corruptarum mariti*. Et ex *can. Curandum, dist. 34*, ubi Hilarius Papa dixit: *Ne ad sacros ordines... quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.* — Secus, si quis duceret mulierem a se prius corruptam; ut communiter D. Tho-

mas¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Sanchez, Palaus, Toletus, etc.

439. - Sed hic dubitatur 1^o. *An fiat irregularis qui ducit corruptam, credens bona fide virginem?*

Negant Sà^{a)}, Ledesma et alii apud Sanchez¹². Quia haec irregularitas contrahitur ex proprio facto: ergo ad eam requiritur actio advertenter et voluntarie exercita. — Affirmant tamen communiter et verius D. Thomas¹³, Sanchez¹⁴, Suarez¹⁵, Laymann¹⁶, Contin. Tournely¹⁷, Concina¹⁸, Barbosa¹⁹; Palaus²⁰ cum Navarro^{b)}, Abbate, Avila et Garcia; ac Salmant.²¹ cum Soto, Sayro, Henriquez^{b)} et Cornejo. Ratio, quia irregularitas haec non est ex delicto, sed ex defectu significationis; unde bona fides non impedit quod caro viri dividatur cum corrupta, licet virgo credatur.

440. - Dubitatur 2^o. *An sit irregularis, qui cum corrupta invalide contrahit, ob aliquod impedimentum dirimens?*

Prima sententia, quam sequimur, affirmat; et hanc tenent Suarez²² cum Richardo et communi (ut asserit); item Contin. Tournely²³; et Covarruvias ac Cornejo apud Salmant.²⁴. — Et probant ex cap. *A nobis ult., de bigam.*, ubi dicitur irregularis quidam diaconus^{a)} qui viduam duxit, etiamsi nullum fuerit conjugium cum corrupta initum.

Secunda vero sententia negat. Et hanc tenent Sanchez²⁵, Palaus²⁶, Navarrus²⁷; et

Verius, etiamsi credit esse virginem.

Juxta S. Doctorem, qui cum corrupta invalide contrahit est irregularis.

Alii hoc negant.

¹ De Matr., lib. 7, disp. 83, num. 6. — ² De Matr., lib. 7, disp. 83, num. 4. — ³ Qu. 2, punct. 5, num. 2. — ⁴ Tract. 29, disp. 6, punct. 8, num. 2. — ⁵ Tract. 10, cap. 9, n. 25. — ⁶ Suppl., qu. 66, art. 3. — ⁷ Lib. 7, disp. 84, n. 7. — ⁸ Loc. cit., n. 4. — ⁹ Loc. cit., num. 29. — ¹⁰ Loc. cit., ad 2. — ¹¹ Loc. cit., num. 32. — *Sanch.*, loc. cit., disp. 84, n. 14. — *Palaus*, loc. cit., num. 4. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 66, n. 5. — *Petr. Ledesm.*, de Matr., qu. 66, art. 3. — ¹² Loc. cit., n. 15. — ¹³ Loc. cit., ad 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 15. — ¹⁵ Loc. cit., disp. 49, sect. 3, num. 15. — ¹⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 6, num. 3. — ¹⁷ De Irregul., part. 2, cap. 7, v. *Interpretativa est.* — ¹⁸ Diss. 2, cap. 7, n. 11. — ¹⁹ Al-

leg. 49, n. 9. — ²⁰ Loc. cit., n. 6. — *Abbas*, in cap. 2 de bigam., n. 8. — *Avila*, part. 7, disp. 8, dub. 1, v. *Tertio modo*. — *Garcia*, de Benef., part. 7, cap. 6, n. 16 et seqq. — ²¹ Tr. 10, cap. 9, n. 30. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 3, art. 1, concl. 4. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 4, n. 11. — *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 3. — ²² Disp. 49, sect. 3, num. 3. — *Richard. a Mediavilla*, in 4, dist. 27, art. 4, qu. 3. — ²³ De Irregul., part. 2, cap. 7, qu. 3. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 1, § 2, num. 2, i. f. — *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 3. — ²⁴ Tr. 10, cap. 9, num. 31. — ²⁵ De Matr., lib. 7, disp. 84, n. 11. — ²⁶ Tr. 9, disp. 6, punct. 8, n. 4. — ²⁷ Man., cap. 27, n. 195.

qui virginem non est sortitus uxorem vel viduam duxit.

437. - ^{a)} S. Thomas, *Suppl.*, qu. 66, art. 1, non interpretativam, sed in genere bigamiam quadrupliciter contingere ait.

439. - ^{a)} Sà, v. Irregular. ex bigamia, n. 3, obscure loquitur et de casu simili tantum: « Si quis virginem a se ductam, inquit, post adulterium a se notum cognoscat, etsi

quidam dicunt etiamsi ignorans adulteram esse illam cognoscat, bigamum esse ».

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 195, dicit in simili esse bigamum, contrahentem « cum virgine, quam, post commissum adulterium ab ea, cognovit, ... quamvis per ignorantiam id contingeret ». Et pariter de hoc casu id dicit Henriquez, *lib. 12, cap. 6, n. 10.*

440. - ^{a)} Lege: subdiaconus.

Salmant.¹ cum Valentia, Coninck, Henriquez, Diana et Pellizzario; ibique testatur Farinacius^{b)}, ita a S. Congregatione decisum. — Ratio (ut ajunt), quia in praefato textu mentio fit de duobus conjugiiis contractis: uno spirituali, nempe sacrae ordinationis, qua diaconus desponsatur cum Ecclesia; altero carnali, licet invalido. Et ideo diaconus ille declaratur irregularis, non quia cum vidua contraxit, sed propter bigamiam similitudinariam (ut explicabitur n. 448). — Sed respondetur, quod in texto citato non appellatur ille irregularis, quia duo matrimonia contraxit (revera enim non fuit maritus viduae, cum invalidum fuerit conjugium); sed quia *cum eo* (ait Pontifex) ... *tamquam cum marito viduae dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto*. Ergo non consideravit Papa (in quantum ad rationem irregularitatis) conjugium spirituale in sacra ordinatione ab eo contractum; nam haec irregularitas inducitur, etiamsi quis constitutus in sacris virginem ducat (prout ostendemus dicto n. 448). Sed eum declaravit irregularem, *tamquam maritum viduae, propter affectum intentionis*; ergo non obstat quod matrimonium sit nullum.

441. - *Tertius modus* incurrendi irregularitatem ob bigamiam interpretativam,

Tr. 10, cap. 9, n. 31. - *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, v. *Similitudinaria* - *Coninck*, disp. 18, n. 101. *Henriq.*, lib. 12, cap. 6, num. 9. *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 38. - *Pellis.*, tr. 7, cap. 5, n. 87. — ² De Matr., lib. 7,

est, quando quis cognoscit uxorem, postquam illa adulterium commiserit; ex can. *Si cujus 11*, et can. *Si laici 12, dist. 34*^{a)}. Et ita communiter Sanchez², Suarez³, Palaus⁴, Salmant.⁵ et Barbosa⁶, et alii omnes. Ratio, quia vir cognoscens uxorem ab alio cognitam, censetur ac si corruptam duxisset.

442. - Sed dubitatur 1^o. *An talis vir fiat irregularis, si adulterium fuerit occultum?*

Negant Herincx^{a)} et alii apud Elbel^{a)}; quia (ut ajunt) in dicto can. *Si cujus*, dicitur: *Si... (uxorem) adulterium commisisse... evidenter fuerit comprobatum*. — Affirmant vero Contin. Tournely⁷; Elbel⁸ cum communi (ut asserit); et Bonacina^{b)} cum Suarez^{b)}, Ugolino^{b)} et Filliuccio^{b)}. Idque tenent, etiamsi mulier fuerit vi oppressa. Ratio, quia haec irregularitas non oritur ex culpa, sed ex defectu significationis: et licet ista adultera non sit vere adultera, tamen vere carnem suam cum alio divisit, si seminationem habuit, ut requiritur.

Verum Elbel^{c)} primam sententiam probabilem vocat; quia verba supra relata: *si evidenter fuerit comprobatum adulterium*, satis videntur excludere adulterium occultum.

Sed hoc non obstante, prima sententia mihi magis arridet^{d)}.

disp. 84, n. 15. — ³ Disp. 49, sect. 3, n. 14. — ⁴ Tr. 9, disp. 6, punct. 8, num. 5. — ⁵ Tr. 10, cap. 9, num. 33. — ⁶ Alleg. 49, n. 8. — ⁷ De Irregul., part. 2, cap. 7, qu. 8. — ⁸ Confer. 7, num. 240.

^{b)} Salmant. parum recte legerunt Farinacium, qui, *Prax. crimin.*, qu. 8, num. 8, i. f. citat non *Sac. Cong.*, sed « *Scac. d. c. 10, sub n. 20* », id est Sigismundum Scacciam, (opus *de Judiciis causarum, civilium, criminalium et haereticalium*), quem superius jam adduxerat Farinacius.

441. - ^{a)} Addita Glossa *in can.* Si cujus, *ad v. Admitti*.

442. - ^{a)} Herincx, *part. 2, tr. 3, disp. 6, n. 186*, ita scribit: « Nonnulli requirunt quod adulterium sit notorium vel saltem in iudicio probabile ... Communis tamen sententia est in contrarium ». Et sic etiam citatur ab Elbel, *Confer. 7, n. 240*.

^{b)} Bonacina, *qu. 2, punct. 5, n. 12*, rem innuit dicens irregularem esse, qui uxorem adulteram cognovit, « etiamsi debitum reddiderit de mandato iudicis ». Atvero, si adulte-

rium sit occultum, iudex nequit mandatum istud dare. Et idem ac Bonacina docet Suarez, *disp. 49, sect. 3, n. 17*, et Ugolinus, *cap. 56, § 2, n. 8*. Ugolinus tamen non citatur pro casu praesenti a Bonacina, sicut nec Filliucius.

^{c)} Elbel tenet sententiam istam esse probabilem, in quantum, *loc. cit.*, dicit fortassis inservire posse confessario vel poenitenti, si talis maritus, uxore adultera mortua, jam fuisset bona fide ad ordines sacros promotus.

^{d)} Propositio ista non cohaeret cum praecedenti, et videtur esse legendum: « Sed hoc non obstante *secunda* sententia mihi magis arridet ». Et eo magis quod in *Hom. apost.*, *tr. 19, n. 137*, S. Doctor quaerens pariter: « An sit irregularis qui uxorem adulteram cognovit, quando adulterium est occultum? Negant Sed nos affirmamus cum communi ... ».

3. Quando quis cognoscit uxorem post ejus adulterium.

Si adulterium fuerit occultum:

Alii negant virum esse irregularem.

Alii affirmant.

S. Doctor illos refellit.

443. - Dubitatur 2^o. *An fiat irregularis, qui ignorans adulterium uxoris, illam cognoscit?*

Negant Glossa in *cap. 2 de bigam.*, v. *In bigamis*, ac Rebuffus ^{a)}, Lopez, Sà ^{b)}, Ledesma, etc. apud Sanchez ¹. Quia (ut ajunt) cognoscens uxorem, quam ignorat ab alio cognitam, non cognoscit modo rationali; unde non dicitur cognoscere adulteram. — Sed communiter et verius affirmant Palaus ², Bonacina ^{c)}, Busenbaum (supra *n. 435, ad 4*); et Sanchez ³ cum Navarro, Soto, Tolet, Bellamera, Paludano, Covarruias et innumeris aliis. Ratio, quia (ut diximus) haec irregularitas ratione bigamiae non est ex delicto, sed ex sacramenti defectu, qui culpam non requirit.

444. - *Quartus modus* incurrendi irregularitatem ob bigamiam interpretativam, est, quando quis duo contrahit et consummat matrimonia, unum validum, alterum invalidum. — Pro hac irregularitate non habetur textus expressus. Sed communiter doctores eam deducunt ex cap. *Nuper, de bigamis*, ubi sermo fit de clerico qui ante sacrum ordinem matrimonium contraxit, deinde jam ordinatus aliud inivit. Ibique dicitur tamquam bigamus reputandus, non propter sacramenti defectum (cum secundum matrimonium irritum fuerit), sed ob intentionis

affectum ad duo matrimonia cum copula secuta. — Ita D. Thomas ⁴, Toletus ⁵; Salmant. ⁶ cum Cornejo et Ledesma; ac Sanchez ⁷ cum Soto, S. Antonino, Paludano, Bellarmino, Valentia et aliis plurimis.

445. - Sed dubitatur 1^o. *An fiat irregularis qui duo matrimonia contraxit, ambo invalida?*

Negant Diana ⁸; item Avila, Coninck et Henriquez apud Salmant. ⁹ (qui probabile vocant). — Ratio, quia (ut ajunt) hic casus non est expressus in jure.

Sed probabilius affirmant S. Thomas ^{a)}, Suarez ¹⁰, Bonacina ¹¹, Palaus ¹², Contin. Tournely ¹³, Concina ¹⁴; Salmant. ¹⁵ cum Suarez, Cornejo et Sayro; ac Sanchez ¹⁶ cum S. Antonino, Paludano, Soto, Tolet, Bellarmino, Sà, Valentia, Ledesma, Lopez et aliis communissime. — Et probatur ex cap. *A nobis, de bigam.*, citato *n. 440*, v. *Secunda*, ubi (ut vidimus) ille diaconus qui viduam duxit, *tamquam maritus viduae*, fuit declaratus irregularis, *non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis*. Ergo solus affectus irregularitatem inducit.

446. - Dubitatur 2^o. *An, si quis contraxit duo matrimonia nulla in bona fide, incurrat irregularitatem?*

Negat Sanchez ¹⁷ cum Archidiacono ^{a)}, Astensi ^{a)} et Bellamera ^{a)}. — Quia is potius censetur irregularis ex delicto, quam

Si utrumque fuerit nullum, probabilius vir fit irreg.

Si ea contraxit bona fide, alii negant esse irregularem.

Greg. Lopez., part. 1, tit. 5, ley 35, gloss. 6. - *Petr. Ledesma*, de Matr., qu. 66, art. 3. ¹ De Matr., lib. 7, disp. 84, n. 15. — ² Tr. 9, disp. 6, punct. 8, n. 6. — ³ Loc. cit., n. 15. *Navar.*, Man., cap. 16, n. 27 et cap. 27, num. 195. - *Sotus*, in 4, dist. 27, art. 4, qu. 3, concl. 5. - *Tolet.*, lib. 1, cap. 66, n. 7. - *Bellam.*, in cap. *Super eo*, qu. 7, n. 12, de bigamis. - *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 4, art. 2, v. *Tertius modus*, (n. 11) et dist. 35, qu. 1, art. 4, concl. 1 (n. 27). - *Covarr.*, in clem. *Si furiosus*, part. 1, § 2, num. 3, v. *Quarto*. — ⁴ Suppl., qu. 66, art. 2. — ⁵ Lib. 1, cap. 67, num. 2. — ⁶ Tr. 10, cap. 9, num. 26. *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 1. - *Petr. Ledesma.*, de Matr., qu. 66, art. 2, et art. 3, v. *Similitudinaria*. — ⁷ De Matr., lib. 7, disp. 84, n. 3. - *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 3, art. 1, concl. 2. *S. Anton.*, part. 3, tit. 28, cap. 3. - *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 4, art. 2, v. *Primus modus* (n. 10). - *Bellarm.*, de Clericis, lib. 1,

cap. 24, v. *Secunda species*. *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 1, v. *Interpretativa*. - ⁸ Part. 4, tr. 2, resol. 38. — *Avila*, part. 7, disp. 8, dub. 1, v. *Utrum vero*. - *Coninck*, disp. 18, num. 101. *Henriq.*, lib. 12, cap. 6, n. 9. - ⁹ Loc. cit., n. 28. — ¹⁰ Disp. 49, sect. 2, n. 11. — ¹¹ Qu. 2, punct. 5, n. 2, v. *Rogabis 1*. ¹² Tr. 9, disp. 6, punct. 8, num. 10. ¹³ De Irregul., part. 2, cap. 2, initio v. *Interpretativa 2*. — ¹⁴ Diss. 2, cap. 8, num. 11. — ¹⁵ Loc. cit. *Suar.*, loc. cit. *Cornejo*, loc. cit., qu. 2. *Sayr.*, lib. 6, cap. 4, n. 3. — ¹⁶ Loc. cit., n. 3. *S. Anton.*, loc. cit. - *Palud.*, loc. cit. - *Sotus*, loc. cit., concl. 2. - *Tolet.*, loc. cit., n. 3. - *Bellarm.*, loc. cit. *Sà*, v. *Irregular. ex bigamia*, n. 1. *Valent.*, loc. cit. *Petr. Ledesma.*, loc. cit., art. 3, v. *Similitudinaria*. - *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Irregul., cap. 22, v. *Nunc vero ad species*. — ¹⁷ Loc. cit., n. 6.

443. - ^{a)} Rebuffus, *tr. de pacificis possessor.*, n. 194, cas. 6 (al. n. 235, cas. 6) rem a contrario significat, dicens esse bigamum, qui « scienter cognovit » uxorem adulteram. Et eodem modo loquitur Glossa.

^{b)} Vide supra, notam a, ad n. 439.

^{c)} Bonacina, *qu. 2, punct. 5, n. 10*, de casu simili tractat, dicens esse bigamum eum qui

ducit aliquam corruptam quam putat esse virginem.

445. ^{a)} S. Thomas, *loc. cit.*, art. 2, casum praesentem silentio praetermittit.

446. - ^{a)} Sanchez utique sic ipse docet; sed auctores qui hic referuntur, Archidiaconus; Astensis et Bellamera, apud ipsum pro alio asserto citantur.

ex defectu; cum in cap. *Nuper, de bigam.* ille qui antea uxorem duxerat, et postea constitutus in sacris aliud conjugium contraxerat, dictus fuit irregularis, non propter defectum sacramenti, sed ob affectum intentionis, ergo ob crimen affectus punitus fuit. Quando igitur non adest crimen, non incurritur irregularitas.

Sed communius et probabilius affirmant ^{b)} Silvester, Angelus; item Joannes Andreas, Ancharanus, Abbas, Henricus, etc. apud Sanchez. — Ratio, quia in praefato textu non consideratur crimen affectus, sed affectus ad secundum matrimonium. Idque expresse confirmatur ex cap. *A nobis, de bigamis*, ut vidimus n. 440.

447. - Dubitatur 3°. *An incurrit irregularitatem qui fecte contrahit secundum matrimonium tantum ad copulam extorquendam?*

Negant Palaus ¹, Diana ²; item Avila, Coninck et Hurtadus apud Salmant. ³. Quia tunc deficit affectus maritalis, qui requiritur in dicto cap. *Nuper*, verbis *propter affectum intentionis*. — Sed probabilius affirmant Suarez ⁴, Contin. Tournely ⁵ et Salmant. ⁶ cum Cornejo. Ratio, quia ad irregularitatem non requiritur affectus ille ad duo matrimonia vere contrahenda; sed sufficit affectus ad duo matrimonia exterius ineunda.

Idem videtur procedere respectu viri, qui contraxit cum violata, credens illam virginem; de quo dictum est n. 439. —

¹ Tr. 9, disp. 6, punct. 8, num. 7. — ² Part. 4, tr. 2, resol. 38. — *Avila*, part. 8, disp. 8, dub. 1, v. *Secundo notandum*. — *Coninck*, disp. 18, dub. 11, n. 101. *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 13, n. 47. — ³ Tr. 10, cap. 9, n. 27. — ⁴ Disp. 49, sect. 2, num. 10. — ⁵ Part. 2, cap. 7, qu. 3. — ⁶ Loc. cit. *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 1, in med. — ⁷ Disp. 49, sect. 4, n. 2 et 6. — ⁸ Tr. 13, dist. 3, num. 42. — ⁹ De Matr., lib. 7, disp. 85, n. 1, 5 et 8. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 9, n. 36. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 2, diff. 13, n. 47. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Disp. 49, sect. 4, n. 4. — ¹³ Loc. cit., n. 6. —

Et idem, respectu viri ignoranter reddentis debitum adulterae, quae sit occulta, vel quae violenter fuerit oppressa; juxta dicta n. 442 et 443.

448. - III°. Demum bigamia *similitudinaria* est illa quae contrahitur ex attentatione matrimonii (quamvis invalidi) cum corrupta vel virgine, post votum solemne emissum in religione approbata, vel post susceptionem sacri ordinis. — Hujusmodi enim nubentes similes sunt contrahentibus duplex matrimonium; quatenus post connubium spirituale cum Christo initum, ab eo recedentes attentant matrimonium contrahere. Ita communiter doctores: Suarez ⁷, Anacletus ⁸, Sanchez ⁹, Salmant. ¹⁰ et alii passim; ex can. *Quotquot 24* et can. *Monacho 32, caus. 27, qu. 1*. Dummodo tale matrimonium sit consummatum; ut adhuc communiter doctores docent, utque habetur ex dicto can. *Monacho*, ubi: *Si postea uxori fuerit sociatus*.

449. - Minime autem sunt audiendi Hurtadus et Tanner ^{a)} apud Salmant. ¹¹, item Abbas ^{b)}, Hostiensis ^{b)} et Archidiaconus ^{b)} apud Suarez ¹² (qui improbabiliter id probabile putat) dicentes, hanc irregularitatem incurri tantum a monachis professis. Nam communissime docent auctores, eam incurri etiam a clericis constitutis in sacris. Ita idem Suarez ¹³, Salmant. ¹⁴, Anacletus ¹⁵, Navarrus ¹⁶, Toletus ¹⁷; et Sanchez ¹⁸ cum Sà, Valentia, Graffio, Lopez, Ledesma, Gabriele, Philiarcho et aliis pluribus. Idque clare probatur ex cap. 1,

¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Tr. 13, dist. 3, n. 42. — ¹⁶ Man., cap. 27, n. 195. — ¹⁷ Lib. 1, cap. 67, num. 5. — ¹⁸ De Matr., lib. 7, disp. 58, n. 5. — Sà, v. *Irregular. ex bigamia*, num. 4. — *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 1, specie, v. *Similitudinaria*. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 27, n. 38. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Irregul., cap. 22, v. *Nunc vero ad species*. *Martin. Ledesma.*, 2^a 4^a, qu. 26, art. 2, ubi de Irregul. *Gabr. Biel.*, Suppl. in 4, dist. 27, qu. 3, artic. 1, v. f. *Philiarch.*, part. 1, lib. 4, cap. 7.

^{b)} Nullus ex auctoribus citatis loquitur de praesenti casu. Nec videtur ad rem facere cap. *A nobis*.

449. - ^{a)} Tanner male prorsus citatur a Salmant.; nam ipse, *disp. 6, qu. 10, dub. 10, n. 184*, negat religionem professum, qui non sit in sacris constitutus, hanc irregularitatem contrahere.

^{b)} Auctores isti a Suarez pro hac sententia citantur, inquantum negant clericos in

sacris hanc bigamiam et irregularitatem ex ea ortam incurrere; et certe Abbas, *in cap. Sane 4, de cleric. conjug., n. 2*, clericum in sacris, si matrimonium contrahat, ait esse suspensum ea suspensione, qua suspenditur *quilibet criminosus*; Hostiensis, *in dict. cap. n. 3*, dicit sacerdotem *notorie* sic contrahentem esse suspensum; Archidiaconus denique, *in cap. Presbyter et Presbyterum, dist. 28*, dicit deponendum esse sacerdotem nuptias

Alii probabilius affirmant.

Probabilius, vir fecte contrahens secundum matrimonium est irreg.

Quid sit bigamia similitudinaria.

Haec irregularitas incurritur non solum a monachis,

sed etiam a clericis in sacris.

qui clerici vel voventes, ubi dicitur posse episcopus, post peractam poenitentiam, dispensare cum diacono qui uxorem duxerit, ad ordinem ministrandum; ergo diaconus ille jam habetur ut irregularis. Item in *cap. 2, eod. tit.* dicitur, quod episcopus non permittat subdiacono, qui matrimonium contraxit, ministrare ^{c)}. — Quamvis igitur (ait Sanchez) talis clericus non esset irregularis ex defectu ob bigamiam similitudinariam, saltem tamen incurrit irregularitatem ob delictum.

Recte autem rejicit Sanchez ¹ opinionem illorum qui dicunt, fieri irregularem qui matrimonium contrahit post simplex votum castitatis; cum hoc in nullo jure sit expressum. — Sic pariter, ex eadem ratione nec est irregularis laicus, qui ducit monialem professam; quia jura loquuntur tantum de contrahente post proprium votum. Sanchez ² et Salmant. ³ cum Sayro, Cornejo et Henriquez.

450. - Quaeres hic: *quomodo tollatur haec irregularitas?*

Dico 1^o. Quod haec irregularitas non tollitur per baptismum; ut docent communiter S. Thomas ⁴, Suarez ⁵, Sanchez ^{a)}; et Salmant. ⁶ cum Cornejo, Pellizzario, etc. Et videtur expressum in can. *Si quis viduam, 13, dist. 34.*

Dico 2^o. Quod Papa bene potest in illa dispensare. Et licet in canonibus de bigamis dicatur: *Cum bigamis non licet dispensare*, tamen hoc intelligendum sine gravi causa; ut docent Sanchez ⁷, Concina ^{b)}, Salmant. ⁸ cum Sayro et Cornejo. Item Contin. Tournely ⁹ cum communi,

Sanch., de Matr., lib. 7, disp. 58, n. 5. — ¹ Loc. cit., n. 11. — ² Loc. cit., n. 12. — ³ Tr. 10, cap. 9, n. 36. - *Sayr.*, lib. 6, cap. 4, n. 24. *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 5. *Henriq.*, lib. 12, cap. 6, n. 10. — ⁴ Suppl., qu. 66, art. 4. — ⁵ Disp. 49, sect. 6, n. 10. — ⁶ Loc. cit., num. 37. *Cornejo*, disp. 10, dub. 1, qu. 3. - *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 90. — ⁷ De Matr.,

qui ita fert dispensasse Lucium III; ex Glossa in can. *Lector 18, dist. 34* ^{c)}. Nec obstat dicere irregularitatem institutam fuisse a D. Paulo (juxta dicta *n. 436*). Nam respondetur, quod constitutiones apostolorum, praecise ut tales, non transcendunt jus humanum, in quo utique Papa omnem potestatem habet.

451. - Episcopus autem, si bigamia fuerit *vera* aut *interpretativa*, minime potest in ea dispensare, neque ad ordines sacros suscipiendos, neque ad ministrandum in susceptis, neque ad beneficia ipsis annexa recipienda; ut communiter docent D. Thomas ^{a)}, et Salmant. ¹⁰ cum aliis passim. Et patet ex *cap. Super eo, de bigam.* Nec obstat textus in citato can. *Lector*, ubi dicitur Martinus Papa declarasse, quod episcopus possit dispensare cum bigamo, ut fiat subdiaconus. Nam respondent Suarez ¹¹ et Contin. Tournely ¹², errasse Gratianum, asserendo praedictum canonem esse Martini Papae; cum plures auctores probent, fuisse Martini Bracharensis, collectoris multorum canonum ex diversis conciliis particularibus. Sed dato quod fuisset Martini Papae; tamen, cum in toto titulo de bigamis prohibentur episcopi a dispensando in bigamia, videtur certum, praedicto canoni fuisse derogatum. Praeterquam quod dicunt Salmant. ¹³, quod tempore Martini Papae subdiaconatus non adhuc erat sacer.

452. - Sed rogamur: *an possit episcopus cum bigamo, quoad ordines minores et beneficia simplicia suscipienda?*

Affirmant D. Thomas ¹⁴, Navarrus ^{a)},

lib. 7, disp. 86, num. 6. — ⁸ Tr. 10, cap. 9, num. 38. - *Sayr.*, lib. 6, cap. 6, num. 3. - *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. 4. — ⁹ De Irregul., part. 2, cap. 7, v. *Quaeritur 1.* — ¹⁰ Loc. cit., num. 39. — ¹¹ Disp. 49, sect. 6, num. 5. — ¹² Loc. cit., qu. 2, resp. 1 ad obj. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ In 4. dist. 27, qu. 3, artic. 3.

Episcopus in bigamia vera aut interpretativa non dispensat ad ordines majores.

Haec irregularitas non tollitur per baptismum.

Tollitur per dispensationem Papae.

contrahentem; sed silet de irregularitate. Quibus significant non esse irregularitatem bigamiae in hoc casu pro clericis in sacris constitutis.

^{c)} Nisi ad religionem transire voluerit.

450. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit., disp. 83, n. 9*, plane sic docet de bigamia vera.

^{b)} Concina, *de Irreg., diss. 2, cap. 7, n. 14*, dicit Pontificem posse dispensare ab hoc impedimento.

^{c)} Glossa dicit: «Lucius».

451. - ^{a)} S. Thomas, *Suppl., qu. 66, art. 5*, scribit episcopum posse dispensare «quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt quod etiam quantum ad majores in illis qui volunt Deo in religione servire».

452. - ^{a)} Navarrus non sine distinctione hoc tenet; refert enim in *Man., cap. 27, n. 197*, opinionem S. Thomae, aliorumque et subdit: «Quorum opinio admitti posset quoad usum ordinum susceptorum, ... sed non ad accipiendum novos».

Alii dicunt posse dispensare ad ordines minores.

Sanchez¹, Concina²; item Paludanus, Azor, Sayrus, Avila, Comitulus et alii, apud Palaum³; et probabile putat Suarez⁴. Ratio, quia per susceptionem minorum ordinum, initiati non mancipantur irrevocabiliter cultui divino; et ideo episcopis concedi ajunt hujusmodi dispensationem.

Alii verius negant.

Sed verius negant Suarez⁵, Contin. Tournely⁶, Laymann⁷, Barbosa^{b)}, Bonacina⁸; et Palaus⁹ cum Garcia, ex declaratione S. Congregationis. — Et probatur ex Tridentino¹⁰, ubi vetatur assumere bigamos ad ministeria ordinum minorum; et ex *cap. un., de bigam., in 6^o*, ubi bigami exspoliantur omni privilegio clericali. Sed clarius probatur ex declaratione Sixti V (apud Fagnanum)^{c)}, qua declaravit Pontifex suspensum quemdam episcopum, eo quod contulit bigamo beneficium simplex; et ordinatum incidisse dixit in poenas male promoti. — Adversarii contra minime probant unde episcopi talem facultatem habeant.

In bigamia autem *similitudinaria* bene

possunt episcopi dispensare, etiam ad ordines sacros suscipiendos et ministrandos^{d)}, ut docent Toletus¹¹, Salmant.¹², Suarez¹³, Sanchez¹⁴, Contin. Tournely¹⁵; et Palaus¹⁶ cum Garcia et aliis pluribus. Idque probatur ex *cap. 4, de cleric. conjug.* et *cap. 1, qui clerici vel voventes*. Et hoc currit (ut notant Salmant.¹⁷ cum Cornejo et Henriquez), etiamsi crimen fuerit publicum; cum haec irregularitas proveniat ex defectu, non ex delicto. — Recte vero excipit Contin. Tournely cum communi, si talis clericus duxerit viduam vel corruptam, aut si ante ordinationem fuerit cum aliqua muliere conjugatus.

In bigamia similitudinaria episcopus dispensat.

453. Praelati autem regulares, ex privilegio Sixti IV^{a)}, possunt dispensare cum suis subditis in omni bigamia; praeter privilegium Pauli III^{a)} (relatum a Salmant.¹⁸), in quo conceditur ipsis facultas dispensandi cum suis subditis in omni irregularitate, bigamia non excepta. — Ita Palaus¹⁹ et Salmant.²⁰ cum Pellizzario, Henriquez, Machado, Leandro, etc.

Quid possint praelati regulares.

¹ De Matr., lib. 7, disp. 86, n. 11. — ² Diss. 2, cap. 7, n. 14. — *Palud.*, in 4, dist. 27, qu. 4, art. 5, concl. 4 (n. 35). — *Azor*, part. 2, lib. 6, cap. 4, qu. 8 et 11. — *Sayr.*, de Censur., lib. 6, cap. 6, n. 11. — *Avila*, part. 7, disp. 8, dub. 4, concl. 3. — *Comitol.*, Respons., lib. 1, qu. 106, n. 5 et 6. — ³ Tr. 9, disp. 6, punct. 8, n. 17. — ⁴ Disp. 49, sect. 6, num. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 5. — ⁶ De Irregul., part. 2, cap. 7, qu. 2, v. *Dico* 2. — ⁷ Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 6, num. 7. — ⁸ Qu. 2, punct. 2, num. 15. — ⁹ Tr. 9, disp. 6, punct. 8, n. 18. — *Garcia*, de Benef. part. 7, cap. 6, n. 5. cfr. Pallottini, v. *Bigamus*, n. 23, 27 et 31. — ¹⁰ Sess. 23, de reform.,

cap. 17. — ¹¹ Lib. 1, cap. 68, num. 6, concl. 6. — ¹² Tr. 10, cap. 9, num. 41. — ¹³ Disp. 49, sect. 6, num. 18. — ¹⁴ De Matr., lib. 7, disp. 86, num. 20. — ¹⁵ Loc. cit., cap. 7, v. *Dico* 3. — ¹⁶ Loc. cit., n. 19. — *Garcia*, loc. cit., cap. 6, n. 15. — ¹⁷ Loc. cit. — *Cornejo*, disp. 10, dub. 2, qu. ult., v. *Sed quid si*. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 6, num. 11. — *Contin. Tourn.*, loc. cit. — ¹⁸ Loc. cit., n. 59. — ¹⁹ Loc. cit., num. 21. — ²⁰ Loc. cit., num. 42. — *Pelliaz.*, tr. 9, cap. 3, n. 122. — *Henriq.*, loc. cit., n. 11, lit. z. — *Machado*, lib. 5, part. 3, tr. 2, docum. 6, num. 2. — *Leand.*, tr. 2, disp. 6, qu. 39.

^{b)} Barbosa, *alleg. 49, n. 22 et 25*, ita sane docet, sed concedit episcopis facultatem dispensandi « in bigamia interpretativa ex delicto consurgente ».

^{c)} Fagnanus, *lib. 1, de bigam. non ordin. cap.* Super eo, n. 46, hanc declarationem affert de bigamo vero.

^{d)} Non omnes auctores expresse dicunt posse dispensare etiam ad ordines sacros; sed ex eo quod absolute et sine addito dicunt posse dispensare, recte censentur intelligere hanc facultatem etiam quoad ordines sacros. Praeterea Sanchez, n. 21, dicit episcopum posse dispensare cum clerico in sacris qui viduam duxit, quoad beneficium, non quoad officium.

453. — ^{a)} Paulus III utique suo brevi *Exponi nobis*, de die 12 Martii 1545 (Bullar. regul. Rodriguez) praelatis regularibus concedit facultatem dispensandi subditos, prima die Lunae quadragesimae super irregularitatibus quavis occasione et causa contractis; nec bi-

giam excipit. Et pariter Sixtus IV, quodam privilegio, Carthusiensibus concedit facultatem Generali et 50 praelatis inferioribus per Generalem eligendis, ut possint subditos dispensare super quocumque casu Romano Pontifici reservato; neque ibi excipitur bigamia. Utrum vero censenda sit in his privilegiis comprehensa, eo quod non excipiat, dubium mihi videtur. Nam idem Sixtus IV, sua bulla *Regimini universalis*, de die 31 Augusti 1474 (in Bullar. Mainardi) praelatis Ordinis Minorum concedit facultatem subditos dispensandi et absolvendi a quibuscumque casibus et excessibus, nisi tales sint propter quos ad Sedem Apostolicam merito essent destinandi; et istos casus assignat in quibus remittendi sunt ad Sedem Apostolicam, neque inter eos recensetur bigamia; proindeque videretur comprehendenda in casibus super quibus praelati dispensare possunt. Nihilominus his ita dictis § 5, Pontifex expresse loquitur de dispensatione super ir-

Irregularitas ex infamia.

454. - « SEXTA oritur ex INFAMIA, sive « *juris* (quae vel ex delicto proprio, vel « parentum, vel vili conditione personae « nascitur) sive *facti*: modo crimen publicum sit. Ex occulto enim non oritur, « si homicidium et censurae violationem « excipias^{a)}; ut docent Navarrus, Coninck, Laymann: contra Silvestrum et Suarez, « qui ex occulto etiam oriri putant, modo « infamiam ipso jure connexam habeat. « Porro infamia ob crimen *notorium*, « vel per *sententiam judicis* contracta, non « tollitur nisi per dispensationem principis, « cujus auctoritate contracta fuit. Infamia *facti*, etiam orta ex enormi crimine, « et digno depositione, tollitur per publicam et constantem vitae emendationem ». — [Vide dicta *ex n. 362*, v. *Haec*. Irregularitas enim ob infamiam ex defectu et ex delicto, in idem coincidunt].

Ex defectu libertatis irregulares sunt:

1. Servi.

455. - « SEPTIMA oritur ex defectu LIBERTATIS. — Unde irregulares sunt: « I^o Omnes *servi* proprie dicti (et secundum Laymann¹, etiam originarii), « donec consequantur plenam libertatem ».

Servus, qui sciente et non contradicente domino ordinatur, etiam ad primam tonsuram eo ipso liber manet, ex can. *Si servus* et can. *Nulli*^{a)}, *dist. 54*. Poterit tamen dominus eum manumittere cum conditione, ut serviat in iis quae statui clericali non repugnant, ex cap. *Nullus, de servis non ordin.*^{b)}.

Si vero servus ordinetur, ignorante domino, remanet servus: nisi constituatur in sacris. Et nisi insuper domino reddatur duplum ab episcopo vel ab aliis cooperantibus, vel ab ipso servo: qui quando impotens est satisfaciendi, remanet servus, si est diaconus; si vero sit sacerdos, debet

Navar., Man., cap. 28, num. 248. — *Coninck*, disp. 18, num. 56. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 4, num. 9. — *Silvest.*, v. *Irregularitas*, n. 15. — *Suar.*, disp. 48, sect. 1, n. 17. — ¹ Loc. cit., cap. 8, n. 2. — ² Tr. 10, cap. 9, n. 60,

domino inservire in omnibus quae statum non dedecent, et Missas pro domino offerre, nisi dominus per annum sciens illum esse ordinatum dissimulet, eumque non revocet. — Ita Salmant.², ex canonibus ibi allatis.

456. - Sunt irregulares « II^o. *Conjugati*: nisi uxores consentiant et castitatem voveant ». — [De hoc vide dicta *de Sacram. Ord. Lib. VI, n. 812*].

2. Conjugati.

« III^o. *Curiales*, id est curiae saeculari « obligati, facto juramento vel stipendio; « ut iudices, advocati, etc., quamdiu talia « officia habent » [Ut habetur in *can. 1, 2 et 3, dist. 51*. Excipiuntur tamen, ex tacita concessione Pontificis vel ex consuetudine, consiliarii regis, constituti pro causis civilibus; ut docent Laymann, Palaus, Suarez, Cornejo cum Salmant.³] — « Excipe tamen, nisi habeant specialem « dispensationem Papae pro illis officiis, « ut quidam clerici in aulis principum, in « causis civilibus, non tamen criminalibus « occupati; vel nisi consuetudo, sciente « Papa, id permittat.

3. Curiales.

« IV^o. *Milites*, saltem quamdiu juramento tenentur; item *thesaurarii* et depositarii publici, et qui rempublicam administrant ». [Vide dicta *Lib. III, n. 838*, v. *Valde*] — « Item *apparitores* et « similes, qui saeva, turpia exercuerunt, « vel in causa sanguinis ministrarunt. — « Marcus Leo⁴ ».

4. Milites et administratores.

Apparitores.

457. - « OCTAVA. Ex defectu LENITATIS, « scilicet, ex licita mutilatione vel homicidio in bello justo, vel iudicio. Quod « ideo statuit Ecclesia, quia sacerdos gerit personam Christi, qui, utpote lenissimus, neminem unquam laesit. — Ad « hanc autem requiritur, ut occisio aut « mutilatio de facto sequatur. Unde non

Irregularitas ex defectu lenitatis.

et seqq. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 8, num. 5. *Palaus*, tr. 9, disp. 6, punct. 13, n. 13. — *Suar.*, disp. 51, sect. 3, num. 16. *Cornejo*, disp. 14, dub. 2. ³ Loc. cit., n. 64. — ⁴ Praxis, part. 3, fol. 369, v. *Advertendum*.

regularitate § 14, et concedit Ministro Generali, provincialibus eorumque vicariis, dispensandi « cum his qui ex quavis causa (praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae et mutilationis membrorum) irregulares forent ». Cfr. ea quae dicit S. Alphonsus superior, n. 396.

454. - ^{a)} Coninck non affert exceptiones *loc. cit.*; et Navarrus affert solum exceptionem de homicidio.

455. ^{a)} Can. *Nulli*, prohibet ne servi ad ordines promoveantur, nisi prius a dominis libertate sint donati.

^{b)} Cap. *Nullus*, ita summatur: « Dominus

« sufficit voluntas, nec vulneratio gravis. « Bonacina ¹, Tanner ² ».

« Unde resolves:

458. - « I^o. Non fit irregularis, qui mutilat vel occidit in defensionem inculpatam honoris, vitae, castitatis, etc.: vel « etiam proximi. Quia in jure non statuitur « irregularitas, nisi ob homicidium in bello « justo vel iudicio. Tanner ³ ». — [Vide dicta n. 389].

459. - « II^o. Irregularis fit in bello, qui « mutilat vel occidit propria manu; non « autem clericus, exhortans ad fortiter « pugnandum in bello justo (secus tamen, « si ad occidendum tunc vel illum in particulari). Idem est de duce exercitus, tubicine, etc. — Bonacina ⁴ ».

Clericus in sacris vel beneficiatus, militans est irreg.

Clericus, si est in sacris, vel beneficiatus, et militat in bello, fit irregularis, si aliquando sclopum adhibuerit in aliquo conflictu; etiamsi iuramentum praestaret se nullum laesisse. — Vide Cardin. Lambertinum ⁵.

In bello igitur *justo defensivo*, utique non fit irregularis qui occidit; ita Salmant. ⁶, Holzmann ⁷ et alii communiter. Id patet ex *cap. 2, de immunit. eccl.* et *clem. un., de homicid. a)*.

In bello autem *justo offensivo*, qui occidit est irregularis; non vero si alii occidant. Holzmann ⁸ et Benedictus XIV ⁹; ex *cap. Petitio tua*, *cap. Dilectus*, *cap. Significasti, de homicid. b)*. In bello vero *injusto*, si unus moriatur, omnes sunt irregulares; ut certum est apud omnes cum D. Thoma ^{c)}.

¹ Qu. 4, punct. 1, num. 1. — ² Tom. 4, disp. 6, qu. 10, dub. 11, num. 202, 203 et 206. — ³ Loc. cit., num. 210. — ⁴ Loc. cit., punct. 4, n. 1, 7 et seqq. — ⁵ Notif. 101, n. 19. — ⁶ Tr. 10, cap. 9, num. 20. — ⁷ De Poen. eccles., n. 388,

Hic notandum, clericum (modo fuerit in sacris aut beneficiatus, et etiam in conflictu bombas emiserit) esse irregularem, si militat; etiamsi juret se ne unum quidem laesisse: ut apud Lambertinum ¹⁰ legere est.

460. - Qui hortatur ad occidendum in genere, etiamsi bellum sit offensivum, modo justum, non est irregularis. — Ita communiter cum Busenbaum, Bonacina ¹¹, Contin. Tournely ¹², Concina ¹³ et Salmant. ¹⁴, ac alii passim; ex dicto cap. *Petitio tua*, ubi declaratur irregularis, tantum is qui occidit.

Hortans ad occidendum in genere non est irreg.

Quid, si quis in bello justo hortetur ad occidendum in particulari? — Busenbaum (ut supra) et Bonacina hunc non eximunt ab irregularitate. — Sed probabiliter contradicunt Salmant. ¹⁵; quia tam in praefato textu, quam in aliis, sermo fit tantum de occidente sive de mutilante, non de exhortante.

Nec probabiliter hortans ad occidendum in particulari.

461. - « III^o. In iudicio justo irregulares res fiunt, qui ad mortem vel mutilationem nem cooperantur active, et efficaciter, « et proxime, per actionem ex natura sua « ad id ordinatam ». [Ita ex *clem. un. Si furiosus, de homicid.*, et *cap. Clericis, cap. Sententiam a)*, *ne clerici vel monachi saecular. negot. se immisc.*; item *cap. Ex litteris, de excess. praelat.*].

Sunt irregulares concurrentes ad mortem, in iudicio.

« Dicitur I^o. Cooperantur: ut, iudex « ferens sententiam, notarius eam scribens, ministri exsequentes, testes, etc. ».

Modo cooperentur.

Transcribens vero sententiam non incurrit; ut communiter Bonacina ^{b)} cum

v, *Dicitur 2.* — ⁸ Loc. cit., n. 388. — ⁹ Loc. cit., n. 9 et 15. — ¹⁰ Loc. cit., n. 19. — ¹¹ Qu. 4, punct. 4, n. 7. — ¹² De Irreg., part. 2, cap. 8, art. 4, qu. 2. — ¹³ Diss. 2, cap. 7 n. 18. — ¹⁴ Loc. cit., n. 19. — *Bonac.*, loc. cit., n. 8. — ¹⁵ Loc. cit.

in servo quem manumittit, potest spirituales operas retinere ».

459. - ^{a)} *Clem. Si furiosus* de bello non loquitur, sed in universum negat irregularem esse eum, « qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem ».

^{b)} Canones isti aliqua explicatione indigent. Igitur *cap. Petitio tua* tractat de bello quod initio quidem defensivum erat, postea tamen, ait Holzmann, migravit in offensivum, quatenus fideles exeuntes e castro persecuti sunt hostem. *Cap. vero Dilectus* et *Significasti* de bello non loquuntur, sed negant irregularem esse eum qui, cum operam daret

rei licitae, homicidium involuntarie omnino commisit. Sed, uti notat Lambertini, bellum justum est res licita.

^{c)} S. Thomas, *2^a 2^{ae}, qu. 64, art. 8*, in universum negat evadere homicidii reatum, qui dat operam rei illicitae, si ex ejus opere mors sequatur.

461. - ^{a)} *Cap. Sententiam* haec quidem clericis vetat; non tamen eos plectit irregularitate.

^{b)} Bonacina ita sane tenet, *loc. cit., punct. 1, n. 5*, sub hac tamen limitatione: « quoties ipsius actio non fuit ullo modo causa accelerationis mortis vel mutilationis ».

Suarez ^{c)} Filliuccio ^{c)}, Ugolino ^{d)}, Reginaldo ^{e)}, etc. — Immo Natalis Alexander ^{f)}, et Cabassutius ^{g)} apud Contin. Tournely ^{g)}, idem tenent etiam de *scribente*.

Active. 462. - « Dicitur 2^o. *Active*, id est, ex « parte occidentium. — Quia non fit irregularis qui se tantum habet passive; et « ex parte ejus qui occiditur, ut confessarius hortans ad fatendum veritatem, « vel ad acquiescendum sententiae justae, « quam non potest differre, nisi appellatione injusta. Cornejo et Diana ¹ ». — [Ita etiam Holzmann ^{a)} et Contin. Tournely ^{a)}].

Efficaciter. 463. - « Dicitur 3^o. *Efficaciter*. — Quia « adjuvans, v. gr. ferens ligna, ut comburatur ante jam suffocatus, non fit irregularis; nec assistens supplicio, si sua « praesentia in illud non influat ».

Ita Suarez ², Palaus ³, Bonacina ⁴; et Salmant. ⁵ cum Avila, Diana et Gibalino communissime (contra Sayrum) ^{a)}. — Nec obstat textus in cap. *Sententiam, ne clerici vel monachi, etc.*, ubi vetatur cleri-

Cornejo, disp. 11, dub. 1, qu. 4, v. *Sed quid de confessario*. — ¹ Part. 4, tr. 2, resol. 99. — ² Disp. 47, sect. 4, num. 10. — ³ Tr. 9, disp. 6, punct. 14, § 4, num. 2. — ⁴ Qu. 4, punct. 1, num. 12 et 16. — ⁵ Tract. 10, cap. 9, num. 2. - *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 2, dub. 16, concl. 1.

cis interesse hujusmodi supplicii: quia hic canon vel est abrogatus, vel tantum venialiter obligat, ut docent Bonacina ⁶, Salmant. ^{b)}. Ac Contin. Tournely ⁷ testatur, esse communem sententiam cum Avila et Cabassutio ^{c)}, id non excedere venialem culpam; immo ibi Navarrus et Avila non censent minime in hoc peccare clericos in minoribus ^{d)}.

464. - « Dicitur 4^o. *Proxime*. — Quia « qui remote tantum cooperantur, non « fiunt irregulares; ut, qui gladios faciunt « aut vendunt; item legislator, leges capitales condens ». [Ex can. *Delator, caus. 5, qu. 6* ^{a)}]; aut suadens regi legem ferre. Salmant. ⁸⁾. — « Concionator, in genere « dicens, puniendos esse malefactores » [Ut Salmant. ⁹ cum communi]. — « Confessarius, interrogatus de reo, an mortem mereatur, si respondeat, judicem « sine acceptione personarum fungi debere « suo munere. Quia hi omnes sunt tantum « causa remota ». [Hoc etiam est commune apud omnes: vide Salmant.] ^{b)}.

Diana, part. 4, tr. 2, resol. 35. - *Gibalin.*, cap. 4, diff. 18. — ⁶ Loc. cit., num. 16. — ⁷ De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 3, v. *Dico 5*. — *Avila*, loc. cit., dub. 16, i. f. - *Navar.*, cap. 27, num. 214. - *Avila*, loc. cit. — ⁸ Loc. cit., num. 7. — ⁹ Loc. cit.

^{c)} Suarez, *disp. 47, sect. 4, n. 1*, exceptionem istam non habet; sicut nec Filliuccius, *tr. 19, cap. 9, n. 256*.

^{d)} Ugolinus, *cap. 8, n. 4*, distinctionem adhibet: « Exempla etiam facientes scripturarum, qui copistae dicuntur, irregulares fiunt, quandoquidem adjuvant et ipsi causam ... Excipio tamen et hic, ubi ex hac scriptura privata nullum auxilium datum esset, sed aliunde mors omnino secuta esset ».

^{e)} Reginaldus, *lib. 30, tr. 2, n. 101*, in simili tantum concordat, scilicet in teste cujus testimonium iudex nihili fecit, proindeque causa non fuit mortis vel mutilationis.

^{f)} Natalis Alexander, *de Sacr. Ordinis, cap. 4, art. 9, n. 1*, hoc tenet « secundum jurisprudentiam gallicanam », quae aliis ecclesiis non praejudicat.

^{g)} Contin. Tournely, *de Irregul., part. 2, cap. 8, art. 3, dico 3*, citat auctorem *Theoriae et praxis sacramentorum*, qui est Juenin; et Juenin, *Op. cit., tr. de Irregular., cap. 6, qu. 8*, dicit notarium scribentem mortis sententiam irregularem jure communi; sed disciplinam istam in Gallia non obtinere, ubi notarius ille non est irregularis. Quod autem S. Alphonsus putaverit auctorem cita-

tum esse Cabassutium ex eo provenit quod Cabassutius scripsit opus cui fere idem titulus est, scilicet: *Juris canonici THEORIA ET PRAXIS, ad forum TAM SACRAMENTALE quam contentiosum ... opus exactum*.

462. - ^{a)} Holzmann, *n. 387* et Contin. Tournely, *loc. cit., v. Dico 7, qu. 1*, loquuntur de confessario qui absolutionem denegat reo qui, juridice interrogatus, crimen suum detegere non vult. Et negant ejusmodi confessarium esse irregularem.

463. - ^{a)} Sayrus aliis contradicit, in quantum, *lib. 6, cap. 18, n. 20*, affirmat esse mortale clericis in sacris vel beneficiariis, sed cum aliis negat eos fieri irregulares, si sua assistentia nullam praestent auctoritatem.

^{b)} Salmant., *cap. 9, num. 2*, dicunt esse abrogatum vel non loqui de simplici praesentia.

^{c)} Recte: Juenin, *Theor. et prax. Sacrament., tr. de Irregul., cap. 6, qu. 9*. Vide not. *g* ad *n. 461*.

^{d)} Scilicet: minime in hoc peccare clericos, nisi sint in sacris vel beneficiarii.

464. - ^{a)} Can. *Delator*, ad rem non videtur facere.

^{b)} Salmant., *tr. 10, cap. 9, n. 7*, casus quosdam huic similes proferunt.

« Essent autem proxima, ideoque irregulares, si quid facerent aut dicerent in particulari, ex quo mors alicujus sequeretur aut etiam acceleraretur; v. gr. si quis efficaciter urgeret reum ut scalam ascenderet, vel ad hoc illum juvaret, vel si judici in particulari responderet, hunc esse plectendum ».

Sentiunt itaque cum Busenbaum, Bonacina¹; ac Avila, Sayrus, Henriquez, etc. apud Salmant.², fieri irregularem confessarium, sive alium, qui consultus a iudice in particulari de aliquo reo, respondet ei esse occidendum. — Sed probabilius id negant Holzmann³ cum Molina et Laymann; Palaus⁴; Salmant.⁵ cum Vasquez^{c)}, Pellizzario, Hurtado, Turriano, etc. Ratio, quia irregularitas haec ex defectu lenitatis, inflictata est tantum concurrentibus ad occisionem aut mutilationem, ut ministris necessariis; non vero aliis et praesertim juste concurrentibus. — Addunt probabiliter Contin. Tournely⁶, Busenbaum et alii (infra, n. 466), nec fieri irregularem confessarium, si moneat carnificem, quod suo munere jam fungatur.

465. - « Possunt tamen subinde etiam proxime cooperantes excusari ab irregularitate. V. gr. 1°. Si fiat ex indeliberatione, aut cum semiplena tantum advertentia (v. gr. si dicat confessarius: *properemus*: aut instiget jumentum quo reus vehitur); 2°. Si cooperatio sit valde exigua, ut, si jubeat reum adhuc unum gradum ascendere; quia minimum reputatur pro nihilo. — Avila et Henriquez,

« apud Bonacina⁷. Item Suarez^{a)}, Reginaldus, Laymann, etc., (contra Vasquez^{b)}, Turrianum, Hurtadum, Bauny, etc., qui censent, ex homicidio neminem fieri irregularem, nisi concurrat ut publicus minister justitiae, sive ad causae probationem, sive executionem: vel ut privatus, injuste et cum peccato). Quam sententiam probabilem censet Diana⁸ ». — [Et revera valde probabilis est; juxta annotationem mox supra appositam].

« Hinc negant fieri irregularem: 1°. Confessarium, vel alium quemcumque, qui furem hortatur ut scalam ascendat, caput supponat ad ictum excipiendum. — 2°. Eum, qui carnifici dicit ut aliquid aptet, quo citius exstinguatur reus. — 3°. Qui dum reus ad supplicium ducitur, suggerit viam breviorum. — 4°. Qui vendit vel commodat scalam, funes, enses, et caetera instrumenta; etiam qui furcam fecit. — 5°. Qui, interrogatus a iudice an teneatur reum condemnare, respondit teneri. — 6°. Eum, qui carnifici putanti suspensum jam esse mortuum, significavit adhuc vivere: ex quo, calcans iterum pede occidit ». — [Ita etiam Salmant.⁹ cum Palaus, Pellizzario, Hurtado, Turriano, Diana^{c)}, Machado, etc.].

466. - « Dicitur 5°. *Per actionem ex natura sua*, etc., id est, quae per se sit causa talis effectus: quia effectus per accidens non imputatur danti operam rei licitae. — Hinc non fit irregularis, dicens carnifici: *Nemo te impedit facere tuum officium; ego meum feci* ». [Ita probabili-

Corollaria.

Per actionem per se causam effectus.

Probabilius respondens iudici aliquem esse occidendum, non est irreg.

Cooperatio proxima excusatur, si fiat ex inadvertentia.

Si sit valde exigua.

¹ Qu. 4, punct. 1, num. 6. — Avila, part. 7, disp. 5, sect. 2, dub. 6, concl. 1. Sayr., lib. 6, cap. 18, n. 26. — Henricq., lib. 14, cap. 16, n. 4. ² Tr. 10, cap. 9, num. 8. — ³ De Poen. eccl., n. 387, v. 4. — Molina, tr. 3, disp. 74, n. 8. — Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 7, num. 4, v. *Insuper*. — ⁴ Tr. 9, punct. 14, § 3, num. 7 et seqq. — ⁵ Loc. cit. — Pellia., tr. 7, cap. 5, n. 170. — Gasp. Hurtad., disp. 2, diff. 11, n. 40. — Turrian., lib. 9, disp. 66, dub. 4. — ⁶ De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 3, v. *Dico* 7. — Avila, loc. cit., dub. 1, v. *Octavo est*. — Henricq., lib. 14, cap. 12, n. 7,

lit. f. — ⁷ Loc. cit., n. 9. — Reginaldus, lib. 30, tr. 2, n. 103. — Laym., loc. cit., cap. 7, n. 2. — Turr., loc. cit., v. *Sed oportet considerare*, et v. *Ego vero*. — Gasp. Hurt., loc. cit., n. 40. — Bauny, theol. mor., part. 2, tr. 11, qu. 23, quaestiu. 11. — ⁸ Part. 3, tr. 5, resol. 79 et in addit., resol. 15 et part. 8, tr. 7, resol. 61. — ⁹ Tr. 10, cap. 9, n. 9 et seqq. — Palaus, tr. 9, punct. 14, § 4, num. 2. — Pellia., loc. cit., num. 173. — Gasp. Hurt., loc. cit., diff. 11, n. 39 et 40. — Turr., de Censur., lib. 9, disp. 66, dub. 3. — Machado, lib. 1, part. 3, tr. 18, docum. 5, n. 3 et seqq.

^{c)} Vasquez male citatur a Salmant. (ex Diana et Turriano); nam expresse in *Iam 2ae, disp. 100, n. 45, al. qu. 73, art. 8, dub. 3, i. f.* contrarium tenet. Sed forte citant Vasquez non ex eius operibus, sed voce consulentem, ut videtur ex modo loquendi Turriani et Hurtadi.

465. - ^{a)} Suarez, *disp. 47, sect. 4, n. 10*, videtur potius contrarium docere, dum scri-

bit: « Qui causa pietatis assistunt huiusmodi supplicii omnino cavere debent, ne aliquid faciant vel loquantur, quo supplicium accelerare vel illud quoquo modo juvare videantur ».

^{b)} Vasquez hoc modo a Turriano citatur: « Ita sensit P. Vasquez ».

^{c)} Diana, *loc. cit.*, hanc sententiam ut probabilem defendit.

ter etiam dicunt Contin. Tournely¹; et Salmant.² cum a) Avila et Henriquez]. — « Nec iudices ecclesiastici, degradatum « tradentes brachio saeculari; nec clerici « accusantes aliquem in causa criminali; « modo expresse protestentur, se non in- « tendere ut puniatur poena sanguinis, sed « tantum ut sibi vel suis satisfiat, vel im- « pediantur mala sibi aut aliis imminen- « tia. Vide Bonacina³, Tanner⁴, etc. ».

467. - Ex cap. *Sententiam, ne clerici vel monachi*, vetitum est clericis in sacris constitutis, vel beneficiariis, a) et omnibus regularibus se intromittere in causam sanguinis (intelligitur, unde mors aut mutilatio sequatur), iudicando vel testificando, exsequendo, etc. Et ideo peccant mortaliter, si quomodolibet ad illam adjuvant.

468. - Fiunt autem *irregulares*, omnes qui ad sententiam sanguinis concurrunt. — Et:

1^o. *Judices*, eorumque assessores. — Non vero domini temporales, etiam ecclesiastici, committentes aliis huiusmodi causas, ex cap. *ult., ne clerici vel monachi, in 6^o*, nisi ipsi jubeant ut iudex aliquem in particulari suspendere, vel sententiam statim exsequi faciat. — Palaus⁵; et Salmant.⁶ cum Henriquez a), Cornejo.

2^o. *Testes voluntarii*, qui libere se offerunt ad testificandum contra reum; etiamsi protestentur, non intendere sententiam sanguinis. — Nam si coacti sint ad testimonium faciendum, sane excusantur; ut recte docent Suarez⁷, Bonacina⁸, Palaus⁹; et Salmant.¹⁰ cum Coninck b) et communi. Et idem dicendum de advocatis et pro-

curatoribus accusatoris, coactis ad eum tuendum: Salmant.¹¹ cum iisdem.

3^o. *Accusatores vel denuntiatores* (sive formales, sive materiales, nempe si tantum exhibeant querelas, ut ait Tamburinius¹²), qui coram iudice saeculari accusant reum de crimine digno sententia sanguinis, criminalem petentes vindictam. — Et tunc tam clericus, quam laicus accusans fiunt irregulares; ut communiter Bonacina, Pellizzarius, Palaus¹³. Cum hac autem differentia, quod clericus, praeter irregularitatem quam incurrit, peccat mortaliter, si est in sacris vel beneficiatus, et accuset sine justa causa; vel si adsit causa, et accuset sine protestatione (ut Salmant.¹⁴).

Minime tamen irregularitatem incurrit accusator (sive laicus, sive clericus) qui accusat reum, tantum ut *proprium damnum* praecaveat, vel sibi resarciatur; facta protestatione, se non velle poenam sanguinis; ut habetur ex cap. *Praelatis, de homicid., in 6^o*. Et hoc currit, etiamsi talis protestatio ficte ponatur (ut Suarez¹⁵, Bonacina¹⁶, Palaus¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Avila, Coninck, Filliuccio, Pellizzario, Cornejo, Henriquez, etc.). Necnon etiamsi fiat protestatio post accusationem, dummodo ante sententiam (Bonacina¹⁹, Sayrus, Pellizzarius et Salmant.²⁰).

Advertendum vero, quod protestatio solum suffragatur in causa propria; non autem in causa *aliorum*: — nisi hi sint cognati usque ad quartum gradum; ut Palaus²¹, Concina²²; et Salmant.²³ cum Bonacina, Cornejo, Pellizzario c), Henri-

3. Accusatores.

Limitationes.

Quid de protestatione.

Concurrentes ad sententiam sanguinis sunt irreg.

1. Iudices.

2. Testes voluntarii.

¹ De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 3, v. *Dico* 7. — ² Tr. 10, cap. 9, n. 10. - *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 2, dub. 1, v. f. - *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, num. 7, lit. e. — ³ Qu. 4, punct. 1, n. 27 et punct. 2, num. 1 et seqq. — ⁴ Tom. 4, disp. 6, qu. 10, dub. 11, n. 206 et seqq. — ⁵ Loc. cit., § 1, n. 3. — ⁶ Loc. cit., n. 5. *Cornejo*, disp. 11, dub. 1, post princ. et qu. 1. — ⁷ Disp. 47, sect. 3, n. 4. — ⁸ Qu. 4, punct. 3, n. 8. — ⁹ Tr. 9, punct. 14, § 3, n. 3. — ¹⁰ Tr. 10, cap. 9, n. 12. — ¹¹ Loc. cit., et cfr. n. 3. — ¹² Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 11, n. 3. — ¹³ *Bonac.*, qu. 4, punct. 2, num. 2. — *Pellia.*, tr. 7, cap. 5, n. 178 et 192, cfr. n. 180. — ¹⁴ Loc. cit., § 2, n. 4. —

¹⁴ Loc. cit., num. 2 et 18. — ¹⁵ Disp. 47, sect. 2, num. 3. — ¹⁶ Qu. 4, punct. 2, num. 11. — ¹⁷ Loc. cit., § 2, num. 2. — ¹⁸ Loc. cit., n. 15. - *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 2, dub. 9, concl. 1, v. *Quinto*. - *Coninck*, disp. 18, dub. 10, n. 93. - *Fill.*, tr. 19, cap. 9, n. 248. - *Pellia.*, loc. cit., num. 179, - *Cornejo*, disp. 11, dub. 1, qu. 6. - *Henriq.*, lib. 14, cap. 11, n. 5. — ¹⁹ Loc. cit., n. 5. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 18, n. 3. - *Pellia.*, loc. cit., n. 179, i. f. ²⁰ Tr. 10, cap. 9, num. 15. — ²¹ Loc. cit., § 2, n. 6. — ²² De Censur., diss. 2, cap. 7, n. 16. — ²³ Loc. cit., n. 17. - *Bonac.*, loc. cit., n. 4. - *Cornejo*, loc. cit., qu. 6, v. *Sed quid si... alteri illata*.

466. - a) Auctores isti non citantur pro hoc asserto a Salmant., licet illud teneant.

467. - a) Textus dicit: « Nullus clericus »; quod auctores restringunt ad clericos in sacris vel beneficiarios.

468. - a) Henriquez, *lib. 14, cap. 12, n. 6*, lit. m, concordat quoad restrictionem tantum.

b) Coninck utique, *disp. 18, dub. 10, n. 96*, propendere videtur in hanc opinionem, sed in fine concludit: « Quid tamen hac in re dicendum sit, ob multorum sententiam contrariam non ausim definire ».

c) Pellizzarius, *loc. cit., n. 181*, probabile existimat, licet contrarium sit communius et

quez, etc.: — vel nisi causa sit propriae ecclesiae; ut Suarez¹; et Bonacina² cum Molina, Sayro^{d)}, Avila, Filliuccio, Ugolino^{d)}, Rodriguez, Henriquez^{d)}, etc. — Idem ait Concina, si causa sit domesticorum.

Item, si damna sint in futurum aliis inferenda, ita ut non possint alia via reparari, bene potes, et quandoque debes clericum^{e)} reum accusare, post protestationem: imo, etiam protestatione omissa (ut ajunt Salmant.³); quia talis accusatio est mera defensio innocentis.

469. - Quaeritur: *an episcopi possint dispensare in hac irregularitate, si fuerit occulta?*

Affirmant Diana^{a)}, Sà^{a)}, Barbosa, etc., apud Salmant.⁴; quia Tridentinum con-

cedit eis dispensare in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario. Sed verius Bonacina⁵, Palaus⁶; et Salmant.⁷ cum Bonacina, Bañez, Hurtado, Palao, etc., omnino dicunt esse negandum; quia concilium clare ibi loquitur tantum de irregularitatibus provenientibus ex delicto.

Praelati autem regulares bene possunt cum suis subditis dispensare in hac irregularitate, siva occulta sive publica. Quia regulares concessionem universe habent dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario (juxta limitationem datam, n. 396). — Ita Diana⁸; et Salmant.⁹ cum Lezana, Bordonio, Diana, Candido, Villalobos, etc.

Verius episcopi non dispensant in hac irreg.

Praelati regulares dispensant.

Facultates S. Poenitentiarum.

470. Hic ultimo operae pretium est adnotare, in quibus casibus aut censuris, irregularitatibus, aut aliis poenis, recurri possit ad S. Poenitentiarum pro absolutione, dispensatione aut relaxatione. — In bulla, quae incipit *Pastor bonus*, edita a nostro Summo Pontifice Benedicto XIV, die 13 April. 1744, habetur, posse S. Poenitentiarum:

1^o. Absolvere a quibuscumque casibus et censuris, etiam bullae Coenae, regulares pro utroque foro: saeculares vero, tam ecclesiasticos, quam laicos, etiam in utroque foro, a censuris publicis latis a

jure; et etiam ab homine si exspirata sit jurisdictio judicis, vel si lator censuras illas reservavit Sedi apostolicae, modo judici et parti satisfecerint. Quod si pars injuste refutet satisfactionem oblatam, potest Poenitentarius convenientem satisfactionem arbitrari.

2^o. Posse absolvere haereticos occultos; modo nullos actus extrinsecos fecerint, ex quibus potuerint alii dignoscere eos ut haereticos^{a)}; item publicos haereticos, casu quo non est opus complices denunciare. — Posse etiam absolvere principes administratores rerum publicarum, et episco-

De haereticis.

De censuris.

Henriq., lib. 14, cap. 11, n. 4. — ¹ Disp. 47, sect. 2, n. 17. — ² Qu. 4, punct. 2, n. 5. *Molina*, tr. 3, disp. 74, n. 11. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 2, dub. 9, concl. 1, v. *Tertio*. — *Fill.*, tr. 19, cap. 9, n. 251. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 169, num. 7, concl. 6. — *Concina*, de Censur., diss. 2, cap. 7, num. 16. — ³ Tr. 10, cap. 9, num. 17. — *Sà*, v. *Irregular. ex deformatione licita*, n. 5 (edit. genuina). — *Barb.*, alleg. 39, num. 47. — ⁴ Loc. cit., n. 23. — ⁵ Disp. 7, qu. 4,

punct. 4, num. 13 et punct. ult., n. 13. — ⁶ Tr. 9, disp. 6, punct. 14, § 5, num. 6. — ⁷ Loc. cit. — *Bonac.*, loc. cit. — *Bañez*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 14, art. 8, part. 4, dub. 2. — *Gasp. Hurt.*, disp. 2, diff. 20, num. 66. — *Palaus*, loc. cit., n. 6. — ⁸ Part. 4, tract. 2, resol. 69. — ⁹ Loc. cit., num. 24. — *Lezana*, Sum., tom. 1, cap. 18, n. 43. — *Bordon.*, part. 1, resol. 13, n. 14. — *Diana*, loc. cit. — *Candid.*, disquis. 24, art. 61, dub. 19 et seqq. — *Villal.*, part. 1, tr. 21, diff. 28, num. 10.

probabilius, ut ipse ait. Nota praeterea non paucos ex citatis auctoribus loqui profecto de propinquis, sed omittere gradum propinquitatis.

^{d)} Sayrus, *loc. cit.*, n. 3; Ugolinus, *cap. 6*, § 9, n. 6; Henriquez, *loc. cit.*, n. 4, lit. g., res ecclesiae suae non comprehendunt in hoc, nisi forte quatenus loquuntur de rebus propriis illius clerici.

^{e)} Legendum est: « Bene potest et quandoque debet clericus ».

469. - ^{a)} Diana non recte citatur a Salmant.; probabilem enim existimat hanc opinionem, *part. 4, tr. 2, resol. 69*, et *part. 8, tr. 7, resol. 61*; sed cum ipso S. Alphonso dicit, *part. 4, loc. cit.*: contrariam esse probabiliorum et sequendam. Emmanuel Sà pariter, *loc. cit.*, scribit solum: « *Secundum quosdam*, potest prorsus cum iudice et ejus ministris dispensare ».

470. ^{a)} Vel etiam « quando praedicti haeretici occulti aliquos actus extrinsecos

pos ac alios praelatos, a casibus publicis bullae *Coenae* ^{b)}.

De irregularitatibus.

3°. Posse dispensare in occultis irregularitatibus et inhabilitatibus, etiam ex homicidio voluntario; non tamen, ut post homicidium possint promoveri ad episcopatum ^{c)}. — Item, etiam ab inhabilitatibus et irregularitatibus propter haeresim; modo fuerint penitus occultae.

De homicidiis.

4°. Posse dispensare cum homicidiis et aliis, ut valeant profiteri in religione approbata, et fieri deinde etiam sacerdotes.

De male promotis.

5°. Cum male promotis, ut omissos ordines possint clam suscipere, non servatis interstitiis et temporibus ^{d)}; non autem sacros, una die.

De simoniaciis.

6°. Posse dispensare ^{e)} cum occultis simoniace ordinatis.

De beneficiis.

7°. Posse convalidare titulos beneficiorum ^{f)} cum occulta inhabilitate obtentorum.

De pretio simoniaco.

8°. Posse partem pretii simoniaci condonare, ob delinquentis paupertatem.

De fructibus male perceptis.

9°. Posse cum Gallis, Belgis, Polonis, et ulterioribus, remittere fructus male perceptos; — componere vero cum Italis, Hispanis, etc., et cum pauperibus etiam remittere ^{g)}.

De restitutionibus incertis.

10°. Posse remittere partem de male ablatis vel retentis, si dominus sit incertus, casus occultus, et delinquens pauper; reliquum erogando in pauperes vel pia opera, in locis, si fieri potest, ubi illa ablata sunt.

De iis qui acceperunt munera a regularibus.

11°. Posse absolvere qui munera acceperint a regularibus, modo non excedant decem scutos; vel etiam si excedant, facta prius restitutione, vel praestita obligatione satisfaciendi.

De legatis relictis virginibus.

12°. Cum puellis quae virgines non sunt, posse dispensare, ut fruantur legato virginibus relicto: in casibus tamen

occultis, et in foro conscientiae; — vel cum virginibus, ut intrent monasterium mulierum poenitentium.

13°. Posse relaxare iuramenta, quae non sunt in favorem alterius.

14°. Posse vota simplicia ^{h)}, etiam castitatis, dispensando commutare, aut implementum differre.

15°. Dispensare, commutando in alias preces vel alia pia opera, super recitationem divini officii.

16°. Dispensare in occultis, cum regularibus, quibusvis irregularitatibus, inhabilitatibus et poenis: non autem in publico defectu natalium quoad generalatum. In publicis vero, nonnisi auditis superioribus.

17°. Posse absolvere apostatas a censuris, cum reincidentia, si non redeant intra praefinitum tempus: dilata dispensatione super irregularitate si quam contraxerint, usque ad actualem reditum. — Posse etiam concedere, ut ipsi transeant ad alium ordinem.

18°. Posse concedere transitum ad religionem laxiorem: modo ibi vigeat regularis observantia; non tamen ad ordinem S. Benedicti antiquioris observantiae, neque ad consimiles congregationes cujuscumque ordinis. — Idem, quoad moniales ultra montes.

19°. Posse absolvere et dispensare super defectibus et censuris, etiam ob clausurae violationem.

20°. Item concedere confessarium monialibus (Vide dicta de hoc, *Lib. VI, n. 576, v. Idque*).

21°. Vacante Sede apostolica, habere facultatem in foro conscientiae, etiam in casibus, a quibus vivente Pontifice non poterat: tamen cum reincidentia, si ad novum Pontificem petentes non se praesentent. Hancque facultatem, post cardi-

De iuramentis.

De votis.

De divino officio.

De dispensatione casuum quoad regulares.

De apostatis.

De transitu ad aliam religionem.

De violatione clausurae.

De confessario monialium.

De facultatibus, vacante Sede apostolica.

fecerint ex quibus dignosci potuissent pro haereticis, dummodo eosdem actus... nullus, quem ipsi sciant, notaverit vel adverterit ».

^{b)} Contra, hanc facultatem Pontifex negat Poenitentiaro. Sed vide notam *a* ad *lib. 6, n. 1144*.

^{c)} Haec sunt verba bullae: «ad hoc ut... hujusmodi beneficia et dignitates, exceptis (quando agitur de homicidio voluntario vel alio gravissimo excessu) ecclesiis cathedra-

libus et metropolitanis, etiam post delictum assequi valeant ».

^{d)} Et etiam ut possint sine dimissoriis ordinarii.

^{e)} Ad sacros ordines.

^{f)} Etiam beneficii in concursu obtenti.

^{g)} Sine tamen praepudio illorum quibus distributiones accrescere vel non decrescere debent.

^{h)} Tametsi privato iuramento confirmata.

nalis Poenitentiarii ingressum in conclave, transire ad Signaturam.

Alia, quae pertinent ad matrimonii materiam, vide *Lib. VI, n. 1144*. — Alia minus scitu necessaria, observare potes in citata bulla *Pastor bonus*.

Demum hic nota, quod, cum litterae S. Poenitentiariae committuntur Magistro Theologiae, vel decretorum Doctori, pos-

sunt eas exsequi confessarii Societatis Jesu designati a generali, vel a provinciali de ejus licentia ⁱ⁾; ut concessit Gregorius XIII, 3 April. 1582. — Et possunt lectores jubilati ordinis Minorum; ex concessione Innocentii XI, 27 Nov. 1679. — Ac ideo idem possunt omnes regulares, in privilegiis eorum communicantes. Ita refert Elbel¹.

Gregor. XIII, bulla *Exponi nobis nuper*, de die 3 Apr. 1582; in *Instit. S. J.* — *Innocent. XI*, bulla *Exponi nobis*

nuper, de die 27 Nov. 1679; in *Bullar. Mainardi*. — ¹ *De Matr.*, confer. 20, num. 513.

ⁱ⁾ Gregorius hanc facultatem concedit « Presbyteris Societatis hujusmodi per te [Generalem] vel tibi subordinatos illius Superiores de tua licentia designandis, et ab

Ordinariis locorum approbatis vel approbandis ». Hinc videtur facultas designandi hujusmodi presbyteros extendi posse ad quoscunque domorum superiores.

APPENDIX EDITORIS

AD TRACTATUM DE CENSURIS

Constitutio Apostolicae Sedis, Pii IX, de die 12 Octobris 1869.

Apostolicae Sedis moderationi convenit, quae salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere ut si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, eadem Apostolica Sedes congruum supremae suae potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo Nostro jam pridem revolveremus ecclesiasticas censuras, quae per modum *latae sententiae*, ipsoque facto incurrendae, ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiae tutandam, effraenemque improborum licentiam coercendam et emendandam, sancte per singulas aetates indictae ac promulgatae sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis ob quas impositae fuerant, vel a pristina utilitate atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequenter oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientiae; Nos ejusmodi incommodis occurrere volentes, plenam earumdem recensionem fieri, Nobisque proponi jussimus, ut diligenti adhibita consideratione statueremus quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari aut abrogare congrueret.

Ea igitur recensione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis fidei generalibus Inquisitoribus, per universam christianam Rempublicam deputatis, in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione Nostra, deque Apostolica Nostrae potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura constitutione decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti quae per modum *latae sententiae* ipsoque facto incurrendae hactenus impositae sunt, nonnisi illae, quas in hac ipsa constitutione inserimus; eoque modo quo inserimus robur exinde habeant; simul declarantes easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra constitutione conveniunt, ve-

rum etiam hac ipsa constitutione Nostra, non secus ac si primum editae ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.

I. Itaque *excommunicationi latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae* subjacere declaramus:

1°. Omnes a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos haereticos, quocumque nomine censeantur, et cujuscumque sectae existant; eisque credentes; eorumque receptores, fautores, ac generaliter quoslibet illorum defensores.

2°. Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eorumdem apostatarum et haeticorum, haeresim propugnantes, necnon libros cujusvis auctoris per Apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes, et quomodolibet defendentes.

3°. Schismaticos, et eos, qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt.

4°. Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum concilium appellantes; necnon eos, quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit.

5°. Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, Sedisque apostolicae legatos, vel nuntios, aut eos a suis dioecesibus, territoriis, terris seu dominiis, ejicientes; necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

6°. Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum saeculare, ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium, vel favorem praestantes.

7°. Cogentes, sive directe, sive indirecte, iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas, praeter canonicas dispositiones; item edentes leges vel decreta contra libertatem aut jura Ecclesiae.

8°. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quaelibet a Sede

Apostolica, vel ab ejusdem legatis aut delegatis quibuscumque profecta, eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes; aut eorum causa, sive ipsas partes, sive alios, laedentes vel perterreficientes.

9°. Omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma brevis ac supplicationum gratiam vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vice-Cancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum; nec non falso publicantes litteras Apostolicas, etiam in forma brevis; et etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vice-Cancellarii aut gerentis vices praedictorum.

10°. Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non approbatus ad confessiones, sine gravi aliqua exortura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem.

11°. Usurpantes, aut sequestrantes jurisdictionem, bona, redditus ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.

12°. Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios, civitates, terras, loca aut jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis; necnon ad singula praedicta auxilium, consilium, favorem praebentes.

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensitis absolutionem Romano Pontifici pro tempore speciali modo reservatam esse et reservari, et pro ea generalem concessionem absolvendi a casibus et censuris, sive excommunicationibus Romano Pontifici reservatis nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper earumdem respectu quibuscumque indultis concessis sub quavis forma et quibusvis personis etiam regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam speciali mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem praesumentes sine debita facultate, etiam quovis praetextu, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservatae innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiae, si convaluerint.

II. *Excommunicationi latae sententiae Romano Pontifici reservatae* subjacere declaramus:

1°. Docentes vel defendentes, sive publice sive privatim, propositiones ab Apostolica Sede damnatas sub excommunicationis poena latae sententiae; item docentes vel defendentes tamquam licitam, praxim inquirendi a poenitente nomen complicis, prout damnata est a Benedicto XIV in const. *Suprema* 7 Julii 1745, *Ubi primum* 2 Julii 1746, *Ad eradicandum* 28 Sept. 1746.

2°. Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in clericos, vel utriusque sexus monachos; exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus, jure vel privilegio, permittitur, ut episcopus aut alius absolvat.

3°. Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem praebentes, necnon de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.

4°. Nomen dantes sectae massonicae aut carbonariae, aut aliis ejusdem generis sectis, quae contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam seu clandestine machinantur; necnon iisdem sectis favorem qualemcumque praestantes; earumque occultos coryphaeos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiaverint.

5°. Immunitatem asyli ecclesiastici, ausu temerario violare jubentes aut violantes.

6°. Violantes clausuram monialium, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus vel aetatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes; itemque moniales ab illa exeuntes extra casus ac formam a S. Pio V in constitutione *Decoris* praescriptam.

7°. Mulieres violantes regularium virorum clausuram; Superiores aliosve eas admittentes.

8°. Reos simoniae realis in beneficiis quibuscumque, eorumque complices.

9°. Reos simoniae confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis.

10°. Res simoniae realis ob ingressum in religionem.

11°. Omnes qui, quaestum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus, excommunicationis censura plectuntur in constitutionem S. Pii V, *Quam plenum*, 2 Januarii 1569.

12°. Colligentes eleemosynas majoris pretii pro missis, et ex iis lucrum captantes, faciundo eas celebrari in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent.

13°. Omnes qui excommunicatione multantur in constitutionibus S. Pii V, *Admonet nos*, IV kal. Aprilis 1567; Innocentii IX, *Quae ab hac Sede*, pridie nonas Nov. 1591; Clementis VIII, *Ad Romani Pontificis curam*, 26 Junii 1592, et Alexandri VII, *Inter ceteras*, nono kalendas Nov. 1660, alienationem et infeudationem civitatum et locorum S. R. E. respicientibus.

14°. Religiosos praesumentes clericis aut laicis, extra casum necessitatis, sacramentum Extremae Unctionis, aut Eucharistiae per viaticum, ministrare, absque parochi licentia.

15°. Extrahentes, absque legitima venia, reliquias ex sacris coemeteriis sive catacumbis

Urbis Romae, ejusque territorii, eisque auxiliium vel favorem praebentes.

16°. Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimine criminoso, ei scilicet impendendo auxiliium vel favorem.

17°. Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a R. Pontifice nominatim excommunicatis, et ipsos in officiis recipientes.

III. *Excommunicationi latae sententiae episcopis sive Ordinariis reservatae* subjacere declaramus:

1°. Clericos in sacris constitutos vel regulares aut moniales, post votum solemne castitatis matrimonium contrahere praesumentes; necnon omnes cum aliqua ex praedictis personis matrimonium contrahere praesumentes.

2°. Procurantes abortum, effectu secuto.

3°. Litteris Apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini ea in re cooperantes.

IV. *Excommunicationi latae sententiae nemini reservatae* subjacere declaramus:

1°. Mandantes seu cogentes tradi ecclesiae sepulturae haereticos notorios, aut nominatim excommunicatos, vel interdictos.

2°. Laedentes aut perterrefacientes inquirentes, denuntiantes, testes, aliosve ministros S. Officii, ejusve sacri Tribunalis scripturas diripientes, aut comburentes; vel praedictis quibuslibet auxiliium, consilium, favorem praestantes.

3°. Alienantes, et recipere praesumentes bona ecclesiastica, absque beneplacito Apostolico, ad formam Extravagantis *Ambitosae*, de rebus Ecclesiae non alienandis.

4°. Negligentes, sive culpabiliter omittentes denunciare, infra mensem, confessarios sive sacerdotes, a quibus sollicitati fuerint ad turpia, in quibuslibet casibus expressis a praedecessoribus Nostris, Gregorio XV, constit. *Universi*, 20 Augusti 1622, et Benedicto XIV, constit. *Sacramentum Poenitentiae*, 1 Junii 1741.

Praeter hos hactenus recensitos, eos quoque, quos sacrosanctum concilium Tridentinum, sive reservata Summo Pontifici aut Ordinariis absolute, sive absque ulla reservatione excommunicavit, Nos pariter ita excommunicatos esse declaramus; excepta anathematis poena in decreto sess. 4, *de editione et usu Sacrorum Librorum*, constituta, cui illos tantum subjacere volumus qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii adprobatione imprimunt, aut imprimi faciunt.

V. 1°. Suspensionem ipso facto incurrunt a suorum beneficiorum perceptione, *ad beneplacitum S. Sedis*, capitula et conventus ecclesiarum et monasteriorum, alique omnes, qui ad illarum, seu illorum regimen et administrationem recipiunt episcopos, aliosve praelatos, de praedictis ecclesiis, seu monasteriis, apud eandem S. Sedem quovis modo

provisos, antequam ipsi exhibuerint litteras Apostolicas de sua promotione.

2°. Suspensionem *per triennium* a collatione ordinum ipso jure aliquem ordinantes, absque titulo beneficii, vel patrimonii, cum pacto ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta.

3°. Suspensionem *per annum* ab ordinum administratione ipso jure incurrunt ordinantes alienum subditum, etiam sub praetextu beneficii statim conferendi, aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus episcopi litteris dimissorialibus; vel etiam subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus.

4°. Suspensionem *per annum* a collatione ordinum ipso jure incurrunt, qui, excepto casu legitimi privilegii, ordinem sacrum contulerit absque titulo beneficii, vel patrimonii, clerico in aliqua congregatione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo.

5°. Suspensionem *perpetuam* ab exercitio ordinum ipso jure incurrunt religiosi ejecti, extra religionem degentes.

6°. Suspensionem ab ordine suscepto ipso jure incurrunt, qui eundem ordinem recipere praesumpserunt ab excommunicato, vel suspenso, vel interdicto nominatim denuntiatis, aut ab haeretico, vel schismatico notorio; eum vero, qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus.

7°. Clerici saeculares exteri, ultra quatuor menses in Urbe commorantes, ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario, absque licentia Card. Urbis Vicarii, vel absque praevio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario posteaquam in praedicto examine rejecti fuerint; necnon clerici pertinentes ad aliquem e sex episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam dioecesim, dimissorialibus sui Ordinarii ad alium directis quam ad Card. Urbis Vicarium; vel non praemissis ante ordinem sacrum suscipiendum exercitiis spiritualibus per decem dies in domo urbana sacerdotum a Missione nuncupatorum, suspensionem ad ordinibus sic susceptis *ad beneplacitum S. Sedis* ipso jure incurrunt; episcopi vero ordinantes ab usu pontificalium, *per annum*.

VI. 1°. Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurrunt universitates, collegia et capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis, ad universale futurum concilium appellantia.

2°. Scienter celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario, vel delegato iudice, vel a jure interdictis, aut nominatim excommunicatos ad divina officia,

seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam admittentes, *interdictum ab ingressu ecclesiae* ipso jure incurrunt, donec ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Denique quoscumque alios sacrosanctum concilium Tridentinum suspensos aut interdictos ipso jure esse decrevit, Nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus.

Quae vero censurae sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, Nostris aut praedecessorum Nostrorum constitutionibus aut sacris canonibus, praeter eas quas recensimus latae sunt atque hactenus in suo vigore perstiterunt sive pro R. Pontificis electione, sive pro interno regimine quorumcumque Ordinum et Institutorum regularium, necnon quorumcumque collegiorum, congregationum, coetuum locorumque piorum cujuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse et in suo robore permanere volumus et declaramus.

Caeterum decernimus, in novis quibuscumque concessionibus ac privilegiis, quae ab Apostolica Sede concedi cuivis contigerit, nullo modo ac rationi intelligi unquam debere aut posse comprehendere facultatem absolvendi a casibus et censuris quibuslibet Romano Pontifici reservatis, nisi de iis formalis, explicita ac individua mentio facta fuerit; quae vero privilegia aut facultates, sive a praedecessoribus Nostris sive etiam a Nobis cuilibet coetui, ordini, congregationi, societati et instituto etiam regulari cujusvis speciei, etsi titulo peculiari praedito, atque etiam speciali mentione digno a quovis unquam tempore hucusque concessae fuerint, ea omnia easque omnes Nostra hac constitutione revocatas, suppressas et abolitas esse volumus, prout reapse revocamus, supprimimus et abolemus, minime refragantibus aut obstantibus privilegiis quibuscumque etiam specialibus, comprehensis vel non in corpore juris aut apostolicis constitutionibus et quavis confirmatione apostolica, vel immemorabili etiam consuetudine aut alia quacumque firmitate roboratis quibuslibet etiam formis ac tenoribus et cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, quibus omnibus, quatenus opus sit, derogare intendimus et derogamus.

Firmam tamen esse volumus absolvendi facultatem a Tridentina Synodo episcopis concessam, *sess. 24, cap. 6, de reform.*, in quibuscumque censuris Apostolicae Sedi hac nostra constitutione reservatis, iis tantum exceptis, quas eidem Apostolicae Sedi speciali modo reservatas declaravimus.

Decernentes has litteras atque omnia et singula quae in eis constituta ac decreta sunt, omnesque et singulas, quae in eisdem factae sunt, ex anterioribus constitutionibus praedecessorum Nostrorum atque etiam Nostris aut ex aliis sacris canonibus quibuscumque, etiam conciliorum generalium et ipsius Tridentini, mutationes, derogationes, suppressiones atque abrogationes ratas et firmas ac respective rata atque firma esse et fore suosque plenarios et integros effectus obtinere debere ac reapse obtinere; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos et Apostolicae Sedis nuntios ac quosvis alios quacumque praeeminentia ac potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari ac definiri debere; et irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam praetextu cujuslibet privilegii aut consuetudinibus inductae vel inducendae quam abusum esse declaramus, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis aliisque quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis etiam speciali et individua mentione dignis necnon consuetudinibus quibusvis, etiam immemorabilibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo sexagesimo nono, quarto idus Octobris, pontificatus Nostrum anno vicesimo quarto.

PRAXIS CONFESSARII

AD BENE EXCIPIENDAS CONFESIONES

PRAEFATIO EDITORUM

Magno Theologiae moralis operi addenda esse duximus duo minora S. Doctoris opera, quorum alterum *Praxis Confessarii*, alterum *Examen Ordinandorum* inscribitur, atque hac in re ipsius S. Auctoris exemplum secuti sumus.

Et *Praxim* quidem, italice scriptam sub titulo: *Pratica del Confessore, per ben esercitare il suo ministero*, S. Alphonsus prima vice publici juris fecit in secunda Theologiae moralis editione (Neapoli, 1755), ubi in calce posterioris voluminis adjecta reperitur. Quem libellum separatim etiam edendum curavit Neapoli, eodem anno 1755.

Praxis
italice pro-
diit anno
1755.

Omnes fere auctores qui *Praxim* memorant, ejus primam editionem anno 1748 adscribunt. Verum ipsi decepti sunt ex quadam Alphonsi epistola, quae data fertur die 31 Maji 1748, ubi nempe S. Doctor, Patri cuidam S. J., cujus nomen non liquet, haec annuntiat: « Mitto tibi librum *Pratica del confessore*, a me nuperrime in lucem editum, qui revera compendium est magni operis Theologiae moralis prius a me conscripti¹ ».

Et non
anno 1748.

At certum est, errasse eum qui in hac epistola annum 1748 legisse putavit.

Nam 1^o Uti constat ex quibusdam manuscriptis, in archivio nostro generali asservatis², prima editio Theologiae moralis prodiit solum mense Septembri anni 1748. — 2^o Facultas imprimendi primam Theologiae moralis editionem data fuit ab Ordinario die 23 Julii 1748 et a revisore regio die 27 Julii ejusdem anni. Quomodo autem S. Doctor, die 31 Maji 1748, scribere potuisset quae leguntur in epistola supradicta? — 3^o In alia nulla S. Doctoris epistola ante annum 1755, de hoc opere fit mentio. Praeterea

Probatur.

¹ « G'invio la *Pratica del confessore* che ultimamente ho dato alla luce, che in sostanza è un compendio dell'opera grande di Morale che prima feci ». Lettere di S. Alfonso, Corrispondenza generale, epist. 99, editio romana 1887, exscribens epist. 9, editionis romanae 1815, vol. 1, § 1.

² Sub titulo: *Commentaria de Vita S. Alphonsi et de rebus Congr. SS^mi Redemptoris* (20 vol. in-fol., ms.; tom. 3, pag. 275). Et cfr. Aug. Berthe, S. Alphonse de Liguori, lib. 2, cap. 18, v. f.

servantur in nostro archivo plures ex litteris gratulatoriis, quas, sub finem anni 1748, edita primum Theologia morali, auctori Alphonso rescripserunt amici ac praesules. Jam vero nemo eorum ne verbum quidem facit de opere *Pratica del Confessore*. — 4^o S. Auctor, quum, die 8 Junii 1755, Benedicto XIV alterum offerret volumen Theologiae morales, secunda vice excusae, haec ad illum scripsit: « Sanctitati Vestrae mitto volumen secundum Theologiae morales, cui elaborando duos annos insudavi... De iis quae ad praxim pertinent, compendium *postea* feci lingua vernacula illudque inserui in Opere, et seorsim quoque edidi¹ ». Atque iisdem fere verbis usus est scribens ad typographum Remondini².

Haec autem omnia explicari non possent, si jam, anno 1748, S. Alphon-
sus publici juris fecisset opus suum *Pratica del Confessore*.

Conclusio.

Sit ergo nostra conclusio: epistolae S. Doctoris, de qua agitur, falso appositum fuisse in exemplaribus prelo editis annum 1748; et revera esse legendum diem 31 Maji 1758³. Haecque conclusio confirmatur ex eo quod, ineunte anno 1758⁴, S. Doctor primam absolverat editionem sui operis *Istruzione e Pratica per un confessore*;⁵ quem quidem librum, uti patet ex suis epistolis, S. Doctor modo appellabat « *la Pratica grande*⁶ » modo « *la Pratica*⁷ », modo « *il Compendio della Morale*⁸ ». Quae omnia luculenter explicant modum loquendi adhibitum in epistola data die 31 Maji 1758.

His praeactis de anno quo prodiit libellus *Pratica del Confessore*, dicendum superest de sorte quam habuit.

Illum tanti faciebat Alphonsus, ut non dubitaverit asserere sine hac appendice suam Theologiam moralem « mancam esse ac imperfectam⁹ ». Quapropter sedulo curavit ut in omnibus Operis majoris editionibus insereretur.

Libellus
latine ver-
titur.

Sed cum jam a tertia recusione, omnes editiones Venetiis typis Remondianis prodierint, indeque in varias Europae partes diffunderentur, necesse erat hoc opusculum in latinum verti sermonem. Quae versio partim a S. Do-

¹ « Invio a V. S. il secondo tomo della Morale che mi ha costato due anni di fatica... Delle materie pratiche appartenenti all'istruzione de' confessori, ne ho fatto poi un ristretto in lingua volgare e l'ho inserito nell'opera e l'ho stampato anche a parte ». Corrisp. generale, epist. 197.

² Cfr. Corrisp. speciale, epist. 13, diei 12 Jun. 1756 et epist. 14, diei 14 Jun. 1756.

³ Cum desit in archivo nostro autographa haec epistola, dicendum nobis est, aut irrepsisse mendum typographicum in prima editione Romana (1815), aut perperam lectum fuisse scriptum originale, quod facile accidere potuit, quia in manuscriptis S. Alphonsi nota numeraria 4 parum differt a 5. Cfr. Lettere di S. Alfonso, edit. rom. 1887, pag. ante praefat. tom. 1.

⁴ Corrisp. speciale, epist. 36, diei 10 Mart. 1758.

⁵ Opus quod a secunda editione titulum habuit: « *Istruzione e pratica per li confessori* ».

⁶ Corrisp. speciale, epist. 25, diei 18 Dec. 1756; epist. 27 diei 23 Jan. 1757; epist. 34, diei 22 Jul. 1757, etc.

⁷ Corrisp. speciale, epist. 35, diei 28 Aug. 1757; epist. 37, diei 14 Apr. 1758; epist. 39, diei 5 Jun. 1758; epist. 40, diei 2 Jul. 1758, etc.

⁸ Corrisp. speciale, epist. 23, diei 9 Oct. 1756; epist. 30, diei 15 Apr. 1757; epist. 33, diei 2 Jun. 1757; epist. 36, diei 10 Mart. 1758; epist. 41, diei 16 Jul. 1758, etc.

⁹ Corrisp. speciale, epist. 19, diei 1 Oct. 1756.

ctore, partim, ejus jussu, a duobus Sodalibus confecta est. Horum tamen interpretationem S. Auctor, ad Remondinium scribens, promisit se esse revisurum ¹. Quin etiam, uni ex interpretibus haec mandavit: « Vacuum relinque dimidium paginarum marginem, ubi, si opus fuerit, addere aliquid possim ² ».

Haec igitur versio latina sub titulo: *Praxis confessorii ad bene excipiendas confessiones*, primum addita fuit tertiae editionis Theologiae moralis, quae anno 1757 Venetiis prodit. Ex eo tempore omnes majoris Operis editiones quae, vivo Alphonso, typis sunt mandatae, item ceterae fere omnes quae post ejus mortem ab aliis accuratae fuerunt, hanc *Praxim* in fine adnexam habent.

Theologiae
moralis ad-
ditur.

Seorsim vero, dum vixit Auctor, pluries edita est. Et latine quidem prodit anno 1764, Venetiis, typis Remondini, quae editio sic inscribitur: *Praxis confessorii ad bene excipiendas confessiones, ad instructionem tyronum confessoriorum. Opus in hac novissima editione ab Auctore recognitum et pluribus additamentis locupletatum* ³. Iisdem typis iterum excusa est Bassani et Venetiis, anno 1781 ⁴. Ac paulo ante, Syracusis prodierat anno 1776, sic inscripta: *Praxis confessorii ad rite excipiendas confessiones. Opus Alphonsi de Ligorio, episcopi Sanctae Agathae Gothorum, nunc pluribus partibus auctum, emendatum et illustratum a Mercurio Maria Teresi, siculo presbytero missionario*. Sed, uti ex titulo patet, haec inter editiones *Praxis* alphonsianae computari nequit. — Italice autem prima vice separatim evulgata fuit, curante S. Doctore, ut supra diximus, statim post secundam editionem Theologiae moralis (Neapoli, 1755), deinde Venetiis, cura Remondinii, statim post tertiam editionem (1757) ⁵. Iterum prodit Neapoli, anno 1760, apud Christophorum Migliaccio, et tandem Venetiis, anno 1771, apud Joannem Vitto, haecque editio italica revisioni Apostolicae subjecta fuit.

Editiones
latinae se-
orsim fa-
ctae.

Editiones
italicae.

Jamvero si editiones annorum 1755 et 1757 excipias, ceterae omnes quae separatim prodierunt, sive italicae, sive latinae, inscio aut certe non praemonito S. Doctore curatae sunt; qua ex re facile patet cur nulla earum perfecte concordet cum textu a S. Alphonso reviso, qualis in sua Theologia moralis reperitur.

Ad nos quod attinet, in adornanda hac nostra critica editione, easdem normas secuti sumus, quas desideratissimus Pater Gaudé in Praefatione hujus editionis, tom. I, pag. XLII-XLV, sibi praestituit. Quam ob rem, primo textum

Quid prae-
seferat haec
nova editio.

¹ « Non dubiti, perchè io medesimo la rivedrò ». Corrisp. speciale, epist. 16, diei 20 Jul. 1756.

² « E scriva a mezzo margine, acciochè io vi possa aggiungere qualche cosa che occorre ». Corrisp. speciale, epist. 17, diei 24 Jul. 1756.

³ Haec editio mera est recusio *Praxis*, qualis inserta fuerat in quinta editione Theologiae moralis, anno anteriori evulgata.

⁴ Remondinius in hac editione inepte recusat textum prioris suae editionis anni 1764, neglectis additamentis et correctionibus a S. Alphonso apposis in sexta editione Theologiae moralis, anno 1767.

⁵ Cfr. Corrisp. speciale, epist. 34, diei 22 Jul. 1757, et epist. 14, diei 16 Jun. 1756.

adoptavimus qui in nona Theologiae moralis editione, ab Apostolica Sede approbata, exhibetur; quem tamen, ubi certus irrepserit error, correximus, collatis sedulo priscis editionibus, ab ipso S. Auctore curatis sive latinis, sive italica (anni 1755); quod si qua varians occurrit lectio alicujus momenti, eam in ima pagina transcripsimus. Quia vero, ut supra diximus, ipse S. Doctor prius opusculum italice composuit, ejus autem versionem latinam, magna saltem ex parte, aliis commisit, idcirco, sicubi versio haec est aperte manca aut erronea, eandem ex textu primigenio emendavimus. Denique omnes tum ipsius S. Alphonsi, tum aliorum auctorum allegationes, diligenti inquisitione juxta easdem Praefationis leges recognovimus et correximus.

EDITORES.

INTRODUCTIO

Quantum
praemium
accipient in
caelo boni
confessarii,

1. - Magna utique erit merces, qua in aeternitate compensabuntur boni confessarii, et de sua praedestinatione ita securi sunt ii qui se ad animarum salutem occupant, ut Jacobus Apostolus (v, 20) perspicue hoc testetur his verbis: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus* (nempe ejus qui converti fecerit, et ut loquitur textus graecus^{a)}, *animam suam*) a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

a quibus
pendet sa-
lus populi.

Sed luget atque lamentatur Ecclesia, videns tot filios suos propter malorum confessoriorum sive imperitiam sive incuriam sive impietatem ad gehennam destinari. Etenim ex illorum bono aut malo regimine potissimum populi pernicietas aut salus pendet. *Habeantur idonei confessarii*, dixit S. Pius V^{b)}, *ecce omnium christianorum omnimoda reformatio*. Non enim est dubitandum, quin, si omnes confessarii ea pollerent scientia et morum bonitate, quas tantum ministerium exigit, nec mundus ita peccatorum coeno deturpatus esset, nec infernus tot baptizatorum animabus repleretur.

Specialis
bonitas in
ipsis requi-
ritur,

Et cum *bonitatem* dico, non hic intelligo illam solam habitualementem, seu simplicem gratiae statum, sed positivam bonitatem quae ministrum poenitentiae decet, cui tamquam nutrici duplex alimentum opus est, unum ad sui, alterum ad prolis sustentationem. Quoniam, cum confessa-

rius aliorum conscientias dirigere debeat, maxime ei cavendum erit, ne nimia indulgentia aut immoderato rigore erret. Debet enim tot peccatorum ulcera tractare, quin se deturpet: cum mulieribus et adolescentibus saepe versari, eorum confessiones de iis rebus, de quibus magnopere erubescunt, excipiendo, quin sibi aliquid damni evenisse sentiat: cum personis praeclaris, abscisso omnium humanarum rerum respectu, magna fortitudine armari. Et, ut omnia unico verbo complectar, debet esse in charitate dives, in mansuetudine mellifluus, in prudentia gravis. Qua de re, ut hae omnes partes, ut par est, adimpleantur, non vulgari opus est bonitate, quam certe nunquam assequetur ille, cui oratio non est perfamiliaris, nec meditatio est quotidiana. Etenim alia via lucem et gratias huic tanto muneri, etiam ipsis angelicis humeris, ut dici solet, formidando, necessarias obtinere nemo potest.

ac proinde
oratio assi-
dua.

Sed deveniamus ad nostri laboris institutum, nempe ad praxim confessiones excipiendi, de qua dumtaxat hic fiet sermo. In hac praxi multas delibabo doctrinas ad ipsammet spectantes; sed ne repetam ea quae in Opere morali fusius descripsi, hic tantum annotabo loca operis, ad quae lectorem remittam, ut copiosius doctrinas rationibus et auctoritatibus confirmatas perlegat.

Scopus
S. Doctoris.

I. ^{a)} Revera non concordant codices graeci. Aliqui, ut ostendit Tischendorf, habent solum *σώσει ψυχὴν, salvabit animam*, alii *σώσει ψυχὴν αὐτοῦ, salvabit animam ejus*. Unde quidam commentatores, legentes per spiritum asperum *αὐτοῦ*, verterunt *suam*.

^{b)} Hujusmodi sententiam saepe protulit S. Pius V in suis epistolis (editis a Francisco Goubau, Antverp. 1640), sed loquens in ge-

nere de sacerdotibus. Quod autem hoc dixerit in specie de confessariis, quidquid acriter indagavimus, non potuimus invenire nec in ejus bullis (in Bullar. Mainardi), nec in ejusdem Vita descripta sive ab Hieronymo Catena (Rom. 1712), sive a Paulo Maffei (Venet. 1712), sive ab Antonio Gabutio (ap. Bollandist. Acta SS., mense Majo, tom. 1, pag. 621 et seqq.).

CAPUT I.

De officiis Confessarii ^{a)}.

2. - Quatuor sunt officia, quae bonus confessarius exercere debet: *patris* nempe, *medici*, *doctoris* et *judicis*.

In hoc capitulo de quolibet istorum singillatim sermo erit.

§ I. - Circa officium patris.

3. - Confessarius, ut boni patris partes adimpleat, debet charitate esse plenus.

Et primo charitatem adhibere debet in *benigne excipiendo omnes*, sive pauperes, sive rudes, sive peccatores sint.

Nonnulli tempus solummodo insumunt in audiendis confessionibus aliquorum devotorum aut personarum spectabilium, quia, ut has a se repellant, non est eis tantus animus; si tamen ad se aliquis miserabilis peccator accedat, aegre auditur et conviciis oneratus arcetur ^{a)}. Unde fit, ut ille miser, qui tam difficulter ad sua peccata confitenda venerit, se tam aspere acceptum sentiens ^{b)}, odium in Poenitentiae sacramentem concipiat, et desperans, se posse invenire qui sibi opituletur et se absolvat a peccatis, in perditae vitae lubricum laxis habenis praeceps ruat et in salutis desperationem incidat.

Secus boni confessarii agunt. Cum ad se hujusmodi peccatores confluunt, benigne hos excipiunt, et quasi victor capta praeda exsultant, perpendentes sibi sortem contigisse, animam de manibus daemonis eripere. Sciunt hoc sacramentum proprie non pro justis fuisse constitutum sed pro peccatoribus. Etenim veniales culpa, ut remittantur, non indigent sacramentali absolutione, cum multis aliis modis deleri possint. Sciunt quoque, Christum protestatum fuisse his verbis: *Non ...*

veni vocare justos, sed peccatores (Marc. II, 17).

Propterea confessarius, viscera misericordiae induens, ut hortatur Apostolus [Coloss. III, 12], quo magis animas peccatorum multitudine et atrocitate coinquinatas reperiat: eo magis, ut Deo ipsas lucrifaciat, majore charitate eas amplectatur, eisque animam praebeat his aut similibus verbis: *Eja frater! bono animo esto, noli timere; peccata tua impavide confitere! Aperi omnia confidenter; nullius te pudeat! Nihil refert, si in omnes tuae conscientiae sinus non introspexeris: sufficit, si ad interrogata respondeas. Age Deo gratias, qui te hucusque ad poenitentiam exspectavit. Nunc tibi mutanda est vita. Laetare, quia Deus certe omnia peccata, quantumvis ingentia, tibi remittit, si bonam habes voluntatem; ideoque te exspectavit, ut tibi parceret. Igitur hilari animo dic omnia, nihil involucris tegas!*

4. - Charitatem deinde longe majorem ostendere debet in *confessionem excipiendo*. Caveat, ne se impatientem aut taedio affectum exhibeat; nec ostendat admiratione percelli de peccatis quae narrantur; modo poenitens non sit ita animo durus aut petulans, ut plura et atrociora peccata sine ullo rubore et sine ulla displicentia animique sensu exponeret; quia tunc opus est pro viribus efficere, ut a poenitente, quanta sit illorum deformitas et magnitudo, percipiatur; ideoque tunc acior requiritur correctio, ut ipse a lethali lethargo expergefiat.

Verum quidem est quod (ut dicunt DD.), in actu confessionis abstinere debent confessarii a correctione facienda, ne forte exterriti poenitentes peccata re-

eos amice amplectatur ac incitet.

Benignius confessionem excipiat.

Regulariter abstinere a correctione in actu confessionis.

Confessarius, ut pater,

benigne excipiat omnes.

Non repellat peccatores.

Verum potius exsultans,

2. - ^{a)} Hoc totum caput postea, quibusdam additis aut mutatis, a S. Doctore assumptum est in *Hom. Apost.* Et quidem § 1 invenitur in *Hom. Apost., tr. 21, n. 1-4*; § 2 in *Hom. Apost., tr. 16, n. 106-117*; 48-55 et *tr. 21, n. 5*

et 6; § 3 in *Hom. Apost., tr. 16, n. 99 et 100*; § 4 in *Hom. Apost., tr. 16, n. 102 et 103*.

3. - ^{a)} Seu « dimittitur » juxta textum italicum.

^{b)} « Et rejectum » addit textus italicus.

ticeant. Nihilominus hoc intelligitur *regulariter loquendo*. Caeterum multoties ^{a)} expedit ad ulteriora non procedere et statim poenitentem corripere, praecipue cum confitetur peccatum valde enorme, aut si ipse fuerit in aliquo vitio habitatus, ut peccati gravitatem comprehendat.

Advertat tamen, ne eum exasperet, nec perterreat. Quapropter, postquam eum, quantum opus fuerit, corripuerit, statim ei animum faciat ad reliqua peccata confitenda, dicens: *Eja frater! vis ab hoc vitio resipiscere? Non ita est? Et quoniam hoc facere es paratus, esto animo hilari! Itaque enarra reliqua peccata, nihil reticens! Cave, quaeso, ne sis aliquod sacrilegium commissurus; hoc enim esset maximum omnium peccatorum, quae hucusque commisisti! Igitur dic omnia animo forti, vince teipsum: confitere omnia sincere! Deus enim paratus est tibi parcere.*

5. - Deinde in fine confessionis oportet, ut confessarius vehementiori ardore ac studio *incumbat, ut poenitenti percipere faciat gravitatem et multitudinem ejus peccatorum* ac miserum damnationis statum, in quo reperitur; sed hoc semper maxima cum charitate fiat.

Verum quidem est quod tunc verbis gravioribus uti poterit, ut sic melius ad bonam mentis frugem redire possit. Nihilominus efficere debet, ut poenitens intelligat, hoc quod ei dicitur, non ab animo irato, sed ex singulari amore et commiseratione erga suam animam procedere. Quod poterit hoc modo exprimi: *Fili mi, considerasne vitam damnati, quam duxisti? Percipisne malum, quod operatus es? Quid tibi mali fecit unquam Deus tuus, quem tu ita perditte contempsisti? Si Jesu Christo nullus fuisset tibi inimicior, potuisses cum illo te gerere pejorem? Sed quaeso, animadvertite, quis sit hic Jesus. Hic est ille qui, cum esset Deus, nullius egens, factus est homo propter te: voluit mori in cruce, ut te de inferno redimeret. Ah fili, si interim mortuus esses, si in hac nocte, quo iturus fuisses? ubi nunc*

esses? esses in aeterno igne inferni. Quid de te factum erit, si vitam hactenus ductam pergas in posterum vivere? Poteris sic salvari? Expergiscere et vide, quod nisi mores in melius mutes, jam es damnatus. Quid boni ex tot peccatis tibi collegisti? Non consideras, quod duplicem infernum tibi paras, unum hic angoris et miseriae, alterum illic poenarum? Age fili, averte a malo, desine peccare, et te totum in Dei brachia, quae ad te suscipiendum sunt extensa, committe: sufficit quantum ei peccasti! Ego totis viribus et toto corde te adjuvare volo; veni ad me, semper ac tibi lubet, quoniam invenies patrem qui te benigne suscipiet. En firmiter nunc statue te sanctum velle effici. Per te stat; Deus enim semper paratus est, et ad hoc tibi hoc tempus impertitum est, ut avertas a malo et facias bonum! O quam bonum est amicum habere Deum! etc.

S. Franciscus Salesius, ut Deo alliceret peccatores, potissimum curabat, ut ipsi cognoscerent pacem, qua fruuntur illi qui Deo adhaerent, et vitam infelicem, quam ducit qui a Deo alienus est.

Postea adjuvabit eum ad doloris actum efformandum, et si dispositus est, eum absolvat; et remedia salutaria, quibus possit se a peccatis servare, suggerat atque ei imponat (sed de his in § sequenti agetur). — Si autem fuerit absolutionis incapax, aut expediens ipsi videbitur differre absolutionem, assignet ei diem quo regredi debeat, dicendo ei sic: *Eja frater! tali die te exspecto, ne praetermittas ad me redire; animo forti magnoque sis, ut tibi dixi; commenda te quotidie beatae Virgini, et veni ad me. Si forte tunc invenies me aliorum confessionem excipientem, accede, te enim ante alios audiam. Si alibi ero, fac ut me arcessant: omnia deseram, ut tu confitearis.* — Et sic dulcibus verbis a se dimittat.

Haec est via, qua peccatores salvi fieri possunt, nempe cum eis agere quanta maxima fieri potest charitate; alioquin, si ipsi in confessarium incident, qui cum

S. Franc. Sales., cir. Avertissements aux conf., chapitre 1, art. 2, § 7. (edit. Paris. 1839).

4. - ^{a)} Textus italicus habet « aliquoties ».

Quando est facienda,

eam prudenter faciat.

In fine confessionis poenitentem graviter moneat.

Sed maxima cum charitate.

Si absolutio differenda, blande dimittatur poenitens.

Charitas esca peccatorum.

eis inclementer agat, a confessione horrebunt, confiteri negligent et effraenate in perditionem ibunt.

§ II. - *Circa medici officium.*

1^o. Confessarius interroget de origine morborum.

6. - Confessario, ut sui poenitentis infirmitatibus remediis opportunis occurrat, *cognoscenda est origo et causa omnium spiritualium ejus morborum.*

Nonnulli confessarii, praeter species et numerum peccatorum, nihil aliud inquirunt. Si poenitentem dispositum vident, statim eum absolvunt; sin minus, quin unum verbum impendant, illico dimittunt, oculo retorto dicentes: *Discede a me, quia te absolvere non possum.* — Aliter procedunt boni confessarii. Hi enim prius investigare incipiunt morbi originem et gravitatem, interrogando de peccandi consuetudine, de occasionibus, de tempore, de loco, de personis cum quibus [peccaverit], quo rerum concursu. Sic enim melius poterunt poenitentes corripere, eos ad absolutionem disponere et remedia salutaria adjungere.

2^o. Procedat ad debitas monitiones.

7. - His interrogationibus adhibitis, et cognita morbi origine et gravitate, confessarius procedat ad *debitas animadversiones* faciendas. Et quamvis ipse tamquam pater debeat cum charitate poenitentes auscultare, tamen ut medicus tenetur, quantum opus est, eos monere et corrigere, eos praesertim qui, multis mortalibus gravati, ad Poenitentiae sacramentum raro accedunt.

Sine personarum acceptione.

Et hoc munus etiam adimplere debet, si poenitens aliqua illustri qualitate fulgeat, nimirum si fuerit magistratus, princeps, sacerdos, parochus aut praelatus, si de aliqua ^{a)} sui muneris omissione sine nimio animi sensu se accusaret.

Efficacitas monitionum.

Ait Summus Pontifex Benedictus XIV¹ confessarii admonitiones concionibus ipsis esse efficaciores. Et jure merito, quia concionatorem latent circumstantiae particu-

lares quae confessario aperte innotescunt; ideoque multo melius poterit debitas adhibere animadversiones et remedia quae morbis expediunt applicare.

Nec confessarius tunc debet attendere ad alios poenitentes, qui ipsum circumstant ^{b)}; nam, ut ajebat S. Franciscus Xaverius ², melius est paucorum confessiones rite factas audire, quam multorum inordinatas et sine fructu.

Non attendat ad alios expectantes.

Hic animadvertere oportet, quam perperam agant illi confessarii qui, si poenitentem indispositum nanciscuntur, ne cum illo aliquid insumant temporis, statim a se eum abire jubent. Sciant propterea istiusmodi confessarii, validis rationibus sententiam illorum DD. (*Lib. VI n. 608, v. Hic adverte*) qui volunt, pro viribus teneri confessarium poenitentem, licet accedat indispositus, ad absolutionem disponere; consideranda ei proponendo, v. gr. injuriam maximam qua Deum suis sceleribus affecit, periculum imminens ejus damnationis etc. Et parum refert quod alii expectent aut inconfessi discedant. Confessarius enim de hoc tantum, qui sibi nunc confitetur, non vero de aliis in die judicii rationem reddere debet.

8. - Et ita etiam confessarius tenetur *admonere poenitentem* de aliqua illius *ignorantia culpabili*, sive haec sit juris naturalis sive positivi.

Moneat de ignorantia culpabili.

Quod si poenitens tenetur ignorantia *inculpabili*; tunc, si ea esset circa media scitu necessaria ad salutem, debet ^{a)} confessarius ab hac ignorantia eum removere; si erit circa alia, de quibus potest dari ignorantia invincibilis, licet sit juris divini, et prudenter confessarius existimet admonitionem non esse profuturam ^{b)} poenitenti, tunc abstinendum erit ab admonitione et poenitens relinquendus in sua bona fide. Et in hoc conveniunt DD. etiam rigidioris sententiae. Ratio est, quia magis cavendum est a periculo peccati formalis

De ignorantia inculpabili, modo moneat.

Modo non moneat.

¹ Bulla *Apostolica constitutio*, § 22, de die 26 Jun. 1749 (editio Pratensis 1845). — ² Apud *Tursellin.*, Vita S. Fran-

cisci Xaverii, libro 6, capite 17, in fine (editio Bononiensis 1746).

7. - ^{a)} « Si de aliqua gravi », fert textus italicus, necnon *Hom. Apost.*, *tr. 21, n. 4.*

^{b)} Scilicet « ipsum expectant », ut habet italicus textus.

8. - ^{a)} « Debet quoquo modo » addit textus italicus.

^{b)} In textu italico legitur « admonitionem esse nocituram ».

quam materialis; quia Deus tantum formale punit; siquidem hoc solummodo in sui offensam habet. Hoc probatum est in opere morali, *Lib. VI, n. 610*, cum communi DD., paucis exceptis.

Casus de matrimonio invalide contracto.

Qua de re, hic etiam cum communi (*Lib. VI, n. 611*) infertur quod, si quis matrimonium contraxisset invalidum propter aliquod occultum impedimentum, et in bona fide maneret, et contra periculum subesset infamiae, scandali aut incontinentiae, si manifestaretur matrimonii nullitas; tunc confessarius debet eum in sua bona fide relinquere, donec dispensationem a S. Poenitentiaria illi obtinuerit (excipe tamen, si dispensatio statim et facile obtineri possit). Et in hoc casu, nempe cum in bona fide vivitur, si forte poenitens se accusaret negasse debitum conjugale sine justa causa, dicunt DD. (*ibid.*), confessarium debere pariter ad hoc illum obligare, dicendo in generali, quod conjuges tenentur sub gravi invicem debitum reddere *c)*.

De sponsis jamjam invalide contracturis.

Quomodo autem se gerere debeat confessarius cum sponsis, qui jamjam contracturi sunt matrimonium nullum, et timor prudens esset peccati formalis aut scandali, si manifestaretur ejus nullitas? — Observentur resolutiones in Opere scriptae *Lib. VI, n. 613*; ubi fuse probatum est, communem esse et tutam sententiam, posse episcopum dispensare in impedimento dirimenti, stante illa urgenti necessitate. Et si aditus ad episcopum etiam esset difficilis, et nullo modo posset evitari gravissimum periculum infamiae aut scandali, retulimus (dicto *n. 613, in fine*) sententiam auctoris operis: *Istruzione per i novelli confessori*¹, ex Roncaglia, Jordano et Pignatello², qui ait non improbabile esse, immo tutum in praxi, posse parochum vel alium confessarium declarare, quod lex impedimenti tunc non obliget

¹ Is est *Giordanini*, part. 2, n. 32 (edit. Bassan., 1780). — *Roncagl.*, *Universa Theol. mor.*, tr. 21, de Matr., qu. 5, cap. 1, qu. 2 (edit. Lucens., 1730). *Jordan. Pax*, Elucu-

atque cesset, utpote potius nociva quam utilis. Sed observa, quae, loco citato, fusionsius ibi dicuntur.

Ita pariter *d)* omittenda esset correctio de restitutione facienda, si certe praevideatur futurum, ut poenitens, qui nunc esset in bona fide, non pareat monitioni (*Lib. VI, n. 614, v. Infertur 2*).

De restitutione facienda.

9. — Nihilominus excipiendi sunt sequentes casus:

Monitio est facienda:

1°. Si ex ipsa ignorantia redundandum esset damnum contra bonum commune (*Lib. VI, n. 615*); quia tunc confessarius, cum ipse constitutus sit minister in bonum reipublicae christianae, tenetur praeferre bonum publicum bono privato poenitentis, licet praevideat, correctionem huic non esse profuturam.

Si damnum publicum.

Qua de re omnino admonendi sunt principes, praetores, confessarii, parochi et praelati, qui proprio officio desunt; quia horum ignorantia, etiam invincibilis, semper damno erit communitati, dum facili negotio alii putare possunt sibi licere, quod vident a superioribus factitari. — Et, ut docet Summus Pontifex Benedictus XIV³, eodem modo se gerere debet confessarius cum iis qui frequentant sacramenta, ne licitum judicetur ab aliis, quod impune ab his exerceri animadvertitur.

Casus particulares damni publici.

Excipitur 2°. Si poenitens interrogasset; quia tunc confessarius tenetur pandere veritatem (*Lib. VI, n. 616*). In eo enim casu ignorantia non esset omnino invincibilis, prout requiritur ad hoc ut omitti possit admonitio.

Monitio facienda si poenitens interroget.

Excipitur 3°. Si brevi esset poenitens admonitioni assensurus, licet in principio non acquiescat (*ibid. v. Excipiendum 3*).

Si brevi est assensurus.

Quid autem faciendum sit in dubio, an correctio sit profutura an nocitura: vide in Opere, *ibid. v. Utrum autem*.

10. — Post debitas correctiones sive monitiones, confessario *laborandum est ad*

brationes, lib. 9, n. 262 (edit. Venet., 1693). — ² Consultationes canon., tom. 3, consult. 33, n. 5 (edit. Venet., 1736) — ³ Bulla *Apostolica constitutio*, § 20, de die 26 Jun. 1749.

c) Hic videtur S. Doctor jam recessisse a sententia quam in Theologia morali, *lib. 6, n. 611*, probabiliorem judicaverat. Eo magis quod in textu italico absolute dicebat « confessarium debere pariter ad hoc illum obli-

gare »; in versione autem latina addidit « dicendo in generali, etc. » Cfr. not. *c* ad *lib. 6, n. 611*.

d) « Juxta communem sententiam », addit textus italicus.

3^o. Poenitentem disponat ad absolutionem.

Res valde necessaria.

disponendum poenitentem ad absolutionem per actus veri doloris et propositi.

Quocirca monitos esse volo confessarios, perpauca^{a)} esse illos poenitentes, praesertim rudes, qui praeposito actu doloris ad confitendum accedant.

Nonnulli confessarii putant, satis suo muneri fecisse, si dumtaxat hujusmodi poenitentes sequenti modo interrogent: *Eja postulasne a Deo veniam de omnibus his* (quod revera non est verus actus doloris)? *An te poenitet ex corde omnium peccatorum?* Et nullo alio verbo interposito, absolutionem eis elargiuntur. — Totum ab hoc aliud est bonorum confessariorum institutum; hi enim in primis elaborant, ut poenitentes (sermo est de iis qui lethalibus tenentur) verum dolorem et detestationem peccatorum concipiant.

Eum incitet ad verum actum attritionis.

Et prius per *attritionis* actum eos praeparant, v. gr.: *Fili mi, ubi nunc esse deberes in aeternum? In inferno? Ah in illo igne semper cruciandus esses! Nec tibi ulla spes amplius restaret, ut te illinc eripere posses! Ibi esses moraturus, ab omnibus derelictus, a Deo rejectus per totam aeternitatem! Igiturne te poenitet Deum offendisse, propter infernum quem meruisti?*

Advertendum hic est, non fieri actum attritionis, si quis diceret, se poenitere peccati commissi, quia meruit infernum; sed opus habet ut dicat, se poenitere offendisse Deum, propterea quod meruit infernum.

Et contritionis.

Postea curet, ut eliciatur actus *contritionis* hoc modo: *Fili mi, quid egisti? peccasti in Deum summum et infinitum bonum; nullam illius rationem habuisti. Avertisti faciem tuam ab eo; projecisti eum post tergum tuum; contempsisti amicitiam, et gratiam ejus. Eja ergo, quia offendisti Deum bonitatem infinitam, nunc ex toto corde te poenitet? Detestare et odio habe super omnia mala omnes injurias, quibus immerito Deum tam bonum affecisti. Nonne jam promptus es millies*

mori, quam haec in posterum committere?

Notandum hic 1^o. quod, si poenitens, obtenta absolutione, etsi immediate post, confiteatur aliud peccatum, ut denuo absolvatur, ei novus actus doloris eliciendus est, cum tunc novum fiat iudicium (*Lib. VI, n. 448*).

Notandum 2^o. esse probabile apud plures DD. (*Lib. VI, n. 445*), ad hoc ut confessio sit sacramentalis, debere dolore informari. Quare, cum aliquis confitetur, quin prius actus doloris praecesserit, non sufficit (cum agatur de valore sacramenti), si terminata confessione eliciatur dolor, sed requiritur amplius, ut post dolorem elicitedum replicetur confessio, saltem dicendo: *me accuso de omnibus iis quae modo confessus sum*^{b)}.

11. — Demum incumbendum est confessario, ut *applicet* ea remedia, quae opportuniora iudicabit pro salute poenitentis, imponendo ei eas satisfactiones quae magis convenient ejus morbo, et quas prudenter iudicabit illum fore executurum.

Et hoc advertatur quia, licet satisfactiones debeant respondere culpae juxta Tridentinum¹, — quod declarat participes alienorum peccatorum eos confessarios, qui *levissima quaedam opera pro gravissimis delictis* injungunt, — nihilominus justis de causis potest confessarius minuere poenitentias, si nempe poenitens compunctione vehementi affectus sit, aut si jubilaei aut indulgentiae plenariae curreret tempus, et praesertim si infirmitate aliqua, sive corporis sive animae, laboraret. Et denique (ut paucis me expediam) semper, quando prudens timor exoritur, quod ipse correspondentem culpae satisfactionem non sit adimpleturus. — Ita communiter docent doctores cum S. Thoma (*Lib. VI, n. 509 et seqq.*).

Non negamus, in Tridentino², haberi injungendas esse satisfactiones pro modo culpae; sed scimus etiam, ibidem subjungi,

Confessio obliti statim post absolutionem requirit novum dolorem.

4^o. Applicet remedia imponendo satisfactionem.

Per se, imponenda poenitentia peccatis condigna.

Sed interdum minui potest.

Praesertim ob infirmitatem poenitentis.

Probatur ex Tridentino.

¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 8. — S. Thom., infra citand. — ² Loc. cit.

10. — ^{a)} Italicus textus habet « paucos ».
 ^{b)} Haec utique concordant cum iis quae dicebantur, *lib. 6, n. 445*, in prioribus editio-

nibus. Jam autem a sexta editione (anno 1767) suam opinionem immutavit S. Doctor, sicuti videre est dicto loco.

eas debere esse *pro poenitentium facultate salutare et convenientes*. Salutare, nimirum saluti poenitentium utiles: et convenientes, correspondentes nempe, non solum culpae, sed etiam viribus poenitentis. Unde fit, non esse salutare nec convenientes eas, quibus vires poenitentium, spectata spiritus debilitate, non sunt pares; tunc enim illis essent venenum potius quam remedium. Et in hoc sacramento potius intenditur vitae moderatio ^{a)} quam omnimoda satisfactio. Idcirco Rituale Romanum ¹ ait, confessario habendam esse dispositionis poenitentis rationem.

Ex Rituali.

Ex auctoritate Sancti Thomae,

S. Thomas ² dicit: *Sicut ergo medicus... non dat medicinam ita efficacem..., ne propter debilitatem naturae majus periculum oriatur; ita sacerdos, divino instinctu motus, non semper totam poenam quae uni peccato debetur injungit, ne infirmus... desperet, et a poenitentia totaliter recedat.* — Et alibi ³: *Sicut parvus ignis a multis lignis superpositis de facili extinguitur; ita posset contingere, quod parvus affectus contritionis in poenitente nuper excitatus propter grave onus satisfactionis extingueretur...* Et subjungit: *Melius est, quod sacerdos poenitenti indicet, quanta poenitentia esset... injungenda, et injungat nihilominus..., quod poenitens tolerabiliter ferat.* — Et alibi ⁴: *Tutius est imponere minorem debito quam majorem: quia melius excusamur apud Deum propter multam misericordiam, quam per nimiam severitatem..., quia talis defectus in purgatorio supplebitur.*

et aliorum theologorum.

Et idem docent Gerson, Cajetanus et praecipue S. Antoninus, qui ait (vide *Lib. VI, n. 509 et 510*), eam poenitentiam injungendam esse, quam judicatur poenitens postea verosimiliter executurus esse, et quam lubens acceptat. Et si poenitens potestetur, sibi tantas vires non esse, ut debitam persolvat poenitentiam, sic S. Archiepiscopus concludit: *Tunc*

quantumcumque deliquerit, non debet [sacerdos eum] *dimittere sine absolutione, ne desperet.* Cum sufficiat tunc (idem ait) imponere generalem poenitentiam, nempe totum quod boni egerit, usurpando eadem verba Ritualis: *Quidquid boni feceris etc.*; quae opera injuncta in sacramento, ut docet Angelicus ⁵, virtute ejusdem sacramenti, majoris erunt valoris ad satisfaciendum pro peccatis.

Item addunt probabiliter doctores multi (*Lib. VI, n. 510, v. Hinc probabiliter*), justam esse causam diminuendi poenitentiam, si judicetur poenitens hoc modo magis allici ad sacramentum. — Oh quanti valet sapiens illud consilium S. Thomae de Villanova ⁶: *Facilem unam injunxeris et acriorem alteram... consulueris.*

Minui potest ut poenitens alliciat ad sacramentum.

Expedit quoque, ut poenitens cognoscat poenitentiam, quam mereretur. Propterea potest valde prodesse, si indicentur poenitentiae canonum poenentialium, quarum in Libro notabiliores annotantur, *Lib. VI, n. 530.*

Quaedam quae interdum juvant.

Juvabit pariter, ut dicit S. Thomas de Villanova, suadere graviorem; postea vero solum imponere eam, quam prudenter judicabit a poenitente adimplendam. — Insinuat S. Franciscus Salesius ⁷, et idem confirmat Rituale Parisiense (*Lib. VI, n. 510, v. Apposite*), prodesse idcirco poenitentem interrogare, si sibi ad illam poenitentiam sufficientes sint vires; alioquin in aliam commutetur.

Juvabit quoque aliquando, inter opera satisfactoria injuncta, imponere aliquam satisfactionem gravem, sed non sub gravi culpa (*Lib. VI, n. 518*); aut aliud opus aliunde praeceptum aut debitum (*n. 513, Dub. 1^o*).

12. - Ex hoc quod dictum est colligitur, quam imprudenter agant quidam confessarii, qui poenitentibus imponunt satisfactiones eorum viribus impares.

Imprudenter imponunt poenitentiae viribus impares.

Quot istorum non dubitant absolvere recidivos indispositos, et eos pariter qui

¹ Ordo ministrandi Sacra. Poenit., v. *Postremo*, n. 18. — ² *Suppl.* qu. 18, art. 4 (edit. Rom. 1570). — ³ *Quodlib.* 3, art. 28. — ⁴ *Opusc.* 65, de *Offic. sacerdot.* — *Gerson*, *Reg. mor.* (de *Poenit.*) n. 138 (edit. Antverp. 1706). — *Cajet.*, *Sum.*, v. *Satisfactio* (edit. Venet. 1611). — *S. Anton.*, part. 3,

tit. 17, cap. 20 (edit. Veron. 1740). — ⁵ *Quodlib.* 3, art. 28. — ⁶ *Serm.* in fer. VI post Domin. IV quadrag., n. 13, post med. (edit. Mediol. 1770). — *S. Thom. de Vill.*, loc. cit. — ⁷ *Avertissements aux conf.*, chap. 8, art. 1. — *Ritual. Parisien.*, de *Sacra. Poenit.*, init., § *Ubi eum* (edit. Paris. 1701).

in proxima occasione peccandi versantur; et insipienter putant eos recuperare ^{a)}, si gravibus poenitentiis a se oneratos dimitunt, licet praevideant, eos illas non esse executuros: v. gr. injungunt illi qui vix semel in anno dudum confessus est, ut octavo quovis die per annum confiteatur; quindecim decades rosarii quolibet die recitandas, illi qui ne solitus quidem fuit quinque in hebdomada recitare; disciplinas, orationem mentalem, illi qui nec nomen unquam audivit. Et quid hinc eveniet? Eveniet quod, licet inviti acceptent quod imponitur, ut absolutionem aucupentur, nihilominus postea nihil horum executioni demandant; et credendo se iterum esse in peccatum delapsos, quinimo putando (praecipue rudes) nullius momenti fuisse confessionem factam, quia poenitentiae impositae non satisfecerunt, propterea ad pristinum perditae vivendi modum redeunt; et perterriti ob poenitentiae impositae pondus, a confessione horrent et ita pergunt in peccatis tabescere. Et hic est fructus, qui in perniciem tot miserorum colligitur ex hujusmodi satisfactionibus, quas convenientes vocant, sed melius dicendae forent inconvenientissimae.

13. - Caeterum, extra casum infirmitatis et compunctionis extraordinariae, non bene ageret confessarius, si pro culpulis gravibus injungeret levem satisfactionem, quae inducat levem obligationem. Etenim, licet, cum expedit, possit injungi opus quod habita ratione peccatorum sit leve, attamen semper debet imponi satisfactio gravis, quae obligat sub gravi.

Et hic oportet annotare aliqua pertinentia ad praxim circa poenitentias imponendas.

Notandum 1°. Cum poenitens oblitus fuerit poenitentiae, communis est sententia (*Lib. VI, n. 520*), ad nihilum amplius eum teneri, nisi facile eam iterum posset a confessario qui eam imposuit cognoscere.

2°. Non potest imponi pro occultis peccatis publica satisfactio. Tenetur autem confessarius hanc imponere, si alia via non possit occurri scandalo dato, vel honori

alicujus palam detracto. Sed non est adstringendus poenitens ad publicam poenitentiam faciendam, si ipse renuit et alio modo possit scandalum reparare, nimirum sacramenta frequentando, ecclesias visitando, ad aliquam congregationem se aggregando etc. (*Lib. VI, n. 512*).

3°. Aliquando potest imponi aliqua poenitentia sub conditione, si poenitens reinciderit (*Lib. VI, n. 524*). Sed animadvertendum, hujusmodi poenitentias forte multoties felicem non habere exitum, praecipue si per longum tempus duraturae erunt; quia faciliter postea in relapsu negliguntur et peccata multiplicantur.

4°. Si unquam poenitens sibi mutari poenitentiam ab alio confessario impositam petierit; volunt multi doctores, ei repetendam fore totam confessionem huic confessario, saltem in confuso, ut status suae conscientiae huic notitiam praebeat. Sed multi alii etiam probabiliter dicunt (*Lib. VI, n. 529, Dub. 1*) hoc non esse necessarium, cum sufficiat quod confessarius judicium faciat, ad hoc ut mutet poenitentiam, esse insufficientes poenitentis vires illi oneri ferendo; cum contra possit ex ipsamet poenitentia imposita arguere materiam peccatorum, pro quibus illa injuncta erat; et ita se dirigere potest eam aut mutando, aut diminuendo. Et probabiliter potest id confessarius (*ibid. in fine*) ex se efficere, cum praevidet quod poenitens verosimiliter poenitentiam, ut antea, negligere perget.

Attamen confessario inferiori non est permissum immutare poenitentiam impositam a superiore pro reservatis, extra casum quo poenitens difficulter posset regredi ad superiorem, et contra, gravis causa urgeret, ut poenitentia mutetur; quia tunc rationabiliter praesumitur superioris conniventia (dicto *num. 529, Dub. 2*).

5°. Non potest mutari poenitentia extra confessionem, ne ab ipso quidem confessario. Tantum potest hoc fieri ab illo immediate post datam absolutionem, et antequam poenitens a confessionali discedat (dicto *n. 529, Dub. 3*).

Aliquando imponitur poenitentia sub conditione.

Si petatur commutatio ab alio confessario,

probabiliter non iteranda confessio.

Regulariter inferior nequit commutare.

Poenitentia nequit commutari extra confessionem.

Per se imponenda poenitentia gravis pro peccatis gravibus.

Oblitus poenitentiae ad nihil tenetur.

Quid, de satisfactione publica.

Poenitentia sit culpis praeteritis satisfactoria.

14. - Circa satisfactiones in particulari imponendas, advertendum, satisfactionem non solum debere esse medicinalem, sed etiam culpis praeteritis satisfactoriam. — Regula harum requirit, ut imponantur opera carnis coercionem pro peccatis sensualibus, eleemosynae pro peccatis avaritiae, oratio pro blasphemii etc. Sed considerandum, quid magis expediat aut magis utile sit poenitenti. Quamvis autem maxime utile sit imponere sacramentorum frequentationem, orationem mentalem et eleemosynas, nihilominus praxis habet, has reddi damnosas iis qui aut nihil aut parum habuerunt horum usum.

Sed quaerendam major utilitas.

Quaedam utiles satisfactiones.

Satisfactiones utiles generatim pro omnibus hae solent esse, nimirum: aggregari ad aliquam congregationem; quolibet vesperi (saltem ad tempus) actum doloris elicere, et quolibet mane propositum renovare, dicendo cum S. Philippo Nerio: *Domine, ne auferas hodie manus tuas a me, ne tui proditor efficiar*; visitare quotidie Sanctissimum Sacramentum et imaginem quoque Mariae sanctissimae, ab eis perseverantiae gratiam postulando; recitare rosarii saltem tertiam partem, et ter salutationem angelicam mane et vesperi, dicendo: *Mater mea, adjuva me hodie, ne Deo peccem*. (Hanc levem poenitentiam ter recitandi salutationem angelicam cum praedicta supplicatione ego plerumque solitus fui injungere, aut saltem consulere iis qui ea uti non solerent). Cum cubitum iverint, dicere in lecto: *Nunc mihi morandum fuisset in inferni igne*; aut dicere: *Veniet dies, quo mihi in hoc lecto moriendum erit*. Iis qui legere sciunt, et potissimum ecclesiasticis, quotidie legere aliquem librum de rebus spiritualibus agentem.

Aliqua poenitentia speciatim commendata.

Monitum S. Francisci Sal.

Monet autem S. Franciscus Salesius¹ non esse gravandum poenitentem multis rebus, ne confundatur et terrefiat.

Remedia generalia insinuanda:

15. - Sermonem autem facturum de remediis quae insinuari debent poenitentibus, dico, alia esse *generalia*, alia *particularia* pro aliquo vitio particulari.

Generalia omnibus insinuanda, sunt:

1°. Amor erga Deum, cum ipse ad hunc solum finem nos creaverit. Et curetur pariter, ut poenitens cognoscat pacem interiorem qua donantur qui Dei amicitia fruuntur, et infernum quem ante tempus experiuntur qui alieni sunt a Deo; addita pernicie temporali, quam secum trahit peccatum.

Amor erga Deum.

2°. Saepe se commendare Beatae Virginii, rosarium recitando^{a)}. Se commendare angelo custodi et alicui sancto peculiari protectori.

Devotio erga B. Virginem.

3°. Frequentia sacramentorum; et si unquam in aliquod peccatum mortale inciderit, statim confiteri.

Frequentia sacramentorum.

4°. Veritatum aeternarum consideratio, et prae caeteris consideratio mortis. Et patribus familias insinuanda est quotidiana mentalis oratio in communi cum familia, aut saltem rosarium una cum filiis.

Meditatio novissimorum.

5°. Dei praesentia, cum urget tentatio, dicendo: *Deus me videt*.

Cogitatio Dei praesentis.

6°. Quolibet vesperi conscientiam scrutari cum animi dolore et proposito.

Examen conscientiae.

7°. Saecularibus, ut in aliquam congregationem se adscribant; et sacerdotibus oratio mentalis et gratiarum actio post Missam, et ut perlegant saltem aliquem libellum spiritualem ante et post Missam.

Nomen dare congregationi.

16. - Remedia autem *particularia* assignabuntur pro vitiorum diversitate: v. gr. illi qui aliquem odio habuit, insinuetur ut quotidie commendet Deo illum, recitando pro ipso orationem dominicalem et salutationem angelicam; et cum se turbari sentit memoria injuriae illatae, reminiscatur contumeliarum, quibus ipse Deum affecit.

Remedia particularia contra odium.

Illi qui in peccata trahuntur ut otium vitet, malos aufugiat; et illi qui longum tempus conuicti non solum vitet pro peccatis etiam quasdam rebus debili ad resisteret. Huic praecipiendum est, ut quam intermittit:

Contra luxuriam.

¹ S. Philip. Ner., in ejus Vita, ap. Bolland., Acta SS., mens. Maj., tom. 6, pag. 57?

angelicam in honorem puritatis Beatissimae Virginis, mane et vesperi, repetendo semper coram ejus imagine propositum non peccandi et supplicationem, ut sibi perseverantiam impetret. Potissimum autem confessarius curet, ut frequenter hic communicet, cum Eucharistia dicatur *vinum germinans virgines*.

Contra blasphemiam.

Illi qui solitus fuit blasphemias proferre, insinuetur ut novies vel quinquies lingua signet crucem super terram; et ut quotidie, saltem semel, dicat orationem dominicalem et salutationem angelicam in honorem sanctorum, in quos execratus fuit; et ut quolibet mane, dum e cubitu surgit, renovet propositum patienter ferendi occasiones indignationis, et ter dicat B. Virgini quolibet mane: *Domina mea, dona mihi patientiam!* Id non solum inserviet, ut Maria sanctissima sibi opituletur, sed etiam ut in occasionibus reperiatur habitus factus dicendi eadem verba. Aut assuescat dicendo: *Maledictum sit peccatum meum, maledictus sit daemon, etc!*

Alia remedia assignabit confessarius pro sua prudentia, inspectis circumstantiis occasionum, personarum et munium.

§ III. - Circa officium doctoris.

17. - *Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus* (Malach., II, 7). Confessario, ut doctoris officio rite fungatur, opus est ut bene sciat legem. Qui enim eam ignorat, non potest alios docere.

Sed hic advertendum est id quod scribit S. Gregorius, nempe officium dirigendi animas per viam salutis aeternae esse artem artium: *Ars artium regimen animarum*. Et S. Franciscus Salesius dicebat, officium audiendi confessiones esse omnium maximum et difficillimum.

Revera ita est: Est omnium *maximum*, quia est omnium scientiarum finis, qui nihil aliud esse debet quam salus aeterna; estque omnium *difficillimum*, quia 1º. confessarii munus requirit omnium scientiarum, omnium officiorum atque artium

notitiam; 2º. quia scientia theologiae moralis complectitur tot materias inter se diversas; 3º. quia in magna parte constat ex tot legibus positivis et sacris canonibus, quorum intelligentia debet accipi secundum suam veram significationem. Praeterea quaelibet harum legum redditur difficilis, cum, ratione circumstantiarum quae casus dissimiles efficiunt, resolutiones variandae sint.

Quidam, qui eruditos et theologos magnae notae se jactant, moralistas, quos *casuistas* (nomen ignominiae apud ipsos) appellant, dedignantur ne cursim quidem legere. Dicunt hi sufficere, ut confessiones rite excipi possint, principia generalia moralis callere; illis enim posse resolvi (ajunt) omnes casus particulares.

Quis negare potest, omnes casus particulares esse principiis resolvendos? Sed totum opus et totus labor est in adaptando ad casus particulares, tam diversis circumstantiis irretitos, principia hujusmodi, utque discernatur, quodnam principiorum occurrentibus circumstantiis congruat. Nequit id fieri sine magna discussione rationum, quae pro utraque parte adsunt. Et hoc est illud quod moralistae effecerunt, cum elaborarunt in explicando, quibus principiis multi casus particulares resolvi deberent.

Praeterea hac nostra tempestate, ut dictum est, adsunt tot leges positivae, tot bullae, tot decreta quae nequeunt sciri, nisi *casuistae* legantur, qui ea collegerunt; et prout materiarum varietas postulat, ibi opportune illa inveniuntur; ideoque, quo recentiores hi moralistae sunt, eo antiquis utiliores.

Justa ratione doctus auctor *Istruz. per i novelli confessori*¹ affirmat, multos theologos, quanto profundiores sunt in scientiis speculativis, tanto rudiores esse in scientiis moralibus; quae, ut scribit Gerson², omnium difficillimae sunt; et nemo doctus (quantumvis sit in his versatissimus) est cui in dies nova non accidant. Ex quo infert, nunquam confessario deserendum esse theologiae moralis studium. — Doctissimus Sperelli³ pariter dicit, longe

Quare, non spernat moralistas.

Multum enim prosunt,

sicut et casuistae.

Nec theologia scholastica sufficit.

Confessarius Morallem calleat;

nam ars artium regimen animarum,

opus maximum,

et difficillimum.

S. Gregor., Regulae past. liber, part. 1, cap. 1, in init. (Migne, Patrol. lat., tom. 77, col. 14). — S. Franc. Sales., cfr. Avertiss. aux conf., introd. — ¹ Is est Gior-

danini, part. 1, num. 18. — ² Tr. de Oratione, part. 3, in fine. — ³ Episcopus, part. 3, cap. 14, in fine (editio Romana 1670).

errare eos confessarios, qui totos in scholasticae studio se applicant, aestimantes, tempus in morali frustra impendi: et postea nesciunt distinguere lepram a lepra; qui error (subjungit) *confessarios simul et poenitentes ad aeternum interitum trahit.*

18. - Non negamus autem, minorem scientiam exigi in audiendis confessionibus simplicium et rusticorum, quam curialistarum, negotiantium, ecclesiasticorum et similium. Minor item scientia requiritur, ut audiantur confessiones in opido, quam in civitate: et praecipue si alicubi sit tanta confessariorum inopia, ut poenitentes deberent aut per longum tempus a confessione se abstinere, aut ^{a)} alio proficisci (*Lib. VI, n. 628*). Sed hoc non sufficit ad excusandos aliquos confessarios qui, cursim lecta aliqua brevi summa morali, temere ad excipiendas confessiones se intromittunt.

Oportet saltem, ut confessarius sciat: 1°. Ad quae sua jurisdictio se extendat. — Advertat hic quisque, sacerdotes saeculares et regulares alterius ordinis non posse audire confessiones religiosorum sine licentia suorum praelatorum; exceptis casibus, si iter agant, si alibi morerentur et socium non habeant aut alium sacerdotem idoneum ejusdem religionis. Et tunc religiosi ^{b)} possunt absolvi ab omni simplici sacerdote; cum superiores tunc, dando licentiam his subditis, intendunt eam dare juxta consuetudinem, scilicet confitendi cuivis sacerdoti idoneo (*Lib. VI, n. 575*).

Item quivis confessarius scire debet casus et censuras reservatas, saltem eas, in quas frequentius incurri solet ^{c)}; prout est excommunicatio papalis, quae est in bulla *Coenae*, ob haeresim externatam, lectionem aut retentionem aut venditionem librorum haereticorum, qui ex professo de religione tractant aut continent haeresim formalem. Item, quinque

casus papales Clementis VIII, qui sunt: Percussio enormis aut mediocris clerici vel monachi, simonia realis aut confidentialis, violatio clausurae monialium ad malum finem, violatio immunitatis ecclesiasticae, et duellum. Item excommunicationes a Pontifice Benedicto XIV emanatae in absolventes complicem in materia turpi (*Lib. VI, n. 553*), et in eos qui docent, posse a confessario exquiri nomen complicitis, etiam per absolutionis sacramentalis negationem, si [poenitens] revelare recuset (*Lib. VI, n. 491*); et aliae excommunicationes obviae, quae observari possunt in tractatu *de Censuris*.

2°. Sciat distinguere peccata venialia a mortalibus (saltem in suo genere) quae communiter occurrere solent; et de aliis saltem dubitare sciat.

3°. Sciat interrogationes quas facere debet; circumstantias peccatorum, saltem speciem mutantem; quid constituat occasionem proximam; quid inducat restitutionis obligationem; item, qualis esse debeat dolor et propositum; et denique remedia ad emendationem efficaciora.

Et ut brevi me expediam, affirmo, in statu damnationis esse eum confessarium, qui sine sufficienti scientia ad confessiones excipiendas se exponit. Deus ipse his verbis eum reprobatur: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi* (Osee, iv, 6).

Nec excusabit eum episcopi approbatio, si manifeste se noverit inhabilem. Approbatio enim non infundit scientiam necessariam, sed eam supponit. — Dico: *manifeste*. Quia, qui tantum dubitaret, bene potest, immo debet quiescere in sui superioris judicio, si saltem seduliori studio se habilem reddere satagat.

At nullus confessarius intermittere debet theologiae moralis studium; quia ex tot rebus tam diversis et inter se disparibus, quae ad hanc scientiam perti-

ctan., fol. 17, edit. 1863. — *Bened. XIV*, const. *Sacramentum Poenitentiae*, diei 1 Jun. 1741 et *Apostolici muneris*, diei 8 Febr. 1745; et bulla *Ubi primum*, diei 2 Jun. 1746.

Bulla Coenae, seu *Pastoralis officii* Pauli V, de die 8 April. 1610; in Bullar. Mainardi. — *Clemens VIII*, decr. S. C. Ep. et Reg., diei 26 Nov. 1602; ap. Bizzarri, Colle-

18. - ^{a)} Hoc membrum « aut alio proficisci » desideratur in italico textu, necnon in Theologia morali, *loc. cit.*

^{b)} « Exceptis Capuccinis » addidit S. Doctor

in *Hom. Apost.*, *tr. 16, n. 100*. Cfr. superius notam *a* ad *n. 2*.

^{c)} De censuris hodie vigentibus cfr. *lib. 7, n. 208*, notam *a*.

Licet interdum exigatur minor scientia,

ta men damnandus indoctus.

Confessarius sciat suam jurisdictionem quoad personas,

et quoad casus et censuras frequentiores.

Sciat peccata occurrere.

Plura alia cognoscat.

Unde mortaliter peccat non satis doctus.

Nec excusatur episcopi approbatio.

Nullus studium deponat.

nent, multa quamvis lecta, quia rarius accidunt, temporis progressu e mente decidunt; qua de re oportet semper frequenti studio eas in memoriam revocare.

§ IV. - Circa iudicis officium.

19. - Postremum confessarii officium est *iudicis*; et hoc importat, ut, sicut iudex tenetur prius rationes cognoscere, inde causae momenta discutere, et deinde sententiam proferre: ita confessarius prius debeat conscius fieri poenitentis conscientiae, postea ejus dispositionem inspicere, et postea absolutionem impertire aut negare.

Et quoad primum munus, quod est peccata poenitentis cognoscere: quamvis debitum examinandi conscientiam sit praecipuum poenitentis, nihilominus, quidquid alii DD. (apud Lohner¹) dixerint, non est dubitandum, quin, si confessarius cognoverit poenitentem non satis diligenter conscientiam suam discussisse, teneatur ipse eum interrogare, prius de peccatis in quae verosimiliter incidere poterat, et postea de eorum specie et numero, ut probatur ex cap. *Omnis utriusque sexus, de poenit.*, et ex Rituali Romano. Vide *Lib. VI, n. 607*.

20. - Et hic multa animadvertenda sunt:

1^o. Perperam eos agere, qui rudes dimittunt, ut melius se examinent. Hoc Pater Segneri² vocat errorem intolerabilem; et jure optimo: quia hujusmodi homines, quantum laborent, difficulter se examinabunt, ut par est, et ita exacte, sicut potest ipse confessarius eos examinare; et contra, cum dimissi sunt, periculum erit ut, exterriti difficultate se examinandi, a confitendo retrahantur et in peccatis obdurescant (*Lib. VI, n. 607, v. Notamus, 1*). — Qua de re confessarius debet ipse ex hujusmodi poenitentibus peccata exquirere, eos interrogando secundum ordinem praeceptorum, praecipue si sunt famuli, aurigae, muliones, milites, satellites, caupones et alii hujus generis, qui vitam solent ducere aeternae salutis negligentes et rerum divinarum ignorantes, procul a concionibus et ecclesiis. — Et

hoc peior error esset, si ob defectum examinis dimitteret aliquem rudem, qui antea propter ruborem aliquod peccatum reticisset, quamvis repetendae essent confessiones multorum annorum, propter majus periculum quod tunc subest, nempe quod, si non redeat, peribit.

Advertat nihilominus confessarius, se non teneri tam minute hos interrogare. Interroget tantum de peccatis in quae faciliter incidere possunt, spectata eorum conditione et capacitate (*Lib. VI, n. 607, v. Notamus, 3^o*). Immo cum poenitens, licet rudis, videatur sufficienter esse instructus et diligens in confitendo peccata cum suis circumstantiis, juxta statum suum et capacitatem (alio enim modo tenetur se examinare doctus et alio rudis), tunc confessarius nihil aliud tenetur interrogare (*ibid. 2*).

2^o. Notandum, melius esse, si confessarius singillatim examinet peccata statim ac ea exponit poenitens, quam ut differat examen usque ad finem; quia aut faciliter confessarius obliviscitur eorum quae audivit, aut obligandus esset poenitens cum suo gravi onere ad repetenda confessa (*Lib. VI, n. 607, v. Notamus, 4*).

3^o. Errare eos confessarios qui volunt certum iudicium facere de peccati qualitate, an sit grave vel leve, exquirendo e rudibus istis, si pro mortali habebant, an pro veniali. Hi enim multoties respondent, ut casus sibi verba suggerit: et hoc experientia testatur (ut ego millies observavi). Quod si confessarius paulo post iterum interroget, respondent modo toto a primo diverso.

4^o. Advertendum circa numerum peccatorum, quorum pravo habitu aliqui tenentur: quando non potest haberi numerus certus, curet confessarius statum poenitentis cognoscere, nempe vivendi modum, applicationem quam impendit ad alia negotia, tempus consuetudinis cum complice, locum ubi potissimum moratus est; et deinde interroget de numero, interrogando poenitentem, quoties circiter peccaverit in die aut in hebdomada aut mense, proponens ei plures numeros, ex. gr. ter aut quater, octies vel decies,

speciatim si de sacri lego agatur.

Ast examen sit moderatum.

Non rejiciatur in finem.

Rudis non rogetur de gravitate sui peccati.

Consuetudinarii rogentur de modo vivendi,

de numero circiter peccatorum.

Officium iudicis, quid prae se ferat.

Confessarius debet interdum interrogare.

Rudes non sunt dimittendi,

sed interrogandi,

¹ Instructio pract. de confessionib., part. 1; cap. 3, § 2, de prima oblig., v. *Quaer. 1* (edit. Venet. 1736). —

Rit. Rom., de Sac. Poenit., Ordo ministrandi, n. 15 et 16. — ² Il Confessore istruito, cap. 2, v. f. (edit. Venet. 1757).

ut videat, cui numero potius ille adhaereat. Et si poenitens numero majori adhaeret, optimum factu erit, si iterum interrogetur de numero majori.

Et iudicium fiat in confuso.

Sed in hoc confessarius advertat ne formet de numero iudicium certum. Notet frequentiam in genere, et in confuso iudicium faciat, apprehendendo peccata, quotquot sunt coram Deo.

Aliqui DD. dicunt, quod circa peccata interna habituatorum, ut sunt peccata odii, delectationum pravaram et desideriorum, sufficit plerumque interrogare de tempore per quod duravit malus habitus. Sed hoc mihi omnino non satisfacit; quia potest esse, quod aliquis magis alio sit intentus ad externa negotia, aut moretur ubi sibi occurrent pauciores occasiones cogitationum pravaram; alius erit magis alio animi passione allectus. Ideoque opus est interrogationes generales adhibere de propria applicatione, de loco, de animi inclinatione etc., ut formet iudicium majoris vel minoris frequentiae actuum internorum.

Quid, de peccatis internis.

Caeterum post duas vel tres interrogationes non debet angi confessarius, si ei iudicium, quod facit, videtur esse nimis confusum; nam ex conscientia implicatis et confusis moraliter impossibile est majorem claritatem sperare.

Vitentur scrupuli.

5°. Oportet animadvertere quod, licet confessiones generales sint utilissimae, nihilominus non debet confessarius esse valde rigorosus ad efficiendum, ut confessiones jam factae repetantur ^{a)} - *Lib. VI, n. 505.* - Unde ait Pater Segneri, non esse obligationem repetendi confessiones, *nisi in casu manifestae necessitatis ... aut nisi error sit evidens.* - Neque relapsus sunt certa indicia, nullas fuisse confessiones factas, praecipue si per aliquod tempus non ceciderit, aut si, antequam caderet, sibi aliquam vim fecerit ^{b)}. Aliud tamen iudicium fieri debet, si poenitens plerumque statim ceciderit, post duos nempe vel tres dies a confessione facta, quin aliquo modo tentationi obstiterit: tunc enim videtur moraliter certus doloris ac propositi defectus.

Confessio non repetatur sine necessitate.

Corollarium pro recidivis.

Segneri, il Confessore istruito, cap. 2, vers. med.

20. - ^{a)} Hic addit textus italicus: « Nam praesumptio stat pro eorum validitate, ubi nullitas non est certa ». Cfr. not. *k* ad *lib. 2, n. 2.*

^{b)} Textus italicus habet: « Aut si, antequam caderet, aliquam *notabilem* resistenciam adhibuerit ».

CAPUT II.

De interrogationibus faciendis poenitentibus rudibus ^{a)}.

Scopus S.
Doctoris.

21. - Non speret hic meus lector, me sermonem facturum de omnibus doctrinis ad Dei et Ecclesiae praecepta pertinentibus, quoad ea quae in ipsis permittuntur aut prohibentur; de his enim satis actum in opere morali (*Lib. III*). Hic tantum annotabimus interrogationes a confessario plerumque faciendas poenitentibus rudibus, qui judicantur non sufficienter suam conscientiam perquisivisse; et pauca alia, quae praecipue notari debent pro praxi et aliter quam speculative aestimantur.

22. - Circa PRIMUM PRAECEPTUM interroget poenitentem:

Rogetur
poenitens
de mysteriis
fidei.

1^o. An *mysteria fidei* calleat; nam si quatuor mysteriorum principalium ignorantia teneatur, nempe Deum esse, ipsum remuneratorem esse boni et mali, mysteria sanctissimae Trinitatis et incarnationis ac mortis Jesu Christi, erit absolutionis incapax, juxta propositionem 64, proscriptam ab Innocentio XI. — Item an sciat symbolum fidei, praecepta decalogi, sacramenta etc., saltem in substantia.

Si ea ignoret,
instruat
de absolute
necessariis.

Sed hic bene advertit celebris ille et doctus missionarius Pater Leonardus a Portu Mauritio¹, teneri confessarium instruere poenitentes rudes in mysteriis fidei, saltem in quatuor principalibus. Quapropter sic subjungit: *Bonum non est consilium, dimittere similes poenitentes, ut ab aliis haec doceantur, quia nullus alius sperabitur fructus, nisi ut sic ignari remaneant usque ad mortem; ideoque res opportunior haec est: breviter eos docere praedicta mysteria principalia, efficiendo pariter, ut secum efforment actus fidei, spei, charitatis et contritionis, obli-*

gando tamen eos, ut in posterum perfectius instrui se faciant a parochio, tam circa haec mysteria quam circa alia scitu necessaria de necessitate praecepti.

Et idem auctor², loquens de personis urbanis, salutis propriae negligentibus, quae sibi magno rubori et contumeliae habent se de iis interrogari, ait ^{a)} decere confessarium, ut ipsi sic dicat: *Eja, eliciamus una simul actus christianos. Dic mecum: Deus meus, quia es veritas infallibilis, et quia sanctae Ecclesiae tu revelasti, credo quidquid sancta Ecclesia me docet credere. Credo praecipue, te esse unum Deum et tres personas. Credo Filium, cum Deus esset, se fecisse hominem, mortuum esse in cruce, resurrexisse et ad coelos ascendisse, et illinc venturum esse omnes judicaturum, ut boni paradisi gloria fruantur, et mali in aeterno igne crucientur.*

Etiam si
sit persona
conspicua.

Praeterea advertendum id quod dicit Benedictus XIV³, nempe negandam esse absolutionem poenitenti, qui culpabiliter neglexit addiscere res fidei scitu necessarias de necessitate tam medii quam praecepti. Sed circa res praecepti ait, posse absolvi ignorantem, si vere promittat addiscere, his verbis: *Eo quandoque casu poenitens absolvi potest, quo se vincibilis hujus ignorantiae reum agnoscit et... promittit, operam se impense daturum qua... discat etiam necessaria necessitate praecepti.*

Quandoque
neganda
absolutio.

2^o. An *superstitiones* exercuerit aut alios docuerit, et si in ipsis aliorum ministerio usus fuerit, quos ad suo peccato cooperandum induxerit. Quocirca debet rudes admonere, superstitiones nunquam

Interrogatur
de superstitionibus;

¹ Discorso mistico e morale, n. 26 (edit. Venet. 1868). — ² Loc. cit. — ³ Const. *Etsi minime*, § 12, de die 7 Febr. 1742.

21. - ^{a)} S. Alphonsus hoc totum caput transtulit in *Hom. Apost., tr. ult., n. 18-31*, aliqua tamen addendo, praetermittendo aut breviter contrahendo.

22. - ^{a)} En verba quae hac de re S. Leonardus habet: « Ego studeo illis belle insinuare, meliorem rationem efficiendi validum

sacramentum illudque maximo cum fructu recipiendi in eo consistere ut antea eliciantur actus fidei, spei, caritatis et contritionis, ac dein subjungo: « Si lubet, eos una simul eliciamus. Eia, dic tu corde ea quae ego tibi ore suggeram: Credo, etc. » — S. Alphonsus hic non refert ad verbum textum S. Leonardi.

esse licitas, quamvis ex charitate aut in necessitate fiant. — Quae autem actiones sint necne superstitiones; vide in Opere *Lib. III, n. 14 et seqq.*

de peccatis forsareticicis.

3°. An unquam olim rubore suffectus in confessione aliquod peccatum reticuerit. Et hac interrogatione ut plurimum curet sciscitari rudes et mulierculas, qui raro frequentant sacramenta, dicendo eis: *Forsan aliquis vitae anteactae scrupulus te mordet; cura nunc bene confiteri, dic omnia libenter, noli timere, omnem scrupulum ab anima tua deponere etc.* Hac interrogatione, aiebat quidam diligens operarius, a se multas animas a confessionibus sacrilegis fuisse liberatas.

Quomodo agendum si reperiantur sacrilegia.

Si autem reperiat jam hujusmodi sacrilegia fuisse patrata, ut de numero certus fiat, interroget, quoties intra hoc tempus, a quo peccata reticuerit, confessus sit et communicaverit; et si, quotiescumque confitebatur vel communicabat, ad sacrilegium advertibat. Contingit enim aliquibus interdum sacrilege confiteri, praecipue in pueritia, et postea horum oblivisci; hi enim non tenentur ad repetendas confessiones oblivionis tempore factas. Item interroget, utrum sciverint, se talibus confessionibus et communionibus etiam praeceptum Paschale transgressos fuisse.

Haec quaestio fiat initio confessionis.

Expedit autem, ut haec interrogatio de sacrilegiis fiat in principio confessionis, ne, si postea fiat, et reperiat jam commissum sacrilegium, tempus teratur inutiliter in repetenda confessione, quae forsitan nihil habet dissimile a praeteritis. — Oportet autem operam dare ut, qui peccata reticuerunt, cognoscant, quam maximum peccatum hoc sit, conculcare nempe pedibus sanguinem Jesu Christi.

Rogetur de poenitentiae implementatione;

4°. Interroget, *si poenitentiae satisfecerit*; et si omiserit, an hoc acciderit propter oblivionem, aut quia noluit eam adimplere, aut quia distulit in posterum faciendam, aut ut sibi commutare faceret; et si ea dilatione putabat se peccare.

de scandalis,

5°. Circa *scandala*: si induxerit alios ad peccandum, aut si, ut peccatum exse-

queretur, abusus fuerit ministerio aliorum; si cooperatus sit peccatis alienis. — Tabernarios interroget, si ministraverint vinum illis, qui soliti fuerunt inebriari (*Lib. II, n. 69*). — Mulieres interroget, si verbis parum honestis, jocis, saltibus^{b)}, risu, aut si fixis oculis aliquem inspiciendo, tunica nimis elevata, aut pectore aperto provocaverint viros ad malas cogitationes; si munera ab illis ad malum finem data acceptaverint (*Lib. II, n. 76*).

speciatim tabernarius, aut mulier.

23. — Circa hanc ipsam materiam *scandali* potest interrogare insuper, an poenitens cooperatus fuerit peccato alicujus. Sed confessarius in hoc debet esse valde peritus, ut dignoscat, quando cooperatio sit formalis et quando materialis.

De cooperatione ad peccata aliena.

Formalis est, cum cooperatur actuali peccato alterius, ut evenit in fornicatione, aut cooperatur malae voluntati alicujus, ut si in suam tutelam furem reciperet, quod vulgo dicunt *guardar le spalle*^{a)}. — *Materialis* autem est, cum operam suam exhibet actui alicujus ex se indifferenti, qui ea abutitur ad malum finem, ut est praebere vinum volenti se ebriare; et haec potest esse licita, cum adest justa et cooperationi proportionata causa.

Quid sit formalis cooperatio.

Quid, materialis.

Hoc punctum, quod magni momenti est et multa consideratione indigens, non mediocris mihi fuit laboris, ut, veluti res exigebat, expenderetur; observentur ideoque rationes et resolutiones in Opere congestas (*Lib. II, n. 63, v. Ad distinguendum, et Lib. III, n. 571*).

Quaestio valde ardua.

24. — Circa SECUNDUM PRAECEPTUM, interroget de perjuriis, de votis transgressis, et de blasphemis.

Quoad *perjuria*, interroget poenitentem: 1°. Si *falsum* juraverit, et an in iudicio vel extra; quia pejerando in iudicio etiam justitiam laesit, propter quod aliquando tenebitur aut se retractare, aut damnum reficere. — 2°. Interroget de modo, quo juravit: si *per Deum, per sanctos, per animam*; si enim juravit *per conscientiam* aut *per fidem*, quin addiderit *fidem sanctam* aut *Christi*, probabilissime potest excusari a perjurio (*Lib. III, n. 135*).

Confessarius roget de perjuriis.

b) Lege: salibus; italice « burle ».

23. — a) Addit textus italicus: « [Et est formalis] quia proprie concurritur ad malam vo-

luntatem peccantis, animum ei faciendo exsequendi peccatum. Haec cooperatio est formalis semperque illicita, cum sit intrinsece mala ».

Sed multi non peccant graviter.

Advertatur hic, multos rudes non apprehendere ut peccatum grave pejerare per sanctos, cum alterius damnum non intervenit. Et plerumque, cum in filios aut famulos irascentes dicunt: *per Deum, per sanctos, per Christum te occidam, si iterum hoc facies*, non intelligunt tunc pejerare, etiamsi revera minas exsequi non intendant; saltem non advertunt.

Quaerat de natura voti emissi.

25. - Quoad *vota* facta, pariter confessarius diligenter exquirat a poenitente, si illud quod emisit, sit verum votum, quia vulgus saepe confundit desideria aut proposita cum votis. — Ad haec distinguenda parum juvabit eum interrogare, ut nonnulli solent, an unquam habuerit intentionem se voto obstringendi sub gravi peccato. Siquidem rudes sic interrogati facile negant. Satius erit interrogare, si tunc, cum votum emisit, existimabat, se graviter peccaturum fuisse an non, si postea non satisfecisset; et ita melius cognoscetur, an sub gravi vel levi se voto obligaverit. — Certus factus confessarius hoc fuisse verum votum, exquiret utrum ob dilationem putaverit peccare mortaliter, an vero judicavit se ab hoc excusari, quia sibi erat propositum illud adimplendi in posterum.

Quomodo.

Postea de dilatione impletionis.

26. - Hic juvat annotare aliqua circa votorum *dispensationem* et *commutationem*.

Vota Papae reservata.

Jam notum est quinque vota reservata, religionis nempe, castitatis perpetuae et trium peregrinationum Romam, Jerusalem et ad s. Jacobum Gallaeiae, non posse nisi a Papa dispensari, dummodo sint absoluta, non autem poenalia, et conditionata (*Lib. III, n. 261*). — His adde votum perseverantiae in aliqua congregatione vel communitate solitum emitti: prout fit in congregationibus missionariorum s. Vincentii a Paulo et in nostra SS. Redemptoris, quod Benedictus XIV¹ sibi reservavit (*Lib. III, n. 255*).

Alia commutari aut dispensari possunt.

Alia vota possunt commutari aut dispensari ab episcopis, qui possunt hanc facultatem aliis delegare (*Lib. III, n. 256*); aut a confessariis regularibus (*n. 257, v. Immo*); aut ab aliis confessariis per fa-

cultatem jubilai aut alterius privilegii sibi concessam.

Loquendo autem de *commutatione*, confessarium monitum esse volo, ne sit scrupulosus circa *causam*; quia quodlibet rationabile motivum pro causa haberi potest. Sufficiens est ut ex commutatione voti sit minus periculum transgressionis (*Lib. III, n. 245*). Nec circa *materiam aequaliter subrogandam*: etenim non requiritur aequalitas lance libranda, sed sufficit ut sit aequalis moraliter. — Interroget poenitentem, quae opera soleat exercere praeter debita ex praecepto, aut ad quae majorem habeat propensionem, et in ea commutet vota. Commutatio autem securior in omni votorum genere erit frequentia sacramentorum (*Lib. III, n. 243*). Advertat, vota perpetua bene posse commutari in temporalia, dummodo adsit debita proportio; et sic etiam realia possunt commutari in personalia; et contra, personalia, in realia (*Lib. III, n. 247, v. Notandum*).

Circa commutationem vitentur scrupuli.

Loquendo autem de *dispensatione*, ad hanc requiritur causa gravior, nimirum periculum grande transgressionis, magna difficultas executionis, levitas aut imperfecta deliberatio, qua votum emissum est (*Lib. III, n. 252 et 253*). Nihilominus semper laudabile erit adjungere hujusmodi dispensationibus aliquam commutationem.

Ad dispensationem requiritur causa gravior.

Hae autem dispensationes et commutationes possunt fieri extra confessionem, modo facultas non sit concessa sub tali conditione, ut in jubileo (*Lib. III, n. 257, v. Immo*); sed consilii est, eas facere in confessione.

Regulariter commutatio aut dispensatio extra confessionem.

27. - Quoad *blasphemias*: 1^o. Interroget si execratus fuerit in sanctos^{a)}, et quibus verbis usus fuerit; an dixerit: *male habeat*, vulgo *managgia*, vel *atta*, aut *potta*.

Confessarius quaerat de blasphemis in Deum, aut sanctos,

Etenim dicere *managgia* certum est esse mortale. — *Atta* in se est veniale, quia tale verbum non continet contumeliam; sed aliqui rudes eundem concipiunt horrorem, ac cum dicunt *managgia*; et tunc oportet accipi pro gravi blasphemia,

¹ Bulla *Convocatis*, § 32, de die 25 Nov. 1749.

27. - ^{a)} Intellige: in Deum aut sanctos, uti liquet ex infra dicendis num. sequenti, sub 3^o.

et simul instruere poenitentem, tale effatum non esse blasphemiam. — Dicere *potta* in se esset grave peccatum juxta idioma hispanicum; sed in nostro blasphemia non est, cum nihil aliud significet quam interjectionem indignantis (*Lib. III, n. 124, v. Neque jurare*). Nihilominus bonum erit exigere numerum, cum rudes horrorem notabiliorum ex hoc concipiunt. Sed cum tale verbum sit aequivocum et cum possit accipi in sensu meliori, bene potest animadverti poenitens, quod illud juxta nostram loquelam non est blasphemia, quandoquidem nostri indigenae non intelligunt certe proferre illud in sensu pejore, id est Hispanorum idiomatis; sed advertatur simul, ut caveat a scandalo, si unquam adesset.

aut in dies sacros.

28. - 2°. Interroget si exsecraverit in dies sanctos, nempe Pascham, Natalem, Epiphaniam, Sabbatum sanctum, etc.: quod excusari non potest a mortali, licet multi rudes clare non apprehendant ut tale; sed quia est dubium, si apprehendant an non, investigetur de numero, et hujusmodi blasphemiae accipiantur, ut sunt coram Deo.

Locutio probabiliter non blasphema.

3°. Interroget si, postquam protulerit supradictas blasphemias in Deum, in sanctos aut in dies sacros, immediate subjuxerit: *si ego feci*; aut: *excepto Deo*. Etenim illos rudes qui dicunt ita unico actu, bene notat auctor *Istruz. per li Confessori di Terre e Villagi*¹, saltem excusari a gravi propter ignorantiam, cum non intendunt tunc blasphemiam proferre. Et licet in Opere (*Lib. III, n. 124, v. Sic quoque*) dixerim^{a)} tale effatum esse veram blasphemiam, quia ad blasphemiam non requiritur intentio exsecrandi, sed sufficit quod propositio sit in Deum aut in sanctos contumeliosa; nihilominus melius mihi rem consideranti videtur esse probabile, hanc non esse blasphemiam;

siquidem verus uniuscujusque propositionis sensus ab ultimis verbis designatur. Unde bene dici potest, praefatam propositionem, integre acceptam, non importare contumeliam. — Sed aliter dicendum, si ille, postquam vere exsecratus fuerit, ut malo jam patrato mederetur, diceret: *si ego feci* etc.

Limitatio.

29. - 4°. Notandum quod, cum rudes dicunt: *Maledicta sit fides tua*, vulgo: *managgia la fede tua*, non accipitur ut blasphemiam, quia non intelligunt fidem christianam, et nomine *fidei* potest quoque intelligi fides humana. Aliter autem debet judicari, si exsecrarentur in *fidem sanctam* aut *Christi*.

Maledicere fidei alicujus non est blasphemia.

Exceptio.

Ita pariter non est mortale *maledicere mortuis*, nisi nominarentur aut intelligerentur praecise a proferente animae mortuorum. — De hoc puncto^{a)} jam in Opere (*Lib. III, n. 130 et seqq.*) locutus sum: sed quia hoc est punctum ab aliis AA. non discussum, refert illud hic ad trutinam revocare, ut clarius patefiat, utque praesertim alicui anonymo respondeatur, qui in quadam sua epistola mihi contradixit, aliqua objiciens.

Maledictio mortuorum,

Dico autem, *maledictionem mortuorum*, per se loquendo, non esse blasphemiam, neque *in se*, neque *ex intentione* illorum, qui eam pronuntiant.

non est blasphemia.

Non est *in se*, quia vox *mortui* proprie est terminus *privativus*, qui homines significat vita functos, nunc amplius non existentes; et in tali supposito verbum *mortui* nec animam nec corpus importat. Quam ob rem, loquendo in philosophico rigore, qui mortuis maledicit nemini injuriam irrogat; cum rem maledicit, quae amplius non existit.

Neque in se.

Dicet aliquis: sed hic vox *mortui* accipitur non ut terminus *privativus*, sed ut terminus *analogus*, qui utrique, tam animae quam corpori, referri potest.

Obiectio.

¹ Is est *Jorio*, cap. 5, § *Confessione pratica*, v. *M'hai detto* (edit. Neap. 1740).

28. - ^{a)} Nimirum in prima editione (an. 1748), col. 141, et in secunda (tom. 1, 1753), loc. cit., S. Doctor inclinabat in opinionem affirmantem tale effatum esse *de se* blasphemiam. Suam autem sententiam immutavit in *Practica* et in tertia editione Theologiae moralis (1757).

29. - ^{a)} Quae hic habentur usque ad v. *Cae-terum* (paulo ante finem hujus num.) ampliata fuerunt a S. Alphonso in versione latina. Postea (an. 1758) insuper aliam dissertationem conscripsit quam inseruit in quarta editione Theologiae moralis (1760), et quae habetur lib. 3, post n. 132.

Refellitur.

Respondeo primum, quod is qui hoc dicit loquitur jam de relatione mentis; sed ego loquor de eo quod verbum *mortui* in se importat. Sed adhuc illud sumendo ut terminum *analogum*, respondeo secundo, quod sub voce *mortui* principaliter et *in recto*, ut dicunt philosophi, solum venit corpus, quod solum mortuum dici potest, cum anima immortalis sit. Dumtaxat *in obliquo* anima queit intellecta venire, nempe anima mortui, eo quod olim ipsa forma fuit corporis illius cui vitam praebeuit. At supposito, quod vox *mortuus* principaliter respicit corpus et minus principaliter animam, cum aliquis *mortuos* nominat, per se loquendo non de eorum animabus, sed de corporibus intelligitur. Ut de animabus intelligatur, opus est ut ille, aut speciatim in sua mente de animabus loqui intelligat, aut saltem, ut alia sermonis verba animas denotent, prout est illud quod scriptum est in II Machabeorum XII, 46. *Sancta ... et salubris est cogitatio, pro defunctis exorare*. Hic verbum *exorare* jam denotat de animabus mortuorum fieri sermonem.

Per se igitur loquendo, maledictio mortuorum blasphemia non est. Videamus nunc, an blasphemia sit propter mentalem relationem eorum qui illam proferunt.

Neque ex intentione.

Et dicimus secundo loco, nequaquam *ex intentione* blasphemiam esse; quoniam ii qui mortuis maledicunt, ordinarie a consideratione animarum ipsorum praescindunt.

Ab adversario aliquid opponitur.

Hic autem auctor epistolae mihi improperat, quod distinguere nesciam terminum *abstractum a concreto*. *Abstractus* (me instruit), ille est qui formam significat a subjecto praecisam, prout est pulchritudo, albedo, etc.; *concretus* vero significat subjectum cum forma conjunctum, ut est homo pulcher, charta alba, etc. Hinc dicit, vocem *mortuus* significare hominem, qui olim anima et corpore constabat, sed nunc importat corpus et animam disjunctam. Et ex hoc concludit, quod mortuos persona maledicens, non

solum eorum corpora, sed animas etiam maledicit.

Respondeo. Ego non dico, quod mortuos maledicens eos considerat tamquam abstractos, scilicet tamquam formas sine subjecto; sed dico, quod *praescindit* a considerandis mortuorum animabus, quae nunc exsistunt. Aliud est abstrahere, quod est considerare aliquam formam sine subjecto: aliud praescindere, quod est considerare quoddam subjectum praecisum ab aliqua circumstantia aut qualitate, quae respici potest. Certum est, homines vita functos nunc eosdem non esse, qui vivendo fuerunt. Tunc tot erant personae anima et corpore conjunctis compositae; nunc vero eorum animae et corpora exsistunt quidem, sed disjuncta exsistunt. Quapropter, cum mortui maledicuntur, non ideo necessario ipsorum animae maledictae veniunt, nisi cum illae specialiter exprimuntur vel intelliguntur.

Quod refutat S. Doctor.

Sed denique auctori epistolae concedamus, quod ipse aggressus est sustinere, nimirum quod mortuis maledicere idem sit quam eis maledicere, ac si viventes essent. Quaero: ergo, qui hominem vivum maledicit, semperne lethaliter peccat?

Et licet id concederet,

Omnes DD. ajunt, Cajetanus, Sotus, Molina, Prado, Azor, Lugo et alii cum Salmant.¹ ex D. Thoma², tum maledictionem in proximum peccatum esse mortale, cum ipsa est formalis, scilicet, ut explicat Cajetanus, cum proximo optatur damnum, et damnum grave, quod aliquis illi imprecatur; non vero cum maledictio est tantum materialis, nempe sine pravo animo prolata. — Et quidem in vivente certe corpus et anima simul exsistunt. Et quare non est mortale? Quia, qui maledicit homini viventi, non semper proximi animae intendit maledicere et contumeliam inferre substantiae illi in qua specialiter imago Dei splendet, sed praescindit ab anima respicienda; et ita gravem non committit culpam.

Nihil inde sequeretur.

Qui creaturis irrationabilibus maledicit, docent idem D. Thomas³ et omnes,

Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 76, art. 1 (edit. Rom. 1570). — Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 12, art. 3, concl. 2 (edit. Venet. 1568). — Molina, de Just. et Jure, tr. 4, disp. 22, n. 4 et 5 (edit. Colon. 1733). — Prado, Theol. mor., tom. 2, cap. 25, qu. 4, n. 5 et seqq. (edit. Complut. 1654). —

Azor, Instit. moral., part. 3, lib. 2, cap. 23, quaer. 2 (edit. Lugdun. 1625). — Lugo, de Just. et Jure, disp. 14, n. 196 (edit. Paris, 1868). — ¹ Cursus theol. mor., tr. 13, de Restitutione, cap. 4, n. 27 et 28 (edit. Matrit. 1740). — ² 2^a 2^{ae}, qu. 76, art. 3. — Cajetan., loc. cit. — ³ Loc. cit., art. 2.

si eas respicit, in quantum sunt creaturae Dei, mortaliter peccat veramque patrat blasphemiam; non vero jam, si praescindit ab eis considerandis, ut tales, et tantum eis maledicit secundum se consideratis, et quidem omnes ipsae sunt creaturae Dei. En quod D. Thomas etiam praecisionem hanc admittit. Ita pariter, qui mortuis maledicit, si maledicit in quantum ad animas eorum, graviter peccat; non autem, si praescindit et mortuis maledicit, quin specialiter animas respiciat.

Non omnes intendunt maledicere animabus.

Dicere autem quod omnes qui maledicunt mortuis, omnes jam intendunt etiam eorum animabus maledicere, ego et tot alii confessarii, poenitentes interrogando, oppositum comperimus. Tanto magis, quod ordinarie isti, qui mortuis maledicunt, non jam eos laedere intendunt, sed vivos, quibus ad instar contumeliarum hujusmodi maledictiones dirigunt. Verumtamen haec est materia facti. Quisque confessarius in hoc, poenitentem diligenter interrogando, poterit se a dubio eximere.

Maledicere cadaveri non est mortale.

Dicere autem quod, licet quis solis mortuorum corporibus maledicere intendat, nec etiam a culpa gravi excusari potest, propter respectum quem Ecclesia habet corporum mortuorum, eis incensum praebendo, aqua lustrali aspergendo et cum pompa sepeliendo: nescio, quomodo quis ob hanc rationem id suadere sibi possit.

Nolo in hoc immorari. Paucis me expediam. Et dico quod praedictae functiones non sunt quidem exhibitiones alicujus cultus religiosi erga corpora mortuorum, sed tantum quaedam caeremoniae, quas Ecclesia etiam erga viventes adhibet. Si igitur honor, qui fit defunctis, major non est illo, qui vivis exhibetur, nec contumelia major erit.

Ultimae objectioni satisfit.

Sed cur (subdit auctor epistolae) leges gravius puniunt, qui adversus cadavera

saeviunt? — Respondeo: Puniunt non ratione contumeliae, sed ratione iniqui animi, qui in tali actione manifestatur, et qui adhuc in occidente infidelem aut haeticum a lege mulctatur. Alioquin, si hoc esset in se gravis cadaverum injuria, ejusdem criminis essent rei, qui ob usum anatomiae ipsa incidunt et laniant.

Caeterum id quod concludo est, maledictionem in mortuos per se loquendo nec blasphemiam nec culpam mortalem esse.

Conclusio,

Et invenio quod tres auctores jam in opere citati, qui soli de hoc puncto scripserunt, idem pronuntiarunt ^{b)}. Praeterea ego pro majori meae conscientiae pace de hoc pluribus doctis viris Neapolim scripsi, et etiam tribus congregationibus presbyterorum saecularium missionibus addictorum; ubi flos cleri Neapolitani existit; et uno exemplo fuerunt responsa omnia meae sententiae conformia. Ac Pater Sabbatinus (tunc temporis pius operarius, nunc dignissimus Aquilae praelatus) mihi respondit, cunctos pios operarios, tam praesentes quam antiquos, idem uniformiter sensisse. Insuper, cum quamdam epistolam de hoc puncto typis dederim ^{c)}, adversus quam postmodum anonymi epistola prodiit, de qua supra mentionem jam feci, accepi tamquam certum, utramque scripturam a nuntio transmissam fuisse ad summum Pontificem Benedictum XIV qui, postquam curam dederit controversiam discutiendi Rev. Patri Thomae Sergio, pio operario, S. Officii Romae consultori (qui nunc suum obiit diem), ipse pariter mecum sensit, maledictionem mortuorum non esse blasphemiam. Et ab alio Patre, pio operario, mihi affirmatum deinde fuit, quod idem etiam Pontifex, cognita Patris Sergii sententia, ostendit se eam approbare ^{d)}.

quae confirmatur ex auctoritate.

30. — 5°. Dubitatur an maledicere mundo sit blasphemia. — Auctor citatus *Istruzione*, etc. negavit; sed ego contra-

Maledicere mundo probabilius blasphemia.

Jorio, Istruz., cap. 5, § Secondo comandamento, v. È da notarsi.

^{b)} Nempe Jorio, auctor libelli cui titulus *Istruz. per li confessori di terre e villagi, cap. 5, Secondo comandamento, § Confessione pratica*, v. *Or figlio*; Ven. Sarnelli, C. SS. R., *Opera contro la bestemmia*, lib. 3, part. 2, ragionam. 3 (edit. Neap. 1740); Maz-

zotta, *Theol. mor., tr. 2, disp. 1, qu. 3, cap. 2, § 1, quaer. 1* (edit. Neap. 1748).

^{c)} Alludit S. Doctor ad primam brevem dissertationem quam evulgaverat versus annum 1746.

^{d)} Hic referre juvat quae habet Tannoia,

rium ostendi (*Lib. III, n. 129, v. Sed hic*). Nihilominus dixi quod, si pro mundo intelligeretur mundus, qui Deo adversatur, certe non esset peccatum. Sed quia verosimiliter rudes non sic intendunt, sed potius ut creatum a Deo, et de hoc se accusant cum magno horrore, dico, probabilius accipiendum esse pro culpa gravi.

Maledicere creaturis cum relatione ad Deum, blasphemia.

6°. Maledicere creaturis insensatis, ut vento, pluviae, annis, diebus, igni, etc., non est blasphemia, nisi hujusmodi creaturae expresse in Deum referrentur, prout si diceretur: *Maledictus sit ignis Dei, panis Dei*, etc. Maledicere autem paradiso aut animae (quia in anima splendet specialiter potentia et imago divina), non est dubitandum quin sit gravis blasphemia (*Lib. III, n. 129, v. Si maledicitur et Sed hic*).

Maledicere daemone non mortale;

7°. Maledicere daemone non est mortale, quia maledici solet ut auctor mali et Dei inimicus: ideoque in se ne veniale quidem est, praescindendo ab actu impatientiae, qui tamen facile comitatur (*Lib. III, n. 129, v. Maledicere*).

quidem vocare ipsum sanctum aut omnipotentem.

Dicere autem diabolum *sanctum* aut *omnipotentem* est vera blasphemia ac gravis; immo haereticalis, si proferretur cum intellectus errore, qui quidem regulariter loquendo non praesumitur. — Sed non est blasphemia appellare daemone *potentem* aut *sapientem*, quia ille natura sua talis est; dummodo hoc non diceretur, ut ei honor praestaretur; — neque dicere vulgo: *santo Dia...*, *santo Diana* (*Lib. III, n. 124*).

Locutiones non blasphemae.

8°. Interroget quoties et qua occasione blasphemaverit: si in ludo aut in caupona aut venatione; et a quanto tempore versetur in hoc vitio; ut cognoscat, si est recidivus, aut si sit in occasione proxima, quam poenitens teneatur auferre.

Blasphemus rogetur de circumstantiis,

31. — 9°. Interroget etiam, si blasphemaverit coram filiis aut famulis; tunc

et num adfuerit scandalum.

enim, praeter blasphemiae peccatum, peccavit etiam scandalum.

Demum hic addo cum quodam docto auctore ^{a)}, blasphematores non excusari a peccato gravi eo quod, propter vim habitus mali aut vehementem animi commotionem ad iram, non adverterint ad id quod dicebant: quia hi male habituati, licet habeant cognitionem minus vivacem quam alii, qui usum blasphemandi non contraxerunt, tamen semper habent eam actualem cognitionem sufficientem ad hoc ut actus sit deliberatus et graviter peccaminosus. Cum enim ipsi tanti non faciunt peccatum, ideo in suo animo nullum hujus sceleris sensum experiuntur, sicuti perciperet alius, qui esset conscientiae non tam depravatae; et hinc oritur quod in eorum mente ne signum quidem remaneat actualis cognitionis, quam in peccato habuerunt: aut si vestigium aliquod cognitionis relinquitur, est ita leve ut interrogati faciliter respondeant, se non animadvertisse. Sed diligens confessorius nullam in hoc debet eis praestare fidem; et neque debet ab his sciscitari, an adverterint nec ne, sed accipiendae sunt omnes ut verae blasphemiae actuales, semper ac ipsi sciebant tales esse.

Habitus blasphemiae non tollit voluntarium.

32. - Circa TERTIUM PRAECEPTUM.

Quoad obligationem *audiendi Sacrum diebus festis*, interroget poenitentem, si aliquoties Sacrum omiserit; et si adverterit ad omissionem; aut de ea dubitaverit tempore quo Sacrum audire poterat. Etenim multoties poenitens, ad horam tardam Sacrum audire differens, licet casu repererit Sacrum et illi interfuerit, nihilominus sine justa causa in periculum illud omitendi se iniecit; et de hoc rudes non se accusant.

Poenitens rogetur num Sacrum omiserit.

Item, si poenitens se accuset, se Sacrum omisisse, interroget de causa: an

Et quare.

Memorie sulla vita e l'Istituto di S. Alfonso, lib. 2, cap. 38 (edit. Taurin. 1857): « Tanti faciebat Benedictus XIV doctrinam Alphonsi ut, interrogatus circa maledictionem mortuorum a docto missionario... Josepho Jorio, rem decidere noluerit sed responderit: *Vos habetis vestrum Liguori; illum consulite* ».

31. — a) Doctus auctor de quo hic agitur et qui aperte citatur in *Hom. Apost., tr. ult., n. 19*, est auctor *Istruz. per li confessori, etc.*

seu Jorio, qui revera, *cap. 5, Secondo comandamento, v. Qui c'istruiscono*, tenet sententiam S. Alphonsi, sed addit: « Dari quidem potest motus primo primus qui excuset a peccato gravi, sed, in praxi, hoc non solet evenire ». Ceterum ipse S. Doctor, *lib. 5, de Act. hum. n. XIV, 3°*, concedit hoc posse contingere dicens: « Si [quis] adhibitis diligentibus [ad extirpandum habitum] inadventer blasphemam ... excusatur a culpa ».

propter necessitatem; ut accidit famulis, qui non possunt gregem derelinquere; aut matribus, quae domi non possunt relinquere pueros; aut conjunctis, qui non possunt relinquere infirmos; aut itinerantibus, qui non possunt a comitatu disjungi sine gravi incommodo, ut esset subire periculum, quod exspolientur a latronibus, aut per viam errent, si soli pergant, etc. (*Lib. III, n. 326*); aut accidit alicui, qui vestes decentes non habeat, quibus in ecclesia decenter compareat (*n. 330, v. Bene*).

Num laboraverit.

33. - Quoad *opera autem servilia*, quae in die festivo prohibentur, interroget, si laboravit die festo; et si ille affirmat, interrogetur: 1°. quantum temporis laboravit et quodnam laboris genus exercuit; nam secundum communiorem, doctores (*Lib. III, n. 305*) excusant a gravi laborantem duas horas; immo alii admittunt quid amplius, saltem si labor est de se levis, aut adest aliqua causa notabilior. Si autem poenitens confitetur, se laborasse aliquando plus, aliquando minus, interrogetur, quoties laboravit judicans laborare in materia gravi; sed opus est ut eum doceat, laborare per longum tempus, etiam occulte et animi solatio ac gratis, etiam esse peccatum. — 2°. Interrogetur, quare laboravit, an per regionis consuetudinem, an ob necessitatem.

Quantum temporis et quodnam genus laboris.

Quare laboraverit.

Verum est, quod paupertas potest excusare; ut plerumque excusantur pauperes qui, si non laborant, non possunt se aut familiam suam sustentare (*Lib. III, n. 297*); ut etiam excusantur illi qui die festo vestes resarciunt, cum non possint diebus ferialibus (*ibid.*). Sed oportet rudes ab errore dimovere, qui falso putant, se posse laborare die festo, cum laboratur pro familia sua et sine mercede.

Excusatur interdum paupertas.

Multi DD. excusant eos qui laborant, ut fugiant otium, ob quod in probabili peccandi periculo essent. Sed haec opinio non admissa est, nisi in casu rarissimo, in quo tunc vexarentur tentatione ita molesta, ut superari non possit nisi laborando.

Rarissime fuga otii.

Nonnulli servi aut famuli aliquando coacti sunt a dominis ad frequenter laborandum in festo et etiam ad Sacrum omittendum. Hi tenentur discedere ab hujusmodi dominis, dummodo non se obligarint chirographo servire; aut dummodo justo timore non incutiantur, ne repugnando grave incommodum subituri sint. — Et pariter hac sola ratione possunt excusari filii et uxores ad laborandum in festis, coacti a parentibus aut viris (*Lib. III, n. 296*).

Quandoque necessitas pro famulis,

filii aut uxoribus.

Interroget etiam, si in vigiliis, Quadragesima, feria sexta et sabbato comederint cibos vetitos.

Rogetur de cibis vetitis.

34. - Circa QUARTUM PRAECEPTUM.

Si confitentur *filii*, interrogetur:

1°. Si oderint parentes; quia tunc duplex peccatum commiserunt, contra charitatem nempe et contra pietatem.

Filii quarentur de odio in parentes;

2°. Si aliquid grave fecerint contra eorum praeceptum expressum et in re justa: sicuti esset, ne domo de nocte egrederentur, ne ludis damnosis luderent, ne cum malis sociis aut cum personis diversi sexus et similibus versarentur. — Dixi: *in re justa*. Quia circa status electionem filii non tenentur parentibus obedire. Immo parentes graviter peccarent, si sine justa causa filios ad statum matrimonialem aut ad statum ecclesiasticum aut religiosum cogèrent; aut modis injustis^{a)} retraherent eos a statu religioso, quem illi eligere velint (*Lib. III, n. 335, v. Praeterea*, et *Lib. IV, n. 77*).

de inobedientia;

3°. Interroget, si irreverentiam adversus parentes adhibuerint, factis aut imprecationibus aut injuriis gravibus coram irrogatis: ut esset, eos appellando ebrios, bestias, fatuos, latrones, veneficos, scelestos: aut gestus eorum contumeliose exprimendo aut aliis verbis proferendo, quibus gravem molestiam eis exhibuissent. — Vocare autem eos senes, ignaros, stultos, etc., non debet absolute condemnari de peccato mortali, nisi tunc cum illi graviter offenderentur.

de injuriis parentibus illatis,

Notetur quod, cum filii parentum debitam rationem non habuerint, tenentur

quas dele-re debent.

34. - ^{a)} Immo S. Doctor, *lib. 4, n. 77*, dicit « omnino tenendum cum communi doctorum sententia, hos parentes peccare gra-

viter, qui (sine justa causa) sive fraude aut vi, sive precibus, promissionibus aut alio modo, filios a religione distrahunt ».

laesum honorem eis restituere, veniam ab eis postulando, etiam coram iis, in quorum aspectu filii peccarunt.

Sed aequa imponatur satisfactio.

Nonnulli autem confessarii parum cauti in eo casu pro satisfactione imponunt filiis, ut, cum domum pervenerint, pedes parentum deosculentur, et absolutos dimittunt; sed illi postea hoc adimplere non curant, et novum peccatum admittunt. — Satius est curare, ut ante absolutionem hanc veniam poscant, sed quin eis imponantur, ut pedes aut manum deosculentur; quia illi filii, quibus hoc faciendi consuetudo nunquam fuit, difficillime hoc exsequuntur. Si autem non possit commode hic actus ab illis exigi, ut veniam postulent ante absolutionem, non imponatur hoc sub gravi obligatione, sed potius ut consilium insinuetur; dum certe praesumuntur, saltem ut plurimum, parentes remittere filiis hanc obligationem, ne filii iterum in Dei offensam incurrant.

Parentes rogentur de religiosa educatione,

35. - Si contra confitentur *parentes*, primum interrogentur, si negligentes fuerint in filiis educandis, non curando ut doctrinam christianam illi docerentur, ut Sacro interessent, sacramenta frequentarent, pravos socios et personas alterius sexus vitarent. — Item, eos interroget, si scandalo fuerint illis, in eorum praesentia blasphemando, etc.; si de excessibus eos non corripuerint, et praecipue, quando aliquid furati sint; si permiserint, ut sponsi suarum filiarum domum accederent; et potissimum, si filios secum in eodem lecto retinuerint; aut permiserint pueros et puellas simul dormire; item, si omiserint alimenta necessaria filiis ministrare; si modis injustis coegerint filios ad statum matrimonialem suscipiendum, vel ut sacris initiarentur, aut aliquam religionem inviti ingrederentur; nam hoc agentes graviter peccant. Sed de hoc parentes plures nullum sibi scrupulum faciunt; et hinc filiis pernicies et Ecclesiae maximum detrimentum evenire solet.

de scandalis datis,

de correctionis omissione,

de coactione circa vocationem.

Domini de correctione famulorum.

Interroget etiam *dominos*, si famulos suos corripuerint, cum blasphemabant aut praeceptum paschale non implebant, aut Sacro non intererant, aut inhoneste loquebantur, praecipue messis et vindemiae temporibus. Domini enim, cum possunt, tenentur impedire scandala quae tunc committuntur.

Interroget etiam *viros*, si familiae alimenta ministraverint; *uxores*, si viros ad blasphemias provocaverint, et si eos debito matrimoniali defraudaverint. Plerumque de hoc interrogentur uxores; quia multoties propter hoc solum damnantur, et in causa sunt cur etiam viri damnentur, qui, cum observent sibi denegari quod debetur, ad mille scelera effrenati decidunt. Nihilominus in hac interrogatione verbis modestioribus, quantum fieri poterit, utetur, v. gr.: *Esne obediens tuo viro etiam in rebus ad matrimonium spectantibus*; aut: *Habes forsitan aliquem scrupulum qui te mordet circa matrimonium?* — Sed haec interrogatio, ut plurimum, omittatur cum uxoribus quae vitam spiritualem profitentur.

Viri de alita familia.

Uxores plerumque de debito conjugali.

Sed modestissime.

36. - Circa QUINTUM PRAECEPTUM, interroget poenitentem: 1°. Si aliquod grave damnum proximo appetiverit, aut de illius damno se oblectaverit. — Et hic notetur quod, si aliquis suo inimico diversa mala exoptaverit, ex. gr. mortem, infamiam, paupertatem, etc., tenetur omnia declarare; et sunt diversa peccata numero distincta, cum ea voluit efficaciter illi inferre; aut si speciatim et in particulari optavit ut haec illi acciderent. Aliter autem, ut dicunt probabiliter multi DD. (*Lib. V, num. 50, Qu. 5*), si optaverit mala illa sub uno genere mali, nempe ut media ad ruinam appetitam inimico.

Rogetur poenitens de gravi damno aliis optato.

Et hic est confusio confessariorum in discernendo, an imprecationes quae rudibus esse solent usuales, fuerint peccata mortalia an venialia.

In hoc oportet interrogare in primis poenitentem, an in illo actu desideraverit deliberate ut illae succederent. Sed hoc non sufficit ad certum iudicium faciendum. Qua de re opus est ut postea interroget, si imprecatus fuerit in extraneos an in propinquos, quia in hos (praecipue in filios, conjuges aut parentes) raro animus pravus adest. Postremo oportet interrogare de causa, cur eas imprecationes protulerit; dum si causa gravis aut fervens ira intercesserint, facile est, tunc etiam pravum desiderium interfuisse. — Caeterum non sufficit poenitenti, ad excusandas imprecationes, dicere quod tantum in illo actu, ut evenirent cupiebat; quia hoc jam suffi-

Num vere optaverit.

Cuinam optaverit.

Et quare.

Falsa poenitentis excusatio.

cit, ut in illo actu commissa sit culpa gravis. Unde confessarius tunc requirat de numero et iudicet de eis, saltem ut coram Deo sunt: et quem recidivum in eo vitio reperit, non absolvat, nisi prius resipuerit aut extraordinarium doloris signum dederit.

Rogetur de injuriis.

37. 2°. Interroget si in proximum intulerit injurias graves et an coram aliis; quia tunc tenetur coram ipsismet restituere illi honorem ablatum, veniam ab eo petendo, aut aliis reverentiae signis (*Lib. III, n. 984*); dummodo prudenter non praesumatur injuriis affectus totum remisisse, aut illam publicam satisfactionem recusare, ne apud se rubor et apud alios memoria injuriae acceptae renovarentur; aut nisi timeretur, ne illo satisfactionis actu iterum odio excitaretur (*n. 988*).

Si publicae, regulariter publice satisfaciatur.

Si occultae, occulte.

Si autem injuria fuit secreta, etiam secreta tenetur veniam postulare, secundum veram sententiam (*Lib. III, n. 985*).

Limitatio.

Attamen advertendum est, injurias, quibus ad invicem se onerant rudes, licet in se essent graves, nihilominus non esse semper graves inter hujus generis personas, ut cum se appellant latrones, veneficas, meretrices; quia ipsaemet non multi haec faciunt, nec qui eas audit, fidem praestat; excipe, si nominarent res particulares et complices.

Rogetur de susurratione.

Interroget item, si discordias excitasset, zizania disseminando et referendo uni, quae ab alio audivit.

38. - Denique interroget si odio aliquem habuerit et ei signa communia amicitiae negaverit.

Et hic expedit, illius Dubii, quod inter DD. movetur, meminisse: *Utrum offensus offensori teneatur remissionem facere?*

¹ Tr. 21, cap. 6, n. 18.

Salmant.¹ dicunt, offensum teneri quidem ad remissionem injuriae, non autem publicae poenae, quia haec in reipublicae bonum redundat.

Speculative loquendo, sententia vera est; sed in praxi nunquam mihi fuit animus absolvendi aliquem istorum qui dicebant, se parcere inimico, sed velle ut justitia suum locum haberet, ut scelesti digna factis suis reciperent. Nunquam enim mihi suadere potui, quod hujusmodi, qui quandoque peccatis onerati accedunt, tam ament bonum commune et justitiam (non jam in alios delinquentes, sed solum in suos offensores), ut animus eorum sit penitus ab omni vindictae affectu alienus. Unde in istis facillimum est, ut dicunt multi alii DD. (*Lib. II, n. 29, v. Licet*), eorum affectum ad bonum commune esse speciosum praetextum simulandi desiderium propriae vindictae.

Speculative, offensus potest exigere poenam.

Practice res valde periculosa.

Attamen puto, posse absolvi injuriis affectum: — *primo*, si vellet jam remissionem facere, sed praetenderet juste satisfieri in damnis quae passus est; dummodo offensor non ita esset pauper, ut omnino solvendo non esset; — *secundo*, si remissionem faceret sub conditione, ut offensor longe abesset a regione, aut quia [offensus] filios aut fratres, aetate provectos, vividos^{a)} habet, aut quia offensor esset ita insolens et ad rixas proclivis, ut prudenter timeret, propter sui animi imbecillitatem, illius petulantiam non posse sufferre^{b)}.

Sed potest velle resarciri,

aut longe fieri offensorem.

39. - Circa SEXTUM et NONUM PRAECEPTUM:

1°. Interrogentur de *cogitationibus*, num desideraverint aut morose delectati fue-

38. - ^{a)} Seu « pronos ad vindictam » ut indicat italicus textus.

^{b)} Quae in hoc num. habet S. Alphonsus de remissione injuriae, ab ipso postea transcripta fuerunt fere ad verbum in *Hom. Ap., tr. 4, n. 17* (Cfr. hunc textum in *Theologia morali, lib. 2, n. 29, not. b*). Sed in *tr. ult., n. 23*; eandem tractans quaestionem, lectorem remittit ad *tr. 4, n. 17*, addens tamen: « Advertendum hic quod dicit Tournely [*Dec., cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 3, qu. 4*], nempe quod offensus recte potest velle injuriae satisfactionem, si secus familia infamia notata

remaneret. Item advertit S. Thomas, *2a 2ae, qu. 108, art. 1*, quod juste potest postulare offensoris animadversionem, aut ad cohibendam ejus petulantiam, aut ad consulendum communi tranquillitati. « Si vero, ait Sanctus, intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per poenam peccantis, puta, ad emendationem peccantis vel saltem ad cohibitionem ejus et quietem aliorum et ad justitiae conservationem... potest esse vindicta licita ». Sed circa hoc punctum de conservanda justitia, quod plerumque innuunt offensi, magna vigilantia

Rogetur poenitens de pravis cogitationibus voluntariis.

rint de rebus inhonestis; et an plene ad eas adverterint et consenserint. Deinde, num concupierint puellas aut viduas aut nuptas, et quid mali cum illis se facturos intenderint. — In quo advertendum quod rustici, communiter loquendo, existimant majus peccatum stuprum quam simplicem fornicationem. E contrario nesciunt malitiam adulterii; ideo cum iis qui hujus vitii consuetudinem habent, non expedit eos monere de adulterii malitia, cum praevidetur monitio parum profutura, sed tantum effectura ut poenitens duplici peccato peccet, si carnis concupiscentiis non resistet.

Quomodo exquirendus earum numerus.

De his autem cogitationibus, quibus assentiti sunt poenitentes, sumendus est numerus certus, si haberi potest; sin autem, exquiratur quoties in die vel hebdomada vel in mense cogitationibus consenserit. Sed si nec etiam id explicare possint, interrogentur, num concupierint singulas mulieres quae sibi occurrerunt vel in mentem venerunt; aut num habitualiter turpiter de aliqua in particulari cogitarint, nunquam pravis consensibus resistendo; et an semper illam concupierint, vel an tantum quando ipsam aspiciabant.

De mediis ad exsequenda desideria.

Demum interrogentur etiam, num media apposuerint ad malas cogitationes exsequendas; nam, ut diximus in Libro (*Lib. V, n. 32*), tunc illa media, etsi indifferentia, a malitia interna informantur, et ideo explicanda ut peccata externa sive opera inchopta ^a).

Circa turpiloquia:

40. II^o. Circa *verba obscena* interrogentur:

rogetur de scandalo,

1^o. Coram quibus et quoties ita locuti sint, ratione scandali: an coram viris aut feminis, uxoris aut non, pueris vel adultis. Facilius enim scandalizantur puellae et pueri quam adulti, praesertim qui in hoc vitio sunt habituati.

de verbis prolatis,

2^o. Quae dixerint verba: an, v. gr. nominarint pudenda sexus a suo diversi. Hoc enim difficulter excusatur a mortali.

de motivo turpiloquii,

3^o. Num verba protulerint ex ira vel joco; nam ex ira difficiliter aderit compla-

centia et scandalum. Caveat confessarius ab absolvendis hujusmodi recidivis in colloquiis turpibus, quamvis dicant, se ea protulisse ex joco, nisi prius emendentur vel signum extraordinarium doloris afferant.

4^o. Num jactaverint se de aliquo peccato. Tunc enim tria peccata frequenter concurrunt, scilicet magnum scandalum audientium, jactantia de malo commisso, et complacentia de peccato narrato: ideoque interrogandi sunt, de quo peccato in specie se jactarint (*Lib. V, n. 26*).

de sui jactantia,

Interrogentur etiam an delectati sint audire alios inhoneste loquentes, et an tunc adverterint ad correctionis praecipuum, putantes eam profuturam.

de turpiloquiis auditis.

41. - III^o. Circa *opera* interrogentur quacum rem habuerint; num alias cum eadem peccarint; ubi peccatum fuerit patratum (ad occasiones removendas); quoties peccatum consummatum, et quot actus interrupti adfuerint seorsim a peccato; num peccato multum ante consenserit: nam tunc actus interni interrumpuntur, juxta dicta *Lib. V, num. 36 et seqq.*; et tunc expedit formare judicium, toties multiplicata fuisse peccata, quot morulae somni, distractionis, etc. adfuerint, prout sunt coram Deo, tantum interrogando de temporis duratione in peccato. Secus, si malum propositum fuerit conceptum per duos vel tres dies ante consumationem peccati, et intra illud tempus non fuit retractatum, quia tunc sumitur pro uno numero peccato; vide dicta *ibid.*

Circa opera, quaeratur de specie, numero et occasione.

Se polluentes interrogentur etiam de tactibus impudicis separatis a pollutionibus et moneantur, eos esse mortalia. Item, interrogentur an concupierint vel an delectati fuerint de copula cogitata cum aliqua vel pluribus mulieribus aut pueris; tunc enim tot peccata distincta committunt.

Moneatur de tactibus separatis.

Item, adverte quod, si quis coiret inter crura aut brachia mulieris, praeter peccatum contra naturam committeret fornicationem inchoatam sive affectivam, ut

Quid, de coitu inter crura aut brachia mulieris.

utendum est confessario, quia, in praxi, ut loc. cit. diximus, faciliter in eo desiderio justitiae latet propria vindicta ».

39. - ^a) Si, nimirum, postea peccatum non consummetur, ut explicat S. Doctor, *lib. 5, n. 42*.

dicunt communiter Filliuccius ^{a)}, Tamburinius¹, Holzmann², Sporer³, etc. (*Lib. III, n. 466, v. Infertur* 3). Unde hic duo pararet peccata diversae speciei, unum contra naturam in effectu, alterum fornicationis in affectu.

Quid, circa peccata conjugum.

Circa autem peccata conjugum respectu ad debitum maritale, ordinarie loquendo, confessarius non tenetur nec decet interrogare nisi uxores, an illud reddiderint, modestiori modo quo possit, puta: *an fuerint obediens viris in omnibus*. De aliis taceat, nisi interrogatus fuerit. — Quae autem liceant, et quae vetentur inter conjuges circa idem debitum, vide quae fuse dicta sunt in Opere, *Lib. VI, ex n. 900*.

Rogetur poenitens de furto.

42. - Circa SEPTIMUM PRAECEPTUM, interroget si aliquid ab alio surripuerit; et a quo, et an ab uno aut pluribus; an solus, an cum aliis, et an semel an pluries: quia si qualibet vice materiam gravem sumpserit, qualibet vice peccavit mortaliter.

Furtula coalescere possunt.

Si vero materiam parvam sumpserit singulis vicibus, tunc non peccavit graviter, nisi cum ad gravem materiam advenit; dummodo a principio animum non habuerit perveniendi ad materiam gravem. Sed cum materia jam facta est gravis, licet ille graviter non peccavit, tamen sub gravi tenetur ad restitutionem (*Lib. III, n. 553*), saltem illius ultimae quantitatis, quae materiam gravem constituit (*ibid. in fine*).

Gravitas in furtis minutis.

Notandum tamen plus materiae ad constituendam gravitatem in furtis minutis, et majorem requiri, si a diversis sumantur; unde dicitur, quod in furtis minutis, quae pluribus vicibus diversis facta sunt, duplum requiritur (*Lib. III, n. 530*). Et si inter ea notabile intercessit tempus, duorum nempe mensium, tunc furta probabiliter non coalescunt in materiam gravem (*ibid.*).

¹ Method. confess., lib. 2, cap. 7, § 10, num. 64 (edit. Venet. 1726). — ² De Praecept. decal., n. 720 ad 4 (edit.

Probabiliter autem, qui fructus ederent in aliorum vineis, dummodo non sint rari et magni pretii, possunt excusari, saltem a peccato gravi ^{a)}, si foras non exportant in magna quantitate (*Lib. III, n. 529, Qu. 2*). In hoc enim rerum genere quae valde sunt expositae, major quantitas ad gravem materiam constituendam requiritur (*loc. cit., v. Plus requiritur*).

Interdum excusantur edentes fructus in aliena vinea,

Et hac ratione faciliter possunt excusari famuli et famulae, quae sibi a dominis sumunt res comestibiles; modo non sint in magna quantitate et extraordinariae (*Lib. III, n. 545*).

famuli edulia sumentes,

Neque condemnari debent de peccato gravi, qui ligna incidunt aut pecora ad pastum ducunt in agros communitatis, licet prohibitum sit; quia tales prohibitiones censentur esse pure poenales (*Lib. III, n. 529, Qu. 1 et n. 614, v. Qui in loco*).

ii qui bonis communitatis utuntur.

Gravitas autem materiae commensuratur a qualitate personae, cui illatum est damnum; sed hoc fusius discussum est in Opere, *Lib. III, n. 527*. — Cum autem furta fiunt a filiis aut ab uxoribus, requiritur multo major quantitas, ut sint grave peccatum; et raro hi tenentur sub gravi obligatione ad restitutionem (*Lib. III, n. 539 et 543*).

Mensura gravitatis furti.

43. - Certus factus de gravi poenitentis obligatione, confessarius inspiciat si poenitens valeat restituere, licet cum aliquo incommodo: et eum non absolvat, nisi prius restituat, licet ille signa extraordinaria emendationis exhibeat (*Lib. III, n. 682, Qu. 1*). Bona enim sunt quidam sanguis, qui a venis non eruitur nisi cum magna vi et dolore. Unde, si restitutio non fit ante absolutionem, cum difficultate maxima fiet postea, ut experientia admodum docemur. Potest excipi tantum aliquis poenitens, qui ita meticulosae conscientiae esset, ut de eo non sit dubitandi locus.

Si poenitens restituere debeat et valeat, non absolvatur ante restitutionem.

Exceptio.

Campodun. 1737). — ³ Theol. mor., part. 4, cap. 3, n. 636 (edit. Venet. 1731).

41. - ^{a)} Filliuccius, *Morales Quaest., tr. 30, n. 135* (Lugdun. 1633) speciatim hunc casum non habet. Dicit solum « omnes mollities esse ejusdem speciei; sive enim sint procuratae... proprio, sive alieno adminiculo extrinseco, nulla est specifica diversitas... Semper est

una ratio voluntariae seminationis procuratae absque concubitu ».

42. - ^{a)} Haec restrictio « saltem a peccato gravi » invenitur posita nec in Theologia morali, *loc. cit.*, nec in *Hom. Apost., tr. 10, n. 24*.

Interdum differenda restitutio.

Dixi: *cum aliquo incommodo*; quia, si ille restituendo non esset, quin in gravem necessitatem se conjiceret, id est, quin a statu suo, quem juste acquisivit, decidat, tunc ille potest differre restitutionem, dummodo creditor non sit in gravi necessitate. Immo, licet creditor sit in gravi necessitate, probabiliter nec etiam tenetur debitor ad restitutionem, cum ipse pariter in gravi necessitate reperitur, et per restitutionem constituendus esset in necessitate quasi extrema. Hoc tamen intelligitur, modo res ablata non exstet in specie, et modo creditor praecipue non redactus fuerit ob illud furtum in eam gravem necessitatem (*Lib. III, n. 703, Dub. 1*).

Quid interim faciendum.

Curetur saltem tunc, nempe cum potest differri restitutio, suadere poenitenti, ut identidem paulatim restituat, aut aliquem laborem faciat, aut aliquod donum aliquando creditori offerat.

Pauca de restitutione delibantur.

44. - Possibile hic non est, omnes doctrinas scitu circa hanc materiam restitutionis necessarias, quae est ita late patens et implicita, iterum repetere. Observetur propterea, quod fusius in Opere actum est. Solummodo hic lubet pauca annotare, quae frequenter accidunt, et quae magis ad praxim pertinent.

Modo fures tenentur in solidum,

Et 1°. Cum aliquis in comitatu aliorum furatum ivit, ad iudicium formandum, si ipse ad totum damnum teneatur an non, distinguendum est: Si ille mere a sociis inductus fuit, et sine ipso jam furtum accidisset eodem modo quo accidit, non tenebitur ad aliud restituendum, quam quod ille surripuit. Si autem concorditer (alternis sibi animos incitantibus) ad furandum iverint, tunc quisque tenetur in solidum ad restitutionem (*Lib. III, n. 579, v. Quaeritur*).

sed in praxi de hoc non moneantur.

Ita in theoria. Sed in praxi rudes, praesertim illi qui parum sunt meticulousae conscientiae, difficulter suaderi possunt, se teneri ad restituendum quod ab aliis acceptum est; et contra, domini ipsi contenti sunt de portione illorum, ob id ipsum quod, si obligantur ad totum, faciliter restituere omittent, non solum quod alii acceperunt, sed etiam quod acceperunt ipsi.

Propterea confessarius ei scire faciat, se teneri ad restitutionem, quin explicet quantitatem, restituere faciens quantum sua illius conscientia dictat (*Lib. III, n. 579, v. Advertendum*; et auctor *Istruz. per li confessori di terre e villaggi*¹).

2°. Advertendum, neminem teneri ad damnum illatum restituendum, si nihil sibi utilitatis evenit, si illud damnum saltem in confuso non praevidit (*Lib. III, n. 613, in fine*), aut nisi per iudicis sententiam ad damnum reficiendum multatus fuerit (*Lib. I, n. 100, v. Quaero et Lib. III, n. 554, in fine*).

3°. Si furtum est incertum, nempe si incerta est persona, cui illatum est damnum, obligandus est poenitens ad restituendum, aut Missas celebrare faciendo, aut eleemosynas pauperibus aut piis locis elargiendo (*Lib. III, n. 589, in fine*); et si ipse pauper est, potest sibi aut suae familiae applicare (*Lib. III, n. 672*).

Sed si persona est certa, debet huic fieri restitutio. Quare mirum quidem est, tot reperiri confessarios tam imperitos, qui, cum sciatur quis sit creditor, poenitentibus imponunt, ut de re restituenda eleemosynas erogent aut Missas celebrare faciant. In eo casu ego hanc defendi sententiam (*Lib. III, n. 704, v. Quid si*): poenitentem iterum teneri ad restituendum, quia fur in omnibus casibus etiam fortuitis, debet reddere dominum indemnem, nec acquiescere potui opinioni diversae. Dixi dumtaxat (*Lib. III, n. 534, Qu. 2*) quod, si furta essent minuta, licet simul unita ad magnam summam advenierint, et etiamsi domini essent certi, sed diversi, tunc excusarem a peccato gravem qui vellet restituere pauperibus, propter rationem ibi allatam; et etiam a veniali, si rationabilis causa adesset, prout si restitutio fieri non posset dominis sine notabili incommodo, aut si aliqui pauperes in ea essent necessitate, ut praesumerentur domini consentire, ut illis fieret restitutio (*Lib. III, n. 595, in fine*).

Si quis fraudem multis civibus, sed incertis, fecerit per furta minuta, ex. gr. vendendo vinum, oleum, etc., mensura detracta aut pondere imminuto, ego de-

Requisita ut quis teneatur ad damnum resarcendum.

Si dominus sit ignotus, cuiusnam restituendum.

Si est certus, ipsi est restituendum.

Modo excipiuntur furtula diversifacata.

Venditor cives defraudans, ipsis restituat.

¹ Is est *Jorio*, cap. 8 v. *Ma per dare*.

fendi teneri ad restituendum ipsismet civibus (aut pretium minuendo aut pondus vel mensuram augendo), et non jam pauperibus loci, ut alii permittunt; licet, ut jam supra dixi, si pauperibus daret, non peccaret graviter, et ne venialiter quidem, si justa causa accederet (*Lib. III, n. 595*).

Limitatio.

Alienum licite retinetur ex consensu praesumpto domini.

4°. Notandum quod, si quis rem alienam sumpserit aut retineret cum praesumptione, quod, si a domino eam peteret, libenti animo eam ipsi donaret, is non debet obligari ad restitutionem (*Lib. III, n. 700, v. Quaeritur hic 1*).

Donans, in memor debiti, liberatur.

5°. Neque debet obligari ad restitutionem, qui immemor debiti suo creditori donum mere gratuitum praebet (*Lib. III, n. 700, Qu. 2*).

Requisita ut quis debeat sub gravi damnum restituere.

6°. Advertendum quod, ut poenitens teneatur ad restitutionem sub culpa gravi, cum res ablata jam consumpta est, et ille ditior non est factus, opus est primo, ut intercesserit culpa gravis interna contra justitiam commutativam (*Lib. III, n. 550*). Praeterea requiritur ex sua parte, ut actio externa, sive influxus, sit damni causa efficax (*n. 584*); et insuper, ut hic influxus sit complete sive graviter injustus (*n. 551*); et ut habeatur moralis certitudo, quod ille talis fuerit (*n. 562 et 658*). Hoc est id quod ad *acceptationem* pertinet.

In dubio, melior est conditio possidentis.

Circa autem *retentionem rei*, cum poenitens pro se habet probabilem opinionem cum legitima possessione, non potest a confessario obligari ad restitutionem (*Lib. I, n. 83, v. Nescio autem*). Immo qui incoepit possidere in bona fide aliquam rem, post diligentiam factam ad veritatem inveniendam non tenetur ad aliquid restituendum, nisi certus fiat de jure, quod proximo competit, ut pluribus locis probavi (*Lib. III, n. 547, v. Et hoc et n. 669*).

Interdum omittatur monitio de restitutione.

Quod si restitutionis obligatio esset certa, sed poenitens maneret in bona fide si confessarius certe praevideret correctionem non profuturam, tunc debet eam omittere, ne per ipsum fiat ut, quod est peccatum materiale, evadat formale cum pernicie illius animae, ut dicunt DD. (*Lib. VI, n. 614, v. Infertur 2*). — Vide dicta supra, *cap. 1, n. 8 et 9*.

Denique quoad obligationem restitutionis *ratione contractus*, oportet alios con-

sulere, libris studere, et postea decidere. Reliquum est ut hic advertatur quod, si reperiantur aliqui contractus usu per longum tempus recepti in aliqua regione, ubi praecipue missiones factae sunt, confessarius non debet eos condemnare, nisi prius omnibus inspectis circumstantiis: siquidem primo aspectu multi contractus apparent usurarii aut injusti, sed postea melius rebus perpensis tales non sunt habendi. — Circa autem bonorum praescriptionem observa *Lib. III, ex n. 504*.

Circa contractus, consulere, studere et decidere.

Monitum pro praxi.

45. - Circa OCTAVUM PRAECEPTUM:

Primo interrogetur poenitens, si aliquem infamaverit; et si id effecerit falsum delictum ei imponendo aut verum patefaciendo; et, cum delictum est verum, si illud erat occultum aut publicum in aliquo loco, fama aut judicis sententia. — Item interroget, si infamaverit coram uno an pluribus; et coram quot; item, si divulgaverit factum, ut a se cognitum an ab aliis auditum.

Rogetur poenitens de detractionibus et calumniis.

Circa autem *famae restitutionem*, si delictum quod est patefactum, erat falsum, qui infamiam intulit, tenetur se retractare. Si vero delictum est verum, debet infamiae illatae prospicere meliori modo quo potest, sine mendacio: dicat ex. gr.: *hallucinatus sum, me fefelli, erravi*. Alii etiam admittunt, posse dici: *Mentitus sum*, aequivocando, dum omne peccatum est mendacium, ut dicitur in Scripturis. Ego soleo dare consilium, ut dicant: *E capite meo hoc erui* (vulgo: *me l'ho cacciato di capo*), etiam aequivocando, quia omnia verba e mente (pro qua accipitur caput) procedunt. — Quod si unquam fama restitutio probabiliter judicaretur majus damnum quam utilitatem infamato allatura, quia praesumitur res ab hominum memoria effluxisse (ut praesumitur, cum fama obtrectatio multo abhinc tempore accidisset et inde de hac nulla amplius facta est mentio), tunc satius est occasionem captare infamia notatum laudandi in aliqua ejus virtute, et eum in bonam aliorum opinionem ponere, quam in memoriam revocare res praeteritas hac fama restitutione.

Calumniator se retractare tenetur.

Detractor famam restituat, meliori quo possit modo.

Confessarius procuret ut hujusmodi fama compensationes, cum commode fieri possunt, ante absolutionem fiant, quia

Interim, si possibile, differatur absolutio.

postea difficulter adimpletur; licet haec minus difficultatis habeant quam pecuniae restitutio.

Quid sit proprie detractio.

Denique hic advertatur, quod proximi delictum patefacere tunc proprie detractio dicitur et est peccatum, cum intenditur, ut ait S. Thomas ¹, famam alterius denigrare; non autem, cum intenditur aliquod damnum vitare; ut esset parentes, dominum, praelatum, certiores facere, ut reus emendetur aut aliorum damno consulatur: modo horum damnum esset magni momenti aut non longe minus damno infamia notati. Observetur id quod habetur in Opere, *Lib. III, n. 968*.

46. - Circa debitum restituendi alicui honorem ablatum, propter contumeliam ei irrogatam, jam actum est in praecepto quinto *n. 37*.

Monitum de judiciis temerariis.

In hoc praecepto octavo DD. etiam agunt de *judiciis temerariis*. Multi rudes se accusant, se male de aliquo sensisse. In hoc opus est advertere: 1° quod, cum motiva sufficientia adsunt sic judicandi de aliquo facto, iudicium non est temerarium, sed justum, et propterea culpa caret; — 2° quod plerumque haec non sunt iudicia, sed suspiciones, in quas domini et patresfamilias aliquando tenentur induci, ut aliquod peccatum impediatur, ex. gr. ne servi furentur, ne filiae peccent cum viris versando, etc. — Tantummodo eos de hoc moneat, ne hujusmodi suspiciones sine necessitate cum aliis conferant ^{a)}.

47. - Reliquum esset sermonem facere DE PRAECEPTIS ECCLESIAE; sed de iis, nempe de obligatione audiendi Missam et de non laborando die festo, jam satis supra diximus *n. 32 et 33*.

Quoad jejunium:

Circa *jejunium* autem, tria in confessarii memoriam revocamus:

¹ 2^a 2^{ae}, qu. 73, art. 2.

1° Non omnes labores excusare a jejunio, sed eos dumtaxat, qui multam corporis agitationem causant (*Lib. III, n. 1041*).

Non omnis labor excusatur.

2° Operarios iis solis diebus excusari a jejunio, in quibus actu laborant, aut cum sperant crastina die ^{a)} se laboraturos, et non posse, nisi die praecedenti comedant (*Lib. III, n. 1044*).

Cessans ab opere uno die excusatur.

3° Non sufficere ad jejunium satisfaciendum extra prandium et coenam non comedere, aut vespere minus solito coenare, ut falso multi credunt. Jejunium enim importat unicam comestionem facere in die ^{b)}; et vespere aliud non permittitur quam simplex collatiuncula octo unciarum juxta communem consuetudinem, aut ad plus decem unciae possunt concedi illi qui ob majorem exigentiam usus fuisset majori quantitate ordinariam excedente (*Lib. III, n. 1025*).

In quonam consistat jejunium.

Pauperes vero, quibus mane non fuisset cibus sufficiens, et non possunt sustentari sola collatiuncula serotina, hi excusantur (*Lib. III, n. 1033, 2*). Quod si vespere hi haberent sufficientem cibum, dicunt DD., hos teneri ad jejunium advertendo coenulam ad meridiem; sed multi alii hoc negant ^{c)}, quia hujusmodi jejunium incommodo extraordinario esset illis. Observentur quae in Opere habentur (*Lib. III, n. 1034, v. An autem*).

Pauperes quando excusantur.

Postquam tale examen a rudibus exegerit, quomodo postea confessarius se gerere debeat, ut disponat poenitentem ad dolorem et adjungat poenitentiam, jam supra actum est, *n. 10 et 11*. — Sed ante omnia advertat, tale examen non negligendum, ubi cognoscitur opus esse; quia invenitur confessariorum major pars in hoc puncto deesse.

Conclusio capituli.

46. - ^{a)} Unde S. Doctor, *Hom. Apost., tr. ult., n. 29*, ait: « Circa hoc octavum praeceptum non est necesse, ut interrogetur poenitens, an temere judicaverit ».

47. - ^{a)} Loquens de illis operariis, S. Alphonsus, *lib. 3, n. 1044*, dicit: « Li qui uno vel altero die non laborant non tenentur

jejunare... [nisi] manifeste ipsi grave incommodum ex jejunio non sustinerent ».

^{b)} Sed vide *lib. 3, n. 1024*, not. *a*, ubi, de collatiuncula matutina, datur responsum S. Poenit. diei 21 Nov. 1843.

^{c)} Et quidem « valde probabiliter », ait S. Doctor in Theologia morali, *loc. cit.*

CAPUT III.

De interrogationibus adhibendis cum personis diversi status aut conditionis quae sunt conscientiae parum meticulosae ^{a)}.

Officium
interrogan-
di de obli-
gationibus
status.

48. - Hic advertitur quod, circa obligationes proprii status aut officii, non semper sufficit confessario poenitentem interrogare tantum an suam obligationem impleverit. Cum poenitens videtur esse conscientiae parum meticulosae, aut confessarius aliunde habet rationabilem suspicionem quod ille suis obligationibus desit; tunc oportet ut ipsum interroget in particulari, saltem circa ejus obligationes principales.

Sacerdos
interroge-
tur:

49. - Et I^o. Si est *sacerdos* qui ad confitendum accedit, interrogetur:

de Horis
et Missarum
oneribus;

1^o. An satisfecerit Horis canonicis et oneribus Missarum, vel an has per multum tempus distulerit celebrare ^{a)}.

de negoti-
atione;
de Missa
properata.

2^o. An negotiationem exercuerit ^{b)}.
3^o. An nimis festinanter Missam absolvat: nam si infra quadrantem horae illam terminat, ipse a culpa gravi nequit excusari, etiamsi Missa sit de requiem, ut non sine magno fundamento plures DD. docent (*Lib. VI, n. 400*). Infra enim tam breve spatium non est possibile, Missam absolvere sine magna verborum et caeremoniarum negligentia; saltem nequit Missa celebrari cum ea gravitate et decencia quae tanto sacrificio convenit. Insuper ex Missa nimis festinanter celebrata oritur etiam grave scandalum laicorum, quibus, ut ait Bellarminus (*ibid.*), videntur huiusmodi sacerdotes non credere, quod in Missa realiter sit praesens divina Christi Domini majestas ^{c)}.

50. - Praeterea non erit improprium, sacerdotes interrogare, an in ipsorum pa-

tria magna sit penuria confessoriorum. Eo enim casu posset aliquis sacerdos teneri ad se reddendum idoneum ad confessiones excipiendas, ut validis rationibus probavimus (*Lib. VI, n. 625*); quibus addatur doctrina D. Thomae ¹, qui dicit, Deum ad hoc instituisse in Ecclesia ordinem presbyterorum, ut ipsi aliis sacramenta ministrarent: *et ideo* (verba S. Doctoris) *posuit Ordinem in ea, ut quidam aliis sacramenta traderent*. Idcirco sacerdotes appellantur lux mundi, sal terrae et coadjutores Dei. Cum igitur finis sacerdotis sit sacramenta ministrare, quomodo ipse poterit a culpa excusari, si viderit suos conterraneos carere confessariis, et ideo plures eorum in peccato manere cum magno damnationis periculo; et ipse Domini finem, ob quem ad sacerdotium fuit evector a Deo, frustraneum reddit, negligendo ex pigritia idoneum effici ad ministrandum Poenitentiae sacramentum, quod saluti animarum, excepto Baptismo, prae aliis necessarium est?

Sacerdos
interdum
tenetur con-
fessiones
excipere.

Probatur
ex fine sa-
cerdotii.

Nimis verenda sunt verba Domini adversus eos sacerdotes, qui salutem proximorum parum curant: *Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntia-veris ei... ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram*. Ezech., III, 18.

Ex sacra
Scriptura.

Si autem sacerdos ille se excuset, adducendo suam insufficientiam, audiat S. Franciscum Salesium qui falsam vocat humilitatem eorum sacerdotum ^{a)}, qui renuunt animarum saluti incumbere sub

Retunditur
objectio.

Bellarmin., de Gemitu columb., lib. 2, cap. 5 (edit. Col. Agripp. 1617). — ¹ Suppl., qu. 34, art. 1, in corp. —

S. Franc. Sales., in ejus Vita italice descripta a Galitia, lib. 6, cap. 2, § 1, in f. (edit. Venet. 1729).

48. - ^{a)} Hoc caput a S. Alphonso postea insertum est in *Hom. Apost., tr. ult., n. 31-37*, paucis quibusdam praetermissis.

49. - ^{a)} Cfr. decr. *Ut debita*, l. 6, post n. 424.

^{b)} Textus italicus addit: « Utrum ad ludos addictus fuerit ».

^{c)} Deinceps numeri textus italici jam non respondent numeris versionis latinae.

50. - ^{a)} S. Franciscus Salesius, *loc. cit.*, hoc indistincte dicit de iis omnibus qui praetextu imbecillitatis subvenire renuunt proximo in re spirituali.

titulo suae imbecillitatis. Ista (ait Sanctus) malitiosa est humilitas et inventus amoris proprii, qui sub hoc specioso praetextu propriam quaerit tegere secordiam. — Subdit quod Deus, cum aliquod nobis talentum donaverit, juste petit a nobis ut illud exerceamus. Quapropter, qui eo utitur et paret, ille magis humilem se ostendit. Superbi quidem causam habent, ut nullum suscipiant opus, quia tales in seipsis fidunt. Humiles contra magnanimitatis sunt, quia non proprias perpendunt vires, sed in Deo confidunt, cui placet in nostra infirmitate suam omnipotentiam extollere; unde concludit, quod humiles omnia aggredi possunt.

51. — II^o. Si accedit ad confitendum aliquis *confessarius*, de cujus idoneitate prudenter dubitatur, interrogetur: an studio sufficientem operam dederit, et an studere pergat; nam, ut diximus, n. 18, in fine, ad bene exercendum officium excipiendi confessiones non satis est aliquando studuisse. — Item, an absolverit eos qui manebant in occasione proxima peccati, aut erant recidivi, nec extraordinaria signa suae dispositionis afferebant.

Si unquam talis confessarius aliquam poenitentem sollicitasset ad turpia, interrogetur an sciat, se non posse Sacrum facere; quia a Summo Pontifice Benedicto XIV sollicitantibus imposita est inhabilitas perpetua et Papae reservata, quae, ut ostendimus in Opere (*Lib. VI, n. 705*), ante omnem sententiam incurritur ^{a)}. — An autem haec incurritur etiam ab ignorantibus? Observa, quae dicuntur in eodem Opere, loco citato ^{b)}.

52. — III^o. Si accedit *parochus*, interrogetur:

1^o. An attendat ad debitas correptiones erga subditos, praecise erga eos qui aliquo tenentur odio, aut cum aliqua tur-

pititer conversantur, aut domos sponsarum frequentant. Et de hac materia loquendo, hujusmodi parochus valde advertatur ad non accipiendas promissiones mutuas matrimonii, nisi parum ante quam nuptiae sint contrahendae, ut prudentes parochi agunt; alioquin omne tempus illud usque ad matrimonium peccatorum tempus erit.

2^o. An invigilet, ut sui subditi absque exceptione personarum paschale impleant praeceptum. Quot personas in missionibus invenimus, praesertim majoris existimationis, quae per multos annos praeceptum implere omiserunt, quin parochus eas admonuerit et opportuna adhibuerit media ad ipsarum resipiscentiam.

3^o. An sacramenta ministraverit (praecipue Poenitentiae) in periculo mortis, aut cum requisitus fuerit, per seipsum (*Lib. VI, n. 623, v. Resp. 2 et resp. 3*). Dico: *per seipsum*, quia, cum ipse potest, non satisfacit, illa per alios ministrando (*Lib. IV, n. 127, Dub. 3, v. Hinc*).

4^o. An moribundis debitam praestiterit assistentiam.

5^o. An in dominicis conciones habuerit. Etenim parochus, cum non est legitime impeditus, omittendo concionari per mensem continuum, aut per tres menses discontinuos intra annum, a DD. non excusatur a gravi culpa (*Lib. III, n. 269, v. Hic obiter*).

6^o. An debitas largitus sit eleemosynas, habens beneficium pingue, congruam excedens.

7^o. An attenderit ad instruendos in doctrina christiana pueros et rusticos circa mysteria fidei et media ad salutem; praesertim, an instruxerit rudes circa dolorem peccatorum necessarium ad obtinendam absolutionem; necnon pueros circa communionem, aetate qua jam ad eam sunt idonei, nimirum ordinarie loquendo ab anno decimo usque ad duodecimum ^{a)}, vel ad

speciatim quoad praeceptum paschale;

de administratione sacramentorum;

de cura moribundorum;

de praedicatione;

de eleemosynis;

de tradita doctrina christiana;

Bened. XIV, decret. S. Off. In generali Congregatione, diei 5 Aug. 1745; in Bullar. Prat. 1845, tom. 1, append., n. 8.

51. — ^{a)} Sed a sexta editione Operis (1767) S. Doctor contrarium tenuit; cfr. *Elench. 2 quaest. reform., qu. 21*.

^{b)} In textu italico S. Alphonsus absolute affirmabat hanc inhabilitatem incurri etiam ab ignorantibus; et haec sententia concordabat

cum dictis in secunda editione Theologiae moralis, *lib. 6, n. 705*. Sed jam in tertia editione declaravit, esse satis probabile hanc inhabilitatem non incurri ab ignorantibus.

52. — ^{a)} Quae hic dicuntur reformanda sunt juxta decretum, omnibus notum, S. Con-

Confessarius rogetur de studio theologiae;

de absolutione occasione proximorum aut recidivorum.

Parochus rogetur de correptione subditorum,

summum ad decimum quartum (*Lib. VI, n. 301, v. Sed hic*). Sciendum enim, S. Carolum Borromaeum suis parochis praecipisse, ut ad communionem idoneos redderent pueros, statim ac ad decimum annum pervenissent (*ibid.*). At quidam parochi renuunt etiam pueris, qui ad annum pervenerint duodecimum, Eucharistiam ministrare. Et cur? Ut incommodum effugiant illos instruendi.

de datis
attestationibus.

8°. Interroget sedulo an facile et ob humanos respectus attestations in scriptis dederint initiandis necessarias, ut illi possint ordines suscipere.

In hoc enim oportet ut parochi non sola notitia negativa sint contenti, cum debeant habere positivam de ipsorum probitate et sacramentorum frequentia; et ideo tenentur particulariter de his omnibus certiorari. Quandoque inveniuntur ordinandi mille culpis onerati, qui vix semel in anno communionem acceperint, immo qui etiam praeceptum paschale omiserint; et deinde audacter attestations parochi praesentant de morum honestate et sacramentorum frequentia. Isti jam postea ordines suscipiunt et scandalum fiunt populo; et de omnibus ipsorum flagitiis parochus equidem rationem Deo reddere debet; nam episcopi in hoc parochis credunt. Sed episcopi seduliores fidem non praestant parochis in hac materia tam gravi, a qua salus pendet populorum.

Episcopus
interrogetur:

53. - IV°. Si accedit *episcopus* negligentis conscientiae, confessarius interroget:

de ordinandorum
examine;

1°. An debitam adhibeat diligentiam (praeter scientiae examen) in se certiorando de positiva probitate ordinandorum, prout sacri canones, Tridentinum et Apostolus [I Tim. v, 22] imponunt, minime acquiescendo parochorum attestationsibus quae, ut diximus, ut plurimum aut falsae sunt aut suspectae.

de confessoriorum
approbatione;

2°. An approbet ad confessiones sacerdotes sat in moribus et doctrina exper-

S. Carolus Borrom., Acta Eccles. Mediolan., synod. dioec. XI, tit. 3, Monita quoad Sacram. (edit. Mediolan., 1599). — *Jus can.*, can. Nullus, dist. 24. — *Trident.*, sess. 23,

tos: aliter illi plus damni quam utilitatis afferent.

3°. Quomodo reditus mensae expendat et applicet. Ut enim probavimus (*Lib. III, n. 490, IV et seqq.*), episcopi, dempta honesta sua sustentatione, reliqua tenentur pauperibus elargiri.

de reditibus
expensis;

4°. Quomodo residentiae obligationi satisfaciatur. Etenim nec etiam per tres menses a Tridentino concessos ipse a sua dioecesi potest abscedere, ut Pontifex Benedictus XIV declaravit, si ex futuri causa sive ob meram oblectationem abesset.

de residentia;

5°. Quomodo invigilet ad inquirenda suarum ovium scandala, ut ipsa reparet meliori modo quo poterit, implorando etiam subsidium brachii saecularis, si oportet.

de scandalorum
inquisitione;

6°. Interroget quomodo se gerat in bono exemplo exhibendo. Certe enim praelatus speciali modo tenetur exemplarem se praebere: alioquin quomodo poterit suos ecclesiasticos corripere, puta, ne cum mulieribus versentur, neque ludos vetitos ^{a)} frequentent, si de his malum ipse tribueret exemplum?

de bono
exemplo.

54. - V°. Si confitetur *monialis*, interrogetur:

1°. An aliquem defectum commiserit circa vota, praesertim paupertatis, accipiendi vel elargiendi sine licentia.

Monialis
rogetur de
votis;

2°. An satisfecerit Horis canonicis. Opinio enim quod moniales in privato non teneantur officium recitare, non est satis probabilis, ut ostendimus, *Lib. IV, n. 142, v. Ante omnia* ^{a)}.

de Horis
canonicis;

3°. An erga aliquem mutuam nutrierit benevolentiam periculosam, puta si adfuerint saltem verba aut litterae amatoriae. Et eo casu, si monialis familiaritatem illam nollet relinquere, constans sit confessarius in neganda ei absolutione. In hujusmodi enim familiaritatibus, licet finis positive pravus absit, semper tamen periculum urget: saltem adest scandalum

de amicitia
periculosa;

de reform., cap. 7 et 12. — *Trident.*, loc. cit., cap. 1. — *Bened. XIV*, bulla *Ad universae*, § *Quoniam vero*, diei 3 Sept. 1746 et encycl. *Grave*, § 1, diei 15 Aug. 1741.

greg. de Sacramentis, sub die 8 Aug. 1910, de prima puerorum communione. Sic pariter immutandus est *lib. 6, n. 301*.

53. - ^{a)} Textus italicus habet « ludos charitarum ».

54. - ^{a)} Sed vide not. *f* ad *lib. 4, n. 142*.

et malum exemplum respectu aliorum. — Diana ^{b)}.

de odio;

4°. An aliquo teneatur odio in suas sorores.

de officiis particularibus.

5°. Si monialis aliquod exercet officium, interroget de illo particulari; puta *rotariam*, an afferat litteras aut nuntia de malo suspecta; *portinariam*, an oscitanter januam reseratam teneat, cum periculo scandali monialium aut aliorum; *abbatissas*, an debitam adhibeant diligentiam, cum viri in monasterium ingrediuntur aut morantur, aut an novis abusibus conniveant: advertendo quod, licet particulares moniales peccent leviter levem regulam transgrediendo, superiores tamen quae non curant impedire, cum possint, observantiae relaxationem, peccant in re gravi (*Lib. IV, n. 13*).

Judex interrogetur de suis officiis.

55. - VI°. Si accedit quis *judicis officio fungens*, interrogetur: 1° An fuerit personarum acceptor; — 2° an causas expederit; — 3° an in judicando conveniens studium praemiserit, omiserit, vel ex aliqua animi affectione motus erga alteram ex partibus sententias dixerit.

Item, tabellio.

56. - Si autem accedit *tabellio*, interrogetur: 1° Quomodo se gerat in capiendis informationibus. — 2° an intermiserit interrogationes suggestivas; — 3° an testium depositiones diminuerit vel auerit.

57. - VII°. Si accedit *medicus*, interrogetur:

Medicus rogetur de sua peritia;

1°. An satis fuerit versatus in studio medicinae et in praxi medendi; necnon an studium adhibeat (ut tenetur) in casibus difficilioribus qui occurrunt.

de licentiis imperitiis;

2°. An alicui impertierit licentiam edendi carnes ob merum humanum respectum sine justa causa ^{a)}.

de remediis datis;

3°. An aliquod periculosum remedium applicaverit infirmo, non adhuc de vita desperato (*Lib. I, n. 46 et Lib. IV, n. 291*).

4°. An fuerit causa ut remedia acciperentur ab aliquo pharmacopola suo amico, quem tamen noverit parum esse fidelem vel peritum, aut ineptas vendere medicinas.

de prava conniventia cum pharmacopola;

5°. An attenderit ad curandos pauperes, si stipendium aliunde jam accipit ^{b)}; vel sine stipendio, si pauperes fuerint in gravi necessitate. — Trullench ¹.

de cura pauperum;

6°. An curaverit suos monere infirmos, ut tempore debito confiterentur, juxta praecepta Pontificia.

de monitione infirmorum quoad confessionem.

De hoc puncto in pluribus Operis locis sermonem fecimus (*Lib. III, n. 182*, et melius, *Lib. VI, n. 664*), ubi dictum est quod Innocentius III medicis praecepit, ne alicujus infirmi curam susciperent, nisi prius ille confessus fuerit; et S. Pius V, confirmans tale praeceptum, insuper jussit ut medicus post tertium diem relinquat infirmum, nisi sciat ipsum fuisse confessum. Item mandavit ut omnes medici, antequam gradum doctoratus assument, dent juramentum observandi hoc praeceptum; idque mandatum est omnibus collegiis.

Sed Dubium fit: *Quomodo hujusmodi praeceptum et juramentum intelligantur?*

Plures DD. tenuerunt ea procedere, cum infirmitas est periculosa, vel saltem cum dubitatur an sit periculosa; et in hoc sensu dixerunt bullam S. Pii receptam fuisse. — Sed communior sententia vult quod praefatum praeceptum, quamvis non obliget in quocumque morbo levi, tamen non intelligendum tantum urgere in morbis actualiter periculosis, sed etiam in illis qui prudenter judicantur posse in posterum fieri periculosi. Et ratio est, quia Innocentius praecipit ut medicus imponat infirmo confessionem, antequam ejus curationis onus medicus suscipiat, ad hoc ne infirmus (sic loquitur Pontifex) de confessione monitus, de salute de-

Praeceptum istud communius intelligendum de morbo gravi.

¹ Opus morale, tom. 1, lib. 4, cap. 1, dub. 11, num. 6 (edit. Barcinonen. 1701). — *Innoc. III*, cap. Cum infirmi-

tas 13, de poenit. et remiss. — *S. Pius V*, brev. *Supra gregem*, § 3, 6 et 7, diei 8 Mart. 1566; in Bullario Mainardi.

^{b)} Diana id non habet, loco citato a S. Alphonso, videlicet, *Resolutiones moral.*, tr. 7, resol. 21 et 22, neque in toto tr. 7, saltem in edit. Lugdun. 1650.

57. - ^{a)} Italicus textus: « Utrum alicui impertierit licentiam edendi carnes aut prae-

termittendi Officium vel Missam, ob merum respectum humanum, sine necessitate, aut saltem sine dubio quod satisfactio praecepti grave damnum vel notabile incommodum afferret ».

^{b)} Sic vertendus est textus italicus.

sperans, facilius mortis periculum incurrat. Igitur intendit effici ut infirmus confiteatur, antequam morbus fiat mortalis. Haec sententia mihi videtur vera.

Sed obligat solum juxta consuetudinem.

Hoc tamen non obstante, in contrarium est praxis medicorum, etiam timoratae conscientiae, qui non solent monere infirmos ad confitendum, nisi cum infirmitas probabiliter jam periculosa effecta est. Neque in hoc putant peccare adversus juramentum praestitum juxta bullam S. Pii, innixi doctrinae plurium auctorum (*Lib. VI, n. 664, v. Circa autem*) sententium quod praefatum juramentum non obligat nisi pro illa parte, pro qua a consuetudine receptum est.

Certo tamen peccat medicus si morbus periculosus.

Caeterum non dubitandum, quin mortaliter peccent saltem medici illi qui omitunt monere infirmum de confessione, cum infirmitas est jam periculosa. — Oh quam miserum est videre tot infirmos (et praesertim eos qui spectatae sunt dignitatis) ad incitas mortis reduci, ut rationes vitae Deo mox reddendas parent, tempore quo sunt quasi exanimes, cum vix possint verba tunc modulare, vix alios audire, vix statum concipere propriae conscientiae, suorumque peccatorum dolorem! Et totum hoc evenit culpa istorum medicorum qui, ne displiceant infirmis aut eorum propinquis, illos certiores non faciunt de periculo; immo eis blandiri pergunt, usquedum omnino ipsi de vita desperantur.

Fortiter moneatur medicus.

Cum igitur accedit medicus negligentis conscientiae, curet confessarius praecipue eum interrogare et monere, non obiter sed cum calore, de hac obligatione intimandi confessionem infirmis, saltem quando advertit, morbum jam esse gravem, aut dubitat an sit jam gravis, ut communiter dicunt DD., qui in hoc non discrepant. Dico: *cum calore*; nam ex hoc puncto pendet salus spiritualis, non tantum medici poenitentis, sed omnium etiam infirmorum, qui sub ejus cura erunt.

Pharmacopola rogetur de venditis remediis.

58. - VIII^o. Si accedit *pharmacopola*, interrogetur: 1^o An praestiterit remedia praegnantibus ad abortum procurandum;

— 2^o an vendiderit unum pharmacum pro alio, et carius quam res valebat (*Lib. III, n. 281*).

Hic adde, Gregorium XIII, in constitutione 29 *Cum officio pastoralis*^{a)}, omnem vetuisse societatem pharmacopolas inter et medicos aut chirurgos.

59. - IX^o. Si accedit *mercator*, interrogetur: 1^o An deceperit in pondere et mensura; — 2^o an res vendiderit ultra pretium supremum; praesertim dando merces ad creditum, cum emptores essent securi, et nihil damni ipse esset passurus.

Mercator de injustitia in venditione.

An autem pretium augeri possit, vendendo ad creditum, eo quod tale est pretium currens in venditionibus ad creditum juxta communem aestimationem; et an res quae venduntur minutatim, carius possint vendi: observa doctrinas in Libro annotatas, *Lib. III, n. 809*.

60. - X^o. Si accedit *sartor*, interrogetur:

1^o An in diebus festivis per notabile tempus laboraverit sine extraordinaria causa, ut vestes compleret et dominis afferret (*Lib. III, n. 303, v. Sartoribus*).

Sartor de labore die festivo;

2^o An jejunia impleverit ab Ecclesia praecepta; nam sartores ob sarcindi laborem minime a jejuniis excusantur (*Lib. III, n. 1041, v. Item Palaus*).

de jejuniis;

3^o An, si alii commiserint ei pannos emere, ipse pretium majus exegerit, sub colore quod mercator ob peculiarem amicitiam pretio minori pannos ei dederit. Si revera pars illa pretii fuisset ipsi donata, tunc poterit eam retinere, modo moralem praemiserit diligentiam apud alios mercatores, aut certo sciat quod alii communiter mercem illam minori non vendunt pretio (*Lib. III, num. 826, v. Caute*). Hoc tamen debet esse omnino certum, alioquin nihil amplius potest exigere, quam solvit.

de emptione panni pro alio;

4^o An sibi retinuerit frustula sive resegmenta vestium; quae injuste retinet, nisi adsit consensus dominorum, aut nisi illi aliquid injuste detraherent ex pretio debito, adhuc infimo communiter aestimato.

de retentione resegmentum vestium;

Gregorius XIII, const. Cum officio pastoralis, § 13, de die 1 Jul. 1575; bulla 29 in Bullario Cherubini.

58. - a) Haec constitutio lata fuit solum pro Urbe.

de qua-
dam occa-
sione pec-
candi.

5° An sibi occasio proxima peccandi esset ex accipiendis regulis bene formandi vestes mulierum per ipsarum corporum commensurationem (vulgo, ut dicitur, *in pigliar la misura*), aut esset ex aptandis vestibus feminis, quod nequit fieri nisi cum ipsarum mulierum attrectatione, idque esset sartori occasio proxima incidendi in pravas delectationes aut desideria, prout non raro accidit improbae conscientiae viris.

Proxenetam
rogetur de
retento ex-
cessu pre-
tium.

61. - XI°. Si accedit *proxeneta* aut *venditrix* (intellige de his quibus traduntur a dominis res vendendae licitantibus), interrogetur an aliquid retinuerit pretii ab emptoribus exacti. Tenuimus enim (*Lib. III, n. 825, v. Quaeritur*), quod nequit illud superans sibi retinere, etiamsi traderet domino pretium ab eo determinatum; quia talis determinatio fit, ut res non vendatur minoris, non autem ut proxeneta illud quod superest sibi retineat. Idque procedit, etiamsi a domino fuerit locus designatus ubi res venderetur, et proxeneta, adhibita ibi debita diligentia, in alio loco multum distanti pluris deinde vendidisset. Etenim tunc etiam dicimus quod ipse nequit omne superfluum retinere, sed tantum id quod ipsi spectare potest ob illum extraordinarium laborem; nam res semper domino fructificat.

Regulariter enim non licet.

Casus in quibus hoc est licitum.

Excipimus (*Lib. III, n. 826, v. Bene autem*): 1° si proxeneta rem meliorem reddidit, et ideo pluris vendidisset quam res prius valebat; — 2° si proxeneta cum domino convenerit, amplius ei non tradere nisi pretium ab eo determinatum; et hoc sive expresse sive tacite, prout esset si dominus nullum pro ejus labore stipendium assignasset; — 3° si quod superest esset parvi momenti, ita ut praesumeretur dominus condonare; — 4° si proxeneta, facta ordinaria diligentia, ipse sibimet emeret rem pretio ab aliis oblato, et postea eam pluris venderet. — Idem dicendum, si quis tibi commiserit aliquam rem emen-

dam pretio designato, et tu minoris emisses; tunc enim nihil amplius exigere potes, nisi extraordinarium laborem adhibuisses, ut impensae parceres; aut si rem tuo nomine emisses, periculum in te assumendo. Hoc tamen intelligitur, si jam praemisisses moralem diligentiam, nec invenisses a quo rem minoris emere potuisses (*ibid.*).

62. - XII°. Si accedit *barbitonsor*, interrogetur an alios tondeat in diebus festis, ubi hujusmodi consuetudo non adsit. Quia contra, id ei non est vetitum, ubi consuetudo jam introducta est; aut si ibi nequeunt viri tonderi nisi in festis, eo quod in aliis diebus labori operam navare debent, ut se suosque sustentare possint.

Barbitonsor rogetur de labore die festivo,

Praeterea interrogetur an comam mulieribus componat, juxta improbum usum hoc tempore a Satana inventum. — Ordinarie loquendo, puto id esse viris ^{a)} proximam occasionem peccandi lethaliter turpibus delectationibus aut saltem desideris; unde dico, minime permittendum id alicui qui in se contrariam non habuisset experientiam. Quod si unquam quis per notabile tempus expertus fuisset in hujusmodi actione se immunem a peccato, hic revera damnari nequit de mortali. Sed hoc non obstante, non omitat confessarius eum remove, quantum potest, ab hujusmodi officio, quod certe in se periculum continet.

et de sua opera mulieribus praestita.

Hinc nolo dubium aliud discutere, an feminae possint nec ne tuta conscientia viros accersere, ut illi suas componant comas. Audio, quod ipsae pluribus in locis hoc faciunt; et confitentur et communicant. Videant ipsae et ipsarum confessarii. Saltem confessarius eis imponat ^{b)}, ne utantur viro aliquo juniore, ex cujus actionibus perceperint, eum malitiose se gerere. — Caeterum censeo quod mulieres purioris conscientiae non quidem utentur viris, sed contentae erunt feminis, a quibus coma componatur, meliori modo quo potest.

62. - ^{a)} Italicus textus habet « id esse juvenibus proximam, etc. ».

^{b)} Textus italicus fert: « Imponat ut dili-

gentiam adhibeant in quaerenda aliqua femina quae hoc facere possit; quam si non inveniant, saltem ne utantur, etc. ».

CAPUT IV.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis
qui sunt in proxima occasione peccandi ^{a)}.

Duo scopuli pro confessariis.

63. - Maxima confessarii cura debet esse se bene gerendi cum iis qui sunt in proxima occasione peccandi, aut in vitiis consuetudinarii sunt aut recidivi. Hi sunt duo magni scopuli, in quos major confessariorum pars impetunt et deficiunt. — In capitulo sequenti sermonem faciemus de habituatis et recidivis; hic de occasionariis.

Fuga occasionum vitatio peccati.

Certum est quod, si homines satagerent occasiones fugere, major peccatorum pars evitaretur. Satan, remotis occasionibus, parum lucratur; sed cum homo ultro in occasionem proximam se immittit, ut plurimum et fere semper hostis victoriam canit. Occasio, praesertim in materia turpium delectationum, est quasi rete quod ad peccatum trahit et simul mentem obcaecat: ita ut homo peccet, quin videat quod agat. — Sed deveniamus ad praxim.

Quid sit occasio voluntaria.

Occasio dividitur 1° in voluntariam et necessariam. — *Voluntaria* est illa, quae facile vitari potest; *necessaria* quae amoveri nequit sine gravi damno aut scandalo.

Necessaria.

Dividitur 2° in proximam et remotam.

Remota.

Remota est illa in qua homo raro peccat, vel illa quae ubique reperitur.

Proxima per se.

Proxima, per se loquendo, est illa in qua homines communiter ut plurimum deficiunt. — Proxima autem *per accidens* seu respectiva, est ea quae, licet respectu aliorum non sit proxima, tamen respectu alicujus proxima est, vel quia hic in tali occasione frequenter est lapsus, vel quia prudenter timeri potest quod labatur, propter experientiam cognitam suae fragilitatis. Quidam auctores volunt, non esse occasionem proximam nisi eam, in qua homo fere semper vel ut plurimum ceciderit. Sed communior et verior sententia

Proxima per accidens.

docet, occasionem proximam esse illam, in qua frequenter quis peccavit (*Lib. VI, n. 452, v. Occasionem vero*).

Verumtamen advertendum quod, sicut aliquando occasio quae respectu ad alios communiter est proxima, respectu vero ad aliquem valde pium et cautum potest esse remota (*ibid.*): ita contra, quaedam occasiones quae respectu ad alios communiter per se essent remotae, forte erunt proximae respectu ad aliquem, qui propter experimentum relapsuum et propter pravam inclinationem in quoddam vitium (praesertim si est turpe) factus est valde debilis et facilis ad labendum; et tunc iste tenebitur ad removendas non tantum occasiones proximas, sed etiam illas remotas, quae respectu sui proximae evadunt.

Occasio proxima saepe pendet a subiecto.

64. - Caeterum est quidem in occasione proxima: 1° Ille qui retinet in propria domo aliquam feminam, quacum saepe rem habuit; — 2° ille qui frequenter in ludo prorupit in blasphemias aut fraudes; — 3° ille qui in aliqua caupona aut domo saepe se inebriaverit aut ceciderit in rixas vel actus, verba aut cogitationes obscenas.

Exempla occasionis proximae.

Porro omnes isti absolvi nequeunt, nisi postquam occasionem abstulerint, aut saltem nisi auferre promittant, juxta distinctionem, quae fiet in numero subsequenti. — Et ita pariter non potest absolvi, qui aliquam domum adeundo, quamvis semel in anno, semper ibi peccavit. Talis enim aditus jam ipsi proxima est occasio. — Nec etiam absolvi possunt, qui tametsi in occasione positi non labuntur, afferunt tamen aliis grave scandalum (*Lib. VI, n. 452, v. Ex praemissis*). — Addunt aliqui DD. (*ibid.*), negandam quoque absolutionem illi qui occasionem externam non removet, si cum occasione

Quid de absolutione degentium in occasione proxima.

63. - ^{a)} Hoc caput a S. Doctore postea assumptum est in *Hom. Apost., tr. ult., n. 1-8*.

conjungitur habitus vitiosus aut magna tentatio seu vehemens passio, quamvis usque tunc in ea occasione nunquam peccaverit; nam facile deinde peccare poterit, si ab occasione se non amoverit. Hinc dicunt quod, si unquam aliqua famula tentaretur ab hero, et ipsa se noverit facilem ad labendum, ab ea domo abscedere tenetur, si commode potest; alioquin temere praesumeret, se securam habere.

Et hic caveant confessarii a permit-
tendo sponsis domos sponsarum adire, et puellis earumque parentibus spon-
sos in domum admittere; quia raro evenit quod tales sponsi non labantur saltem in verba aut cogitationes turpes in hujusmodi occasione, dum omnes aspectus et colloquia inter spon-
sos sunt incentiva ad peccandum: estque moraliter impossibile, ipsos invicem conversari et non sentire stimulos ad eos turpes actus qui tempore matrimonii deinde succedere debent.

65. - Generaliter autem loquendo de adolescentibus et puellis qui invicem se adamant, non sunt isti omnes indistincte de gravi culpa damnandi; sed ordinarie puto, ipsos difficulter esse extra occasionem proximam lethaliter peccandi. Id nimia experientia patet; nam ex centum adolescentibus vix duo aut tres in occasione a mortalibus invenientur immunes; et si non in principio, saltem in progressu. Tales enim adamantes prius conversantur invicem ob propensionem; deinde propensio fit passio; et passio, postquam radicem in corde fixerit, mentem obtenebrat et eos in mille crimina ruere facit.

Hinc cardinalis Picus de Mirandola, episcopus Albanensis, in sua dioecesi per edictum suos admonuit confessarios, ne tales adamantes absolverent, si postquam ter ab aliis jam fuerint admoniti, ab hujusmodi amore sectando non abstinuissent, praesertim tempore nocturno, aut diu, aut clam, aut intra domos (cum facili periculo osculorum et tactuum), aut contra parentum praeceptum, aut cum altera pars prorumpit in verba obscoena, aut cum scandalo (prout si in ecclesia), aut

cum conjugatis, claustralibus aut clericis in sacris.

Et in hoc generaliter advertendum quod, ubi agitur de periculo peccati formalis et praecise peccati turpis, confessarius, quanto magis rigorem cum poenitente adhibebit, tanto magis ejus saluti proderit; et contra, tanto magis cum illo immanis erit, quanto magis benignus erit in permittendo ut ille in occasione maneat aut se immittat. S. Thomas de Villanova confessarios in hoc condescendentes vocat *impie pios*. Haec caritas est contra charitatem. — Solent in his casibus poenitentes conari ut confessarii apprehendant quod, occasionem removendo, magnum orietur scandalum. Fortis sit confessarius ad hujusmodi timores despicendos; majus semper erit scandalum videre quod poenitens, nec etiam post confessionem, occasionem aufert. Aut alii ejus peccatum ignorant, et tunc nihil mali suspicabuntur: aut sciunt, et tunc poenitens famam potius recuperabit quam amittet, removendo occasionem.

66. - Plures DD. censent, prima aut secunda vice bene hunc absolvi posse, qui est in occasione proxima, licet voluntaria, etiam antequam occasio auferatur; modo firmum habeat propositum et promittat se illam statim remoturum.

Sed hic oportet distinguere cum S. Carolo Borromaeo¹ occasiones quae *sunt in esse*, et occasiones quae *non sunt in esse*. — Occasio, quae est *in esse*, est, ex. gr., cum aliquis concubinam domi detinet, vel cum aliqua famula consentit quoties tentatur a domino, et similia. Occasio autem, quae *non est in esse*, est, ex. gr., cum quis in ludo prorumpit in blasphemias, aut versando in cauponis prolabitur in rixas et ebrietates, aut accedendo ad convivia incidit in verba et cogitationes turpes.

His positis, dicendum quod in occasionibus quae *non sunt in esse*, recte docet S. Carolus quod poenitenti, firme promittenti se ab eis abstinere potest, semel, bis et etiam ter absolutio dari^{a)}.

Confessarius sit rigidus cum occasionariis.

Nec admittat eorum falsas excusationes.

Juxta alios, qui nondum removit occasionem potest absolvi semel vel bis.

Distinguedae occasiones *in esse* et occasiones *non in esse*.

In occasionibus *non in esse* ter absolvi potest.

Sponsi se invicem invisentes

ordinarie erunt in occasione proxima.

S. Thom. de Vill., conc. fer. vi p. dom. iv Quadr., n. 12. — ¹ Acta Eccl. Mediolan., part. 4, Instr. Confessar., v. *Essendo*.

Quod si deinde ille occasionem non auferat et eodem modo peccat, non potest absolvi, nisi prius occasionem removeat.

In occasionibus *in esse*, ordinarie nec semel absolvendus.

In occasionibus autem, quae *sunt in esse*, cum eodem S. Carolo omnino neganda est absolutio, nisi occasio prorsus auferatur. Hancque sententiam, ordinarie loquendo, omnino tenendam probavimus in *Lib. VI, n. 454*. — Ratio, quia talis poenitens est indispositus ad absolutionem, si petat eam, antequam occasionem removeat. Etenim eam recipiendo se immittit in proximum periculum frangendi propositum, et sic remanendi in eadem occasione. — Clarius rationem hanc explicemus. Certo mortaliter peccat qui est in occasione proxima voluntaria et eam non tollit. Cum autem opus tollendi occasionem sit maxime arduum et non impleatur nisi per magnam violentiam, hanc vim difficulter sibi infert, qui jam est absolutus; quia, ablato timore sine absolutione remanendi, de facili sibi suadebit quod tentationi resistet, quin occasionem auferat; et ita in ea manendo certe quidem recidet: prout quotidie experimento probatur in pluribus poenitentibus qui, carpta absolutione ab aliquo confessario parum cauto, minime postea attendunt ad occasionem removendam, et statim deterius relabuntur. Hinc diximus quod, propter praedictum periculum frangendi propositum, mortaliter peccat poenitens qui ante remotionem occasionis absolutionem petit, et gravius peccat confessarius qui illum absolvit.

67. - Diximus: *ordinarie loquendo*. Nam plures casus excipiuntur a DD. (*Lib. VI, n. 454, v. Dixi tamen*), in quibus poenitens absolvi potest, antequam occasionem removerit.

Excipitur casus signorum ex- traordinariorum.

Et excipitur 1° casus in quo poenitens talia afferret extraordinaria signa doloris, ut prudenter judicari possit ipse non esse amplius in proximo periculo frangendi propositum de tollenda occasione. Tunc enim signa illa indicant poenitentem donatum fuisse uberiori gratia, qua merito speratur quod in removenda occasione constans erit. Verumtamen semper ac absolutio commode differri posset, tunc illam etiam ei differrem, usque dum cum effectu occasionem auferat.

Excipitur 2° casus in quo poenitens non possit redire, vel non nisi post multum tempus. Tunc bene potest absolvi, si censetur bene dispositus cum proposito statim removendi occasionem; quoniam, eo casu, periculum frangendi propositum remotum reputatur, causa magni oneris quod poenitens deberet pati, abscedendo sine absolutione aut repetendi confessionem apud alium sacerdotem aut diu manendi sine gratia sacramenti. Quapropter, cum ille sit tunc in quadam morali necessitate recipiendi absolutionem, antequam occasionem tollat, habet jus ut statim absolvatur (*Lib. VI, n. 454, v. Excipiendus 2*). Dum enim hic non potest ante absolutionem occasionem auferre, censetur ac si esset in occasione necessaria. — Sed hoc nec etiam admittendum, si poenitens jam ab alio confessario alias admonitus fuerit de occasione removenda et non impleverit; quia tunc habetur ut recidivus, et ideo nequit absolvi, nisi afferret extraordinaria signa doloris, prout in sequenti capitulo dicemus.

Excipitur casus quo poenitens redire nequit.

Nisi jam ab alio confessore admonitus sit.

68. - Hoc dicimus quoad occasionem proximam voluntariam.

At si occasio est necessaria aut *physice*; prout si quis detineretur in carcere, vel esset in periculo mortis, in quo non haberet tempus et modum ejiciendi concubinam: vel *moraliter*, id est, si occasio non posset auferri sine scandalo aut gravi damno vitae, famae aut bonorum, ut communiter docent DD. (*Lib. VI, n. 455*); eo casu poenitens bene absolvi potest, quin occasionem auferat; quia tunc non tenetur eam remove: modo promittat exsequi media necessaria ad efficiendum ut occasio ex proxima evadat remota; prout sunt, praecise in occasione peccati turpis, fugere familiaritatem complicitis, et etiam aspectum, quantum fieri potest; frequentare sacramenta, et saepe commendare se Deo, renovando quotidie, praesertim mane, ante imaginem Crucifixi propositum non amplius peccandi et, quantum est possibile, vitandi occasionem.

In occasione necessaria *physice* aut *moraliter*,

poenitens absolvi potest sine ablata occasione,

modo media praescripta adhibeantur.

Ratio, quia occasio peccandi non est proprie peccatum in seipsa, neque inducit peccandi necessitatem. Unde bene consistere potest cum occasione verus dolor et propositum non recidendi; et licet quis-

Probatur.

que teneatur auferre proximum periculum peccandi, id intelligitur cum ipse sponte vult tale periculum. Sed cum occasio est moraliter necessaria, tunc periculum per remedia opportuna remotum evadit; et Deus tunc non se retrahit ab assistendo sua gratia illi qui vere deliberavit ipsum non offendere. Nam non dicit Scriptura [Eccli. III, 27], quod peribit qui *est* in periculo, sed qui *amat* periculum; sed nequit dici amare periculum, qui illi invitatus subjacet. Unde inquit S. Basilius: *Qui urgenti aliqua causa et necessitate se periculo objicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen alias nollet, non tam dicitur amare periculum, quam invitatus subire; et ideo magis providebit Deus, ne illo peccet* ^{a)}.

Consectaria.

69. - Hinc dicunt DD., bene capaces absolutionis esse, qui nolunt relinquere aliquod officium, negotium aut domum, in qua soliti fuerunt peccare, eo quod deserere eam nequeunt sine gravi detrimento, semper ac verum habeant propositum se emendandi et media implendi ad emendationem. Tales sunt, ex. gr., chirurgi qui in medendis feminis, aut parochi qui in excipiendis earum confessionibus prolapsi sunt, si, his muneribus relictis, non possent juxta suum statum vivere (*Lib. VI, n. 455, in fine*).

Sed omnes conveniunt, *expedire* in his et similibus casibus absolutionem differre, ut poenitens sit saltem diligentior in praescriptis remediis exsequendis. — Verumtamen ego censeo, confessarium non tantum posse, sed etiam *teneri* ad differendam absolutionem, semper ac commode differre potest, praesertim cum agitur de materia turpi. Tenetur enim ipse tamquam medicus animarum opportuniora applicare remedia; et puto, remedium magis idoneum non inveniri pro eo qui manet in occasione proxima, quam differre ei absolutionem, dum experientia

Confessor tamen tenetur absolutionem differre si commode fieri potest.

nimis patet, quod plures post absolutionem acceptam negligunt media praescripta exsequi, et sic facile recidunt. E converso, cum alicui differtur absolutio, ille vigilantior erit ad media implenda et ad obsistendum tentationibus, ob metum ne iterum sine absolutione dimittatur, cum ad confessarium redibit.

Forte in hoc quis me nimium rigidum reputabit; sed ego semper sic me gessi in praxi, et sic pergam me gerere cum iis qui sunt in proxima occasione, quamvis necessaria, et quamvis extraordinaria signa doloris haberent, semper ac mihi non ostenderetur specialis necessitas eos statim absolvendi; et sic censeo multo magis prodesse poenitentium saluti. Utinam et omnes confessarii sic etiam se gererent, oh quot peccata vitarentur, et quot aliae salvarentur animae!

Repeto quod supra dixi: Ubi agitur de liberando poenitente a peccato formali, uti debet confessarius opinionibus benignioribus, in quantum christiana prudentia concedit. Sed ubi opiniones benignae periculum peccati formalis proximius reddunt, prout in hac materia occasionum proximarum accidit, dico omnino expedire et quandoque oportere ut confessarius sententiis rigidioribus utatur: tunc enim hae valde magis prosunt animarum saluti.

Quod si autem quis, manendo in occasione necessaria, semper eodem modo relaberetur, etiam remediis adhibitis, et modica superesset spes emendationis, tunc dico, omnino huic negandam absolutionem, prius quam occasionem tollat (*Lib. VI, n. 457*). Et hic reor instare evangelii praeceptum: *Si oculus tuus scandalizat te, ejice eum* (*Marc., IX, 46*). Excepto casu quo poenitens signa doloris ostenderet tam extraordinaria, quod posset concipi prudens spes emendationis (*Lib. VI, n. 457, in fine*).

S. Doctor in hoc se vindicat a rigorismo.

Ceterum cum occasionarii rigide est agendum.

Casus de illo qui semper relabatur.

68. - ^{a)} Textus citatus non est S. Basilii, sed fortasse alicujus commentatoris in ejus

Constitutiones monastic., cap. 5 (cfr. Migne, *Patr. Graeco-lat., tom. 31, col. 1359*).

CAPUT V.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum habituatis et recidivis ^{a)}.

70. - Distinguendi sunt habituati a recidivis.

Habituatus, quis.

Potest absolvi.

Interdum potest differri absolutio.

Quid constituat habitum.

Recidivus, quis.

Absolvi nequit cum signis ordinariis.

Habituati sunt, qui habitum contraxerunt in aliquo peccato, de quo non adhuc sunt confessi. — Isti, ut dicunt DD. (*Lib. VI, n. 459*), bene absolvi possunt prima vice qua confitentur de pravo habitu, vel si de eo confitentur, postquam ipsum retractaverunt; dummodo dispositi sint per verum dolorem et firmum propositum adhibendi media efficacia ad emendationem. — Verum si habitus esset valde radicans, potest etiam confessarius ei differre absolutionem, ad experiendum quomodo sit constans poenitens in praxim deducendo media praescripta, utque ipse de suo vitio majorem concipiat horrorem.

Advertatur hic quod quinque vices in mense jam possunt malum habitum constituere in aliquo vitio peccati externi, modo inter ipsas aliquod intervallum intercedat. Et in materia fornicationum, sodomiarum et bestialitatum, multo minor numerus habitum queit constituere: qui, ex. gr., semel in mense fornicaretur per annum, bene hic habituatus dici potest.

71. - *Recidivi* autem sunt, qui post confessionem eodem vel quasi eodem modo sunt relapsi absque emendatione. — Isti, ut communiter docetur (*Lib. VI, n. 459, v. Recidivus*), nequeunt absolvi, si sola signa ordinaria afferant, nempe si tantum confiteantur, asserendo se poenitere et proponere, prout habetur ex propos. 60 damnata ab Innocentio XI. Nam habitus contractus et relapsus praeteriti sine ulla emendatione magnam praestant suspicionem, quod dolor et propositum, quae poenitens asserit se habere, nequaquam sint

vera. Unde istis differenda est absolutio per aliquod tempus, usquedum appareat prudens signum emendationis. Et in hoc puncto lugenda est animarum ruina; cujus causa sunt tot mali confessarii, indistincte absolvendo tot recidivos qui, cum repererint confessarios qui semper tam facile eos absolvunt, amittunt horrorem in peccando et pergunt ad putrescendum in coeno vitiorum usque ad mortem.

Quidam DD. (*Lib. VI, n. 459, v. Dicunt*) admittunt, recidivum solis signis ordinariis absolvi posse usque ad tertiam et quartam vicem. Sed huic opinioni nunquam potui acquiescere; quia habituatus qui post unam confessionem recidit sine emendatione, jam est verus recidivus, et fundatam praebet suspicionem suae indispositionis.

Et notetur hic quod haec regula procedit etiam respectu culparum venialium. Quamvis enim communiter admittitur facilius absolvi posse eos qui prolabantur in peccata levia, eo quod occasiones eorum frequentiores sint; attamen, cum sit communis sententia (*Lib. VI, n. 449, Dub. 1*), grave esse peccatum et sacrilegium, absolutionem recipere super levibus confessis sine vero dolore et proposito, nec sufficere dolere de multitudine seu de numero excessivo talium culparum, quin dolor habeatur de aliqua in particulari, prout tenuimus (*ibid., Dub. 2*), contra quorundam opinionem ^{a)}, facile metuendum est, hujusmodi confessiones sacrilegas esse aut saltem invalidas. — Hinc diligenter satagat confessarius ad non absolvendos indistincte tales poenitentes. Tunc etenim, etiamsi illi sint in bona fide, tamen non poterit a sacrilegio excusari, absolutionem impertiendo eis qui ad ab-

Nequidem semel.

Hoc fere valet pro recidivo in venialibus.

Regulae pro ejusdem confessione.

70. - ^{a)} S. Doctor postea hoc caput ad verbum intexit in *Hom. Apost., tr. ult., n. 8-18*.

71. - ^{a)} Ita S. Doctor potius tenebat in prima editione Theologiae moralis, *col. 717*,

sed jam in editione secunda dixit: « Hae sententiae facile videntur posse conciliari: cum impossibile sit dolere de multitudine et non dolere saltem de illis posterioribus culpis per quas constituitur multitudo ».

solutionem non satis dispositi judicari possunt. Propterea curet, si poenitentem sine peccato vult absolvere, aut eum disponere ad dolendum praesertim de aliqua levi culpa, a qua ille magis horreat; aut ei insinuare ut confiteatur de aliquo peccato graviori vitae antea actae contra aliquod praeceptum (sufficit enim ut confiteatur in generali absque numero); ut habeat materiam certam, super qua ininiti possit absolutio; alioquin etiam huic poenitenti per aliquod tempus differri oportet absolutio.

His recidivis, ex fragilitate intrinseca, differatur, absolutio,

72. - Dico: *per aliquod tempus*; eo quod recidivis tam levium quam gravium culparum non est necessarium differre eis absolutionem per annos aut menses, ut nimis rigide vult Juenin. Vide *Lib. VI, n. 463*. — Sed regulariter satis erit, si peccatum procedit ex fragilitate intrinseca, dilatio octo vel decem dierum, prout ait doctus auctor libri Romae editi, cui titulus: *Istruzione per li novelli confessori*¹; idemque dicit auctor libelli ubique in Italia accepti, cui titulus: *Istruzione per li confessori di terre e villaggi*², ubi pro hac doctrina citat Ludovicum Habert^a); adduntque esse excessivam et periculosam dilationem mensis, quia post tantum tempus difficilis redditur reditus hujusmodi poenitentium.

regulariter per octo vel decem dies;

Et huic iudicio favet Benedictus XIV, in bulla *Apostolica*, ubi loquens de confessariis qui rite poenitentibus absolutionem differunt, sic deinde eos monet: *Illos ut quantocius revertantur invitet... ut ad sacramentale forum regressi, absolutionis beneficio donentur*. Nota verba *quantocius et donentur*. — Ad summum (dico) his differri potest absolutio per quindecim aut viginti dies.

ad summum per quindecim aut viginti dies.

Quandoque protrahatur dilatio.

Sed excipere oportet illos, qui tempore praecepti Paschalis confitentur. Pro istis enim majoris temporis experientia requiritur, cum justa suspicio haberi pos-

sit quod hi abstineant a relapsu potius ut censuram effugiant, quam ex vero proposito mutandi vitam. — Oportet etiam excipere eos qui lapsi sunt in occasione proxima extrinseca. Isti enim majori egent experientia, cum occasio (ut dictum est in capitulo praecedenti) sit fortius incitativum ad peccandum. Verum semper sufficiet experientia mensis. Caveat tamen confessarius ne dicat poenitenti ut non redeat nisi post mensem; nam hic ob tantam dilationem nimis terrebitur. Potius imponat ei ut redeat post octo vel quindecim dies, et sic blando modo ipsum transferet ad recipiendam absolutionem in fine mensis.

73. - Ad absolvendos igitur recidivos non sufficiunt ordinaria signa doloris et propositi, sed requiruntur extraordinaria: quae alias, juxta communem sententiam (*Lib. VI, n. 459, v. Recidivus*), certe sufficiunt ad absolutionem impertiendam. Illud enim extraordinarium signum, modo solidum sit et fundatum, aufert indispositionis suspicionem, quae urget ratione relapsuum.

Recidivus cum signis extraordinariis absolvi potest.

Recte dixerunt episcopi Belgii, anno 1697 congregati, in quodam decreto edito pro directione confessariorum suarum dioecesium, de hoc puncto loquentes: *Deum in conversione peccatoris non tam considerare mensuram temporis quam doloris* (apud Croix³). Hinc prohibuerunt ne confessarii stabili lege exigerent a poenitentibus adhuc recidivis experientiam notabilis temporis, antequam eos absolvent. Et jure merito. Sola enim probatio temporis non est unicum signum mutatae voluntatis, quia voluntas peccatoris mutatur virtute divinae gratiae quae tempus non requirit, sed aliquando illico operatur. Quapropter mutatio voluntatis bene per alia signa cognosci valet sine experientia temporis. Quinimmo alia signa dispositionis actualis poenitentium quando-

Nec tunc requiritur probatio temporis.

Nam haec signa ostendunt mutationem voluntatis.

Juenin., Commentarius... de Sacramentis, diss. 6, qu. 7, cap. 4, art. 7 (edit. Lugd. 1717). — ¹ Is est *Giordanini*, part. 1, cap. 9, n. 215. — ² Is est *Jorio*, cap. 1, § 4, init. — *Bened. XIV*, encycl. *Apostolica*, § 22, diei 26 Jun. 1749. — *Decret. episcoporum Belgii*, seu *Instruct. pastoralis... pro ex-*

cutione nuperi Brevis S. D. N. Innocentii Papae XII, circa administrationem sacramentorum, etc., de die 13 April. 1697; ap. De Ram. *Synodicum Belgicum*, tom. 1, pag. 623 (edit. Mechlinien. 1328). — ³ *Theol. mor.*, lib. 6, part. 2, n. 1823 (edit. Mediolan. 1724).

que voluntatis mutationem manifestant multo melius quam probatio temporis: nam talia signa directe dispositionem ostendunt, dum e converso experientia illam ostendit tantum indirecte; cum non raro accidat quod aliquis diu abstinerit a peccando, et adhuc sit etiam indispositus.

Unde auctor libri citati: *Istruz. per li novelli confessori*, sic ait¹: *Se la ricaduta nasce dalla propria fragilità, senza altra causa estrinseca volontaria, è quasi temerità il dire che ogni ricaduto sia indisposto*^a). Et alibi², dicit quod recidivus propter vim mali habitus absolvi debet, semper ac firmam ostendit voluntatem adhibendi media ad emendationem, sic subdendo: *E giudichiamo che il fare altrimenti sia troppo rigore, e che il confessore facendolo s'allontanerebbe dal vero spirito della Chiesa ... e del Signore ..., e dalla natura del sacramento, il quale non solamente è giudizio, ma medicina ... salutare*^b).

74. - Plura autem sunt haec signa, prout docent doctores (*Lib. VI, n. 460*).

1°. Major dolor manifestatus per lacrymas (modo sint verae compunctionis), aut per verba ex corde procedentia, quae aliquando certiora signa quam lacrymae esse possunt.

2°. Minor numerus peccatorum (intellege, cum poenitens fuerit in eisdem occasionibus et tentationibus peccandi); aut si poenitens post ultimam confessionem perseveraverit in gratia per notabile tempus, puta per 20 aut 25 dies, ipse qui prius pluries in hebdomada prolabi solebat; aut vero si relapsus fuerit post magnam resistantiam; aut etiam si antequam ad confessionem accederet, diu se abstinerit a culpis mortalibus.

3°. Diligentia adhibita pro emendatione, ut esset, si poenitens diligenter occasio-

nem vitaverit, media praescripta a confessario executioni mandaverit; aut si adhibuerit jejunia, preces, eleemosynas, etc. ad vitium extirpandum^a).

4°. Si ipse petit a confessario remedia aut nova media ad emendationem. Item si promittit implere media, quae tunc ei suggerit confessarius; maxime si nunquam monitus fuerit ad illa adhibenda. Sed his promissionibus censeo non omnino fidendum, si alia signa desint: cum poenitentes, ut absolutionem carpant, facile promittant, sed postea difficulter attendant.

5°. Spontanea confessio, nempe si poenitens accedit non jam ad implendum praeceptum Paschale, neque ex quodam usu confitendi in aliquibus temporibus, prout in die Nativitatis Domini, in festivitibus Deiparae et similibus, neque accedit impulsus a parentibus, a domino aut magistro; sed venit omnino sponte et vere inspiratus a divino lumine, ad solum finem ut divinam gratiam recipiat: praesertim si ad confitendum longum iter aggressus fuerit, abstinerit a lucro notabili, grave sustinuerit incommodum, aut magnum conflictum internum vel externum superaverit.

6°. Si venerit motus ab aliquo extraordinario impulsu, puta ob concionem auditam, aut mortem amici, obve metum alicujus imminentis flagelli, prout terrae-motus, pestis, etc.

7°. Si poenitens confiteatur peccata antequam per verecundiam tacita.

8°. Si poenitens, antequam accedat, restituerit rem vel famam ablatam.

9°. Si propter monitionem confessarii ostendit se apprehendisse novam cognitionem et horrorem sui peccati periculi-que suae damnationis.

Alii alia signa addunt: prout si poenitens magnam libenter acceptat poeni-

Quaesitio vel promissio remediorum.

Spontanea confessio.

Motivum extraordinarium confessionis.

Confessio sacrilege omissorum.

Restitutio praecedens.

Nova cognitio peccati vel periculi.

Signa extraordinaria.

Lacrymae, cordialia verba.

Minor numerus peccatorum.

Studium emendationis.

¹ Part. 1, cap. 15, n. 356. —² Part. 1, cap. 9, n. 213.

73. - ^a) Id est: « Si relapsus provenit ex propria fragilitate, sine alia causa extrinseca voluntaria, quasi temerarium est dicere omnem recidivum esse indispositum ».

^b) Latine: « Et judicamus, alium agendi modum nimis rigorosum esse; et confessarium sic agentem a vero spiritu tum Eccle-

siae tum Domini recedere, necnon a natura hujus sacramenti, quod non solum iudicium est, sed et salutaris medicina ».

74. - ^a) Textus italicus habet « ad bonam faciendam confessionem ». Item Theologia moralis, *lib. 6, n. 460, 3°*, ubi S. Doctor eandem quaestionem tractat,

tentiam; si asserit, se poenituisse peccati, statim ac illud patravit; si protestatur, se velle mori potius quam peccare. Sed haec signa nescio an sola satis esse possint. Potius dicerem quod possent deservire ad alia adjuvanda signa quae sola non sufficerent.

Ad absol-
vendumsuf-
ficit certitu-
do moralis
de disposi-
tione poeni-
tentis,

75. - Denique semper ac aliquod adest signum, quo prudenter possit judicari poenitens mutasse voluntatem, bene absolvi potest. Quamvis enim confessarius, ut poenitentem absolvere possit, moraliter certus esse debeat ejus dispositionis, at tamen advertendum quod in aliis sacramentis, in quibus materia est physica, physica etiam debet esse certitudo; sed in hoc sacramento Poenitentiae, cum materia sit moralis, prout sunt actus poenitentis, sufficit moralis certitudo sive respectiva, ut probatum est *Lib. VI, n. 57 et 461*. Nimirum satis est quod confessarius prudentem habeat probabilitatem de dispositione poenitentis sine aliqua prudenti suspitione in oppositum. Alioquin difficulter unquam posset ullus peccator absolvi, nam omnia signa poenitentium aliud non fundant quam probabilitatem quamdam de ipsorum dispositione.

nimirum
unica pro-
babilitas.

Auctor *Istruz. per li novelli Confessori* sic inquit¹: *Non ricercasi altro ... per amministrare la Penitenza, che un giudizio prudente e veramente probabile della disposizione del penitente ... Onde ..., se le circostanze non fondano un dubbio prudente, ch'egli non sia sufficientemente disposto, non dee il confessore inquietare se stesso nè il penitente per averne l'evidenza, che non è possibile* ^{a)}.

Recidivus
in blasphem-
iis facilius
absolvatur.

Et hic notandum circa malum habitum, quod facilius absolvi possunt recidivi in blasphemiiis quam in aliis peccatis odii, furti aut libidinis, quibus habitus fortius inhaeret, causa majoris concupiscentiae sive inclinationis quae in illis invenitur.

76. - Dictum est, confessarium posse absolutionem impertiri consuetudinario et

recidivo, quando ille per signum extraordinarium dispositus apparet: sed non dicitur *teneri*; quia potest etiam absolutionem ei differre, si hoc censeat expedire, ut communiter doctores docent (*Lib. VI, n. 462*). Etenim, licet poenitens post confessionem suorum peccatorum jus habeat ad absolutionem, tamen non habet jus ut statim absolvatur; nam confessarius tamquam medicus, bene potest, immo quandoque tenetur absolutionem differre, cum judicat, tale remedium necessario prodesse saluti sui poenitentis.

Recidivo
disposito
differri po-
test absolu-
tio.

An autem *expediat ordinarie uti hoc remedio aut non sine consensu poenitentis?*

Certum est non expedire, si videt quod dilatio afferre potest magis detrimentum quam profectum; et idem dicunt DD., quando ob dilationem poenitens subire deberet aliquam infamiae notam aut periculum (*Lib. VI, n. 463*).

Non diffe-
renda, si di-
latio da-
mnusital-
latura.

Extra autem hos casus quidam volunt, melius esse ut hujusmodi recidivis differatur absolutio. Alii tamen communius censent, id raro expedire; et hoc etiam sentit celebris nostrorum temporum missionarius Pater Leonardus de Portu Mauritio, in suo docto sermone Romae edito, cui titulus: *Discorso mistico e morale*. Melius nihilominus dicendum, quod in hoc puncto nequit certa statui regula, sed confessarius juxta occurrentes circumstantias gerere se debet. Deo se commendet, et secundum quod se sentit inspiratum, sic faciat. — Ego ita censeo: Si poenitens relapsus est *ex fragilitate intrinseca*, prout accidit in peccatis irae, odii, blasphemiarum, mollitierum, aut delectationum morosarum, dico cum sententia communissima DD. (*ibid.*, v. *Ut autem*), quod raro expedit differre absolutionem recidivo, cum ille est dispositus: nam sperari debet, magis gratiam sacramenti quam dilationem absolutionis illi prodesse posse.

Opiniones
auctorum
extra hunc
casum.

Juxta
S. Docto-
rem, rela-
pso ex fra-
gilitate in-
trinseca et
disposito,
raro diffe-
renda.

¹ Is est *Giordanini*, part. 1, cap. 15, n. 360. — *S. Leonard.*, Discorso mistico e morale, n. 10, in f., (edit. Rom. 1854).

75. - ^{a)} Id est: « Ad administrandam Poenitentiam nil aliud requiritur, quam prudens et vere probabile judicium de dispositione poenitentis. Unde, si circumstantiae non in-

gerunt prudens dubium de insufficienti ejus dispositione, confessarius nec se ipsum nec poenitentem perturbare debet ut evidentiam consequatur, quod non est possibile ».

Secus, relapso ob occasionem extrinsecam.

77. - Dico: *ex fragilitate intrinseca*. Aliter enim agendum cum eo qui relapsus est ob *occasionem extrinsecam*, quamvis necessariam: nam occasio vivaciorem excitat concupiscentiam, et complicitis praesentia vehementius sensus commovet et intensiorem reddit affectum ad peccandum, quam faciat pravus habitus intrinsecus; et ideo poenitens in occasione extrinseca magnam sibi vim inferre debet, non tantum ad superandam tentationem, sed etiam ad se removendum a familiaritate et praesentia complicitis, ut periculum ex proximo reddatur remotum. — Et tanto magis hoc procedit, si occasio est voluntaria et omnino auferri debet; quia tunc recipiens absolutionem, antequam occasionem amoverit, remanet in magno periculo frangendi propositum factum de illa removenda, prout ostendimus in capitulo praecedenti, *n. 66*.

Speciatim si haec sit voluntaria.

S. Doctor probat raro esse differendam relapso ex fragilitate intrinseca.

E converso in consuetudinario ob causam intrinsecam remotius est periculum violandi propositum; quia ex una parte non adest objectum extrinsecum, quod tam violenter eum impellat ad peccandum: et ex altera, illi non est voluntaria retentio mali habitus, prout est voluntarium non amovere occasionem cum possit. Unde in tali necessitate Deus male habituato magis succurrit; et ideo plus quam a dilatione absolutionis sperari potest emendatio a gratia sacramenti, quae illum fortiorem reddet, reddetque efficaciora media quae ipse adhibebit ad habitum extirpandum.

Confirmatur ex auctoritate.

Cur enim, recte dicunt Salmant.¹, magis sperari debet, quod peccatori gratia carenti prosit dilatio absolutionis, quam prosit amico Dei absolutio, qua gratiam recipit? — Et cardinalis Toletus², loquendo praecise de peccato pollutionis, censet, ad tale vitium vitandum non esse remedium efficacius quam saepe se munire sacramento Poenitentiae; subditque, hoc sacramentum maximum esse frenum hujusmodi peccatum committentibus: et ^{a)} qui

eo non utuntur, dicit quod non sibi promittat emendationem nisi per miraculum. — Et re vera, S. Philippus Neri, ut legitur in ejus Vita³, maxime hoc medio frequentis confessionis utebatur pro recidivis in tali vitio. — Huic quoque confert id quod ait Rituale Romanum, agendo de Poenitentia: *In peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut saepe... confiteantur, et si expediat, communicent*. Et dicendo *facile recidentibus*, certe intelligit loqui de eis qui nondum pravum habitum extirpavere.

Aliqui auctores, qui per solam rigoris viam videntur velle animas salvas facere, dicunt recidivos pejores fieri, cum ante emendationem absolvuntur. Sed ipse scire vellem ab his magistris meis, an omnes recidivi, cum sine absolutione dimittuntur, carentes gratia sacramenti, omnes evadant fortiores et omnes emendentur? Quot ego miseros novi in exercitio missionum, qui dimissi sine absolutione vitiis et desperationi se abjecerunt, et per plurimos annos omiserunt confiteri!

Objurgantur rigoristae.

Caeterum repeto: Quisque se dirigere debet juxta lumen quo donatur a Deo. Hoc certum est quod in hac materia, tam errant ii qui plus justo sunt faciles, quam ii qui sunt difficiles ad absolvendum. Multi quidem propter nimiam facilitatem sunt causa quod tot animae perdantur (et negari non potest, quod isti in majori sint numero et majus damnum afferant, quia istis in majori numero accedunt peccatores habituati); sed alii ob nimium rigorem etiam magno sunt damno animarum saluti. Et nescio an confessarius debeat tantummodo sibi scrupulum injicere, quando absolvit indispositos, et non etiam, quando dispositos sine absolutione dimittit.

Sed etiam laxistae.

Concludo hic et dico *primo*: Non nego quod aliquando bene prodesse possit recidivo disposito dilatio absolutionis. — Dico *secundo*: Semper proderit quod confessarius hujusmodi recidivos terreat ostendatque ac si non posset eos absol-

Conclusio.

¹ Tr. 6, cap. 5, n. 68, in f. — ² Instructio sacerdotum, lib. 5, cap. 13, n. 6 (edit. Venet. 1668). — ³ Bacci, Vita di

S. Fillippo, lib. 2, cap. 6, n. 2 (edit. Florent. 1851) — *Rituale Romanum*, ordo administr. Poenit., n. 19, v. *Quare curet*.

vere. — Dico *tertio*: Ordinarie loquendo, recidivis ex fragilitate intrinseca et per signum extraordinarium jam dispositis magis absolutionis beneficium proderit quam dilatio.

Iterum in-
crepantur
laxistae.

Utinam et confessarii recidivos absolventur solum, cum signa extraordinaria afferunt! Id quod lugendum, est quod major, ne dicam maxima confessariorum pars, universaliter recidivos absolvunt sine distinctione, sine signo extraordinario, sine admonitione, et sine aliquo saltem remedio praestito ad emendationem; et hinc vere procedit, non jam ab absolvendis dispositis, tot animarum universalis perniciēs.

78. — Hoc tamen quod dictum est, communiter loquendo, de habituatis et recidivis, non procedit jam circa initiandos in sacris ordinibus habituatos in aliquo vitio (praesertim in peccato turpi). Circa hos enim alia currit ratio.

Habitua-
tus accede-
re nequit ad
ordines sa-
cros,

Laicus habituatus absolvi potest, semper ac est dispositus ad suscipiendum sacramentum Poenitentiae. Sed ordinandus habituatus, si vult ipse ad sacrum ascendere ordinem, non sufficit ut sit dispositus ad recipiendum sacramentum Poenitentiae, sed oportet ut etiam dispositus sit ad recipiendum sacramentum Ordinis. Alioquin ad neutrum dispositus erit. Cum enim sit indignus ascendendi ad altare qui vix egreditur e statu peccati, nec habet probitatem positivam, necessariam respectu ad sublimitatem status in quem immitti inhiat, ipse graviter peccat, si absque illa vult sacrum ordinem suscipere, etiamsi ponatur in statu gratiae. Quapropter tunc confessarius nequit eum absolvere, nisi promittat abstinere ab ordine suscipiendo, ad quem ascendere non poterit, nisi post longi temporis, saltem plurimum mensium probationem.

nisi post
probationem.

Et si per-
sistat ne-
quit absol-
vi.

Probatur.

Id plene probatum est in dissertatione Operi inserta *Lib. VI, ex n. 63*, cum communi sententia DD. ibi (*n. 68*) reatorum, qui docent quod ad sacrum ordinem suscipiendum non satis sit bonitas communis, id est simplex immunitas a peccato mortali, sed requiritur bonitas specialis, virtute cujus initiandus sit a

pravus habitibus depuratus, ut docuit D. Thomas¹: *Ordines sacri praeexigunt sanctitatem ...; unde pondus ordinum imponendum est parietibus jam per sanctitatem desiccatis ..., id est... ab humore vitiorum*. Et ratio est quia, si ordinandus hanc non habet specialem sanctitatem, indignus est super plebem constitui ad altissima altaris ministeria exercenda: *Sicut illi* (loquitur idem S. Doctor²) *qui Ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur gradu Ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis*. Et alibi³ expressius praefatam rationem confirmat, dicens: *Quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris, ad quod requiritur major sanctitas interior quam requirat etiam religionis status*.

79. — Verumtamen excipitur casus, quo a Deo donaretur quis tam extraordinaria compunctione, quae ipsum liberaret ab antiqua fragilitate; nam, ut ait idem Angelicus⁴: *Quandoque tanta commotione convertit (Deus) cor hominis, ut subito perfecte consequatur sanctitatem spiritualem*.

Excipitur
casus con-
versionis
extraordi-
nariae.

Rarae quidem sunt hujusmodi conversiones, et praesertim in ordinandis, licet aliquam petant domum religiosam, ut spiritualia agant exercitia: isti enim ut plurimum non ultro sed coacti accedunt. Sed quando vere quis tantam reciperet gratiam a Deo (cujus admirabiles sunt misericordiae), quae ipsum taliter mutatum redderet ut, licet adhuc aliquem pravum motum sentiret, magnum tamen concepisset horrorem adversus peccatum; et simul notabiliter diminutum in se cognosceret ardorem concupiscentiae, ita ut, a gratia munitus, facile jam inciperet tentationibus obsistere; et insuper firme statuisset in posterum, non tantum vitare peccata et occasiones, sed etiam media opportuniora suscipere ad vivendum, ut sacerdotem decet; et jam simul incoepisset ad suam conversionem confirmandam instanter preces effundere pro sua perseverantia, cum magna et tali in Deo fiducia quae eum redderet moraliter securum de quadam magna mutatione vitae: eo

Casus ex-
plicatur.

casu bene posset confessarius eum absolvere, etsi ipse vellet statim post confessionem ordinem sacrum suscipere.

Etiam hoc casu, differri potest absolutio.

Attamen adhuc in hujusmodi casu, quo poenitens magnam habuerit compunctionem, confessarius, quantum potest, curam adhibere debet ut illum inducat ad differendam susceptionem Ordinis, ad hoc ut melius a pravo habitu se purget et melius concepta proposita exsequatur. Immo ad hunc effectum, si ille nolit differre susceptionem, potest etiam confessarius tamquam medicus ad majorem ejus pro-

fectum differre ipsi absolutionem, ut initiandus Ordinis susceptionem differat. Hoc tamen intelligendum, modo ex tali dilatione non subeat ille periculum alicujus infamiae aut notae. Tunc enim (prout notatum est *n. 69*) poenitens habet jus ut statim absolvatur.

Modo non adsit infamia.

Caeterum confessarii debent esse difficiles, quantum fieri potest, in absolvendis hujusmodi ordinandis, qui postmodum ordinarie pessimi evadunt; et sic populis et Ecclesiae perniciem magnam afferunt^{a)}. Vide *Lib. VI, n. 69-77*.

Monitum pro praxi.

79. - ^{a)} S. Doctor, *Hom. Apost., tr. ult., n. 17, in f.*, addit: « Hanc meam ratiocinationem integre commendatam reperio a Be-

nedicto XIV, in celebri suo opere *de Synodo, lib. 11, cap. 2, num. 17 et 18*, ultimae editionis ».

CAPUT VI.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum poenitentibus, qui contraxerunt aliquam censuram aut casum reservatum, vel obligationem denunciandi, vel impedimentum dirimens aut impediens matrimonii.

80. - Et I^o. Quod pertinet ad CENSURAS ^{a)}.

Si quis accedat irretitus *censura aut casu reservato*, super quo confessarius facultatem non habeat, jam supra diximus, actum esse charitatis, ut confessarius adeat episcopum pro facultate obtinenda.

Episcopus autem, vi cap. *Liceat*, Tridentini ¹ (vide *Lib. VII, n. 75*), absolvere potest omnes casus papales occultos. Et hanc facultatem potest delegare aliis confessariis, etiam generaliter, dummodo eos specialiter deputet ad hujusmodi casus absolvendos (*ibid., n. 93*), excepta haeresi et aliis casibus bullae *Coenae* (*ibid., n. 82*); nisi poenitens esset impeditus adeundi Romam; tunc enim episcopus absolvere potest ab omnibus papalibus, etiam publicis (*Lib. VII, n. 84*), et adhuc ab haeresi et aliis bullae *Coenae* (*ibid.*).

Insuper episcopi absolvere possunt ab excommunicatione ob percussorem le- vem clerici vel monachi, et etiam ob gravem, si percussus est mulier, ex cap. *Ea noscitur, de sent. excomm.*, et cap. *Mulieres, eod. tit.* Item ab excommunicatione propter abortum foetus animati, virtute bullae Gregorii XIV, quae incipit *Sedes Apostolica*. Item ab excommunicatione ob communicationem in eodem crimine cum excommunicatis ab eisdem episcopis. Item ab excommunicatione, quam incurrunt fratres Minores, admittentes in suis ecclesiis ad divina officia fratres tertii ordinis. Item ab excommunicatione, qua ligantur ii qui absoluti in articulo mortis ab ali-

qua censura ab episcopo reservata non se praesentant eidem, postquam convalescerint; et demum ab omnibus censuris, quas episcopi sibi reservant (*Lib. VII, n. 213*).

81. - *Regulares* autem etiam absolvere possunt *laicos* ^{a)} a papalibus occultis (*Lib. VII, n. 96*), exceptis sex casibus Clementis VIII, a quibus tamen bene possunt absolvere episcopi, quando sunt occulti, scilicet: 1^o Percussionis clerici; 2^o duelli; 3^o violationis immunitatis ecclesiasticae; 4^o fracturae clausurae monialium; 5^o simoniae realis; 6^o simoniae confidentialis. Facultas enim quoad casus praefatos respectu ad regulares degentes extra Romam et intra Italiam, a praedicto Pontifice est eis expresse ablata (*ibid., n. 99*).

Quamvis autem nequeant regulares absolvere laicos a casibus reservatis ab episcopis (*Lib. VII, n. 98*), possunt tamen ex probabiliori sententia absolvere a papalibus reservatis episcopis (*ibid., n. 99*), exceptis semper vero sex casibus Clementis, ut supra.

Quoad *subditos* ^{a)} vero possunt eos absolvere ab omnibus casibus Papae reservatis, etiam publicis, etiamque a casibus bullae *Coenae*, exceptis *relapsu in haeresim, falsificatione litterarum Apostolicarum, et delatione prohibitorum ad infideles*, ex concessione facta praelatis ordinis Praedicatorum et per communicationem aliorum ordinum in bulla *Pretiosus*, edita anno 1727, ubi insuper con-

¹ Sess. 24, de reform., cap. 6. — Gregor. XIV, bulla *Sedes Apostolica*, § 2, diei 31 Maji 1591; in Bullar. Mainardi. — Clemens VIII, decr. S. C. Episc. et Reg., de die

26 Nov. 1602; ap. Bizzarri, Collectanea S. C. Episc. et Reg., fol. 17 (edit. Rom. 1863). — Bened. XIII, const. *Pretiosus*, § 21, de die 26 Maji 1727; bulla 177 in Bullar. Mainardi.

Olim facultates regularium.

Jus antiquum de censuris.

80. - ^{a)} Quae hic dicuntur de censuris reformanda sunt juxta const. *Apost. Sedis* et recentia decreta S. O., quae reperies in notis, quae annexae fuerunt locis, ubi S. Alphonsus

de hac materia tractat. Cfr. specialiter *lib. 6, n. 585*, not. *e*, et *lib. 7, n. 208*, not. *a*.

81. - ^{a)} Hodie per const. *Apost. Sedis* sublata est haec facultas regularibus.

cessum est Generali ordinis, *ut ipse solus possit ab irregularitate hujusmodi* (scilicet orta ex homicidio) *dispensare cum fratribus sibi subditis, dummodo homicidium non fuerit appensatum et intra claustra exstiterit consummatum* (*Lib. VII, n. 101 et 104*)^b.

82. - Notandum hic quod, si quis ignorat censuram papalem, nec ipsam nec casus reservationem incurrit, quia casus papales principaliter ob censuram reservantur (*Lib. VI, n. 580*); ad differentiam casuum episcopali-um, quorum nesciens censuram etiam incurrit casum; quia episcopi principaliter casum reservant (*ibid.*); et hoc, etiamsi ignoretur casus reservatio, ut probavimus *Lib. VI, n. 581*. Caeterum nulla incurritur censura ab eo qui invincibiliter eam ignorat (*Lib. VII, n. 43*).

Item notandum quod, cum quis sacrilege in jubileo confessus fuerit, tunc reservatio non aufertur, ut probatum est, praesertim ex declaratione ss. Papae Benedicti XIV (*Lib. VI, n. 537, Qu. 2*). Idemque tenuimus (*ibid.*, v. *Si autem*), si confessio fuerit invalida, loquendo de jubileo. Sed extra jubileum, si quis invalide confessus fuerit apud aliquem confessarium, qui facultate pollebat super peccatis reservatis, communis et probabilior est sententia, quod absolutus a reservatione maneat (*Lib. VI, n. 598, Qu. 3*). Estque etiam communior et satis probabilis opinio, poenitentem solum esse a reservatione, quamvis confessio fuerit sacrilega, modo ipse culpabiliter non tacuerit specialiter peccatum reservatum (*ibid.*, *Qu. 4*).

83. - II^o. Quod pertinet ad OBLIGATIONEM DENUNTIANDI.

Advertat confessarius, quod ipse tenetur sub culpa gravi imponere poenitenti obligationem denuntiandi superioribus aliquem qui serio protulerit propositionem aut blasphemiam haereticalem cum errore intellectus et pertinacia, non jam ob ignorantiam, incuriam aut lapsum linguae; nam eo casu sufficit quod poeni-

tens eum de suo errore moneat (*Lib. IV, n. 254, v. Notandum II*).

Praeterea debet imponere mulieribus aut pueris, ut denuntient confessarios, qui eos sollicitaverint ad turpia, vel cum eis inhonestos tractatus habuerint. Observa Librum, ubi distincte est haec materia discussa, *Lib. VI, ex n. 675*.

Sed circa praxim, advertat confessarius: 1^o in hac sollicitationis materia non esse nimis festinum in imponendo poenitenti onus denuntiationis; nam in dubio an illa fuerit vel ne sollicitatio, tale onus injungi non debet (*Lib. VI, n. 702*); nisi cum verba aut actus ex se sollicitationem importarent, et tantum dubium verteret de intentione sollicitantis; aut si adessent vehementia indicia, esto non evidantia, sollicitationis, sine indicibus in oppositum. Tunc enim illa quodammodo moralem fundant certitudinem (*ibid.*, v. *Excipiendum*).

Advertat 2^o ne sit facilis ad suscipiendum in se onus denuntiationis, nisi in aliquo casu raro, in quo charitas id sibi proponeret, ob magnam difficultatem, quam forte poenitens haberet adeundi superiores.

Advertat 3^o quod ipse nunquam omittere debet imponere poenitenti sollicitato hanc obligationem denuntiationis, quamvis praevideret poenitentem illam non impleturum; nam directe confessario injunctum est a Pontifice onus, ut talem obligationem intimet (*Lib. VI, n. 694*). Unde, donec poenitens eam non adimpleat, expedit quod absolutionem ei differat. Atque si confessarius dubitat an ille difficulter eam adimpleturus sit, tunc omnino absolutionem illi differre debet. Bene tamen potest eum absolvere, si poenitens est pro tunc impeditus, et firmum habet propositum denuntiandi, statim ac commode potest (*ibid.*, n. 693). Hujusmodi denuntiationes fieri debent saltem intra mensem (*ibid.*, v. *Hoc tamen*).

Item notandum quod a nostro Summo Pontifice Benedicto XIV (*Lib. VI, n. 491*) cuique impositum est onus denuntiandi

aut confessarios qui sollicitaverint in confessione.

Sed sit prudens in iudicio.

Aegre accipiat onus denuntiationis.

In casu certo, semper praecipienda denuntiatio.

et interdum absolutio differenda.

Duplex casus de denuntiatione.

Ignorantia excusat a censura,

non vero a casibus episcopali-bus.

In jubileo confessio sacrilega non tollit reservationem;

neque confessio inculpabiliter nulla.

Secus, extra jubileum.

Limitatio.

Confessarius imponat obligationem denuntiandi haereticos,

Bened. XIV, const. Inter praeteritos, § 62, diei 3 Dec. 1749. — Bened. XIV, const. Ubi primum, diei 2 Junii 1746.

^b) S. Doctor postea, in sexta editione Theologiae moralis, notavit hanc const. Pre-

tiosus revocatam fuisse a Clemente XII. Cfr. *lib. 7, n. 396, notam c.*

confessarium, quem sciret obligasse poenitentem ad manifestandum complicem, nisi ex mera simplicitate aut imprudentia id egisset ^{a)}.

Ultimo notandum, circa sortilegia laicorum, quod hodie in nostro regno Neapolis, propter insinuationem nostri regis Caroli III, non adest obligatio illa denunciandi, nisi cum interveniat abusus SS. Eucharistiae aut olei sancti (*Lib. IV, n. 253, in fine*).

84. - III^o. Demum, quod pertinet ad IMPEDIMENTA MATRIMONII.

Cum poenitens aliquod impedimentum habet, et matrimonium nondum est initum, plura distinguere oportet.

Si impedimentum est consanguinitatis, aut cognationis spiritualis, aut affinitatis ex copula licita usque ad quartum gradum, aut publicae honestatis, etsi esset occultum, confessarius adstringere debet poenitentem vel ad denunciandum impedimentum, vel ad dispensationem obtinendam a Dataria ^{a)}.

Si autem impedimentum est affinitatis ex copula illicita cum consanguinea sponsae usque ad secundum gradum, modo adfuerit copula consummata cum seminatione perfecta (*Lib. VI, n. 1036 et 1075*); aut est impedimentum criminis, nimirum homicidii conjugis utraque parte conspirante, aut homicidii cum adulterio, aut adulterii cum fide matrimonii aut matrimonii attentati, prout fuse declaratum est in Libro (*ibid., n. 1033*): in his casibus, semper ac impedimentum est occultum, impetranda est dispensatio a S. Poenitentiarum. — Idemque currit, si poenitens impedimentum habeat voti castitatis aut religionis.

Si vero aliqua urgentissima adesset causa in aliquo casu raro, nempe scandalum, rixarum aut infamiae imminens, et tempus aut modus deesset recurrenti ad

Poenitentiarum, posset etiam tunc episcopus dispensare (*Lib. VI, n. 1122*). Et si neque adesset modus ad eundem episcopum, observa quod dictum est in Libro, *ibid., n. 613 et supra, n. 8*.

85. - Si autem poenitens jam contraxisset matrimonium invalidum ob impedimentum *dirimens*, tunc, si impedimentum provenit ex copula licita, etiam observandus est *Lib. VI, n. 1144*. Si autem ex copula illicita aut ex crimine, et poenitens est in bona fide, et contra adesset periculum mortis, scandalum aut incontinentiae, si ipsi manifestaretur impedimentum, eo casu confessarius impedimentum ei occultare debet, et interim procurare a S. Poenitentiarum dispensationem; qua obtenta, debet patefacere impedimentum, debetque tunc diligenter secum consulere de modo quo reconvalidatio matrimonii facienda est.

Ad hanc autem reconvalidationem non quidem est necessaria assistentia parochi et testium, ut probatum est *Lib. VI, n. 1110*; sed, ut diximus *Lib. VI, n. 1115*, tenetur pars conscia impedimenti alteram certiorare de nullitate matrimonii, juxta solitam clausulam S. Poenitentiarum: *Ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, etc.* ^{a)}. Et ideo, per se loquendo, ad hanc clausulam exsequendam non sufficit id quod aliqui DD. admittunt, scilicet dicere: *Si me non duxisses, duceres nunc? Dic mihi, te volo*; aut: *Pro mea consolatione renovemus consensum*. Semper enim talis consensus est dependens a priori qui fuit nullus. Nec sufficit copula, ut alii dicunt, etiam affectu maritali habita. Bene tamen satis erit dicere: *Nostrum conjugium invalidum fuit ob quamdam circumstantiam* (quia non est obligatio manifestandi qualitatem impedimenti); *renovemus consensum*. Aut: *Quando te duxi, non habui*

Matrimonio jam inito, quid in casu impedimenti dirimentis.

De reconvalidatione matrimonii,

et renovatione consensus.

Matrimonio nondum inito,

quid, in casu impedimenti, natura sua publici,

aut impedimenti occulti.

Et quid, si urgentissima necessitas.

83. - ^{a)} Benedictus XIV, in const. *Ubi primum*, damnavit solum praxim temere exquirendi nomen complicitatis « opiniones hac de re falsas et erroneas sequendo, vel veras et sanas male explicando ». Quibus verbis significat Pontifex, se supponere casus in quibus id liceat juxta veras et sanas opiniones. Ceterum ipsemet hoc sensu suam constitutionem in-

terpretatus est, in suo opere *de Synod., lib. 6, cap. 11, n. 1* (edit. Prat. 1844).

84. - ^{a)} Hodie, regulariter, a S. C. de Sacramentis. Cfr. not. c, ad *lib. 6, n. 1135*.

85. - ^{a)} Hodie S. Poenit. addere solet: « Et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas, etc. ».

verum consensum (nam consensus nullus non est verus consensus). Aut: *Ego dubium habeo de valore nostri matrimonii; unde iterum contrahamus.* Quia tunc consensus qui praestatur, jam a priori non dependet.

Quid, in casu necessitatis.

Verum quando prudens timor esset, ne praefatos modos adhibendo patefieret crimen, et pericula instarent rixarum, infamiae aut scandali, et vice versa conjux impedimenti conscius non posset excusari a debito reddendo: tunc, exsecuta jam dispensatione, sufficit quod ipse utatur aliquo ex modis supra relatis; etiamque sufficit quod ipse solus consensus ponat, cum possit in tali necessitate sequi sententiam quae docet, bene coniungi ad matrimonium convalidandum consensum suum cum consensu ab initio praestito a parte ignorante, qui per continuationem usus matrimonii aut cohabitationis virtualiter perseverat (*Lib. VI, n. 1116*)^{b)}.

De impedimento ad non petendum debitum.

86. - Si autem poenitens haberet impedimentum *impediens*, scilicet ad non petendum debitum, causa copulae habitae cum consanguinea in secundo gradu suae uxoris, hic a tali impedimento solvi debet vel a S. Poenitentiaria vel ab episcopo aut ab aliquo confessario regulari, qui facultatem habeat a praelato sui monasterii (*Lib. VI, n. 1076, v. Insuper*). - Sed si poenitens ignoraret legem ecclesiasticam, quae ultra divinam huiusmodi incestum prohibet, tunc non incurrit impedimentum (*Lib. VI, n. 1072*). Quinimmo etiamsi legem sciret, sed talem ignoraret poenam, etiam est probabile, quod eam non incurrat (*Lib. VI, n. 1074*). Saltem si periculum exstet incontinentiae, relinquendus est poenitens in sua bona fide.

Formula ad petendam dispensationem:

87. - Notemus hic formulas ad obtinendam a S. Poenitentiaria dispensationem in praefatis impedimentis, necnon votis aut irregularitatibus.

Circa impedimenta matrimonii intus sic scribatur:

Eminentissime et Reverendissime Domine!

N. N. rem habuit cum quadam muliere, et postea sponsalia contraxit cum ejus sorore. Impedimentum est occultum, et si conjugium non fieret, plura evenirent scandala. Supplicat ideo Eminentiam Vestram, ut dignetur ei dispensationem concedere. Favebit responsum mittere Neapolim (aut Aversam per viam Neapolis) ad N. N. (hic exprimatur nomen et cognomen) confessarium approbatum. Et Deus, etc.

super affinitate ex copula illicita pro matrimonio contrahendo,

Si autem matrimonium est jam initum, scribatur sic:

N. N. ignarus (aut conscius) impedimenti, matrimonium contraxit cum aliqua femina, cujus matrem (aut sororem) prius carnaliter cognoverat. Ideo, cum impedimentum sit occultum, et non possit separatio sine scandalo fieri, supplicat Eminentiam Vestram pro absolutione et dispensatione. Et Deus, etc.

pro matrimonio inito revalidando.

Circa vota castitatis: *N. N. votum emisit castitatis, sed nunc est in gravi et imminente periculo incontinentiae. Ideo supplicat Eminentiam Vestram, ut dispensare dignetur in dicto voto, ut possit orator matrimonium inire. Et Deus, etc.* Eodem modo fere scribendum pro dispensatione in voto religionis. Et notandum quod ad dispensandum in voto castitatis non sufficit quodvis commune periculum incontinentiae, sed requiritur grave et imminens, prout innuimus.

Eadem pro dispensatione a voto castitatis.

Circa irregularitates: *N. N. sacerdos contraxit irregularitatem causa homicidii (aut abortus, aut violationis censurae, etc.); et cum adsit periculum infamiae, si abstinet a celebrando, ideo supplicat, etc.*

Et pro tollenda irregularitate.

Foris in epistola ponatur:

Eminentissimo et Reverendissimo Domino colendissimo,

Domino Cardinali Poenitentiario majori.

Romam.

88. - Confessarius, aut is cui dispensationis exsecutio commissa erit, in dispen-

^{b)} Ceterum omnis difficultas evanescit, si petitur a S. Poenit. sanatio in radice, qua Pontifex priorem utriusque conjugis consensum

vere sed nulliter praestitum, ita sanat ut matrimonium reddat validum et nullitatis effectus prorsus auferat.

Quomodo
dispensatio
sit exse-
quenda pro
foro inter-
no.

sando post sacramentalem absolutionem impertitam ^{a)} sequenti formula uti poterit: *Et insuper auctoritate Apostolica mihi concessa dispenso tecum super impedimento primi (seu secundi, seu primi et secundi) gradus proveniente ex copula illicita, a te habita cum sorore mulieris, cum qua contraxisti (aut contrahere intendis), ut matrimonium cum illa rursus contrahere possis, renovato consensu, et prolem, si quam suscipies (vel susceperis), legitimam declaro ^{b)}. In nomine Patris, etc.* — Si dispensatio autem est in voto castitatis, dicet: *Insuper tibi votum castitatis, quod emisisti, ut valeas matrimonium contrahere et illo uti, in opera*

quae tibi praescripsi dispensando commuto. In nomine, etc. Et si quis, non obstante voto castitatis, matrimonium contraxisset, dicet: *Item non obstante castitatis voto quod emisisti, ut in matrimonio remanere et debitum conjugale exigere possis, auctoritate Apostolica tecum dispenso. In nomine, etc.*

89. - In quibus autem casibus S. Poenitentia absolvi possit, aut dispensare a casibus papalibus, censuris, irregularitatibus, votis, juramentis, restitutionibus incertis, etc., observa *Lib. VII, n. 470*. Et in quibus casibus dispensare possit in impedimentis matrimonii, vide *Lib. VI, n. 1144*.

88. - ^{a)} Quandoque accidere potest, ut dispensatio exsequenda sit ante sacramentalem absolutionem. Cfr. *lib. 6, n. 1148*, not. *a*.

^{b)} Proles legitimari nequit, nisi legitimisationis facultas fuerit appositae in rescripto. Sed vide *lib. 6, n. 1148*, notam *b*.

CAPUT VII.

Quomodo se gerere debeat confessarius cum personis diversi generis ^{a)}.§ I. - Quomodo cum pueris,
adolescentibus et puellis.

Pueri benignissime excipiantur.

Rogentur num sciant res fidei.

90. - Cum pueris adhibere debet omnem charitatem et modos suaviores, quantum fieri potest. — Primo eos interrogare debet, an sciant res fidei; et si nesciant, oportet eos patienter instruere pro tunc, si tempus adest, vel eos mittere ad alium, ut instruantur saltem circa necessaria ad salutem.

Cum autem aget de confessione, in principio curare debet, ut pueri ex seipsis confiteantur peccata, quorum memores sunt; et postea fieri illis poterunt sequentes interrogationes:

Rogari possunt:

de peccatis reticitis;

1º. An tacuerint aliquod peccatum ob verecundiam.

de blasphemia aut juramento;

2º. An blasphemaverint in sanctos aut dies sanctos, vel an juraverint cum mendacio.

de Missa et labore die festi;

3º. An omiserint in festis audire Missam, aut in audienda illa sermones habuerint; et an in festis laboraverint.

de officiis erga parentes;

4º. An parentibus fuerint inobedientes aut irreverentiam irrogaverint, eos subsannando, manus in eos extollendo, vel convicia aut imprecationes coram ipsis proferendo. Et hic advertendum, quod dictum est, *n. 34*, de modo imponendi pueris petitionem veniae a parentibus.

de sexto praecepto;

5º. An aliquod turpe peccatum patravissent. — Sed in hac materia confessarius sit valde cautus in interrogando. Incipiat interrogare de longe et verbis generalibus: et prius, an dixerint mala verba; an jocati fuerint cum aliis pueris aut puellis, et si jocos illos clam exercuerint. Deinde interroget, an commiserint res turpes. Multoties, etiamsi pueri

sed in hoc cautissime rogentur,

negent, prodest uti cum eis interrogationibus suggestivis, v. gr.: *Et nunc dic mihi, quoties hoc fecisti? Quinquies, decies?* Interroget quocum dormiant, et si in lecto manibus jocati fuerint.

Puellas interroget, si aliquem juvenem amore fuerint prosecutae, et an adfuerint pravae cogitationes, verba aut tactus. Et a responsis procedat ad ulteriores interrogationes. Sed caveat ab exquirendo a puellis vel a pueris, an adfuerit seminis effusio. Cum his enim melius est deesse in integritate materiali confessionis, quam esse causam ut apprehendant quae nondum noverint, vel ponantur in curiositate addiscendi. — Interrogetur etiam a pueris, an attulerint nuntia vel dona virorum mulieribus; et a puellis, an acceperint dona a personis suspectis, nempe conjugatis, ecclesiasticis aut religiosis.

et nunquam de seminis effusione.

6º. Interroget, an commiserint furtum, vel an damnum attulerint praediis alienis, bestiis aut alio modo.

Rogentur de furto aut damno;

7º. An alicui detraxerint.

de detractio; de praecipis Ecclesiae.

8º. Circa praecepta Ecclesiae interroget, an impleverint confessionem et communionem Paschalem; et an carnes aut lactinia comederint diebus vetitis.

91. - Quod autem pertinet ad *absolutionem* his pueris impertiendam, magna requiritur attentio.

Si constet quod ipsi sufficientem usum rationis jam habeant, prout si distincte confitentur vel adaequate interrogationibus respondent, et appareat quod ipsi jam comprehendant, cum peccato se offendisse Deum et meruisse infernum; tunc, si satis videantur dispositi, absolvantur. At si in peccatis lethalibus sunt recidivi,

Puer certe rationis compos tractetur ut adultus.

90. - a) S. Doctor postea hoc caput assumpsit in *Hom. Apost.*, et quidem § 1, ad verbum, in *Hom. Apost.*, *tr. ult.*, *n. 37-42*; § 2, paucis mutatis quoad dicendi modum, in *Hom. Apost.*, *tr. 1*, *num. 8-12*; § 3, ad verbum, in

Hom. Apost., *tr. ult.*, *n. 42 et 43*; § 4, quibusdam omissis, in *Hom. Apost.*, *n. 44 et 45*; § 5 et 6, ad verbum, in *Hom. Apost.*, *n. 46-50*; § 7, praetermissis quibusdam, in *Hom. Apost.*, *n. 50-54*.

ipsi tractandi sunt sicut adulti. Unde, si non praebeant extraordinaria signa doloris, absolutio eis differri debet.

Puer dubie rationis compos,

Si autem dubium sit an puer perfectum usum rationis habeat, prout si ille in actu confessionis non maneret compositus, sed oculos in gyrum ageret, manibus jocaretur, impertinentia interponeret; tunc, si est in periculo mortis aut in obligatione implendi praeceptum Paschale, absolvendus est sub conditione; et tanto magis, si confessus fuerit aliquod dubium mortale (*Lib. VI, n. 432, v. Dico 3*). Bene enim potest administrari sacramentum sub conditione, quando justa adest causa; ut esset haec liberandi hunc puerum a statu damnationis, si unquam in illum est lapsus (*Lib. VI, n. 28, v. Licetum*). Idque agendum, etiamsi puer sit recidivus: nam ideo differri debet absolutio iis qui perfectam discretionem habent, quia spes est quod ex tali dilatione ipsi redeant dispositi; sed spes haec difficulter haberi potest a pueris, qui perfecto usu rationis carent.

absolvatur conditionate cum justa causa,

etiamsi sit recidivus.

Diu carere gratia sacramentali est causa sufficiens.

Et probabiliter plures doctores dicunt (*Lib. VI, n. 432, v. Dico 3*) quod pueri isti dubie dispositi absolvi possunt (saltem post duos vel tres menses) sub conditione, licet sola venialia afferrent, ne careant diu gratia sacramentali, et forte etiam sanctificante, si forte aliquam gravem culpam haberent ipsis occultam.

Pueri ad contritionem rite incitentur.

Oportet autem curare ut hi pueri eliciant actum doloris necessarium ad suscipiendam absolutionem, modo respectu ipsorum magis proprio, ex. gr.: *Amasne Deum, qui est Dominus tuus tam magnus et tam bonus, qui te creavit, pro te est mortuus, etc.? Hunc Deum tu offendisti. Ipse tibi veniam dare vult; et tu spera quod propter sanguinem Jesu Christi Filii sui tibi ignoscat. Sed oportet te poenitere. Quid dicis? poenitet te nunc eum offendisse, etc.? Istis injuriis, quas Deo irrogasti, scis quod infernum meruisti? Displicet tibi quod ipsas commisisti? Deus meus, nunquam amplius volo te offendere, etc.*

Quid de poenitentia,

Poenitentia autem his pueris injungenda levis sit, quantum fieri potest. Et

curandum ut illa ab ipsis quantocius impleatur; alioquin aut eam obliviscuntur aut omittent. Curet etiam confessarius magnopere, pueris insinuare devotionem erga Deiparam, utque recitent quotidie rosarium et ter *Ave* mane et sero, semper hanc precem adjungendo: *Mater mea, libera me a peccato mortali!*

Devotio erga Deiparam insinuanda.

92. - Circa vero *statum* ab aliquo *adolescens eligendum* non audeat confessarius illum ei determinare; sed tantum ex signis ejus vocationis curet suadere statum illum, ad quem prudenter judicare potest ipsum a Deo vocari.

Circa aliquis vocationem, confessarius se gerat juxta ejusdem signa.

Si agatur de iis qui *religionem* ingredi volunt, ante omnia curet confessarius bene ponderare, in qualem religionem ingredi cupiant; nam, si unquam institutum illud relaxatum est, melius erit alicui (ordinarie loquendo) quod in saeculo remaneat. Nam, illi se aggregando, ipse se geret sicut se gerunt alii; et parum illud boni, quod prius exsequabatur, de facili in tali religione negliget, ut misere pluribus accidit. Et praecipue magnum scrupulum sibi faciat confessarius, si ad insinuationem propinquorum suadeat juveni illi, ut intret in aliquam hujusmodi inobservantium communitatem.

Dissuadeat ingressum in ordinem relaxatum.

Si tamen religio observantia floret, confessarius vocationem sui poenitentis bene probet, inquirendo si ad illam habeat poenitens impedimentum aliquod inhabilitatis, infirmae valetudinis, inopiae parentum; et speciatim expendat finem: an sit rectus, nempe magis se conjungendi Deo, aut lapsus emendandi anteaetae vitae, aut saeculi pericula vitandi. Quod si principalis finis esset mundanus, vitam agendi commodiorem, aut se liberandi a propinquis durae conditionis, aut complacendi parentibus qui ad hoc eum impellunt, caveat ne permittat religionem ingredi. Nam eo casu illa non est vera vocatio; sine qua hujusmodi ingressus malum habebit eventum. Si autem finis est bonus, et abest impedimentum, nec debet nec potest confessarius neque alius, ut docet D. Thomas¹, sine culpa gravi illi impedire aut dissuadere voca-

Sedulo iquirat signa vocationis,

speciatim adolescentis intentionem.

Si adsunt omnia signa, non dissuadeat ingressum,

¹ Quodlib. 3, art. 14.

licet interdum possit illum differre.

tionem ^{a)}; quamvis prudenter aget aliquando, si executionem illi differat, ad melius experiendum an resolutio sit firma et perseverans; praesertim si noverit, adolescentem esse volubilem, aut si deliberatio illa facta fuerit tempore missionis vel exercitiorum spiritualium: quia in hujusmodi occasionibus quaedam concipiuntur proposita, quae postmodum, primo fervore transacto, deficiunt.

Pro statu presbyteri saecularis, longam exigat probationem.

93. - Si aliquis adolescens vellet suscipere *statum presbyteri saecularis*, non sit facilis confessarius ad annuendum, sine longa et probata experientia recti finis et scientiae vel sufficientis capacitatis. Sacerdotes quidem saeculares habent eandem, immo majorem obligationem quam religiosi; et contra remanent in eisdem saeculi periculis. Unde, ut quis bonus evadat sacerdos in saeculo (in quo raro, ne dicam rarissime, boni inveniuntur), oportet ut prius egerit vitam valde exemplarem, remotam a ludis, ab otio, a pravis sociis, et deditam orationi et sacramentorum frequentiae (sed *quis est hic et laudabimus eum?*). Alioquin se ponet in statu quasi certae damnationis, praesertim si hoc faciat, ut obtemperet parentum fini, qui est res domesticas augere. Jam autem dictum est supra, n. 35, quam gravissimum sit peccatum quod patrant parentes illi qui filios cogunt, ut statum ecclesiasticum aut religiosum inviti suscipiant.

Puellis non cito permittat castitatem perpetuo vovere.

Quoad *puellas* vero, quae virginitatem suam Jesu Christo consecrare cupiunt, non permittat eis castitatem perpetuo vovere, nisi cognoscat eas bene fundatas in virtutibus et edoctas in vitae spiritualis regulis et praecipue in oratione exercitatas. Sub initio eis tantum permittere potest, ut castitatem voveant per aliquod

definitum tempus, nimirum a solemnitate alicujus festi ad aliam alterius.

94. - Demum quoad adolescentes illos qui volunt aut debent *ducere uxorem* (dico: *debent*, prout probatum est in Libro, *Lib. VI, n. 75*, loquendo de iis qui essent incontinentes et nollent adhibere alia media opportuna ad se continendos), advertendum quod, sicut peccarent parentes, qui sine justa causa eis honestum matrimonium impedirent (*Lib. VI, n. 489, v. Conveniunt*), ita contra peccarent filii (et ideo confessarius tenetur illis hoc prohibere), qui vellent cum dedecore familiae matrimonium inire; aut quamvis conjugium non esset indecorum, vellent tamen illud contrahere, invitis parentibus et cum eorum scandalo, quin ipsi filii justam causam habeant, ob quam excusentur. — Observa, quomodo in Libro id elucidatum est, *Lib. VI, n. 849*.

Normae pro iis qui volunt uxorem ducere.

§ II. - Quomodo se gerere debeat cum scrupulosis.

95. - Doctores plures assignant regulas pro scrupulosis; sed certum est, quod pro his post orationem remedium maximum (immo unicum, ut recte ait Pater Segneri) ad eos curandos est obedientia erga suum directorem. Hinc ante omnia incumbat confessarius suadere hujusmodi poenitenti duas principales regulas:

Remedium pro scrupulosis, obedientia.

Unde duae regulae inculcandae:

Primam, quod ipse tuta coram Deo incedit via, patri spirituali obediendo, ubi evidenter peccatum non apparet. Tunc enim non homini obedit, sed ipsi Deo, qui dixit: *Qui vos audit, me audit*. Sic docent omnes doctores et spirituales magistri cum S. Bernardo, S. Antonino, S. Francisco Salesio, S. Philippo Nerio, S. Theresia, S. Joanne a Cruce, S. Ignatio de Lojola, B. Dionysio Carthusiano,

1^a. Obedientia, via tuta.

Segneri, Confessore istruito, cap. ult., vers. med. — S. Bernard., de Praecepto et dispensat., cap. 9, num. 21; Migne, Patr. Lat., tom. 182, col. 873. — S. Anton., Sum., part. 1, tit. 3, cap. 10, § 10, v. *Est igitur*. — S. Franc. Sales., Introd. à la vie dévote, part. 1, chap. 4. — S. Philipp. Ner., Bacci, Vita di S. Filippo, lib. 1, cap. 20, n. 19. — S. Theres.,

Fondazioni, proem. et cap. 10 (al. 5) vers. med.; et Vita, cap. 26, in init. (edit. ital. Venet. 1739). — S. Joannes a Cruce, cfr. Salita del monte Carmelo, lib. 2, cap. 22 (edit. ital. Venet. 1747). — S. Ignat. a Loj., Institut. S.J., part. 3, cap. 1, n. 23; part. 6, cap. 1, declarat. B (edit. Prag. 1757). — Ven. Dionys. Carth., In 2 sent., dist. 39, qu. 3, i. f.

92. - ^{a)} S. Thomas, *loc. cit.*, quaerit: «Utrum quis absque peccato possit aliquem juramento astringere quod religionem non intret». Respondet negative, et in decursu articuli ait:

«Si... aliquis vellet religionem intrare et immineret opportunitas temporis et omnes circumstantiae convenirent, graviter peccaret qui eum ab ingressu religionis prohiberet».

B. Humberto, Ven. Patre Magistro Avila, magno Gersone, etc.

2^a. Inobediencia, via periculosa.

Alteram regulam, quod nullo alio scrupulo magis debeat angari, quam si non obediatur, propter magnum periculum cui se exponit amittendi non tantum pacem, devotionem et in virtutibus progressum, sed etiam mentem, sanitatem et insuper animam. Nam possent scrupuli eo progredi, ut eum ad desperationem reducerent, mortem sibi inferendo (prout pluribus accidit), vel habenas ad vitia relaxando.

Caeterum cum Deo fiducialiter agendum.

Praeterea confessarius hujusmodi poenitenti scrupuloso insinuet, prout recte dicit doctus auctor *Istruz. per li novelli Confessori*¹, cum Deo non ineundas esse rationes, ut dici solet, dati et expensi^a). Dominus propter nostrum bonum voluit ut nos incerti de salute vivamus. Quapropter, cum moralem adhibemus diligentiam ne ipsum offendamus, in ejus misericordiam totam nostram curam projicere debemus; et confitentes, nos salvari non posse sine ejus gratia, hanc ab eo semper petere debemus cum perseverantia, fiducia et animi quiete: *Melius est*, dicebat S. Franciscus Salesius², *clausis oculis incedere sub divina providentia inter tenebras... et perplexitates in hac vita. Expediit ut contenti simus, si a patre spiritali sciamus, nos bene incedere, quin causam... investigemus. Nunquam*^b) *periiit vir obediens*. S. Philippus Nerius³ affirmabat quod, qui paret confessario, securus sit de non reddenda actionum suarum Deo ratione. Et contra S. Joannes a Cruce⁴ ajebat: *Non inniti dictis confessarii, superbia est et fidei defectus*^c).

Dicta Sanctorum.

Confessarius saepe spem erigat.

96. - Deinde confessarius curet: 1^o. Saepe saepius colloqui cum hujusmodi poenitente de magna confidentia, quam habere debemus in Jesum Christum, qui propter

B. Humbert., *Specul. religiosor.*, lib. 5, part. 1, cap. 1, post med. (edit. Colonien. 1616). — B. Joannes Avila, *Audi filia*, cap. 55, v. f. (edit. Rom., 1759). — Gerson., *tr. de Praepar. ad Missam et pollut. noct.*, consid. 3. — ¹ Is est *Giordanini*, part. 1, n. 79. — ² Gallitia, *Vita di S. Franc. di*

nostram salutem mortuus est; et in ejus SS. Matrem, quae tam potens est et pia cum iis qui ei se commendant. Unde eum hortetur ad vivendum securum de sua salute, semper ac ad Jesum Christum et Mariam confugit: certe enim ipsi exaudiunt se invocantes.

2^o. Ei prohibeat quominus legat libros, qui scrupulos excitant, et quominus versetur cum scrupulosis. Et si quis erit nimis angustiis affectus, ei vetet ne concionibus terrore plenis interveniat et ne conscientiam examinet de iis rebus, de quibus scrupulum, sed irrationabiliter habet.

Occasionem amoveat scrupulorum.

3^o. Si scrupulus consistit in timore pravis cogitationibus assentiendi (v. gr. contra fidem, puritatem et caritatem), confessarius sit liber et intrepidus in parvipendendo eum, et in asserendo poenitenti, has cogitationes esse illi poenas, non autem consensus, nec peccata.

Scrupulos circa pravas cogitationes contemnat.

Et in hoc praecipue, confessarius utatur illa regula, quam assignant doctores (*Lib. VI. n. 476*), quod, cum persona est timoratae conscientiae, si non est plus quam certa de peccato mortali, debeat judicare, illud non admisisse. Siquidem, ut ait Pater Alvarez, tantum monstrum possibile non est in animam aditum habere, quae ab illo horret, quin patenter illum videat. Unde prodest scrupulosis interdum imponere, ne penitus de talibus cogitationibus se accusent, nisi certi sint et cum juramento testari possint se consensus praestasse.

Regulae hac de re sequendae.

Et hic notandum quod scrupulosi non sint regendi regulis particularibus, sed generalibus. Etenim particularibus regulis scrupulosi nunquam eo deveniunt ut se expediant, dubitando semper an illa regula valeat vel non pro praesenti casu, qui semper sibi videbitur alius ab illo, qui a confessario supponitur.

Sales, in f., *Massime che riguardano noi stessi*, mass. 12. — ³ Bacci, *Vita di S. Filippo*, lib. 1, cap. 20, n. 19. — ⁴ Tratt. delle Spine dello Spirito, colloq. 4, § 1, n. 8 (edit. Venet. 1747). — *Alvar. de Paz*, Opera, tom. 2, lib. 1, part. 3, cap. 12, § 5, v. *Multorum ac diversorum* (edit. Lugdun. 1608).

95. - ^a) Italice «fare i conti colla penna».

^b) Haec ultima sententia habetur apud S. Franciscum Salesium, *Entretiens spirituels, entret. 11, post med.*

^c) Plures auctores tenent hunc tractatum

delle Spine dello spirito, quem citat S. Alphonsus, perperam attribui S. Joanni a Cruce; quos refellere contendit Marcus a S. Francisco, in sua editione italica operum hujus sancti (edit. Venet. 1747, tom. 3, p. iv et seqq.).

Scrupulos
circa prae-
teritas con-
fessiones

97. 4°. Si scrupulus est circa prae-teritas confessiones, nempe quod in eis non satis explicaverint omnia peccata aut circumstantias, vel quod defecerint in dolore, confessarius, cum advertat poenitentem fecisse confessionem generalem, aut per aliquod notabile tempus pluries repetiisse res anteactas, huic imponere debet, ne illas amplius deliberate recogitet et ne verbum faciat de culpis vitae praeteritae, nisi cum jurare possit, eas fuisse certe mortales, et praeterea certe nunquam in confessione eas dixisse. Quia docent DD. (*Lib. I, n. 16*) scrupulosos, etiamsi ex inadvertentia omisissent aliquod grave peccatum, non teneri (saltem cum de hoc non sint certi) cum tanto incommodo et periculo, ad servandam confessionis integritatem, a qua minus quidem incommodum quam hoc jam excusare valet (*Lib. VI, n. 488*).

funditus
evellat;

et in hoc ri-
gore exi-
gat obedi-
tiam.

Curet in hoc confessarius, ut poenitens exacte obediat, et si non obedit, eum increpet, privet communione et rigore coerceat. Scrupulosi ordinariè cum dulcedine tractandi sunt; sed circa obedientiam magnus rigor cum ipsis est adhibendus. Si enim hanc obedientiae anchoram amittunt, certum incurrunt naufragium: nam aut amentes evadent, aut habenas in vitia relaxabunt.

Scrupulos
circa agen-
da despiciere
faciat.

98. - 5°. Si quis scrupulosus timet peccare in omni re quam agit, huic praecipiat confessarius, ut libere operetur et scrupulum superet; immo ei dicat, ipsum teneri ad scrupulum vincendum, semper ac evidenter non advertit, actionem illam esse certum peccatum. Ita cum Patre Segneri doctores docent (*Lib. VI, n. 476*). — Nec obest, quod agat cum actuali timore (quin scrupulum deponat; quod est quasi impossibile a scrupulosis exspectare). Etenim hujusmodi timor non est verum conscientiae dictamen sive formata conscientia, ut Gerson bene distinguit, nec verum dubium practicum; nec aufert iudicium ante formatum (quod virtualiter perseverat, licet tunc ob impe-

Objectioni
satisfit.

tum timoris non advertatur), nimirum quod ipse non peccat, quidquid agendo, quod certum peccatum non agnoscit. Tunc enim non contra conscientiam, sed contra vanum illum timorem operatur. Firmiter igitur confessarius hujusmodi poenitenti praecipiat, ut scrupulum vincat et despiciat, libere agendo id quod scrupulus ei vetat; et insuper injungat, ut postmodum de illo nunquam nec omnino confiteatur.

§ III. - *Quomodo se gerere debeat cum personis devotis.*

99. - Personis devotioni deditis, quae frequenter accedunt ad communionem, ordinariè loquendo, insinuandum ut, saltem in qualibet hebdomada, sacramentalem absolutionem suscipiant.

Hujusmodi poenitentes, si tantum de imperfectionibus confitentur, quae non pertingunt ad culpas certe veniales, dicit Bonacina (*Lib. VI, n. 432, v. Dico 4*) hos absolvi posse sub conditione ^{a)}. Sed hoc non admittendum censeo, nisi perraro et cum ipsi non possent materiam certam praeteritae vitae assignare, vel non sine magna molestia. Caeterum dico quod, si poenitens certam non exhibet materiam, non debet confessarius angi in eam perquirendo, ut illum absolvat; et casu quo perquisisset nec invenisset, non tenetur ei conditionatam absolutionem impertire. Hoc procedit, cum poenitens confitetur (ut dixi) de defectibus de quibus dubitatur an pertingant ad venalia.

Quomodo agendum cum poenitentibus qui solum imperfectiones accusant.

At si de certis venialibus confitetur sed usualibus sive quotidianis, puta de impatientiis, intemperantiis, distractionibus in officio, in oratione, et similibus, ut absolutio illi praebere possit, spectandum est, an ipse aliquando sibi, quantum potuit, vim intulerit ut passionem superaret; quia tunc judicari poterit, ejus culpas potius ex humana fragilitate processisse, quam ex defectu doloris aut propositi. E converso, si ille frequenter et sine resistantia in hujusmodi culpas relapsus

Et cum iis qui solum certa venialia accusant.

Segneri, Confess. istr., cap. ult., in med. — Gerson, Compend. theol. de Natur. Conscient., § de Consc. indisr.

99. - ^{a)} Bonacina, *de Poenit., qu. 4, punct. 3, n. 1* (edit. Venet. 1683), addit: «Melius

tamen est in tali eventu curare, ut poenitens aliquod anteactae vitae peccatum exprimat ».

sit, tunc cum eo agendum tamquam cum recidivo, juxta dicta, *n. 71.*

100. - Plura insuper hic notanda:

Et 1°. Caveat confessarius, ne his suis poenitentibus spiritualibus, praesertim feminis, prohibeat accedere ad alium confessarium; et cum advertit accessisse, ostendat id sibi gratum fuisse. Immo ipsis imponat ut aliquando apud alios confiteantur, praeterquam si quis esset valde scrupulosus, de quo prudenter timeat ne, si ad alium accedat qui ejus conscientiam ignorat, notabiliter esset inquietandus. Caveat pariter confessarius, ne sollicitum se ostendat, se velle alicujus animae directionem suscipere.

2°. Nunquam absque necessitate de aliorum confessariorum defectibus loquatur, sed potius sedulo quaerat eos ab aliquo errore commisso excusare.

3°. Directionem non suscipiat alicujus, qui vult directorem suum relinquere, nisi adsit urgens causa, ut docent S. Philippus Neri, S. Franciscus Salesius, S. Carolus Borromaeus et alii. Ex hoc enim dissipationes, perturbationes, et quandoque etiam scandala oriuntur. Advertatque, ad mutandum confessarium non satis esse, quod poenitens aliquam erga eum abominationem sentiat, vel quod videatur verbis ipsius fidem non amplius habere; ut enim ait S. Theresia, saepe haec est daemonis tentatio. Unde S. Franciscus Salesius sic docet: *Confessarius non est variandus sine gravi ratione. Sed contra neque expedit, in hoc esse invariabile, si legitima causae mutationis superveniant.*

Caeterum dicit S. Theresia, justam esse posse causam mutandi confessarium defectum bonitatis, ita inquit: *Si confessarius proclivis alicui vanitati appareat, mutetur. Cum ipse sit vanus, vanos alios efficit.* Praeterea poterit esse justa causa mutandi defectus doctrinae. De hoc tamen certam oportet habere praesumptionem. De caetero, ait S. Theresia, quod de dubiis bene potest poenitens alios doctos directores consulere, immo aliquando hoc omnino expedit.

4°. Evitet confessarius partialem se ostendere cum aliquo poenitente. Quidam alicui animae adhaerent. Cum illa omnem curam, tempus et laborem insumunt. Non negandum quod aliqua anima quandoque majori indigebit assistentia quam alia. Sed alia est assistentia, alia est adhaesio, quae efficit ut parcius cura de aliis poenitentibus habeatur. Ideo expedit quod confessarius personae illi indigentiori aliquem diem aut tempus particulare assignet, quin alii incommodum recipiant.

101. - 5°. Notandum quod in excipientis confessionibus harum personarum spiritualium confessarius cavere debet, ne nimis attollat vocem, quamvis de peccatis non loquatur: quia ex hoc accidere potest, ut alii expavescant suas culpas confiteri ob hunc timorem, ne confessarius alta voce loquatur.

6°. Non sit facilis permittere devotis puellis ut capillos praecedant et aliquem induant habitum religiosum; sed curet ut ipsae prius per multum tempus in vita spirituali et in virtutibus fixius radices immiserint. Propter istam nimiam facilitatem confessariorum, quot puellae postea habitum dimittunt et nuptias ineunt cum scandalo loci et malo exemplo aliarum!

7°. Neque his puellis indulgeat confessarius, ut a viris doceantur legere, et tanto minus scribere. Quot puellae simplices, quia didicerunt legere, animae jacturam luxere! Haec si non est proxima peccati occasio, saltem est non parum periculosa. Si cupiunt talia addiscere, curent doceri ab aliqua alia muliere, aut ab aliquo fratre parvulo (et adhuc cum cautela); alioquin eas non absolvat. Nec etiam absolvat matres, quae hoc permittunt.

8°. Neque concedat feminis juvenibus, ut vagent, ecclesias visitando, utque in ecclesia morentur plus quam est necessarium, cum perturbatione parentum; sed eas moneat ut attendant eis parere, labores domesticos amplectendo.

Quomodo autem et quantum confessarius cavere debeat a familiaritate sua-

Abstineat a partialitate.

Vocem in confessione non attollat.

Puellis aegre concedat habitum religiosum.

Eis prohibeat a viris doceri litteras.

Easque jubet labores domesticos amplecti.

Confessarius caveat a zelotypia;

a nimia sollicitudine;

a garrulitate.

Mutationem confessarii non admittat sine gravi causa.

Causae insufficientes.

Causae iustae.

S. Philipp. Ner., Bacci, Vita di S. Filippo, lib. 1, cap. 15, v. f. — S. Franc. Sales., Massime... di S. Franc. di Sales, raccolte da un canonico di Verona, v. Confessione e Confessore, v. med. (edit Veron. 1737). — S. Carol. Borr.,

cfr. Giussano, Vita di S. Carlo, in f., Ricordi di S. Carlo, § Confessione (edit. Rom. 1679). — S. Franc. Sales., loc. cit. — S. Theres., Cammino di perfez., cap. 4, v. f. — S. Theres., Vita, cap. 13, v. f. et Cammino di perf., cap. 5, v. med.

rum poenitentium, de hoc sermo fiet *n. 119.* — De directione autem animarum spiritualium in toto nono capitulo loquemur.

§ IV - *Quomodo debeat se gerere confessarius cum mutis et surdis.*

Quomodo agendum cum surdo-mutis;

102. - Si *mutus* esset etiam *surdus*, ut ordinarie evenit, ad ejus confessionem excipiendam oportet eum adducere in aliquem occultum locum, ad exigendum quoddam signum suorum peccatorum et doloris, meliori modo quo potest. Sed priusquam eum audiat, curet confessarius instrui ab ejus familiaribus de ipsius vitiis, et de modo tenendo ut eum percipiat et ab eo percipiatur; et cum aliquod jam perceperit ejus particulare peccatum cum signo doloris, illum debet absolvere. Sed ego semper eum sub conditione absolverem, nisi quamdam moralem certitudinem haberem de sua dispositione.

cum mutis qui scribere sciunt.

103. - Mutus, si sciret scribere, juxta nostram sententiam (*Lib. VI, num. 479, v. Quaer.*), tenetur ad confitendum per scripturam. Qui enim tenetur ad finem, tenetur etiam ad media ordinaria. Dico: *ordinaria*. Quia scriptum non esset muto ordinarium medium, si alioquin magnum ille deberet laborem subire ad suam confessionem explendam, aut si manifestationis periculum esse posset.

Casus de aliquo in decursu confessionis deprehensusurdo.

104. - Si unquam accederet ad confessarium aliqua mulier surda aut surdastra, et confessarius in progressu confessionis, interrogans de circumstantiis peccati confessi, adverteret eam esse surdam: dubium fit, an confessarius possit illi alta voce dicere, ut redeat alio opportuno tempore et loco. Casus hic saepe in missionibus accidit, et valde quandoque missionarios angit.

Ego sic agendum puto: Si illius surditatem sub initio confessionis noverit, tunc libere potest ei imponere ut redeat. At si in progressu confessionis id adverteret, eo quod poenitens minime adaequate interrogationibus respondet, tunc nequit confessarius ei injungere alta voce

ut redeat, ita ut circumstantes hoc audiant; quia suspicionem quidem illis ingereret, quod poenitens confessa sit de aliqua gravi culpa, aut saltem dubie gravi. Quapropter eo casu, etiamsi ipsa de aliquo mortali fuerit confessa, eam absolute absolvat, si dispositam agnoscat; alioquin absolvat sub conditione. Etenim, ne sigillum frangat, tunc nequit certiorari de illius dispositione, neque (ut dixi) potest ei injungere ut redeat. Et tunc levem ei imponat poenitentiam, cum satisfactio illa ob surditatem etiam ab aliis audienda esset (*Lib. VI, n. 644. v. Petes*).

§ V. - *Quomodo se gerere debeat cum moribundis.*

105. - Confessarius in excipiendis *moribundorum* confessionibus non debet tam exacte procedere circa numerum et circumstantias; praesertim si jam accessisset sacerdos cum viatico, aut si medicus instaret, ut cito viaticum suscipiatur. Tunc enim melius est ad dispositionem poenitentis quam ad confessionis integritatem attendere. Sufficit tunc imponere infirmo ut, cum convaluerit, confessionem repetat. Et satisfactio sit levissima, imponendo proportionatam pro tempore quo ille convalescet; vel satis erit ei injungere ut redeat tempore sanitatis.

Cum moribundis integritas materialis confessionis non adeo quaerenda.

Vulnerati et puerperae, quae ordinarie nequeunt ab assistentibus deseri, sufficit ut se accusent generice de suis peccatis, et in particulari de aliqua culpa levi ^{a)}, cum proposito integre confitendi si convalescant.

Speciatim cum vulneratis et puerperis.

Advertat confessarius quod, si moribundus teneretur ad aliquam restitutionem, quam valeat tunc implere, ei imponere debet ut statim faciat. Et non sufficit quod de illa onus haeredibus relinquat; alias eum non absolvat. Observa auctorem *Istruz. per li confess. di terre e vilaggi* ¹.

Monitum de restitutione.

106. - Si autem infirmus notabilissimam subiturus esset perturbationem animi in audiendo, quod debeat viaticum accipere, probabile est (*Lib. VI, n. 285, Dub. 4*),

Quandoque mutari potest formula viatici.

¹ Is est *Jorio*, cap. 14, v. *Due altre cose*.

105. - ^{a)} «Prout esset de motibus impatientiae aut de mendaciis» addit textus italicus.

posse parochum Eucharistiam ei praeberere reticendo solita verba: *Accipe, frater, viaticum*, etc., sed proferendo ordinaria verba communionis: *Corpus D. N. Jesu Christi custodiat*, etc.

Moribundus inducatur ad suscipiendam Extremam Unctionem.

107. - Si deinde confessarius adverteret, moribundum jam esse in statu quo teneretur suscipere Extremam Unctionem et ille respueret, patefaciat ei magnos effectus hujus sacramenti: quod grandem praestat animae fortitudinem ad obsistendum in ultimo agone daemonum temptationibus; eam solvit a culpis venialibus, et etiam mortalibus, si occultae sint; et insuper sanitatem adhuc corporis confert, cum animae saluti expedit. Sed hanc sanitatem non praebet, si moribundus eo devenit ut nequeat amplius nisi per miraculum convalescere; quia sacramentum per viam ordinariam tantum operatur, causas naturales coadjuvando.

Si vero, hoc non obstante, infirmus non acquiesceret et pergeret nolle ungi, valde probabiliter plures DD. docent (*Lib. VI, n. 733*) eum lethaliter peccare, saltem adversus charitatem erga seipsum, cum ultro se privet tanto auxilio in tanta necessitate.

§ VI. - *Quomodo se gerere debeat cum capite damnatis.*

108. - Cum his maxima charitas et patientia adhibenda est.

Confessarius reo loquatur de novissimis.

Prima vice qua confessarius reum visitat, incipiat ei significare, mortem illam donum esse Dei qui vult eum salvum facere. Dicat quod nos omnes ex hoc mundo discessuri sumus, et brevi, ut ad aeternitatem perveniamus quae non habet finem. Hinc ipsi loquatur de felici beatorum vita et de miseria damnatorum. Deinde hortetur eum, ut gratias agat Deo, qui usque ad illud tempus ipsum exspectavit, nec permisit ut moreretur tempore quo erat in peccato. Demum inducat ut mortem hilari animo acceptet, eam conjungendo cum morte quam Christus Dominus pro suo amore perpessus est; eumque confortet, dicendo quod ipse mortem propter sua peccata acceptando certe salvus est, et cum magno merito salvus; unde in coelo grandi renumeratione praemio.

Insinuet ei postea ut confiteatur et omnia peccata sua libere manifestet. Praecipue interroget an odio adversus aliquem teneatur; et an servet secum particulas consecratas aut oleum sanctum aut superstitiones scripturas. Interroget etiam an aliquod inierit cum daemone pactum. Postquam autem eum absolverit, curet ut ille pluries communicet; monendo etiam, ut frequenter Deiparae se commendet, ut bonam ipsi mortem obtineat.

Postea de confessione.

Dum e carceribus reus ad patibulum pergat, dicat ei: *Eja, fili mi! sequere Jesum Christum qui ante te profectus est ad Calvarium, ad subeundam pro te mortem tua longe amariorem.*

Eum assistat cum pergat ad patibulum,

Cum ad locum supplicii perventum sit, iterum eum reconciliet et absolvat; moneatque ut aliquam indulgentiam lucretur, et deinde sic dicat: *Eja N., hilari esto animo; jam nunc manes in gratia Dei; jam patent tibi paradisi januae; ibi te exspectant Jesus et Maria. Conjunge mortem tuam cum morte Jesu, qui pro tuo amore exsanguis intra ludibria et cruciatus mortuus est. Amasne illum? Dic mecum: Domine, super omnia te diligo; mori volo, ut tuam faciam voluntatem. Mortem pro meis peccatis accepto. Spero, jam mihi te pepercisse; iterum te offendisse me poenitet. Cupio cito venire ad coelum ad tuos pedes osculandos ac ad te amandum in aeternum.*

cum ad locum supplicii pervenit,

Dum vitta super oculos reo imponitur et ipse scalam ascendit, ei dicat: *Fili mi, invoca Dei Matrem, ut tibi assistat! Offer mortem tuam pro culpis tuis. Protestare, te nolle consentire ulli daemonis temptationi.*

cum scalam ascendit,

Postquam scalam ascenderit, dum sententia executioni demandanda est, dicat: *Ecce Jesus Christus, qui expansis brachiis te exspectat, ut amplectatur. Dic: Domine, te offendi, mihi displicet; nunc te amo toto corde. Deus animae meae, tu me vocas, ecce jam venio. Maria Virgo, adjuva me! In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Jesus et Maria! Jesus, Maria, Joseph!*

cum sententia est exsequenda.

109. - Si autem reus obstinate nollet confiteri, quid agendum?

Reus obstinatus

1º. Confessarius quaerat eum orationibus adjuvare, et curet ut etiam ab aliis

adjuvetur orationibus,

ille Deo commendetur, ac praecipue a communitatibus religiosis, ut Missis et precibus ipsi auxilientur.

minis ter-
reatur,

2º. Intimet damnato quod, sive ipse convertatur sive non, sententia exsequenda erit.

ad spem
erigatur,

3º. Interroget an forte de sua salute desperet, eo quod animam daemone tradiderit. Eo enim casu illi suadere studeat quod hujusmodi pactum vim non habet; quia solus Deus est animae dominus, et statim ac ipse pravam revocat voluntatem, Deus ipsi omnia peccata remittit.

et rogetur
de odio.

4º. Interroget an aliquem odio inse-
quatur, ex quo proveniat sua obstinatio.

Non sta-
tim loqui de
confessione.

Insuper advertat, primis vicibus quibus talem obstinatum alloquitur, ne importune cogat ut statim confiteatur; quoniam obstinator fiet. Melius erit sermonem cum ipso facere de morte cui omnes subijcitur, de misericordia Dei, de poenis inferni et de paradisi gaudiis. Enarret ei exemplum alicujus peccatoris, qui mortuus est impenitens; aut nonnullius capite damnati, qui sanctam sortitus est mortem: prout illius qui, cum innocens damnatus fuisset, cumque interrogaretur qua de re suam non defendisset innocentiam, sic respondit: *Et cur? Ego tot annos Deum rogavi, ut mihi concederet mori morte opprobriosa, sicut Salvator meus obiit pro me. Ego jam obtinui, quod petebam; et nunc hac optata sorte me privare vellem?* Et ita hilariter ad patibulum perrexit.

Dictis his, confessarius relinquat reum, ut secum ista animo revolvat; et postea iterum sciscitetur, an forte mutatus sit, eique dicat: *Fili mi, jam tua mors appropinquat; quid decernis? In tua potestate est, infernum aut coelum eligere. An advertite quod, si obstinate decedis, per totam aeternitatem te poenitebit; sed tanto malo nullum amplius remedium suppetet.*

Si reus in-
duretur, ni-
hil intentatum
relinquatur.

— Cum adhuc ipsum videat durum, curet ut circumstantes orent pro eo et praesertim litanias B. Virginis recitent; et deinde ante eum genuflectat, rogetque ne velit perire. Si ne proficiat quidem eum alloquendo, se vertat ad alloquendum crucifixum. Denique, si reus jam

advenerit ad supplicii locum, expostulet a populo ut omnes genuflectentes pro illo obstinato preces effundant. Prodesse quoque poterit eum terrere dicendo: *Discede, maledicte, in infernum, quandoquidem vis te perdere! Sed scito quod tua poena acrior in inferno erit memoria hujus temporis, quod Deus tibi largitur, et quo tu abuteris.* At postmodum dulcem resumat sermonem.

Si unquam damnatus jam scalam ascenderit et petat confiteri, flagitet justitiae ministros, ut permittant ei descendere, protestando quod tunc ipsi tenentur tempus illi concedere, ut confiteatur. — Hoc tamen currit pro eo qui nondum confessus est; nam si reus iam alias confessus fuerit, tunc confessarius moneat eum, ut actum contritionis eliciat, et inde sic interroget: *Eja fili mi, nunc nonne intendis confiteri mihi omnia peccata tua, et praesertim illa quae mihi dixisti?* Et cum reus annuerit, levissimam ei satisfactionem imponat (v. gr. ut invocet Jesum et Mariam) et absolvat.

Quid si, in
extremis,
confessio-
nem petat.

§ VII. — *Quomodo se gerere debeat confessarius cum infestatis a daemone.*

110. — Aliqui obsessi a malis spiritibus vexantur spectris horribilibus aut corporalibus cruciatibus. Horum facilis est cura. Insinuetur eis oratio, patientia, et super omnia divinae voluntati uniformitas.

Dari ali-
quos obses-
sos

Confessarius non sit ita incredulus, ut judicet omnes has invasiones aut infestationes daemonum esse phantasias aut corporales infirmitates; quia non negandum, veros obsessos etiam inter christianos existere. Ecclesia enim adversus invasiones istas tot instituit exorcismos, quorum exercitium, testatur nobis concilium Tridentinum¹ semper in usu fuisse apud Ecclesiam. Praeterquam quod, si obsessi non existerent, inutiliter ordo exorcistatus institutus fuisset, quo super energumenos et catechumenos potestas confertur (quod certe non potest supponi); et quidem hic ordo est unus ex septem, qui semper in Ecclesia Dei fuerunt, ut idem concilium declaravit. Caeterum con-

negari non
potest;

¹ Sess. 23, cap. 2.

quamvis
semper sus-
picio ha-
benda sit.

silium est, semper de talibus invasionibus suspicionem habere. Non enim negandum, majorem earum partem esse aut fisiones fraudulentas aut imaginationes aut infirmitates, praesertim in mulieribus.

111. — Qui tamen magis solent confessoriorum mentem gravioribus difficultatibus implicare, sunt ii qui turpibus visionibus, motibus, ac etiam tactibus vexantur a daemone, qui non solum fomitem sensualem excitat, sed aliquando etiam cum eis carnale commercium sub forma viri aut mulieris habet; quapropter *succubus* vel *incubus* appellatur.

Dari dae-
mones incu-
bos vel suc-
cubos, mul-
ti affirmant,

Quidam hos daemones incubos vel succubos dari negarunt. Sed communiter id affirmant auctores, ut Martinus Del Rio ¹, Pater Hieronymus Menghi ², cardinalis Petrucci ³ et Sixtus Senensis ⁴; ex S. Cypriano ^{a)}, S. Justino ^{b)}, Tertulliano ^{b)}, etc. Et maxime hoc confirmat S. Augustinus ⁵, ubi sic scribit: *Apparuisse... hominibus angelos in talibus corporibus, ut non solum videri, verum etiam tangi possent, eadem verissima Scriptura testatur. Et quoniam celeberrima fama est... Silvanos et Faunos (quos vulgo incubos vocant) improbos saepe exstitisse mulieribus, et earum appetuisse ac peregisse concubitus; et quosdam daemones... hanc assidue immunditiam et tentare et efficere, plures talesque viri asseverant, ut hoc negare impudentiae videatur c).*

¹ Disquisitiones magicae, lib. 2, qu. 15, v. *Axioma 1* (edit. Venet. 1612). — ² Compendio dell'arte esorcistica, lib. 1, cap. 15 (edit. Venet. 1605). — ³ Lettere e trattati spirituali e mistici, part. 2, lib. 2, opuscul. 5, cap. 14, n. 5 (edit. Venet. 1681). — ⁴ Biblioth. sancta, lib. 5, annot. 77 (ed. Neap. 1742). — *S. Justin.*, Apolog. ad Antonin., n. 5 (Migne, Patr. Graeco-lat., tom. 6, col. 335); et Apol., ad Senat. Rom., num. 5 (Migne, ibid., col. 451). — *Tertull.*, de Cultu feminar., lib. 1, cap. 2 (Migne, Patr. lat., tom. 1,

Equidem possunt daemones, ad hunc improbum usum, defunctorum corpora assumere, vel de novo sibi assumere ex aere et aliis elementis ad carnis similitudinem, ac palpabilium et calidorum corporum humanorum species effingere, et sic ea corpora ad coitum aptare. Immo tenet praefatus Del Rio, citans D. Thomam, D. Bonaventuram, Scotum, Abulensem aliosque plures, quod daemon potest etiam verum semen afferre aliunde acceptum, naturalemque ejus emissionem imitari; et quod ex hujusmodi concubitu vera proles possit nasci, cum valeat daemon semen illud accipere, puta a viro in somno pollutionem patiente, et prolificum calorem conservando illico in matricem infundere; quo casu proles illa non erit quidem filia daemonis, sed illius cujus est semen, ut ait D. Thomas apud citatum auctorem. — An autem, inspectis legibus a divina providentia constitutis pro propagatione generis humani, haec aliquando evenisse aut evenire posse credendum sit, sapientiorum judicio remittimus.

et suam
opinionem
defendunt.

Hic autem fit Dubium: *an possit daemon, permittente Deo, absque hominis culpa, manus illius admoveere ad se tactibus polluendum?*

Affirmat Pater Gravina ^{d)}, dominicanus, et quidem probabiliter. Si enim valet daemon totum corpus alicujus movere, ut narratur de Simone mago ope dae-

Probabili-
ter daemon
potest, sine
hominis cul-
pa, manus
illius move-
re ad pollu-
tionem.

col. 1305); et de Virginib. veland., cap. 7 (Migne, tom. 2, col. 899). — ⁵ De Civit. Dei, lib. 15, cap. 23 (Migne, Patr. lat., tom. 41, col. 468). — *Del Rio*, loc. cit. v. *Dicimus ergo*. — *D. Thom.*, quodlib. 6, art. 18, v. *Item videtur*. — *D. Bonav.*, in 2, dist. 8, part. 1, art. 3, qu. 1, concl. (edit. ad Claras Aquas, 1885). — *Scot.*, in 2, dist. 8, qu. unic. v. *Sed quantum* (edit. Lugd. 1639). — *Abulensis*, seu *Alph. Tostatus*, Comment. in S. Script., in Gen. cap. 6, v. *De incubis* (edit. Venet. 1596). — *D. Thom.*, loc. cit.

III. — ^{a)} S. Cyprianus, *de Habitu virg.*, v. *med.* (Migne, *Patr. lat.*, tom. 4, col. 453) id potius innuit quam expresse dicit.

^{b)} S. Justinus et Tertullianus, *locis cit.*, dicunt, olim malos angelos cum feminis copulam habuisse, ex qua nati sunt gigantes; et sic opinati sunt sicut etiam alii quidam Patres priorum saeculorum, quia legerunt Gen. vi, 5: «Videntes angeli Dei (Vulgat.: filii Dei) filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores».

^{c)} S. Alphonsus hunc textum desumpsit ex Petrucci et revera haec habet S. Augu-

stinus, *loc. cit.*; sed statim subdit: «Non hinc aliquid audeo definire utrum aliqui spiritus elemento aereo corporati... possint etiam hanc pati libidinem, ut quomodo possunt sentientibus feminis misceantur».

^{d)} Quod Dominicus Gravina specialiter tractet hanc quaestionem, non potuimus invenire. Sed certe, *Summae theol. S. Thom. compendium rythm.*, 1^a 2^{ae}, qu. 80 (edit. Vienn. 1634), habet principium generale; nam dicit: «Ab ipso [daemone] vitalis movetur potentia. Non coarctat vel astringit, solum movet». Item, *Ad discern. veras a falsis*

monis in aerem sublato ^{e)}, cur non poterit et manum? — Praeterea si daemon potest alicujus commovere linguam, ut invitus proferat obscena verba aut blasphemias contra Deum, quidni manus, ut turpia patrentur? — Idem sentit cardinalis Petrucci ¹, ubi sic inquit: *Non semel compertum est [quod] daemon aliquam partem in humano corpore coeperit quodammodo possidere, puta oculos, linguam vel etiam verenda... Hinc fit, linguam obscoenissima... verba proferre, licet mens talia tunc non advertat. Hinc impetus et affectus quandoque se turpiter denudandi proveniunt. Hinc foediora, quae me describere pudet.* Idque satis confirmatur a S. Thoma ², ubi sic docet: *Daemones facere possunt, ut homines non discernant species a rebus, in quantum, Deo permitte, perturbant interiores vires sensitivas, quibus perturbatis ligatur usus rationis humanae, quae indiget praedictis viribus ad suum actum, sicut patet in arreptitiis. Ligato autem usu rationis nihil imputatur homini ad peccatum, sicut nec bestiae. Unde secundum hoc diabolus non erit causa peccati, etiamsi sit causa actus, qui alias esset peccatum.* Potest igitur, juxta S. Thomam, daemon esse causa actus turpis, et simul ita ligare usum rationis, ut actus minime imputetur homini ad culpam ^{f)}.

Huic ^{g)} autem opponi possunt duae propositiones Michaelis Molinos, proscriptae ab Innocentio XI. Prima (n. 44) dice-

¹ Lettere e trattati spirit. e mist., part. 2, lib. 2, opuscul. 5, cap. 14, n. 8. — ² De Malo, qu. 3, art. 3, ad 9. — *Estius*, Annotat. in praecip... S. S. loca, in Job, h. 1. (edit. Paris. 1683). — *Tirin.*, Comment. in S. Script.,

bat: *Job blasphemavit, et tamen non peccavit labiis suis, quia fuit ex daemonis violentia.* Altera (n. 49), quae magis ad casum pertinet, dicebat: *Job ex violentia daemonis se propriis manibus polluebat eodem tempore quo mundas habebat ad Deum preces.*

Sed respondetur primo, hasce propositiones esse patenter falsas: nam prima innititur textui illi: *Pereat dies, in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo* (Job, III, 3). — Hunc textum varie explicant interpretes. Estius dicit quod Job optabat illic, nullam fieri in futurum suae nativitatis mentionem propter suam infelicitatem: *Pereat dies, id est* (verba Estii) *sum infelicissimus, itaque pereat dies, nec anniversaria recolatur.* Alii autem cum Tirino ajunt quod Job inculpabiliter naturales maledicebat aerumnas, tanquam suorum cruciatuum causas. Quid igitur ad haec pertinent blasphemias et violentias daemonis?

Caeterum non repugnat, ait cardinalis Petrucci ³, quod daemon possit linguam hominis movere ad turpia verba proferenda. Refertque Pater Joannes Baptista Scaramelli in vita Ven. sororis Mariae Crucifixae Satellico, quod daemones ipsam ad blasphemandum cogebant hoc modo: *Dopo averla commossa ad empj affetti, le muovevano velocemente la lingua... alle maledizioni delle cose più sante... Alle volte si servivano delle sue mani per gettare in terra medaglie [e] libri sacri ^{h)}.*

Job, cap. 3, v. 1 (edit. Venet. 1795). — ³ Loc. cit. — *Scaram.*, Vita di Suor Maria Crocifisso Satellico, lib. 1, cap. 30, v. med., n. 230 (edit. Venet. 1761. Opus in Indicem relatum, sed permittitur correctae edit. Rom. 1819).

vision. et revelation. βασανισις, part. 1, lib. 5, cap. 3, v. Omnis (edit. Neap. 1638), ait, « daemones corpora posse movere et impellere ».

^{e)} Hoc factum memorant *Constitutiones apost.*, lib. 6, cap. 9 (Migne, inter opera dubia S. Clement. Rom.; *Patr. Graeco-lat.*, tom. 1, col. 930); S. Cyrillus Hieros., *Catech.*, 6, n. 15 (Migne, *Patr. Graeco-lat.*, tom. 33, col. 562); S. Augustinus, *Enarr. in psalm. 9, num. 24* (Migne, *Patr. Lat.*, tom. 36, col. 127); aliique plures. Sed, ut jam annotavit editor Maurianus operum S. Cyrilli Hieros. « fidem tamen apud multos recentiores non invenit ». Cfr. Migne, *Patr. Graeco-lat.*, tom. 33, col. 562, not. 6.

^{f)} S. Alphonsus eadem tractans quae-

stionem in quadam epistola diei 21 Jul. 1776 (*Lettere di S. Alfonso, corrispond. speciale, epist. 377*), affert alium S. Thomae textum, *1^a 2^{ae}, qu. 80, art. 3, corp.*, qui ad rem optime facit: « Diabolus propria virtute, nisi refranetur a Deo, potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, qui de suo genere peccatum est ».

^{g)} Ea quae sequuntur usque n. 112 addita fuerunt a S. Doctore in sexta editione Theologiae moralis.

^{h)} Latine: « Postquam ipsam ad impios affectus excitaverant, velociter linguam... ad maledicendum rebus sacratissimis commovebant... Interdum ejus manibus utebantur ad

Confirmatur ex auctoritate.

Responsio prima:

quoad priorem propositionem.

Potestas daemonis.

Obiectio petita ex duabus damnatis propositionibus.

Deinde refert verba ejusdem sanctimonialis, quae, suam enarrans poenam, sic suo directori scribebat: *Con questa lingua consacrata ogni mattina dal contatto di Gesù Cristo abbia poi a maledirlo! Mi sento morire... benchè [ciò] fosse senza peccato... Le maledizioni variano secondo le solennità, proferendo bestemmie ereticali, negando i misterj sacrosanti, ecc. i).*

Quoad alteram propositionem.

Idem dicendum de altera propositione 49 Michaelis Molinos; nempe quod sit falsa et insuper scandalosa, dum Job non loquitur de pollutione, sed tantum dicit: *Haec passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem mundas ad Deum preces* (Job, xvi, 18). Explicat Malvenda: *Quasi dicat, haec omnia evenerunt mihi praeter culpam ullam meam.* Et Menochius: *Cum manus supplices ad Deum elevarem, quas neque rapina neque alio scelere contaminaveram.* — Repeto, quid ad haec pertinet pollutio et violentia daemonis? En quam falsae erant duae propositiones relatae!

Respondetur secundo quoad duas propositiones simul.

Sed quoad propositiones istas, responsio [secunda] magis propria et convincens haec est. Propositiones proscriptas, nemo ignorat intelligendas esse juxta sensum auctoris qui eas protulit. Quaedam Quesnelli propositiones videntur primo intuitu aequae et sanctae, attamen juxta illius sensum sunt perversae. Ex. gr. propositio 30 sic dicit: *Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.* Haec propositio in sensu recto et catholico tenetur ab omnibus, qui propugnant pro gratia efficaci ab intrinseco. Sed damnata est in sensu Quesnelli, nempe quod Deus velit tantum salutem praedestinatorum.

Ambos damnatae fuerunt juxta sensum Molinos.

Et sic dicendum, damnatas etiam esse propositiones relatas 44 et 49 Michaelis Molinos. Hujus impii systema hoc erat, quod cum persona libertatem suam Deo donaret, non debet amplius resistere malis commotionibus, nec ullum exercere conatum ad actus malos impediendos; quo-

niam illi imputandi sunt, non jam propriae voluntati, sed violentiae daemonis aut sensualis passionis. En propositio ejus fundamentalis, quae est n. 17, quomodo loquitur: *Tradito Deo libero arbitrio, et eidem relicta cura et cogitatione animae nostrae, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita industria. Et si natura commovetur, oportet sinere ut commoveatur, quia est natura.*

Adest alia illius propositio (n. 47), quae magis individualiter ad casum nostrum pertinet, et dicit: *Cum hujusmodi violentiae occurrunt, sinere oportet ut Sathanas operetur, nullam adhibendo industriam nullumque proprium conatum..., etiamsi sequantur pollutiones, etc.* Notentur verba: *sinere oportet, nullum adhibendo conatum, etc.* Sed quomodo potest esse sine culpa omittere resistentiam in hujusmodi commotionibus, et sinere ut daemon operetur, etiamsi pollutiones sequantur? Nonne patenter hic apparet concursus propriae voluntatis? Hoc quidem erat quod ajebat Molinos, et ita intelligendae sunt omnes aliae ipsius damnatae propositiones.

Caeterum, cur, permittente Deo, non potest daemon cogere hominem sine ullo ipsius voluntatis consensu ad faciendum aliquem actum malum? Nequimus autem nos, ait S. Augustinus, per rationes philosophicas et humanum ratiocinium scire, ad quid extendatur vel ne potentia naturalis angelorum. Quapropter in hac materia plusquam philosophicae rationes movere nos debent ad judicandum auctoritates theologorum, qui juxta lumina ex sacris scripturis accepta loquuntur.

Daemon cogere potest ad actum malum, sine voluntatis consensu.

Habemus in evangelio Matthaei, quod daemon usum linguae bene potest impedire: *Obtulerunt ei (sic ibi dicitur) hominem mutum, daemonium habentem. Et ejecto daemonio locutus est mutus* (Matth. ix, 32 et 33). Chrysostomus inquit apud Cornelium a Lapide: *Hinc videtur, quod dae-*

Probatur ex analogia.

Scaram., loc. cit. — Malvenda, Comment. in S. Script. h. 1. (edit. Lugd. 1650). — Menoch., Comment. in S. Script.,

h. 1. (edit. Paris. 1719). — Cornel. a Lap., Comment. in S. Script., h. 1. (edit. Antverp. 1670).

mon fecerit eum mutum, impediendo scilicet usum linguae¹⁾). Sicut igitur daemon humanorum usum membrorum impedire potest, sic illa commovere sine hominis voluntate. — Item in eodem Matthaei evangelio habetur, quod daemon transtulit ipsum Christum super templi pinnaculum: *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem et statuit eum super pinnaculum templi et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum* (Matth. iv, 5 et 6). Si igitur potuit daemon movere et totam transvehere ipsius Domini personam, tanto magis linguam aut manus alicujus hominis poterit movere. — Praeterea habemus apud Danielelem, quod Habacuc fuit ab angelo translatus in lacum leonum: *Et apprehendit eum angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitis sui: posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui* (Dan. xiv, 35). Animadvertantur verba: *in impetu spiritus sui*, quae clare denotant naturalem angeli potentiam.

Ex auctoritate theologorum.

Hinc merito dicunt theologo, sat posse daemonem sua naturali vi, Deo permitte, membra hominis agitare. Praeter S. Thomae et S. Bonaventurae^{k)} auctoritates supra relatas, idem scribunt plures auctores neoterici.

Id scribit cardinalis Gotti¹⁾: *Diabolus ... quidem potest cogere ad actum, qui ex genere suo est peccatum (ut in ... energu-*

S. Thom., de Malo, qu. 3, art. 3, ad 9; cfr. 1^{am} 2^{ae}, qu. 80, art. 3, corp. — ¹ Theol. schol. dogm., tom. 2, in 1^{am} 2^{ae}, tract. de Vitiis, qu. 6, dub. 5, § 3, v. *Respondeo negative* (edit. Bonon. 1730). — ² Tribunal confessorior., tr. 4, de Vitiis, exam. 2, num. 69, v. *Respondeo 5* (edit.

menis, quos cogit ad enuntianda verba blasphemia vel etiam ad alios actus ex objecto malos). Sed tunc ratione sic ligata id non imputatur ei [homini] ad peccatum, quia deest libertas arbitrii. Idem scribit Wigandt²⁾. Idem scribit Calmet (auctor, quem omnes sciunt, quam sit ponderatus in suis effatis); ipse in dissertatione, quam apponit in evangelio S. Lucae de energumenorum veritate, postquam suam exposuit sententiam de praefata potentia daemonis, hanc sibi objicit oppositionem: *Si daemon de se operaretur in homine, adessent eodem tempore duo principia activa, nempe duo spiritus. Sed hoc repugnat, quia unus posset agere in contrarium ad id quod alter vult*¹⁾. Sed respondet quod, cum daemon, permittente Deo, operatur in humano corpore, tunc eodem tempore (prout docet etiam S. Thomas) impedit et ligat in homine usum rationis. Nec dubitat, quin Satan sua vi naturali possit libertatem hominis ligare eumque cogere contra ipsius voluntatem, etiam ad blasphemias proferendas^{m)}. Deinde Calmet ait, signum esse, quod sit opera daemonis, si *homo alio veluti spiritu animatur, angitur ... invitus; cum plura admittit ab insita sibi indole longe aliena, sed ita admittit, ut singularia omnia videantur et violenta.*

Speciatim ex auctoritate Calmeti,

Idem scribit laudatus Pater Joannes Scaramelli³⁾, sicⁿ⁾ dicens: *Id potest peragi*

et Scaramelli.

Venet. 1721). — Calmet, Commentar. in Biblia, dissert. de energum. veritate (ante comment. in S. Luc.), art. 2, v. *Opponunt* (edit. Venet. 1732). — S. Thom., de Malo, qu. 3, art. 3, ad 9. — ³ Direttorio mistico, tr. 5, cap. 11, num. 124 (edit. Neap. 1768).

maledicere deberem! Mori me sentio... quamvis [hoc] fuit absque peccato... Maledictiones variant juxta solemnitates, blasphemias haereticas proferendo, sacrosancta mysteria negando, etc. ».

¹⁾ Textus genuinus S. Chrysostomi, *Homil. 32* (al. 33). in *Matth.*, n. 1, sic habet: « Non enim morbus ex natura prodierat sed ex daemonis insidiis... Neque enim ipse [mutus] rogare poterat... cum daemon linguam ejus alligasset ». Migne, *Patr. Graeco-lat.*, tom. 57, col. 378.

^{k)} S. Bonaventura, loco supra relato, loquitur solum de daemonibus incubis et succubis; sed, in 2, dist. 8, part. 2, art. unic., qu. 5, concedit « diabolus posse carnem nostram commovere ».

¹⁾ Sunt fere verba et plane sensus Calmeti.

^{m)} Calmet, *loc. cit.*, non adeo explicite affirmat. Sic enim loquitur: « Quando ultra admitteremus liberam agendi facultatem suspendi et veluti alligari in homine, cum obsidente daemone agitur, quid inde consecutionis inferretur? Nonne per quietem noctis, homines et loquuntur et agunt? etc. ». Quoad autem blasphemias, omnino concordat v. *At enim* et *Reponi*.

ⁿ⁾ In *Praxi*, S. Alphonsus citavit italicè textum Scaramelli, sed cum postea, in *Hom. Apost.*, tr. ult., n. 51, illum latine reddiderit, hunc ultimum textum afferimus. Ceterum in edit. Neap. Scaramelli; anni 1768, totum hoc caput latine habetur, sed (qua de causa nesci-

sine formali peccato creaturae ^{o)}, *si scilicet daemon eo tempore quo exterius operatur, interius usum rationis totaliter impediatur, et omnem demat libertatem ad resistendum: quod, juxta D. Thomam fieri potest, movendo vehementer imaginacionem et appetitum sensitivum, et per hujusmodi vehementes perturbationes omne rationis lumen exstinguendo... Hinc* ^{p)} *confessarius examinet poenitentem, an in his quae patitur, advertat aliquo modo malitiam peccati, et an habeat aliquem stimulum retrahentem ab illa actione. Nam si dicat, durante illa tentatione ita mentem sibi offundi, ut nihil cognoscat, nec ullum remorsum sentiat, tunc poterit censeari immunis a peccato. Secus si eo tempore in ipso effulgeat aliquod lumen rationis, ita ut ratio non sit totaliter ligata et possit resistere.*

Infestatus a daemone omnia patefaciat in confessione.

Insuper praedictus auctor monet confessarios ad curandum, ut illi qui patiuntur turpes commotiones, patefaciant in confessione hujusmodi actus. Isti enim difficulter erunt ab omni culpa saltem levi immunes, ratione alicujus advertentiae imperfectae vel defectus resistantiae, quae erat adhibenda.

Maxima curae adhibenda,

112. - Si quis unquam advenit infestatus ab hoste hujusmodi tentatione (dicta *spiritus fornicationis*, a quo S. Ecclesia nobis praecipue injungit petere a Domino, ut ab eo nos liberet), debet confessarius multum satagere ad praemuniendum poenitentem in tam horrendo conflictu. Nam, ait doctus cardinalis Petrucci ¹, has animas in magno periculo versari, si remedia non adhibeant multum efficacia, et aliquando, si oportet, etiam extraordinaria. Cum enim ad resistendum requiratur ingens subsidium ex parte Dei et magna violentia ex parte patientis, difficulter ab hujusmodi pugnis victor egre-

ob specialem difficultatem conflictus.

dietur, qui perseveranter non adjiciet magnam mortificationem et super omnia validam orationem, centies et millies se commendando, gemendo et misericordiam petendo ad Crucifixi et Deiparae pedes. Alioquin, si anima tepescit et deficit in orando aut se mortificando, dicit Petrucci, quod ipsa in magno erit periculo ruendi saltem indirecte in aliquam occultam illarum turpium delectationum complacentiam.

Itaque, ut deveniamus ad remedia, si confessarius judicare potest, nullam omnino adesse culpam in hac tentatione ex parte poenitentis ^{a)}, ipsum ante omnia moneat haec adhibere: jugibus precibus sibi subveniat, frequenter invocando ss. nomina Jesu et Mariae; se diligenter advertat a sensuum voluptatibus; communionem frequentet; protestetur saepe, nolle consentire cuicumque tentationi aut delectationi, quam opera daemonis sentiret; saepe utatur signo crucis (illam ferendo quoque secum) et aqua benedicta, cum ipsa lectum et cubiculum aspergendo; afferat etiam secum aliquam reliquiam sanctorum et evangeliorum librum; secum pariter adhibeat exorcismos privatos, dicendo: *Spiritus nequam, in nomine Jesu Christi praecipio tibi, ut a me discedas et ne me amplius vexes*; hortetur praeterea, ut vexatus ille saepe humilietur, et in hujusmodi humilitatis actibus saepe se exercitet; cum Deus aliquando, ad aliquam internam superbiam ab anima removendam, hujusmodi tentationes permittat.

Remedi pro illo qui tentationi resistit.

113. - Si quis autem in his tentationibus misere cadit aut earum occasiones magis quaerit quam effugit, hujus curatio est valde difficilis; nam hujusmodi peccatores, qui cum daemone commercium habent, difficillime ex corde convertuntur. Ex una parte enim erga hos daemon

Cura ejus qui non resistit, valde difficilis,

Scaramelli, loc. cit. — ¹ Lettere e tratt. spir. e mist., part. 2, lib. 2, opusc. 5, cap. 14, n. 7 et 9. — Petrucci, loc. cit.

mus) expunctum fuit in edit. Venet. 1783 et in aliis subsequentibus.

^{o)} Scaramelli habet: « Hujusmodi concubitus potest peragi, etc. ». In decursu tamen quaestionis ostendit se loqui de quavis infestatione daemonum « vel in specie luxuriae vel in specie aliorum peccatorum ».

^{p)} In his quae sequuntur, S. Doctor non

citatur ad verbum, sed potius breviter contrahit quae habet Scaramelli.

112. - ^{a)} S. Doctor, in epistola citata n. 111, not. f, ait: « Ceterum pro certo habeo... actum turpem accidere posse absque peccato, semper ac voluntas illi non consentiat. Ego ipse plures sanctas animas reperi quae nullum in hac re commiserunt peccatum ».

dominium quoddam acquirit super eorum voluntates, et ex altera ipsi remanent nimis debiles ad resistendum. Indigerent extraordinaria gratia Dei; sed difficillime solet hanc Deus hujusmodi impiis concedere.

sed non
impossibi-
lis.

Verumtamen confessarius, si quis eorum accesserit, non diffidat, sed curet cum ipso summam adhibere charitatem, confortetque dicendo quod, ubi non est voluntas, non est peccatum; hinc, si ipse voluntate resistit, minime peccat.

Adhibea-
tur exorci-
smus priva-
tus.

In his casibus ante omnia confessarius adversus daemonem praemittat exorcismum, saltem privatum: qui certe licitus est (*Lib. III, n. 193, de Adjuratione, IV*) hoc modo: *Ego ut minister Dei praecipio tibi aut vobis, spiritus immundi, ut recedatis ab hac creatura Dei.* — Deinde poenitentem interroget an unquam hostem invocaverit et cum eo aliquod inierit pactum; an aliquando fidem negaverit aut contra ipsam actum aliquem exercuerit; interroget, qua forma ipsi daemon appareat, an viri, mulieris aut belluae. Tunc enim, si cum illo coit, praeter pec-

Interro-
getur poe-
nitens.

catum contra castitatem et religionem reus erit peccati fornicationis aut sodomiae aut incestus, adulterii aut sacrilegii (intellige affectivi). Item interroget, quo loco et tempore hoc commercium habuerit. — Ostendat ei postea hujusmodi criminis immanitatem, quaeratque eum inducere ad veram conversionem et confessionem integram faciendam: isti enim perditii homines, etiamsi confiteantur, de facili peccata omittunt. — Eadem demum remedia supra annotata illi praescribat, nempe: ut saepe ad Deum et B. Virginem recurrat, frequenter nomina Jesu et Mariae invocet, aquam lustralem et crucis signum adhibeat, aliquam reliquiam et evangelium secum ferat, saepe etiam privatum proferat exorcismum, prout dictum est supra. — Differat deinde eum absolvere, sed hortetur ut saepe redeat, ut sic cognosci possit, quomodo se gerat in resistendo hostis invasionibus et in remediis adhibendis; nec eum absolvat, nisi post longum experimentum. Tales enim conversiones, ut diximus, raro sunt verae et rarissime perseverantes.

Ad con-
versionem
inducatur.

Remedi-
praescr-
bantur.

Et diffe-
ratur abso-
lutio.

CAPUT VIII.

De prudentia confessarii.

I. *In seligendis opinionibus.* — II. *In corrigendis erroribus a se commissis.* — III. *In custodiendo sigillo sacramentali.* — IV. *In excipiendis confessionibus mulierum illisque tractandis.*

Prudenti confessarii in seligendis opinionibus.

114. - I^o. Confessarius summam adhibere debet prudentiam *in seligendis opinionibus.*

Hic ^{a)} non loquar de quaestione tam hodie controversa, utrum sequi liceat opinionem minus probabilem et minus tutam in concursu probabilioris. Satis de hac passim loquuntur auctores, et praecipue tot docti scriptores, qui nuper de ea scripserunt, in quibus profecto desiderassem, ut potius rationibus quam mordacibus insectationibus veritatem nos docuissent.

Benignior sequenda ubi avertit a peccato.

Tantummodo hic repetam, quod superius dixi, *n. 65 et 69*, cum egimus de occasione proxima, quod scilicet, quando agitur de vitando peccato formali, regulariter confessarius sequi debet, quantum licet, sententias benigniores: cum solum peccatum formale sit Dei offensa. At quando opiniones benignae exponunt poenitentem periculo peccati formalis, tunc confessarius sequi debet opiniones rigidiores; quoniam istae in hoc casu sunt magis poenitentibus salutares.

Secus, si conducit ad peccatum.

Adhaerens opinioni probabili, si dispositus, absolvatur;

Verumtamen quando poenitens uti vellet aliqua opinione probabili, et aliunde jam foret dispositus, tunc tenetur confessarius eum absolvere; quoniam ratione confessionis jam factae habet poenitens jus certum et strictum ad absolutionem, ne cogatur eam recipere ab alio sacerdote cum gravissimo onere repetendi confessionem. Haec opinio est communis, illamque admittunt etiam multi auctores rigidioris sententiae, ut sunt Pontas, Cabassutius, Victoria, et praecipue S. Antoninus. Videatur Liber, in quo hoc probatum est pluribus in locis, *Lib. I, n. 83 et VI, n. 604.*

Pontas, Dictionar. casuum, v. *Confessarius*, I, cas. 2 (edit. Luxemb. 1731). — *Cabassut.*, Jur. can. theor. et prax. lib. 3, cap. 13, n. 13 (edit. Venet. 1757). — *Victor.*, Summa

115. - Tanto magis hoc currit in casu, quo confessarius vellet obligare poenitentem ad aliquam restitutionem, ad quam iste probabiliter non teneretur (*Lib. III, n. 669*). — Immo hoc currit, etiamsi confessarius non haberet tamquam solide probabilem opinionem poenitentis, et poenitens non esset rudis, eamque cum aliis gravibus DD. tamquam probabilem teneret, ita ut poenitens rectam jam sibi formet conscientiam bene operandi. — Hoc tamen intelligendum est, quando opinio poenitentis haberet aliquam, ut dixi, probabilitatem saltem apparentem; nam si confessarius haberet eam ut omnino falsam, ex eo quod haberet contra eam principium aliquod certum seu rationem convincentem, contra quam existimaret nullum esse responsum quod posset inducere ad dubitandum de certitudine propriae sententiae: tunc non debet, neque potest absolvere poenitentem, qui illi non vult acquiescere. *Vide Lib. VI, n. 604.* — Attamen si praevideret confessarius, suam monitionem non esse poenitenti profuturam, sed potius redderet formale peccatum illud quod in poenitente est tantum materiale, tunc debet dissimulare, exceptis aliquibus casibus. Videatur, quod dictum est supra, *n. 8 et 9.*

speciatim in materia restitutionis.

Limites.

116. II^o. Si aliquando confessarius commiserit aliquem *errorem circa valorem sacramenti* sine sua culpa, non tenetur ex justitia monere poenitentem, sed solum ex charitate, quae non obligat cum gravi incommodo (*Lib. VI, n. 619*): dummodo confessarius non sit ejus parochus, qui teneretur reparare grave damnum subditi, et dummodo poenitens non sit in

Error inculpabilis circa valorem sacramenti non reparandus cum gravi incommodo.

Limitatio.

Sacram., de Confess., n. 177 (edit. Lugd. 1586). — *S. Anton.*, Summa Theologica, part. 3, tit. 17, cap. 16, § 2 et cap. 20, in fine.

mortis periculo aut in periculo amplius non confitendi; quia tunc charitas obligat etiam cum gravi incommodo. — Quod si confessarius in hoc gravem culpam commiserit, tunc semper tenetur etiam cum gravi incommodo resarcire errorem (et praecipue, si reliquit poenitentem in aliqua occasione proxima); nisi poenitens aliis confessus fuerit, aut saltem sacram Eucharistiam susceperit. At sine licentia poenitentis nunquam debet neque potest fieri praefata monitio extra confessionem, quotiescumque posset illi aliquod afferre gravamen.

Si vero error fuerit solum *circa integritatem confessionis*, puta, quia poenitentem non interrogavit de speciebus aut numero peccatorum, etiam cum sua culpa, non tenetur confessarius errorem illum emendare extra confessionem, quia in hoc adest semper erubescencia poenitentis, dum audit rursus sibi sua peccata rememorari (*Lib. VI, n. 620*).

Si vero ex sua malitia vel ignorantia culpabili *exemerit* poenitentem a *restitutione* aut ad illam injuste *obligaverit*; tunc tenetur eum monere, obtenta prius licentia; alias tenetur ipse ad restitutionem. Si autem in hoc gravem culpam non commiserit, non tenetur monere cum gravi suo incommodo. Verum si absque suo gravi incommodo posset reparare errorem et non faceret, tunc etiam tenetur ad restitutionem. Denique si confessarius *omiserit* admonere poenitentem de restitutione; non tenetur ipse restituere, quamvis esset parochus, etiamsi gravem culpam in hoc commisisset. Vide *Lib. VI, n. 621*, in quo discussa sunt haec omnia cum suis rationibus et auctoritatibus DD.

117. - III^o. Debet quoque confessarius esse summe prudens in custodiendo *sigillo sacramentali*.

Jam notum et certum est quod confessarius nunquam potest loqui de iis quae in confessione audivit, quoties adest periculum revelationis sigilli (directe vel indirecte) aut gravaminis poenitentis; et hoc currit, etiamsi tantummodo dubitet, utrum ea in confessione audierit an non,

aut in ordine ad confessionem (*Lib. VI, num. 637*). Verumtamen non prohibetur confessarius sermocinari (generaliter loquendo) de aliquo peccato in confessione audito, quoties alii non possent venire in cognitionem poenitentis, aut quoties haberet expressam licentiam a poenitente.

Nihilominus etiam in hoc cautissime est procedendum:

Et 1^o. Nunquam loquendo de peccatis in confessione auditis coram simplicibus personis, quae possent suspicari de revelatione confessionis.

2^o. Nunquam dicendo e suggestu in concionibus, regnare in ea urbe aliquod vitium, quod ipse excipiendo confessiones intellexerit ibi magis frequentari (hoc tamen intelligitur (*Lib. VI, n. 654, Qu. 1*) quando id aliunde non scivit, et quando locus est parvus); et praesertim si concionetur in aliquo monasterio, in quo non debet vehementius invehi contra aliquem defectum, quem in confessione audivit ibi esse communiorem.

3^o. Non sit confessarius nimis importunus in obtinenda licentia a poenitente, quoniam ea licentia, quae non sit omnino spontanea et plene libera, ipse nequaquam uti poterit. Unde sit parcissimus, quantum fieri poterit, in exquirendis hujusmodi licentiis sine speciali necessitate: et tunc tutius erit insinuare poenitenti, ut de eo quod est necesse, loquatur extra confessionem. Nemo autem ignorat, quod extra confessionem non potest confessarius nec etiam cum ipso poenitente loqui de rebus in illa auditis sine ejusdem expressa licentia: in ipsa vero confessione bene potest de illis loqui, quoties existimat hoc ipsi poenitenti expedire (*Lib. VI, n. 652*).

4^o. Nequit exquirere nomen complicis ^{a)}, et si negaverit absolutionem ei qui dicere recusaverit, incurrit suspensionem *ferendae sententiae*; et qui docuerit hoc fieri posse, incurrit excommunicationem papalem *ipso facto* (*Lib. VI, n. 491*).

118. - Casu vero, quo poenitens teneatur sub gravi manifestare nomen complicis, ad reparandum puta aliquod com-

Error graviter culpabilis reparandus cum gravi incommodo.

Limitatio.

Error circa integritatem confessionis non reparandus extra confessionem.

Quid, si confessarius erraverit in materia restitutionis,

aut si omiserit monere poenitentem.

Confessarius sit prudens in custodiendo sigillo.

Non loquatur de peccatis coram simplicibus.

Prudenter agat in praedicationibus,

aut in petendis licentiis.

Non exquirat nomen complicis.

117. - a) Vide supra, notam a ad n. 83.

mune damnum (*Lib. VI, n. 492*), contra aliorum opinionem tenuimus, nec etiam tunc posse a confessario obligari poenitentem ad manifestandum sibi nomen complicis, sed tantum posse et debere imponere poenitenti, ut manifestet complicem iis qui possunt scandalum impedire. Quod si poenitens ex se vellet complicem confessario manifestare, tunc bene potest illum audire, et, quemadmodum oportet, damnum reparare.

Insuper advertendum est, ex hoc non prohiberi confessariis exquirere a poenitente circumstantias quas scire oportet, ut intelligat an adsit species peccati diversa, vel ut consulat saluti poenitentis. Hinc bene potest interrogare an complex sit conjunctus, an ligatus voto castitatis, an cohabitet in sua eadem domo, an sit ancilla, et his similia: etiamsi per istas interrogationes indirecte manifestari debeat persona complicis. Nunquam tamen exquiratur illius nomen (*ibid.*).

119. - IV^o. Summe cautus debet esse confessarius in *excipiendis confessionibus mulierum*.

Et primo notandum quod in decreto S. C. Episcoporum 21 Jan. 1620 dicitur: *Confessarii sine necessitate audire non debent mulierum confessiones post crepusculum vespertinum et ante auroram.*

Loquendo autem de prudentia confessarii, ipse regulariter in confessionario cum junioribus sit potius austerus quam concinnus; nec permittat illas ante confessionarium accedere, ut sibi loquantur, et multo minus, ut manus deosculentur.

In actu confessionis non ostendat eas agnoscere. Aliquae enim, quae religiosae haberi volunt, aliquando advertentes se nosci a confessario, non faciunt integram confessionem.

Imprudencia quoque est, conjicere oculos in poenitentes, cum a confessionario recedunt, easque per aliquod tempus intueri.

Extra confessionarium nec etiam immoretur ad colloquendum cum ipsis in ecclesia, omnemque familiaritatem devitet. Abstineat etiam a recipiendis munusculis. Et praecipue ad illarum domos

nunquam accedat; uno excepto casu gravis infirmitatis, et tunc non nisi vocatus accedat; et tunc magnam adhibeat diligentiam in audiendis illarum confessionibus; unde januam apertam relinquat, sedeat in loco, ubi videri possit ab aliis, oculosque in faciem poenitentis nunquam defigat.

Et hoc praesertim currit, si sint personae spirituales, quibuscum est periculum majoris adhaesionis. Dicebat Venerabilis Pater Sertorius Caputo, diabolus ad conjungendas inter se personas spirituales ab initio uti praetextu virtutis, ut deinde affectus a virtute transeat ad personam. Unde ait S. Augustinus apud S. Thomam ¹: *Sermo brevis et rigidus cum mulieribus est habendus; nec tamen, quia sanctiores fuerint, ideo minus cavendae. Quo enim sanctiores fuerint, eo magis alliciunt.* Et idem Angelicus Doctor addit: *Licet carnalis affectio sit omnibus periculosa et damnosa, eis tamen perniciosa est magis, maxime quando conversantur cum persona quae spiritualis videtur; nam quamvis eorum principium videatur esse purum, frequens tamen familiaritas domesticum est periculum...; quae quidem familiaritas, quanto plus crescit, tanto plus infirmatur principale motivum et utriusque puritas maculatur.* Et subjungit quod tales personae hoc non statim advertant; quoniam diabolus ab initio non emittit sagittas venenatas, sed illas tantummodo, quae aliquantulum feriunt et augent affectum. Sed brevi hujusmodi personae eo deveniunt ut non amplius agant secum tamquam angeli, quemadmodum coeperant, sed tamquam carne vestiti. Vicissim se intuentur mentesque sibi feriunt blandis allocutionibus, quae adhuc a prima devotione videntur procedere; hinc alter alterius praesentiam incipit appetere; *sicque* (concludit) *spiritualis devotio paulatim convertitur in... carnalem.* — Et quidem ah quot sacerdotes, qui antea erant innocentes, ob similes adhaesiones, quae spiritu coeperant, Deum simul et spiritum perdidit!

praesertim si sint personae spirituales.

Sed exquirere potest circumstantias peccati.

Cautus sit in excipiendis confessionibus mulierum.

Cum junioribus potius austere quam comiter agat.

Non ostendat se eas agnoscere.

Eas non intueatur.

Extra confessionarium, omnem devitet familiaritatem;

Decret. S. C. Episc. et Regul., diei 21 Jan. 1620, in *Paduana*; ap. Ferraris, *Biblioth.*, v. *Confessarius*, art. 3, n. 8 (edit. Rom. 1886). — *Ven. Caputo*, cfr. Anton. Barone,

Vita del Ven. Sertorio Caputo, lib. 3, cap. 8, in med. (edit. Neap. 1691). — ¹ *Opusc.* 64, de modo confitendi et de purit. conscient., § de peric. familiarit... mulierum.

Non adeo
incumbat in
confessio-
nes mulie-
rum, ut viri
repellantur.

120. — Deinde confessarius non adeo mulierum confessionibus sit addictus, ut per hoc viros ad se venientes audire recuset.

Res mise-
randa.

Oh qualis miseria est cernere tot confessarios, qui impendunt bonam diei partem in audiendis religiosis aliquibus mulierculis, quas vulgo dicunt *bizzoche*, et cum postea vident ad se accedentes viros aut feminas uxoratas, qui sunt pleni angustiis et molestiis, et aegre domos et negotia sua relinquere potuerunt, dimittunt eos, dicendo: *Habeo aliud, quod agam, ite ad alios!* Unde fit, ut isti, non inveniunt cui sua peccata confiteantur, vivunt per tot menses et annos sine sacramentis et sine Deo. Hoc non est audire confessiones, ut Deo placeamus, sed po-

S. Philipp. Ner., Bacci, in ejus Vita, lib. 1, cap. 8, n. 3. — *S. Joann. a Cruce*, cfr. Marco di S. Francesco, in ejus Vita, lib. 1, cap. 10, in init., et lib. 2, cap. 3, in

tius, ut genio serviamus. Quare nescio, quale meritum apud Deum sint habituri confessarii illi qui hoc modo suum ministerium exercent. — Scio ego, immo et, contra aliorum opinionem qui asserunt esse tempus frustra impensum, teneo esse opus valde Deo charum, dirigere animas ad viam perfectionis; ideoque de hoc fusius loquar capite sequenti. Sed assero, probos confessarios qui tantum, ut Deo placeant, confessiones excipiunt (quemadmodum facere consueverunt S. Philippus Nerius, S. Joannes a Cruce, S. Petrus Alcantara aliique) quando cernunt aliquam animam indigentem, praeferre eam animabus devotis, quibus audiendis auxiliandisque, quando confessarius vult, tempus non deerit.

Non uti-
que sper-
nantur per-
sonae devo-
tae.

Sed eis
anteponen-
dae animae
indigentes.

med. (edit. Venet. 1747). — *S. Petr. Alcant.*, cfr. Fra Giovanni di S. Bernardo, in ejus Vita, lib. 1, cap. 38, in init. (edit. Neap. 1674).

CAPUT IX.

**Quomodo se gerere debeat confessarius
in dirigendis animabus spiritualibus ^{a)}.**

Confessarius debet non solum purgare poenitentes a vitiis,

121. Quod olim dixit Dominus Jeremiae: *Ecce constitui te hodie super gentes... ut evellas... et dissipas et aedifices et plantes* (I, 10); idem nunc repetit singulis confessariis, qui non solum debent evellere vitia ex suis poenitentibus, sed etiam debent in illis virtutes inserere. Unde expediens est, addere hic caput hoc, quod poterit inservire confessariis tyronibus ad dirigendas animas spirituales ad perfectionem.

sed eos dirigere in via perfectionis.

Non sunt quidem expellendi peccatores, ut superius diximus, sed e contra opus est etiam multum Deo acceptum, sponsas illi adornare, animas scilicet spirituales excolere, ut in totum se illi donent tradantque. Acceptor est ejus oculis una anima perfecta quam mille imperfectae. Unde, cum videt confessarius poenitentem vivere immunem a culpis mortalibus, omnem curam adhibere debet, ut eum in viam perfectionis et divini amoris introducat, illi repraesentando meritum quod habet Deus ut ametur, et gratitudinem quam debemus Jesu Christo, qui nos amavit usque ad moriendum pro nobis; necnon periculum, in quo versantur omnes animae, quae vocatae a Deo ad vitam perfectiorem, illi resistunt.

In tribus praecipue posita est directio confessarii quoad animas spirituales, scilicet in *meditatione et contemplatione*, in *mortificatione* et in *frequentia sacramentorum*, et de omnibus his singillatim dicemus.

§ I. - *De oratione meditationis.*

Confessarius doceat animam orationem.

122. - Prudens ergo confessarius, cum cernit animam aliquam abhorrentem peccata mortalia et desiderantem progredi in amore divino, ante omnia debet illam

disponere ad faciendam orationem mentalem, scilicet ad meditationem veritatum aeternarum et bonitatis divinae. Et quamvis necessaria non sit ad aeternam salutem consequendam, sicut est necessaria petitio; nihilominus videtur valde necessaria animabus ut in Dei gratia perseverent. Cum reliquis pietatis operibus potest peccatum consistere; sed non possunt cohabitare oratio et peccatum. Anima aut relinquet orationem aut peccatum. Dicebat S. Theresia: *Animam quae in oratione perseverat, quotquot illi peccata opponat diabolus, tandem pro certo habeo, quod eam Dominus ad salutis portum conducat.* Et ideo diabolus nullum aliud exercitium tam quaerit impedire, quam illud orationis; *quoniam*, inquit eadem Sancta, *novit daemon, quod certe amittet animam quae perseveranter incumbit orationi.* Praeterea solus amor est, qui animam Deo jungit et stringit; sed fornax, in qua accenditur flamma divini amoris, est oratio seu meditatio: *In meditatione mea exardescet ignis* (Ps. xxxviii, 4).

Hujus necessitas ad perseverantiam.

123. - Incipiat ergo confessarius introducere animam in orationem.

Ab initio non plus quam mediae horae spatium assignet, quod deinde crescente spiritu plus minusve augebit. Neque desistat, ex eo quod poenitens difficultatem adducit, quod desit sibi tempus et locus ad se colligendum. Immo imponat ei, ut saltem mane vel vespere, quando in domo major est quies, vel etiam in ipsis occupationibus (quando aliud non posset efficere) elevet identidem mentem ad Deum, et meditetur veritates fidei: ut sunt novissima, quorum cogitatio, et praecipue mortis, est utilior pro incipientibus. Meditetur quoque Christi passionem, quae meditatio

Tempus assignandum.

Locus.

Materia.

S. Theres., Vita, cap. 8, in init. — S. Theres., Vita, cap. 19, v. med.

121. - ^{a)} Postea S. Doctor totum hoc caput ad verbum inseruit in *Hom. Apost., Append. 1.*

est omnibus fructuosa. Si vero poenitens non sit litterarum rudis, expediens est ut utatur aliquo libro spirituali, quo magis habeat ingressum in orationem, quemadmodum facere solebat S. Theresia.

Anima in materia praedilecta,

Moneat quoque, ut seligat materiam illam, in qua anima majorem experitur devotionem, et in iis locis, in quibus anima se vehementius affici sentit et commoveri, moretur aliquantum, et relicta meditatione totam se exercent in actibus voluntatis vel incumbat petitioni aut faciendis propositis.

se exercent in actibus voluntatis,

Dico 1°. *Se exercent in faciendis actibus*: scilicet humilitatis, actionis gratiarum, fidei, spei, et praesertim in repetendis actibus contritionis et charitatis erga Deum, offerendo se illi totam, totamque ejus sanctissimae voluntati resignando, et repetendo plus quam alios actum illum, cui anima se magis sentiat inclinatam.

in petiti

Dico 2°. *Exercent se in petendo*. Nam a petitione omne nostrum bonum dependet; et S. Augustinus ait, Deum ordinarie nullam gratiam hominibus concedere, et praesertim gratiam perseverantiae, nisi per canalem petitionis. Dominus dixit: *Petite, et accipietis* [Joan. xvi, 24]. Ergo, concludit S. Theresia, qui non petit, non accipit. Quapropter, si volumus animam nostram salvare, necesse est semper orare et ante omnia petere perseverantiam et amorem erga Deum. Et quidem nullum tempus opportunius est ad petendum, quam tempus orationis mentalis. Qui non orat, difficiliter petit, quia difficiliter se movet ad considerandas gratias quibus eget, et necessitatem ipsam petendi; et ideo, qui non facit orationem, difficulter in Dei gratia perseverat.

et in propositis efformandis.

Dico 3°. *In statuendo*, ut oratio non remaneat infructuosa, et anima mandet executioni ea lumina quae in oratione recepit. Unde, quemadmodum inquit S. Franciscus Salesius, nemo debet imponere finem orationi, nisi prius capiat aliquod particulare propositum, puta, vitandi defectus quosdam magis usuales aut exercendi virtutem aliquam, in qua se noscit

debiliorem. — Videatur circa hoc, quod dicitur in capite sequenti, cum loquimur de instructione pro oratione mentali, § III.

124. - Exigat igitur confessarius ab animabus istis rationem orationis, exquirendo ab illis, quomodo in ea se gesserint, aut saltem, si fecerint; et imponat illis, ut in confessione ante omnia alia se accusent de oratione omissa, quando eam intermiserint; quoniam relicta oratione anima salvari non poterit. *Anima, quae omittit orationem*, dicebat S. Theresia, *tamquam a semetipsa ruit in infernum sine opera daemonum*.

Confessarius exigat rationem orationis.

Oh Deus! Et quantam confessarii afferrent animabus utilitatem adhibendo hanc minimam diligentiam! Et oh qualem Deo rationem sunt reddituri, si ita non se gerant, quoniam ipsi tenentur procurare, quantum in se est, spiritualem progressum suorum poenitentium! Oh quot animas possent ipsi ad viam perfectionis dirigere, easque a recidendo in peccata gravia liberare, si adhiberent hanc tenuem industriam dirigendi eas per viam orationis, et interrogandi postea saltem sub initiis vitae spiritualis, utrum eam fecerint an non! Quando anima aliqua se in oratione solidavit, difficillime iterum Deum amittit; et ideo oratio mentalis insinuanda est non tantum timoratis, sed etiam peccatoribus, qui saepe ob defectum considerationis redeunt ad vomitum.

Sit diligens in inculcanda oratione;

125. - Super omnia confessarii adhibere debent diligentiam hanc, cum poenitentes patiuntur desolationem spiritus.

speciatim tempore ariditatis,

Initio, quum anima se tradit vitae spirituali, solet Deus illam allicere specialibus quibusdam luminibus, lacrymis et sensibilibus aliis consolationibus. Sed elapso aliquo tempore, solet claudere hanc venam, ut probet earum fidelitatem et ut eas ad majorem perfectionem extollat, subtrahens eis sensibilem omnem dulcedinem, cui facile anima adhaeret non sine impuritate quadam et culpa ex amore sui ipsius. Consolationes sensibiles (quin et attractiones supernaturales) sunt quidem Dei dona, sed non sunt ipse Deus,

quae solet evenire in proficientibus.

S. Theres., Vita cap. 4, in f. — S. Aug., in Psalm. 102, num. 10 (Migne, Patr. Lat., tom. 37, col. 1324); de dono perseverant., cap. 16 (tom. 45, col. 1017). — S. Theres.,

cfr. Cammino di perfez., cap. 23, in f. — S. Franc. Sal., Introd. à la vie dév., part. 2, chap. 6. — S. Theres. (loquens de semetipsa), Vita, cap. 19, vers. med.

Unde ipse, ut animas sibi dilectas avellat etiam a donis suis, ut donatorem puriori amore diligere cogantur, efficit ut non inveniunt amplius in oratione pabulum consuetum et solitam consolationem, sed taedia, ariditates, tormenta et quandoque etiam tentationes.

Tunc animas confortet.

Invigilet ergo summopere confessarius ad confortandas animas istas, ne orationem omittant et praescriptas communionem. Revocet illis in memoriam verba illa S. Francisci Salesii, scilicet: *Plus valere coram Deo unicam unciam orationis in medio desolationum, quam libras centum in medio consolationum.* Quoniam ille qui Deum diligit ob consolationes, plus Dei consolationes quam Deum ipsum diligit; sed qui Deum amat eique adhaeret sine consolationibus illis, hic verum ostendit amorem.

Haec de meditatione sufficiunt. Sed opportunum duco, aliquam hic novis confessariis praebere notitiam contemplationis infusae ac suorum graduum, necnon aliorum donorum supernaturalium una cum regulis praescriptis a spiritualis vitae magistris ad directionem animarum, quibus Deus hujusmodi gratias voluerit impertiri.

§ II. - *De oratione contemplationis et diversis ejus gradibus a).*

Grave officium confessarii.

126. - Quando anima aliqua a Deo contemplationis gratia donatur, oportet ut confessarius optime sciat modum, quo eam dirigere debeat et ab omnibus illusionibus liberet; alias maximum illi afferet damnum, et quemadmodum ait S. Joannes a Cruce, magnam ipse Deo redditurus est rationem.

S. Franc. Sal., Gallitia, Vita di S. Franc., in fine, Massime che riguard. noi stessi, mass. 31. — S. Joann. a

Contemplatio multum differt a *meditatione*. In meditatione quaeritur Deus labore discursus; in contemplatione sine hujusmodi labore contemplatur Deus jam inventus. Insuper in meditatione anima operatur actibus suarum potentiarum; in contemplatione operatur Deus, et anima tantum patitur, et recipit in se dona quae a divina gratia sibi infunduntur, absque eo quod aliquid operetur, quoniam ipsa lux et divinus amor, quo tunc tota impletur, reddunt eam suaviter attentam ad contemplandam Dei sui bonitatem, qui tot illam cumulat donis.

Contemplatio differt a meditatione.

127. - Advertere etiam oportet, quod Deus, antequam concedat animabus donum contemplationis, solet eas introducere in orationem recollectionis, vulgo dictam *di raccoglimento* vel *otii contemplativi* (sic illam vocant mystici), quae non est adhuc contemplatio infusa, quoniam anima adhuc est in statu activo.

Haec *recollectio* (loquor hic de naturali, quoniam de supernaturali et infusa inferius loquemur n. 133) est, quando intellectui opus non est, cum labore quasi extra animam exire ad considerandum mysterium aliquod aut aeternam veritatem, sed avulsus a rebus externis et collectus quasi intra animam ipsam absque labore, immo cum magna suavitate attendit illi veritati aut mysterio, quodcumque sit. — *Otium contemplativum* est fere idem, nisi quod in collectione anima attendit alicui devotae cogitationi particulari; in otio vero cum generali quadam Dei notitia sentit se in seipsa collectam et suaviter Deo attractam.

Quid sit oratio recollectionis naturalis,

et oratio otii contemplativi.

In hac collectione sive otio contemplativo, dicunt quidam mystici ^{a)} quod,

Cruce, Fiamma d'amor viva, stanz. 3, vers. 3, § 11 et seqq.; Salita, lib. 2, cap. 18, in init.; cap. 30, in f.

126. - ^{a)} Quae in hac quaestione habentur, uti patet ex collatione textuum, a S. Doctore maxima ex parte deprompta sunt ex auctore quem infra citat, n. 143, nimirum, ex Bernardo de Castelvetero, *Direttorio mistico, lib. 1, part. 5 et lib. 2, per tot.* (edit. Rom. 1749); ita quidem ut, quae hic auctor fuse describit, ea S. Doctor paucis contraxerit suaque fecerit. Alia tamen addidit et subinde hujus auctoris sententiam impugnavit. Quod autem ea desumpserit ex Scaramelli, sicut nonnulli

opinati sunt, neutiquam admitti potest; nam opus Scaramelli, *Direttorio mistico*, prima vice prodiit Venetiis, an. 1754 (duobus annis post mortem auctoris), dum S. Alphonsus haec composuerat inde ab an. 1751, uti evidenter liquet ex eo quod legitur hoc caput in secunda editione Theologiae moralis, quae revisioni ecclesiasticae subjecta fuit die 19 Oct. 1751.

127. - ^{a)} Alludit S. Doctor ad ea quae habet Bernardus de Castelvetero, *Direttorio mist., lib. 1, part. 5, cap. 3, v. Toccante questi.*

Juxta aliquos, in his orationibus cessandum ab actibus voluntatis.

etsi haec oratio sit naturalis, nihilominus anima cessare debet non solum a meditatione, sed etiam ab actibus voluntatis, scilicet amoris, oblationis, resignationis, etc., et tantum manere debet in quadam amoris vigilantia et attentione ad Deum absque eo quod actum aliquem faciat.

Juxta S. Doctorem, cessari potest a meditatione,

Verumtamen hujusmodi incantationibus ego prorsus acquiescere non valeo. — Nulli dubium quod, quando anima collectam se sentit, non debet se applicare meditationi, quia jam invenit sine ullo labore, quidquid ipsa postulabat; praeterquam quod ipsa ordinaria meditatio, ut ait Pater Segneri in suo aureo opusculo de *Concordia inter laborem et quietem*¹, producit post aliquod tempus contemplationem quae dicitur *acquisita*, nempe illam quae unico intuitu cognoscit veritates, quas ante non nisi longo discursu et labore cognoverat. — Sed his non obstantibus, nescio cur anima cessare debeat a bonis actibus voluntatis: et quodnam tempus opportunius his faciendis actibus esse poterit, quam tempus quo anima se collectam sentit.

sed non ab actibus voluntatis.

Objectioni satisfit.

Verum quidem est, quod S. Franciscus Salesius consilium dedit B. Joannae de Chantal, ut in sua oratione, cum se Deo unitam sentiret, non repeteret novos actus; sed quare? Quia scilicet Beata jam pervenerat ad contemplationem passivam. Unde, quando anima adhuc est in statu activo, non est ratio cur actus boni impedire debeant gratiae operationem. Idem S. Franciscus Salesius praefigebat animabus devotis a se directis determinatum quemdam numerum aspirationum amoris, faciendum intra certum temporis spatium. — Quando anima pervenit ad statum *passivum* contemplationis, tunc anima, etsi non mereatur, quia eo tempore non operatur sed tantum patitur, nihilominus acquirit magnum quemdam vigorem ad operandum postea cum majori perfectione. Sed quando anima adhuc est in statu *activo*, ut mereatur, operari debet, actus bonos faciendo: atque haec sunt opera, quibus anima mereatur gratiam divinam.

Ratio datur.

Unde recte concludit idem Pater Se-

gneri, quod, quando Deus loquitur et operatur, oportet ut anima taceat et cesset a suis operationibus, nihil aliud ponendo ex parte sua circa principium quam attentionem quamdam amoris ad divinas operationes. Sed quando Deus non loquitur, necesse est ut anima se adjuvet eo modo quo potest, ad conjungendum se Deo, scilicet meditationibus (quando hae sunt necessariae), affectibus, precibus et propositis, dummodo actus isti per vim non elicantur: unde illi tantummodo sunt faciendi, quibus se anima sentit suaviter inclinatum.

Limitatio.

128. - Insuper advertendum est quod Deus, antequam introducat animam in orationem contemplationis, solet eam purgare per ariditatem supernaturalem, quae appellatur *purgatio spiritualis*, ut eam purificet a suis imperfectionibus, quae illi impediunt contemplationem. Atque hic distinguendum est inter ariditatem sensibilem, quae pertinet ad sensum, et ariditatem substantialem, quae pertinet ad spiritum.

Purgatio spiritualis praecedere solet contemplationem.

Ariditas *sensibilis* (de *substantiali* loquemur numero sequenti) quando est naturalis, fert secum quoddam taedium rerum spiritualium, et obscuritatem quamdam leviolem et minus durabilem; sed quando est supernaturalis, de qua hic agimus, ponit animam in quadam obscuritate profundiori, quae diutius durat et quotidie majus accipit incrementum. Nihilominus anima in tali statu constituta, licet sentiat se magis a creaturis alienatam et habeat cogitationem semper in Deum defixam, una cum ingenti desiderio et proposito eum perfecte amandi, tamen sentit se redditam tamquam impotentem ad hoc exsequendum ob suas imperfectiones, quarum causa videtur facta Deo odibilis: sed interea, hoc non obstante, non cessat se recte gerere in virtutibus.

Describitur ariditas sensibilis supernaturalis,

Haec molesta ariditas est quidam tractus gratiae, et lux quaedam supernaturalis, sed lux quae affert poenam et obscuritatem; quoniam volens se nudo spiritui communicare, et inveniens sensus atque potentias animae sui nondum capaces,

quae datur a Deo ad animae purgationem.

¹ Concordia tra la fatica e la quiete nell'oraz., part. 1, cap. 1, § 1 (edit. Venet. 1757). — S. Franc. Sales., cfr. Bougaud, Histoire de Sainte Chantal, tom. 1, chap. 18, v. med.

(edit. Paris 1865). — S. Franc. Sales., Directoire des choses spirit., per tot. et speciatim art. 12, in f. — Segneri, Concord. tra la fatica e la quiete, part. 1, cap. 1, § 2 et cap. 3, § 1.

ex eo quia nondum prorsus a consolationibus sensibilibus sint disjunctae, et consequenter materiales, quae plenae sunt formis, imaginibus et figuris, producit in anima hujusmodi tenebras tam molestas, sed valde utiles; quoniam per ipsas anima pervenit ad alienationem quamdam ab omnibus voluptatibus sensibilibus tam terrenis quam spiritualibus; et insuper acquirit magnam suarum miseriarum cognitionem atque impotentiae ad quodvis opus bonum perficiendum, et simul magnam erga Deum venerationem, qui illi repraesentatur majestate plenus et terribilis.

Normae
pro directo-
re.

In hoc statu director debet animam confortare ad sperandas res magnas a Deo, qui ad hunc finem ita se gerit cum ea. Insinuet ei ne conetur se exercere in meditatione, sed ut humiliet se, faciat actus oblationis totamque se Deo committat, perfectissime resignata dispositionibus suae voluntatis, quae tota tendit ad bonum nostrum.

129. - Post hanc purgationem sensus, solet Dominus concedere donum contemplationis, quae dicitur *gaudii*; scilicet recollectionis supernaturalis, quietis et unionis, de qua deinceps loquemur. Sed ante unionem et post recollectionem et quietem, solet Deus purgare animam ariditate spiritus, quae dicitur ariditas *substantialis*, qua Dominus vult ut anima se totam in seipsa annihilaret.

Describitur
ariditas
substantialis.

Ariditas sensus est subtractio devotionis sensibilis; sed ariditas spiritus est quaedam lux divina, qua Deus facit ut anima suum nihilum agnoscat. Atque hic est, ubi anima se cernit in quadam terribiori agonia; nam etsi tunc ipsa sit magis parata ad se vincendum in omnibus et magis intenta ad Deo placendum, nihilominus, quo magis agnoscit suas imperfectiones, eo magis sibi videtur a Deo expulsa atque derelicta tamquam ingrata beneficiis acceptis. Immo et ipsa spiritualia exercitia quae peragit, ut sunt orationes, communiones, mortificationes, eam magis contristant: nam cum ea omnia non sine magno taedio et molestia perficiat, credit omnia digna suppliciis et se Deo odibiliorem. Quin multoties animae illae viden-

tur sibi summpere odisse Deum, quam ob causam Deus eas jam reprobaverit tamquam sibi inimicas; et adhuc in vita faciat illis experiri damnatorum poenas et divinam derelictionem. Et aliquando Deus permittit, ut hujusmodi desolationes comitentur mille aliae tentationes, ut motus impuritatis, iracundiae, blasphemiae, incredulitatis, et praesertim desperationis: ita ut miserae in magna illa obscuritate et confusione, non valentes discernere resistentiam voluntatis (quae revera tunc adest, sed ipsis est occulta, aut saltem dubia, ratione praesertim tenebrarum), timeant se jam consensisse, et ideo tanto magis existiment se derelictas a Deo.

130. - Hic ergo confessarius, quando ei aliqua ex animabus istis occurrit, quae jam per perfectionem progreditur et opinatur se derelictam, in primis non terreatur videndo confusionem hanc et audiendo tot expressiones timoris et desperationis; nec se ostendat timidum aut ullo modo haesitantem, sed viriliter eam confortet ad nihil timendum: et eo tempore plus quam alias animet ad confidendum in Deo, recitans illi ea verba quae Dominus dixit S. Theresiae, quod scilicet nemo Deum amittit absque eo quod cognoscat amittere. Dicat ei, omnes illas suggestiones blasphemiarum, incredulitatis, impuritatis et desperationis non esse consensus, sed poenas quae, si cum resignatione tolerantur, animam magis magisque Deo jungunt. Dicat, a Deo nunquam odio haberi animam a qua amatur et quae bonae est voluntatis. Addat, Deum ita se gerere cum animabus a se magis dilectis. *Ariditatibus et tentationibus*, dicebat S. Theresia, *probat Deus suos amatores. Quamvis ariditas tota vita perduret, anima non omittat orationem. Veniet tempus, quo omnia ei persolventur. O quam pulchram pro anima desolata sententiam!*

Confessarius non terreatur;

sed animam viriliter confortet.

Hortetur ergo, ut forti animo sit et viriliter exspectet res magnas a Deo, dum eam per tutiorem viam deducit, scilicet per viam crucis. Moneat etiam, ut *primo* humiliet se, utpote dignam ita a Deo tra-

Eam incitet ad humilitatem,

ad uni-
formitatem
cum Dei vo-
luntate,

ad fidu-
ciam in Dei
param.

Duratio
purgationis
spiritualis.

ctari, ob anteactae vitae defectus; — *secundo*, ut divinae voluntati se totam resignet, paratissimam se praebendo ad ea omnia perferenda, immo et majora pro omni tempore, quo Deo placuerit; — *tertio* projiciat se tamquam mortuam in brachia divinae misericordiae et committat protectioni Mariae SS., quae mater misericordiae et afflictorum consolatrix jure appellatur.

131. - Ariditas sensus perdurat quousque, purificatis sensibus, anima apta ad contemplationem reddatur. Ariditas vero spiritus durat quousque reddatur capax divinae unionis; quamvis aliquando etiam post unionem permittat Dominus, ut anima iterum redeat ad hanc ariditatem, ea potissimum de causa, ne anima seipsam negligat et ut identidem suum nihilum agnoscat.

132. Completa ergo purgatione sensus, et ad finem perducta ariditate sensibili, ponit Deus animam in statu contemplationis.

Quid sit
contempla-
tio affirma-
tiva.

Contemplatio vel est affirmativa vel negativa. — *Affirmativa* est, quando anima beneficio lucis divinae, sine ulla sua opera, cernit aliquam veritatem aut creatam, ut esset infelicitas inferni, felicitas paradisi, etc., aut increatam, ut divinam misericordiam, amorem, potentiam, bonitatem. — *Negativa* est, quando dignoscit perfectiones divinas non in particulari, sed in genere cum confusa quadam notitia, sed quae ingerit conceptum longe majorem magnitudinis divinae; et ita etiam in confuso agnoscit aliquam veritatem creatam, ut horribilitatem inferni, etc.

Negativa.

Sed transeamus ad primos contemplationis gradus. — Hi sunt recollectio interior spiritus et quies. De unione loquimur postea.

Recollectio
supernatu-
ralis, quid.

133. - Primus igitur gradus contemplationis est *recollectio supernaturalis*.

De naturali jam diximus supra *n. 127*, quae tunc habetur, quando animae potentiae colliguntur ad considerandum Deum intra se; et dicitur naturalis, non quia anima ex se valeat illam operari; omnis enim actio virtutis, ut possit aeternum praemium promereri, indiget auxi-

lio gratiae; unde generatim loquendo est etiam supernaturalis; sed naturalis dicitur, quia anima tunc est in statu activo, et beneficio gratiae ordinariae operatur.

Recollectio vero *supernaturalis* est illa quam operatur Deus ministerio cujusdam gratiae extraordinariae, et per quam Deus collocat animam in statu passivo: ita ut recollectio supernaturalis seu infusa tunc proprie habeatur, quando collectio potentialium non evenit opera ipsius animae, sed beneficio lucis quam Deus infundit et per quam excitatur in anima magnus et sensibilis amor divinus.

In hoc statu non est cogenda anima ad suspendendum tranquillum eum discursum quem forte ei lux ipsa suaviter insinuaret: quemadmodum nec debet incumbere considerationi rerum particularium aut propositis quae valet efformare. Nec debet curiosius investigare, quidnam sit interior ea spiritus recollectio; sed sinat se dirigi a Deo ad considerandas res illas illosque actus faciendos, ad quos se magis a Deo ferri cognoscit.

134. - Secundus gradus est *quietis*.

In recollectione, vis amoris communicatur immediate sensibus externis, quos Deus ipse intra animam facit colligere. Sed in quiete, amor communicatur immediate spiritui in ipso animae centro; et amor ipse est ardentior, qui deinde etiam ad sensus externos diffunditur. Hoc vero non semper: unde multoties accidit quod anima habeat orationem quietis, sed sine ulla dulcedine sensibili.

Dicit S. Theresia ¹, quod in hac oratione non suspenduntur omnes potentiae. Suspenditur quidem voluntas et remanet tamquam ligata, quia tunc nullum aliud objectum praeter Deum valet amare, qui eam ad se trahit. Sed intellectus et memoria aut phantasia quandoque remanent liberae et huc illucque excurrunt. Unde dicit Sancta ², animam de hoc non debere tristari: *Rideat* (inquit) *de sua cogitatione, illamque deserat veluti stultam et maneat in sua quiete: et cum voluntas sit domina, ipsa cogitationem ad se reducet absque ullo vestro labore*. Quod si anima velit se applicare ad colligendam cogitatio-

Quomodo
in ea se ge-
rere quis
debeat.

Quid sit
oratio quie-
tis.

Status po-
tentialium
in ea.

¹ Vita, cap. 14, init. — ² Cammino di perf., cap. 31, in f.

nem, nihil omnino aget et suam quietem amittet.

Quid in ea agendum.

In hoc statu multo minus quam in recollectione, anima debet se applicare ad faciendam propositam aut alios actus ex se ipsa emendatos. Eos tantummodo faciat, ad quos se sentit a Deo suaviter impelli.

135. - Dicamus nunc aliqua de oratione purae contemplationis, scilicet de contemplatione negativa superius enuntiata, quae est longe perfectior quam affirmativa.

Describitur contemplatio negativa.

Haec contemplatio *negativa* dicitur *clara caligo*, quia ob nimiam lucis abundantiam intellectus obscuratur: quemadmodum, qui intuetur solem, radiorum fulgore obcaecatus nihil cernit, sed tantum intelligit, solem esse magnum quoddam lumen. Sic Deus in ista caligine infundit animae lucem magnam quae facit ut illa intelligat, non jam veritatem aliquam particularem, sed acquirat generalem quamdam et confusam notitiam suae incomprehensibilis bonitatis, unde anima incipit efformare altissimam de Deo ideam, licet confusam. Quando anima aliquantulum noscit aliquam ex divinis perfectionibus, altum quidem conceptum suae bonitatis concipit; sed longe melior est conceptus quem format, quando cognoscit, divinam perfectionem non posse comprehendere.

Cur vocetur clara caligo.

Scribit cardinalis Petrucci in doctissimis suis epistolis, hanc orationem vocari propterea orationem caliginis, quia in hac vita anima non est capax clare intel-

Petrucci, Lettere e tratt. spirit. e mist., part. 2, lib. 2, lett. 24. - *S. Maria Magd. de Pazzi*, cfr. *Patrit.* a S. Ja-

ligendi divinitatem: unde in hoc statu intelligit non intelligendo: sed intelligit longe melius omni alio modo intelligendi. Non intelligit, quia, cum Deus non sit res quae formet imaginem aut figuram, intellectus nequit de eo ideam efformare, et ideo nihil aliud intelligit, quam quod illum non valet intelligere. Quapropter huiusmodi intelligentia vocatur ab Areopagita: *Sublimis cognitio Dei per ignorantiam* ^{a)}. - In hac oratione caliginis suspenduntur omnes interiores potentiae animae, et quandoque etiam sensus exteriores: ita ut anima aliquando ingrediatur in *ebrietatem spiritualem*, quae facit eam prorumpere in quaedam amoris deliria, ut cantus, clamores, fletus immodicos, saltus et his similia, quemadmodum eveniebat S. Mariae Magdalenae de Pazzis.

Status potentiarum in ea.

136. - Post gradus istos facit Dominus animam ad unionem transire.

Unicus animae scopus hic esse debet, unio scilicet cum Deo; sed ut anima perfectionem attingat, non est necessaria unio *passiva*. Satis est illi pervenire ad unionem *activam*. Paucissimae, inquit S. Theresia ^{a)}, sunt animae illae, quae diriguntur a Deo per vias supernaturales; et nos in coelo permultas aspiciemus, quae sine huiusmodi gratiis supernaturalibus erunt gloriosiores illis, quae gratias istas receperunt.

Perfectio animae, unio cum Deo.

Unio *activa* est perfecta uniformitas divinae voluntati, in qua certe consistit tota perfectio divini amoris. *Perfectio*, inquit S. Theresia, *non consistit in extasi*,

Unio activa, in quam consistat.

cobo, in *Vita ejusdem*, lib. 2, cap. 12, num. 2 (edit. Francofurt. 1670).

135. - ^{a)} Hodie fere omnes critici admittunt, Dionysium mysticum alium esse ab Areopagita. Ad textum quod attinet, haec ille revera habet, *Mystica theol.*, cap. 1, § 3, loquens de mystico theologo: « In caliginem vere mysticam incognoscibilitatis ingreditur ..., eo ipso quod nihil cognoscit, supra mentem cognoscens » (Migne, *Patr. Graeco-lat.*, tom. 3, col. 1002). Item, in *epist. 1*: « Et illa perfectissima ... ignoratio, notitia est ejus [Dei] » (Migne, *loc. cit.*, col. 1066).

136. - ^{a)} Manca est versio latina. Textus italicus habet: « *Non tutte l'anime, dice Santa Teresa, anzi son poche quelle che guida Dio per via sovranaturale; ma nel cielo noi ne vedremo molte, che, etc.* ». Quae verba latine

sic sonant: « Non omnes animae, inquit Sancta Theresia, quin potius paucae diriguntur a Deo per vias supernaturales; at nos in coelo multas aspiciemus, quae, etc. ». Videtur Sanctus Doctor citasse S. Theresiam pro prima solum parte asserti « non omnes animae » et suo penu addidisse quae sequuntur. Revera S. Theresia, *Cammino di perfez.*, cap. 17, *init.*, primam tantum partem asserti habet. Nusquam vero, quod invenire potuerimus, ait paucas esse animas quae gratiis supernaturalibus fruuntur. Et loquendo speciatim de piis personis, *quas ipsa cognoscebat*, potius contrarium declarat. Cfr. *Vita*, cap. 15, *init.*; *Cammino di perfez.*, cap. 17, *in f.*; *Castello inter.*, mans. 5, cap. 1, *init.*

sed vera unio animae cum Deo est unio voluntatis cum divina voluntate ^{b)}. Haec unio est necessaria, non vero unio *passiva*; et animae illae, quae solam habent activam, inquit eadem Sancta ¹, *feri poterit, quod habeant meritum longe majus; quia majorem patiuntur laborem, et Dominus dirigit eas ut fortes, et consolationes quas in hac vita non habent servat, ut postea det eis in alia*. Cardinalis Petrucci ait quod, absque contemplatione infusa, recte quidem possit anima, beneficio gratiae ordinariae, pervenire ad annihilationem propriae voluntatis et ad eam transformandam in Deum, nihil aliud volendo quam voluntatem Dei. Et quamvis sentiat passionum motus, tamen hi non impediunt illi praefatam transformationem. Unde subdit quod, cum in hoc posita sit tota sanctitas, unusquisque nihil aliud debet desiderare et petere a Deo, quam ut dirigatur ab ipso, et in ipso suam efficiat voluntatem.

S. Theresia ², tractando de unione passiva, dicit quod anima posita in ea *non videt, non sentit, neque advertit, ita se habere*; quoniam ex abundantia lucis et amoris efformatur illa beata caligo, in qua suspenduntur omnes potentiae animae. Memoria enim non recordatur nisi Dei; voluntas conjungitur Deo tali amore, ut nequeat amare aliud objectum; et intellectus tanta luce repletur, ut nullam rem aliam valeat cogitare, nec etiam gratiam, quam actu tunc recipit; unde intelligit multum, sed nequit percipere quid intelligat. In summa, anima in hoc statu constituta habet claram et experimentalem cognitionem Dei praesentis, qui in animae centro eam sibi conjungit.

Haec unio, inquit S. Theresia ³, non multum perdurat, sed ad summum per

dimidiam horam. In aliis contemplationibus, de quibus antea locuti sumus, Deus praebet se videndum tamquam proximum animae, hic vero tamquam praesentem; et anima experitur eum sibi conjunctum per suavem quemdam contactum. Unde dicit Sancta ⁴, in aliis contemplationibus ^{c)} posse animam dubitare, utrum fuerit Deus, in hac vero non ^{d)}. Hoc tamen non obstante, debet eam confessarius monere, non ideo evasisse impeccabilem; et propterea, quo magis se videt a Deo hujusmodi gratiis donatam, eo magis esse debet humilis et ab omnibus alienata, unice diligendo crucem et vivendo in totum divinis dispositionibus uniformata, cum assiduo timore ne suae infidelitates ex eo tempore acerbius puniendae sint, ob majorem, qua committentur, ingratitude. Dicit Sancta Theresia ⁵ sibi cognitae plures animas quae, cum antea ad hunc statum unionis ascendissent, postea in peccata mortalia praecipites ceciderunt.

137. - Tres dantur species unionis, et sunt: Unio *simplex*, unio *desponsationis*, et unio *consummata*, quae vocatur unio *matrimonii spiritualis*.

Unio simplex est illa, de qua usque adhuc locuti sumus.

Dicendum nunc est de unione *desponsationis*. Hanc unionem solet ordinarie praecedere ariditas substantialis, quae est purgatio spiritus, de qua jam supra locuti sumus *n. 128*.

In hac vero unione desponsationis tres sunt alii gradus diversi, scilicet extasis, raptus et elevationis spiritus. — In simplici unione suspenduntur potentiae, sed non sensus corporei, quamvis hi remaneant valde infirmi ad operandum. — In unione autem *extasis* amittitur quoque usus sensuum, ita ut persona non videat,

¹ Avvisi per l'oraz., 22 (edit. Venet. 1739, tom. 2, pag. 238). — *Petrucci*, Lettere e tratt. spirit. e mist. part. 1, lib. 2, tr. 4, part. 3, cap. 6, n. 5 e 6. — ² Castello inter.,

mans. 5, cap. 1, post med. — ³ Vita, cap. 18, v. fin. — ⁴ Castello inter., mans. 5, cap. 1, v. med. — ⁵ Castello inter., mans. 5, cap. 4, v. med.; et mans. 6, cap. 1, v. med.

^{b)} S. Alphonsus hic citat, ex Bernardo de Castelvetero, opus S. Theresiae cui titulus: *Concetti dell'amor di Dio sopra ... la Cantica*, cap. 3. Haec ibi utique habet implicite S. Theresia; sed verba sunt Hieronymi Gratiani a Matre Dei, qui in prima editione hujus operis adnotationes addidit in fine cujusque

capitis. — Ceterum hanc sententiam profert ipsa S. Theresia, *Fondaz.*, cap. 10 (al. 5), v. med., et quidem fere ad verbum.

^{c)} « Quamdiu experientia non fuerit magna », addit, *loc. cit.*, S. Theresia.

^{d)} Hoc revera scripsit S. Theresia, anno 1577, in suo opere *Castello interiore*, man-

Est neces-
saria.

Et sufficit.

Unio pas-
siva descri-
bitur.

Ejus dura-
tio,

et certi-
tudo,

Norma
pro confes-
sario.

Species
unionis pas-
sivae;

1. Unio
simplex.

2. Unio de-
sponsatio-
nis.

Tres gra-
dus:

Extasis.

Raptus. non audiat, et non percipiat neque incisiones neque adustiones. — *Raptus* vero nihil aliud est quam impressio quaedam gratiae validior, qua Dominus non solum elevat animam ad unionem, sed etiam rapit illam motu quodam subitaneo et violento, ita ut aliquando elevetur etiam corpus et reddatur leve ad instar plumae. — *Elevatio spiritus* est, quando anima sentit se rapti quasi extra se ^{a)} et extolli supra seipsam cum magna quadam violentia, unde anima ab initio magnum experitur timorem. In elevatione spiritus continetur tam extasis, quia intervenit amissio sensuum, quam raptus, id est motus violentus. Retulit mihi persona quaedam similibus gratiis a Deo donata, quod in talibus elevationibus spiritus videbatur sibi, tanquam si anima e corpore fuisset avulsa et elevata cum tanta velocitate ac si conficeret decies centena millia milliaria in quovis temporis momento, non sine magno terrore, quoniam ignorabat, quo esset ascensura; sed cum postea subsedisset, tunc illustrabatur ad cognoscendum aliquod divinum arcanum.

Elevatio spiritus.

Dubium solvitur.

Sed hic oritur dubium: Si in hac unione suspenduntur potentiae et intellectus obscuratus a lucis abyso nequit attendere rebus quas intelligit, qua unquam ratione potest ibi anima intelligere et verba facere de illo divino arcano? — Respondent mystici quod, quando Deus vult ut anima intelligat aliquod secretum, aut immittere illi aliquam visionem intellectualem vel imaginariam, minuit non-nihil lucem, ita ut anima remaneat habilis ad cognoscendum et perpendendum quodcumque Deus voluerit.

3. Unio matrimonii spiritualis.

138. - Tandem perfectior unio, quae dicitur *consummata*, et major quam in hac vita possit Deus concedere animae viatrici, est illa quae dicitur *matrimonii spiritualis*, per quam anima transformatur in Deum, et fit unum quid cum Deo:

S. Theres., Vita, cap. 27, post init.

eodem modo, quo vas aquae infusum mari evadit unum cum aqua maris.

Et advertendum hic est, quod in reliquis unionibus, ut loquuntur mystici, potentiae remanent suspensae. In hac vero minime suspenduntur; quoniam potentiae, purificatae a sua sensibilitate et materialitate, jam effectae sunt capaces divinae unionis; ita ut voluntas amet Deum suum placidissime, intellectus recte cognoscat et attendat huic intimae divinae unioni, quae jam facta est in animae centro, quod accidit eodem modo ac si quis intueretur solem et sine ulla offensione oculorum solis splendorem cognosceret.

Status potentiarum in ea.

Insuper est advertendum quod haec unio non est transitoria, ut duae priores, sed permanens; ita ut anima fruatur habitualiter divina praesentia jam sibi conjuncta et fruatur in pace stabili: nam passionibus nihil amplius eam perturbant. Illas quidem anima cernit, dum faciem suam ostendunt. Sed non tristatur, nec ullam patitur molestiam ab illis, ad instar ejus qui forte nubes supereminens cerneret tempestates inferius evenientes, et ipse non tangeretur ab illis.

Ejus duratio.

139. - Hic abs re non erit aliqua dicere de visionibus, locutionibus et revelationibus, ad discernendas falsas a veris.

Visiones vel sunt externae, vel imaginariae, vel intellectuales. — *Externae* sunt, quae oculis cernuntur; — *imaginariae*, quae spectantur in phantasia seu vi imaginativa; — *intellectuales*, quae neque oculis neque in phantasia videntur, sed a solo intellectu, divina luce adjuto, quae species intelligibiles ingerit; atque haec visionum species, teste S. Theresia, tota est spiritualis. Nullam enim in ea partem habent sensus neque externi neque interni, qui sunt vis imaginativa et phantasia. Notandum quod neque oculis neque phantasia potest anima cernere res sibi repraesentatas, nisi in apparentia corporea, etiamsi essent substantiae spiri-

Quid sint visiones externae.

Imaginarie.

Intellectuales.

sione 5, cap. 1, v. med. Et sic videtur Sancta paulo recessisse a sententia quam antea protulerat in *Vita, cap. 15, in f.* (opus compositum an. 1562-1565), ubi absolute affirmabat,

dari, durante oratione quietis, omnimodam certitudinem de praesentia Dei in anima.

137. ^{a)} Italicus textus habet « quando anima sentit se rapti quasi extra corpus ».

tuales. E contra beneficio intellectus res cernuntur tamquam spirituales, etiamsi fuerint materiales; vel, ut melius dicam, noscuntur, non videntur, sed noscuntur longe melius quam si oculis cernerentur.

Daemon
eas operari
potest.

140. - Advertendum tamen hic est, quod visiones istas tam Deus quam diabolus potest operari; quod est intelligendum etiam de intellectualibus, ut videtur innuere ^{a)} S. Joannes a Cruce ¹ contra id quod sentit cardinalis Petrucci, quamvis multo facilius corporales, quae ut plurimum et praecipue in feminis ab ipsa phantasia efformantur.

Signa ad
discernendas
veras a
falsis.

Signa ad distinguendas veras a falsis sunt:

1°. Si veniant ex improvise sine ulla praecedenti animae cogitatione.

2°. Si ab initio afferant confusionem et terrorem, sed postea relinquunt animam in pace.

3°. Si sint raras, quia frequentes sunt valde suspectae.

4°. Si parum durent; quoniam, inquit S. Theresia ², quando anima intuetur per longum tempus rem sibi repraesentatam, signum est quod sit potius actus phantasiae. Visio divina ut plurimum transit ad instar fulguris, sed remanet inde immobiliter menti infixam.

5°. Vera visio relinquit animam in summa pace et vivida cognitione miseriae suae, non sine ingenti desiderio perfectionis; ad differentiam visionum diabolicarum, quae parum remanent impressae, et relinquunt animam in quadam siccitate, perturbatione, motibus propriae aestimationis, et cum fame sensibili harum gratiarum.

Illa tamen
fallere pos-
sunt.

Verum cum omnibus signis superius memoratis, inquit S. Theresia ³, nullam certam haberi posse securitatem, quoniam multoties daemon scit simulare quietem, cogitationes humilitatis, desideria perfectionis: quae omnia incertum est, a quo

¹ Salita del monte Carm., cap. 24, in med. — Petrucci, Lettere e tratt. spirit., part. 1, lib. 2, tr. 4, part. 3, cap. 3, n. 6, in f. — ² Castello int., mans. 6, cap. 9, v. med. —

procedant; quoniam saepe ipse daemon, ut sibi fides praestetur, solet haec insinuare ^{b)}, ut tandem illum percipiat fructum et deceptiones quas intendit.

Unde director, regulariter loquendo, non prohibeat animae enarrare sibi hujusmodi visiones, immo imponat illi, ut manifestet quaecumque videt, sive vera ea sint sive falsa, ut docet S. Theresia ⁴. Sed e contrario nullam ostendat curiositatem sciendi hujusmodi visiones, neque de his minute animam interroget: nec praevinat dicendo: *Non fuit sic? Vidistine hoc vel illud?* quia tunc facile anima respondet affirmative aut ex sua malitia aut simplicitate.

Director
interroget,

sed pru-
denter.

Si aperte noverit, hujusmodi visiones esse opus phantasiae aut diabolicum, quia forte arcent animam ab obedientia, humilitate aut ab alia virtute, tunc patenter ei hoc dicat. — Si vero id confessarius non discernat, non omnino expedit indubitanter asserere, visiones illas esse vel diabolicas vel phantasias, quemadmodum solent quidam nimis increduli, ad differentiam aliorum qui nimis creduli omnes habent ut veras. Sed dicat poenitenti, ut oret Deum, quo non amplius ducatur per vias adeo periculosas, protestando quod, quamdiu vivet in terris, velit Deum cognoscere solum per viam fidei. — Caeterum insinuet, ut ex visionibus habitis, vel falsis vel veris, illum percipiat fructum qui magis est necessarius et praecipue se recte cum Deo gerendi. Ita enim agendo, quamquam visiones fuerint a daemone, daemon remanebit elusus.

Ferat ae-
quum judi-
cium.

Et recta
det consilia.

141. - Quod vero ad *locutiones* attinet, locutio esse potest successiva, formalis et substantialis.

Successiva est, quando anima meditando aliquam veritatem fidei sentit sibi quasi responderi ab ipsomet suo spiritu, sed veluti ac esset persona extranea. Haec, quando bonos parit effectus, ut

Quid sit
locutio suc-
cessiva.

³ Castello int., mans. 6, cap. 9, v. med.; cfr. etiam mans. 7, cap. 4, v. fin.; Vita, cap. 25, a med. et cap. 30, v. med. — ⁴ Castello int., mans. 6, cap. 9, post med.

140. - ^{a)} S. Joannes a Cruce, *loc. cit.*, de visionibus intellectualibus loquens, expresse dicit: « Ista visiones pariter potest daemon in anima producere ».

^{b)} Fert italicus textus: « Poichè talvolta lo stesso nemico l'insinua per farsi credere ». Latine: « Quoniam interdum ipse daemon, ut sibi fides praestetur, haec insinuat ».

essent amoris aut humilitatis extraordinariae, esse potest speciale Dei lumen. Sed quando non videt augeri consuetum amorem, indicium est, eam esse intelligentiam proprii intellectus.

Formalis.

Formalis est, quando anima audit aliqua verba formata, sed extra se; et potest haec percipi vel auribus vel vi imaginativa vel intellectu. Haec, ut discernatur, utrum sit divina an diabolica, videndae sunt res quas exprimit aut faciendas imponit et effectus quos relinquit. Praecipue, si est divina imponitque opera patientiae, propriae abjectionis, aut quodvis aliud opus spirituale, relinquet facilitatem quamdam ad omnia toleranda, ad operandum et se humiliandum.

Substantialis.

Substantialis est eadem ac formalis, et solum differt in effectu; quoniam formalis aut instruit aut imponit; substantialis vero cito operatur id quod exprimit; ut, ex causa, si diceret: *Consolare; noli timere; dilige me*. Anima tunc in eodem temporis puncto remanet consolatione repleta, intrepida, aut amoris igne succensa.

Gradus illarum certitudinis.

Haec locutio caeteris omnibus est securior. Prima enim est valde incerta. Secunda, id est formalis, est multum suspecta, praesertim quando jubet res exsequendas. Unde director, si observat ea quae jubentur, esse christianae prudentiae opposita, debet ea omnino prohibere; si vero non sint prudentiae contraria, expedit, ut earum suspendat executionem, quousque deveniat in majorem securitatem, et multo magis, si res sint extraordinariae.

Norma pro direttore.

142. - Denique quod attinet ad *revelationes* rerum occultarum aut futurarum, ut scilicet mysteriorum fidei, status conscientiarum, praedestinationis animarum, mortis, promotionis ad aliquam dignitatem et his similia, hae possunt tripliciter haberi, nempe per visiones, per locutiones, et per intelligentias nudarum veritatum.

Quid agere debeat director.

In hujusmodi revelationibus debet director magnam adhibere prudentiam, nec sit nimis facilis ad credendum, et praecipue ad exsequendum, quando agitur

de certiorando aliquem ob notitiam in revelatione acceptam. Ante omnia jubeat animae, ne revelationem aliis indicet, et ipse cautissime semper procedat, immo utatur sapientiorum consilio, quoniam, ut plurimum, tales revelationes dubiae sunt et suspectae. Minus vero suspectae sunt intelligentiae simplicium veritatum circa mysteria, attributa divina, malitiam peccati, damnatorum infelicitatem et his similia. Haec quando sunt fidei conformia, dicit S. Joannes a Cruce¹ quod anima non debet illas quaerere; sed si ipsi concedantur, humiliter sunt ab ea accipiendae et non refutandae.

143. - Oritur hic Dubium: *utrum omnes istae species gratiarum et communicationum supernaturalium debeant rejici aut acceptari?*

Et distinguendum est, ut ait doctus quidam auctor, Pater Bernardus de Castelvetero², cum S. Joanne a Cruce et aliis. Gratiae illae, quae elongant a fide, ex eo quia consistunt in quibusdam notiis distinctis, ut sunt visiones, locutiones et revelationes: has oportet omni conatu rejicere. Sed illae ex opposito, quae sunt uniformes fidei, ut sunt notitiae confusae et generales, et tactus divini, qui uniunt animam Deo, non sunt rejiciendae; immo possunt humiliter expeti et desiderari, ut quis magis magisque Deo uniat et in suo sancto amore solidetur. — Hoc nihilominus intelligitur pro illis animabus, quae jam donantur similibus favoribus; quoniam pro aliis tutior via est desiderare et expetere tantummodo unionem activam, quae, ut diximus, est unio voluntatis nostrae cum divina voluntate.

Gratiae externae rejiciantur.

Gratiae contemplationis expeti possunt.

Limitatio.

Corollarium pro direttore,

Director igitur, quando ei occurrerit anima cum his communicationibus contemplationis aut caliginis aut unionis, non debet ei imponere ut eas rejiciat, sed ut humiliter et cum gratiarum actione recipiat. Semper vero utatur verbis, quae animam non omnino securam efficiant, sed relinquunt quemdam timorem, qui eam, etsi non conturbet, detineat vero in humilitate et ab omnibus alienatione. — Gratias autem quarundam notitiarum distinctarum, quae habentur per viam

¹ Salita del monte Carm., lib. 2, cap. 32, in med. —

² Direttorio mistico, lib. 2, part. 2, cap. 1, v. *Eccoti*

dunque. S. Joann. a Cruce, Salita, lib. 2, cap. 11, v. med.

visionum et his similium, ut superius diximus, jubeat confessarius constantissime recusari, semper tamen in spiritu humilitatis (et sine ullo contemptu, ut exspuendi in faciem, irridendi, etc., quod non licet, ut plures asserunt), et protestando coram Deo, se velle ei in pura fide servire.

et pro poenitente.

Caeterum ait S. Theresia ¹ quod quotiescumque anima sentit se suaviter accendi ad amorem erga Deum, habere debet communicationem tamquam divinam, non ideo ut credat se aliis meliorem, sed ut animum faciat ad perfectius coram Deo ambulandum. Ita enim agendo Deus efficiet, ut daemon, etiamsi iste aliquam partem haberet, victus remaneat et suis ipsis armis sibi damnificet.

Director interroget.

144. - Sed concludamus. - Director ergo 1° imponat animae, ut superius diximus, ut fideliter enarret omnes communicationes, quas habet in oratione, nulum tamen eas sciendi desiderium demonstret. Nec unquam aliis manifestet gratias supernaturales suae poenitenti concessas. Fiet enim, ut illi ejus precibus se commendent, eamque maximo superbiendi periculo exponant; vel si post hanc notitiam levissimum intueantur defectum, multum scandalizabuntur et eam in derisione habebunt.

Servet secretum.

2°. Non ostendat huic animae, talibus favoribus distinctae, particulare aliquod signum aestimationis, et multo minus mittat alias poenitentes ad petendum consilium ab ea, vel ad exposcendum solatium aut directionem. Potius ostendat minoris eam facere, quam alias animas quae ambulant per viam fidei, quoniam animae his favoribus ornatae, regulariter loquendo, semper et multum sunt humiliandae.

Potius animam humiliet,

sed etiam confortet.

3°. Si advertat, animam servare humilitatem atque timorem in istis divinis communicationibus, oportet eam adjuvare, immo et securam facere, quoties expe-

dire cognoverit. Dicit S. Theresia, quod anima nunquam movebitur ad magna pro Deo gerenda, nisi agnoverit se magna accepisse a Deo. Et quidem eadem Sancta, quando a S. Francisco Borgia et S. Petro de Alcantara fuit facta securior, dona quae ipsa acceperat esse vere divina, ex eo tempore ad perfectionem non amplius cucurrit, sed evolavit.

Nec miretur ob ejus defectus.

Neque ex eo quod cernit director animam identidem in aliquem defectum incidere (quoties defectus non sunt plene deliberati aut commissi cum adhaerentia et contemptu), reputare debet omnes hujusmodi communicationes pro mendaciis et illusionibus. Dominus tales gratias concedit non tantum animabus perfectis, sed aliquando etiam imperfectis, ea scilicet ratione, ut liberet eas a suis imperfectio- nibus et ad vitam perfectiorem extollat. Unde, quando dignoscitur quod per hujusmodi communicationes anima magis magisque se liberat a passionibus et proficit in amore divino atque in desiderio perfectionis, signum est quod illae sunt bonae.

Gratias externas parvipendat.

De reliquo, quando agitur de gratiis externis, ut sunt visiones, locutiones et revelationes, regulariter loquendo, ut diximus, tutius est ut director ostendat se parvi eas facere, dicendo id quod monuit S. Theresia e coelo post obitum suum cuidam personae religiosae: *Ne fidant animae visionibus et revelationibus particularibus. Ne collocent perfectionem in eis habendis. Licet enim aliquae ex eis sint verae, plures nihilominus sunt falsae et mendaces: et difficile est invenire unam veritatem inter plura mendacia* (quare plures sunt visiones falsae quam verae); *et quo avidius expetentur et in pretio habebuntur, eo magis persona aberrabit a fide et humilitate, quae est via tutior quam posuerit Deus* ^{a)}. Quare det ei consilium ut oret Deum, ut veram concedat extasim, scilicet totalem a rebus terrenis

¹ Vita, cap. 15, a medio et Castello interiore, mans. 6, cap. 9, in med. - S. Theres., Vita, cap. 10, versus med.; cap. 4, in med. et Castello interiore, mans. 4, cap. 3, init.

- S. Theres., de S. Francisco Borgia, cfr. Vita, cap. 24, versus med.; de S. Petro Alcantara, cfr. cap. 30, versus med.

144. a) - Haec revelatio, quam hic refert S. Alphonsus, reperitur ad verbum in editione Venet. (1739) operum S. Theresiae (tom. 2,

pag. 219). Deest tamen in hac editione sententia « et difficile est invenire unam veritatem inter plura mendacia ».

et a semetipsa alienationem, sine qua ad perfectionem nunquam valebit pervenire.

Animam stulte pertinacem humiliet ac terreat.

Quod si unquam director advertat, animam non esse bene fundatam in suae miseriae cognitione, et vellet pro certo tenere, quod suae communicationes sint divinae, et turbaretur audiendo quod director nollet eas credere uti tales, pessimum signum est. Signum est quod illae sint daemonis, ex effectibus qui observantur, scilicet adhaesionis superbiae; aut indicium est quod anima non bene ambulet, quoniam ipsa saltem dubitare deberet, quoties dubitat confessarius. Et ideo in hoc casu omnibus modis est humilianda et in timore detinenda, quantum fieri potest; et tunc, si nec etiam acquiescit, privet eam communione et severius mortificet, quia tunc in magno versatur periculo ne decipiatur a daemone.

Ultimum monitum pro praxi.

Denique director, etsi iudicaret redere animam certiolem, quod ejus communicationes sint a Deo, tamen ei insinuet, ut in oratione semper prae oculis habeat (saltem in principio) punctum aliquod vitae vel passionis Jesu Christi. Dicebat S. Theresia, animam, quae amittit directionem boni Jesu, nunquam perventuram ad perfectam cum Deo unionem^{b)}. Anima incipientes meditantur Domini passionem per modum discursus; contemplativae vero non utuntur discursu, sed proposito sibi mysterio aliquo admirantur bonitatem, misericordiam, amorem divinum, et hinc Deus facit eas transire, quando ei placuerit, ad contemplationem suae divinitatis.

§ III. - De mortificatione.

Anima incipiens vellet onerari mortificationibus.

145. - Quoad mortificationem oportet advertere quod, quando animae vitam spiritualem incipiunt, ex eo quod solet tunc Dominus, ut diximus, eas allicere consolationibus sensibilibus, in primo illo fervore vellent se interficere disciplinis, ciliciis, jejuniis et similibus exercitiis afflictivis.

Director aegre illas, permittat,

Interea oportet ut director sit parcissimus in hujusmodi mortificationibus con-

cedendis. Nam alias, superveniente inde tempore ariditatis, ut ordinarie solet accidere, facile anima, destituta suo pristino fervore sensibili, omittet omnes suas mortificationes et, incipiens inde diffidere, relinquet etiam orationem et vitam ipsam spiritualem utpote res minus sibi accommodatas et consequenter amittet omnia. Aliquando etiam accidit ut hae animae incipientes, ratione primi illius fervoris, sedent in res immoderatas, et incidant in morbos corporales, et tunc, ut reficiantur, omittunt omnia exercitia spiritualia, non sine ingenti periculo amplius ea non resumendi. — Ideo director curare debet, ut prius ipsae in vita spirituali solidentur, et postea, consideratis circumstantiis sanitatis, occupationum atque fervoris, concedat illis eas mortificationes externas, quas ipsis magis judicaverit convenire secundum christianam prudentiam.

antequam anima solidetur in virtutibus.

Dico: *secundum christianam prudentiam*; quoniam dantur aliqui directores adeo imprudentes, qui omnem animae progressum collocare videntur in onerando eam jejuniis, ciliciis, disciplinis sanguineis, adustionibus et his similibus. Alii vero omnes omnino mortificationes externas videntur reprobare tamquam inutiles spirituali progressui, totam perfectionem in interiori mortificatione collocando. Sed hi etiam errant ut primi, quoniam mortificationes corporales adjuvant internas, et sunt quodammodo necessariae (quando possunt exerceri) ad fraenandos sensus, et ideo legimus, ab omnibus sanctis plus minusve fuisse frequentatas.

Postea videtur exaggerationem ex utraque parte.

Verum quidem est quod mortificatio interior passionum est a poenitentibus potissimum exigenda; ut, ex. gr., esset, non respondere injuriis, non quaerere neque manifestare aliis, quae tendunt ad propriam aestimationem, cedere in contentionibus, aliorum voluntati condescendere (sed sine damno spirituali). Unde expedit aliquando, alicui animae prohibere omnes mortificationes externas, quousque se sentiat liberam ab aliqua passione magis dominante, ut vanitatis, ran-

Mortificatio interior, quidem potissima.

^{b)} S. Theresia, *Castello inter., mans. 6, cap. 7, v. fin.*, sic loquitur: Ne optimam conversationem deseramus boni illius Jesu

ejusque sanctissimae Matris... eo magis quod dulcedines [supernaturales] non ita sunt ordinariae ut totum insumant tempus ».

coris, cupiditatis rerum hujus mundi, aestimationis propriae aut propriae voluntatis. Sed absolute asserere, mortificationes externas nihil aut parum prodesse, maximus error est. Dicebat S. Joannes a Cruce, ei qui reprobat poenitentias, nullam praestandam esse fidem, etiamsi miracula perpetraret.

Sed exterior, valde utilis.

Director exigit obedientiam.

146. - Ab initio ergo director ante omnia injungat poenitenti, ut nihil umquam faciat contra aut sine ejus obedientia. Qui contra obedientiam poenitentias agunt, inquit S. Joannes a Cruce: *Hi magis progrediuntur in vitiis quam in virtutibus.*

Sensim mortificationes concedat,

Sit quoque, ut dixi, valde parcus in concedendis hujusmodi mortificationibus, quamvis id importunius efflagitent poenitentes. Satis erit ab initio eis concedere aliquam tenuem, sed raram mortificationem, ut disciplinam, catenulam ferream, abstinentiam, potius ad ingerendum in eorum animis mortificationis desiderium, quam ad eos, ut convenit, mortificandos; et postea processu temporis poterit liberalius agere juxta progressum, quem anima faciet in virtutibus. Quando enim illa erit in spiritu solidata, non poterit ei sine scrupulo opportunas mortificationes denegare.

duplicem regulam servando.

Caeterum, ordinarie loquendo, generalem hanc regulam sibi proponat, nunquam scilicet concedendi mortificationes externas, nisi prius requisitus, quia hae non multum prosunt, si absque magna appetentia recipiantur: et quoties concedit, semper minus quam postulatur concedat et potius, ut inquit Cassianus, excedat in denegando quam in concedendo ^{a)}.

Quid de mortificatione gulae,

Praecipue curet suadere mortificationem externam circa gulam, cujus quaedam animae spirituales non admodum sunt amantes. Haec revera est omnium durissima, sed utilissima spiritui et saepe

etiam corpori. Dicebat S. Philippus Neri: *Qui non coercesit gulam, nunquam perveniet ad perfectionem.* — E contrario sit parcus in concedendis mortificationibus somni, quoniam hae facile tum corporis tum spiritus saluti sunt nocivae. Sublato enim somno sufficienti patitur caput, et languente capite remanet persona inhabilis ad meditandum et ad caetera alia exercitia devotionis.

et de mortificatione somni.

Quamcumque vero mortificationem concesserit poenitenti, ut omnem illi auferat superbiendi occasionem, persuadeat illi, hoc nihil prorsus esse respectu ejus quod sancti fecerunt, et respectu poenarum, quas pro nobis perpessus est Jesus Christus. Dicebat S. Theresia: *Totum est immunditia, quidquid agere possimus in comparatione unius sanguinis guttae quam Dominus effudit pro nobis.*

Semper animam humiliet.

Meliores mortificationes, utiliores et periculis minus obnoxiae sunt negativae, ad quas faciendas, regulariter loquendo, non est necessaria obedientia directoris, ut esset: privare se visione aut auditione rerum curiosarum, loqui parce, contentum esse cibis gustui minus acceptis seu male conditis, non accedere ad ignem tempore hiemis, eligere pro se res viliores, exultare et laetari deficientibus quibusdam rebus etiam necessariis; quoniam in hoc consistit virtus paupertatis, ut ait S. Bernardus: *Virtus paupertatis non est paupertas, sed amor paupertatis.* Insuper non queri de incommodis temporum, de contemptu sui ipsius, de persecutionibus molestisque infirmitatum corporis. Scalpro cruciatuum et dolorum perficiuntur lapides Jerusalem coelestis. Dicebat Sancta Theresia: *Credere, quod Deus admittat in suam amicitiam gentem commoditatis amicam, dementia est. Animae quae vere diligunt Deum, nesciunt quietem expetere.*

Meliores mortificationes sunt negativae.

S. Joann. a Cruce, Avvisi e sentenze, § 11 (n. 340). — S. Joann. a Cruce, Avv. e sent., § 7 (n. 259) et cfr. Notte oscura, lib. 1, cap. 6, init. — S. Philipp. Ner., Bacci, in ejus Vita, in f., documenti spir. di S. Filipp., v. f. —

S. Theres., Vita, cap. 35 (al. 39), v. med. — S. Bernard., epist. 100 ad quemdam episc. (Migne, Patr. Lat., tom. 182, col. 235). — S. Theres., Cammino di perf., cap. 18, init.; et Fondaz., cap. 10 (al. 5) ante med.

146. - ^{a)} Hanc sententiam explicitam nunquam habet Joannes Cassianus; sed, loquens specialiter de jejuniis, ita saepe moderationem inculcat ut tamquam corollarium ejus doctrinae erui possit. Cfr. suas *Collationes*, collat. 2,

cap. 23 (Migne, Patr. Lat., tom. 49, col. 554), cap. 17 (Migne, loc. cit., col. 550), et collat. 21, cap. 22 (Migne, loc. cit., col. 1195); item, de *Coenobior. institutis*, lib. 5, cap. 8 (Migne, loc. cit., col. 223) et cap. 41 (Migne, loc. cit., col. 266),

147. — Hic oritur dubium. — Evangelium in quodam loco ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est* (Matth. v, 16). In alio loco dicit: *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (Matth. vi, 3).

Quaeritur ergo: *utrum actus virtutis sint manifestandi aliis vel occultandi?*

Et respondetur distinguendo: Opera *communialia*, ad virtutem christianam necessaria, exerceri debent palam: ut esset frequentia sacramentorum, oratio mentalis, visitatio Venerabilis, audire Missam genibus flexis et cum interiori spiritus recollectione; deferre oculos modestos, silentium in ecclesia servare, dicere: *Volo sanctus evadere*, fugere garrulitatem, conversationes periculosas, curiositates et his similia. — Opera vero, quae dicuntur *supererogationis extraordinariae* et quae sapiunt singularitatem, ut supra enarratae poenitentiae externae ciliciorum, flagellorum, orationis cum brachiis in crucem expansis, comestionis herbarum amararum, suspiriorum, fletus tempore orationis, etc., occultari debent, quantum possibile est. — Reliqua vero opera virtutis, ut ministrare infirmis, erogare elemosynam pauperibus, humiliare se facienti injurias, et similia, haec melius erit occultare, quantum fieri potest: sed si forte exerceri nequeant nisi publice, non debent praetermitti, dummodo fiant tantum intuitu placendi Deo.

§ IV. — De frequentia sacramentorum.

148. Tandem dicenda sunt aliqua de modo quo confessarius dirigere debet animas spirituales circa frequentiam sacramentorum, scilicet confessionis et communionis.

Paul. Barisoni, Lettera ad una signora... [sulla] frequenza del SS. Sacram., cap. 1, in f. et cap. 5, init. (edit.

Quod spectat ad *confessionem*, expedit ipsis insinuare, ut generaliter de suis peccatis confiteantur, si adhuc non fecerint; quia si forte jam fecerint, vel si anima esset scrupulis agitata, oportet omnino confessionem hanc prohibere. — Quoad vero confessionem ordinariam, quaedam animae delicatioris conscientiae consueverunt quotidie confiteri; sed, generaliter loquendo, sufficet personis spiritualibus, praesertim scrupulosis, confiteri semel aut ad summum bis in hebdomada. Sed quando aliqua ex istis gravaretur aliqua culpa levi, et non haberet opportunitatem confitendi, dicit Pater Barisoni in suo tractatu de communione, innixus auctoritati S. Ambrosii ^{a)} et complurium aliorum AA. (quod etiam suadet S. Franciscus Salesius in quadam sua epistola ^{b)}), quod non ideo omittere debet communionem. Ad remissionem enim venialium, docet sacrum concilium Tridentinum, esse quoque alia media, ut essent actus contritionis et amoris. Unde melius tunc est ad purificandam animam a culpa illa, uti istis mediis, quam privari communionem propter absentiam confessarii. Et sapiens quidam dicebat, quod aliquando longe fructuosius est pro quibusdam animabus timoratis, disponere se ad communionem actibus suis, quam cum ipsa confessione. Et multoties accidit, quod tunc anima se disponat actibus ferventioribus contritionis, confidentiae et humilitatis.

149. — Quoad vero *communione*, non loquimur hic de obligatione pastorum animarum non negandi communionem cuicumque subdito qui non sit publice peccator et quoties rationabiliter petat. Satis de hoc egimus in Libro (*Lib. VI, n. 254*), in quo vidimus, Innocentium XI in quodam suo decreto ordinasse, usum communionis frequentis totum remitti prudentiae confessariorum; unde sine evi-

Neapol. 1632). — *Conc. Trid.*, sess. 14, de Poenit., cap. 5. — *Innoc. XI*, S. C. C. decret. *Cum ad aures*, diei 12 Febr. 1679.

148. ^{a)} — Barisoni citat *lib. 5, de Sacramentis, cap. 4*. Sed hoc opus perperam S. Ambrosio attribuitur. Cfr. Migne, *Patr. Lat.*, tom. 16, col. 413. Ceterum auctor hujus operis, *lib. 5, cap. 4, n. 25* (Migne, *loc. cit.*, col. 452) solum innuit sententiam de qua agitur.

^{b)} S. Franciscus Salesius in epistola, cui, verosimiliter alludit S. Alphonsus, nempe, in epist. ad Dominam Brulart (epist. 831, edit. Paris. 1839) utique dicit actum contritionis supplere confessionem venialium; ast in hoc loco tractat de confessione facta sine respectu ad communionem.

Opera communialia palam exercantur.

Extraordinaria et singularia occultentur.

Alia modo occultentur, modo manifestentur.

Confessio generalis interdum suadenda.

Confessio ordinaria quoties fieri debet.

Communio non omnibus ob venialia non confessanda.

Parochi negare nequit communionem.

denti causa nescio quomodo parochi possint tuta conscientia denegare petentibus communionem. Et notandum est quod in praefato decreto prohibetur episcopis praescribere in genere suis subditis dies ad faciendam communionem. — Sed loquimur hic dumtaxat de modo, quo confessori debent se gerere in concedenda communionem suis poenitentibus ^{a)}.

In hoc quidam errant ob nimiam indulgentiam, alii ob nimium rigorem. — Non est dubium, quin error sit, ut advertit Summus Pontifex Benedictus XIV, in aureo suo libro *de Synodo*, concedere communionem frequentem ^{b)} iis qui saepe in peccata gravia labuntur, nec solliciti sunt de agenda poenitentia ac de sua emendatione; aut iis qui accedunt ad communionem cum affectu ad peccata venialia deliberata sine ullo desiderio se ab eis liberandi ^{c)}. Expedit quidem, aliquando concedere communionem aliquibus qui essent in periculo labendi in peccata lethalia, ut vires recipiant ad resistendum. Sed respectu earum personarum,

quae non existunt in tali periculo, et e contra committunt ordinarie peccata venialia deliberata, et nulla in eis emendatio neque desiderium emendationis effulget, optimum erit non permittere eis communionem plus quam semel in hebdomada. Immo poterit expediens esse, illis aliquando per integram hebdomadam communionem interdiceret, ut majorem concipiant horrorem in suos defectus, et majorem erga sacramentum hoc reverentiam. Tanto magis quod sententia communior tenet, recipere Eucharistiam cum peccato levi actuali aut cum affectu ad ipsum, novam esse culpam ratione irreverentiae, quae irrogatur sacramento (*Lib. VI, n. 270*) ^{d)}.

Quidam afferunt decretum S. Anacleti, *can. Peracta 10, dist. 2, de consecratione*, in quo habetur: *Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus; sic enim et Apostoli statuerunt, et sancta Romana tenet ecclesia*. Sed imprimis negatur a Patre Suarez et aliis, quod unquam fuerit

Suarez, de Euch., disp. 69, sect. 3, v. *Ad secundum* et disp. 70, sect. 2, v. *Dico 1* (edit. Venet. 1747).

149. — ^{a)} Doctrina hic a S. Alphonso tradita, hodie immutanda vel explicanda est juxta decretum S. C. Conc. *Sacra Tridentina Synodus*, diei 20 Dec. 1905, quod reperies *lib. 6, n. 254*, not. *a*. Ut autem quis dijudicet quantum, pro suo tempore, indulgentissimus fuerit S. Doctor in concedenda frequenti communionem, referre juvat quae, an. 1764, Neapoli scribebat De Meo, *Confutaz. ... di Cipriano Aristasio sopra la freq. com.*, § 36, n. 22: « Inter mille laicos, ne unum quidem invenies qui quotidie communicet. Si Neapolim excipias, vix ac ne vix quidem tres aut quatuor reperies in alia regni civitate, qui hoc faciant; et hujusmodi civitates sunt paucissimae. Hic adde quod ii qui sic communicant, a communionem abstinere uno die infra hebdomadam ». Nil mirum proinde doctrinam alphonsianam iram commovisse auctorum jansenistarum, quos pluries debellavit S. Doctor, *Risposta apolog.* (Rom. 1762); (Neap. 1764); *Breve aggiunta sulla mat. della com. freq.* (Neap. 1765).

^{b)} Quid intelligeret S. Alphonsus per communionem frequentem saepius ipse declaravit: Communionem quotidianam appello illam quae fit quotidie; frequentem quae pluries fit in hebdomada... ego vero hebdomadariam neutiquam pro frequenti habeo ». *Risposta apolog., in med.* (Rom. 1762).

^{c)} Benedictus XIV, *de Synod., lib. 7, cap. 12, n. 9*, sic loquitur: « Monendi sunt confessori, ne frequentem ad Eucharistiam accessum iis, aut suadeant aut permittant, qui in gravia peccata saepe labuntur, nec de poenitentia peragenda, suaque vita emendanda sunt solliciti, sicuti nec illis qui, etsi gravia evitent crimina, voluntatem habent venialibus inhaerentem ». Liqueat igitur S. Alphonsus e suo penu addidisse « *sine ullo desiderio se ab eis liberandi* »; quod eum ostendit magis propensum ad concedendam frequentem communionem. Jamvero si haec Alphonsi verba conferantur cum dictis ab ipso, *lib. 6, num. 270*, « ipsa voluntas recipiendi Eucharistiam et ejus effectum est quaedam virtualis venialium detestatio », concludere fas est *principia* alphonsiana de frequenti aut quotidiana communionem non longe abesse a normis decreti *Sacra Tridentina Synodus*.

^{d)} Haec scripsit S. Doctor an. 1755. Sed postea hanc sententiam immutavit in *Istruz. e Prat., cap. 15, n. 7* (an. 1757) ubi sic loquitur: « Si quis communicaret cum affectu actuali ad aliquod veniale, tunc non peccat ». Quare in eadem *Istruz., append. 1, n. 29*, ubi exscribitur *n. 149* hujus nostrae *Prax*, B. Doctor sic hunc locum reformavit: « *Tanto più ch'è sentenza di molti che il communi-*

tale Apostolorum praeceptum. Secundo, decretum istud, ut Glossa ibidem testatur et Catechismus Romanus ¹, non obligabat omnes fideles, sed tantum ministros assistentes altari. Et tandem posito quod decretum obligaret omnes, certum est, hodie in desuetudinem abiisse.

Error est communionem frequentem negare quia frequens est.

150. — E contrario errant certe quidam alii directores, et multum se elongant a spiritu Ecclesiae, dum sine ullo respectu ad exigentiam aut progressum animarum negant indiscriminatim communionem frequentem, non alia ratione ducti, quam quia frequens est. — Ipse Catechismus Romanus ², explicans desiderium s. concilii Tridentini, ut omnes sacrificio Missae adstantes communicent, docet, esse officium parochi, sedulo hortari fideles ad communionem non modo frequentem, sed etiam quotidianam, cum obligatione instruendi illos, quod, sicut corpus, ita et anima eget quotidiano alimento.

Probatur ex Catechismo Romano.

Praetermitto hic afferre sanctorum Patrum et magistrorum spiritualium auctoritates omnino conformes, quoniam hae reperiuntur annotatae in tot libris, qui tractant de frequenti communione.

Ex auctoritate Ecclesiae et Patrum.

Sufficiat scire ex Catechismo Romano ³, et ex decreto Innocentii XI, relato in nostro Libro (*Lib. VI, n. 254*), quod frequens communionis usus, immo quotidianus fuit semper ab Ecclesia et ab omnibus Patribus approbatus, qui, ut demonstrat doctus quidam auctor, quoties adverterunt friggere usum communionis quotidianae, omnem diligentiam adhibuerunt ad illum redintegrandum. — Et in tertia synodo Mediolanensi, habita sub S. Carolo Borromeo, injunctum fuit parochis exhortari fideles in concionibus ad hanc frequen-

Ex tertia synodo Mediolanensi.

tiam communionis; et insuper impositum fuit episcopis provinciae, ut prohiberent concionari et severius punirent eos qui oppositum disseminarent, tamquam scandalorum satores et totius Ecclesiae sensui contradicentes. — Insuper in praefato decreto Innocentii imponitur episcopis, ut diligentissime caveant ne alicui communicatio denegetur, etiam quotidiana, et quaerant, ut par est, in suis subditis hanc alere devotionem.

Ex decreto Innocentii XI.

Fatentur ultro quidam spiritus rigidiores, licitam quidem esse communionem quotidianam, sed dicunt, requiri ad hoc debitam dispositionem.

Sed scire ab ipsis desideramus, quidnam intelligant hoc nomine *debitae dispositionis*. — Si intelligunt *dignam*, equis unquam deberet amplius ad Eucharistiam accedere? Solus Jesus Christus digne Eucharistiam sumpsit, quia solus Deus digne Deum potuit recipere. — Si vero *convenientem* dispositionem intelligunt, jam superius dictum est quod iis qui actualia habent peccata venialia aut affectum ad illa, sine desiderio emendationis, aequum est, frequentem communionem denegare. Sed si postea loquamur de illis qui, sublato jam affectu etiam ad venialia, et, superata majori parte pravarum suarum inclinationum, magnum communicandi desiderium habent, ait S. Franciscus Salesius ⁴, quod hi, praevio sui directoris consilio, recte possunt communicare quotidie. Et S. Thomas ⁵ docet quod, quando anima aliqua experitur, beneficio communionis se crescere in amore divino, nec imminui reverentiam in sacramentum, non debet abstinere a communione etiam quotidiana. En ipsa

Glossa, in can. *Peracta*. — ¹ Part. 2, de Sacram. Euch., num. 60, (edit. Patav. 1698). — ² Loc. cit., num. 59. — *Conc. Trid.*, sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 6. — ³ Loc. cit., n. 60. — *Innoc. XI*, seu decr. S. C. Conc., *Cum ad aures*, diei 12 Febr. 1679. — *S. Carol. Borr.*, Acta Eccl. Mediol.,

part. 1, conc. Prov. 3, § De iis quae ad S. Euch. pertin., v. *Ad saluberrimum*. — *Innoc. XI*, seu decretum S. C. C. *Cum ad aures*, diei 12 Febr. 1679. — ⁴ *Introd. à la vie dév.*, part. 2, chap. 20, in f. — ⁵ In 4, dist. 12, qu. 3, art. 1, ad 2^{am} qu.

carsi coll'affetto al peccato veniale sia nuova colpa per ragione dell'irreverenza al Sacramento; benchè noi abbiamo tenuto l'opposto, al cap. 15, n. 7 ». Quod latine sonat: « Eo magis quod sententia multorum tenet, recipere Eucharistiam cum affectu ad peccatum veniale novam esse culpam, ratione irreverentiae quae irrogatur Sacramento; quamvis nos oppositum tenuimus, *cap. 15, n. 7* ». Et

hanc immutationem fecit in *Hom. Apost.*, *tr. 15, n. 7* (an. 1759); item in *Confessore diretto*, *cap. 14, n. 6* (an. 1764). Unde quae super hac quaestione scripsit, an. 1755, hic in *Prax.* et in *Theologia mor.*, *lib. 6, num. 270*, juxta illam immutationem reformanda sunt. Quod si neque ista immutatio facta fuerit a S. Doctore in *Hom. Apost.*, *append. 1, num. 29*, certe oblivioni tribuendum est.

S. Doctoris verba: *Si aliquis experimentaliter cognosceret, ex quotidiana sumptione fervorem amoris augeri, et reverentiam non minui, talis deberet quotidie communicare.*

Communiono quotidiana commendatur a S. Doctore.

151. - Et quamvis aliquo die a communione abstinere sit etiam virtus, tamen inquit Pater Granada in suo tractatu de communione, esse communem DD. opinionem, quod melius sit accedere quotidie ad communionem ob amorem, quam abstinere ob reverentiam.

Et hoc confirmat idem S. Thomas¹ dicens: *Et ideo utrumque pertinet ad reverentiam hujus sacramenti, et quod quotidie sumatur, et quod aliquando abstinetur... Amor tamen et spes, ad quae semper Scriptura nos provocat, praeferuntur timori.* Immo recte ait Pater Barisoni, quod ille qui ad Eucharistiam accedit cum desiderio crescendi in amore divino, etiam reverentiae actum exercet erga Jesum Christum. Immo hic facit actum positivum, quando ille qui abstinet, facit tantummodo negativum.

Plures Sancti, qui magnam erga hoc sacramentum reverentiam habuerunt, non abstinuerunt a quotidiana communione: ut consueverunt S. Gertrudis, S. Catharina Senensis, S. Theresia, B. Joanna de Chantal et alii. Et asserentibus, hodie non amplius existere has S. Theresias, recte reponit idem Pater Barisoni, temeritatem hanc esse supponere, quod hodie manus Domini sit abbreviata. Ven. Pater Magister Avila non dubitat dicere quod illi, qui damnant eos qui saepius ad Eucharistiam accedunt, daemonis officio funguntur.

152. - Caeterum considerando relatas doctrinas, videtur non posse director, sine scrupulo, negare communionem frequentem et etiam quotidianam (excipe ordinarie loquendo unum diem in quavis hebdomada, ut facere solent prudentes

¹ *Granad.*, Tr. de S. Euch. Sacram., cap. 2, v. med., et cap. 8, v. med., et cfr. Memorial. vitae christ., lib. 3 (al. part. 1, tr. 3), cap. 10, in f. (edit. lat. Colon. 1626). — ¹ 3^a P., qu. 80, art. 10, ad 3. — *Baris.*, Lettera... sulla

aliqui directores, et excipe tempus illud quo privare velint poenitentem communionem ad probandam ejus obedientiam aut humilitatem aut ob aliquam aliam justam causam) animae eam desideranti ut proficiat in divino amore; semper vero ac illa, vivendo alienata ab affectu cujuscumque culpae venialis, incumbit insuper multum orationi mentali et conatur tendere ad perfectionem, et amplius non labitur in peccata etiam venialia plene voluntaria. Haec enim, ut ait S. Prosper, est perfectio quae potest in hac vita haberi, attentata humana fragilitate^{a)}.

Et quando confessarius utile esse cognoverit, concedere communionem frequentem similibus personis, inquit Innocentius XI in suo decreto, nihil ob stare quod sint etiam negotiatores et conjugati. En ejus verba: *Frequens (ad Eucharistiam) accessus... confessariorum... judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate et frequentiae fructu et ad pietatem processu laicis negotiatoribus et conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis praescribere debent.*

153. - Et quamvis anima aliqua caderet aliquando in veniale peccatum voluntarium ob meram fragilitatem, sed cito postea doleret emendationemque proponeret; si deinde communionem desideraret ad robur accipiendum a sacramento ne cadat et ad progrediendum in via perfectionis, quam de causa ei esset deneganda communio?

Damnata jam fuit ab Alexandro VIII propositio 22 Bajae, quae dicebat: *Sacri legi sunt judicandi, qui jus ad communionem percipiendam praetendunt, antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint.* Et propositio 23: *Similiter arcendi sunt a sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus et omnis mixtionis expers.*

Communiono quotidiana dari potest etiam imperfectis.

Probatur ex duabus propositionibus damnatis.

freq. del SS. Sacram., cap. 5, v. med. — *Baris.*, op. cit., cap. 3, v. fin. — *B. Joannes Avila*, Trattati del SS. Sacram. dell'altare, tr. 27, in f. (edit. Rom. 1608). — *Innoc. XI*, seu decret. S. C. Conc. *Cum ad aures*, diei 12 Febr. 1679.

152. - ^{a)} Hanc sententiam in operibus S. Prosperii reperire nequivimus. Aliquid

tamen simile habet in *Exposit. psalm. 103, v. 18* (Migne, *Patr. Lat.*, tom. 51, col. 293).

Ex Tridentino.

Sacrum concilium Tridentinum vocabat hoc sacramentum: *Antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur.* Et quidem ad hunc finem praeservandi animam a recidendo, Apostoli communionem quotidianam primitivis christianis concedebant, inter quos sine ullo dubio reperiebantur similiter imperfecti, et fortasse imperfectiores, ut arguitur ex epistolis S. Pauli et S. Jacobi.

Ex liturgia.

Sancta Ecclesia in postcommunione Dominicae XXIV post Pentecosten orat: *ut... quidquid in nostra mente vitiosum est, [hujus sacramenti] medicationis dono curetur.* Ergo communio fuit instituta etiam pro imperfectis, ut virtute hujus cibi sanentur.

Ex auctoritate S. Francisci Salesii,

Notandum insuper est id quod S. Franciscus Salesius in sua Philothea¹, in hoc proposito dicit: *Si mundani quaerunt a te, cur tam frequenter communices, responde illis... quod duplex personarum genus debet saepius communicare, perfecti scilicet et imperfecti: perfecti... (ut se in perfectione conservent); imperfecti ut ad perfectionem valeant pervenire. Fortes, ne debiles fiant; debiles, ut fortes evadant; infirmi, ut curentur; bene valentes, ne infirmentur. Et quod ad te attinet, utpote imperfectam, debilem ac infirmam, eges... (frequenti communione). Dic illis quod ii qui mundanis negotiis non sunt implicati, debent saepius communicare, quia habent opportunitatem; qui vero hujusmodi negotiis detinentur, quia egent communione.* Denique Sanctus concludit, dicens: *Accede saepius, o Philothea, ad Eucharistiam, immo quam saepissime, consilio tui directoris, et crede mihi, quod lepores in nostris montibus albi evadunt non alia ratione, nisi quia non vident*

nec edunt nisi nivem: et tu comedendo... puritatem in hoc sacramento, tota... pura evades.

Item Pater Granada in suo tractatu de communione ait: *Non debet homo recedere ab hoc sacramento ob propriam indignitatem. Pro pauperibus enim relictus est hic thesaurus, et pro infirmis haec medicina.* Itaque nemo (subdit), *quantum imperfectum se noscat, debet se longe ab hoc remedio tenere, si vere curari desiderat.* Immo ait idem auctor supra laudatus, quod, quanto magis quis se debilem noscit, tanto magis ad hunc cibum fortium debet accedere: quod valde consonat cum eo quod inquit S. Ambrosius²: *Qui semper pecco, debeo semper habere medicinam* ^{a)} et S. Augustinus: *Quotidie peccas, quotidie sume* ^{b)}.

et aliorum auctorum.

154. - Adde, quod S. Thomas³ docet, effectum sacramenti, quantum ad augmentum gratiae, non impediri a peccatis venialibus, dummodo non committantur in ipsa communione: et quamvis haec impediant in parte, non tamen in toto effectum sacramenti impediunt. Hanc sententiam communiter tenent Sotus, Suarez, Valentia, Vasquez, Coninck et plures alii apud Salmant. (*Lib. VI, n. 270, Qu. 2*).

Ex duplici ratione.

Insuper tenent plures graviore auctores (*Lib. VI, n. 269, v. Effectus 2*), hoc sacramentum ex opere operato remittere peccata venialia, de quibus anima actualement complacentiam non habeat. Atque hoc concordat cum eo quod ait Catechismus Romanus⁴: *Remitti vero Eucharistia et condonari leviora peccata, quae venialia dici solent, non est quod dubitari debeat. Quidquid enim cupiditatis ardore anima amisit... totum Eucharistia, eas ipsas minores culpas abstergens, restituit.* Saltem, ut ait Angelicus⁵ cum

Conc. Trid., sess. 13, de Euchar., cap. 2. — ¹ *Introd. à la vie dév.*, part. 2, cap. 21, in med. — *Granad.*, Memorial. vitae christ., lib. 3 (*al. part. 1, tr. 3*), cap. 4, v. f. et cfr. cap. 10, v. f. — ² *De Sacramentis*, lib. 4, cap. 6, n. 28; Migne, *Patr. Lat.*, tom. 16, col. 446. — ³ *3^a P.*, qu. 79, art. 8. — *Sotus*, in 4, dist. 11, qu. 2, art. 8, concl. 3 (edit. Venet.

1584). — *Suar.*, de Euch., disp. 63, sect. 3, v. *Dico 1 et 2*. — *Valent.*, in *3^a P.*, disp. 6, qu. 7, punct. 3, v. *Sed contraria* (edit. Venet. 1608). — *Vasq.*, in *3^a P.*, disp. 206, cap. 2 (edit. Lugd. 1631). — *Coninck* de Sacram., qu. 79, n. 59 (edit. Lugd. 1634). — *Salmant.*, Tr. 4, de Euch., cap. 7, n. 21. — ⁴ *Part. 2. de Euchar.*, n. 51. — ⁵ *3^a P.*, qu. 79, art. 4, corp.

153. ^{a)} Jam notavimus, n. 148, not. a, hoc opus de *Sacramentis* perperam attribui S. Ambrosio.

^{b)} S. Alphonsus hic citat, *lib. 5, de Sacram.*, cap. 4; et revera haec sententia habe-

tur (saltem implicite) in quodam sermone suppositio S. Augustini, ubi ad verbum exscribitur opus de *Sacram.*, lib. 5, cap. 4. Cfr. Migne, *Patr. Lat.*, tom. 39, col. 1907 et tom. 16, col. 452.

communi, excitatur per communionem actus charitatis, quo inde peccata remittuntur: *Qui* (actus charitatis) *excitatur in hoc sacramento, per quem peccata venialia solvuntur.*

155. - Quod si postea dignoscatur, non obstante frequentia communionis, animam nihil proficere in via perfectionis, neque se emendare a culpis deliberatis, licet venialibus, ut si adhaeret etiam voluptatibus sensuum in videndo, audiendo, edendo, cum aliqua vanitate vestiendo: tunc videtur certe consilium esse restringendi usum communionis, etiam ut serio cogitare incipiat de sua emendatione, et suae spirituali perfectioni consulere.

Ad communionem non requiritur devotio sensibilis,

Caeterum advertendum est quod, licet juxta S. Thomam¹, ut possit quis ad communionem accedere, *requiritur ut cum magna devotione... accedat*, nihilominus non est necessarium ut illa sit summa vel aperte sensibilis. Sufficiet directori detegere in intimo voluntatis sui poenitentis quamdam alacritatem ad exsequenda quaecumque Deo placuerint. Qui a communione abstineret, quia non sentiret in se magnum quemdam fervorem, inquit doctus Gerson, esset comparandus illi, qui nimis frigescens nollet ad ignem accedere, quia nullum in se experitur calorem. Unde docet Pater Granada cum Cajetano^{a)}, personas pusillanimes, quae ob immoderatum timorem suae indignitatis communionem omittunt, magnum suo proprio progressui inferre praejudicium.

neque sensibilis profectus in amore.

Neque ad proseguendas communionem, inquit S. Laurentius Justinianus, oportet ut anima sentiat aut aperte in se discernat augmentum fervoris, quoniam non raro hoc sacramentum operatur absque eo quod nos ipsi animadvertamus. Et S. Bonaventura^{b)} inquit: *Licet... tepide, tamen confidens de misericordia Dei fidu-*

cialiter accedat, quia, qui se indignum reputat, cogitet, quod tanto magis aeger necesse habet requirere medicum, quanto senserit se aegrotum... Nec ideo quaeris te jungere Christo, ut tu eum sanctifices, sed ut tu sanctificeris ab illo. Et postea subdit: *Nec propterea praetermittenda est sacra communio, si quandoque non sentit homo specialem devotionis gratiam, cum se ad illam praeparare studet, vel cum in ipsa perceptione, vel post, forte minus devotum se sentit, quam vellet.* Ergo bene sentit Sanctus, quod, etsi anima experiretur minorem devotionem post susceptam Eucharistiam quam antea, nec etiam debeat eam omittere.

Quapropter, quemadmodum, quando anima sentit se maximopere ad communionem inclinatum, expedit identidem eam mortificare, communionem differendo (praesertim si advertatur quod per illam prohibitionem turbetur; hujusmodi enim contristatio est argumentum superbiae, quae eam vere reddit indignam); ita ex opposito, quando sentit in se ariditatem et taedium ad Eucharistiam suscipiendam, expedit tunc illam saepius ad communionem impellere, ut a sacramento vires acquirat.

O utinam, concludo, o utinam et in mundo plures animae hujusmodi invenirentur (quae a nonnullis ultra quam convenit rigiditati addictis irreverentes et temerariae vocantur), quae odio habentes etiam culpas leviores, expeterent communicare, non modo frequenter, sed etiam quotidie, cum vero desiderio se emendandi et in divino amore proficiendi! Si enim hoc esset, longe plus in mundo Jesus Christus diligeretur.

Bene experientia demonstrat omnibus his qui dirigendarum animarum munus exercent, ut et ego expertus sum, valde quidem proficere personas illas quae recto

¹ 3^a P., qu. 80, art. 10, corp. — Gerson, super Magnificat, tr. 9, partitio 3, v. *Contemplabatur tales.* — Granada, Tr. de Euchar., cap. 7; et Memorial. vitae christ.,

lib. 3 (al. part. 1, tr. 3), cap. 5 in f. et cap. 12, in f. — S. Laur. Just., De disciplina et perfectione monasticae conversat., cap. 19, v. f. (edit. Venet. 1721).

155. - ^{a)} Id apud Cajetanum invenire non potuimus.

^{b)} Textus hic relatus reperitur utique loco a S. Alphonso citato, nempe, *de Profectu religiosor., cap. 77, in f.* (in edit. Lugd. 1668).

Ast, ut notarunt editores criticae editionis operum S. Bonaventurae (Ad Claras Aquas [Quaracchi], 1898, tom. 8, pag. XCV), hic liber falso attribuitur Doctori Seraphico, nam auctorem habet Davidem ab Augusta.

cum desiderio ad communionem accedunt, et Dominum mirum in modum eas ad suum amorem pertrahere, quamvis saepe hoc eis non manifestet pro majori earumdem bono: quin et multoties eas relinquit in tenebris et desolatione et sine ulla devotione sensibili. Animabus istis, ut docent S. Theresia et B. Henricus Suso; nullum efficacius est remedium quam frequens communio.

Unde, ut concludamus, curet confessarius communionem suadere, quoties anima verum desiderium demonstret et quoties advertat eam in spiritu proficere beneficio communionis ^{c)}.

Curet etiam insinuare, ut post communionem immoretur in gratiarum actione pro eo tempore quo potest ^{d)}. Paucissimi sunt directores, qui sedulo id faciunt; scilicet inculcare suis poenitentibus, ut per aliquod notabile tempus post susceptam Eucharistiam gratias agant. Et ratio est, quia paucissimi sunt sacerdotes, qui post Missae sacrificium cum Jesu Christo in gratiarum actione subsistant; et ideo pudet eos aliis insinuare quod ipsi non faciunt. — Gratiarum actio ordinarie per integram horam durare deberet; fiat saltem per dimidiam, in qua anima in amando et petendo se exercent. Ait S. Theresia, quod post communionem Jesus exsistit in anima tamquam in throno misericordiae, ut illi gratias elargiatur, dicens: Quid vis, ut tibi faciam? Et alibi: *Post communionem non amittamus tam praeclaram opportunitatem negotiandi. Non solet sua divina Majestas male rependere hospitium, si bene in anima excipiat.*

Insinuet etiam, ut saepius spiritualiter communicet: quae res valde a Tridentino concilio commendatur. *Spiritualiter communicare*, inquit S. Theresia, *est valde utile. Nolite id praetermittere. Hic enim experietur Dominus, quantum eum ametis.*

S. Theres., cfr. Cammino di perf., cap. 34, post init. — B. Suso, cfr. Dialog., cap. 22 (edit. Colon. 1588). — S. Theres., Cammino di perfez., cap. 34, v. med. —

§ V. — *Methodus vitae pro aliqua moniali, quae exposcit dirigi per viam perfectionis.*

156. — Ante omnia praemittere oportet ea quae inferius exponam, intelligenda esse, quoties non obstat poenitenti aliquod impedimentum sanitatis, officii aut obedientiae; quod etiam intelligendum est cum licentia patris spiritualis, et etiam praesulis monasterii, pro eo quod spectat mortificationes externas quae aliorum oculis sunt expositae.

157. Et I^o. Quoad *orationem*:

1^o. Tres saltem horas orationi mentali vacare, unam mane, aliam vespere et aliam post communionem.

2^o. Visitare SS. Sacramentum et Mariam Sanctissimam per semihoram vel saltem per quadrantem. In his orationibus incumbat renovandis votis pluries in die, si jam emiserit professionem, vel illis quibus forte se obligavit.

3^o. Recitare rosarium saltem quinque decadum cum aliis orationibus vocalibus: Sed hae non sint plures justo, quia cum plures sunt, recitantur cum tenui fructu, caput aggravant, et inde orationem mentalem impediunt.

4^o. Uti saepissime orationibus jaculatoriis, ut, ex. gr., *Deus meus et omnia! Quam bonus es, Deus meus! Diligam te, Jesu, amor meus pro me crucifixus. Domine, quare non amaris ab omnibus? Oh utinam et nunquam offendissem te! Volo, Domine, quaecumque tu vis. Quando te videbo et amabo de facie ad faciem? Ecce me, fiat de me, quodcumque vis!* Insinuet magnopere director hujusmodi jaculationes amoris, et anima magni eas faciat.

5^o. Orationi adjungere lectionem spiritualem per semihoram, legendo opera vel Rodriguez, vel Saint-Jure, vel *Gli avvisi a' religiosi* ^{a)}, vel alium librum qui

Monitum
praeivium.

Oratio
mentalis.

Visitatio
SS. Sacram.
et B. M. V.

Rosarium
et preces
vocales.

Orationes
jaculatoriae.

Lectio spi-
ritualis.

Ultima con-
clusio S. Do-
ctoris.

Confessa-
rius incul-
cet gratia-
rum actio-
nem post
communio-
nem.

Et commu-
nionem spi-
ritualem
commen-
det.

^{c)} Nemo est qui non videat hanc ultimam S. Doctoris sententiam optime concordare cum decreto *Sacra Tridentina Synodus*.

^{d)} « Juxta ... vires, conditionem ac officia ». Ita citatum decretum, sub 4^o.

S. Theres., loc. cit. — *Conc. Trid.*, sess. 13, de Euchar., cap. 8 et sess. 22, de sacrif. Miss. cap. 6. — S. Theres., op. cit., cap. 35, init. —

157. — ^{a)} Scilicet librum cui titulus: *Avvisi e riflessioni sopra le obbligazioni dello stato religioso...* opera composta da un monaco benedettino della Congr. di S. Mauro e tradotta dal francese » (edit. Venet., 1740).

tractet de virtutibus, vel legere Vitas sanctorum, quarum lectio est fortassis caeteris omnibus utilior.

Communionis quotidiana.

158. - II^o. Accedere quotidie ad *communionem*, uno excepto die in quavis hebdomada. Sed in novenis Spiritus Sancti, Nativitatis Domini et Mariae Sanctissimae et Sanctorum Patronorum communiceet quotidie, et quotidie saltem ter comunicet spiritualiter.

159. - III^o. Quoad *mortificationes*:

Flagellatio.

1^o. Quotidie flagellationem incruentam per horae quadrantem circiter, et sanguineam bis vel semel in mense adhibere.

Catenulae.

2^o. Mane, ferre catenulam ferream usque ad prandium: post prandium vero aliquam parvam in brachio: nunquam tamen catenam circa cincturam, neque cilicia equinis crinibus contexta, quoniam haec valde officiunt sanitati.

Jejunium,

3^o. Jejunium in pane et aqua in die sabbati et vigiliis septem festivitatum Mariae, si commode per valetudinem poterit, vel saltem unico tantum uti obsonio. In refectioe vespertina ordinarie non excedere octo uncias cibi, nisi adfuerit aliqua extraordinaria urgentia; abstinere a fructibus diebus Mercurii et Veneris et in novenis superius enuntiatis, in quibus potest etiam abstinere ab aliqua alia portione cibi consueti; et in edendo miscere cibi aliquam particulam herbae amarae, sed nunquam cinerem. Extra mensam nihil comedere, quoniam melius est, comparative loquendo, quotidie praefatam abstinentiam exercere, quam bis vel ter in hebdomada jejunare. — Somnus non extendatur ultra sex horas: semper vero ad quinque; quoniam excedens defectus somni nocet capiti et impedit caetera exercitia spiritualia.

Somni parcitas.

Silentium.

4^o. Servare silentium per tres horas diei, quod intelligi debet de non proferendis verbis non necessariis.

MONITA IN GENERE PRO PERFECTIOE.

Fiducia in Deo et sui diffidentia.

160. - I^o. Collocare omnem suam fiduciam in Deo, et omnino diffidere de se et de suis bonis propositis. Strenuum propositum se vincendi et vim sibi in occasio-

nibus inferendi. Ait S. Theresia: *Si defectus non procedit a nobis, ne timeamus, quod Deus se absteineat ab impertiendo nobis auxilia ad nostram sanctificationem.*

161. - II^o. Cavere a quocumque minimo defectu deliberato, sive apertis oculis admissio. *A peccato deliberato*, inquit eadem Sancta, *quantumvis parvo, Deus vos liberet.* Subditque: *Daemon enim per opera minimarum rerum aliqua facit foramina, per quae res magnae ingrediuntur.*

Cavere a quovis defectu deliberato.

162. - III^o. Non tristari post admissos defectus, sed cito se humiliare, et ad Deum confugiendo cum brevi actu contritionis et proposito se in pacem remittere; et ita semper se gerere, etiamsi centies in die quis caderet. — Et in hoc monet S. Theresia, *ne communicentur propriae tentationes animabus imperfectis, quia ita et sibi et aliis damnum affertur.*

Non tristari post culpas.

163. - IV^o. Alienare se ab omnibus propinquis, rebus, voluptatibus; aliter, inquit S. Theresia, *anima non recedendo a voluptatibus mundanis, non post multum de novo recedet a via Dei.* — Effugere familiaritatem personarum diversi sexus, quantumcumque fuerint religiosae. Saepe enim diabolus introducit cum illis quasdam affectiunculas non puras, eas obtrudendo pro spiritualibus. Videantur notata n. 119. — Oportet ante omnia renuntiare propriae aestimationi et propriae voluntati, immo et rebus spiritualibus, ut orationi, communioni et mortificationibus, quando haec obedientia non permittit. Uno verbo oportet expellere a corde omne quod non est Deus et quod non est secundum majus Dei beneplacitum.

Omnibus rebus creatis renuntiare.

164. - V^o. Laetari in spiritu, quoties se cernit contemni, irrideri et omnium vilissimum reputari. O quam pulchre orat anima illa quae vilipendia libenter amplectitur; praecipue in communitatibus, in quibus haec virtus est omnium magis necessaria! Consequenter oportet fovere affectionem specialem erga nostros inimicos et persecutores, illis inserviando, benefaciendo, eos honorando, saltem de illis bene loquendo, et eos commendando specialiter Deo, quemadmodum Sancti facere consueverunt.

Gaudere in humiliationibus.

S. Theres., Cammino di perf., cap. 16, in f. — S. Theres., Concetti... sulla Cantica, cap. 2, in med. — S. Theres.,

Fondaz., cap. 34 (al. 29), in f. — S. Theres., Ricordi per le monache, ricord. 67. — S. Theres., Concetti, loc. cit.

Ardenter
amorem Dei
desiderare.

165. - VI°. Alere ardentissimum desiderium amandi Deum illique placendi. Ait S. Theresia: *Dominus adeo desiderii delectatur, ac si fuissent exsecutioni demandata^a*. Sine hoc desiderio anima non progredietur in via perfectionis, nec Deus largietur illi gratias valde speciales. Eadem Sancta ait: *Ordinarie Deus non impertitur favores multum singulares, nisi iis, qui diu desideraverunt ejus amorem.*

Propositum
Deo placendi.

Et desiderio oportet semper conjungere propositum faciendi quantum possumus, ut Deo placeamus. Praefata Sancta inquit: *Diabolus potissimum timet magnanimitas corda.* Et alibi: *Nihil aliud a nobis exigit Dominus quam validam determinationem, ut reliquum ipse inde perficiat.*

Orationem
frequenter.

Oportet quoque fovere affectum summum erga orationem, quae est fornax, in qua accenditur amor divinus. Omnes Sancti, quoniam unice Deum diligebant, unice quoque dilexerunt orationem.

Coelum
appetere.

Est etiam necessarium, ut quis ardentem desideret paradisum. In coelo enim animae diligunt Deum cum omnibus viribus suis, quod consequi nemo potest in terra, et ideo vult Deus ut ardentissime hoc regnum desideremus, quod Jesus Christus nobis acquisivit sanguine suo.

In omnibus
voluntas Dei.

166. - VII°. Habere magnam uniformitatem divinae voluntati in omnibus rebus appetitui nostro contrariis, et se pluries in die Deo offerre. S. Theresia hoc quinquagies in die facere consueverat^a. *Non consistit progressus, inquit Sancta, in sibi procuranda majore fruitione Dei, sed in adimplenda illius voluntate.* Et alibi: *Vera unio est unire nostram cum divina voluntate.*

Regulis et
superioribus
obedire.

167. - VIII°. Praestare exactam obedientiam regulis, superioribus et patri spi-

rituali. Dicebat Ven. P. Vincentius Carafa: *Obedientia est regina omnium virtutum; omnes enim virtutes obediunt obedientiae.* Et S. Theresia: *Deus ab anima, quae sibi proposuit illum amare, nihil aliud exigit quam obedientiam.* Perfecta vero obedientia consistit in cito, fideliter, alacriter et sine ullo judicio obediendo, nullam exquirendo rationem, quoties res jussa non sit certe peccatum, ut inquit S. Bernardus, S. Franciscus Salesius, S. Ignatius de Lojola et omnes spiritualis vitae magistri. Et in rebus dubiis eligere id quod praesumitur quod jussisset obedientia; et quando haec praesumptio non posset haberi, id eligere quod magis nostris inclinationibus adversatur. Hoc est illud: *Vince te ipsum*, toties inculcatum a S. Francisco Xaverio et S. Ignatio qui solitus erat dicere, longe plus proficere animam mortificationis amicam unico horae quadrante, quam alias non mortificatas per plurimas horas.

Quomodo.

168. - IX°. Attendere semper divinae praesentiae. Inquit S. Theresia: *Omne malum provenit ex eo quod non consideremus Deum praesentem.* Qui vere amat nunquam obliviscitur objecti amati. Ad conservandam vero memoriam hujus divinae praesentiae juvat in praxi, aliquod signum gestare vel intra cubiculum habere. Maxime vero oportet hanc praesentiam fovere, saepius in die repetendo actus amoris in Deum et petendo divinum amorem: ex causa: *Deus meus et omnia! Diligam te ex toto corde meo! Totum me tibi do. Fac de me quod tibi placuerit! Nil aliud volo nisi te et tuam voluntatem. Da mihi amorem tuum, et dives sum satis, etc.* Advertendum tamen est, quod actus isti faciendi sunt sine ulla vi et nul-

Semper
attendere
praesentiae Dei,

et hanc
assidue
fovere.

S. Theres., Concetti... sulla Cantica, cap. 5, v. med. — S. Theres., cfr. Vita, cap. 13, post init. — S. Theres., Fondaz., cap. 32 (al. 27), v. med. — S. Theres., Fondaz., cap. 10 (al. 5) post med. — S. Theres., loc. cit. v. fin. — Ven. Carafa, Pietro Gisolfi, Vita del Ven. Carlo Carafa, cap. 31, init. (edit. Neap. 1858). — S. Theres., Fondaz., cap. 10 (al. 5) ante med. — S. Bern., de Praecepto et dispensat., cap. 9, num. 21; Migne, Patr. Lat., tom. 182,

col. 873. — S. Franc. Sales., Introd. à la vie dév., part. 1, chap. 4. — S. Ignat., Institut S. J., part. 3, cap. 1, num. 23; part. 6, cap. 1, declarat. B. — S. Franciscus, Xav., Bouhours, Vie de St Franç. Xav., lib. 6, v. f. v. *La mortification intérieure* (edit. Pictavien., 1839). — S. Ignat., Bartoli, Vita di S. Ignazio, lib. 4, num. 12 (edit. Venet., 1735). — S. Theres., Vita, cap. ult. 36 (al. 40) v. med.

165. - ^a) Sententia frustra quaesita in operibus S. Theresiae.

166. - ^a) Forsan S. Alphonsus hoc factum refert de S. Theresia, quia Sancta, *Ricordi ...*

per le monache scalze, ricord. 30, dicit: «Quinquagies quolibet die te Domino offeres, magno cum fervore, etc.» (edit. Venet. 1739, tom. 2, pag. 218).

lam desiderando consolationem sensibilem, sed cum suavitate quadam et voluntate pura unice Deo placendi. Asserebat S. Theresia: *Ne vereamur relinqui irremuneratam a Deo vel unicam elevationem oculorum ad ejus recordationem.*

Recta intentio.

169. - X°. Dirigere intentionem placendi Deo in quacumque actione quotidiana, sive spirituali sive corporali, dicendo: *Domine, hoc facio tantum, ut placeam tibi.* Recta intentio appellatur alchymia spiritualis, quae omnes actiones, etiam viliores, aureas facit.

Exercitia spiritualia annua,

170. - XI°. Quotannis exercitia spiritualia peragere per octo vel decem dies, alienando se, quantum fieri potest, ab omni conversatione et officio quod distractiones afferat, ut solum cum Deo versetur. Similiter singulis mensibus aliquam diem ad se colligendum destinare.

et menstrua.

Devote celebrare novenas Nativitatis

Domini, Spiritus Sancti, septem festivitatum Mariae, S. Joseph, Angeli sui Custodis et Sancti Tutelaris. In his novenis poterit quotidie accedere ad communionem; orare per horam vel saltem dimidiam plus consueto; recitare aliquas alias orationes vocales, sed non multas: quoniam longe melius erit, exercere determinatum quemdam numerum actuum amoris vel similium.

Devote novenas celebrare.

171. - XII°. Habere devotionem specialem erga S. Joseph, Angelum suum Custodem, Sanctum suum Tutelarem, et praecipue erga S. Michaellem, universalem cunctorum fidelium patronum: sed ante omnia erga beatissimam Virginem Mariam, quae ab Ecclesia nostra vita et nostra spes appellatur. Est enim moraliter impossibile, ut anima multum in perfectione proficiat sine particulari et tenera quadam devotione erga sanctissimam Dei Genitricem.

Devotiones speciales habendae.

Ante omnia devotio erga Deiparam.

CAPUT X.

De quibusdam monitis magis notatu dignis ad confessarios et parochos cum praxi docendi orationem mentalem ^{a)}.§ I. - *Monita ad confessarios.*

Confessarius

172. Ex his quae superius diximus, annotanda sunt hic aliqua principaliora quae advertere debet confessarius in suo officio exercendo.

benigne peccatores excipiat.

173. - I^o. Ante omnia curet, ex una parte, summam adhibere charitatem in recipiendis peccatoribus; iisque animandis ad confidendum in divina misericordia; ex altera vero, ob humanum respectum non praetermittat eos fortiter admonere, simulque ostendere ipsis statum infelicissimum in quo reperiuntur, ac assignando media opportuna ad se liberandum ex malis habitibus jam contractis; et praecipue sit inflexibilis in differenda eisdem absolute, quoties oporteat.

Sed omnes fortiter moneat.

174. - II^o. Ut plurimum interroget rudes, utrum sciant principalia fidei mysteria. Videatur circa hoc, quod diximus *n. 22*.

Rudes roget de mysteriis fidei,

et de praecipuis;

175. - III^o. Hujusmodi rudes aut alios neglectae conscientiae non omittat interrogare circa ea in quae frequentius solent incidere, quoties ipsi ex se non confitentur.

cautissime de materia turpi.

176. - IV^o. Cautissime se gerat in interrogationibus de materia turpi, praesertim cum puellis puerisque, ne isti addiscant quod ignorant. — Et si ipse in hujusmodi materia tentationes patiatur, elevet saepius mentem ad Deum, se convertendo ad aliquam sacram imaginem, et priusquam incipiat confessiones audire, renovet semper rectitudinem intentionis.

Parentes roget de filiorum educatione.

177. - V^o. Patres matresque familias interroget non modo in genere circa filiorum educationem, sed etiam in particulari, et maxime exquirat, utrum filios corri-

gant, sicut oportet; si curent, ut sciant doctrinam christianam, ut vitent consortium personarum pravi exempli, et praesertim si sint puellae, diligentissime cavendo ne conversentur cum juvenibus et multo minus cum personis suspectis, scilicet uxoris, religiosi et ecclesiasticis.

178. - VI^o. Poenitentibus, de quibus justa potest esse suspicio, quod propter erubescitiam aliqua peccata tacuerint, (ut sunt rudes, mulieres et pueri) interroget, utrum antea vitae scrupulum aliquem habeant, eos animando ad dicendum omnia. Per has interrogationes solent liberari plures animae a sacrilegiis.

Roget interdum de peccatis recitatis.

179. VII^o. Etiam si magnus esset poenitentium concursus, non se acceleret plus quam oportet, ita ut pro audiendis plurium confessionibus deficiat vel circa integritatem confessionis vel circa debitam dispositionem, aut omittat illis praebere monita necessaria.

Confessiones non properet.

180. - VIII^o. Quando quis confitetur aliquod grave peccatum, et praesertim si pluries illud commiserit, non sufficit exquirere tantummodo speciem et numerum, sed interroget, utrum antea in illud cadere consueverit; insuper, cum quam persona peccaverit, et quo loco, ut intelligat, utrum sit habitus aut occasio, quae sit auferenda. — In hoc plures errant confessarii, et inde tot animarum ruina procedit. Omittendo enim confessarius hujusmodi interrogationes nequit illi praescribere media opportuna ad evellendum habitum et occasionem.

Quaeratur num adsit habitus aut occasio.

Observetur, quod dictum est in *cap. 4 et 5*, in quibus vidimus, poenitentem reci-

Quomodo agendum cum recidivis,

172. - ^{a)} Hoc caput, saltem magna ex parte, ab ipso S. Alphonso in latinum sermonem fuit conversum (cfr. Lettere di S. Alf., corrISP. speciale, epist. 17). Ast in eo S. Doctor multa delevit aut addidit. Postea vero, in *Hom.*

Apost., Append. 4, primigenius textus ad verbum latine redditus fuit. Notamus insuper S. Doctorem non judicasse opportunum hoc caput, sicut et sequens, inserere in *Practica* (italice scripta), quae ab ipso evulgata fuit in

divum omnino absolvi non posse, nisi post experientiam emendationis vel post exhibitum extraordinarium aliquod signum suae dispositionis. Et quando agitur de occasione proxima, fortiter se gerat sine ullo personarum respectu in differenda absolute, quousque poenitens occasionem removeat, quando est *in esse*, ut explicavimus *n. 66*. Et si occasio est necessaria, saltem quousque e proxima evadat remota, adhibendo media sibi adsignata.

Speciali modo sit inflexibilis in deneganda absolute sponſis qui secum conversantur, sicut et genitoribus qui id permittunt. Neque credat illis asserentibus nullum inesse malum: hoc enim est moraliter impossibile, ut docet experientia.

181. - IX°. Deneget quoque absolute illis qui volunt ad aliquem ordinem sacrum ascendere, dum adhuc sunt aliquo vitioso habitu irretiti: nisi viderit, illos adeptos esse bonitatem positivam ad hunc gradum necessariam, ut dictum est *n. 78*.

182. - X°. Caveat etiam et diligenter caveat, dissuadere aliquem adolescentem a vocatione religiosa propter humanos respectus: quod excusari non potest a peccato mortali, ut docet ^{a)} S. Thomas ¹. Oh quot confessarii imperiti sine ullo scrupulo abstrahunt juvenes a vocatione ad statum magis perfectum, nulla alia ratione ducti, quam ut placeant eorum propinquis, asserendo, filios teneri praestare obedientiam genitoribus! Docent communiter DD. cum S. Thoma, in electione status unumquemque frui sua libertate, et magis quam genitoribus praestandam esse obedientiam Deo vocanti. E contrario advertat confessarius, quod ipse nequit absolvere quosdam alios, qui sine vocatione vellent ad ordines sacros ascendere. — Vide *Lib. VI, n. 803*.

183. - XI°. In excipiendis sacerdotum confessionibus reverenter se gerat. Se gerat etiam fortiter in faciendis debitis

correctionibus et in deneganda absolute, quoties oportet. Et sacerdotem parum meticulousae conscientiae non omitat interrogare praecipue circa haec tria:

1°. Utrum distulerit celebrationem Missarum per mensem, si fuerint Missae mortuorum; et per duos, si fuerint vivorum: hoc enim non excusatur a peccato gravi^{a)}. Vide *Lib. VI, n. 317, Qu. 2*.

2°. Utrum celebraverit festinanter. Impendens enim in Missae celebratione minus quam horae quadrantem, etiamsi esset missa votiva Beatissimae Virginis aut mortuorum, nec etiam excusabitur a culpa gravi (*Lib. VI, n. 400*), quoniam in tali temporis spatio non poterit non deesse notabiliter caeremoniis, aut saltem convenienti earundem gravitati, tam necessariae ad venerationem tanti hujus sacrificii.

3°. Utrum satisfecerit obligationi divini Officii, praecipue si est beneficiatus.

Non omittat etiam insinuare, ut se habiliter juxta suam capacitatem ad lucrandas Deo animas, ut celebret Missam cum debita praeparatione et gratiarum actione, ut incumbat orationi mentali, sine qua difficillime bonus erit sacerdos.

184. - XII°. In materia restitutionis ordinarie non absolvat poenitentem, nisi prius, cum possit, restituerit rem ablatam.

Nihilominus advertat, multos excusari a restitutione ratione praescriptionis cum bona fide. — Et hic notandum: 1° bona mobilia, quando adest titulus praesumptus praescribi spatio trium annorum; mobilia vero spatio decem annorum *inter praesentes*, et viginti *inter absentes*; — 2° probabile esse praefatam praescriptionem valere in foro conscientiae, etiam in illis locis in quibus in foro externo non viget lex praescriptionis, ut in regno nostro, ob difficultatem probandi bonam fidem. — Excipiendae vero sunt praescriptiones illae, quae expresse prohibentur

et cum occasione.

Cum sponſis se invicem.

Cum ordinandis habitatis in vitio.

Non dissuadeat a vocatione religiosa.

Sacerdotes subinde interroget:

de oneribus Missarum;

de Missa properata;

de Officio divino.

Quomodo agendum in materia restitutionis.

¹ Quodlib. 3, art. 14. — S. Thom., 2^a 2^{ae} qu. 104, art. 5, corp.

secunda editione Theologiae moralis. Sed jam inde a tertia editione duplex hoc caput latine intexit.

182. - ^{a)} Vide supra, *n. 92*, notam *a*.

183. - ^{a)} S. C. C. decreto *Ut debita*, diei 11 Maji 1904, aliisque subsequentibus declara-

tionibus, terminos intra quos Missae manuales vel ad instar manualium celebrandae sunt, determinavit. Decretum istud et relativas declarationes lector reperiet annexa velut appendicem tractatui de Euch., *lib. 6*, post *n. 424*.

ab aliqua lege municipali, ut, ex. causa, in regno nostro reprobatur praescriptio haeredis, quoties testator mala fide possederit. — Videantur aliae doctrinae circa praescriptionem, relatae in *Morali Lib. III, ex n. 504-517 a)*.

Et cum iis qui acceperint injuriam.

185. - XIII°. Si poenitens aliquam acceperit injuriam propter quam inimicus sit inquisitus in curia, non absolvat illum, ordinarie loquendo, nisi prius fecerit remissionem. Videatur praesens *Praxis, n. 38.*

Quando nam omittenda monitio.

186. - XIV°. Quando praevidet monitionem non esse profuturam, et poenitens est in bona fide, illam omittat: praesertim quando agitur de nullitate matrimonii jam contracti. — Excipienda tamen est obligatio denuntiandi confessarios sollicitantes in materia turpi, quoniam confessariis directe est injunctum praeceptum imponendi omnibus sollicitatis hanc obligationem. Vide *n. 8, 9 et 83.*

Curare ut poenitens sit dispositus.

187. - XV°. Curet, ut omnes in confessione eliciant actum contritionis, nisi certe praesumat, poenitentem jam rite fecisse; nec omittat praebere illis motiva attritionis et contritionis eo modo quo annotavimus, *n. 10.* Et speciali modo advertat, si poenitens venerit indispositus, teneri confessarium, quantum fieri potest, eum disponere ad absolutionem. Vide *n. 7, in fine.*

Confessio venialium sedulo accipienda.

188. - XVI°. Non absolvat poenitentes illos, qui afferunt tantummodo peccata venialia sed habituata: nisi cognoscat illos • vere poenitere et proponere emendationem saltem de aliquo ex illis, aut si non ponant pro materia aliquod peccatum gravius vitae antea, ut notavimus *n. 99.* Oh quot confessiones invalidae (quae in se vera sunt sacrilegia) fiunt in hoc ob confessariorum negligentiam!

Poenitentia facilis imponenda.

189. - XVII°. Illas tantummodo poenitentias injungat, quas judicaverit facile a poenitentibus adimplendas, ut diximus *n. 11.* Sed curet, ut illae sint medicinales, ut essent, frequentia sacramentorum, visitationes *a)*, commendare se Deo mane et vespere, lectio alicujus libri spiritualis,

adscribere se alicui congregationi et similia.

190. - XVIII°. Personis devotis quae frequentant sacramenta, non omittat insinuare usum orationis mentalis, exigendo inde rationem de ea, vel saltem interrogando utrum illam fecerint. Adhibendo hanc minimam diligentiam quisque confessarius poterit multas animas sanctificare. Nec sit renitens in concedenda communione frequenti, quoties cernit aut prudenter existimat, poenitentem fructum ex ea percepturum.

Personis devotis insinuet orationem mentalem.

191. - XIX°. Scrupulosis personis insinuet ante omnia obedientiam, illisque semper inculcet, quod obediendo erunt securae, inobediendo vero exponent se periculo damnationis. Viriliter semper et rigide exigat obedientiam, intrepide semper loquendo; quia, si cum timore loquetur, illas plus quam antea confundet. Det illis regulas generales ad dubia sua deponenda, quemadmodum cuique magis expediet: ex. causa, illi qui semper dubitat de transactis confessionibus, jubeat amplius non confiteri nisi peccata illa quae certo sciat fuisse peccata mortalia, et certo etiam nunquam se confessum esse. Et circa hoc confessarius constantissime se gerat, nunquam eum audiendo, si non obediat: si enim confessarius aliquando cedat, poenitens nunquam curabitur. Quidam confessarii maximam hujusmodi animabus causant perniciem eas audiendo. Alicui vero timenti, singulas suas actiones esse peccata, imponat vincere scrupulum et libere operari, quoties non advertat, certum esse peccatum.

Quomodo agendum cum scrupulosis.

192. - XX°. In seligendis opinionibus, quando agitur de subtrahendo poenitente a periculo peccati formalis, confessarius non raro uti debet opinionibus benignioribus, quantum christiana prudentia permittit. Quando vero aliqua opinio reddit magis proximum periculum peccati formalis, tunc omnino *suadere* debet opinionem rigidiorum. Vide dicta *n. 65.* — Dico: *suadere*; quia, quando opinio est probabilis, et poenitens vult eam sequi, non

Prudentia in seligendis opinionibus;

184. - *a)* Et vide *lib. 3, n. 509, not. a,* ubi relata sunt jura diversarum nationum.

189. - *a)* Nimirum SS. Sacramenti et Beatae Virginis.

potest illi absolutionem denegare ob jus certum, quod ille acquisivit per confessionem jam factam suorum peccatorum, ut *n. 115.*

et in conversatione cum mulieribus.

193. - XXI°. In audiendis confessionibus mulierum et cum illis conversando adhibeat eam majorem austeritatem quae conveniens est secundum prudentiam; et ideo recuset munuscula, effugiat familiaritatem et omnia alia, quae possunt esse causa adhaesionis. Ob aliquam circa hoc negligentiam, oh quot confessarii et suas et poenitentium animas perdiderunt!

Confessarius lucem petat a Deo,

194. - XXII°. Sit humilis, nec de sua doctrina praesumat. Unde frequenter oret Deum ob merita Jesu Christi, et praesertim in casibus dubiis, ut velit sibi lucem ad bene solvenda dubia impertiri: *Invocavi, et venit in me spiritus sapientiae* (Sap. vii, 7). Et ideo confessarius, qui orationem non facit, difficiliter recte incedet; et in dubiis magis implicatis aut majoris consequentiae non omittat consulere alios viros doctos et majoris experientiae.

et a viris doctis.

Speciatim si agatur de theologia mystica.

Praesertim ita se gerat in directione alicujus animae elevatae, et quae a Deo aliquibus gratiis supernaturalibus sit donata, quando ipse in hac materia est parum expertus. Aliquos, qui scientiam mysticam vix primoribus labris degustarunt, pudet ab aliis consilium petere. Non ita se gerunt vere humiles. Hi non modo consilium petunt, immo et a pluribus petunt, quoties oportet: sed etiam nullam omnino sentiunt difficultatem praecipendi hujusmodi animabus, ut se conferant ob directionem ad magistros magis peritos, vel saltem ut illorum subeant iudicium. Has vero animas confessarius nunquam audiat in diebus festivis, sed tunc det locum magis indigentibus, et praecipue pauperibus campestribus.

§ II. - *Monita ad parochos.*

195. - Expedit hic breviter annotare quasdam particulares parochorum obligationes circa curam suarum ovium.

Parochus tenetur instruere parochianos;

196. - I°. Parochus tenetur eas instruere circa fidei mysteria et res alias ad salutem necessarias, ut sunt: 1°. Quatuor my-

steria principalia, scilicet quod existat unus Deus, qui est omnipotens, sapientissimus, creator et Dominus omnium, misericors et amabilior quocumque bono; et praecipue, quod tam bonorum quam malorum sit justus remunerator; insuper mysterium SS. Trinitatis, incarnationis et mortis Jesu Christi. — 2°. Sacramenta necessaria, ut Baptisma, Eucharistia, Poenitentia et alia, saltem quando sunt suscipienda. — 3°. Symboli articuli, inter quos praesertim virginitas Mariae sanctissimae; sessio Jesu Christi ad dexteram Patris, scilicet quod ipse in coelis sedeat cum Patre in gloria coequali; resurrectio corporum in iudicio finali faciendo a Christo Domino; unitas Romanae Ecclesiae in qua sola reperitur animae salus; et denique aeternitas paradisi et inferni. Quae omnia unusquisque fidelis tenetur scire sub gravi. — 4°. Praecepta decalogi et Ecclesiae. — *Pater noster* et *Ave Maria*, et actus fidei, spei, amoris et contritionis.

Sicuti graviter peccat ille qui scire haec negligit (quae scienda sunt non modo in quantum ad nomina, sed etiam in quantum ad sensum), ita etiam graviter peccat parochus, ut ajunt communiter DD., si per se vel aliam idoneam personam (quoties ipse fuerit legitime impeditus), ut habetur in concilio Tridentino¹, omiserit docere saltem in substantia suos parochianos, pueros et adultos qui ea ignorant.

et quidem sub gravi.

Unde, quoties ipse videt patres aut dominos non curantes mittere filios aut servos ad doctrinam, tenetur apprehendere media opportuna apud episcopum, qui, ut habetur in Tridentino², potest cogere genitores etiam per ecclesiasticas censuras. Parochi probi retinent notam puerorum, ut sciant eos qui desunt. Immo dicit Croix³, si exstent personae aliquae rudes, quae nequeant ad ecclesiam venire, ex eo quia debent custodire domos aut greges, si illae existant in gravi necessitate spirituali, debet parochus privatim accedere ad eas instruendas *cum quantumcumque suo incommodo*, ut loquitur idem auctor. Saltem, quando hoc difficillimum

Corollaria.

¹ Sess. 5, de reform., cap. 2. — ² Sess. 24, de reform., cap. 4. — ³ Lib. 2, n. 174 et lib. 3, n. 767.

esset ob magnum numerum harum rudium personarum, procuret eas examinare et instruere tempore praecepti paschalis, vel quando veniunt ad petendas fides pro susceptione sacramenti confirmationis vel matrimonii.

Operae quoque pretium est, ut parochus exploret magistros et magistras, ut bene instruant pueros et puellas circa doctrinam et media bene vivendi in sancto Dei timore.

Parochus debet ministrare sacramenta.

197. - II°. Parochus tenetur per se ministrare sacramenta, quoties parochiani juste exposcunt. Et si forte oeconomum constituerit, ejus vitam et scientiam diligenter examinet; alias omnium inconvenientium, quae postea evenient, ipse Deo redditurus est rationem.

Moribundis assistere.

Insuper tenetur assistere morientibus, nisi adsit alius idoneus. Peccatoribus autem habituatis, morientibus, specialem tenetur praestare assistentiam, quoniam isti existent in gravi necessitate suae assistentiae. Et circa Extremam Unctionem attendat id quod habetur in Catechismo Romano¹: *Gravissime peccant qui illud tempus aegroti unguendi observare solent, cum jam, omni salutis spe amissa, vita et sensibus carere incipiat.*

Se informare de praecepto paschali.

Tenetur quoque se informare, utrum sui subditi praecepto paschali satisfecerint. Barbosa² et ^{a)} Segneri³. — Et diligentissime caveat, nunquam committere cui-cumque clerico schedulas communionis.

In clericos et ordinandos invigilare.

198. - III°. Cavere quoque debet parochus, ne concedatur habitus clericalis illis pueris aut adolescentibus, qui moribus suis non prae se ferunt indolem ecclesiasticam. — Diligenter praeterea erudire debet circa statum ecclesiasticum clericos suos jam habitum deferentes; aliter illi, sine instructione relictis et moribus depravatis, aut per fas aut per nefas ad ordines deinde, non sine magno suae urbis scan-

dalo et detrimento, ascendent. — Praetermitto hic loqui de maxima ratione, quam Deo reddituri sunt parochi illi, qui exhibent fides ordinandis, quos ipsi bene noscunt indignos, aut exhibent illas priusquam se reddant securos, praevia diligenti informatione de ordinandorum bonitate.

199. - IV°. Tenetur parochus se informare de iis qui vivunt in peccato lethali, ut eos corrigat; de inimicitiis et scandalis praesertim inter sponsores, ut, quantum possibile est, illis afferat remedium. Dicit S. Thomas⁴: *Qui habet spiritualiter curam alicujus, debet eum quaerere ad hoc quod eum corrigat de peccato.* Et quando scandalum est alicujus personae potentis (et praecipue sacerdotis), cui ipse non valet remedium afferre, debet saltem de hoc episcopum certiorare pro remedio opportuno: et ob quemcumque respectum aut timorem hoc non potest omittere. Bonus pastor tenetur dare vitam pro ovibus suis.

Debet ovem corrigere.

200. - V°. Curet ne sponsalia celebrentur longe prius quam celebretur matrimonium. Perfectis enim sponsalibus, toto tempore quod nuptias praecedet, tam sponsi quam eorum genitores in mortali peccato existent.

Sponsalia non cit permittere

201. - VI°. Quando in aliqua urbe cernuntur notabilia inconvenientia, quibus parochus nequit afferre remedium, ipse tenetur omnem curam adhibere ad missionem obtinendam. Et semper expediens erit, ut quandoque advocet etiam aliquos presbyteros externos pro bono animarum verecundiorum; et multo magis, si ad suum oppidum non solet concionator quadragesimalis accedere ad audiendas confessiones. Parochus vero ille, qui rejicit missiones, magnam ingerit suspicionem suae probitatis^{a)}.

Missarios vocare

202. - VII°. Parochus non modo debet auferre malum, sed etiam bonum promo-

Vitam de votam promovere

¹ Part. 2, cap. 6, n. 9. — ² De offic. et potest. parochi, cap. 7, num. 1 et cap. 20, num. 10 (edit. Lugdun. 1655). —

³ Il parroco istruito, cap. 9, in fine. — ⁴ 2^a 2^{ae}, qu. 33, art. 2, ad 4.

197. - ^{a)} Barbosa et Segneri, *locis cit.*, potius supponunt hoc officium parochi quam expresse dicunt.

201. - ^{a)} Propositio 65 synodi Pistoriensis, enuntians « irregularem strepitum novarum institutionum, quae dictae sunt exercitia vel

missiones... forte nunquam aut saltem raro eo pertingere ut absolutam conversionem operentur; et exteriores illos commotionis actus qui apparere, nil aliud fuisse, quam transeuntia naturalis concussionis fulgura » in const. *Auctorem fidei*, a Pio VI, diei

vere, quemadmodum faciunt omnes boni pastores, qui nunquam omittunt exhortari ad frequentiam sacramentorum et congregationum, ad visitandum Sanctissimum Sacramentum et divinam Matrem, ad novenas, ad associationem Venerabilis, quando datur tamquam viaticum, et ante omnia ad orationem mentalem, de qua in § III, ubi exponemus praxim et methodum facilem, quae parochis et confessoribus poterit inservire ad caeteros in ea erudiendos.

Parochus concionari debet.

203. - VIII^o. Parochus tenetur ad concionandum diebus dominicis et festis principalioribus; ex quo DD. (vide *Lib. III, n. 269 et 360*) affirmant, graviter peccare parochum, qui per mensem continuum, aut per tres menses discontinuos concionari omittit, exceptis duobus mensibus, in quibus permittit Tridentinum parochis, ex justa causa ab episcopo approbata, posse licite abesse.

Et concionetur more apostolico,

Et hic notandum est, Tridentinum¹ praecepisse ut parochi gregem suum verbo divino pascant, sermones faciles pro ejus captu habentes, quo possit populus capere, quae illi concionantur. Cum enim expertum habeatur fidem, sicut ipsa diffunditur praedicatione, ita per eandem conservari (*fides ex auditu*), parum utilitati erunt populis eae conciones quae similes non erunt illi concionandi rationi, quam tenuerunt Christus et Apostoli, qui praedicabant non in *persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis*, ut Apostolus ait [I Cor., II, 4]-

ut docent Sancti,

Ideoque jure merito Ven. Pater Magister Avila non Jesu Christi ministros, sed proditores appellabat eos qui inanis gloriae cupiditate conciones habent. Et Pater Gaspar Sanchez^{a)} aiebat, his nullos esse crudeliores in Ecclesiam Dei insectatores, dum, sic concionando, causa sunt cur pereant multae animae quae, si illis juxta

Trident., sess. 23, de reform., cap. 1, v. *Eadem omnino*. - ¹ Sess. 5, de reform., cap. 2. - *B. Joan. Avila*, *Lettere spirituali*, part. 1, lett. 4, post initium (edit.

Apostolorum normam praedicaretur, utique salvae fierent. Verba inania, periodos sonoras, descriptiones inutiles, dicebat S. Franciscus Salesius, esse pestem concionis, cujus unicus finis esse debet, auditorum voluntates erga bonum movere, non autem intellectum inutiliter pascere. Experientia jam docemur, per hujusmodi conciones, tot figuris et tropis et dicendi fucato artificio adornatas, animas ad bonam frugem non redire, quia auxilium suum Deus vanitati non confert. Et hoc, omnium concionatorum gratia, qui ex vanitate concionantur dictum sit, sed potissimum eorum qui curam animarum habent, quibus Tridentinum² sic praescribit: *Archipresbyteri quoque, plebani, et quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis*. Notetur illa verba: *pro earum capacitate*. Unde certe concilio contraveniunt illi pastores qui sublimi stylo utuntur, populi audientis capacitatem excedente.

experientia,

et concilium Tridentinum.

204. - Hic quoque juvat animadvertere quaedam magna consideratione digna, quae parochus, conciones habens, populo sibi commisso inculcare debet.

Speciatim concionentur:

Et 1^o. Quod ad emendationem non sufficit proponere peccata vitare, sed etiam debent occasiones peccandi removeri. Et loquendo de sponsis, qui domos sponsarum frequentant, dicat, tam ipsos quam illarum parentes, qui hoc permittunt, non posse absolvi, nisi praefatas occasiones auferant.

De occasionibus;

205. - 2^o. Insistat in viros qui cauponas frequentant, eis patefaciendo plurima peccata quae ibi praeter ebrietates committi solent, blasphemias nempe, contentiones, scandala, obscoenitates, discordias

de cauponis;

Rom. 1669). - *S. Franc. Sales.*, *Traité de la prédication*, chap. 5, art. 1 et artic. 8. - ² Sessio 5, de reformatione, cap. 2.

28 Aug. 1794, damnata est ut temeraria, male sonans, perniciose, mori pie ac salutariter per Ecclesiam frequentato et in verbo Dei fundato injuriosa.

203. - ^{a)} Gaspar Sanchez, *Conciones in Dominicis et feriis Quadrag.*, fer. 4 post Dom. Pass., conc. 4, *discurs. 2, in f.* (edit. Venet. 1605) aliquid simile habet.

cum domesticis, defraudationes victus a familia, etc.

de turpilo-
quiis;

206. - 3°. Increpet atque invehatur saepe contra vitium, quod est generale, (praecipue in campis et in officinis) inhoneste loquendi: et tanto magis, si haec verba inhonesta proferantur coram pueris, puellis aut personis diversi sexus. Ob hos turpes sermones, quot pueri perversi fiunt! Et de hoc admoneat parentes, dominos et opifices officinarum, ut vigilantes sint in corripiendis et castigandis filiis aut famulis, qui hos sermones effutiunt, praecipue messis et vindemiae temporibus.

De confes-
sione et
communio-
ne sacrile-
ga;

207. - 4°. Insistat in ostendendo sacri-
legii enormitatem, quod committunt illi qui confitentur et communicant, aliquod peccatum propter erubescitiam reticentes. Et ut horrorem concipiant adversus tantum scelus, curet saepe narrare aliquod formidabile exemplum talium, qui erubescitiam de aliquo peccato sacrilege confessi sunt; et ad hoc potest uti praecipue illo libello Patris Vega, cui titulus: *Casi della confessione, etc. a)*.

de requi-
sitis ad con-
fessionem;

208. - 5°. Saepe insinuet necessitatem doloris et propositi ad confessionem requisitorum, etiam pro venialibus, exhortans ut nemo ad absolutionem recipendam accedat, nisi saltem de aliquo peccato veniali eorum, de quibus se accusat, verum habeat dolorem; aut nisi exponat pro materia certa aliquod peccatum vitae praeteritae, jam alias confessum, cujus vere se poenitet, ut valida sit confessio. Et quoniam rudes parum intelligunt, quomodo debeat esse dolor, saepe ostendat quod poenitentes, ut valide confiteantur (sive contritionis sive attritionis sit dolor), debent concipere displicentiam de suo peccato, ut illud odio habeant et abhorreant plus quam caetera mala.

de blasphe-
mia;

209. - 6°. Hortetur ut in iracundiae motibus vice blasphemiarum aut imprecationis assuescant dicere: *Maledictum sit peccatum meum, maledictus sit daemon;* aut dicere: *Maria sanctissima, adjuva me! Domine, concede mihi patientiam!*

de super-
stitionibus;

210. - 7°. Inducat in horrorem superstitiones aut vanas observantias, quae in

usu sunt apud plures ad finem morbis medendi aut fures agnoscendi.

211. - 8°. Instet in parentes, ut in filios animadvertant, praecipue cum sunt pueri, tunc quando blasphemant aut furantur, etc.: item, ut invigilent ad observandum et inquirendum cum quibus illi versentur; et interdican, eos versari cum pravis sociis et cum personis diversi sexus. Item, ut filios non admittant in lectum suum cubando: aut enim sunt nimis parvuli, et tunc timetur, ne illi suffocentur; aut grandiores, ut si sextum annum jam excesserint, et timetur ne illis aliquod praebeatur scandalum. Et tanto minus permittant simul dormire pueros et puellas.

de officiis
parentum,

212. - 9°. Moneat jugiter suos parochianos, ut internas tentationes, praecipue contra castitatem, superent, invocando nomina sanctissima Jesu et Mariae. Hoc enim est maximum contra tentationes remedium.

de modo
superandi
tentationes;

213. - 10°. Moneat jugiter quoque ut, si quis in peccatum mortale labatur, statim se conterat cum proposito quantocius confitendi, quo amissam gratiam recuperet. Et hanc daemonis fraudem ab eis eripiat, Deo idem esse, unum quam duo peccata remittere; nam potest contingere, quod Deus post primum peccatum ad poenitentiam exspectet, post secundum vero eos derelinquat.

de recupe-
randa sta-
tim gratia.

214. - 11°. Doceat actus in quibus quisque mane, die et vespere se exercere debet; et ut hos in promptu habeat, breviter illos hic describimus.

Doceat ac-
tus chri-
stianos.

Actus faciendi de mane. Signet se signo crucis, et postea dicat: 1°. *Te adoro Domine Deus, et ago tibi gratias de omnibus beneficiis in me collatis, et praecipue, quia hac nocte me custodire dignatus es.* — 2°. *Amo te ex toto corde, et quidquid mihi hodie patiendum contigerit et quidquid faciam, tibi offero in unione operationum et cruciatuum Jesu et Mariae; cum intentione lucrandi omnes indulgentias, quotquot possum, in animarum Purgatorii suffragium.* — 3°. *Propono evitare hodie quodlibet peccatum ac omnem*

Actus fa-
ciendi ma-
ne.

207. - a) Videlicet librum Christophori de Vega, S. J., cui titulus: *Casi ed avvenimenti*

della confessione, trasportati dalla lingua spagnuola.

occasionem; et obsecro te propter amorem Jesu Christi, ut concedas mihi perseverantiam. Propono, praecipue in rebus adversis, obsequi voluntati tuae, dicendo semper: Domine, fiat voluntas tua. Jesu mi, ne removeas hodie manus tuas a me! Maria sanctissima, custodi me! Angele custos et Sancti advocati, praesto mihi estote! — Deinde recitet Pater, Ave et Credo, et ter Ave in honorem puritatis Mariae Sanctissimae.

In die. Cum laborare incipit, dicat: *Domine Jesu, in unione perfectissimorum operum tuorum commendo tibi hoc opus meum, secundum tuam voluntatem regendum. — Ante comestionem: Benedic, Domine, cibum istum et me quoque, ut in comedendo nullum committam defectum, et hoc totum sit ad gloriam tuam. — Post comestionem: Ago tibi gratias quod bona tribuisti mihi inimico tuo. — Ad sonitum horologii: Jesu mi, amo te; ne permittas me offendere te. — Si urget aliqua tentatio, replicet: Jesus et Maria. — Si lapsus sit in aliquod peccatum: Deus meus, me poenitet offendisse te. Nolo amplius hoc facere. Et si peccatum fuerit grave, statim confiteatur.*

Vespere. Vesperi, dum cubitum se confert, agat gratias de bonis sibi collatis. Examine conscientiam et postea eliciat actus christianos, quorum exemplum habebis infra, n. 286.

Parentes hortetur de officiis erga filios. Hortetur omnes matres, ut quotidie hos actus praticari faciant a filiis suis. Praeterea ostendat, parentes teneri operam dare, ut filii sacramenta frequentent; nam, si ad ea frequenter non accedunt, facile Dei gratiam perdunt; et parentes huic damno prospicere debent. Insuper eosdem moneat quod peccant, si, causa justa non accedente, impediunt filios, quominus matrimonio jungantur, aut eos invitos ad matrimonium cogant (Vide *Lib. VI, n. 849, v. Conveniunt*); sicut contra, peccant filii qui, parentibus juste invitatis, matrimonia ineunt (*Lib. VI, n. 849*).

Omnes incitet ad visitationem SS. Sacramenti, 215. - 12°. Item, cum pro comperto habeatur, ut supra ostensum est, quod parochus non solum tenetur ad mala impedienda, sed etiam ad bonum promovendum, populum hortetur ad quotidianam SS. Sacramenti ac B. Mariae Virgi-

nis visitationem. Haecque visitatio potest fieri vespere ab ipso in communi, una simul cum populo sibi commisso, designando horam populo magis accommodatam, prout usus in multis regionibus cum magno fructu introductus est. Et hortetur ut, quibus commoditas ecclesiam adeundi non est, ex domo propria eam faciant. — Prae caeteris insinuet viris, ut frequentent congregationem. — Et omnibus, ut saepe communicent, praecedente debita praeparatione et gratiarum actione eam consequente per exercitium actuum fidei, charitatis, oblationis et petitionis, eos docendo practicum modum, quo hi actus fieri debeant.

216. - 13°. Invigilet saepe reddere suas oves erga devotionem Mariae Virginis studiosas, declarando, quanta sit potentia et misericordia hujus divinae Matris in suis devotis adjuvandis. Ideoque insinuet ut in communi cum familia quotidie recitent quinque decades rosarii, ut sabbato jejunent, et celebrent novenas in festivitibus nostrae Dominae, quas ipse ab altari annuntiabit, quotiescumque illae incident.

Valde laudabile esset, si in sabbato ille conciunculam faceret de B. Virgine, semper narrando aliquod exemplum, et semel in anno celebrando novenam aliquam solemnem nostrae Dominae cum sermone et expositione SS. Sacramenti; et ad hoc uti posset inter caeteros illo libro, quem ego ad hunc finem typis dedi, cui titulus: *Glorie di Maria*, ubi congestas reperiet materias et exempla. — Felix ille parochus qui suos parochianos fervidos tenet in Beatissimae Virginis devotione; nam illi cum ejusdem Virginis auxilio vitam morigeratam ducent, et ipse in vitae exitu ipsam fidelem et potentem advocatam habebit.

Denique insinuet ante omnia, ut assuescant saepius se Deo commendare, ab eo sanctam perseverantiam per merita Jesu Christi et Mariae postulantes. Saepius quoque praedicet, gratias et praecipue perseverantiae donum non concedi nisi petentibus: *Petite et accipietis* [Joan., xvi, 24]. Notamque saepe faciat illam promissionem Jesu Christi, quidquid a Patre postulabimus in nomine ejus, id omne Pa-

et ad communionem frequentem.

Saepe inculcet devotionem erga Deiparam,

et pias exercitationes.

Saepe concionetur de precatione,

et de oratione mentali.

trem daturum nobis: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis* (Joan., xvi, 23). — Insinuet etiam cum fervore orationis mentalis usum, et curet in ecclesia cum populo quotidie, aut saltem diebus festivis, ut illa fiat; docendo etiam modum, quem domi in ea facienda tenere possunt; ideoque hic subjungitur sequens instructio, ubi exponitur necessitas et modus practicus orationis mentalis.

§ III. - *Brevis praxis orationis mentalis.*

Sine oratione mentali, peccatum regnat.

217. - Non est dubitandum quin ex considerationis veritatum aeternarum defectu mundus peccatis scateat et infernus animabus repleatur. *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde* (Jerem., xii, 11). Et contra, ait Spiritus Sanctus, eum qui saepe mortem, iudicium et aeternitatem memoratur, a peccatis liberari: *Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis* (Eccli., vii, 40). Quidam auctor dicit, quod, si a damnatis sciscitaretur: *Cur vos in inferno estis?* major eorum pars responderet: *Nos hic sumus quia infernum non cogitavimus.* Ait S. Vincentius a Paulo quod, si peccator missionem aut exercitia spiritualia audiret et non converteretur, miraculo id attribuendum esset ^{a)}. Nam in oratione mentali Deus est qui loquitur: *Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor ejus* (Oseae, ii, 14). Deus utique omni concionatore melius loquitur.

Cum oratione mentali, status gratiae.

Omnes Sancti per orationem mentalem sancti facti sunt; et experientia scimus quod, qui orationi mentali dant operam, difficulter in peccata mortalia decidunt, et si forte aliquando in ea labuntur, orationi insistendo statim resipiscunt et ad Deum redeunt. Oratio mentalis et peccatum una simul consistere nequeunt. Ajebat quidam servus Dei, quod multi recitant rosarium, officium Virginis Mariae, jejunant et in

peccatis vivere pergunt; sed qui orationem non intermittit, impossibile est, ut in Dei offensa vitam prosequatur ducere. Aut enim orationem omittet, aut a peccatis cessabit. Sed si orationem non omittet, non solum peccata relinquet, sed a creaturis amorem suum removebit et ad Deum convertet. *In meditatione mea exardescet ignis* (Ps. xxxviii, 4). Oratio est fornax, ubi animae accenduntur divino amore.

218. - Loquendo de loco, ubi oratio facienda sit, aptior quidem est ecclesia. Sed illis qui illuc ire aut ibi morari nequeunt, quisque locus erit orationi aptus, sive sint domi sive in agris. Etiam iter et labor orationi non disconveniunt, cum etiam tunc possit mens in Deum elevari. Quot rusticulae, cum eis nihil temporis nec loci supersit, laborando et iter agendo suam faciunt orationem. Quaerenti enim Deum in omni loco et in omni tempore inveniri ille se facit.

Locus ptior orationi.

219. - Quoad tempus, aptius erit tempus matutinum. Bonum non habebunt exitum quae in die fiunt, quum mane orationem suam quis facere neglexit. Orationi proprie bis in die vacare oporteret, mane et vesperi; sed cum vespere commoditas non est, fiat saltem mane. Ajebat Ven. Carolus Carafa, Piorum Operariorum fundator, unum actum amoris, cum animi fervore, mane in oratione factum, sufficere ad retinendam animam in suo fervore per totum diem.

Tempus orationis.

Quoad autem tempus, quod in oratione insumendum erit, parochus aut confessarius pro sua prudentia se dirigat. Certum est, ut ad perfectionis gradum sublimem perveniatur, mediae horae spatium non esse sufficiens. Caeterum satis erit hoc tempus pro incipientibus; quos vero sedulo moneat, ne orationem omittant, cum tempus desolationis advenerit. Observetur, quod dictum est n. 125.

Ejus duritio.

Sed progrediamur ad *modum practi-*

Ven. Carafa, in Vita ejus a Gisolfi descripta, cap. 32, v. med.

217. - ^{a)} Ubinam hoc dictum S. Vincentii a Paulo reperiatur, nescimus. In ejus Vita ab Abelly conscripta, lib. 2, cap. 4, sez. 1, in f. (edit. ital., Romae, 1847) legitur S. Vincentium

dixisse, loquendo de exercitiis spiritualibus: « Si peccatores hoc remedio non emendantur, solum miraculum potest eos ad meliorem frugem reducere ».

Orationis
methodus:

cum orationis, quem docere debet. — Oratio tribus constat partibus: praeparatione, meditatione et conclusione.

Praeparatio.

In *praeparatione* tres continentur actus quibus se mens exercere debet: *fidei* nempe per praesentiam Dei, *humilitatis* et *supplicationis* divini luminis: dicendo: 1°. *Deus meus, credo te mihi esse praesentem, et in mei nihili abyssu demersus, majestatem tuam adoro. — 2°. Domine, propter peccata mea nunc ego in inferno cruciandus essem. Me poenitet offendisse te. Per pietatem tuam mihi parce! — 3°. Pater aeternae, propter Jesum et Mariam, praebe mihi lucem tuam in hac oratione, ut ab ea fructum percipiam!* Deinde dicatur semel salutatio angelica ad Mariam Sanctissimam, ut ipsa hanc impetret lucem, et semel *Gloria Patri* ad S. Joseph, ad Angelum Custodem et ad Sanctum Patronum. — Hi actus fiant cum animi attentionem, sed breviter, et statim progrediantur ad meditationem.

Meditatio
quae constat:

220. - Circa *meditationem* juvat, illum qui legere scit, uti aliquo libro, sistendo ubi sentiat animum suum moveri. Ait S. Franciscus Salesius, in hac re debere nos apes imitari, quae tamdiu immorantur uni flori usquedum totum mel extraxerint, et postea ad alium meant. Qui autem legere nescit, meditetur novissima, Dei beneficia, et ante omnia vitam et passionem Jesu Christi: haec, ait S. Franciscus Salesius, nobis debet esse nostra meditatio ordinaria. Oh quam excellens liber est passio Christi animabus devotis! Ibi melius quam in quolibet libro percipitur peccati malitia et Dei amor erga hominem. Quaedam imago Redemptoris semel quondam allocuta est Ven. Fratrem Bernardum a Corlione, qui ab illa scire petiit, an vellet, ut ipse legere disceret: et Cru-

1°. Ex consideratione
mentis.

S. Franc. Sales., Tr. de l'Amour de Dieu, 1. 6, chap. 2; Introd. à la vie dév., part. 2, chap. 5. — S. Franc. Sales., Introd. à la vie dév., part. 2, chap. 1, init.; Entretiens spirit., entr. 18, v. f. — Ven. Maria Crucif., Girolamo

cifixus respondit: *Quid tua legere refert? Quid tibi libri? Ego sum liber tuus, hic tibi sufficit a).*

221. - Oportet autem advertere, orationis mentalis profectum non solum nec tam consistere in meditatione, quam in affectibus faciendis, in supplicando et in sibi proponendis agendis: et hi sunt tres meditationis fructus, ut supra innui n. 123.

Igitur, postquam aliquam aeternam veritatem quis meditatus erit, et postquam Deus cor ejus allocutus fuerit, oportet ut ipse suo corde Deum alloquatur, eliciendo affectus, ut sunt actus fidei aut actionis gratiarum, adorationis, laudis, humilitatis, et prae ceteris amoris et contritionis, qui etiam est actus amoris.

2°. Ex affectibus voluntatis.

Actus eliciendi.

Amor est illa catena aurea, quae adstringit animam cum Deo. Quilibet actus amoris est thesaurus, per quem certi efficitur de Dei amicitia: *Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei* (Sap., VII, 14). *Ego diligentes me diligo* (Prov., VIII, 17). *Qui... diligit me, diligitur a Patre meo* (Joan., XIV, 21). *Charitas operit multitudinem peccatorum* (I Petr., IV, 8). Observetur id, quod in Opere morali dictum est circa hoc, *Lib. VI, n. 442*. Venerabili sorori Mariae Crucifixae visa fuit ingens quaedam flamma, in quam, cum projectae fuissent quaedam paleae, statim visae fuerunt consumi: et hac visione ei ostensum fuit, quod per unum actum amoris auferantur atque consumantur in anima omnes culpae commissae. Accedit id quod docet S. Thomas, nempe, quemlibet actum amoris mereri unum gradum gloriae aeternae. *Quilibet actus charitatis meretur vitam aeternam.*

Speciatim actus amoris.

Actus autem charitatis sunt dicere: *Deus meus, super omnia te aestimo. Te*

Diversi actus amoris.

Turano, Vita e virtù della Ven. Suor Maria Crocifissa, dell'Ordine di S. Bened., nel Monastero di Palma, lib. 1, cap. 10, in f. (edit. Venet. 1709). — S. Thom., 2^a 2^{ae}, qu. 24, art. 6, ad 1; et 1^a 2^{ae}, qu. 114, art. 7, ad 3.

220. - a) Ita revera legitur in Vita B. Bernardi a Corlione, exarata a Gabriele de Modigliana, *cap. 12, init.* (edit. Rom., 1768). An autem hoc factum sit authenticum, sane est dubitandum, si conferatur ejusdem Vita, a Joanne Baptista de Milano conscripta (edit. Mediolan., 1761); nam hic auctor aliqua refert

quae prorsus discrepant. Narrat enim, *lib. 1, cap. 1, v. med.*, Beatum, annis undecim natum, magno cum ardore Vitas Sanctorum legisse, et, *lib. 2, cap. 10, init.*, eundem religionem ingressum, propria manu quamdam scripsisse revelationem de poenis inferni ipsi factam.

diligo ex toto corde. Cupio te ab omnibus diligi. Aut se totum divinae voluntati committere, dicendo: *Domine, fac ut cognoscam, quod tibi de me placet fieri! nam promptus sum totum exsequi.* Aut se ita offerat Deo, quin sibi aliquid reservet, dicendo: *Ecce me! De me et de iis quae ad me pertinent, dispone pro tua voluntate!* Et hi actus oblationis sunt actus amoris, qui valde sunt Deo chari; propterea S. Theresia quinquagies quolibet die se Deo offerebat ^{a)}. Sed inter alios praestantius erit dicere: *Gaudeo, Deus meus, quod es qui es; quod es summum bonum nullius indigens, etc.*

Monitum pro oratione supernaturali.

Cum autem anima cognosceret se supernaturali sive infusa recollectione elevatam (ut explicatum est *n. 133*), tunc non debet ipsa niti ad alios actus faciendos, praeter illos ad quos sentit se a Deo suaviter trahi; cum debeat tunc animo amabiliter intento attendere ad id quod Deus in se operatur: alioquin obstaculo posset esse divinae operationi.

Interdum omittatur consideratio.

Insuper notetur, ut advertit S. Franciscus Salesius, quod, si unquam Spiritus sancti afflatu mens nostra ad aliquem bonum affectum ante considerationem concitata fuerit, tunc, posthabita consideratione, locus dandus est affectibus; nam consideratio ad id deservit, ut affectus concitentur: quare obtento fine medium derelinquendum est.

3°. Ex precatione.

222. - Item summopere juvat, petitiones in oratione repetere, cum humilitate et fiducia exposcendo a Deo suum ipsius lumen, peccatorum remissionem, perseverantiam, bonam mortem, paradisum, et in primis donum sui sancti amoris. Hortabatur S. Franciscus Salesius, inter caeteras gratias postulandam esse cum animi vehementiori fervore divini amoris gratiam, quia, aiebat, obtento amore omnes reliquae gratiae obtinentur. Igitur sufficiens erit animae, si propter spiritus desolationem, in qua reperiretur, aliud facere non posset, sufficiens, dico, ei erit, ut re-

Imprimis petenda divini amoris gratia.

S. Franc. Sales., *Introd. à la vie dév.*, part. 2, chap. 8. S. Franc. Sales., *cfr. Tr. de l'Amour de Dieu*, I. 11, chap. 4, 8, 9, 13. — Segneri, *cfr. Manna dell'anima*, dichiaraz. del-

petat hanc Davidis petitionem: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, adjuva me, festina mihi auxiliari!* Dicebat Vener. Pater Paulus Segneri, se experientia didicisse, nullum aliud exercitium esse animabus utilius in meditatione, quam iterum atque iterum petere in nomine sive per merita Jesu Christi, qui nobis illam magnam jucundamque promissionem fecit, ut superius dictum est: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

223. - Item expedit, in oratione, saltem in ipsius fine, aliquid sibi proponere, non solum in genere, ut evitare omnem culpam deliberatam, etiam levem, et se totum Deo committere; sed etiam in particulari, ut est accuratius evitare aliquem defectum, in quem saepius quis offenderit, aut vigilantius attendere ad aliquam virtutem circa quam frequentiores habeat occasiones se exercendi, ut tolerandi alicujus molestias, tali superiori aut tali regulae diligentius obediendi, et majus studium adhibendi ut in tali et tali re desideria sua cohibeat; et ab oratione non discedendum, nisi aliquid in particulari sibi proposuerit.

4°. Ex propositis efformandis.

224. - Demum *conclusio* orationis tribus actibus terminatur: 1°. Gratiae Deo aguntur de omnibus illuminationibus, quae in meditatione acceptae sunt. — 2°. Proponatur, omnes deliberationes factas fideliter observare. — 3°. Oretur aeternus Pater, ut propter Jesum et Mariam auxilium suum praebeat ad fideliter exsequendum quod ei sponsum est. Et in fine orans commendet Deo animas purgatorii, praelatos Ecclesiae, peccatores et omnes sibi conjunctos, amicos, benefactores, recitando semel *Pater* et *Ave*, quae sunt omnium precum, quas a Christo et Ecclesia docti sumus, utilissimae.

Conclusio orationis.

225. - Antequam tamen ab oratione exeatur, oportet (ut ait S. Franciscus Salesius): 1°. Colligere fasciculum florum ut totum diem ille olfiat, nimirum seligere

Quomodo servetur fervor post orationem.

l'opera, in med. (edit. Venet. 1742); et *Sentimenti avuti nell'oraz.*, n. 14 (edit. Mediol. 1847). — S. Franc. Sales., *Introd. à la vie dév.*, part. 2, chap. 7 et 8.

prae ceteris unam vel alteram rem, in qua anima magis se moveri sensit, ut reliquo die illam recogitet. — 2°. Oportet operam dare ut quis statim executioni mandet resolutiones factas tam in parvi quam magni momenti occasionibus, quae nobis occurrent: ex. gr., superet cum mansuetudine molestias quae sibi inferuntur ab aliquo in se ira succenso; aut ut se mortificet in visu, auditu, in loquendo. — Et praecipue refert ut cum silentio, quantum possibile est, conservet sensum piorum illorum animi affectuum, quos in oratione Deus ei communicavit; alioquin si statim ad actiones externas et ad inutiles sermones divertet, illico fervor ille devotionis in oratione conceptus tepescet et irritus reddetur.

226. Prae caeteris denique director suum poenitentem sedulo admoneat, ne

orationem intermittat, neque ab illa aliquid temporis detrahat, praecipue in ariditatis tempore, et numquam turbetur, licet nimis et diu se cognosceret anima in ariditate positam ac omni devotionis fervore carentem. Quot aulici ajebat S. Franciscus Salesius, eunt suum principem honoratum, et contenti sunt, si dumtaxat ab eo aspecti sunt! Ad orationem nos pergimus, ut obsequium praestemus Deo et ei obsecundemus. Si ipsi lubet nos alloqui et suis consolationibus nobis favere, de tanta gratia gratias ei rependamus; sin minus, sufficiens erit nobis, ejus divinae praesentiae adesse, aequo animo eum adorando et nostras necessitates ei exponendo; et si tunc Dominus nobiscum non loquetur, utique acceptabit nostram attentionem et nostram fidelitatem, et pro nostra in eum fiducia nostras petitiones exaudiet.

In ariditate anima non cesset ab oratione.

CAPUT XI.

De assistentia erga moribundos ^{a)}.

Assistere moribundis opus Deo gratissimum,

227. - Non est charitatis opus magis Deo acceptum, magisque ad animarum salutem conducens, quam in extremo vitae periculo positos ad sancte moriendum adjuvare; nam tempore mortis, a qua uniuscujusque aeterna vita pendet, inferni vires fortiores sunt, infirmorum vero debiliores. Deus, ut manifestaret quam gratam habeat assistentiam moribundis praestitam, multoties S. Philippo Nerio ostendit angelos religiosi infirmorum ministris verba suppeditantes.

quod omnes sacerdotes,

228. - Nec id parochorum tantum munus est, ad quos animarum cura ex officio pertinet, sed omnium etiam sacerdotum. De parochis tamen Rituale Romanum praesertim loquens ait, praecipuam illorum muneris partem esse aegrotantium curam habere. Quapropter vult ut ipsi, statim ac aliquem ex suis parochianis aegrotare intelligunt, non exspectent ut infirmus parochum arcessat, sed ipse parochus ultro eum invisere curet; idque non semel tantum sed frequentius, si infirmum etiam spiritu aegrotare advertit. Quod si legitime sit impeditus, id saltem praestandum providebit per alium sacerdotem, modo hic sit pius et prudens. Quidam enim sacerdotes hoc munus exercendo magis quam utilitati damno esse solent, tam infirmis quam sibi et infirmorum domesticis, quorum profectum sacerdos assistens etiam respicere debet. Monet insuper Rituale, ut, si sacerdos forte deesset, id parochus praestandum curet saltem per aliquem laicum pium et christiana charitate praeditum, qui sanctis verbis infirmo praesto sit.

et praesertim parochi praestare debent.

Quid, si parochus sit impeditus,

§ I. - *Monita ad sacerdotem assistentem.*

Sacerdos clam roget medicum de morbi gravitate.

229. - 1°. Sacerdos clam procuret a medico scire an infirmitas sit mortalis. Dico: *clam*; quia detestabilis usus medi-

corum est aegrotos decipere, ne eos et propinquos contristent, ac si infirmis obligationem intimare confessionis (quam cognito periculo, illis imponere debent), idem sit ac mortem denuntiare.

230. - II°. A conjunctis, amicis, necnon ab ipsomet aegroto ejus naturam, indolem et defectus perquirat; item quibus indulserit passionibus, et praesertim si ad aliquam bonorum aut famae restitutionem teneatur; si odium aut pravam habuerit amicitiam; ut omnibus opportunum praebere possit remedium. — Caveat memorare infirmo personas odio habitas aut impure dilectas, si ad hoc ex necessitate non obstringatur. Vulneratos, postquam quidquid ad remissionem pertinet provisum fuerit, ne interroget, quis illos, qua de causa vel quomodo laeserit; et si infirmus de hoc loquitur, sermonem ad aliud divertere curet. Et ita etiam, si necessitas non urgeat, de litibus, filiis, bonis aliisque rebus impertinentibus ne verbum quidem faciat.

Inquirat de indole moribundi.

Prudenter illum alloquatur.

231. - III°. Post igitur quam morbum periculosum esse deprehenderit, in principio non alloquatur infirmum de confessione, sed tantum eum de infirmitate, doloribus, et quomodo valeat, benigne interroget. Hortetur deinde, ut se Dei voluntati conformet utque suos cum Christo in cruce languente dolores jungat, necnon ut eos pro peccatorum satisfactione patienter ferat. Et sic paulatim, qua par est prudentia, illum, tempus a quo confessus sit interrogando, ad confessionem inducat. Moneat ut omnem suam spem in Deo ponat, qui potens est ipsum in pristinam, si velit, reducere sanitatem. At, eodem tempore, sensim efficiat ut aegrotus suae infirmitatis periculum agnoscat. Praesertim advertat ne ille omnino fidem praebeat medicis et propinquis, qui

Paulatim confessionem consulat.

S. *Philipp. Ner.*, in ejus Vita a Bacci descripta, lib. 1, cap. 6, in f. — *Rit. Rom.*, de Visitat. et cura infirmorum, init.

227. - ¹ a) Hoc caput a S. Doctore postea assumptum est in *Hom. Apost.*, *Append. 2*,

paucis quibusdam mutatis circa modum dicendi. Et cfr. supra, notam a ad n. 172.

forte morbi gravitatem ei celabunt, ne ipsum moerore afficiant. Dicat sapientis esse praevidere futura. Hortetur ut, dum mens valet, confessionem faciat, quae corporis saluti, si animae expedierit, etiam proderit. Refert Belluacensis de quodam moribundo, quod statim ac ipse sua confessus fuerat peccata, e strato incolumis surrexerit. Pariter Cantipratensis enarrat, quod quidam eques, ubi multa non profuerunt medicamina, confessionis virtute statim convaluerit ^{a)}.

232. - Si tamen aegrotus dilationem quaerit, et periculum mortis, lethargi vel delirii imminens non est, poterit ei indulgere. Curet tamen, ut illi determinet tempus, puta vesperarum vel diem crastinum confessioni explendae. Si tamen periculum imminens est, ipsum cum D. Augustino moneat, quod Deus non promiserit peccatores exspectare, sed tantum parcere eis, si poenitentiam agant: *Crastinum non promisit, fortasse dabit, fortasse non dabit* ^{a)}. Quod si adhuc infirmus nec etiam per haec monita ad confessionem adduci possit, sacerdos nunquam eum deserat, sed quandoque terroris, quandoque fiduciae argumentis curet ipsum expergefacerere; et provideat ut tam privatae quam publicae, pro hujus miseri salute, preces ad Deum adhibeantur.

233. - IV^o. Si morbus increverit, infirmum hortetur ut de suis domesticis rebus opportune disponat. Id enim expedit pro familiae pace, et eo magis, si opus sit pro illius conscientiae levamine. In hoc tamen sacerdos sedulo caveat, ne ipse in aliquam lucri notam incidat. Si autem aegrotus fratres vel sorores indigentes habeat, moneat ipsum sub gravi obligatione teneri illis bona sua relinquere, saltem quod ad eorum necessitatem sublevandam sufficiat. Haec tamen gravis obligatio non videtur urgere pro remotioribus propinquis. Observa, quod dictum est in Opere,

Rit. Rom., De visitatione et cura infirmorum, v. *Proponet.* - *Recup.*, De Signis praedestinationis, tr. 2, de

Lib. III, n. 946. Si vero aegrotus vult pro sua anima aliquid testari, ipsum moneat ne onus illud haeredibus imponat; quia experientia docet legatis piis pene nullis satisfieri. Sed potius hortetur ut aliquod corpus assignet vel pecuniae summam ad sacrificia aut aliam piam operam persolvendam. Caveat sacerdos ne consulat infirmis quidquid aliis praejudicio esse potest, cum Christi ministros non deceat aliorum odium sibi commovere.

234. - V^o. Cum rudibus, dum actus christianos eis suggerit, italico, imo vernaculo, semper loquatur sermone. Cum litteratis contra, comioribus verbis, et aliquoties etiam latinis ex Scriptura excerptis, sed brevibus sententiolis utatur. Monet Rituale ne sacerdos nimis loquendo et crebris sententiis, ut aliqui solent, infirmo potius caput obtundat quam adjuvet. Pater Recupito, e Societate Jesu, de seipso refert, morti proximum, quidquid ei dicebatur, non intellexisse, sed tantum quoddam molestum murmur; ita ut, ne magis laederent, coactus rogaverit, ut aliquam verbis moram interponerent.

235. - VI^o. Praeter parvas Christi Domini crucifixi Beataeque Virginis imagines, quas juxta infirmum apponi curaverit, si fieri potest, etiam ob oculos ejus collocari faciat imagines Deiparae et Redemptoris majoris molis, ut sic aegrotus, quocumque se vertat, eas cernere possit et illis se commendare.

236. - VII^o. Curae ei etiam sit, ut ab infirmi cubiculo periculosa objecta removeantur, veluti arma, imagines parum honestae, et praesertim personae, quae aliquo modo occasionem peccati praebere possint; et istae non solum a cubiculo, sed a tota domo expelli debent. Et dum infirmus agoniae proximus videtur esse, sacerdos omnes ab ejus cubiculo depellat, praeter unum aut duos tantum, qui ipsi, dum oportet, praesto sint. Etiam

numero praedestinatorum, cap. 7, num. 29, in f. (Edit. Neapol., 1643).

231. - ^{a)} Haec facta non potuimus invenire nec apud Vincentium Belluacensem, nec apud Thomam Cantipratensem. Ceterum, quidquid sit de illorum authenticitate, duo exempla omnino similia et certe authentica legi possunt

in Vita S. Philippi Nerii, a Bacci conscripta, *lib. 5, part. 2, § Miracoli con mezzi diversi.*

232. - ^{a)} En verba S. Augustini: « Cras, inquis, bene vivam. Indulgentiam tibi Deus promisit; crastinum diem tibi nemo promi-

Nil intentatum relinquitur ut eum adducat.

Eum hortetur ad testamentum conficiendum.

Actus christianos suggerat,

sed sapienter.

Curet ut sanctae imagines juxta infirmum apponantur;

ut omnis occasio peccati amoveatur.

prohibeat, in aegroti cubiculum propinquiores cognatos ingredi, qui aliquam passionem excitare possent.

§ II. - *Remedia adversus tentationes.*

Remedia generalia contra tentationes.

237. Praecipua contra tentationes remedia sunt, Jesu ac Mariae sanctissima nomina saepius invocare et crucis signaculo se munire. Pro aliquibus tamen specialibus daemonis insidiis quaedam hic annotare expedit.

Remedia particularia contra fidei tentationes:

238. - Et I^o. *Adversus fidei tentationes.* — Ab hac terribili tentatione praesertim agitantur qui, cum perditam egerint vitam, sibi suoque iudicio nimis adhaeserunt; praecipue si viri eruditi fuerint.

Elicere generatim actum fidei.

Hi sedulo monendi sunt ut, si daemon aliquod eis circa fidem dubium aut subtilitatem suggerat, statim constanti animo tantum generatim respondeant: *Ego credo, quod sancta mater Ecclesia credit, quae veritatem credit et confitetur.* Horteturque sacerdos infirmum ut maxime Deo gratias agat, quod ipsum in Ecclesiae sinum ab incunabulis accipere dignatus sit; ideoque in ipsa fide usque ad extremum vitae perseverare velle profiteatur. Praecipuus tamen modus et utilior ad hujusmodi tentationes repellendas erit, mentem alio divertere, aliosque varios elicere actus, nempe contritionis, spei, charitatis erga Deum et similia. De quodam doctore Bellarminus refert, quod hic, dum in morte cum daemone disserere de quodam fidei articulo voluerit, deceptus succubuit et mortuus est ^{a)}.

Mentem alio divertere.

Quandoque motiva credibilitatis considerare.

239. - Si tentatio tamen pergit vexare, ostendat infirmo, quod nostrae fidei (per se sanctae et intemeratae, a pauperibus piscatoribus per totum orbem diffusae, tot miraculis ac tot millium martyrum sanguine qui vitam suam pro ipsa immolaverunt, confirmatae) argumenta luce clariora sunt et manifeste illam veram esse patefaciunt, licet res quas ipsa docet, nunc

per speculum in aenigmate videamus; nam si mysteria, de quibus nos instituit, essent evidenter, ubi esset meritum fidei? Quae ideo fides dicitur, quia res quas docet, obscurae sunt et non apparentes. Hinc dictum fuit: *Beati qui non viderunt et crediderunt* (Joan., xx, 29).

240. - II^o. *Adversus tentationem desperationis.* — Haec est praecipua tentatio, qua infernus vehementius aegrotos impetit. Unde illis de divina justitia, de damnatorum poenis loqui, eorumque patrata scelera exaggerare, sacerdos caveat; sed potius ipsis fiduciae in misericordia Dei, Salvatoris passione, divinis promissis et Dei Matris intercessionem argumenta insinuentur.

Remedia contra tentationes desperationis:

Insinuentur argumenta fiduciae:

241. - *Primum* igitur nostrae spei *motivum* est divina misericordia, dum Deus vocatur et vere est *pater misericordiarum* (II Cor., I, 3). Ipse occurrit etiam non quaerentibus se: *Invenerunt, qui non quaesierunt me* (Is., LXV, 1). Magis Deus cupit nos salvos facere, quam nos salutem optamus. Quare ipse merito de illis queritur, quos etiam fugientes amplexari desiderat, ut ait D. Bernardus: *Amplecti quaerit, a quibus desertum esse se queritur* ^{a)}. Ipse est totus pronus ad ignoscendum: *Multus est ad ignoscendum* (Is., LV, 7). Protestatur se nolle mortem peccatoris: *Nolo mortem impii, sed ut convertatur et vivat* (Ezech., xxxiii, 11). Dicit quod, cum peccator sua detestatur peccata, ipse eorum memoriam amittit: *Si... impius egerit poenitentiam..., omnium iniquitatum ejus... non recordabor* (Ezech., xviii, 21 et 22). Post haec divina testimonia, quis unquam de Dei misericordia diffidere poterit? Unus tantum doloris actus ad innumerabilia peccata delenda sufficit. Publicanus vix ingemendo dixit: *Propitius esto mihi peccatori!* et justificatus est [Luc., xviii, 13]. Prodigus filius, statim ac ad patris pedes rediit, pater eum am-

1^o. Misericordia Dei.

Bellarmin., de Arte bene moriendi, lib. 2, cap. 9 (edit. Rom. 1620).

sit ». *Enarr. in ps. 101, serm. 1, n. 10*; Migne, tom. 37, col. 1301. Cfr. etiam *Enarr. in Ps. 102, n. 16*; Migne, tom. 37, col. 1330.

238. - ^{a)} Bellarminus, *loc. cit.*, hoc exemplum refert ex Petro Barocio « episcopo Pa-

tavino qui scripsit libros tres de ratione bene moriendi ».

241. - ^{a)} S. Bernardus hoc fere habet in *Tract. de interiori domo, cap. 21*; Migne, tom. 184, col. 529.

plexus est [Luc., xv, 20]. David ut dixit: *Peccavi*, Nathan ei respondit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum* (II Reg., xii, 13).

2o. Incarnatio et Passio Jesu Christi.

242. - *Secundum motivum* est passio Jesu Christi, qui non ad aliud quam peccatorum salutem in terram se descendisse protestatur: *Non ... veni vocare justos, sed peccatores* (Matth., ix, 13). Proficitur etiam, nullum a se abire pati: *Eum qui venit ad me non ejiciam foras* (Joan., vi, 37). Et apud Matthaëum (xviii, 12) ait quod ipse est bonus ille pastor, qui dispersas oves quaerit, et si quam reperit, exultat, eam amplectitur suisque humeris imponit: et videtur deinde hanc majori diligere affectu, prout se gessit cum S. Maria Aegyptiaca, B. Angela a Foligno, S. Margarita a Cortona aliisque poenitentibus. Qui igitur rectam habet voluntatem, timere non debet damnari a Domino, qui, ne damnaret nos, seipsum ad mortem crucis damnare non dubitavit.

3o. Divinae promissiones.

243. - *Tertium motivum* sunt divina promissa. Multis in locis Evangelii, petentibus divina promittitur gratia: *Petite et accipietis* (Joan., xvi, 24). *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis* (Joan., xvi, 23). Et hic non solum de justis, sed etiam de peccatoribus sermo fit, juxta textum Matthaëi: *Omnis ... qui petit, accipit* (Matth., vii, 8). Satis igitur est gratias a Deo petere ad salutem, ut certe obtineantur. *Bonus est Dominus ... animae quaerenti illum* (Thr., iii, 25).

4o. Intercessio Sanctorum et praesertim Deiparae.

244. - *Quartum motivum* est Sanctorum intercessio et praesertim Deiparae, quam vult Deus ut nos cum tota Ecclesia salutemus nostrum refugium, vitam et spem nostram, ac dicamus: *Refugium peccatorum, ora pro nobis: vita, spes nostra, salve!* Unde merito ipsa B. Virgo appellatur a Blossio: *Spes desperantium*, et a S. Ephrem: *Adjutrix destitutorum*. Eadem Dei Mater B. Birgittae revelavit, quod, sicut aliqua mater videns filium

inter enses suorum hostium versantem, animosa in tutelam suam illum suscipit; ita ipsa curat devotos suos tutari, dum a daemonibus vexantur eique se commendant. Insuper dixit quod cum accedit ad eam peccator, ipsa non ejus merita discutit, sed cum quali intentione veniat, attendit. Et Deus ipse B. Catharinae Senensi revelavit, Mariae suae filiae concessisse, quod quivis peccator ad eam recurrens nullo modo possit a daemone rapi.

245. - IIIo. *Adversus tentationem vanae gloriae*. — D. Bernardus ait, quod vana gloria est quaedam sagitta, quae *leviter penetrat ... sed ... non leve infligit vulnus*; praesertim si persona timoratae sit conscientiae. Si igitur sacerdos unquam adverteret, moribundum nimis se reputare securum de sua salute, quia nimis suis operibus fidit, ei dicat quod peccata solummodo nostra sunt, omnia autem bona a Deo recepimus, ex illo: *Quid ... habes, quod non accepisti?* (I Cor., iv, 7). Et cum certum sit, nullum suae salutis aeternae divinaeque gratiae infallibilem certitudinem habere posse (*Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit*. Eccle., ix, 1); ideo quisque semper pavere debet, et cum metu et tremore salutem suam operari, ut ait Apostolus (Philipp., ii, 12).

Remedia contra tentationem vanae gloriae.

246. - IVo. *Adversus tentationem impatientiae*. — Si infirmus ex morbi cruciatibus impatientia afficitur, huic ostendatur, quanta martyres pro Christi nomine tormenta sint passi: vivi excoriati, adusti, trucidati. Et praesertim ei ob oculos ponantur omnia, quae innocens Jesus propter nostrum amorem est perpessus.

Contra tentationem impatientiae.

Exemplum martyrum et Jesu Christi.

Dicatur aegroto, quod infirmitatis dolores vitari nequeunt; unde, si ipse invitus eos patitur, male nunc et in altera vita se habebit; si autem libenti animo pro Deo acceptet, non solum hic a morbi poena levabitur, sed ibi minus purgatorii tormenta luet, magisque postea in coelo remunerabitur: *Tristitia vestra vertetur in gaudium* (Joan., xvi, 20). Moneatur

Dolores infirmitatis vitari nequeunt,

S. Maria Aegypt., Acta SS., mense April., tom. 1, pag. 80 et seqq. — B. Angela, Acta SS., mense Jan., tom. 1, pag. 186 et seqq. — S. Margar., Acta SS., mense Febr., tom. 3, pag. 305 et seqq. — Blossius, Consolatio pusillanimum, cap. 35, num. 3 (edit. Antverp. 1632). — S. Ephr., Sermo de laud. B. M. V., post init. (edit. lat.

Venet. 1755). — S. Birgitta, cfr. Revel. extravag., cap. 89 (edit. Rom. 1628). — S. Birgitta, Revel., lib. 2, cap. 23, init. — S. Cathar., Dialogo (trattato della divina Provvidenza), cap. 139 (edit. Senen. 1707). — S. Bern., in Ps. *Qui habitat*, serm. 6, n. 3; Migne, Patr. Lat., tom. 183 col. 198.

et complent aeternam coronam.

quod extremae vitae cruciatus nostram complent aeternam coronam: quoniam, ut S. Bonaventura dicit, poenas patienter tolerare aliis cunctis operibus perfectius opus est ^{a)}, juxta illud Jacobi: *Patientia... opus perfectum habet* (Jac., I, 4). Et ita Deus suos in hac vita amicos tractat, dum crux est nostrae praedestinationis securius signum. B. Clara per 28 annos doloribus vexata vitam duxit. S. Lidvina per 38 annos semper infirmitatum pondus toleravit; et divina Mater quodam die B. Birgittae aegrotanti sic dixit: *Scis, quare tua infirmitas tam in longum abierit? Abiit, quia te Filius meus et ego nimis diligimus*. Nos miseros viatores inter hujusmodi saeculi aerumnas Apostolus valde consolatur dicendo: *Momentaneum et leve tribulationis nostrae... aeternum gloriae pondus operatur in nobis* (II Cor., IV, 17). Et alibi: *Non sunt condignae passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis* (Rom., VIII, 18).

Pretium crucis.

Patientiam a Deo postulare.

247. - Et sic infirmo sedulo oportet suadere ut Dei voluntati conformetur, non solum si dolores patitur, sed etiam si medici errant, aut assistentes ipsius curam negligunt. Hinc crebro moneat illum ut a Deo patientiam expostulet.

Contra tentationem conquestionis, considerare miseriae vitae.

248. - V^o. *Iis qui aegre ferunt mortem tam immature* ^{a)}, ob oculos ponantur praesentis vitae miseriae, infirmitates, animi angores, necnon peccandi et damnationis pericula. Ideo sancti viri tam avide mortem exoptabant. S. Theresia aiebat: *Heu mihi, quia in omni vitae meae momento Deum amittere possum*; unde quoties horologium sonabat, toties valde gratulabatur, eo quod jam hora hujus periculi transacta esset ^{b)}. Martyres sancti hilares ad patibula procedebant, ut citius hoc periculum effugerent et Deo fruerentur.

S. Clara, Acta SS., mense Aug., tom. 2, pag. 763. — S. Lidvina, Acta SS. mense April., tom. 2, pag. 273

Hinc dicitur in Apocalypsi (xiv, 13): *Beati mortui qui in Domino moriuntur... ut requiescant a laboribus suis*. In hac lacrymarum valle viatores sumus: *Non... habemus hic manentem civitatem* (Hebr., XIII, 14). Unusquisque sive rex sive Pontifex, mortem subire debet.

249. - Hortetur infirmum ut Deo gratias agat, quia non permisit eum mori tempore quo erat in peccato; et quia nunc ipsum sacramentis munitum discedere disponit. Dicat, saltem mortem libenti animo excipiendam esse, quia evadimus tot leves culpas a quibus in hac vita immunes esse non possumus ^{a)}.

250. - Dicat aegrotans: *Frater mi, oportet ut te conformes voluntati Dei, quia omnia disponit propter nostrum bonum. Quis scit, annon, si amplius viveres, animam perderes?* — Sed dicet infirmus: *Ego vivere optarem ad aliquam Deo de culpis meis satisfactionem praebendam et aliquid boni ante mortem peragendum, dum usque adhuc nihil egi*. — Respondeat sacerdos: *Fili, nulla poenitentia est Deo magis accepta, quam mortem in peccatorum expiationem libenter acceptare, nullusque actus perfectior est quam mortem accipere ad voluntatem Dei exsequendam*.

Sacerdos objectioni respondeat.

251. - VI^o. *Adversus tentationem adhaesionis bonis et propinquis*. — Eis quibus mori displicet, quia nimis adhaerent bonis, dicat confessarius, haec non esse vera bona, cum sint transeuntia et de brevi defectura, et si non deficient, potius animum angunt quam solantur.

Remedia contra tentationem adhaesionis bonis,

252. - Si autem affligitur infirmus propter uxorem, filios aut nepotes dilectos, quos relinquit, blande sic hortetur: *Fili mi, statutum est omnibus mori; omnes te ordine sequentur. Nunc tuae saluti consule et animam tuam salva, et sic pro*

et propinquis,

et 279. — S. Birgit., Revelat extrav., cap. 67. — S. Theres., Cantioncula *Vivo sin viver en mi*, vers. 11.

246. - ^{a)} S. Bonaventura, *Opusc. 23, Legenda S. Francisci, cap. 14, n. 2*. dicit: « Omnia merita in patientia consummantur ». Cfr. etiam *Comment. in Evang. Luc., c. 21, vers. 19* et *Opusc. 11, Apologia pauperum, cap. 3, n. 7* (edit. Quaracchi).

248. - ^{a)} Textus italicus « in juventute ».

^{b)} S. Theresia, *Vita, cap. 36 (al. 40) v. f.*, sic loquitur: « Magno perfundor gaudio quo-

ties horologium sonare sentio, mecum recogitans unam vitae horam effluxisse, ac proinde me propius accessisse ad momentum videndi Deum ».

249. - ^{a)} Sic vertendus est textus italicus: « Semper in hac vita culpis venialibus Deum offendimus. Unde, saltem ad vitandas illas culpas, mortem acceptare, immo expetere debemus ».

ipsis in coelo orabis, unaque cum ipsis eris aliquando beatus in aeternum. Sed nunc quid dulcius quam proficisci ad manendum cum Jesu Christo, cum Regina coeli et omnibus sanctis..

qui relin-
quuntur i-
nopes.

253. - Si autem angitur, quia conjunctos suos relinquit inopes, ei dicat: *Audi, fili, si tu aeternam salutem assequeris, multo melius de coelo quam de terra tuis opem ferre poteris. Sed ne dubites, quia Deus, qui volatilia pascit, non omittet eis providere. Si tu illos amas, Deus plus te diligit.*

Remedia
contra ten-
tationem o-
dii:

VII^o. *Adversus tentationem odii et vindictae.* — Si quis propter aliquam acceptam offensam odio tenetur: 1^o Ipsi intimetur divinum praeceptum: *Diligite inimicos vestros* [Luc., vi, 27].

Praecep-
tum.

Conditio
veniae.

2^o. Dicatur ei quod, qui non dimittit, nec veniam sperare possit a Deo, qui dicit: *Foris canes!* (Apoc. xxii, 15). Canes, vindicum symbolum, repelluntur a coelo. E converso Deus veniam certam promittit illi peccatori qui veniam dat offensori suo ex illo: *Dimittite et dimittemini* (Luc., vi, 37).

Injuriae
erga Deum.

3^o. Subdat quod, si inimicus injuste laeserit ipsum, quanto injustius ipse Deum? Quamobrem, si ipse petit a Deo, ut sibi ignoscat, quanto magis proximo ipse ignoscere debet? *Sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos* (Col., iii, 13).

Res Deo
grata.

Ultimo ostendat eidem, quam gratam rem Deo exhibeat, qui injurias dimittit. S. Joannes Gualbertus, postquam fratricidae pepercit, ecclesiam ingrediens imaginemque Crucifixi salutans, vidit Redemptorem erga se caput inclinare, ac si propter veniam datam ipsi gratias ageret. S. Jacobus ante mortem amplexatus est eum, qui ipsum accusaverat. S. Stephanus oravit pro eis, qui eum lapidabant [Act., vii, 59]. S. Ludovicus, Galliae rex, apud se coenare fecit hunc, qui sibi mortem fuerat

Exemplum
Sanctorum.

S. Joan. Gualb., Acta SS., mense Julio, tom. 3, pag. 328. — S. Jacob. Major. Apost., Acta SS., mense Julio, tom. 6, pag. 9. — S. Ludov., Acta SS., mense Augusto, tom. 5,

molitus. S. Ambrosius per multum tempus cuidam suo proditori alimenta subministravit. Et praecipue primum exemplum de hoc praestitit Dominus noster Jesus Christus qui, in cruce positus, pro persecutoribus et maledicentibus sibi Patrem exoravit [Luc., xxiii, 34].

§ III. - *Varia motiva et affectus aegrotis suggerenda.*

254. - 1^o. Motiva fiduciae. — De his supra (in § II) jam locuti sumus. Illis posunt sequentes adjungi ex Scriptura: *Nul- lus speravit in Domino et confusus est* (Eccli., ii, 11). *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris* (I Joan., ii, 2). Jesus Christus ad hoc mortem subiit ut nobis veniam criminum obtineret. *Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* (Rom., viii, 32). Quomodo igitur Deus remissionem nobis negabit, qui nobis proprium dedit Filium?

Motiva fi-
duciae.

255. - Affectus fiduciae: *Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo?* (Ps. xxvi, 1). — *In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me, Domine, Deus veritatis. — Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti! — In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. — O bone Jesu, intra tua vulnera absconde me! — Vulnera tua, merita mea* (S. Bernardus) ^{a)}. — *Jesu mi, non negabis mihi veniam, qui vitam et sanguinem mihi non negasti. — Passio Jesu, tu es spes mea. Merita Jesu, vos estis spes mea. Mors Jesu, tu es spes mea. — Maria mater mea, salva me, miserere mei! — Spes nostra, salve! — Sancta Maria, mater Dei, ora pro me peccatore! — Sub tuum praesidium confugimus, sancta Dei genitrix.*

Affectus
fiduciae.

256. - II^o. Motiva et affectus contritionis. — Dicit S. Augustinus, quod nemo

Motiva et
affectus con-
tritionis.

pag. 683. — S. August., cfr. Enarrationes in Ps. 101, serm. 1, num. 10; Migne, Patrologia Latina, tom. 37, col. 1301.

255. - ^{a)} S. Bernardus, *serm. 61, in Cantic., num. 4 et 5*, hunc affectum fiduciae sic pulchre proponit animae devotae: « In quo enim clarius quam in *vulneribus tuis* eluxisset,

quod tu, Domine, suavis et mitis et multae misericordiae? ... *Meum* proinde *meritum* miseratio Domini» (Migne, Patr. Lat., tom. 183, col. 1072 et 1073).

usque ad extremum vitae debet omittere peccata sua deplorare.

Non intres in iudicio cum servo tuo! (Ps. CXLII, 2). — *Jesu mi et iudex meus, parce mihi, antequam venias ad me iudicandum!* — *Cor contritum et humiliatum, Deus non despicias. Deus meus, oh nunquam te offendissem!* — *Domine mi, non debebas sic tractari a me, sicut impie feci.* — *Pater, non sum dignus vocari filius tuus. Ego a te discessi, tuam despexi gratiam, ultro te amisi. Toto corde me poenitet, Deus meus, propter amorem et sanguinem Jesu Christi parce mihi! Maledicta peccata mea, quae Deo me privastis, ego vos detestor, abominor et maledico!* — *Deus meus, quid male fecisti, quod ipse sic offendi te? Propter Jesum Filium tuum miserere mei!* — *Nunquam, Domine, te offendam, quoadusque vivam; sive parum sive multum mihi supersit, volo te amare.* — *Offero tibi in satisfactionem contumeliarum quas tibi irrogavi, mortem meam et dolores quos usque ad mortem perferam.* — *Domine, merito me punis; nimis te offendi. Sed quaeso, in hac, non in alia vita me castiga!* — *O Maria, impetra mihi dolorem culparum mearum, remissionem et perseverantiam!*

257. - III^o. Motiva et affectus amoris: *Deus meus, qui es bonitas infinita, super omnia te diligo, amo te plus quam me, amo te ex toto corde. Deus meus, non sum dignus te amare, quia nimis te offendi, sed propter amorem Jesu fac me dignum!* — *Oh utinam omnes te diligerent!* — *Jesu dulcissime, cupio pati et mori pro te, qui propter me pati et mori dignatus es.* — *Domine, castiga me, uti vis, sed ne me privas te amare!* — *Deus meus, salva me; salus mea est amare te.* — *Opto paradysum, ut in aeternum et ex totis viribus meis te diligam.* — *Deus meus, ne me dejicias in infernum, ut mereor; ibi tu odio mihi habendus esses, sed animus mihi non suppetit te odio habere. Et quid mali, Domine mi, fecisti mihi, ut tu odio mihi habendus esses! Fac ut te amem, et mitte me quo vis!* — *Volo pati quantum tibi placet: volo mori ut tibi placeam. Devinci me tecum, Jesu mi, ne*

permittas me umquam separari a te! — *Deus meus, fac ut sim totus tuus antequam moriar!* — *Quando erit, ut dicere possim: Deus meus, non possum amplius amittere te?* — *Oh Deus meus, amare te vellem, quantum tu mereris!* — *O Maria, trahe me totum ad Deum!* — *Mater mea, ego multum te diligo; volo venire ad coelum, ad te amandum in aeternum.*

258. - IV^o. Motiva et affectus conformitatis. — *Omne nostrum bonum et vita consistit in eo, ut conformemur Dei voluntati, juxta illud: Vita in voluntate ejus* (Ps. xxix, 6). Deus quidem vult quae nobis sunt meliori bono. S. Gertrudi cum Jesus apparuisset, mortem et vitam offerens, respondit ipsa: *Domine, quod tu vis, et ego volo.* Pariter S. Catharina Senensis, cum Jesus se illi praebuerit, offerens duplicem coronam, unam gemmarum, spinarum alteram, ut ipsa eligeret, ipsa respondit: *Ego eligo, quae tibi placet.*

259. - Affectus: *Eja N., si Deus te vocat ad aliam vitam, contentus es? Es contentus. Dic igitur semper: Domine, ecce me, fac de me quod tibi placet! Semper fiat voluntas tua; volo tantum quod tu vis. Volo pati quantum tu vis; volo mori quando tu vis.* — *In manus tuas commendo animam et corpus meum, vitam et mortem.* — *Benedicam Dominum in omni tempore; sive me consolaris sive me crucias, Deus meus; ego te amo et semper te amare volo.* — *Deus meus, cum morte Jesu mortem meam conjungo, et sic eam tibi offero.* — *O voluntas Dei, tu es amor meus!* — *O beneplacitum Dei mei, me tibi totum in holocaustum trado!*

260. - Motiva et affectus desiderii erga paradysum.

Motiva. — Refert Blossius¹ plures revelationes, ex quibus habetur quod, in purgatorio, illi qui tepide coelum optaverunt excruciantur peculiari poena, appellata a DD. mysticis poena desiderii aut languoris. Praesens vita est poenarum carcer in quo Deum videre non possumus; unde merito rogabat David: *Educ de custodia animam meam!* (Ps. cxli, 8); et S. Augustinus clamabat: *Eja, Domine, moriar,*

Motiva conformitatis.

Ejusdem affectus.

Motiva desiderandi paradysum.

S. Gertrud., Insinuations de la div. piété, lib. 5, cap. 25, al. 26 (edit. Paris. 1620). — S. Cathar., Acta SS., mense

April., tom. 3, pag. 901. — ¹ Conclave animae fidel., part. 2, Monile Spirituale, cap. 13, n. 8.

ut te videam! ^{a)} S. Hieronymus appellabat mortem sororem suam eique dicebat: *Aperi mihi, soror mea!* Et quidem recte; nam mors est illa quae paradisi januas nobis reserat. Et ideo pariter S. Carolus Borromaeus, videns mortis effigiem cum falce in manu depictam, pictori praecepit ut falcem deleret et ejus vice clavem auream tamquam coeli clavem depingeret. Expedit igitur, ut sacerdos saepius alloquatur moribundos de coelestis patriae bonis, in mentem eis revocans quod Apostolus ait: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum* (I Cor., II, 9).

Affectus desiderii.

261. - Affectus: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* (Ps. xli, 3). *Quando erit, Deus meus, quod tuam infinitam pulchritudinem videbo et facie ad faciem te diligam?* — *In coelo semper te amabo, tu semper me amabis; invicem igitur in aeternum nos amabimus, Deus meus, amor meus et omnia!* — *Jesu mi, quando osculabor vulnera quae pro me sustulisti?* — *O Maria, quandonam erit ut me videam ad pedes illius matris quae tantum me amavit et auxiliata est?* — *Eja ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende!*

Affectus dum infirmus crucifixum deosculatur.

262. - Affectus, qui infirmo suggeri possunt dum crucifixum deosculatur: — *Dulcissime Jesu, ne respicias quod ego in te, sed quod tu pro me fecisti!* — *Recordare quod sim una ex ovibus tuis, pro qua mortuus es!* — *Accepto, Jesu mi, consumi pro te, qui totus consumi voluisti pro me!* — *Domine, majora tu pro me, quam ego pro te patior: tu innocens, ego peccator.* — *Deosculare, frater mi (dicet sacerdos infirmo), pedes illos qui tam ad te perditam ovem quaerendam et salvandam laboraverunt. Dic, quaeso: Amabilissime Redemptor, amplector pe-*

des tuos, uti Magdalena amplexa fuit; fac ut audiam, te mihi pepercisse, uti illa audivit! — *Deus meus, mihi propter amorem Jesu Christi, parce et fac ut bene moriar!* — *Pater aeternae, tu mihi Filium tuum tradidisti, me ego tibi trado. Jesu mi, multum tibi ingratus fui, miserere mei! Multoties infernum merui; non in alia, sed in hac vita me puni!* — *Si me fugientem quaesivisti, me te quaerentem ne derelinquas!* — *Jesu dulcissime, ne permittas me separari a te!* — *Quis me separabit a charitate Christi?* — *Domine Jesu Christe, per illam amaritudinem, quam sustinuit nobilissima anima tua, quando egressa est de benedicto corpore tuo, miserere animae meae peccatrici in egressu de corpore meo! Amen.* — *Jesu mi, tu propter amorem meum mortuus es: ego propter amorem tuum mori volo.*

263. - VII^o. Affectus, qui suggeri possunt sacerdotibus et religiosis infirmis: *In pace in idipsum dormiam et requiescam.* — *Deus meus et omnia! O me beatum, si omnia amittam, ut acquiram te, meum summum bonum!* — *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* — *Ne projicias me a facie tua!* — *Jesu dulcissime, ne permittas me separari a te! Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori* (Ita dicebat S. Franciscus). — *Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias.* — *In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum.* — *Diligam te, Domine, fortitudo mea.* — *Eja moriar, Domine, ut te videam!* — *Quid mihi est in coelo et a te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea in aeternum.* — *Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo?* — *Pater, peccavi, non sum dignus vocari filius tuus.* — *Averte faciem tuam a peccatis meis!* — *Tuus sum ego, salvum me fac!* — *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* — *Quis nos separabit a charitate Christi?* — *Amorem tui solum cum*

Affectus pro sacerdotibus et religiosis infirmis.

S. Hieron., ap. Surium, Vitae SS., die 30 Sept., n. 47 (edit. Taurin. 1878). — S. Franc. Assis., in Vita ejus de-

scripta a Chalippe, lib. 5, v. med. v. *Per vie più* (edit. ital. Pescin., 1791).

260. - ^{a)} Exclamatio ista reperitur ad verbum in libro cui titulus: *Soliloquior. animae ad Deum, liber unus, cap. 1* (Migne, Patr. Lat., tom. 40, col. 865). Sed S. Augustino per-

peram adscribitur hoc opus, quod confundi non debet cum alio opere, omnino authentico, cui titulus: *Soliloquior. libri duo* (Migne, Patr. Lat., tom. 32, col. 870 et seqq.).

gratia tua mihi dones, et dives sum satis. (S. Ignatius Lojola). — *Dilectus meus mihi et ego illi.* — *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* — *Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus etc.* — *Vita dulcedo, spes nostra, salve!* — *Refugium peccatorum, ora pro nobis!* — *Maria, mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe!* — *O salus te invocantium!* (S. Bonaventura).

§ IV - *Monita circa ultima sacramenta et modum quo utiliter recipi possunt.*

I. - *Circa Confessionem.*

Cum moribundis integritas materialis non a deo quaerenda.

264. - Jam supra in *Praxi* [n. 105] monitum est quod, dum periculum mortis instat, aut forsitan viaticum delatum est, et longa esset confessio, tunc infirmus non tenetur omnia et singula peccata confiteri (Vide nostram *Moralem*, *Lib. VI*, n. 260 et 484, v. *Si infirmus*).

Hic amplius animadvertenda sequentia, nimirum:

Quid possit quisvis sacerdos in mortis periculo.

1°. Quisque sacerdos in mortis non solum articulo, sed etiam periculo, ut Tridentinum¹ declaravit, censuris et casibus reservatis obstrictos absolvere potest (*Lib. VI*, n. 561). Advertendum tamen est, quod circa censuras reservatas tenetur confessarius, facultate carens, infirmo imponere ut elapso mortis periculo se praesentet superiori; secus in censuras reincidet (*Lib. VI*, num. 563, *Dub. 1*, v. *Secus*).

An absolvat, praesente approbato.

2°. Simplex sacerdos absolvere non potest, praesente confessario approbato; secus tamen si confessarius approbatus veniat jam incoepta confessione (*Lib. VI*, n. 562); secus etiam si approbatus sit complex personae infirmae in peccato turpi, uti decrevit summus Pontifex Benedictus XIV (*Lib. VI*, n. 563).

S. Ignat., Acta SS., mense Jul., tom. 7, pag. 550. — S. Bonav., Psalt. B. M. V., hymn. Te Dei Matrem (inter opera spuria S. Bonav., cfr. edit. Quaracchi, tom. 8, pag. cxi). — ¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 7. — *Bened. XIV*, bulla *Sacramentum*, § 4, diei 1 Jun., 1741 et declarat.

3°. Moribundus sensibus destitutus recte potest absolvi, saltem sub conditione (quod videtur semper esse securius), dummodo constet, infirmum absolutionem desiderasse, poenitentiae signum praebendo, aut si confessionem quaesierit (*Lib. VI*, n. 481). Et id intelligitur, etiamsi moribundus in actu peccati sensus amiserit (n. 483); ex D. Augustini auctoritate et ratione; quia ex una parte conditio sacramenti irreverentiam removet, et ex alia semper in tali casu, quisque velle suae salutis consulere judicatur, et sensibile aliquod signum ostendere, licet morbi causa signum non intelligatur.

Moribundus sensibus destitutus absolvi potest.

4°. Si infirmus post tertium diem, licet de periculo monitus, nec tamen confiteri vellet, optimum esset, si sacerdos medicum monefaceret, ut juxta S. Pii V bullam eum non amplius invisere pergat. Si tamen infirmus in sua adhuc maneat perveracia, tunc medico curam denuo suscipere licebit. Vide *Lib. VI*, n. 664.

II. - *Circa Communionem.*

265. - Sequentia adnotantur monita:

1°. Ut infirmo viaticum ministrari possit, necesse non est ut omni vitae spe destitutus sit, sed sufficit mortis periculum (*Lib. VI*, n. 284).

Ad viaticum sufficit mortis periculum.

2°. Si vomitus periculum adsit, viaticum dari non potest, licet praemittatur experientia cum particula non consecrata (*Lib. VI*, n. 292, v. *In dubio*).

Dari nequit si periculum vomitus est.

3°. Pueris ratione pollentibus etiam rite viaticum dari potest^{a)}; necnon phreneticis, dummodo bene vixisse constet aut paulo ante confessi sint, et periculum irreverentiae non adsit: ideoque cum istis probabiliter licitum est experiri cum particula non consecrata.

Quid, pro pueris, et phreneticis.

4°. Infirmis etiam in Parasceve, ut habetur ex S. Rituum Congregationis decreto anno 1622 edito^{b)}, viaticum mini-

Quid, in Parasceve.

Apostolici muneris, § 2 et seq., diei 8 Febr. 1745. — S. Augustin., De Conjugiis adulterinis, lib. 1, cap. 28, n. 35; Migne, Patr. Lat., tom. 40, col. 470. — S. Pius V, brev. *Supra gregem*, diei 8 Mart. 1566; in Bullario Mainardi.

265. - ^{a)} S. Congr. de Sacramentis, diei 8 Augusti 1910, declaravit: « Detestabilis omnino est abusus non ministrandi viaticum

et Extremam unctionem pueris, post usum rationis ».

^{b)} Decretum istud non invenitur nec in

strare, non tantum licet, sed ad hoc parochi tenentur.

Pluries dari potest viaticum.

266. - 5°. Communis sententia tenet quod in eadem infirmitate aegroti non jejuno pluries viaticum dari potest; saltem si intersit sex vel octo dierum spatium. Immo multi DD. minus temporis intervalli exigunt. Vide *Lib. VI, n. 284 et 285*. — Si tamen aegrotus mane ex sua devotione communicavit, non potest ei ipsomet die viaticum dari, nisi tamen mortis periculum ex aliquo supervenienti morbo violento, nempe vulneris, veneni, casus et similis, advenerit. Secus, si aegrotus in infirmitate jam constitutus mane communicavit; vide rationem, citato numero 285, *Dub. 3*.

Quando nam dari nequeat.

Sacerdos infirmum inducat ad recipiendum viaticum.

267. - 6°. Si infirmus tantum confessus sit et malum increbescit, tunc sacerdos eum, ut quanto citius viaticum accipiat, sedulo disponat, ut sana mente et majori fructu recipiat; ideoque desiderium recipiendi viaticum in animum inducere curet, ut ita munitus daemonis viribus majori nixu et gratia obstare possit, utque Jesu Redemptori nostro magis se uniat, qui eum invisere cupit (dicat), ut suas possit in eum gratia seffundere et ad coelestem patriam brevi perducere: sin autem, et si expedierit, etiam corporis salutem impertiatur. S. Cyrillus Alexandrinus ait, quod sancta Eucharistia etiam morbos depellit et aegrotos sanat. Et de suomet patre S. Gregorius Nazianzenus refert quod, statim ac communionem accepit, convaluit ^{a)}.

Allocutionis exemplum.

268. - Sacerdos igitur sic infirmum alloquetur: *Frater mi, licet tua sanitas non sit desperata, in periculo tamen est; ideoque optimum est ut quam citius potes, viaticum accipias; nam Christus in pristinam te restituet sanitatem, si hoc tuae aeternae salutis expedierit; si tamen mori debes, contra diabolum in tuum auxilium veniet et tui itineris ad beatam patriam*

S. *Cyrrill.*, in Joan., vi, 57, lib. 4, cap. 2 (*al.* 17); Migne, *Patrologia Graeco-Latina*, tom. 73, col. 586. —

comes erit. Quid dicis? Cupisne viaticum accipere? — Equidem. — Eja igitur praepara animam ad amplectendum tuum Redemptorem qui pro te mortuus est. Dic toto corde: Veni, Jesu mi, veni, amor meus, omne bonum meum! Veni! Ad te anima mea desiderat! Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea in aeternum.

269. - Sacerdotis autem, cum viaticum advenerit, sit cura ut in infirmi cubiculo non adsint parentes, qui passionis ei esse possint causa, uxor nempe, sorores et caeteri. Tunc ei subjungat: S. *Philippus Neri*, cum in suo cubiculo SS. Sacramentum videret, exclamavit: *En amor meus, en amor meus! Dic etiam, frater, dic: En amor meus! En hic est Filius Dei qui pro tua salute descendit de caelis, homo factus est, qui pro te in cruce mortem subire voluit et nunc te invisurus est in ipso tuo cubiculo. Bono sis animo! jam tibi peccata condonavit. Culparum tuarum jam te poenituit et adhuc te poenitet. Sed nunc diligis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; ita ne est? Eja ergo dic: Amo te, Deus meus, super omnia, et quia diligo te, me poenitet peccasse: propter amorem tuum libenter morior; si tibi placet, mori cupio, ut videam te et in aeternum amem.*

Eum adjuvet in praeparatione.

270. - Dicat inde: *Si igitur, N..., Jesum amas, ignoscis nunc amore ipsius omnibus qui te in aliquo offenderunt; non est ita? Petisne etiam veniam, quibus injurias et offensas irrogasti? Eja igitur, converte faciem tuam ad Jesum qui te amplecti cupit: dic toto corde: Domine, non sum dignus. Sed licet indignum te tanto munere fatearis, ad te tamen Dominus venire vult. Iterum igitur eum ardentem voca: Veni, Domine, veni, amor meus! Deus meus et omnia, veni! Ad te sitit anima mea et praeter te nihil aliud cupit.*

S. *Philipp. Ner.*, Bacci, *Vita di S. Filippo*, lib. 4, cap. 1, num. 3.

Collectione Gardelliana, nec in Collectione authentica. In hac autem ultima Collectione reperitur decretum diei 15 Maji 1745 (n. 2383) in quo indicatur modus servandus in ministrando viatico, die Parasceve.

267. - ^{a)} S. Gregorius Nazianzenus, *Oratio 18, funebris in patrem, n. 28 et seqq.*, narrat patrem suum, episcopum, cum ad extrema reduceretur, miraculose ob preces populi, fuisse a Deo sanatum, ita ut statim po-

Postea, in gratiarum actione.

271. - Communicato jam infirmo, ad gratiarum actionem illum adjuvet sacerdos: *Eja igitur frater, age nunc Domino gratias, qui ad te venire teque amplecti dignatus est! Sacramentum est et vere dicitur futurae gloriae pignus. Dominus tecum est, quid amplius times? Exsulta, frater, Deus tibi dare vult paradysum, ideoque totum se tibi impertiri dignatus est; dic ergo: Dominus meus, amor meus te amplector! Tibi gratias ago, te amo, et in aeternum me te amaturum spem habeo: me poenitet te offendisse, et nunc quidquid mihi superest vitae, in tuum amorem impendere firmiter propono.*

272. - *Jesu mi, vitam meam in holocaustum libenter offero, si tibi placet eam mihi auferre. Fiat semper voluntas tua! Sanctam perseverantiam et amorem tuum mihi tantum concedas precor, ita ut amando te animam efflem, ut veniam ad te amandum semper in coelo. Tu me non deseres, ego non deseram te; ergo Deus animae meae, in aeternum nos invicem diligemus.*

III. - Circa Extremam Unctionem.

Extrema Unctio quandonam ministranda sit.

273. - Extrema Unctio, uti est ultimum sacramentum, ita ex D. Thoma est vitae spiritualis corona. Ipsa homo munitus ad coelestem patriam ingredi disponitur. Unde sacramentum hoc, dum aegrotus mente pollet, ut ei magis prosit, opus est ut conferatur, quoniam, licet conferri non possit, nisi grave mortis periculum, saltem probabile, immineat (ut in nostra Morali, *Lib. VI, n. 714*), tamen ad ultimum vitae discrimen prorsus differendum non est (*ibid.*, v. *Advertendum autem*). Unde ait Catechismus Romanus¹ graviter peccare parochos illos qui conferunt Extremam Unctionem, quando nulla adest spes vitae et aegrotus jam privatur sensibus.

274. - Aegrotus sacerdos suadere studeat:

Primo. Quod Extrema Unctio, si animae profutura erit, etiam ad corporis sa-

D. Thom., 3^a P., qu. 84, art. 1. ad 1; 1^a 2^{ae}, qu. 102, art. 5, ad 3. — ¹ Part. 2, cap. 6. num. 9. — ² Sess. 14, de Extr. Unct., cap. 2. — *Joan. Herold.*, dictus *Discipulus*,

nitatem confert, ut Tridentinum²: *Et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur.* Haec tamen sanitas non confertur, cum naturaliter impossibile est iterum restitui ad salutem. De quodam jam defuncto refert Joannes Heroldus, hunc revelasse, quod, si Extremam Unctionem prius accepisset, statim e morbo convaluisset; sed quia distulerat, ideo vita defunctus erat, et ad purgatorii ignem centum annis damnatus.

Secundo. Extrema Unctio peccatorum reliquias remittet et per consequens ipsa peccata mortalia occulta, ut docet D. Thomas (Vide *Lib. VI, n. 731, v. Commune*). Ideoque instruat infirmus ut, dum quinqueque corporis sensus unguentur, ipse de culpis per ipsos commissis doleat et cum astantibus etiam respondeat. *Amen.*

Tertio. Particularia auxilia, quibus in illo extremo agone inferni vim et impetum frangat, ministrabit. Quare multum probabile est, gravi se obstringere scelere, qui hoc sacramentum accipere recusaret, ut supra diximus, *n. 107.*

275. - Aliqua de hujus sacramenti administratione scitu necessaria adnotare licebit.

1^o. Speculative tantum probabilis est opinio dicens, sufficere ministrare hoc sacramentum cum una gutta olei, illam per partes non diffundendo; non tamen practice, quia haec vera unctio non esset (Vide in Morali, *Lib. VI, num. 709, Dub. 4.*

2^o. Unctio quinque sensuum, secundum communiorem sententiam, est de necessitate sacramenti: unde, pestis tantum tempore aut alicujus imminentis mortis periculi, una tantum et in uno sensu (consultius in capite) unctio adhiberi potest; sed semper sub conditione, *si valet*, et cum unica forma, dicendo: *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per sensus, nempe vi-*

Sermones Discipuli, cum Promptuario exemplor., prompt., lit. V. exempl. 29 (edit. Venet. 1598). — *S. Thom.*, suppl., qu. 30, art. 1, corp.

Extrema Unctio confert interdum sanitatem.

Reliquia peccati remittit.

Auxilia particularia praebet.

Requiritur diffusio olei.

Quid, dicitur unctio quinque sensuum.

tuerit in suo cubiculo « mysteria peragere » (*Migne, Patr. Graeco-Lat., tom. 35, col. 1018 et seqq.*). Quid autem sibi velit haec locutio

« mysteria peragere »; num significet Sanctum celebrasse Missam in cubiculo, disputant eruditi. Cfr. *Migne, loc. cit., col. 985.*

sum, auditum, gustum, odoratum et tactum. Sit tamen aeger supervivat, unctiones etiam sub conditione reiterari debent in omnibus quinque sensibus cum solitis orationibus ^{a)}.

Quid, de
mina un-
ctione;

3°. Non est de necessitate sacramenti geminam unctionem in geminis partibus adhiberi; immo unum tantum oculum, unam manum, etc. ungere licite sufficit, dum periculum infectionis aut alia necessitas adest, ut si infirmus nequit verti ad aliud latus. — Unctio renum in mulieribus, et etiam in viris, *quando infirmus*, ut Rituale monet, *commode moveri non potest*, omittitur ^{b)}. — Unctionem tamen pedum non esse de necessitate sacramenti tenet communis sententia. Sed quoad hoc ecclesiarum consuetudo servanda est (*Lib. VI, n. 710, v. Certum*). — Nec etiam de necessitate sacramenti est in unctione partium ordinem servari: gravi tamen culpa se obstringit, qui receptum ordinem non servat (*ibid.*, v. *Nec etiam*).

unctione
num;

unctione
dum;

de ordine
rvando.

Extrema
nctio pue-
s confere-
r.

4°. Extrema Unctio rite confertur pueris, qui ratione pollent, licet non adhuc communionem acceperint ^{c)}. In dubio tamen de usu rationis, sub conditione administrari potest. Hoc tamen cum prorsus carentibus non procedit (*Lib. VI, n. 719, et 720*).

uibusnam
nda,

5°. Amentibus, phreneticis, delirantibus, qui, dum rationis usum habuerunt, pii animi significationem dederint et Extremam Unctionem petierint, aut verisimiliter petiissent, aut contritionis signum dederint, remoto irreverentiae periculo, dari potest: et eo magis, si lucidum aliquod rationis intervallum habent. In dubio autem, an quis unquam rationis usum habuerit, conditionate dari potest. Idem de ebriis, si in mortis periculo sint, nisi tamen constet, in mortali culpa fuisse, cum sensus ipsi amiserint; impenitentibus enim, et qui in manifesto peccato moriuntur, necnon excommunicatis peni-

et quibus
neganda.

Ritual., de Sacramento Extremae Unctionis, cap. 1. num. 15, v. *Quinque vero*. — *Ritual.*, loc. cit., num. 3,

tus denegari debet, ut Rituale Romanum monet (Vide *Lib. VI, n. 732*). — Mulieribus etiam, si ob partus dolores in mortis periculo sint, conferri potest.

6°. Orationes praescriptae extra formam in casu necessitatis omitti possunt, quae postea dicentur, si tempus suppetet (*Lib. VI, n. 727*); et in tali casu sacramentum dari potest etiam sine luminibus et ministro (*n. 728*), et etiam probabiliter sine superpelliceo et stola (*n. 726*).

Ritus in
casu neces-
sitatibus.

7°. Extrema Unctio in eadem infirmitate iterari non potest, nisi infirmus a priori probabiliter convaluerit, et in aliud simile vitae discrimen inciderit, ut docet Tridentinum ¹ (Vide *Lib. VI, n. 715*).

De iteran-
da Extrema
Unctione.

8°. Cautus sit sacerdos in movendo aegroto, ut partes viciniores ungat; si tamen caute revolvat, et casu ille e vita decedat, irregularitatem non teneat incurrisse; quia in hoc casu irregularitas non potest incurri nisi ob delictum, a quo, qui charitatis causa aliquid inculpabiliter agit, immunis est.

Sit pru-
dens sacer-
dos in mi-
nistranda
E. U.

Denique recte parochus in sua domo oleum sanctum in nocte servare potest, dum probabile periculum praevidet, ut si vocatus ad conferendam unctionem praesto non esset (*Lib. VI, n. 730*).

§ V - Monita circa agonem et mortem.

276. - Cum infirmus ad agonem pervenit, solitis Ecclesiae armis ad eum juvandum, quantum potest, sacerdos utatur.

Sacerdos
moribun-
dum adju-
vet:

1°. Saepius infirmum aqua benedicta adspergat, praesertim si diabolicis tentationibus exagitur, dicendo: *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus*.

aqua be-
nedita;

2°. Crucis signaculo eum muniat et benedicat, dicens: *Benedicat te Deus Pater qui te creavit; benedicat te Filius qui te redemit; benedicat te Spiritus Sanctus qui te sanctificavit*.

crucis si-
gnaculo;

3°. Salvatoris, necnon Mariae aliquam imaginem saepius osculandam praebat.

sacris ima-
ginibus;

v. *Impoenitentibus*. — ¹ Sess. 14, de Extrema Unctione, cap. 3.

275. - ^{a)} S. C. S. O., die 25 Apr. 1906, decrevit « in casu verae necessitatis sufficere formam: Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen ». — Quapropter si infirmus supervivat,

non sunt supplendae reliquae partiales unctiones; supplendae vero erunt aliae orationes, juxta Ritualis praescriptum.

^{b)} Vide notam *h*, ad *lib. 6, n. 710*.

^{c)} Cfr. supra, *n. 265*, notam *a*.

indulgentiis;

4º. Curet ut infirmus lucretur omnes indulgentias, quas potest, et praesertim accipiat benedictionem in articulo mortis Benedicti XIV cum indulgentia plenaria, quam infra, n. 287, annotabimus.

affectus suggerendo;

5º. Identidem suggerat aliquam sententiam doloris, conformitatis, spei in Domini passionem ac B. Mariae intercessionem, necnon desiderii videndi Deum. Curet tamen sacerdos intervallum aliquod interponere, ut infirmus habeat et ruminandi tempus et quiescendi.

6º. Studeat ut saepissime sanctissima Jesu et Mariae nomina, saltem corde, si loqui non potest, invocet, ac multoties dicat orationem illam: *Maria, mater gratiae, etc.*

moribundum aliorum precibus commendando.

7º. Agonis tempore, faciat ut circumstantes pluries B. Mariae Virginis litanias pro aegroto dicant. Proderit etiam procurare, ut tunc pulsetur campana agonis ad significandam omnibus instantem mortem expirantis aegroti, ut pro ipso orent; quod etiam sanis juvare potest. Et hic generatim animadvertendum est quod, cum infirmus est sensibus destitutus, magis illi prosunt orationes quam verba.

Quid faciendum tempore expirationis.

8º. Cum tempus expirandi instat, sacerdos flebili voce et flexis genibus consuetas ecclesiae orationes recitet: *Proficiscere, etc.*, ut in fine Breviarii aut Rituali habentur.

9º. Dum manus, pedes, etc. infirmi tangit, ut, an friguerit, sentiat, caveat saltem, ne saepius fiat, ne eum perturbet; et ne illum vertant curet, in illo agonis statu, nam id mortem accelerare posset.

10º. Dum infirmus proximus est ad transitum, tradit ei candelam benedictam, ut teneat et ita in fide mori profiteatur.

Infirmo iterari potest absolutio,

11º. Dum infirmus adhuc sensibus viget, absolutionem pluries ei conferri post brevem reconciliationem juvabit, ut ita ille magis circa statum gratiae securus reddatur, si forsan praeteritae confessiones invalidae fuissent, aut saltem gratiae augmentum recipiat, necnon purgatorii poenae ei minuantur. Et si forte infirmus tunc in lethale incidat peccatum, ne illum exterreat, sed monens ut Jesu ac Mariae nomina invocet; si rursus tentatur, benigne ipsum confortet, procuret ut contritionis actum eliciat, et statim absolvat.

etiamsi sensibus sit destitutus.

Si tamen infirmus jam sensibus caret, et nullum doloris nec absolutionis desiderii signum ostendit, non expedit valde saepius intra eundem diem absolutionem ei impertiri; quia tunc, licet conditionate detur, tamen, ut sacramentum possit administrari sub conditione, urgens et gravis causa requiritur; unde opus est ut aliquod notabile temporis spatium praeterlabatur. Verum in hoc sacerdos ex conscientia quam noverit infirmi, se dirigere debet; nam si ille habituatus fuit in pravis cogitationibus, si ex aliquo vulnere moritur, aut aliqua odii vel impuri amoris passione est irretitus, si infirmitas est nimis acerba, et ipse non libenti animo suffert, tunc saepius absolutio dari potest: sin autem, sufficit ut trium aut quatuor horarum spatium intercedat; frequentius tamen, si jamjam moriturus est. — Non abs re autem erit, aegrotum, dum mente pollet, monere ut, si loqui non possit, signum aliquod determinatum det, dum absolutionem quaerit, aut dum sacerdos ipsi conferre vult, ex. gr. oculos claudat vel reseret, manum elevet, caput inclinet et similia.

Prudentia sacerdotis tempore mortis.

277. - Denique, cum e vita jam migrasse videtur, caveat sacerdos ne statim det hujus mortis signum, nec ei statim oculos aut os claudat, aut visum pannis cooperiat; quia, si nondum mortuus esset, fieri posset, ut mors acceleraretur. Cum autem certo scit, animam jam ad aeternitatem migrasse, circumstantes, ut pro illo orent, moneat, et ipse flexis genibus dicat orationem: *Subvenite, etc.*, ut in Rituali vel in Breviario.

§ VI. - *Affectus, qui suggeri possunt agonis et expirationis tempore.*

278. - *In te, Deus meus, infallibilis veritas, credo; in te, immensa misericordia, spero; te, infinita bonitas, amo. — In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. — Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea in aeternum. — Amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. — In pace in idipsum dormiam et requiescam. — Deus meus, ne permittas me separari a te! Nihil aliud*

Affectus suggerendi agonis tempore.

quam te cupio. Bonitas infinita, te amo, te amo, te amo! (Hic animadvertendum est, actus frequentiores, qui moribundis suggeri debent, esse amoris et doloris). — Jesu mi, qui mox me judicaturus es, parce mihi antequam judices! Te amo, et quia te amo, me poenitet te offendisse. — Jesu mi dulcissime, ne permittas me separari a te! — Sanguis Jesu, lava me; passio Christi, salva me! — In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. — Moriar, Domine, ut te videam! — Maria, mater Dei, ora Jesum pro me! — Illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exsiliium ostende! — O Maria, nunc tempus est auxiliandi servum tuum! — Mater mea, ne derelinquas me! — O paradise, o pulchra patria, o amoris patria, quando te videbo! — Deus meus, quandonam facie ad faciem te amabo! — Quandonam, Jesu mi, te non amplius amittendi securus ero! — Deus meus et omnia! — Contentus sum omnia amittere, ut acquiram te, Deus meus. — Deus meus, propter amorem Jesu miserere mei! — Mitte me, Domine, in purgatorii ignem, quamdiu vis; noli tamen in infernum, ubi te amare non possum! — Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos praetioso sanguine redemisti! — Aeterne Deus, spero et cupio in aeternum te amare, — Amor meus crucifixus est. Jesus meus, amor meus, pro me mortuus est. — Deus, in adjutorium meum intende! Domine, ad adjuvandum, etc. — Pater aeterne, propter amorem Jesu Christi da mihi gratiam tuam! Te amo, me poenitet, etc. — Quomodo possum de tot tantisque beneficiis, quae mihi fecisti, Deus meus, tibi rependere gratias? Spero in aeternum in coelo tibi gratias agere. — Maria, mater gratiae, mater misericordiae, etc. — Miserere mei, Deus, secundum magnam, etc. — Misericordias Domini in aeternum cantabo.

279. - Dum jam aegrotus est proximus ad exspirandum: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum!* — *Jesu mi, tibi animam quam tuo sanguine redemisti, commendo!* (Hic notandum, quod, dum infirmus jam ad exhalandam animam vicinus est, actus suggeri debent sine pausa et fortiori voce). — *Domine Jesu Christe,*

suscipe spiritum meum! — *Deus meus, adjuva me!* *Sine me venire ad amandum te in aeternum!* *Jesu mi, amor meus, te amo, me poenitet.* *O nunquam te offendissem!* — *O Maria, spes mea, adjuva me, ora pro me Jesum!* — *Jesu mi, propter passionem tuam salva me!* *Te amo!* — *Maria, mater mea, in hac hora adjuva me!* *S. Joseph, adjuva me!* *Archangele Michael, defende me!* *Angele custos, custodi me!* *S. N., (hic praecipui protectoris aegroti fit mentio) commenda me Jesu Christo!* *Sancti et Sanctae Dei, intercedite pro me!* — *Jesus, Jesus, Jesus.* — *Jesus et Maria, vobis cor et animam meam dono.*

§ VII. - Imminentis mortis signa.

280. - Opus est ut sacerdos, qui charitatis opus exercet, imminentis mortis signa sciat, ut ita aegroti jam exspiranti melius auxiliari possit. — Praecipua et universalis sunt tria: 1°. Pulsus deficiens, intermittens et formicans; 2°. respiratio anxiosa; 3°. oculi excavati et vitreati, aut apertiores solito; vel nimis lucidi, vel qui respiciunt objecta diversa, quam aliis apparent, aut cum palpebra superior relaxatur et inferiorem praetergreditur.

Signa mortis universalis.

281. - Sunt etiam proxima mortis signa: Nasus acuminatus et in extremitate albescens, et si nares ad instar follis sufflant; manus tremantes, unguis lividi, facies flavescens, livida aut mutata; flatus male olens aut frigidus, corpus immobile, sudor frontis vel frigidus, calor in cordis parte nimius, festucas aut lanugines colligere, frigiditas in extremis omnibus partibus.

Signa proxima.

282. - Signa tamen proximiora expirationis sunt: Respiratio intermittens aut languida; defectio pulsus; dentium contractio et stridor; distillatio in gula; lene quoddam suspirium aut gemitus; lacryma per se fluens; oris, oculorum et totius corporis torsio.

Signa proximiora.

283. - Advertatur 1°. quod laborantes hydropisi, hectica febris vel vulnere, asthma, pleuritide, sanguinis fluxu, vomitu, angina et rheumatismo, interdum cum paucis nominatorum signorum et cum pulsu valido ac loquentes exspirare solent.

Monita pro diversis morbis.

Advertatur 2°. proximos morti esse qui pleuritide laborant, dum respirationis

difficultas, anhelitus augmentum et labia livida apparent. Vulnerati capite interdum subitaneo deliquio moriuntur. Hydropici, dum pulsus deficit, et anhelitus crescit, ac in ore spuma apparet. Qui feбри intermittente laborant, mori solent in principio accessionis, dum convulsiones vehementes sunt.

Advertatur 3^o. quod in aliquibus aegrotis flatus est adeo debilis et cordis exagitatio, ut jam mortui videantur, et tamen non sunt. Signa certiora mortis sunt: Omnium partium frigiditas, etiam in regione cordis, corporis gravitas, acris odoris naribus immissi stimulum non sentire, speculum ori admotum flatu non maculari, et similia.

Demum advertatur, quod interdum signa, superius in primo loco adducta, fallunt et etiam sine illis repente moritur infirmus: ideoque dum aegrotus in agonè manet, sacerdos oportet ne unquam illum deserat.

§ VIII. - *Preces, actus christiani, benedictiones.*

284. - Sacerdos domum aegroti ingrediens dicat:

Preces.

✠ *Pax huic domui.*

✠ *Et omnibus habitantibus in ea.*

Cubiculum aqua benedicta adspersat, dicens: *Adsperges me, Domine, hyssopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor.*

Deinde dicere potest orationes, quae in Rituali pro Extrema Unctione exstant. Postea Redemptoris imaginem accipiat dicens: *Ecco crucem Domini, fugite partes adversae!* et aegroti osculandam praebeat, dicens: *Deosculare pedes Jesu Christi, qui in hac cruce pro salute tua mortuus est.*

285. - Deinde dicat: *In Deo, N. N., igitur spem tuam jacta! sperare volumus, Mariam a Deo salutem tibi obtinere velle: infirmitas tamen gravis est; voluntati Dei*

tuam conforma, ut de te faciat quod ipse vult. Eia igitur mecum recita christianos actus, ut cum istis ad mortem te dispo- nere valeas, si pro bono animae tuae sic Deus determinavit; dic ergo mecum:

286. - Actus fidei. — *Deus meus, infallibilis veritas, quia tu, quod credere debeam, sanctae Ecclesiae revelasti, credo quod credendum mihi proponit Ecclesia. Credo te esse Deum meum, omnium Creatorem, qui per totam aeternitatem paradiso justos remuneras, peccatores vero castigas inferno. Credo mysterium SS. Trinitatis, id est, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum tres personas, sed unum Deum. Credo secundam personam, id est, Filium Dei, hominem factum in utero Mariae semper virginis, et pro nobis peccatoribus mortuum esse. Deinde resurrexit et nunc sedet ad dexteram Patris; et inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo septem sancta sacramenta, et praecipue Baptismum, Poenitentiam, Eucharistiam et Extremam Unctionem. Credo omnes resurgere debere cum corporibus suis; et denique credo omne id quod credit sancta Ecclesia catholica Romana, in qua sola credo esse veram fidem.*

Actus fidei.

Actus spei. — *Deus meus, confisus tuis promissis, quia tu fidelis potens et misericors es, propter merita Jesu Christi peccatorum meorum veniam spero, perseverantiam finalem et gloriam paradisi.*

Actus spei.

Actus amoris et doloris. — *Deus meus, quia tu es bonitas infinita, infinito amore dignus, toto corde meo te diligo super omnia. Et omnium peccatorum meorum, quia tuam infinitam bonitatem offendi, tota anima mea me poenitet et displicet. Potius mori quam peccare propono, cum gratia tua, quam ut nunc mihi des et semper, te precor. Et propono sancta sacramenta recipere in vita et in morte.*

Actus amoris.

Benedictus XIII omnibus, qui semel in die ^{a)} hos eliciunt actus ^{b)}, septem annos

Bened. XIII, indult., de die 15 Jan. 1728; Raccolta n. 1 (edit. Rom. 1898).

286. - ^{a)} Postea vero Benedictus XIV, decreto S. C. Indulg., diei 28 Jan. 1756, indulgentiam de qua agitur concessit toties quoties.

^{b)} Juxta Benedictum XIII (decr. S. C. Indulg., diei 30 Jul. 1735) sufficiebat elicere actus

mere internos. Sed Benedictus XIV, in decreto S. C. Indulg., diei 28 Jan. 1756, declaravit actus mere internos ad indulgentiam lucranda non sufficere; non requiri tamen formulam determinatam, dummodo expriman- tur motiva cujusque virtutis theologalis.

Signa quan- do que fal- lunt.

Indulgentiae actibus christianis annexae.

et septem quadrag. indulgentiae largitus est; et si per mensem integrum fiant, confessis et communicatis, juxta mentem Pontificis orantibus, indulgentiam plenariam, etiam pro defunctorum animabus, concessit: et si in fine vitae quis faciat, indulgentiam in articulo mortis.

BENEDICTIO IN ARTICULO MORTIS.

Cuinam dari possit benedictio in articulo mortis.

287. - Pontifex Benedictus XIV, anno 1747, episcopis facultatem concessit et eorum delegatis, indulgentiam plenariam aegrotis petentibus impertiri, postquam Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis sacramenta acceperint aut si signum aliquod doloris dederint et po-

stea sensus amiserint. Non vero excommunicatis et impenitentibus, nec etiam illis, qui in evidenti peccato mortali moriuntur.

Advertendum tamen quod praedicta facultas debet ab episcopis exposci a quocumque Pontifice pro tempore; in bulla enim *Pia mater*, edita a Benedicto XIV, die 5 Aprilis anno 1747, sic dicitur: *Cum novi episcopi catholicis gregibus in posterum praeficientur, volumus atque statuimus, ut singulis eorum hujusmodi facultatem a Nobis sive a Romano pro tempore Pontifice postulantibus apostolicae litterae etc.* ^{a)} Modus, quo datur benedictio est hic ^{b)}.

Bened. XIV, bulla Pia mater, diei 5 April. 1747.

287. - ^{a)} Textus sic perficitur in bulla citata apostolicae litterae, in forma brevis, gratis per omnia expediantur, quibus praedicta facultas concedatur ... ad omne tempus quo adeptum semel Ecclesiae regimen obtinebunt ».

^{b)} S. Alphonus hic opportunum judicaverat formulam hujus benedictionis inserere, necnon modum benedicendi et imponendi quaedam scapularia. Sed cum hujusmodi formulae facillime hodie reperiuntur, eas hic referre supervacaneum duximus.

EXAMEN ORDINANDORUM

AB EODEM AUCTORE BREVITER CONCINNATUM EX EADEM SUA THEOLOGIA MORALI

RES SCITU MAGIS NECESSARIAS CONTINENS

PRAEFATIO EDITORUM

Sors quam
habuit *Exa-*
men Ordī-
nandorum.

De hoc opusculo, quod *Examen ordinandorum* inscribitur, satis erit pauca praefari. Illud S. Alphonsus ad multorum rogatum composuit ac typographo Remondinio transmisit, in tertia editione Theologiae moralis inserendum, una cum manuscripto suae *Praxis*, latine jam conversae¹. Ac paulo post, S. Doctor de eodem *Examine* ad editorem scribens, haec adjungit: « Si velles libellum seorsim edere, puto te multa exemplaria esse distra-cturum² ».

Remondinius tamen (qua de causa nescimus) opusculum in tertia editione inserere omisit. Quod videns S. Doctor, statim aliud exemplum opellae, auctioris tamen multo ac melius ordinatae, suo remisit editori Neapolitano qui eo tempore excudebat primam editionem operis « *Istruzione e Pratica per un confessore* ». Sic quidem *Examen ordinandorum* prodiit primum Neapoli, ineunte anno 1758, uti *Appendix III* memoratae *Istruzione*³.

Interea, inconsulto S. Alphonso, ipse Remondinius seorsim edere coepit *Examen*, juxta manuscriptum duos ante annos acceptum. Quae res non parum displicuit S. Doctori qui, die 5 Junii 1758, ei rescripsit: « Accepi a te initium mei opusculi *Directorium pro ordinandis*⁴ sed *Directorium* quod ego inserui in recenti opere meo [*Istruzione e*] *Pratica*, auctius est meliusque digestum. Si id ante a te rescivissem, novissimum laborem tibi tradidissem edendum⁵ ».

¹ Lettere di S. Alfonso, Corrispondenza speciale, epist. 19, diei 1 Oct. 1756.

² « Se di questi [della *Praxis* e dell'*Examen*] volesse stamparne alcuni a parte, penso che ne smaltirebbe molti ». Corrisp. speciale, epist. 23, diei 29 Oct. 1756.

³ Et deinceps in omnibus editionibus sive *Istruz. e Pratica*, sive *Hom. Apost.* invenitur in fine operis, ut *Appendix III*.

⁴ Remondini una cum *Exam. ordin.* ediderat *Epitome sacrorum rituum*, a *Josepho Cabrino*, quod explicat titulum quem ipse suo libro dedit: *Directorium ordinandorum*. Hunc igitur libellum divulgavit anno 1758, item, sine ullis immutationibus, 'anno 1768, inscio iterum S. Doctore.

⁵ « Ricevo anche il principio del Direttorio degli ordinandi... Ma il Direttorio che ho posto nella nuova [*Istruz. e*] *Pratica* è più abbondante e più aggiustato. Se me l'avesse scritto prima, l'avrei pregato che avesse stampato quest'ultimo ». Corrisp. speciale, epist. 39.

Cum, anno insequenti, ipse Remondinius prelo mandasset opus *Istruzione e Pratica* simulque idem opus latine conversum sub titulo *Homo Apostolicus*, edidit quoque in Appendice III *Examen ordinandorum*, quale fuerat a S. Auctore adornatum. Idemque, anno 1760, inseruit quartae editioni Theologiae moralis, uti erat in votis S. Alphonsi, ac deinceps, in reliquis editionibus, *Examen* semper fuit insertum post *Praxim Confessarii*.

Quid prae
seferat haec
nova editio.

Textum *Examinis* decerpimus ex nona Theologiae Moralis editione, utpote a S. Sede approbatum, eodem tamen diligenter collato cum prioribus editionibus, ac servatis iisdem legibus quas defletus Pater Gaudé sibi constituerat.

Aliud praeterea notatum volumus. Cum S. Doctor primitus *Examen* operi *Istruz. e Pratica* adnexuerit, saepe lectorem remittit ad capita eiusdem operis. Huc non attendit Remondinius, ubi idem opusculum Theologiae Morali inseruit. Quapropter, etiam in nona editione, lector *Examinis* saepe ad loca remittitur, quae in Theologia Morali non reperiuntur; v. gr., n. 4, legitur: « Qui vult videre hanc quaestionem cum omnibus suis rationibus enucleatam, observet *caput XVI, tom. 2, ad n. 18* ». Nos vero, mentem interpretantes S. Alphonsi, opportunum duximus has allegationes ita mutare, ut lector remittatur ad ea loca Theologiae Moralis, quae locis operis *Istruzione e Pratica* adamussim correspondeant.

EDITORES.

CAPUT I.

De sacramentis in genere.

1. *Quid sit sacramentum.* — 2. *Quae requirantur ad constituendum sacramentum. An circumcisio, etc.* — 3. *Quae sint sacramentalia.* — 4. *Distinguuntur sacramenta.* — 5. *Qu. 1. Quae requirantur ad essentiam. — De materia.* — 6. *De forma et de connectione materiae cum forma.* — 7. *De mutatione substantiali aut accidentali.* — 8. *De sacramento sub conditione. — Si cum forma, aut materia dubia, vel mixta. — Interruptio formae.* — 9. *De intentione ministri et suscipientis.* — 10. *Qu. 2. De ministro.* — 11. *An debeat esse in gratia.* — 12. *Si sit laicus, aut ministret non solemniter, an sufficiat contritio.* — 13. *Si absolvat in mortali: si ministret Eucharistiam: si celebret Missam.* — 14. *Si subdiaconus aut diaconus ministret solemniter.* — 15. *Si ministret indigno.* — 16. *Simulare administrationem sacramenti.* — 17. *Simulare susceptiorem.* — 18. *An minister debeat intendere, quod facit Ecclesia.* — 19. *Qu. 3. Quid ad valide et licite sacramenta suscipienda.* — 20. *An petere ab excommunicato vel peccatore.* — 21. *An liceat dare pecuniam pro administratione sacramenti.* — 22. *Effectus.* — 23. *Et I. De gratia.* — 24. *II. De caractere.*

Quid sit sacramentum.

1. - Sacramentum, generaliter loquendo, significat mysterium sive rem occultam. Sacramentum vero in Ecclesia christiana sic definitur: *Est visibile signum invisibilis gratiae ad populum Dei sanctificandum, a Christo institutum.* Dicitur: *Signum visibile*, scilicet signum externum in materia sensibus subjecta; — *invisibilis gratiae*; quia sacramentum significat gratiam quam causat invisibiliter, scilicet ex opere operato, sive per se, modo suscipiens sit dispositus; — *a Christo institutum*; quia juxta sententiam probabiliorum Christus etiam ut homo sacramenta instituit ex potestate, quae dicitur *excellenciae*. Vide Opus Morale, *Lib. VI, n. 1—3.*

Requisita ad constituendum sacramentum.

2. - Tria igitur ad sacramentum constituendum requiruntur: 1° Signum externum; 2° promissio gratiae; 3° institutio Christi, cum omnia sacramenta ex Christi passione vim habeant.

Dubitatur: An circumcisio fuerit olim verum sacramentum, conferens gratiam ex opere operato?

Affirmat Scotus, sed communiter id negant DD.; nam circumcisio operabatur sanctitatem tantum externam, non autem internam. Commune tamen est quod fuerit verum sacramentum (*Lib. VI, n. 4.*)

Scot., in 4, dist. 1, qu. 6. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 9, v. *Tertio*. — *Suar.*, disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 8. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 5,

3. - Sacramentalia autem sunt quaedam actiones sacrae ab Ecclesia institutae, prout sunt aqua lustralis, benedictiones rerum, consecrationes et similia. Haec non habent per se vim remittendi peccata, sed tantum impetrandi auxilia divina ad eliciendos actus bonos, quibus postea peccata remittuntur (*Lib. VI, n. 90 et seqq.*).

Quae sint sacramentalia.

4. - Multipliciter distinguuntur sacramenta:

1°. Alia sunt necessaria *necessitate medii*, ut sunt Baptismus pro omnibus, Poenitentia pro lapsis in mortale, et Ordo pro iis qui sacramenta Eucharistiae et Poenitentiae ministrant; etiam Eucharistia, juxta probabiliorum sententiam, saltem in voto implicito (*Lib. VI, n. 192*). — Alia *necessitate praecepti*, ut sunt Confirmatio, juxta probabilem sententiam, licet opposita Navarri, Suarii, Soti, Laymann, Roncaglia, Wigandt ex D. Thoma¹, et aliorum, etiam sit probabilis (*n. 181*)^a, — et Extrema Unctio, juxta probabiliorum sententiam omnino suadendam (*n. 733*).

Sacramenta necessaria necessitate medii,

necessitate praecepti.

2°. Alia sunt *sacramenta iterabilia*, ut Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio et Matrimonium; — alia sunt *initerabilia*, ut Baptismus, Confirmatio et Ordo, propter characterem quem indelebiter imprimunt.

Iterabilia et non iterabilia.

n. 4. — *Roncaglia*, de Confirm., cap. 2, qu. 2, resp. 2. — *Wigandt*, tr. 11, exam. 6, num. 79. — ¹ 3^a P., qu. 72, art. 1, ad 3.

4. - ^a) Haec scripsit S. Doctor anno 1758. Postea tamen, an. 1760, expresse se retracta-

vit, uti videre est in Theologia morali, *lib. 6, n. 182, v. Verumtamen.*

Sacramen-
ta mortuo-
rum,

et vivorum.

Formata
et informia.

Dari potest
sacramen-
tum Poeni-
tentiae va-
lidum et in-
forme.

Requisita
ad essen-
tiam sacra-
menti:

1. Materia.

2. Forma.

3°. Alia sunt *sacramenta mortuorum*, ut Baptismus et Poenitentia, quia primam conferunt gratiam et supponunt animam mortuam, id est gratia carentem; — alia *vivorum*, quae aliquando per accidens dant etiam primam gratiam, nimirum casu quo aliquis attritus, bona fide putans se contritum, illa suscipit, ut docent probabiliter Lugo ^{b)}, Suarez, Coninck, Cajetanus, Croix, Salmant., Palaus et alii plures ex D. Thoma contra alios, ex communi (n. 6).

4°. Alia sunt *formata*, id est cum effectu gratiae; — alia *informia*, scilicet sine collatione gratiae quae est sacramenti forma.

An autem detur sacramentum Poenitentiae validum et informe, id est, sine gratia?

Alii negant; sed communiter et verius alii affirmant. Casus esset nimirum, si quis acciperet absolutionem ab aliquo mortali peccato cum attritione concepta tantum ex turpitudine supernaturali illius peccati, et cum oblivione inculpabili alterius peccati mortalis. — Qui vult videre hanc quaestionem cum omnibus suis rationibus enucleatam, observet *Lib. VI, n. 444*.

5. - Quaeritur 1°. *Quae requirantur ad essentiam sacramenti.*

Tria requiruntur: materia, forma et intentio.

Materia est res corporea et sensibilis quae suscipienti applicatur, v. gr. aqua, chrisma, oleum sanctum, etc. Et haec est *materia remota*; nam *proxima* est ipsa applicatio materiae, ut ablutio, unctio, etc.

6. - *Forma* sunt verba prolata a ministro. — Ut autem sacramentum valeat, requiritur connexio sive simultas materiae et formae, scilicet, ut materia applicetur antequam prolatio formae terminetur, vel postquam prolatio formae sit

incepta. Sententia autem quod sufficiat applicare materiam immediate ante vel post prolationem formae, est tantum probabilis, non autem moraliter certa; ut requiritur, ubi agitur de valore sacramenti, ex propositione 1 damnata ab Innocentio XI, ideoque non est practice probabilis ^{a)}. — Excipiuntur tamen sacramenta Poenitentiae et Matrimonii, quae valent, etiamsi interponatur aliqua mora inter materiam et formam (*Lib. VI, n. 9*).

7. - Si mutetur substantialiter materia, nempe applicetur vinum pro aqua; vel mutetur forma, nempe si verba non habeant eundem sensum, puta dicendo: *Te aspergo pro te baptizo*, invalidum est sacramentum. Secus, si mutatio est accidentaliter, scilicet si aqua sit calida aut decocta, aut si dicas: *Ego te baptizo in nomine Patria et Filia, etc.*, ut habetur ex can. *Retulerunt, dist. 4, de consecr. a)*, vel: *in nomine Patris omnipotentis, etc.* Sic tamen mutans non excusaretur a peccato gravi (*Lib. VI, n. 11*).

8. - In casu necessitatis vel magnae utilitatis bene possunt conferri sub conditione, saltem mente retenta ^{a)}, sacramenta, non solum characterem imprimantia, ut est certum, ex *cap. 2, de bapt.*, sed etiam alia, si non possit haberi materia nisi dubia. Ita Suarez, Palaus, Habert, Bonacina, Roncaglia, Salmant., et alii communiter contra Juenin ^{b)} et Antoine. — Vide *Lib. VI, n. 28 et 29*.

An autem minister possit uti materia aut forma dubia, si ad id cogatur metu mortis? — Probabiliter potest, nisi cogatur in contemptum religionis. Ita Sanchez, Coninck.

Si in materia propria misceatur extranea in majori vel aequali parte, materia est inepta; secus, si in minori. Ita S. Thomas ¹.

Suar., de Euch., disp. 63, sect. 1, v. *Dico 3*. — *Coninck*, disp. 19, dub. 5, n. 19. — *Cajet.*, in 3^{um} P., qu. 72, art. 7. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 2119. — *Salmant.*, tr. 1, cap. 5, num. 12. — *Palaus*, de Extr. Unct., punct. 5, num. 7. — *D. Thom.*, 3^a P., qu. 79, art. 3, corp.; qu. 72, art. 7, ad 2; Suppl., qu. 30, art. 1, corp.; in 4, dist. 23, qu. 1, art. 2. — *Suar.*, disp. 13, sect. 3, v. *Dico 3*. — *Pa-*

laus, tr. 18, disp. unic., punct. 5, n. 7. — *Habert*, tr. de Sacram. i. g., cap. 12, qu. 2, resp. 2. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 20. — *Ronc.*, tr. 16, cap. 4, qu. 6, resp. 3. — *Salmant.*, tr. 1, cap. 7, num. 56. — *Antoine*, de Sacram., cap. 2, qu. 3, resp. 2, v. *Nota*. — *Coninck*, de Sacram. i. g., qu. 60, art. 8, dub. 2, n. 81. — ¹ 3 P., qu. 74, art. 3, ad 3.

^{b)} Lugo, de Euch., disp. 12, n. 3 et seqq., hanc sententiam rejicit.

6. - ^{a)} Sed vide not. *d* et *e* ad *lib. 6, n. 9*.

7. - ^{a)} Cfr. *lib. 6, n. 110*, notam *a*.

8. - ^{a)} Vide notam *b* ad *lib. 6, n. 29*.

^{b)} Cfr. *lib. 6, n. 28*, notam *b*.

De connexione materiae cum forma.

De mutatione substantiali,

aut accidentali.

Sacramenta quandoque conferri possunt sub conditione,

vel cum forma aut materia dubia,

aut mixta.

De interrup-
tione for-
mae.

Interruptio formae, si est modica, non officit valori sacramenti; secus, si talis sit ut verba non constituent unum sensum (*n. 11, ad 3*).

De ejusdem
repetitione.

Non licet autem formam repetere, nisi adsit probabile dubium, quod forma invalide fuerit prolata (*n. 224, v. Advertendum*).

Materiae et
formae a
Christo spe-
cificatae.

Alii dicunt, aliquas sacramentorum materias et formas fuisse a Christo in genere determinatas et relictas Ecclesiae, ut ipsa in particulari determinaret. Sed probabilius alii docent, omnes fuisse a Christo determinatas in substantia. Unde, si aliqua invenitur inter novam et priscam Ecclesiae consuetudinem differentia circa materias et formas, mutatio illa censetur tantum accidentalis. — Vide hanc quaestionem ad trutinam revocata, *Lib. VI, n. 12*.

3. Intentio
ministri.

9. - Demum ad essentiam sacramenti requiritur *intentio* ministri, et quidem actualis vel saltem virtualis.

Intentio *actualis* est ea quae actu habetur; *virtualis* autem, quae permanet in virtute actionis quam minister exequitur ex intentione actuali prius habita; ad differentiam intentionis *habitualis*, quae aliquando est habita et non est retractata (*Lib. VI, n. 15*).

De inten-
tione susci-
pientis.

Haec autem habitualis non sufficit in ministro. Sed bene sufficit in suscipientibus sacramenta; atque in necessitate etiam, si ipsi sint dormientes aut ebrii, aut ceciderint in amentiam, postquam jam habuerint intentionem illa suscipiendi, ut communissime docent Lugo, Palaus, Salmant., et alii plures cum D. Thoma¹. Et patet ex cap. *Majores*, § *Item quaeritur, de bapt.*, et etiam ex Instructione de Baptismo, data a Benedicto XIV, incipiente: *Postremo mense*.

Immo quoad Extremam Unctionem et

Lugo, disp. 9, n. 132. — *Palaus*, tr. 19, punct. 7, n. 2. — *Salmant.*, tr. 2, de Bapt., cap. 6, n. 43. — ¹ In 4, dist. 6, qu. 1, art. 2, sol. 3, ad 2. — *Bened. XIV*, Instruct. *Postremo mense*, n. 46, diei 28 Febr. 1747. — *Lugo*, de Sacram. i. g., disp. 8, n. 151. — *Ronc.*, tr. 16, cap. 4, qu. 6, resp. 1. —

etiam Confirmationem satis est pro suscipientibus adhuc *interpretativa*, id est ea quam suscipiens non habet nunc nec umquam habuit, sed haberet, si rem adverteret (*Lib. VI, n. 81*).

10. - Quaeritur 2^o. *Quis sit minister sacramentorum?*

Quoad Ordinem solus episcopus est minister (*Lib. VI, num. 761*); et quoad Confirmationem ipse est minister ordinarius; nam extraordinarii possunt esse etiam simplices sacerdotes (*n. 170*). — Aliorum autem sacramentorum solus sacerdos est minister, excepto Matrimonio (*n. 897*), et etiam Baptismo in necessitate: in ea enim possunt etiam laici, et adhuc haeretici baptizare (*n. 113*).

11. - Ad *valide* autem ministranda sacramenta non est opus ut minister sit in gratia, nam peccatores etiam valide ministrant: non vero haeretici nec excommunicati vitandi, respectu ad sacramentum Poenitentiae. Vide dicta *Lib. IV, n. 560 a*).

Ad *licite* tamen ministrandum requiritur status gratiae. Sed in extrema necessitate, si minister non posset tam cito conteri, probabiliter a culpa excusatur, si ministrat. Ita ^{b)} Lugo, Roncaglia, Contin. Tournely, Antoine, Croix, Salmant., Vasquez, Coninck (Vide *Lib. VI, n. 33*) et Sabinum²). — Nunquam autem excusatur parochus aut oconomus. Hi enim debent esse semper parati ad ministrandum.

Celebrans autem in mortali quatuor mortalia committit: 1^o quia indigne consecrat; 2^o quia indigne sumit; 3^o quia indigne ministrat; et 4^o quia ministrat indigno, qui est ipse idem (*Lib. VI, n. 35, v. Hinc*).

12. - Quaeritur, *an peccet graviter, qui existens in mortali ministrat sacramentum in necessitate, si ad illud non*

Contin. Tourn., de Sacram. i. g. cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 2, v. *Dixi 1*. — *Antoine*, de Sacram., cap. 2, qu. 6, resp. 1. — *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 92. — *Salmant.*, tr. 1, cap. 7, n. 93. — *Vasq.*, disp. 136, cap. 3, n. 40; cfr. n. 41. — *Coninck*, qu. 64, n. 22. — ² *Lux mor.*, part. 2, tr. 41, n. 56.

Quis sit
minister sa-
cramentorum.

Ad validi-
tatem non
requiritur
status gra-
tiae.

Secus, ad
licetatem.

Celebrans
in mortali
quatuor
peccata
committit.

II. - *a)* Sed vide notam *b* ad *lib. 6, n. 560*, ubi ostensum fuit, S. Doctorem se retractasse, loquendo de articulo mortis.

b) Hic S. Alphonsus, ob lapsum oculi, se-

ptem allegavit auctores, quorum ne mentionem quidem facit *lib. 6, n. 33*, ad quem locum remittit lectorem. Nos autem auctores ibi revera citatos retulimus.

est ordinatus, ut laicus matrimonium contrahens aut baptizans; *vel si est ordinatus, sed ministrat non solemniter?*

Alii probabiliter negant, ut Concina, Tournely, Natalis Alexander et alii ex D. Thoma¹. — Sed probabilius affirmant Contin. Tournely, Croix, Antoine^{a)}, Lugo, Pontius, Vasquez, Navarrus, etc., quia semper sancta sancte tractanda sunt (*Lib. VI, n. 32*). — Minister autem solemniter ministraturus sacramenta, si est in mortali, sufficit, ut eliciat certum actum contritionis (*n. 34*). Celebraturus vero Missam debet confessionem praemittere: excepto casu, quo ex necessitate ex una parte deberet celebrare et ex alia non adesset copia confessarii. Sed tunc post celebrationem debet quamprimum confiteri, ut praecipit Tridentinum.² — Vide *Lib. VI, n. 255*.

13. — Confessarius, tantum audiens confessionem in mortali, probabilius est cum Lugo, Sporer, Salmant., Elbel, Croix et aliis, quod non peccet graviter, quia non conficit sacramentum. — Si vero absolvit plures poenitentes etiam successive, in statu peccati mortalis, plura mortalia committit, quia plura sacramenta distincta ministrat (*Lib. VI, n. 36*).

Sacerdos item aut diaconus, ministrans Eucharistiam in mortali, mortaliter peccat, quia proxime concurrat ad sanctificationem communicantium. Ita tenendum cum pluribus contra alios (*n. 35*). — Celebrans autem in mortali, si pluribus Eucharistiam ministrat, probabilius unum mortale committit, quia ministratio illa et communio est unica actio moralis unicuique convivium. — Vide *Lib. VI, n. 35, v. Utrum autem*.

14. — Diaconi et subdiaconi, si ministrant in altari existentes in mortali,

juxta plures, probabiliter peccant graviter. Sed juxta communioem sententiam et satis probabilem id negatur; quia non conficiunt nec ministrant sacramentum, nec exercent functiones proxime ordinatas ad sanctificationem animae (*Lib. VI, n. 37 et 38*).

Concionator item, qui praedicat in mortali, non peccat graviter, ut communius et probabilius docent^{a)} Gonet, Lugo, Palaus, Bonacina, Vasquez, Salmant., Croix et alii contra Merbesium^{b)}, Juenin, etc. Non enim exercet Ordinem, sed officium annexum Ordini, quod per se non causat gratiam, ut causant sacramenta (*n. 41*).

15. — Peccat graviter minister, si dat sacramentum indigno petenti occulte; secus autem, si ille sit peccator occultus et publice petat (*Lib. VI, n. 43-51*).

Notandum vero quod episcopus etiam ob occulta peccata potest denegare alicui collationem Ordinis, licet publice ille petat: ex Tridentino³, ubi dicitur, teneri clericum obedire praelato vetanti susceptionem Ordinis propter occultum crimen. Nec tenetur tunc episcopus causam manifestare, cur repellat ordinandum, ut pluries declaravit S. C. Concilii (*Lib. VI, n. 52*).

An autem confessarius possit absolute ordinandum recidivum in culpis gravibus, qui vult sacrum suscipere ordinem sine praevia probatione: vide dicta *Lib. VI, ex n. 63*.

16. — Non licet ministro, etiam ob metum mortis, simulare administrationem sacramenti, ex propositione 29 proscripta ab Innocentio XI. — Tunc autem censetur minister simulare administrationem, cum profert formam sine intentione aut

Quid de ministris in altari, in statu peccati.

Et de concionatore praedicante in mortali.

Ministrare indigno, peccatum.

Casus de ordinandis.

Simulatio administrationis sacramenti illicita.

Probabilius peccat graviter.

Sufficit ut conteratur.

Excepto pro Eucharistia.

Quid de sacerdote audiente confessiones in mortali,

vel Eucharistiam ministrante.

Concina, de Sacram. i. g., cap. 11, § 5, num. 15. — Tourn., Prael. de Sacram. i. g., qu. 7, art. 3, concl. 2, post med. — Nat. Alex., lib. 2, tr. 1, cap. 2, reg. 8. — ¹ 3^a P., qu. 64, art. 6, ad 3. — Contin. Tourn., loc. cit., v. Dixi 2. — Croix, lib. 6, part. 1, n. 91 et 93. — Lugo, loc. cit., n. 150. — Basil. Pont., de Matr., lib. 1, cap. 8, n. 11. — Vasq., disp. 136, cap. 3. — Navar., in cap. 1, § Sacerdos, n. 10, de poenit., dist. 6. — ² Sess. 13, de Euch., cap. 7 et can. 11. — Lugo, loc. cit., n. 158. — Sporer, part. 1, cap. 3, n. 173. — Salmant., tr. 1, cap. 7, n. 107. — Elbel, de Sacram. i. g.,

confer. 2, n. 50. — Croix, loc. cit., n. 102. — Gonet, Man., tr. 2, de Sacram. i. g., cap. 7, § 3, v. Collig. 9. — Lugo, disp. 8, n. 152. — Palaus, tr. 6, disp. 3, punct. 7, n. 7. — Bonac., disp. 1, de Sacram., qu. 3, punct. 2, § 1, n. 8. — Vasq., disp. 136, cap. 5. — Salmant., tr. 1, cap. 7, n. 106. — Croix, lib. 6, part. 1, n. 99. — Juenin., Comment. de Sacram., diss. 1, qu. 5, cap. 3, art. 2, concl. 3. — ³ Sess. 14, de reform., cap. 1. — S. C. Conc., declar. diei 21 Mart. 1643 et 21 April. 1668; ap. Bened. XIV, de Synodo, lib. 12, cap. 8, n. 4.

12. — ^{a)} Antoine, de Sacram., cap. 2, qu. 6, solum insinuat hanc sententiam.

14. — ^{a)} Vide notam c ad lib. 6, n. 41. ^{b)} Cfr. loc. cit., notam b.

aliquid aliud pronuntiat ad hoc ut alii credant, ipsum jam conferre sacramentum. Unde alias licite potest confessarius aliquam recitare orationem super poenitente indisposito, non jam, ut alii credant, absolutionem illi ministrari, sed tantum ad occultandam absolutionis negationem; tunc enim non simulat sacramenti administrationem, sed tantum veritatem occultat (*Lib. VI, n. 59*). — Praeterea ait Cardenas, bene posse confessarium, cum poenitens minatur ei mortem, si non absolvat, dicere: *Ego te non absolvo*, submisso pronuntiando verbum *non*; quia haec non est restrictio pure mentalis, ut objicit Viva, dum confessarius non tenetur efficere, ut poenitens audiat verba absolutionis, et ideo non habet ille jus, ut confessarius omnia verba formae intelligibiliter proferat (*ibid. in fine*).

17. - Sicut autem non licet ministro simulare sacramenti administrationem, ita nec etiam alii sacramenti susceptionem, ut dicunt Cardenas^{a)}, Croix^{a)} et Gormaz^{a)}. Hoc tamen non prohibet, quominus liceat alicui accedere ad confessionarium ibique genuflectere ad aliquod negotium agendum. — Praeterea ajunt communiter Sanchez, Concina, Palaus, Cardenas^{b)}, Viva^{b)}, Croix alique plures, contra Milante, quod, si aliquis sponsorum cogitur contrahere per injustum metum, vel habens impedimentum dirimens, ad evitandum scandalum, tunc poterit ille (saltem sine gravi culpa) simulare celebrationem matrimonii. Tunc enim, deficiente consensu, deficit contractus, et deficiente contractu, nec etiam existit sacramentum (*Lib. VI, n. 62*).

18. - Minister invalide ministrat sacramentum, si non intendat facere actum externum quem facit Ecclesia, ritumque sacramentalem adhibere, quem intendit Ecclesia, a Christo instituta; et hoc, etiamsi

minister non joco (ut adhuc insipienter admittebat Lutherus), sed serio ministret, ut probavimus in Morali (*Lib. VI, n. 20 et 23*). — Si vero id jam intendat, valide ministrat, etiamsi non habeat intentionem explicitam conferendi sacramentum. Dico: *non habeat intentionem explicitam*; nam si positive haberet intentionem non conferendi sacramentum, tunc neque conferret, quia tunc revera nullam haberet intentionem faciendi quod facit Ecclesia (*n. 23*).

Sacerdos autem conficiens sacramentalia, puta aquam benedictam, in mortali, non peccat graviter (*n. 40*).

19. Quaeritur 3°. *Quid requiratur, ut quis valide et licite sacramenta suscipiat?*

Ut *valide* suscipiat, requiritur: 1° ut sit baptizatus; nam alias non est capax aliorum sacramentorum; — 2° excepto sacramento Baptismi, pro quo nulla requiritur intentio in pueris et perpetuo amentibus, cum in eis suppleat intentio Ecclesiae; in aliis vero sacramentis opus est ut suscipiens saltem habuerit prius intentionem (quae dicitur habitualis) suscipiendi sacramentum et eam non revocaverit, ut supra diximus *n. 9*.

Hinc, si quis ordinaretur per vim, invalide ordinaretur; secus, si per metum, quia metus non tollit voluntarium. — Probabilissimum est, quod sacramenta in periculo mortis licite conferri possunt tam ebriis quam lapsis in amentiam, si prius intentionem habuerint illa suscipiendi. Ita Lugo, Palaus, Salmant., Croix, card. Lambertini, etc., ex D. Thoma et cap. *Majores*, § *Item quaeritur, de bapt.* (*Lib. VI, n. 81, v. Utrum*). — Sufficit etiam tempore mortis intentio interpretativa in suscipiente sensibus destituto quoad sacramenta Extremae Unctionis (ut habetur ex Rituali) et etiam Confirmationis et

Requisita ad validam susceptionem sacramentorum.

Item, simulatio susceptionis sacramenti.

Minister debet intendere quod facit Ecclesia.

Carden., in prop. 29 Innoc. XI, diss. 20, num. 53. — Viva, in prop. 29 Innoc. XI, n. 11. — Sanch., de Matr., lib. 1, disp. 11, n. 2; cfr. lib. 4, disp. 16, n. 1. — Concina, de Sacram. i. g., cap. 12, n. 15. — Palaus, tr. 28, disp. 2, punct. 12, n. 3. — Croix, lib. 6, part. 1, num. 162. — Milante, exercit. 15, sup. prop. 29 Innoc. XI, v. *Et hic*. — Luther., de Captivit. Babyl., de Sac. Bapt., v. *Hanc*

sententiam ego. — Lugo, disp. 9, num. 132. — Palaus, tr. 19, punct. 17, num. 2. — Salmant., tract. 2, de Bapt., cap. 6, num. 43. — Croix, lib. 6, part. 1, num. 176. — Bened. XIV, Instruct. *Postremo mense*, num. 46, de die 28 Febr. 1747. — D. Thom., in 4, dist. 6, qu. 1, art. 2, sol. 3, ad 2. — Rit. Rom., tit. 5, cap. 1, de Sacram. Extr. Unct., num. 6.

17. - ^{a)} Vide notam a ad lib. 6, n. 60.

^{b)} Cfr. lib. 6, n. 62, notam a.

Eucharistiae, ut ajunt Lugo ^{a)}, Coninck ^{b)}, Sporer, Croix, etc.; non vero quoad Baptismum et Ordinem, et tanto minus quoad Poenitentiam et Matrimonium, in quibus omnino requiritur intentio actualis aut saltem virtualis (n. 82).

Ad licitam
susceptionem.

Ut *licite* autem quis suscipiat sacramenta, requiritur conveniens dispositio, nempe status gratiae. Unde, si quis est in mortali, debet saltem esse contritus cum proposito confitendi. — Immo ad recipiendam Eucharistiam requiritur praevia confessio, nisi necessitas urgeat et non adsit copia confessarii, quo casu debet sacerdos, qui celebravit (ut diximus n. 12), quamprimum confiteri, ex Tridentino ¹. Necessitas autem erit: 1° Ob dandum viaticum; 2° ob vitandam infamiam aut scandalum; 3° si ille est parochus, et occurrat festum de praecepto; 4° si celebrans post consecrationem recordetur mortalis culpae (n. 262).

Insuper advertendum quod suscipiens sacramentum Poenitentiae sine dispositione non solum illicite, sed etiam invalide suscipit, dum contritio poenitentis est etiam materia hujus sacramenti. Respectu vero ad alia sacramenta ^{b)}, si quis indispositus ea suscipit, valide suscipit; ita ut, recedente fictione sive obice peccati, illa reviviscant, id est, gratiam causent, ut docent plures ex D. Thoma (n. 87).

20. - Quaeritur 4°. *An liceat petere sacramenta a ministro peccatore vel excommunicato?*

Non licet
petere sacramenta a
peccatore,
sine justa
causa.

Non licet a *peccatore*, quamvis sit parochus (quidquid aliqui dicant), nisi adsit justa causa. Sufficit autem gravis utilitas

Lugo, disp. 9, n. 126. — Coninck., qu. 64, n. 105. — Sporer, part. 1, cap. 2, num. 154. — Croix, lib. 6, part. 1, n. 169 et 170. — ¹ Sess. 13, de Euch., cap. 7 et can. 11. — D. Thom., 3 P., qu. 69, artic. 10, corp. — Suar., de Sacram. i. g., disp. 18, sect. 1, n. 14, v. *Dixi autem*. — Scot., in 4, dist. 5, qu. 2, n. 5, v. *Quantum*. — Palaus, tr. 18, punct. 15, num. 2. — Anacl., tr. 14, de Sacram., dist. 1, n. 56 et 57. — Holz., de Sacram. i. g., num. 84. — Salmant., tr. 1, cap. 8, n. 34. — Suar., de Sacram. i. g., disp. 18, sect. 1, n. 14. — Escob., lib. 8, n. 316. — Conc.

(Lib. VI, n. 89), ut communissime docent Suarez, Sanchez ^{a)}, Scotus, Palaus, Toletus ^{a)}, Anacletus, Holzmann, Salmant., etc. — Hinc dicunt, licite peti: 1° si urgeat praeceptum confessionis aut communionis aut Missae, aut si occurrat indulgentia lucranda; 2° si alias carere debeas jubileo; 3° si maneres alias in mortali, etiam per horam, ut dicunt Suarez ^{b)} et Escobar ^{b)}; 4° si diu carere debeas fructu communionis aut confessionis, etc.

Absolute vero sine alia causa licet recipere sacramentum ab *excommunicato*, si sit toleratus, quia absolute concessum est a concilio Constantiensi fidelibus posse communicare cum toleratis (num. 88, v. *Resp.* 2). A vitando autem nec etiam in morte licet suscipere Poenitentiam, quia (ut diximus n. 11) vitandus etiam in extrema necessitate invalide eam ministrat ^{c)}.

21. - Quaeritur 5°. *An possit dari pecunia pro administratione sacramenti, si minister nolit dare gratis?*

Videtur negare S. Thomas ², dum tradit, quod adultus neque in articulo mortis potest aliquid ministrare pro obtinendo Baptismo, dicens, tunc ei sufficere ad salutem baptismum flaminis. Sed quaecumque sit intelligentia hujus doctrinae Angelici Doctoris, communiter Bonacina ³, Salmant. ⁴, Roncaglia ⁵, cum Suarez, Lessio, Sanchez ^{a)}, Laymann, Palao et aliis, affirmant, posse dari pecuniam in extrema et etiam in gravi necessitate sacramenti. Ratio, quia ex una parte traditio pecuniae non est intrinsece mala; ipsa enim est cooperatio materialis, non formalis, cum non cooperetur pravae voluntati mi-

Semper licet ea petere ab excommunicato tolerato.

Quandoque dari potest pecunia pro administratione sacramenti.

Constant., const. *Ad evitanda*, ap. Harduinum, Collect. Concil., tom. 8, fol. 892. — ² 2^a 2^{ae}, qu. 100, art. 2, ad 1; cfr. in 4, dist. 5, qu. 2, art. 2, sol. 5, ad 2; et dist. 25, qu. 3, art. 2, sol. 1, ad 3. — ³ Disp. 1, de Simon., qu. 4, § 3, n. 2. — ⁴ Tr. 19, de Simon., cap. 2, n. 12. — ⁵ Tr. 7, qu. 3, cap. 2, i. f., Regulae in praxi, n. 3. — Suar., lib. 4, de Relig., cap. 12, n. 13. — Less., de Just., lib. 2, cap. 35, dub. 7, n. 39. — Sanch., Consil., lib. 2, cap. 3, dub. 8, n. 2. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. ult., § 2, n. 21. Palaus, tr. 17, disp. 3, punct. 7, n. 3.

19. - ^{a)} Vide notam a ad lib. 6, n. 82.
^{b)} Sed vide lib. 6, n. 87, v. *Recte*, ea quae S. Doctor dicit de Eucharistia.

20. - ^{a)} Cfr. lib. 6, n. 89, not. a et b.

^{b)} Suarez et Escobar, *locis cit.*, satis esse

ajunt utilitatem non differendi *nimum* confessionem.

^{c)} Sed vide not. b ad lib. 6, n. 560.

21. - ^{a)} Sanchez, *loc. cit.*, hanc sententiam admittit ut probabilem.

nistri, juxta dicta *Lib. II, n. 63*. Ex alia, ipse suscipiens non committit simoniam, cum non tradat pecuniam ad emendum sacramentum, sed tantum ad redimendam vexationem ministri sacramentum injuste denegantis; et ideo dat temporale pro re mere temporali: tantoque magis id currit, si suscipiens est fidelis, quia tunc habet jus ad sacramentum, dum idem D. Thomas¹ docet, post jus quaesitum licere cuivis dare pecuniam ad tollendum injustum impedimentum. Idque admittunt Suarez, Filliuccius et Croix non solum pro obtinendo Baptismo et Pœnitentia, sed etiam viatico. Et Bonacina extendit etiam ad Extremam Unctionem^{b)}.

22. - De effectu sacramentorum. —

Duplex est sacramentorum effectus: collatio gratiae et impressio characteris.

1. Gratia.

Primus ergo effectus est *gratia*. — Duplex autem gratia confertur in sacramentis: gratia *sanctificans*, nempe quae reddit hominem amicum Dei, et gratia *sacramentalis*, quae est propria et peculiaris uniuscujusque sacramenti, ad causandum effectum proprium sacramenti illius, nempe Baptismi ad abluendum a culpis; Confirmationis ad roborandum in fide; Eucharistiae ad reficiendam animam; Pœnitentiae ad delenda peccata; Extremae Unctionis ad vim conferendam adversus daemonum tentationes in extremo agone; Ordinis ad conferenda auxilia, ut ordinatus recte sua munia exercent; et Matrimonii, ut conjuges illius onera et obligationes bene sustineant et adimpleant.

23. - Sacramenta in suscipiente disposito causant gratiam ex opere operato, id est, ex se, non *ex opere operantis*, scilicet ex merito suscipientis.

An autem causent physice, ita ut materia sacramenti, nempe aqua, oleum, etc.,

licet sit causa tantum naturalis, elevetur tamen a Deo ad causandam gratiam, ut docet D. Thomas^{a)}, vel tantum moraliter, ita ut posito sacramento Deus per se conferat gratiam, ut vult Scotus^{b)}? — Utraque sententia est probabilis (*Lib. VI, n. 7*).

Sacramenta autem mortuorum, ut Baptismus et Pœnitentia, per se habent causare primam gratiam. Alia vero sacramenta, quae sunt vivorum, tantum augmentum gratiae causant. Sed aliquando in attritis, qui reputant se contritos, causant etiam primam gratiam, ut docet D. Thomas de Eucharistia et de Extrema Unctione, et sequuntur Gonet, Concina, Roncaglia, Suarez, Bonacina, Salmant., etc. (*n. 6*).

24. Alter effectus sacramentorum est character. — Character autem est *quoddam signaculum spirituale indelebile, impressum animae suscipientis sacramentum*. — Illud imprimitur tantum in Baptismo, Confirmatione et Ordine: et significat potestatem sive dignitatem ex hujusmodi sacramentis susceptam. In Baptismo enim est signum *ovium* Christi, quo fideles efficiuntur idonei ad alia sacramenta recipienda. In Confirmatione est signum *militem* Christi, quo vim accipiunt ad fidem constanter profitendam. In Ordine est signum *ministorum* Christi, quo potestatem acquirunt ad sacramenta fidelibus ministranda. Imprimitur autem character etiam in sacramento illicite suscepto, nec amittitur per peccatum.

Notandum insuper quod ex Baptismo et Confirmatione oritur alius effectus, nempe impedimentum cognationis spiritualis, quae dirimit matrimonium inter baptizantem et baptizatum baptizatque patrem et matrem: item inter susceptorem (sive patrinum) et susceptum susceptique patrem et matrem.

Sacramenta mortuorum quid causent.

Et quid, sacramenta vivorum.

2. Character.

Alius effectus Baptismi et Confirmationis.

Effectus sacramentorum, duplex:

1. Gratia.

Sanctificans.

Sacramentalis.

Sacramenta operantur ex opere operato.

Utrum physice, an moraliter.

¹ 2^a 2^a, qu. 100, art. 2, ad 5. — *Suar.*, lib. 4, de Relig., cap. 12, n. 18. — *Fill.*, tr. 45, cap. 3, num. 16 et 17. — *Croix*, lib. 3, num. 159. — *Bonac.*, disp. 1, de Simon., qu. 4, § 3, num. 4. — *D. Thom.*, 3 P., qu. 79, artic. 3, corp.; Suppl., qu. 30, artic. 1, corp. — *Gonet*, Man., tr. 2, de Sacram. i. g., cap. 4, § 4. — *Conc.*, lib. 1, de

Sacram. i. g., cap. 8, num. 29. — *Ronc.*, tr. 16, de Sacram. i. g., cap. 2, qu. 3, resp. 1. — *Suar.*, de Euch., disp. 63, sect. 1, v. *Dico* 3; et de Extr. Unct., disp. 41, sect. 1, num. 15 et 19. — *Bonac.*, de Eucharistia, disp. 4, qu. 4, punct. 1, num. 2; disp. 1, de Sacramentis i. g., qu. 4, punct. 2 et seqq. — *Salmant.*, tr. 1, cap. 5, num. 12.

^{b)} Suarez et Filliuccius, *loc. cit.*, id etiam extendunt ad Extremam Unctionem.

23. - a) De mente S. Thomae discrepant auctores. Cfr. 3. P., qu. 62, art. 1; in 4, dist. 1, art. 4; dist. 5, art. 3, qu. 1; dist. 18,

qu. 1, art. 3, qu. 1; de Potent., qu. 3, art. 4, ad 8; de Verit., qu. 27, art. 4, ad 3.

^{b)} Scotus, in 4, dist. 1, qu. 4 et 5, tenet sacramenta nihil aliud esse quam causas gratiae improprie dictas.

CAPUT II.

De Sacramento Ordinis in genere.

25. *Quid sit Ordo.* — 26. *Quid ordinatio. Quot sint ordines; et an episcopatus sit ordo distinctus.* — 27. *An singuli ordines sint sacramenta.* — 28. *Quaenam materia et forma Ordinis; et de tactu physico et simultaneo.* — 29. *Quis minister.* — 30. *Effectus.* — 31. *Requisita, ut quis valide ordinetur.* — 32. *Ut autem licite, requiritur: I. Confirmatio. — II. Ut non sit infamis, etc. An protestatio episcopi, etc. — III. Animus clericandi. — IV. Ut ab episcopo proprio, etc. — 33. Quis sit episcopus proprius. — 34. Regulares a quo, etc. (remissive). — 35. V. Scientia. — 36-39. VI. Titulus; et quotuplex sit titulus. De patrimonio ficto. — 40. VII. Ut ordo inferior suscipiatur ante superiorem. — VIII. Tempus debitum. — 41-44. IX. Interstitia. — X. Locus — XI. Aetas. — 45. XII. Exercitium ordinis suscepti. XIII. Vocatio divina. — 46. Qui incurrant suspensionem, etc.*

Quid sit Ordo.

25. — Ordo est juxta D. Thomam: *signaculum quoddam Ecclesiae, quo spiritualis potestas traditur ordinato.* — Est de fide, Ordinem esse sacramentum, ut patet ex Tridentino¹. Nam in Ordine jam reperiuntur tria requisita ad sacramentum, nempe: signum externum, quod est impositio manuum; institutio Christi, prout habetur ex Luca, xxii, 19: *Hoc facite in meam commemorationem*; et promissio gratiae, ut habetur ex Apostolo (II Tim. i, 6): *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.*

Quid, ordinatio.

26. — Differt autem Ordo ab ordinatione. — *Ordo* est ipsa potestas tradita; *ordinatio* vero est actio, qua episcopus potestatem tradit. Unde presbyteratus est sacramentum in fieri, scilicet in actu ordinationis; non autem in facto esse, scilicet cum quis jam ordinatus est.

Quot sint ordines.

Septem sunt ordines, alii minores, alii majores. — Minores sunt quatuor, nempe: *Ostiariatus, lectoratus, exorcistatus et acolythatus.* Majores sunt tres, nempe: *Subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus.* — Praeter hos probabiliter plures DD. addunt Ordinem episcopatus; et ita quidem valde probabiliter et communius tenent Bellarminus, Sanchez^a), Habert, Tournely, etc., cum ipse rationabiliter distin-

guatur a presbyteratu propter distinctam potestatem quae traditur episcopo, conferendi aliis potestatem consecrandi corpus Christi et absolvendi fideles a peccatis. Vide *Lib. VI, n. 738.*

27. — Quaeritur 1^o. *An singuli ordines sint sacramenta?*

Quod sacerdotium sit sacramentum, est de fide. — Quod etiam diaconatus sacramentum sit, est certum, sed non de fide.

Sacerdotium et diaconatus, certe sacramenta.

Quod alii autem ordines sint adhuc sacramenta, satis probabile est ex D. Thoma, cum unicuique ordini assignata videatur materia et forma. Omnes autem septem ordines (juxta hanc sententiam) unum tantum sacramentum constituunt ex unitate finis, cum singuli sint ordinati ad unum Missae sacrificium conficiendum, et omnes supponuntur instituti a Christo illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem.* In ordine enim sacerdotii alii vel continentur eminenter, ut sunt ordines inferiores, vel consequenter respectu ad episcopatum. — Verumtamen probabilius est, alios ordines (praeter presbyteratum et diaconatum, ut diximus) non esse sacramenta; quia deest in illis materia, nempe impositio manuum, quam (ut mox dicemus) probabilius est esse unicam materiam Ordinis: deestque etiam

Alii ordines, probabiliter sacramenta.

Probabilius, non.

S. Thom., Suppl., qu. 34, art. 2, corp. — ¹ Sess. 23, de Ordine, can. 3. — Bellarm., de Ordine, cap. 5. — Habert, de Ordine, part. 1, cap. 6, resp. 1; et cap. 4,

resp. 2. — Tourn., Praelect., de Sac. Ordin., qu. 6, artic. 1, concl. 1. — D. Thom., Suppl., qu. 37, art. 2, ad 1, et art. 3.

forma quae exprimat productionem gratiae, dum in collatione praefatorum ordinum non fit mentio gratiae, sed tantum potestatis, quae traditur. De hac questione fusius dictum est in *Morali, Lib. VI, n. 736 et 737.*

28. - Quaeritur 2°. *Quaenam est materia et forma Ordinis?*

Tres sunt sententiae:

Prima tenet, materiam Ordinis esse solam traditionem instrumentorum. Sed haec non est satis probabilis.

Secunda tenet, materiam proximam esse duplicem integram, scilicet traditionem instrumentorum, qua traditur potestas super corpus reale Jesu Christi ad sacrificandum, cum forma: *Accipe potestatem, etc.*, et impositionem manuum, qua traditur potestas super corpus mysticum ad peccata absolvenda, cum forma: *Accipe Spiritum sanctum, etc.* — Materia autem remota (juxta hanc sententiam) sunt manus episcopi et instrumenta, quae ad tangendum ab eo traduntur.

Tertia probabilior tenet, materiam unice esse impositionem manuum, formamque esse orationem quam profert episcopus. Quomodo hoc probatur, vide quae dicta sunt *Lib. VI, n. 749.*

Attamen quia secunda sententia est etiam probabilis, nempe duplicem esse materiam Ordinis, scilicet impositionem manuum et traditionem instrumentorum, ipsa omnino in praxi sequenda est. Unde necessario requiritur in ordinatione tactus instrumentorum, et tactus quidem physicus, cum probabile etiam sit, moralem non sufficere. Sufficit vero tangere una sola manu vel digito (*n. 743*). Non oportet autem, ut diximus *n. 6*, ut contactus fiat a principio prolationis formae usque ad finem, sed sufficit, si fiat, antequam forma terminetur, vel postquam illa sit incepta ^{a)}.

Forma autem sunt verba quae profert episcopus ordinans, cum manus imponit et instrumenta tradit, ut supra dictum est ^{b)}.

¹ Suppl., qu. 38, art. 1, ad 2. — ² De Synodo, lib. 8, lib. 8, cap. 11, n. 7. — S. C. Conc., decr. diei 17 Janua-

Sedulo hic rursus notandum 1° quod in Ordine sacro conferendo materia tradenda est ab eodem episcopo qui formam profert; secus in collatione ordinum minorum. Ita D. Thomas¹ et alii.

Notandum 2° quod, si conferantur ordines ab uno episcopo, alio tamen celebrante, ordinatio erit valida, sed illicita, ut declaravit Innocentius XIII apud Benedictum XIV².

29. - Quaeritur 3°. *Quis sit minister Ordinis?*

Minister ordinarius hujus sacramenti est tantum episcopus. — Potest vero Pontifex simplici sacerdoti potestatem imperitari conferendi ordines minores, prout eam habent abbates mitrati; sed habent pro suis subditis tantum regularibus professis vel novitiis, non autem pro saecularibus, ut hodie certum est ex decreto S. C. Concilii, approbato ab Urbano VIII, qui jussit illud *inviolabiliter observari, reprobata omni contraria opinione (Lib. VI, n. 763 et 764)*. Vide dicta in *Append. de Privil., n. 117*. — Saeculares autem ab abbatibus ordinati, si sint eis subditi vel habeant dimissoriales litteras a propriis ordinariis ad ipsos, illicite quidem ordinantur et suspensionem incurrunt, sed valide ordinantur, ut declaravit S. Congregatio. Vide dicta, eadem *Append., n. 120^{a)}*.

30. - Quaeritur 4°. *Quinam sint effectus Ordinis?*

Sunt tres: 1°. *Collatio gratiae sanctificantis*, scilicet quae confertur in omni sacramento, ut diximus *n. 22*, et *gratiae sacramentalis*, nempe specialis auxilii ad ordinem bene exercendum; 2°. *Collatio potestatis exercendi functiones ordinis* qui suscipitur; 3°. *Impressio characteris indelebilis*, ob quod nullius ordinis collatio iterari potest.

31. - Quaeritur 5°. *Quae requirantur, ut quis valide et licite ordinetur?*

Ut *valide* ordinetur, requiritur: 1° ut sit viator; 2° ut sit mas; feminae enim non sunt capaces sacramenti ordinis; 3° ut

rii 1642; cfr. Pallottini, v. *Abbas*, § 3, num. 188 et seqq., n. 212 et 213.

28. - ^{a)} Sed vide notam *e* ad *lib. 6, n. 9*.
^{b)} Cfr. *lib. 6, n. 749*, notam *d*.

29. - ^{a)} Vide tamen adnotationem *a* ad hunc locum.

Juxta alios, sola traditio est materia Ordinis.

Juxta alios, traditio et impositio manuum.

Probabilis sola impositio manuum.

Quid, praxi.

Minister Ordinis.

Effectus Ordinis.

Requisita, ut quis valide ordinetur.

sit baptizatus; 4° ut habeat intentionem, saltem habitualementem (juxta dicta n. 9), suscipiendi ordinem.

32. - Ut autem *licite* ordinetur, requiritur:

I°. *Ut sit confirmatus*: sed hoc non sub praecepto gravi, ut vult communis sententia (*Lib. VI, n. 786*). Quoad obligationem vero cujusque fidelis suscipiendi Confirmationem, vide dicta *Lib. VI, n. 181*.

II°. *Ut non sit neophytus aut infamis aut irregularis*.

Dubitatur hic: *An aliquis irregularitate irretitus valide ordinetur, si episcopus protestationem praemittat*, ut consuetum est, *nolle ordinare irregulares, excommunicatos, etc.?*

Respondeo: In dubio, quidquid alii dicant, omnino dicendum quod ordinatio repetenda est, nisi constet, episcopum verba illa protulisse tantum ad terrorem, ac suam intentionem protestationi minime alligasse (*Lib. VI, n. 784*). — Caeterum sapienter monet Benedictus XIV¹, ex decreto S. C. Concilii, super id interrogandum esse episcopum de sua intentione habita ^{a)}. Idem autem Benedictus² monet episcopos ut se absterneant ab hac protestatione. Quamvis enim, inquit cum Lugo, posset aliquando episcopus, existente gravissima causa, habere intentionem conditionatam, hæc tamen universaliter erga omnes promovendos nequit haberi sine pluribus inconvenientibus. Additque cum Navarro ^{b)}, Gobat et eodem Lugo, quod episcopus, ordines conferendo, tenetur sub gravi culpa eos absolute conferre, quibus manus imponit. Quid ergo, merito concludit, proderit protestatio illa, nisi ad ingerendos plures scrupulos in eos qui promoventur?

III°. Requiritur *animus clericandi*, ut praescribitur in Tridentino³, scilicet ascendendi ad ordines superiores. — Hoc tamen intelligendum procedere, cum quis acceptat beneficium, ad quod requiritur sacerdotium vel alius ordo sacer (*Lib. VI, n. 785*).

¹ De Sacrific. Miss., lib. 3, cap. 10, num. 7. — ² De Synodo, lib. 8, cap. 11, num. 1. Lugo, de Sacram., disp. 8, num. 119. — Gobat, tract. 8, num. 316. Lugo,

IV°. Requiritur, *ut quisque ordinetur a proprio episcopo*, vel ab alio, sed cum litteris dimissorialibus episcopi proprii, si hic est impeditus ex infirmitate aut alia justa causa. — Capitulum vero, sede vacante, hodie, quidquid fuerit antiquitus, nequit dare alicui dimissorias, nisi ille sit arctatus ad ordinem suscipiendum ob aliquod beneficium requirens obsequium personale (*n. 788*).

33. - *Proprius* autem episcopus dicitur vel ratione originis vel domicilii vel beneficii vel familiaritatis.

Et 1°. Debent ordines suscipi ab episcopo *originis*, si ordinandus in ejus dioecesi natus est, et parentes tempore natiuitatis ibidem domicilium habuerint; nam si casu alicubi natus esset, et parentes alibi domicilium habuerint, tunc dicitur *oriundus*, et ordinari debet ab episcopo loci, ubi parentes domicilium habent.

2°. Ratione *domicilii* bene ordinatur qui in aliquo loco habitationem suam constituit, cum animo ibi perpetuo manendi. Hic autem animus probatur vel per habitationem decennii, vel per aedificationem domus cum asportatione majoris partis bonorum, degendo ibi simul per aliquod notabile tempus, ut habetur in bulla *Speculatores*. Vide *Lib. VI, n. 770, ad 5*.

3°. Ratione *beneficii*, licet aliquis alibi natus fuerit et domicilium habeat, bene potest ordinari ab episcopo, in cujus dioecesi beneficium sufficiens ad congruam sustentationem possidet, obtentis tamen litteris testimonialibus ab episcopo domicilii; a quo tamen potest examinari, si illuc reversurus est, ex bulla *Apostolici ministerii*. — Sed hic advertendum quod, ut quis possit ordinari ab episcopo beneficii, debeat esse saltem tonsuratus; alias non est capax beneficii, et ideo neque habilis ad ordines ab illo episcopo suscipiendos.

4°. Denique ratione *familiaritatis*, si quis per triennium in familia vel servitio assiduo alicujus episcopi permanserit, vi-

Requiritur ordinatio vel licentia a proprio episcopo.

Proprius episcopus dicitur:

vel ratione originis;

vel ratione domicilii;

vel ratione beneficii;

vel ratione familiaritatis.

Ut ordinetur licite requiritur:

Confirmatio.

Ut non sit neophytus, aut irregularis.

Requiritur animus clericandi.

32. - ^{a)} Vide *lib. 6, n. 784*, notam *c*.

^{b)} Cfr. notam *a*, *loc. cit.*

vendo ejusdem episcopi expensis, etiamsi non habitet in illius aedibus, potest ab illo ordinari, modo degat in loco, ubi est episcopus, vel prope; et modo episcopus statim ei conferat verum beneficium. Non enim sufficit, si assignet pensionem aut patrimonium (*Lib. VI, n. 780*).

Regulares, a quo ordinandi.

34. - *Regulares* autem ordinandi sunt ab episcopo loci, ubi morantur de familia, si episcopus ordinationem habeat temporibus statutis; alias a quocumque episcopo ordinari possunt. Vide circa hoc dicta *Lib. VI, n. 768 et 788, v. Notandum 8*.

Requiritur scientia.

35. - V^o. Requiritur *scientia* ordini suscipiendo conveniens. — Concilium Tridentinum¹ pro initiandis ad primam tonsuram tantum requirit, ut ipsi *fidei rudimenta edocti fuerint, et legere et scribere sciant*; pro initiandis ad ordines minores, *ut latinam linguam intelligant*²; pro initiandis ad subdiaconatum et diaconatum, *ut sint litteris et his quae ad ordinem exercendum pertinent, instructi*³; demum pro initiandis ad sacerdotium, ut ipsi *ad populum docendum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda sacramenta, diligenti examine praecedente, idonei comprobentur*. Idem concilium Tridentinum⁴.

Sacerdotes sciant necessaria ad docendum populum et ministranda sacramenta.

Notent ordinandi et ordinantes verba illa: *ad administranda sacramenta*. Ideo enim dicunt DD., quod initiandi ad sacerdotium scire debent, non solum quae pertinent ad Baptismum, Eucharistiam, etc., sed etiam ad Poenitentiam. Nam licet presbyterandus non indigeat tanta scientia, qua indiget confessarius approbatus, debet tamen saltem scire universalia principia moralia, quibus solvere possit dubia communiter occurrentia in casu necessitatis, quo teneatur moribundi confessionem excipere. Et specialiter omnino scire tenetur, quomodo se gerere debeat cum fidelibus morti proximis, nempe: 1^o quando possit eos absolvere, etiam in praesentia confessarii approbati; 2^o quando absolute, et quando conditionate; 3^o an non solum in articulo, sed etiam in periculo mortis, et in quali periculo; 4^o quid debeat imponere infirmo, si habeat casus vel censuras

reservatas. Vide, quae infra breviter super hac obligatione dicuntur *n. 130*. — Caeterum bene potest episcopus a suis majorem scientiam, quam requirit concilium, requirere (*Lib. VI, n. 792, v. Advert. 2*).

36. - Verum in regularibus, addictis ad vitam contemplativam vel tantum ad chorum et altare vel sacristiam, minor scientia requiritur, modo sciant praestare, quae pertinent ad Ordinis exercitium; et ideo saltem in grammatica debent esse edocti; alias erunt irregulares, etiam de jure divino, ita ut nec Papa posset cum eis dispensare. Haec tamen irregularitas, sublata causa ignorantiae, absque dispensatione de se aufertur (*Lib. VI, n. 791, Qu. 2 et 3*).

Quid requiratur in religiosis promovendis.

37. - VI^o Requiritur *titulus sustentationis*. Aliter episcopus Ordinem vel dimissorias tribuens tenetur ipse ordinatum alere, usque dum ille titulum habeat. Ita ex cap. *Cum secundum, de praebend.*, et cap. *Accepimus, de aetat. et qualit., etc.* Id tamen intelligendum, nisi episcopus inculpabiliter deceptus fuerit, vel nisi ordinatus jam aliunde habeat, unde vivere possit (*Lib. VI, n. 813*).

Titulus sustentationis.

38. - Titulus autem sustentationis triplex esse potest: paupertatis, beneficii et patrimonii.

Qui potest esse:

Titulo *paupertatis* soli regulares professi ordinari valent. Saeculares vero ordinari debent ad titulum *beneficii*, quod sit certum de praesenti et sufficiens ad congruam sustentationem juxta taxam dioecesis originis vel beneficii, si beneficium requirat residentiam (*Lib. VI, n. 815 et 816*). Nota, quod S. Congregatio, die 17 Julii 1723, remisit arbitrio episcopi, si detrahenda sint an non onera Missarum ex beneficio vel capellania (*n. 774*). — Ad titulum vero *patrimonii* tantum pro necessitate vel commoditate ecclesiarum suarum possunt episcopi ordinare saeculares, ut praescribit Tridentinum⁵. Patrimonium autem constitui debet super re certa et stabili, ac de sua natura frugifera, pacifice possessa et libera ab omni onere. Sufficit etiam census perpetuus, quamvis sit redimibilis (*n. 817*).

Paupertatis. Beneficii.

Patrimonii.

¹ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ² Loc. cit., cap. 11. — ³ Loc. cit., cap. 13. — ⁴ Loc. cit., cap. 14. — S. Congr.,

cfr. Thesaur. Resol. S. C. C. tom. 2, fol. 338, in *Ariminen.* — ⁵ Sess. 1, de reform., cap. 2.

39. - Hic autem dubitatur 1°. *An incurrat suspensionem, qui ordinatur cum patrimonio ficto?*

Alii probabiliter negant; sed probabilius alii affirmant ^{a)}; idque certum est in dioecesi Neapolitana (*Lib. VI, n. 820 et 821*).

Dubitatur 2°. *An, juxta praedictam probabiliorem sententiam, incurrat etiam suspensionem, qui ordinatur cum patrimonio vere donato, sed data antapocha vel fide de reddendo illo donanti post ordinationem?*

Distinguo: Si donans verum habuerit animum donandi, non incurrit, quia pactum illud de reddendo patrimonio tamquam nullum rejicitur, ut S. Congregatio declaravit (dum S. Congregatio insuper pluries declaravit, quamcumque alienationem patrimonii sine licentia episcopi esse invalidam). — Secus, si donans haud habuerit intentionem donandi, quia tunc donatarius nullum rei dominium adeptus est (*n. 822-824*) ^{a)}.

Ordines non suscipiendi per saltum.

40. - VII°. Requiritur, *ut ordo inferior ante superiorem suscipiatur*; alias, qui per saltum ordinatur, suspensionem ipso facto incurrit ab exercitio ordinis suscepti, donec episcopus dispenset (*Lib. VI, n. 793*) ^{a)}.

Tempus debitum.

VIII°. *Ut ordo suscipiatur tempore debito*. — Ordines majores possunt suscipi tantum in sabbatis quatuor temporum, sabbato ante dominicam Passionis, et sabbato sancto. Minores vero possunt accipi in quolibet festo de praecepto, et etiam in feria sexta ante sabbatum generalis ordinationis, et feria quarta quatuor temporum, juxta consuetudinem receptam. — Attamen apud Ferraris ¹, affertur decretum S. C. Concilii, 13 Aprilis 1720, ubi dicitur, quoad ordines minores posse tolerari consuetudinem, si sit immemorabilis, quod ministrentur pridie in die Veneris post prandium, sed expedire in hoc, ut episcopus se conformet pontificali Romano. — Qui autem ordinatur extra tem-

¹ V. Ordo, n. 7. — S. C. Conc. decl. 13 Apr. 1720; Thesaur. Resol., in *Portalegren.* — ² Sess. 23, de reform.,

pora, suspensionem ipso facto incurrit (*n. 794*) ^{b)}.

41. IX°. Requiritur, *ut ordines suscipiantur per debita temporum interstitia*.

Temporum interstitia.

Et 1°. Inter ordines minores requiritur aliquod intervallum. Dicitur: *aliquod*, quia illud minime determinatum est a Tridentino ², ubi etiam additur: *nisi aliud episcopo expedire magis videretur*. Potest tamen libere episcopus primam tonsuram cum aliquo ordine minore conferre.

Ab uno minore ad alium.

2°. Ut a minoribus ascendatur ad subdiaconatum, requiritur anni spatium: *nisi necessitas aut ecclesiae* (intelligitur, cui ordinandus est adscriptus) *utilitas judicio episcopi aliud exposcat*: ut habetur in Tridentino ³.

A minoribus ad subdiaconatum.

3°. Ut ascendatur a subdiaconatu ad diaconatum requiritur etiam anni spatium. Sed episcopus in hoc ex quavis rationabili causa dispensare potest; nam in Tridentino ⁴ dicitur: *nisi aliud episcopo videatur*.

A subdiaconatu ad diaconatum.

4°. Denique, ut a diaconatu ascendatur ad sacerdotium, requiritur saltem anni intervallum, *nisi ob ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud episcopo videretur*: ut in Tridentino ⁵. — Nota hic: *utilitatem ac necessitatem*, intellige necessitatem moralem, nempe utilitatem notabilem et certam propriae ecclesiae.

A diaconatu ad sacerdotium.

42. - Hic autem notandum 1°. Quod suscipiens duos ordines sacros eodem die suspensionem ipso facto ab ultimo ordine suscepto et insuper irregularitatem incurrit (*Lib. VI, n. 796*) ^{a)}. Qui vero eodem die susciperet quatuor ordines minores una cum subdiaconatu, graviter quidem peccaret, sed non incurreret suspensionem (*n. 797 et seqq.*).

Notandum 2°. Quod si quis ordinatur, non servatis interstitiis, sed diversis diebus et legitimis temporibus, peccat etiam graviter, sed probabilius suspensionem neque incurrit (*n. 796, Dub. 2*).

cap. 11. — ³ Loc. cit. — ⁴ Loc. cit., cap. 13. — ⁵ Loc. cit., cap. 14.

39. - ^{a)} Post const. *Apostolicae Sedis* non amplius viget haec suspensio.

40. - ^{a)} Cfr. tamen not. *a. lib. 6, n. 793*.

^{b)} Haec suspensio per const. *Apostolicae Sedis* abolita est.

42. - ^{a)} Sed cfr. *lib. 6, n. 796*, notam *a.*

Notandum 3°. Quod regulares ex suis pontificiis privilegiis bene possunt extra tempora ordinari cum licentia suorum praelatorum, juxta dicta in *App. de priv. vil.*, n. 115 et 116. Debent tamen ordinari in festo de praecepto, ut probabilius dicendum (n. 797, *Dub.* 4).

Notandum 4°. Quod, si quis sacerdotium susciperet, omisso diaconatu, esset quidem valide ordinatus, sed non posset sacerdotio fungi, nisi prius diaconatum acciperet, ut habetur ex *cap. un., de cleric. per salt.* — Si quis autem episcopatum susciperet non suscepto sacerdotio, invalide ordinaretur.

Locus ordinationis.

43. - X°. Requiritur *locus ordinationis*, nempe ut ipsa fiat in ecclesia, et ut episcopus resideat in propria dioecesi; nam si episcopus in aliena ordinaret, ipse incurreret suspensionem a pontificalibus, et ordinatus ab exercitio ordinis suscepti (*Lib. VI, n. 798, v. Adde.*).

Aetas debita.

XI°. Requiritur *aetas debita*, quae pro prima tonsura debet esse septem annorum, et Neapoli saltem decem. Ordines minores regulariter conferri possunt ab anno septimo ad decimum quartum; subdiaconatus anno vigesimo secundo; diaconatus anno vigesimo tertio; sacerdotium anno vigesimo quinto. Ex Tridentino¹. — Aetas computatur non a die Baptismi, sed nativitatis. Sufficit autem, ut annus sit inceptus, prout communis usus habet. — Pro beneficiis simplicibus accipiendis sufficit annus decimus quartus, ex Tridentino². Sed si beneficium sit curatum, requiritur annus vigesimus quintus, ex Tridentino³; pro canonicatu annus vigesimus secundus, ex Tridentino⁴; quamvis in collegiatis sufficiat annus decimus quartus. — Pro episcopatu demum requiritur annus trigesimus. Vide *Lib. VI, n. 799.*

44. - Notandum autem quod, si quis scienter ordinatur ante legitimam aetatem, ipso facto perpetuam incurrit suspensionem^{a)}, a qua absolvi nequit nisi a Papa vel ab episcopo, si fuerit occulta,

¹ Sess. 23, de reform., cap. 12. — ² Loc. cit., cap. 6. — ³ Sess. 24, de reform., cap. 12. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Sess. 24, de reform., cap. 6. — *Pius II, extrav. Cum ex sacrorum.*

ex cap. *Liceat*. Tridentinum⁵ (*Lib. VI, n. 799*). — Diximus: *scienter*: nam Pius II hanc suspensionem imposuit tantum eis qui ex *temeritate* sic ordinantur. Unde ignorantia crassa illos probabilius ab ea excusat, ita ut completa aetate bene possint ordinem exercere (*ibid., Dub. 1 et 2*).

An autem, qui ante aetatem suscipit sacerdotium, irregularitatem incurrat?

Alii affirmant; quia, ut dicunt, neopresbyter concelebrando cum episcopo vere consecrat; et ideo jam exercet ordinem susceptum cum suspensione. — Sed alii communius et valde probabiliter negant; quia aequum non videtur, ut quis eadem actione morali duplicem incurrat poenam, nempe suspensionem et irregularitatem: testaturque Suarez, ex stylo cancellariae hujusmodi ordinatos non censi irregulares. Et idem dicendum de diaconis et subdiaconis: nisi in eadem Missa ordinationis ordinem jam susceptum exerceant, quia tunc irregularitatem non effugiunt, saltem si ultro ad ministrandum se offerant in Missa ordinationis (*ibid., Dub. 3*).

Valde probabiliter ordinatus presbyter ante aetatem non est irregularis.

45. - XII°. Ut initiandus ad ordinem superiorem ascendere possit, requiritur, *ut exercuerit ordinem prius susceptum*. Sed juxta Salmant.⁶, hoc non est de praecepto gravi.

Ordo inferior exercendus; sed non sub gravi.

VIII°. Ultimo requiritur *vocatio divina*, ex illo Apostoli: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron* (Hebr. v, 4).

Requiritur vocatio divina.

Signa autem divinae vocationis sunt:

Ejus signa:

1°. Scientia conveniens.

Scientia.

2°. Intentio recta vacandi Deo animarumque saluti.

Recta intentio.

3°. Probitas vitae, quae maxime requiritur ad veram vocationem agnoscendam, ex illo Tridentini⁷: *Sciant ... episcopi ... debere ad hos ordines assumi ... dignos dumtaxat, et quorum probata vita senectus sit*. Utque docet S. Thomas⁸, dicens: *Non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellens*; hanc ratio-

Probitas vitae.

— *Suar.*, de Censur., disp. 31, sect. 1, n. 74, v. *Accedit praeterea*. — ⁶ Tr. 8, cap. 4, n. 74. — ⁷ Sess. 23, de reform., cap. 12. — ⁸ Suppl., qu. 35, art. 1, ad 3.

nem assignans: *Ut, sicut illi qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur..., ita et superiores sint merito sanctitatis.*

Corollaria.

Hinc, si quis absque his signis et consequenter sine vocatione divina ascendit ad altare, nequit a gravi culpa excusari: tum ob gravem praesumptionem, qua non vocatus in sacrum ministerium se intrudit, ut ait S. Anselmus: *Qui enim se ingerit et propriam gloriam quaerit..., gratiae Dei rapinam faciens..., et ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem:* tum ob magnum periculum damnationis, cui se exponit, ut sapienter loquitur episcopus Abelly: *Qui sciens..., nulla divinae vocationis habita ratione, sese in sacerdotium intruderet, haud dubie seipsum in apertissimum salutis discrimen injiceret.* — Et tanto magis graviter peccant episcopi, qui tales ad ordines admittunt, transgrediendo praeceptum illud Apostoli: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (I Tim. v, 22). Quae verba exponens S. Leo¹, dicit: *Quid est communicare peccatis alienis, nisi et*

talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari? — Ideo in can. *Nullus, dist. 24*, universe episcopis praecipitur: *Nullus ordinetur... nisi probatus fuerit.*

46. — Refert hic autem una simul annotare, quinam ex praedictis illegitime ordinati suspensionem ipso facto incurrant^{a)}. — Incurrunt: 1°. Qui ordinantur sine dimissoriis sui Ordinarii, vel sine ejus litteris testimonialibus, cum ordinantur ab episcopo beneficii. 2°. Qui eodem die duos sacros ordines suscipiunt. 3°. Qui ordinantur extra tempora. 4°. Qui ordinantur ab episcopo manente in aliena dioecesi sine licentia episcopi loci. 5°. Qui scienter ordinantur ante legitimam aetatem. 6°. Qui ordinantur per saltum, omisso ordine praecedenti. — Adde ultimo loco, qui ordinatur per simoniam. Hic enim manet ipso facto suspensus ab ordine simoniace suscepto, et impeditur ab ascendendo ad superiores. Id tamen non currit, si simonia ab alio sit commissa, ignorante ordinato. Vide *Lib. III, n. 109.*

S. Anselm., potius *Hervaeus monachus*, in epist. ad Hebr., cap. 5, v. 4; Migne, P. L., tom. 181, col. 1564. —

Abelly, *Sacerdos christianus*, part. 1, cap. 4. — ¹ Ep. 12, ad episcop. Afric., cap. 2; Migne, P. L., tom. 54, col. 647.

46. — ^{a)} Sed cfr. notam g ad *lib. 6, n. 799.*

CAPUT III.

De ordinibus in specie.

ARTICULUS I.

DE PRIMA TONSURA.

47. *Quid prima tonsura et an sit ordo. - Quid, si quis ordinatur sine tonsura. - 48. Privilegia tonsurati. - 49-50. De obligatione deferendi habitum et tonsuram. - 51. Qui priventur privilegio fori et canonis.*

Prima tonsura non est ordo.

47. - Prima tonsura non est ordo, sed praeparatio sive dispositio ad ordines, cum nullum officium habeat circa ministerium altaris. Ita communiter theologum cum D. Thoma¹. Et probatur ex Tridentino², ubi tonsurae sumptio praecipitur, sicque dicitur: *Ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores adscenderent.* Ergo tonsura inter ordines minime numeratur (Vide *Lib. VI, n. 734*).

Clericus significat *in sortem vocatus*, scilicet ad cultum Deo praestandum. — Tondentur ei capilli in modum coronae, ad significandam regiam dignitatem eorum qui in sortem Domini vocantur. — Tradit autem Catechismus Romanus, S. Petrum primam tonsuram instituisse.

Requisita ut quis tonsurari possit.

Ut quis possit tonsurari requiritur: 1° ut sit mas; 2° ut sit confirmatus; 3° ut sciat legere et scribere ac saltem grammaticam, praeter rudimenta fidei; 4° ut habeat animum Deo inserviendi.

Qui ordinatur sine tonsura, peccat.

Qui ordinatur sine tonsura, graviter quidem peccat contra praeceptum Tridentini, sed valide ordinatur; verum manet suspensus usque ad beneplacitum episcopi^{a)}. Qui autem aliquem ordinem jam susceperit sine prima tonsura, non tenetur eam postea recipere, quia per ordinem susceptum jam fuit factus idoneus ad alios suscipiendos.

Privilegia tonsurati.

48. *Effectus et privilegia tonsurati haec sunt:* 1°. Tonsuratus transfertur ad statum clericalem. Unde acquirit privi-

legium fori, quo eximitur a jurisdictione fori laicalis, modo deferat habitum et tonsuram, ac alicui ecclesiae de mandato episcopi inserviat, aut versetur in seminario vel in aliqua schola de licentia episcopi, ut habetur in Tridentino³. — 2°. Acquirunt etiam privilegium canonis, ita ut percussiones ipsum injuriose incurrant excommunicationem, reservatam Papae si percussio est gravis, episcopo vero si levis. — 3°. Tonsuratus fit capax beneficii ecclesiastici, modo habeat quatuordecim annos. — 4°. Fit capax etiam omnis jurisdictionis ecclesiasticae ad conferenda beneficia, ferendas censuras et judicandas causas spirituales.

49. - Quaeritur hic: *Qualiter peccent et quas incurrant poenas clerici habitum aut tonsuram non deferentes; et quando propter id privilegio fori et canonis priventur?*

Clerici in minoribus, ut communiter DD. ajunt, non peccant graviter, si habitum et tonsuram non deferant. — Imo communius Sotus^{a)}, Navarrus, Armilla^{a)}, Palaus, Escobar, Holzmann, etc. ab omni culpa eos excusant, ex bulla Sixti V, *Pastoralis*, anni 1589, 31 Januarii. Nam ibi ii tantum clerici declarantur teneri ad habitum deferendum, qui pensionem aut alia bona ecclesiastica recipiunt, excedentia valorem annuorum ducatorum sexaginta aureorum de Camera.

Clerici in minoribus non tenentur habitum aut tonsuram deferre.

Clerici autem beneficiati aut in sacris constituti peccant quidem graviter, si ha-

¹ Suppl., qu. 40, art. 2, corp. — ² Sess. 23, de Ordine, cap. 2. — *Cat. Rom.*, part. 2, de Sacram. Ord., n. 14. — ³ Sess. 23, de reform., cap. 6. — *Navar.*, Man.,

cap. 25, num. 110. — *Palaus*, tr. 27, punct. 18, num. 3. — *Escob.*, lib. 23, n. 488. — *Hols.*, de Sac. Ordin., n. 103, v. *Tertia*.

Clerici beneficiati vel in sacris tenentur ad habitum sub gravi,

bitum dimittunt, ut communiter docent Sanchez, Laymann, Palaus, Bonacina, Salmant. ^{b)}, etc., quidquid dicant Cajetanus, Escobar et Gobat, dum in Tridentino ¹ tales habitum non deferentes de temeritate arguuntur. Valde tamen probabiliter negant eos peccare omnes auctores praefati, si habitum dimittant ad breve tempus, aut ex causa justa se occultandi, puta ad aliquod grave damnum vitandum. Id quoad culpam.

et sub diversis poenis.

Quod autem ad poenas pertinet, in concilio ² sic dicitur: *Si postquam ab episcopo suo moniti fuerint, honestum habitum clericalem... non detulerint, per suspensionem ab ordinibus ac officio et beneficio ac fructibus... , nec non, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum et beneficiorum... coerceri... debeant.* Ex quo patet, has poenas esse tantum ferendae sententiae. Neque huic obstat bulla Sixti V, *Cum sacrosancta*, edita die 9 Januarii 1589, ubi beneficiati non deferentes habitum ipso jure declarantur privati suis beneficiis: nam id dispositum fuit tantum pro urbe Romae ^{c)}, et postquam mandatis sub certo termino ipsi non obedierint (*Lib. VI, n. 825*).

Quid de obligatione tonsuram deferendi.

50. — Idem quod de habitu, dicunt Sanchez, Laymann, Escobar ^{a)} et alii de *tonsuram* sive corona. — Alii tamen, ut Palaus ^{b)}, Henriquez ^{b)}, Renzi et Tamburinius cum Marchino, clericum etiam in sacris aut beneficiatum tonsuram non deferentem non audent damnare de mortali, nisi eam ex contemptu omittat. — Caete-

Sanch., Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 49, n. 11 et seqq. — *Laym.*, lib. 5, tr. 9, cap. 12, num. 3. — *Palaus*, tr. 27, punct. 18, n. 3. — *Bonac.*, de Ordin., punct. ult., n. 3. — *Cajet.*, Sum., v. *Clericorum peccata*. — *Escob.*, lib. 23, 491. — *Gobat*, tr. 8, n. 769. — ¹ Sess. 14, de reform.,

rum bene quidem ait Croix, facilius excusandos eos qui tonsuram, quam qui habitum non deferunt. Unde praefatus auctor nec sacerdotem, tonsuram per sex aut octo hebdomadas non deferentem, damnat de mortali (*Lib. VI, n. 826*).

51. — Privantur autem beneficiati, sicut etiam ii qui in sacris sunt constituti, habitum non deferentes, privilegio tam fori quam canonis ^{a)}, si post tertiam monitionem illum non reassumant, ex cap. *Contingit 45, de sent. excom. (n. 827)*. — Simpliciter autem tonsurati aut clerici, tantum ad ordines minores promoti, sine beneficio, non peccant graviter, sed non gaudent privilegio fori, si actu habitum non deferant nec ecclesiae inserviant, ut habetur in Tridentino ³. Gaudent vero, semper ac habitum reassumunt, nisi hoc faciant in fraudem, puta si fuerint in carcerem jam coniecti pro criminalibus, vel jam citati in foro laicali pro civilibus (*n. 827*). — Aliter tamen dicunt DD. de privilegio canonis (*ibid.*).

Quinam priventur privilegio fori et canonis.

An autem peccet, qui tonsuram suscipit ad accipiendum beneficium, sine animo permanendi in statu clericali: vide Opus nostrum morale, *Lib. IV, n. 113*, ubi dicitur suscipiens peccare, sed probabiliter tantum venialiter.

Hic juvat annotare id quod statutum habetur, anno 1741, in concordato inter Sanctam Sedem et Carolum III, regem regnorum Neapolis et Siciliarum, circa ordinationem promovendorum ad statum ecclesiasticum ^{b)}.

cap. 6. — ² Loc. cit. — *Sanch.*, loc. cit. — *Laym.*, loc. cit. — *Renzi*, de Ordin., cap. 2, qu. 5. — *Tambur.*, lib. 7, de Ordin., cap. 2, § 6, num. 16 et 17 — *Marchin.*, tr. 2, part. 1, cap. 6, n. 3. — *Croix*, lib. 4, n. 1372. — ³ Sess. 23, de reform., cap. 6.

^{b)} Cfr. notam e ad *lib. 6, n. 825*.

^{c)} Sed vide, *loc. cit.*, notam c.

50. ^{a)} Cfr. notam e ad *lib. 6, n. 826*

^{b)} Vide, *loc. cit.*, not. c et d.

51. — ^{a)} Cfr. *lib. 6, n. 827*, notam a.

^{b)} Hic S. Doctor citat textum italicum hujus concordati. Sed cum jam ille integer reperitur, *lib. 6, n. 830*, una cum versione latina, *ibid.*, not. a, supervacaneum duximus illum iterum referre.

ARTICULUS II.

DE ORDINIBUS MINORIBUS.

52. *Quot sint ordines minores.* — 53. *Sectio I. De ostiariatu. Materia tradenda est ab ipso ordinante; et ab eo Missa celebranda.* — 54. *Sect. II. De lectoratu.* — 55. *Sect. III. De exorcistatu.* — 56. *Sect. IV. De acolythatu.*

Quot sint ordines minores.

52. Ordines minores quatuor sunt: Ostiariatus, lectoratus, exorcistatus et acolythatus. Dicuntur ipsi *minores* propter minora officia, quae ab ordinatis exercentur circa Missam aut in ecclesia.

SECTIO I. - DE OSTIARIATU.

De ostiariatu.

53. - Ostiariatus est *ordo, quo confertur potestas aperiendi, claudendi et custodiendi ecclesiam.* — Officium ostiarii (praeter dicta) est etiam pulsandi campanas, necnon admittendi dignos in ecclesia, et expellendi indignos, scilicet infideles, haereticos et excommunicatos.

Materia *remota* ostiariatus sunt claves ecclesiae; *proxima* clavium traditio. — Forma sunt verba ordinantis et dicentis: *Sic age, quasi redditurus rationem pro iis rebus quae his clavibus recludantur.* Ita tradunt auctores qui tenent, singulos septem ordines esse sacramenta. — Claves debent esse propriae ecclesiae, nec possunt aliae substitui ^{a)}, debentque tangi ab ordinando. — Hic autem denuo adverte id quod notatum est *n. 28*, nempe quod in sacramento Ordinis, materia omnino tradenda est ab ipso ordinante, alias sacramentum invalide ministratur ^{b)}, et ab eodem debet Missa celebrari (*Lib. VI, n. 744*).

SECTIO II. - DE LECTORATU.

De lectoratu.

54. - Lectoratus est *ordo, quo confertur potestas legendi Scripturas sacras in ecclesia.* — Materia *remota* est liber prophetiarum et epistolarum; *proxima* illius traditio. — Forma sunt verba: *Accipe et esto verbi Dei relator, etc.* — Officium igitur lectoris est legendi sacras Scripturas (intellige extra Missam; nam in Missa officium est subdiaconi) ac etiam catechumenos instruendi. Si loco libri epistolarum

sive *lectionarii* traderentur Biblia aut breviarium, valida quidem et etiam licita esset ordinatio; secus, si alius liber ^{a)}.

SECTIO III. DE EXORCISTATU.

De exorcistatu.

55. - Exorcistatus est *ordo, quo datur potestas expellendi daemones ab obsessis, ne eos impediunt a communione.* — Materia *remota* est liber exorcismorum; *proxima* ejus traditio. — Forma: *Accipe et habe potestatem imponendi manus super energumenos, etc.* — Exorcismus autem est formula quaedam ab Ecclesia instituta ad daemones fugandos in nomine Jesu Christi. Ut possit autem exorcista solemniter exorcizare, requiritur etiam collatio jurisdictionis sive licentia episcopi. Id tamen non est ob jus commune, sed ob particulare praeceptum episcoporum prohibentium exorcizare sine eorum licentia. Dicitur est: *solemniter*, cum quisque fidelis possit privatim imperare daemonibus, ne noceant neve impediunt fideles ab actionibus sacris. Vide *Lib. III, n. 193, app. de adjuratione.*

SECTIO IV. DE ACOLYTHATU.

De acolythatu.

56. - Acolythatus est *ordo, quo datur potestas ferendi urceolos ad altare, et candelabra luminaque in ipso accendendi.* — Materia *remota* sunt urceoli vacui; *proxima* eorum traditio. — Forma: *Accipe ceroferarium, etc.*, atque: *Accipe urceolum, etc.* — Utraque materia est essentialis; sed nobiliores sunt urceoli, quia vinum et aqua magis sunt ad Missam necessaria. Hae autem materiae sunt partiales, unam totalem constituentes. Character vero non in candelabri, sed in urceolorum traditione imprimatur, quia in ea principalior traditur potestas (*Lib. VI, n. 745*).

53. - ^{a)} Sed vide *lib. 6, n. 745, not. a.*

^{b)} S. Alphonsus, loco ad quem remittit lectorem, nempe *num. 28* et *lib. 6, num. 744*, dicit hoc procedere pro collatione ordinum

majorum, non autem pro ordinibus minoribus.

54. - ^{a)} S. R. C. *Decr. auth. n. 3315, ad 5*, declaravit tradi posse etiam missale.

ARTICULUS III.

DE ORDINIBUS MAJORIBUS.

57-58. *Quid subdiaconatus. - Materia, forma et officium. - Si sine manipulo, etc. - Requisita. - § I. De voto castitatis. - 59. An castitas sit ex voto. - Si quis ignoret, etc. - Si impuber, etc. - Qui per metum ordinatur, etc. - § II. De Horis canonicis. - 60. Propositiones damnatae. - 61. Qui teneantur ad Horas: 1° Clerici in sacris; 2° religiosi professi; 3° beneficiati. - 62. Cui facienda restitutio fructuum. - 63. Si habeant alia onera. - 64. An excommunicati, etc. - Et qui sine attentione interna, etc. - 65. Intra primos sex menses. - Qui sine culpa omittit. - An unum peccatum, etc. - 66. Qui non percipit fructus, etc. - 67. Si beneficium sit tenue. - 68. An male expendens, etc. - Canonicus non canens. - 69. Quae parva materia, etc. - An projiciens breviarium. - In dubio, an quid omissum. - 70. Quae requirantur ad Horas recte dicendas: 1° Juxta praescriptum. - Si permutes officium. - 71. Si alio pergis. - 72. Si advertis te errasse. - De litaniis et officio defunctorum. - 73. 2° Pronuntiatio vocalis. - Quid in choro. - 74. 3° Pronuntiatio integra; 4° Pronuntiatio continuata. - 5° Ordo Horarum; - 6° Tempus. - 75. Intentio et attentio. - 76. Causae excusantes a recitatione. - 77-80. § III. De censuris in genere. - § IV. De censuris in specie. - 81-83. I. De excommunicatione. - 84. II. De suspensione. - 85. III. De depositione, etc. - 86. IV. De interdicto. - 87. V. De irregularitate. - 88. Irregularitates ex delicto. - 89. Irregularitates ex defectu.*

SECTIO I. DE SUBDIACONATU.

Quid sit
subdiaconatus.

57. - Subdiaconatus est ordo, quo traditur potestas, per quam ordinatus potest deferre calicem ad altare, ministrare diacono et legere epistolam in Missa.

Materia.

Materia remota est duplex, nempe calix vacuus cum patena vacua, necnon liber epistolarum. Materia proxima est horum traditio. Calix autem probabiliter debet esse consecratus, ut plures DD. sentiunt; unde ipsorum sententia in praxi sequenda est (*Lib. VI, n. 747*). Sic etiam omnino requiritur traditio libri epistolarum (*n. 746, dub. 1*)^a.

Forma.

Forma autem sunt verba episcopi: *Videte, cujus ministerium vobis traditur, etc.* Et alia: *Accipe librum epistolarum et habete potestatem legendi eas, etc.* Duplici enim materiae duplex adhibetur forma partialis.

Officia.

Officium subdiaconi (ultra praedicta in altari) est deferre crucem et lavare corporalia. — Peccaret subdiaconus, si absque manipulo solemniter ministraret in Missa, nisi urgeret necessitas, ut dicit Pater Suarez^b. — An autem graviter peccet

subdiaconus ministrans in mortali: vide dicta supra *n. 14*. — Clericus exercens^c officium subdiaconi sine manipulo, vel cum manipulo, sed non intendens ex officio actum illum exercere, non incurrit irregularitatem: quia tunc, ut ait Bonacina, exercet tantum officium cantoris. Secus, si cum manipulo intenderet exercere officium proprium subdiaconi. Vide *Lib. VII, n. 358*.

58. - Ut quis ad subdiaconatum possit promoveri, requiritur: 1° Ut sit ordinatus in minoribus; 2° aetas unius et viginti annorum completorum; 3° titulus sustentationis (de quo vide supra dicta *n. 37-39*); 4° ut bene sciat quae pertinent ad suum munus; 5° examen, quod debet quidem rigorosius esse in subdiaconis, ut recte advertit Homobonus (poenitentiarius in ecclesia Bononiensi), et signanter circa subdiaconi obligationes, nempe servandi castitatem, recitandi Officium, habendi titulum sustentationis; necnon refert subdiaconos examinare circa censuras et irregularitates, quarum singulatim hic principaliora rudimenta mox infra breviter recensebimus.

Requisita
ut quis promoveatur.

Bonac., disp. 7. de Irregul., qu. 3, punct. 6, num. 2. — *Homob.*, Exam. eccl., tr. 4, cap. 2, praesuppositum 2.

57. - ^a) Cfr. notam *c* ad *lib. 6, n. 746*.
^b) S. Alphonsus citat *de Censur.*, disp. 42; sed ibi Suarez hunc casum non habet.

^c) Sic est legendum juxta primam edit. Remondinianam; non autem « clericus, vel etiam subdiaconus », ut ferunt aliae editiones.

§ I. - *De voto castitatis.*

Obligatio
castitatis
est ex vi
voti.

59. - Subdiaconus ex praecepto S. Gregorii Papae, in *can. 1, dist. 28*, tenetur votum castitatis emittere. Hinc obligatio castitatis, in ordinatis in sacris, verius est ex vi voti ordinibus annexi, quam praecepti Ecclesiae, ut satis colligitur ex cap. *Cum olim, de clericis conjug.* Attamen si quis Ordinem suscipiendo expresse nollet castitatem vovere, tunc iste saltem ex praecepto Ecclesiae ad castitatem teneatur. Hocque dicendum, etiamsi nesciret hanc obligationem, modo vellet vere Ordinem suscipere: et adhuc si inculpate nesciret, ut valde probabiliter plures DD. docent ^{a)}. Vide *Lib. VI, n. 809, Dub. 1 et 2*.

Casus par-
ticulares.

Qui autem ordinaretur ante usum rationis, hic non teneretur ad castitatem. — Qui vero ordinatur ante pubertatem, an ad castitatem teneatur? Adest duplex sententia, utraque probabilis (*n. 810*). — Qui ordinatur per metum extrinsecum injuste incussum, et non habet animum suscipiendi Ordinem, non tenetur ad castitatem; et etiamsi animum haberet, probabilius nec teneretur, quia votum emisum ob metum probabilius est invalidum. Secus, si metus fuerit juste incussum, vel si ordinatus scienter suam ordinationem ratificaret, nempe si ultro Ordinem exerceret (*n. 811*).

§ II. - *De Horis canonicis.*

Propositio-
nes damna-
tae.

60. - Primo loco hic refert annotare plures propositiones damnatas ab Alexandro VII, nimirum ^{a)} propos. 20, quae dicebat: *Restitutio fructuum non debetur ante sententiam.* Propos. 21: *Habens beneficium, si studio vacet, satisfacit recitando per alium.* Propos. 33: *Restitutio fructuum suppletur per eleemosynas ante factas.* Propos. 34: *Satisfacit dicens Officium paschale pro Officio diei Palmarum.* Propos. 35: *Cum uno officio potest satisfieri*

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 10, n. 16 et 18. — *Salmant.*, tr. 16, cap. 1, n. 5. — *Conc.*, de Horis canon., cap. 5, num. 4. — ¹ Concil. Later. V, anno 1514, sess. 9,

obligationi duorum dierum. Item Innocentio XI damnavit propos. 54: *Qui nequit recitare Matutinum et Laudes, non tenetur ad alias Horas.*

61. - Quaeritur 1°. *Quinam teneantur ad Horas?*

Tenentur
ad Horas:

Tenentur 1°. Omnes *ordinati in sacris*, etiamsi sint excommunicati, suspensi et degradati. — Ordinatus autem ad subdiaconatum in die ordinationis tenetur ad Horam correspondentem horae qua ordinatur.

Clerici in
sacris.

Tenentur 2°. *Religiosi professi* utriusque sexus. Hoc habetur ex antiqua consuetudine obligante sub gravi, ut tenet communis sententia contra aliquos. Nec valet dicere, quod non constet, an consuetudo recitandi Officium sit introducta a religiosis animo se graviter obligandi. Nam respondetur quod, cum illa constanter et tamdiu cum magno incommodo ab omnibus religiosis observata fuerit, praesumptio est pro parte affirmativa; pro qua autem parte stat praesumptio, pro ea stat etiam possessio, regula generalis est. Vide *Lib. IV, n. 142 a)*.

Religiosi
professi.

Nullus autem religiosus aut monialis in particulari tenetur sub gravi Horas dicere in choro, ut communiter dicunt Suarez, Salmant., Concina, etc., modo chorus non tollatur, ad quem requiruntur saltem quatuor expediti. — Ad Officium vero non tenentur religiosi ejecti; sed tenentur profugi (*ibid.*, *Dub. 1 et 2*).

Tenentur 3°. *Beneficiati*; alias fructus omnes beneficii restituere debent, ex concilio Lateranensi V ¹, ubi dictum fuit: *Statuimus..., ut quilibet habens beneficium..., si post sex menses obtento beneficio Officium non dixerit..., fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis.* Et si talis post monitionem adhuc pergit omittere, potest etiam beneficio privari. Deinde S. Pius V, in constit. 186, quae incipit: *Ex proximo Lateranensi*, decrevit

Beneficiati,

bull. reform., § *Statuimus*. — S. Pius V, const. *Ex proximo*, § 1, diei 20 Sept. 1571; bull. 186 in Bullar. Mainardi.

59. - ^{a)} S. Doctor tamen, *loc. cit.*, probabilitatem agnoscit oppositae sententiae.

60. - ^{a)} S. Alphonsus potius sensum refert quam ipsa verba propositionum damna-

tarum. Vide, si lubet, earum textum authenticum, *tom. 1* hujus editionis, *pag. LVIII et seqq.*

61. - ^{a)} Et cfr. *ibidem*, not. *f.*

qui, si Officium omittunt fructus restituere debent,

quod, qui omittit Matutinum, restituat dimidiam partem fructuum correspondentium illi diei: qui caeteras Horas, aliam dimidiam; qui vero unam tantum ex parvis, sextam partem. Vide *Lib. III, n. 663*. Et idem dicendum, si quis per plures leves omissiones inter Officium diei ad gravem materiam pertingit (*n. 668*). Qui autem hodie supplere vellet Officium heri omissum, minime liberatur a restitutione (*n. 667*). — Haecque restitutio debetur ante omnem sententiam; quia conditio recitationis est absolute necessaria ad lucrandos fructus, cum sine ipsa nequeat beneficiarius facere fructus suos, ut praefatum concilium sancivit (*Lib. III, n. 665 et Lib. IV, n. 145, Qu. 1. v. Sed dices*).

ante omnem sententiam.

Cuinam facienda haec restitutio.

62. — Restitutio autem tunc facienda est vel pauperibus (sufficit cujuscumque loci), vel fabricae ecclesiae, vel domui beneficii, vel in augmentum agrorum ipsius. Potest etiam fieri in refecionem alterius indigentis ecclesiae, si propria non eget, vel, si fabrica alienae ecclesiae redundaret, in utilitatem pauperum. Potest etiam applicari in Missis pro defunctis. Et potest beneficiatus adhuc applicare eam sibi ipsi, si vero pauper sit ^{a)}, modo non faciat in fraudem. Suarez, Palaus, Navarrus, Toletus, Lessius, etc., communiter (*Lib. III, n. 672*). — Si quis autem post omissionem dederit eleemosynas, immemor vel forte ignorans obligationem restitutionis, probabiliter potest eas computare, ut dicunt Sanchez ^{b)}, Suarez ^{b)}, Lugo, Laymann, Salmant., Croix, etc., (*n. 700, Qu. 2, v. Limitant*).

63. — Probabiliter dicunt etiam Sotus, Lessius, Vasquez ^{a)}, Bonacina, Sanchez, Salmant., etc., quod, si beneficiatus alia onera habet, quibus jam satisfecerit, non tenetur omnes fructus restituere. Secus

tamen dicendum, quidquid dicant alii de simplici beneficiato, qui nullum aliud onus haberet, nisi deferendi habitum (*Lib. III, n. 673*).

64. — An autem *excommunicatus toleratus teneatur ante sententiam restituere fructus beneficii, si onera ipsius impleverit?*

Aliqui affirmant. — Sed probabilius et communius alii negant, prout dicitur *Lib. III, n. 670*, quia non tenetur reus nisi post sententiam subire poenam illam quae actionem requirit; ex alia autem parte excommunicati tolerati valide jam sacramenta ministrant Horasque persolvunt. Ita Laymann, Tournely, Palaus, Salmant., Bonacina, Coninck et alii plures (*ibid.*).

Excommunicatus toleratus probabilius non tenetur restituere.

Sic etiam probabiliter non tenetur ad restitutionem, qui recitat sine attentione interna; cum opinio, quod sufficiat ad satisfaciendum, si habeatur intentio et attentio externa, non sit improbabilis, juxta dicenda *n. 75 (Lib. III, n. 669 et Lib. IV, n. 177)*.

Nec qui recitat sine attentione interna.

65. Praeterea notandum, S. Pium in praefata constitutione declarasse quod beneficiati, si intra primos sex menses Officium omittant, licet non teneantur ad restitutionem, tamen non excusantur a peccato mortali. Vide *Lib. III, n. 663*. Hinc omnino dicendum quod beneficiati, etiamsi vellent pro eo tempore fructus restituere, omittendo Officium graviter peccant, cum ipsos ad Officium quovis tempore Ecclesia ex motivo religionis obstrinxerit (*Lib. IV, n. 145, Qu. 2*). — Graviter igitur peccat, qui intra sex menses (ut dictum est) Officium omittit, sed non tenetur ad restitutionem: ut docent Lessius, Vasquez, Concinna, Viva et communior sententia contra paucos. Ratio, quia juxta communem sen-

Nec beneficiatus qui omittit infra sex menses.

Sed hic graviter peccat.

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 30, n. 21. — Palaus, tr. 7, disp. 2, punct. 7, num. 12. — Navar., Man., cap. 25, n. 123; et de Horis can., cap. 7, n. 34. — Tolet., lib. 2, cap. 12, n. 5. — Less., cap. 34, n. 177. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 4, n. 7, v. *Ceterum si quis*; cfr. lib. 3, tr. 2, cap. 12, num. 9. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 6. — Less., cap. 34, n. 177. — Bonac., de Offic. div., disp. 1, qu. 5, punct. 3, num. 2. — Sanch., Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 83, num. 3. — Salmant., tract. 16,

cap. 2, num. 59. — Laym., lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 9. — Contin. Tourn., de Cens., part. 2, cap. 1, art. 3, sect. 5, qu. 4. — Palaus, tr. 29, disp. 2, punct. 11, num. 4. — Salmant., tr. 10, cap. 3, num. 114 et 115. — Coninck, disp. 14, de excom., dub. 9, num. 80 et 81. — Less., cap. 34, num. 176. — Vasq., de Benefic., cap. 4, § 1, art. 1, dub. 8, n. 33. — Conc., de Horis can., cap. 8, num. 3. — Viva, de Restit., qu. 7, art. 9, num. 2, v. *Inferitur 6*.

62. — ^{a)} Cfr. *lib. 3, n. 672, not. a*.
^{b)} Vide not. *d*, ad *lib. 3, n. 700*.

63. — ^{a)} Vasquez hanc opinionem rejicit. Cfr. not. *a*, ad *lib. 3, n. 673*.

tentiam restitutio fructuum non jam debetur de jure naturali. Fructus enim non dantur pro mercede recitationis, sed pro sustentatione beneficiarii, cum onere tamen Officii, imposito ab Ecclesia, ut diximus, ex motivo religionis; et ideo nulla ante concilium Lateranense restitutio praecipiebatur. Concilium autem restitutionem praecipit tantum omittentibus post sex menses (*Lib. III, n. 666*).

Omittens sine culpa non tenetur restituere.

Ob eandem rationem non tenetur ad restitutionem, qui omittit Officii recitationem sine culpa: quia licet, ut dictum est, *n. 61, in fine*, restitutio ante omnem sententiam facienda sit, tamen, cum ipsa in poenam praecepta sit, omnino culpam requirit, ut recte dicunt Lessius, Sanchez, Concina, Viva et alii communius, contra paucos (*n. 665*). — Pariter ob eandem rationem subdiaconus, beneficium habens, si Officium omittit, unum tantum committit peccatum, cum ex uno motivo religionis ad illud teneatur (*Lib. IV, n. 145, Qu. 1*).

66. - Dubitatur 1^o. *An teneatur ad Officium beneficiarius qui fructus non percipit?*

Fructus inculpabiliter non percipiens, liber est ab Officio.

Minime tenetur, si ipse non negligenter se gesserit in illis exigendis. Excipe, nisi ipse in poenam alicujus criminis sit fructibus juste privatus; vel nisi certam spem habeat percipiendi illos sequentibus annis (*Lib. III, n. 664*).

Quid, si de beneficio lis vertatur?

Respondetur: Si beneficiarius nondum acceperit illius possessionem, non tenetur ad Officium, nisi per ipsum stet, quin statim possessionem adipiscatur. Si vero jam acceperit, tenetur casu quo spem certam habeat vincendi litem; secus, si sit in dubio (*n. 664, v. Quid si*).

Less., cap. 34, num. 181. — *Sanch.*, Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 86. — *Conc.*, de Horis can., cap. 8, num. 5. — *Viva*, de Restitutione, qu. 7, art. 9, n. 2, v. *Infertur 2*. — *Sanch.*, Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 66, num. 2 et 3. — *Arag.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 83, art. 12, dub. 3, concl. 2, v. *In secundo casu*. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 140, num. 3. — *Pellia.*, tr. 5, cap. 8, num. 187. — *S. Anton.*, part. 2, tit. 2, cap. 5, § 3, v. *In tertio* (sibi contrarius in

67. - Dubitatur 2^o. *An teneatur ad Officium habens beneficium tenue?* — Alii affirmant. Sed alii plures negant ut Lessius ^{a)}, Sanchez, Malderus ^{b)}, Aragon, Rodriguez, Molfesius ^{b)}, Pellizzarius et alii. Quia tenue beneficium, ex cap. *Is cui, de praebend.*, in 6^o, ut verum beneficium non habetur. Dicunt autem, illud esse tenue beneficium, quod non pertingit ad tertiam partem sustentationis (*Lib. III, n. 674*).

Juxta plures, habens beneficium tenue, non tenetur ad Officium.

68. - Dubitatur 3^o. *An beneficiarius male expendens fructus beneficii teneatur ad restitutionem?* — Plures graves DD. probabiliter negant, ut S. Antoninus, Lessius, Cabassutius, Sanchez, Salmant. et alii cum S. Thoma¹ qui ait, praebendas haberi ut bona patrimonialia. — Alii tamen probabilius, ut Laymann, Bonacina ^{a)}, Navarrus, Petrocorensis, Concina, etc., affirmant, quia beneficiarii ex justitia tenentur fructus superfluos pauperibus vel locis piis erogare; nam saltem Ecclesia non concedit ipsis dominium fructuum nisi limitatum ad superfluos erogandos in pauperes (*Lib. III, n. 492*) ^{b)}.

Probabiliter male expendens fructus non tenetur ad restitutionem.

Hic autem sedulo advertendum, quod summus Pontifex Benedictus XIV, in Brevi ad card. Delphinum, patriarcham Aquilejensem, emanato die 19 Januarii 1748, declaravit, canonicos choro non interessentes vel ibi *non canentes* non solum distributiones quotidianas amittere, sed etiam ad restitutionem teneri fructuum suarum praebendarum (*n. 675, Dub. 3*).

69. - Quaeritur 2^o. *Quanta sit obligatio Officii?*

Certum est, peccare graviter, qui omittit notabilem Officii partem. Caeterum censetur parva materia omissio minoris partis quam parvae Horae (*Lib. IV, n. 147*). — Qui autem omnes septem Horas omittit,

Materiae gravitas et parvitas in omissione Officii.

part. 3, tit. 15, cap. 1, § 19). — *Less.*, lib. 2, cap. 4, num. 43. — *Cabas.*, Theor. et prax., lib. 2, cap. 26, num. 7. — *Sanch.*, Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 37, num. 12. — *Salm.*, tr. 12, cap. 2, n. 155. — ¹ Quodlib. 6, artic. 12, ad 3. — *Laym.*, lib. 4, tract. 2, cap. 3, num. 3. — *Navar.*, de Reditib. Eccl., qu. 2, monit. 7. — *Petroc.*, de Benef., cap. ult., qu. 7. — *Conc.*, in Decal., lib. 1, diss. 6, cap. 18, § 5, concl. 3.

67. - ^{a)} Lessius, cap. 34, n. 169, ut S. Alphonsus ipse notavit, *lib. 3, n. 674*, sentit teneri hunc beneficiatum recitare saltem dominicis et diebus festivis.

^{b)} Vide *lib. 3, n. 674*, not. *b* et *d*.

68. - ^{a)} Cfr. not. *b* ad *lib. 3, n. 492*.

^{b)} Vide *1 Elench. qu. reform., qu. 24* et *2 Elench., qu. 10*.

verius cum Lessio ^{a)}, Sanchez, Concina, Tournely et communi, unum committit peccatum, quia omnes Horae integrum Officium componunt (n. 148). — Qui Officium projiceret in mare, tot peccata committeret, quot omissiones dierum praevideret; quia singulae omissiones Officii, ad quemlibet diem pertinentes, sunt singulae transgressiones, et hic, eas jam praevidendo, peccaret quidem in causa (n. 149).

An in dubio, utrum aliquid ex Officio sit vel ne omissum, sit repetendum?

Repetendum quidem in dubio negativo, scilicet si nullum prudens motivum habeas, quod jam dixeris. Secus, si dubium est positivum, nempe si probabiliter credas, te dixisse ^{b)}. Ita communiter Navarrus, Sanchez, Lugo ^{c)}, Tournely, Palaus, Salmant., Roncaglia. Vide *Lib. IV, n. 150*.

70. - Quaeritur 3°. *Quae requirantur ad Horas bene recitandas?*

Requiritur 1° ut recitentur juxta *praescriptum breviarii Romani*. — Unde improbabilem censeo opinionem eorum qui dicunt, non peccare mortaliter, qui commutat Officium in aliud notabiliter brevius (*Lib. IV, n. 160*).

An autem sit mortale mutare in aequale vel quasi?

Adest hinc inde duplex plurimorum sententia. Aequius tamen videtur dicendum cum Sporer, Roncaglia, Viva, Laymann, Elbel, etc., esse mortale, si mutatio sit frequens; veniale, si rara, puta ter vel quater in anno; et nullum, si id aliquando fiat cum causa, nempe itineris, studii, etc. — Ratio, quia licet Officium recitandum sit juxta formam individualement breviarii, ut praecipit S. Pius V, in bulla *Quod a*

nobis, descripta in breviario, dicendo: *Neminem... nisi hac sola formula satisfacere posse*; tamen probabile est, Pontificem in hac forma praescribenda magis respexisse ad formam substantialem, quae est quantitas Officii, quam ad accidentalem, nempe ad illius qualitatem: et ideo commutatio non videtur culpam venialem excedere. Id tamen frequenter facere esset mortalis culpa, quia, ut recte ait Laymann, esset perversio ordinis; et gravis quidem, si frequens esset (n. 161, Qu. 3).

71. - His positis, probabile est: 1°. Quod, si alio pergis, potes recitare Officium illius loci, nisi fueris religiosus, quia teneris tunc recitare officium breviarii tui ordinis ^{a)}. Ita Laymann, Holzmann, Bonacina, Palaus et alii. — 2°. Quod capellani et commensales cardinalium et episcoporum possunt eis conformari in Officio. Holzmann ^{b)} cum communi et decreto S. C. Rituum ^{b)} et clem. *Dignum, de celebr. miss.* — Et idem dicunt DD. de capellanis monialium ^{b)}. Croix, Holzmann, Gobat, Stotz, etc. — Et de iis qui obeunt exercitia spiritualia apud religiosos. Laymann ^{b)} et Gobat. — 3°. Quod possis recitare Officium socii; quia ipsa associatio excusat, modo officium non sit notabiliter brevius ^{c)}. Viva, Roncaglia, Henriquez, Quintanadvenas et alii (*Lib. IV, n. 161, v. Juxta autem*).

72. - Si quis advertit se errasse, postquam multum processit in Officio indebito, potest vel prosequi vel recitare reliquum de proprio. Sed melius erit recitare de proprio, nisi vellet alia die non impedita Officium dicere de sancto illo; quod satis probabiliter admittunt plures doctores

Qui alio pergit, licite mutat Officium.

Item, capellanus episcopi.

Quid de eo qui advertit se errasse.

Sanct., Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 12, n. 2. — *Conc.*, de Horis Can., cap. 9, § 6, n. 18. — *Tourn.* (id est *Collet*), Institut., cap. 3, de Horis can., art. 4, post v. *Dico 2.* — *Navar.*, de Horis can., cap. 13, n. 32. — *Sanct.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 34, num. 2 et 3. — *Contin. Tourn.*, de Offic. div., sect. 6, v. *Sed quid post Dico 2.* — *Palaus*, tr. 7, disp. 2, punct. 6, n. 1. — *Salm.*, tr. 16, cap. 3, n. 12. — *Ronc.*, tr. 8, qu. 2, de Voto, cap. 2, qu. 4, resp. 2. — *Sporer*, Append. de Horis can., cap. 2, n. 119. — *Ronc.*, tr. 5, qu. 2, cap. 5, qu. 6, v. *Fateri.* — *Viva*, de Praec. decal., qu. 3, art. 2, n. 4. — *Laym.*, lib. 4, tr. 1, cap. 5,

num. 5. — *Elbel*, part. 5, confer. 13, de modo... recitandi Horas, n. 433 et 435. — *Laym.*, loc. cit. — *Laym.*, loc. cit., n. 3. — *Holz.*, de Praec. partic., n. 466, v. *Diximus praeterea.* — *Bonac.*, de Offic. div., disp. 1, qu. 3, punct. 1, n. 7. — *Palaus*, tr. 7, disp. 2, punct. 2, n. 6, i. f. — *Holz.*, loc. cit., sub. 2. — *Croix*, lib. 4, n. 1254. — *Holz.*, loc. cit., sub. 3. — *Gobat*, Experim., tr. 5, n. 625. — *Slos*, Tribun. poenit., lib. 1, part. 3, n. 386, ad IV. — *Gobat*, loc. cit., n. 637. — *Viva*, de Praec. decal., qu. 3, art. 2, n. 8. — *Ronc.*, tr. 5, qu. 2, de Horis can., cap. 5, qu. 8. — *Henriq.*, lib. 7, cap. 30, n. 4. — *Quint.*, tr. 8, singul. 8, n. 9 et 10.

69. - ^{a)} Vide *lib. 4, n. 148, not. b.*

^{b)} Sed vide *lib. 4, n. 150, not. a*, ubi ostensum est S. Doctorem postea expresse hanc sententiam retractasse.

^{c)} Cfr. not. *c* ad *lib. 4, n. 150*.

71. - ^{a)} Vide *lib. 4, n. 161, not. l.*

^{b)} Cfr. *loc. cit.*, notas *n, o, p.*

^{c)} Sed vide, *loc. cit.*, not. *r* et *t.*

Horae recitandae juxta breviarium romanum.

Mutatio frequens, lethalis; rara, venialis.

(n. 161, Qu. 5). — Ex consuetudine autem introducta, gravis est obligatio recitandi litanias S. Marci, Rogationum, ac Officium defunctorum etiam in privato (*ibid.* Qu. 1 et 2).

Requiritur
pronuntiatio
vocalis.

73. - Requiritur 2°. *Pronuntiatio vocalis.* — Hic dubitatur, an recitans debeat se audire. Alii affirmant; alii tamen non improbabiler negant, ut doctissimus Silvius, Tournely, Laymann, Azor, Sporer^{a)}, Salmant., Trullench, Rodriguez et alii. Quia in recitatione Officii non jubetur auditio, sed pronuntiatio, ad quam non oportet elevare vocem, sed sufficit formare aliquem externum sonitum, qui semper adest, cum verba proferuntur (*Lib. IV, n. 163*).

Submisce recitans in choro bene satisfacit (*ibid.* v. *An autem*); sed non canonicus, qui tenetur canere, juxta dicta n. 68, *in fine*. — Recitanti autem in choro sufficit, si audias alteram partem in confuso, vel tantum unum ex ea. — Quid, si non satis percipis in materia notabili alteram partem, propter culpam chori aut socii? Alii dicunt, quod teneris repetere non auditum. Alii plures negant, quia per ipsam societatem et tuam applicationem moraliter jam comunicas. Ita non improbabiler Sà, Major^{b)}, Roncaglia^{b)}, Elbel, Salmant., Pellizzarius^{b)}, Trullench et alii (*Lib. IV, n. 163, Qu. 2*). — Surdus autem non satisfacit, quidquid alii dicant. Secus vero dicendum de surdastro, si audiat saltem in confuso (*ibid.* Qu. 3).

Pronuntiatio
integra.

74. - 3°. *Pronuntiatio integra*, id est, sine mutilatione, qua sensus verborum notabiliter varietur. Valet tamen Officium, si aliqua saltem servetur significatio verborum (*Lib. IV, n. 165*).

Silv., Resol. var. v. *Horae canonicae III.* — *Contin. Tourn.*, de Offic. div., art. 8, sect. 6, in princ. — *Laym.*, lib. 4, tr. 1, cap. 5, num. 8, i. f. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 11, qu. 4. — *Salm.*, tr. 16, cap. 3, num. 5. — *Trull.*, lib. 1, cap. 7, dub. 11, n. 9. — *Rodrig.*, Quaest. regular., tom. 1, qu. 42, art. 4. — *Sà*, v. *Horae canonicae*, num. 9, — *Elbel*, part. 5, confer. 13, de modo... recitandi Horas, n. 447. — *Salm.*, tr. 16, cap. 1, num. 24. — *Trull.*, lib. 1, cap. 7, dub. 16, n. 9. — *Cajet.*, v. *Horae canonicae*, cap. 4. — *Gavant.*, in Rubr. breviar., sect. 1, cap. 5, tit. 6, n. 9. — *Laym.*, lib. 4, tr. 1, cap. 3, num. 6. — *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 42, num. 3. — *Bonac.*, de Offic. div.,

4°. *Pronuntiatio continuata*, scilicet sine interruptione in qualibet Hora, quae autem interruptio inducit veniale, nisi aliqua excuset causa (n. 166). Matutinum autem etiam sine causa potest a Laudibus separari, et sic pariter tres Nocturni, saltem per tres horas (n. 167). Facta tamen interruptione, adhuc culpabili, probabilius non teneris Horam repetere, cum quilibet psalmorum versus suam habeat significationem (n. 168).

Pronun-
tatio conti-
nuata.

5°. *Horarum ordo*, scilicet ne invertatur. Inversio tamen non erit nisi venialis, etiamsi fiat frequenter; et etiam in choro, ut probabilius ajunt^{a)} Cajetanus, Gavantus, Laymann, Sanchez, Bonacina, etc., (n. 170 et 171). — Celebrare autem Missam ante Matutinum probabilius et communius non est nisi veniale, cum Lessio, Palao^{b)}, Concina, Tournely, Soto, Toletus, Bellarmino^{b)}, Croix, Salmant., et aliis pluribus. Vide *Lib. VI, n. 347*.

Horarum
ordo.

6°. *Tempus praefixum*. Tempus Matutini incipit ab hora vesperarum diei antecedentis usque ad meridiem subsequentis (*Lib. IV, n. 174*): idque probabiliter procedit etiam de Officio defunctorum, extra tamen chorum (*ibid.*, Qu. 2)^{c)}. Et de hoc adest etiam decretum S. C. Rituum apud Ferraris¹. Non idem currit autem de litanis (*ibid.* Qu. 3).

Tempus
praefixum.

An autem *satisfaciat dicens Matutinum hora secunda post meridiem?*

Dicens Ma-
tutinum ho-
ra secunda
post meri-
diem

Alii affirmant, ut Salmant, cum Sanchez, Trullench, etc. dicendo, id hodie permitti ex consuetudine introducta. — Sed verius negandum cum Holzmann, Croix et Concina, quia tunc nondum incepta est hora Vesperarum, quae est media

verius non
satisfacit.

disp. 1, qu. 3, punct. 3, n. 7; et punct. 4, n. 5. — *Less.*, lib. 2, cap. 37, n. 81. — *Conc.*, de Horis can., cap. 9, § 8, n. 11 et 12. — *Contin. Tourn.*, de Sacrific. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. — *Sotus*, de Just., lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2. — *Tolet.*, lib. 2, cap. 1, n. 3, v. *Alterum*. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 230. — *Salm.*, tr. 5, cap. 4, num. 45 et seqq. — ¹ V. *Litaniae*, num. 17. — *Salm.*, tr. 16, cap. 3, num. 15. — *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 37, num. 4. — *Trull.*, lib. 1, cap. 7, dub. 18, num. 8. — *Holz.*, de Praec. partic., num. 467, v. *Dixi: nisi*. — *Croix*, lib. 4, num. 1314. — *Conc.*, de Horis can., cap. 9, § 8, n. 6.

73. - a) Cfr. notam b ad lib. 4, n. 163.

b) Vide lib. 4, n. 163, not. i et j.

74. - a) Cfr. not. b ad lib. 4, n. 171.

b) Vide lib. lib. 6, n. 347, notas c et d.

c) In choro etiam anticipari potest. Cfr. not. e ad lib. 4, n. 174.

inter meridiem et occasum; dies enim ecclesiasticus non nisi ab hora Vesperarum incipit. Quod autem consuetudo undique jam introduxerit recitari Matutinum hora secunda post meridiem a majori parte fidelium, juxta dicta de consuetudine (*Lib. I, n. 107 et seqq.*) hoc probandum esset; sed usquedum non probatur, possidet lex opposita (*Lib. IV, n. 174, Qu. 1.*)

Tempus autem Horarum incipit a media nocte ad meridiem; Vesperarum et Completorii a meridie ad mediam noctem (*Lib. IV, n. 173, v. Tempus.*)

75. - 7^o. *Intentio et attentio.*

Requiritur intentio.

Requiritur *intentio* (scilicet recitandi) saltem virtualis. Sufficit pro illa, si ab initio sumpseris breviarium ad recitandum. Communissime autem et probabilius cum Suarez, Palao, Lessio, Tournely ^{a)}, Pontas, Vasquez et Croix cum aliis, non requiritur intentio satisfaciendi obligationi. Imo recitans implet, etiamsi positive intendat nolle implere, quia implens non potest non implere, cum satisfactio non pendeat a sua, sed a voluntate legis sive Ecclesiae (*n. 176.*)

Et attentio.

Requiritur insuper *attentio*, saltem externa, scilicet ne apponatur actio incompatibilis cum attentione interna.

An autem *requiratur etiam interna?*

Juxta alios, attentio interna requiritur.

Alii affirmant, requiri internam; quae sit vel ad Deum vel ad sensum, vel saltem ad verba, nempe ut recte pronuntietur; quia alias, prout dicunt, non esset oratio.

Juxta alios, non requiritur.

Alii vero plurimi negant, dicentes, veram esse orationem, quae fit cum intentione orandi et attentione externa. Ita Lugo, Paludanus, Coninck, Angelus, Silvester, Croix ^{b)} et plures alii cum S. Antonino, ex D. Thoma. — Verba S. Antonini ¹ haec sunt: *Sed si evagatio est advertenter, et solum secundum actum interiorum, licet temeraria sit et gravis foret, non tamen mortale, nisi per contemptum; quia Ecclesia non habet judicare de acti-*

bus interioribus mere; propter quod minister Ecclesiae, licet dicendo orationem cogitet aliud, non videtur transgressor praecepti ex natura facti. — Verba autem S. Thomae ² sunt: *Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc enim sine culpa non est, et praecipue si in aliis sponte se occupat, quae mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera: et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.* Juxta igitur D. Thomam evagatio interna non est sine culpa, scilicet veniali, externa autem non sine mortali; et sic intelligit idem S. Antoninus ³ dicens: *Unde quod Thomas dicit ibi, quod in oratione, si sponte se quis occupat in his quae mentem distrahunt, sicut sunt opera exteriora..., etiam culpa mortalis erit.*

Rationes.

Ratio autem ^{1a} hujus sententiae est, quia, si attentio interna esset de essentia orationis, ministrans Extremam Unionem sine attentione interna invalide ministraret, cum forma hujus sacramenti sit deprecatoria: *Indulgeat tibi Dominus, etc.*, ex illo S. Jacobi v, 14: *Orent super eum, ungentes, etc.* Sed id non potest dici, cum constet ex Florentino, ad valorem sacramenti tria tantum requiri et sufficere, nempe materiam, formam seu verba a ministro prolata, et intentionem ipsius faciendi quod facit Ecclesia. — Ratio ^{2a} quia si attentio interna de essentia orationis esset, etiam is qui cum involuntaria distractione Horas persolveret, nec etiam satisfaceret. — Propter has rationes, minime contemnendas, videtur haec secunda sententia non posse dici improbabilis.

Haec sententia non videtur improbabilis.

Caeterum conveniunt omnes quod, ut dicatur quis non implere, oportet ut non solum advertat distractionem, sed adhuc, ut plene advertat se distrahi ab officio: alias, licet voluntarie se distrahat, non tam voluntarie se distrahit a recitatione. — Scrupulosus autem propter distractiones nunquam tenetur repetere. — Ita Sua-

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 8. — Palaus, tr. 7, disp. 2, punct. 3, num. 10. — Less., lib. 2, cap. 37, n. 59. — Pontas, v. *Officium breviarii*, cas. 13. — Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, qu. 100, art. 9, prior dub., n. 5. — Croix, lib. 4, n. 1330. — Lugo, de Euch., disp. 22, n. 25 et seqq. —

Palud., in 4, dist. 15, qu. 5, art. 2, concl. 4 (n. 24). — Coninck, de Sacram., qu. 83, num. 291 et 292. — Angel., v. *Hora*, num. 27 et 28. — Silvest., v. *Hora*, num. 14. — ¹ Part. 3, tit. 13, cap. 4, § 8. — ² In 4, dist. 15, qu. 4, art. 2, solut. 4, ad 2. — ³ Loc. cit.

rez, Sotus, Navarrus, Cajetanus, Concina et alii communiter. Vide *Lib. IV, n. 177, v. Caeterum.*

A recitatione excusat:

Infirmitas gravis.

76. - Quaeritur 4^o. *Quaenam causae excusent a recitatione Officii?*

Excusat 1^o. *Infirmitas gravis* sive grave incommodum. — Laborans autem tertiana vel quartana tenetur recitare, et etiam anticipare, si commode potest. Non tenetur tamen anticipare Matutinum in die praecedenti: nullus enim obligatur suo privilegio uti. — Si quis commode potest, tenetur dicere Officium cum socio. — In dubio an ob recitationem graviter laedaris, non teneris; secus in dubio an excuseris, nisi habeas probabilem rationem; sed melius est tunc, ut te remittas medico aut superiori vel saltem viro prudenti. — Quando autem urget morbus, si nequis recitare totum, nec teneris ad partem, quia alias magna superesset tibi scrupulosa anxietas, an pergere possis vel ne in reliquis recitandis. Ita valde probabiliter Suarez, Navarrus ^{a)}, Sanchez ^{a)}, Lugo, Cardenas, Roncaglia, etc., (*Lib. IV, n. 154*).

Impedimentum justum.

2^o. *Impedimentum justum*, puta si quis occupetur in officio charitatis, quod non posset omittere sine scandalo aut notabili detrimento proprio aut alieno, v. gr. si nequiret differre concionem sine nota, vel confessiones aliorum in magno concursu (*n. 156*).

Caecitas aut carentia breviarum.

3^o. *Caecitas* (*n. 157*).

4^o. *Carentia breviarum*. — Teneris tamen dicere quae mente retines, modo id quod retines, pertingat ad quantitatem saltem parvae Horae. Et si cares Officio proprio, teneris recitare ex communi. Item si absque magno incommodo potes socium adhibere, teneris. — An autem beneficiarius teneatur etiam conducere socium ad Horas persolvendas, si nequit solus? Adest duplex sententia probabilis; sed affirma-

tiva est communior et tutior; imo omnino sequenda, si ille velit fructus percipere. Cum sola enim probabilitate opinionis oppositae nequit possessionem fructuum inchoare, ut recte ajunt ^{b)} Lessius, Sotus ^{b)}, Salmant., Concina, Contin. Tournely, Bonacina et alii communiter (*num. 158 et Lib. III, n. 761, Qu. 2*).

5^o. Excusat *dispensatio* Pontificis; et etiam proprii episcopi (ad breve tamen tempus), si adsit causa, puta si dubitetur de morali impotentia (*Lib. IV, n. 159*).

Dispensatio.

§ III. - De censuris in genere.

(In hoc paragrapho ponuntur tantum definitiones, divisiones et principia, relictis quaestionibus aliisque notitiis quae habentur in Morali *Lib. VII*, ubi fuse egimus de censuris).

77. - Quaeritur 1^o. *Quid et quotuplex est censura?*

Censura est *poena spiritualis et medicinalis, per quam delinquenti et contumaci per ecclesiasticam potestatem aufertur usus quorundam spiritualium bonorum.*

Quid sit censura.

78. - Dividitur censura: 1^o in excommunicationem, suspensionem et interdictum; — 2^o in eam quae est *a jure*, nempe quae fertur per legem generalem et permanentem, et eam quae est *ab homine*, quae scilicet fertur a praelato per particularem sententiam; — 3^o in eam quae dicitur *latae sententiae*, quaeque incurritur ipso facto; et *ferendae sententiae*, quae non incurritur nisi post sententiam, prout sunt censurae latae verbis futuri temporis. Vide *Lib. VII, n. 6-8*.

Quotuplex.

79. - Quaeritur 2^o. *Quis potest ferre censuras?*

Quis potest ferre censuras.

Possunt omnes superiores ecclesiastici habentes jurisdictionem in foro externo: vel ordinariam, prout Pontifex, concilia, episcopi, et ipsorum vicarii, item vicarii capitulares et capitula religionum eorum-

Suar., lib. 4, cap. 26, num. 20. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 5, concl. 7, v. *Rursus requiritur*. — *Navar.*, Man., cap. 25, n. 107. — *Cajet.*, v. *Horae canonicae*, cap. 3. — *Conc.*, de Horis canon., cap. 9, § 1, n. 35. — *Suar.*, de Relig., tr. 4, ib. 4, cap. 28, n. 27. — *Card.*, Cris.,

diss. 33, n. 19 et seqq. — *Ronc.*, de Horis canon., cap. 6, qu. 2. — *Less.*, cap. 20, num. 45. — *Salm.*, tr. 14, cap. 3, n. 31. — *Conc.*, lib. 3, de Just., diss. 3, cap. 16, n. 3, i. f. — *Cont. Tourn.*, part. 2, de Contract., cap. 3, art. 5, concl. 2, i. f. — *Bonac.*, disp. 3, de Contract., qu. 3, punct. 2, n. 11.

76. - ^{a)} De Sanchez et Navarro, vide *lib. 4, n. 154*, not. j.

^{b)} Scilicet auctores citati, loquendo de alia

quaestione, principium generale adducunt. Cfr. *lib. 3, n. 171, Qu. 2*; et de mente Soti vide *ibid.*, notam c.

que praelati; vel delegatam, ut sunt ii quibus ab habente ordinariam facultas committitur. Vide *Lib. VII, num. 9 et seqq.*

Requisita ut quis possit ligari censuris;

Quaeritur 3°. *Quid requiratur, ut quis possit ligari censuris?*

Requiritur: 1° ut sit homo; 2° ut sit baptizatus; 3° ut sit rationis compos; 4° ut sit persona determinata; 5° ut sit subditus. — Quoad peregrinos vero, vide *ibid., num. 17.*

ut quis incurrat gravem censuram.

Quaeritur 4°. *Quid requiratur ad incurrendam gravem censuram, puta excommunicationem majorem vel suspensionem totalem aut ad longum tempus?*

Requiritur: 1°. Peccatum grave, et ut materia sit etiam per se gravis, aut saltem valde conducens ad finem intentum. At in dubio, superioris praeceptum certe ligat. 2°. Actus externus. 3°. Actus consummatus. 4°. Contumacia, ita ut delinquens sciat, crimen non solum vetitum esse jure divino, sed etiam ecclesiastico. Vide autem illationes, quae ex his inferuntur, *ibid., n. 29 et seqq.*

Quis absolvere possit a censuris.

Quaeritur 5°. *Quis possit a censuris absolvere?*

A censura lata per sententiam particularem ordinarie is tantum potest absolvere, qui eam tulit, vel ejus superior aut successor aut delegatus. — Ab illa autem, quae lata est a jure vel ab homine per sententiam generalem (modo non sit reservata), potest absolvere quivis confessorius (*n. 70*).

Quid possint episcopi.

80. — Hic autem notandum 1°. Quod episcopi ex cap. *Liceat* in Tridentino¹, possunt dispensare in omnibus irregularitatibus et suspensionibus ex delicto occulto; exceptis iis quae oriuntur ex homicidio voluntario et aliis deductis ad forum contentiosum. — Item possunt absolvere a quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, quoscumque sibi subditos in dioecesi sua per seipsos aut vicarium ad id specialiter deputandum

¹ Sess. 24, de reform., cap. 6. — *Clem. VIII*, decret. S. C. Episc. et Reg., 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri, fol. 18. —

(de hoc vide *Append. de Privil., n. 29*). Hanc autem facultatem potest episcopus etiam generaliter aliis delegare (*ibid., n. 34*).

Notandum 2°. Quod praedicta facultas verius sublata est episcopis respectu ad haeresim et alios casus reservatos in bulla Coenae (Vide *ibid., n. 38*). Si tamen quis sit impeditus adire Romam, bene potest absolvi ab episcopo: absolute quidem, si impedimentum est perpetuum: sub juramento vero adeundi Romam, si est temporale, exceptis semper mulieribus et pueris (Vide *ibid. n. 40-45*)^a).

De excommunicatione in violentes immunitatem.

Insuper hic obiter notandum 3°. Quod excommunicatio papalis in violentes immunitatem ecclesiasticam, a qua absolventa Clemens VIII etiam regularibus facultatem abstulit, prout dicitur in *App. cit., n. 99*, illa tantum incurritur ab iis qui violenter et injuste extrahunt ab ecclesia confugientes ad eam^b). — Clemens enim, in suo decreto, nullam aliam excommunicationem regularibus vetavit absolvere respectu ad violentes immunitatem, quam illam quae declarata fuit a Gregorio XIV, qui in bulla 7 declaravit, violentes immunitatem, per extractionem confugientis ad ecclesiam, incurrere ipso facto eandem excommunicationem papalem, quae prius fulminata fuit in violentes libertatem ecclesiasticam a Paulo II, in extrav. *Etsi dominici, de poenit. et remiss.* et a Sixto IV, in alia extrav. *Etsi dominici, eod. tit.* Qui Pontifices hujusmodi excommunicationem ita sibi reservarunt, ut in generali concessione absolvendi a casibus Pontificiis haec non comprehenderetur.

Nec obstat textus in cap. *Cum pro causa, de sent. excom.*, ubi cum aliquis in claustrum cujusdam monasterii^c) quemdam clericum verberasset, dicitur in textu, illum duplicem incurrisse excommunicationem: unam, quia percussit clericum; alteram, quia laesit immunitatem. — Nam

Gregor. XIV. bull. *Cum alias*, § 8, diei 4 Maj 1591; bulla 7 in Bullar. Cherubini, 17 in Bullar. Mainardi.

80. — ^a) Sed vide not. e ad *lib. 6, n. 585*.

^b) Cfr. const. *Apostolicae Sedis*, excom. 5, inter excommunicationes simpliciter reservatas S. Pontifici, ubi excommunicantur « im-

munitatem asyli ecclesiastici, ausu temerario violare jubentes aut violentes ».

^c) Cap. *Cum pro causa* loquitur de claustrum cujusdam ecclesiae.

communiter notant DD. cum Fagnano¹, excommunicationem illam ob laesionem immunitatis impositam fuisse non a jure sed ab ipso episcopo. Ita Abbas, cardinalis Hostiensis^{d)}, Ancharanus cum Innocentio, qui verbo *duplicem* sic annotavit: *Duplicem, id est, ob injectionem manum ipso jure, et violationem claustrum ab episcopo latam.* Hinc Fagnanus² cum aliis ut certum habet, nullam adesse excommunicationem latae sententiae Papae reservatam contra percutientes vel furantes in ecclesia^{e)}.

§ IV. - De censuris in specie.

Quid sit excommunicatio.

81. - I^o. DE EXCOMMUNICATIONE. — Excommunicatio est *censura, per quam privatur homo communione ecclesiastica.* — Est duplex: *minor*, quae privat tantum usu passivo seu receptione sacramentorum (vide *Lib. VII, n. 133*)^{a)}; et *major*, quae privat etiam activo, et omni communicatione, ut infra mox dicemus *n. 83.*

Excommunicatus est toleratus aut vitandus.

82. - Excommunicatus potest esse vel toleratus vel vitandus. — *Toleratus* est, quem fideles non tenentur vitare, ex constitutione *Ad evitanda* concilii Constantiensis, nec etiam in divinis, ut probabilius ajunt doctores (vide *Lib. VII, n. 135*). Et idem dicitur de suspensis et interdictis toleratis. — *Vitandus* est, quem fideles tenentur vitare. Et dupliciter quis potest esse vitandus, vel quia est nominatim excommunicatus et denunciatus, vel quia est publicus percussor clerici vel monachi: ita tamen ut factum nulla possit tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari; ut dicitur in can. *Si quis suadente, causa 17, qu. 4* (vide *n. 141*). Haec autem excommunicatio, si percussio est enormis vel gravis et publica, tantum a Papa absolvitur^{a)}, nisi percussor sit mulier aut impubes. Hi enim

possunt absolvi ab episcopo, qui potest etiam absolvere a percussione levi adhuc publica; et adhuc a gravi vel enormi, si sit occulta. Vide *n. 279.*

83. - Excommunicatus igitur excommunicatione majori, esto sit toleratus, privatur: 1^o suffragiis Ecclesiae; 2^o beneficiis, ita ut collatio beneficii ipsi facta sit omnino nulla; 3^o susceptione et administratione sacramentorum, ac omni usu divinatorum officiorum; 4^o omni communicatione spirituali et civili cum fidelibus. — Ex alia parte peccant fideles, si communicant cum excommunicato vitando, sive in divinis, nempe si cum eo Missam audiant, Officium recitent; sive in civilibus, scilicet si illum alloquantur, cum eo habitent, societatem ineant, eum salutent, scribant ei; quae omnia comprehenduntur illo versu:

Effectus excommunicationis.

Os, orare, vale, communicatio, mensa negatur.

Hi autem communicantes in tribus casibus peccant graviter: 1^o Si communicant in divinis; 2^o si in contemptum Ecclesiae; 3^o si in crimine criminoso, id est si communicant in eodem crimine (puta concubinato), ob quod ille est excommunicatus; et in hoc tertio casu incurrunt etiam excommunicationem majorem. In aliis vero, regulariter loquendo, peccant tantum venialiter et ligantur sola excommunicatione minori; a qua culpa et excommunicatione excusat necessitas, utilitas, lex conjugii, subjectio et ignorantia, quae alio versu continentur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vide de his *Lib. VII, n. 188 et seqq.*

Dixi: regulariter loquendo. Nam esto sit probabile, quamcumque communicationem civilem cum vitando esse tantum venialem, probabilius tamen est, esse mor-

¹ In hoc cap., num. 10. — *Abbas Panorm.*, in h. cap., n. 5. — *Petr. de Ancharano*, in h. cap. n. 4. — *Innoc. IV*,

in h. cap., n. 1. — ² In cap. *Inter alia*, de immunit. eccles., num. 102.

^{d)} Hostiensis, in cap. Cum pro causa, de sent. excom., n. 1, tenet excommunicationem illam de qua agitur, ob laesionem immunitatis, impositam esse a jure. « Violator immunitatis ecclesiasticae ipso jure excommunicatur et secundum hoc idem esset si in claustrum laicum verberasset ».

^{e)} Fagnanus, loc. cit., loquitur solum de furantibus in ecclesia. Sed revera in cap. Cum pro causa, de sent. excom., n. 10, dicit de percutientibus non adesse excommunicationem a jure.

81. - ^{a)} Cfr. *lib. 7, n. 147*, notam a.

82. - ^{a)} Vide not. a, *lib. 7, n. 264.*

talem, si sit frequens cum proposito frequenter cum eo communicandi.

Quid et
quotuplex
sit suspen-
sio.

84. - II°. DE SUSPENSIONE. — Suspensio est *censura, qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur*. — Multipliciter autem dividitur suspensio: 1° Alia est *a jure*; alia *ab homine*; 2° alia fertur ad *certum tempus*, quo elapso expirat; alia fertur *absolute*, quae manet, donec per absolutionem auferatur; 3° alia est *ab officio*, nempe Ordinis vel jurisdictionis; alia *a beneficio*; et alia *ab utroque*, tam ab officio quam a beneficio. Vide quaestiones super hac censura in *Morali Lib. VII, n. 312 et seqq.*

Quid et
quotuplex
depositio.

85. - III°. DE DEPOSITIONE. — Depositio est, *quae privat simpliciter omni usu officiorum et beneficiorum*. — Depositio autem alia est *realis*, quae dicitur etiam degradatio; alia *verbalis*, quae absolute dicitur depositio. Prima fit cum solemnitate et privat privilegio tam fori quam canonis, absque spe restitutionis. Secunda vero fit sine solemnitate et utroque privilegio retento. Vide *Lib. VII, n. 323.*

Quid, inter-
dictum,

86. - IV°. DE INTERDICTO. — Interdictum est *censura ecclesiastica prohibens usum tam divinatorum officiorum quam aliquorum sacramentorum, et etiam ecclesiasticae sepulturae usum, quatenus talis est*. — Dicitur: *quatenus talis est*; quia excommunicatio etiam privat eodem usu, sed quatenus est communicatio cum fidelibus; suspensio autem non impedit proprie usum, sed exercitium potestatis ecclesiasticae.

Interdictum aliud est *locale*, quod immediate afficit locum; aliud *personale*, afficiens personas. Potest esse etiam *mixtum*, quod afficit immediate tam locum quam incolas. Vide alia *Lib. VII, num. 328 et seqq.*

et cessatio
a divinis.

Adest etiam *cessatio a divinis*, quae definitur: *Prohibitio clericis facta, ut abstineant ab officiis divinis et ab ecclesiastica sepultura*. — Haec non est censura, nec imponitur per modum medicinae, sed tantum in signum moestitiae, ob aliquam gravissimam injuriam Deo vel Ecclesiae

irrogatam. Ipsa imponi potest a quibus imponuntur censurae.

87. - V°. DE IRREGULARITATE. — Irregularitas est, *impedimentum canonicum, ordinum sacrorum susceptionem et susceptorum usum impediens*. — Dicitur est, *impedimentum*, non censura; quia sic vult communior et probabilior sententia. Vide *Lib. VII, n. 341.*

Quid sit ir-
regularitas.

Notandum hic 1°. Quod irregularitas non incurritur, nisi in jure sit expressa, ex cap. *Is qui, de sent. excom., in 6°*. Unde in dubio non incurritur, nisi dubium sit circa homicidium factum: in dubio enim, an quis ad illud concurrerit vel ne, habetur ut irregularis (*n. 347*).

Non incur-
ritur nisi
exprimatur
in jure.

Notandum 2°. Quod ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur saltem scientia legis ecclesiasticae prohibentis. — An autem etiam scientia poenae? Probabiliter adhuc affirmant Navarrus, Silvester ^{a)}, Sanchez, Palaus ^{a)}, Roncaglia ^{a)}, etc. Vide *n. 351.*

Ab illa in-
currenda
excusat i-
gnorantia.

Irregularitas tollitur: 1° per cessationem causae, si sit ex defectu aetatis, ignorantiae aut paupertatis, vel infamiae facti, quae tollitur etiam per mutationem loci aut per emendationem; nam alias, si est juris, scilicet per sententiam, requiritur dispensatio; 2° per Baptismum, si sit ex delicto ^{b)}; 3° per dispensationem; 4° per professionem religiosam. Vide *n. 352.*

Quomodo
tollatur.

88. - Irregularitas alia est ex delicto, alia ex defectu.

Irregularitates *ex delicto* sunt sex:

Irregulari-
tates ex de-
licto.

1°. Ob Baptismum serio et scienter iteratum; et tunc fit irregularis tam baptizans quam baptizatus. Vide *Lib. VII, n. 356.*

2°. Ob violationem censurae, nempe si quis ea innodatus scienter exercet actum ordinis solemniter (*n. 357*).

3°. Ob peccatum, quo clericus scienter et serio actum ordinis sacri, quem non habet, solemniter exercet (*n. 359*).

4°. Ob aliquas furtivas susceptiones ordinum, id est: 1° si quis accipit ordinem sine approbatione episcopi, ex *cap. 1, de eo qui furtive, etc.*; 2° si absque dispen-

Navar., Man., cap. 23, n. 47, i. f. — Sanch., de Matr. lib. 9, disp. 32, n. 21.

87. - ^{a)} Cfr. *lib. 7, n. 351*, not. *b* et *c*.

^{b)} Vide not. *a*, *lib. 7, n. 352*.

satione ejusdem suscipit eadem die plures ordines, quorum unus est sacer, ex *cap. 2 et 3, eod. tit.*; 3° qui post matrimonium contractum ante consummationem accipit ordinem sacrum, uxore renitente, ex *extrav. Antiquae, de voto*. Vide *n. 361*. — Diximus autem: *ob aliquas*; nam aliae furtivae ordinum susceptiones enumeratae supra, *n. 46*, inducunt tantum suspensionem (Papae quidem reservatam, si est publica), sed non irregularitatem. Et idem probabiliter dicendum de eo qui, censura irretitus, sacrum accipit ordinem, scilicet, quod non fiat irregularis, nisi in ipsa ordinatione ordinem ultro exerceat, juxta dicenda hic, *n. 91*.

5°. Ob enormia crimina, si sint publica et notoria facto vel jure habeantque a jure annexam infamiam: ut sunt adulterium, incestus, sodomia, perjurium in judicio, haeresis, simonia, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, raptus mulierum et similia. Haec autem irregularitas, si est facti, tollitur per emendationem; si juris, per dispensationem. Vide *Lib. VII, n. 364*.

6°. Ex injusta mutilatione, et tanto magis ex homicidio voluntario, ex *cap. Si quis 1, de homic. et ex clem. un., eod. tit.* Haecque irregularitas extenditur etiam ad mandantes, consulentes aut aliter concurrentes, ex *can. Si quis viduam, dist. 50*. Vide alia super hoc puncto *n. 365 et seqq.*

89. - Irregularitates autem ex defectu sunt octo:

1°. Ex defectu *animae*, ex quo irregulares sunt 1° amentes, phrenetici et epileptici; 2° illitterati, juxta dicta hic, *n. 35*; 3° neophyti seu recenter conversi.

2°. Ex defectu *corporis*, nempe si quis habet vitium quod vel impedit congruum exercitium Ordinis, vel notabilem affert indecentiam. — Ex primo capite *impedimenti* sunt irregulares caeci, surdi, muti, carentes manu aut digitis omnibus, aut pollice vel indice. — Ex secundo autem

capite *deformitatis* sunt irregulares leprosi, carentes naso et aliter monstrosi, puta habentes gibbam valde enormem. Vide *Lib. VII, n. 403*.

3°. Ex defectu *natalium*, ex quo sunt irregulares omnes illegitimi; qui tamen legitimantur vel per subsequens matrimonium, vel per professionem religiosam, vel per dispensationem Pontificis. Vide *n. 420 et seqq.*

4°. Ex defectu *aetatis*; de quo vide dicta hic, *n. 43 et 44*.

5°. Ex defectu *sacramenti*, nempe ex bigamia. — Dicitur: *sacramenti*, eo quod duas ducens uxores nequit apte significare unionem Christi cum Ecclesia, quae fuit unica ejus sponsa. — Bigamia autem triplex est, quae impedit a susceptione ordinum, scilicet: 1° *vera*, quando quis cum duabus successive verum contraxit matrimonium; 2° *interpretativa*, quando quis sola fictione juris censetur duas habuisse uxores, de quo vide *Lib. VII, n. 437 et seqq.*; 3° *similitudinaria*, quae contrahitur ex attentatione matrimonii (quamvis in, validi) cum corrupta, vel cum virgine post votum solemne emissum in religione vel post susceptionem sacri ordinis. Vide *n. 448*.

6°. Ex defectu *infamiae*, de qua vide dicta hic, *n. 88*, ad 5; nam irregularitates ex defectu et ex delicto ob infamiam in idem coincidunt.

7°. Ex defectu *libertatis*. Unde sunt irregulares: 1° omnes servi proprie dicti; 2° conjugati; 3° curiales obligati curiae propter juramentum aut stipendium; 4° milites, saltem quamdiu juramento tenentur. Vide *n. 455 et 456*.

8°. Ex defectu *lenitatis*, scilicet ex licita mutilatione membri, quae fit a chirurgis cum incisione vel adustione, vel ex licito homicidio in bello justo offensivo, aut in judicio per cooperationem activam, efficacem, proximam et ad occisionem ordinatam. Vide *n. 457 et seqq.*

Irregularitates ex defectu.

SECTIO II. DE DIACONATU.

90. *Quid diaconatus, et quae ipsius materia et forma.* — 91. *Officia diaconi. — Censura ligatus, etc. — De poenitentia imposita ab episcopo; an implenda sub gravi.*

Quid sit diaconatus.

90. — Diaconatus est ordo, quo confertur potestas immediate assistendi sacerdoti in Missa, porrigendo ei patenam cum hostia et calicem cum vino, item legendi evangelium et praedicandi.

Quae ipsius materia et forma.

Sententia nobis probabilior, juxta dicta hic, n. 28, tenet, unicam diaconatus materiam esse manuum episcopi impositionem, unicamque formam esse verba episcopi: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc.*

Sed quia altera sententia etiam est probabilis, ideo tenenda, nempe, quod porrectio instrumentorum etiam sit materia integralis partialis; ac propterea dicendum quod materia diaconatus est duplex, scilicet impositio manus dexteræ episcopi cum forma: *Accipe Spiritum Sanctum, etc.*, et traditio libri evangeliorum cum forma: *Accipe potestatem legendi evangelium, etc.* Ambo autem sunt materiae et formae partiales, unum ordinem constituentes. — Valeret etiam traditio bibliorum, quia ibi jam continentur evangelia ^{a)}.

Sed dices: Ab initio quomodo ordinabantur diaconi, quando deerat liber evangeliorum? — Respondetur, Christum Dominum reliquisse Ecclesiae potestatem determinandi in specie materias et formas sacramentorum, quorum ipse non determinavit. Et juxta hanc sententiam character imprimitur in ipsa libri datione, ut dicit D. Thomas, sive in prolatione se-

cundae formae (*Lib. VI, n. 748*). Ita juxta hanc sententiam. Sed vide dicta in Opere, *Lib. VI, n. 736 et seqq.*

91. — Officia diaconi, praeter dicta, sunt: 1°. Solemniter baptizare, sed non nisi de licentia parochi et in gravi necessitate: alias diaconus, qui baptizat solemniter sine commissione, etiam in necessitate, irregularitatem incurrit. — 2°. Ministrare Eucharistiam. Sed pariter id non licet, nisi fiat ex commissione parochi et in necessitate gravi, nempe si populus sit communicaturus, et desit sacerdos (*Lib. VI, n. 237, Qu. 1*). Alias, si ministrat sine commissione, etiam fit irregularis (*n. 234*). — 3°. Deferre pyxidem aut ostensorium cum Eucharistia. — 4°. Praedicare, et lavare corporalia in defectu subdiaconi.

Officia diaconi.

Diaconus autem censura ligatus irregularitatem incurrit, si ministrat, juxta dicta *n. 88, ad 2*. — Qui vero irretitus censura diaconatum suscipit, non fit irregularis, nisi in Missa ordinationis ultro ordinem susceptum exercent. Vide *Lib. VI, n. 799, v. Utrum autem*.

Quaeritur: *an obliget poenitentia, imposita diaconis et subdiaconis ab episcopo, recitandi nocturnum diei currentis, et sacerdotibus tres Missas celebrandi?*

Alii affirmant; sed probabiliter alii, ut Sotus ^{a)}, Valentia, Palaus, Pellizzarius, Gobat, etc., dicunt, dicendas tantum de decencia, non autem de obligatione, saltem non gravi, cum de ea non constet (*n. 829*).

D. Thom., Suppl., qu. 37, art. 5, ad 5. — Valent., in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 2. — Palaus, tr. 7,

disp. 2, punct. 1, § 1, n. 5. — Pelliz., tr. 8, cap. 2, n. 194. — Gobat, tr. 3, n. 713.

90. — ^{a)} Vide *lib. 6, n. 746, not. c.*

91. — ^{a)} Cfr. not. *b* et *lib. 6, n. 829*.

SECTIO III. DE PRESBYTERATU.

92-93. § I. De ordine presbyteratus. - *Quid presbyteratus. - Quae materia et forma.* - 94. *De defectibus supplendis.* - § II. De Sacrificio Missae. - 95. *Quid sacrificium et quotuplex.* - 96. *Quid Missa.* - 97. *Qu. 1. Quae requirantur ad Missam.* - *De materia Missae, et hic de pane.* - 98. *De vino.* - 99. *De praesentia materiae.* - 100. *De forma.* - 101. *Qu. 2. Quomodo Christus sit praesens.* - 102. *Qu. 3. Effectus Missae.* - 103. *Qu. 4. Pro quibus offerri possit.* - 104. *Qu. 5. Quotuplex fructus.* - 105. *An Missa sit infiniti valoris.* - 106. *Qu. 6. De stipendio licito.* - 107. *Dilatio Missae.* - 108. *Retentio partis eleemosynae.* - 109. *An parochus, etc.* - 110. *Applicatio.* - 111. *Qu. 7. Quoties celebrandum.* - 112. *Qu. 8. An omnes rubricae sint praeceptivae.* - 113. *Qu. 9. Quando Missa possit dici.* - *An ante Matutinum; et an die Coenae Domini et Sabbati Sancti.* - 114. *Qu. 10. Ubi Missa dicenda.* - 115. *De pollutione ecclesiae.* - 116. *Qu. 11. Quae requirantur ad celebrandum: 1. Altare.* - 117. *2. Calix et patena.* - 118. *3. Vestes.* - 119. *4. Corporale.* - 120. *5. Palla et purificatorium.* - 121. *6. Missale.* - 7. *Minister.* - 122. *8. Crux cum Crucifixo.* 9 et 10. *Candela, bursa, etc.* - 123. *Neopresbyteri an consecrent, etc.* - 124. *An tres Missae injunctae, etc.* - 125. *Missa dicenda alte, breviter, etc.* (De celebrantibus nimia celeritate locuti sumus, *lib. VI, n. 400*). - 126. *De Missis votivis.* - 127. *Quando pluries in die, etc.* - 128. *Si dum celebratur, polluitur ecclesia, vel accedit excommunicatus.* - § III. De potestate sacerdotali. - 129. *Sacerdos simplex tantum Eucharistiam potest conficere et ministrare; et Poenitentiam in necessitate.* - 130. *Scitu necessaria cuilibet sacerdoti circa ministrandam Poenitentiam in necessitate.* - 131-132. § IV. De munere docendi et praedicandi.

§ I. - De ordine presbyteratus.

Quid sit presbyteratus.

92. - Presbyteratus est *ordo, quo confertur potestas consecrandi Corpus et Sanguinem Jesu Christi et absolvendi fideles a peccatis.* Ordo autem sacerdotii institutus fuit a Christo in Coena, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem;* et post Resurrectionem, quando dixit: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

Quaenam est materia presbyteratus?

Quae, ipsius materia et forma.

Juxta nostram probabiliores sententiam, ut diximus hic, *n. 28 et Lib. VI, n. 749*, est unica, nempe secunda impositio manuum episcopi cum presbyteris. - Sed probabilis est etiam sententia quod sit duplex, nempe traditio calicis cum vino, superposita patena cum hostia, cujus forma est: *Accipe potestatem offerendi sacrificium, etc.*; et tertia impositio manum, cujus forma: *Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remiseris peccata, etc.* Et haec sententia, cum sit probabilis, omnino in praxi tenenda est. Vide *Lib. VI, n. 749 a*).

Corollaria pro praxi.

93. - Hinc dicimus 1°. Quod in ordinatione sacerdotum una cum calice et patena tradenda est utraque species, nempe panis et vini. Aliter non daretur directa

potestas ad integrum sacrificium. Et eodem tempore debet tradi, cum potestas sacerdotalis ad sacrificandum sit indivisibilis: ita probabilior sententia, quae omnino tenenda est (*n. 750 a*). Item debet tradi ab eodem ordinante et celebrante, ut dictum est hic, *n. 53, in fine*.

Dicimus 2°. Quod non sufficit tangere tantum calicem et non patenam, cum probabilis sit sententia, utrumque esse tangendum (*n. 753*).

Dicimus 3°. Quod, licet ex communi sententia valide ordinatus sit, qui tantum hostiam et non patenam tetigit, quia hostia et vinum sunt materia substantialis et calix ac patena tantum ob decentiam adhibentur; attamen consultius est, ut talis ordinatio repetatur, cum quatuor doctores de ea dubitent, et in Pontificali, ubi fit sermo de materia, dicitur: *Et cuppam calicis et patenam simul tangunt (n. 751)*. Et idem videtur dicendum de eo qui tangit tantum patenam et calicem, et non hostiam (*n. 752 b*).

94. - Quaeritur: *Quando defectus suppleri debeat in ordinatione presbyteratus?*

Si defectus est circa *essentialia*, nempe circa materiam vel formam, omnino or-

92. - a) Cfr. *lib. 6, n. 749, not. d et g.*
93. - a) Vide not. c, ad *lib. 6, n. 750.*

b) Cfr. *lib. 6, n. 753, not. d*, ubi referuntur plura S. O. responsa.

Quando nam suppleri debent defectus circa essentialia.

Defectus circa accidentalia.

Et quonam tempore.

dinatio repetenda est: et quidem tota, si defectus sive ejus dubium vertitur quoad traditionem primae potestatis super corpus Christi reale: si vero quoad secundam circa corpus mysticum, tantum secunda repeti debet. — Si autem defectus est circa *accidentalialia*, tunc si est de re levi, puta si ordinatus non dixerit canonem, talis caeremonia (aut similis) non oportet repeti; si autem in re gravi, puta si defuerit unctio manuum, vel si neopresbyter non protulerit verba consecrationis cum episcopo, tunc defectus quamprimum supplendus est, et ab eodem episcopo, si fieri potest. Alias graviter peccaret ordinatus id negligendo aut in ordine ministrando (*Lib. VI, n. 758*).

Quonam autem tempore praefati defectus suppleri debeant?

Respondetur quod, si sint circa accidentalialia, probabiliter quovis tempore suppleri possunt. — Si vero circa essentialia, idem dicunt Salmant. cum aliis; sed ex probabiliori et communiori sententia suppleri sunt temporibus statutis ordinationum, ut colligitur ex cap. *Presbyter, de sacrament. non iterand.*, nisi agatur de solo dubio validitatis ordinationis, ut probabiliter plures DD. opinantur (*n. 759*).

§ II. - De sacrificio Missae.

Quid et quotuplex sit sacrificium.

95. - Sacrificium, loquendo in genere, sic definitur: *Est oblatio rei sensibilis facta Deo per immolationem in signum ejus supremi dominii.* — Quadruplex autem potest esse sacrificium: *Latreuticum*, ad Deum colendum; *eucharisticum*, ad gratias agendas; *impetratorium*, ad beneficia impetranda; *propitiatorium*, ad veniam obtinendam.

Definitio sacrificii Missae.

96. - Missa vero definitur sic: *Est corporis et Sanguinis Domini Jesu Christi consecratio et oblatio.* Et est verum sacrificium, omnium aliorum rationem completens; eademque est hostia, quae in cruce oblata fuit, *sola offerendi ratione diversa,*

ut docet Tridentinum¹. — Essentiam sacrificii alii dicunt consistere in *consecratione*, alii in *oblatione*, alii in *sumptione*, alii demum probabilius in *consecratione* simul et *sumptione*, ut Bellarminus, Sotus^{a)}, Bonacina^{a)}, Tournely (*Lib. VI, n. 305*). — Ad essentiam autem sacrificii probabilius requiritur consecratio utriusque speciei, nempe panis et vini; aliter non satis exprimeretur commemoratio sacrificii cruenti crucis (*n. 306*).

97. - Quaeritur 1°. *Quae requirantur ad Missam perficiendam?*

Tria sunt necessaria: Intentio, materia et forma.

Requiritur *intentio* consecrandi sive conficiendi sacramentum, saltem virtualis, scilicet quae perseveret ex intentione actuali prius habita; quam certe habet, qui se parat et accedit ad celebrandum, juxta dicta hic, *n. 9*.

Plura nunc sunt notanda de materia et forma Missae.

Materia est ipse Christus Dominus, realiter existens sub speciebus panis et vini. — Panis consecrandus debet esse usualis et communis, ex farina triticea et aqua naturali (saltem pro majori parte) confectus, igneque coctus per modum panis, et non cum alia materia ex aequo vel quasi permixtus, ut ait D. Thomas, ac non corruptus aut corruptioni proximus; alias non est materia apta. — Ut autem sit materia licita, in ecclesia latina panis debet esse azymus, in graeca fermentatus (*Lib. VI, n. 198-205*).

Hic autem notandum 1°. Quod, si Graecus transit per loca Latinorum (et sic Latinus per Graeciam), ubi non sit ecclesia, in qua ritus graecus servetur, potest pro suo arbitrio in azymo et in fermentato celebrare. Ita communiter doctores *n. 203*).

Notandum 2°. Quod consecrare hostiam fractam vel maculatam non licet. Sed non est mortale, nisi fractura vel macula esset valde enormis, ut dicunt Quarti, Pasqua-

Ad Missam perficiendam requiritur intentio.

Materia, seu panis,

azymus pro Latinis.

Hostia non fracta nec maculata,

Salmant., tract. 8, cap. 4, num. 79. — ¹Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — Bellarm., de Euchar., lib. 5, cap. 27, prop. 7 et 8. — Tourn., Praelect. de Sacrif. Miss.,

art. 2, concl. 4 et 5. — D. Thom., 3 P., qu. 74, art. 3, ad 3. — Quarti, Rubricae Missal. Rom., part. 3, tit. 10, num. 9, dub. 1.

ligo ^{a)}. Et Croix addit cum Gobat, quod, si fractura deprehendatur post oblationem, talis hostia licite consecrabitur, secluso scandalo populi (n. 204).

Notandum 3°. Quod hostia debet esse figurae orbicularis, et major pro sacerdote; si vero major desit, ut dicunt Roncaglia; Quarti ^{b)}, Elbel, Gobat et Tamburinius, probabiliter potest sacerdos, etiam causa devotionis, consecrare minorem; modo (advertunt) absit populi scandalum; sed addunt, quod hoc scandalum facile praecaveri potest, monendo populum de defectu hostiae majoris (n. 205).

98. - Vinum autem debet esse ex uvis expressum; cui ex gravi praecepto Ecclesiae modica aqua est in calice admiscenda (ad significandam unionem fidelium cum Christo), quae saltem non excedat tertiam vini partem; quamvis hanc opinionem aliqui DD. non admittant, nisi vinum sit generosum. Sufficit vero admiscere unam aquae guttam (*Lib. VI, n. 208 et 210*).

Non est materia apta vinum ex agresta, nec acetum, nec vappa (id est vinum, cujus vis evanuerit) ^{a)}, nec lora, vulgo *aquata*. Vinum autem cum alio liquore, etsi modico mixtum, vel mustum de uvis tunc expressum est quidem materia apta ad sacramentum, sed graviter illicita, ut dicitur in rubrica ^{b)}; — ubi idem docetur de vino quod *coeperit acescere vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre*. Dicunt ^{c)} tamen Croix, Gobat et Sporer (n. 206 et 207), quod deficiente alio vino licet uti vino tantum parum acescente. Ait enim card. Lambertini ¹, quod praefata rubrica deducta est ex doctrina S. Thomae ² qui docet, non posse quidem sacramentum confici de aceto, *posse tamen confici de vino acescenti (quod) est in via ad corruptionem; licet peccet conficiens*. Unde rubrica non videtur accipienda cum

tanto rigore, ut comprehendat omnes etiam primos gradus acrimoniae, sed tantum illos qui jam proxime incipiunt constituere vinum acescens, vulgo dictum *vino colla punta* sive *andato allo spunto*.

Nec licet consecrare in vino congelato, nisi liquefiat, dum consecratur (n. 207, Qu. 2). Quod autem vinum congelatum sit materia apta, nequit dubitari, dum dicitur in rubrica ³: *Si in hyeme Sanguis congeletur in calice, involvatur calix panis calefactis, etc., donec liquefiat*. Ergo per congelationem non corrumpuntur species vini, alias desineret esse ibi Sanguis Christi. Vide *ibid.*

Quid, *si celebrans in sumptione adverteret, vinum esse corruptum?*

Alii dicunt, sufficere ut sola fiat consecratio vini. Sed melius est juxta rubricam, nisi adsit scandalum, iterum vinum et novam hostiam consecrare, incipiendo a verbis: *Qui pridie, etc.* (vide dicta *Lib. VI, n. 222 et 288*). Et in dubio an fuerit materia apta, etiam est repetenda consecratio vini sub conditione, ut verius ajunt Croix, Pasqualigo et Aversa contra Tamburinium et Sporer; quia possidet obligatio faciendi sacramentum integrum (n. 206, v. *Quoad*).

99. - Insuper ad validam consecrationem requiritur, ut materia 1° sit sensibilibiter, saltem moraliter praesens. Unde invalide consecratur materia tam valde modica, ut nequeat sensu percipi, aut valde remota vel posita post tergum aut parietem. Dicitur vero: *saltem moraliter*, quia bene consecrat caecus vel existens in tenebris, si aliunde certus sit moraliter de praesentia materiae (*Lib. VI, n. 211-213*).

Requiritur 2°. Ut sit certa et determinata, saltem aliquo modo certo, puta primae duae hostiae ex parte dextera; tunc autem jam consecratur ex intentione

Croix, lib. 6, part. 1, n. 432. — Gobat, tr. 3, n. 831 (edit. Monach., n. 832). — Ronc., tr. 18, qu. 1, de Euch., cap. 2, qu. 6, resp. 3. — Elbel, confer. 11, de Institut. Euch., n. 15. — Gobat, tr. 3, n. 47. — Tamb., Method. celebrand. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, n. 16. — Rubr. Missal., tit. de defectib., iv, 2. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 546. — Gobat,

tr. 3, n. 54. — Spor., part. 2, cap. 3, n. 157. — ¹ Notif. 77, n. 2. — ² 3 P., qu. 74, art. 5, ad 2. — ³ Tit. de defectib., x, 11. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 535. — Pasq., de Sacrif. Miss., qu. 301, num. 6 et 8. — Aversa, qu. 11, sect. 16, v. *Secundo*. — Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 5, n. 6. — Spor., part. 2, cap. 3, n. 157.

97. - ^{a)} Cfr. notam a, *lib. 6, n. 204*.

^{b)} Vide *lib. 6, n. 205*, not. c.

98. - ^{a)} Cfr. not. b ad *lib. 6, n. 206*.

^{b)} Vide *lib. 6, n. 207*, notam b.

^{c)} Haec S. Doctor addidit an. 1763 in quinta editione Theologiae moralis.

figurae orbicularis et major pro sacerdote.

Vinum ex uvis expressum.

Quaedam materiae invalidae.

Aut validae sed illicitae.

Quid si celebrans in sumptione advertat vinum esse corruptum.

Materia debet esse praesens.

Certa et determinata.

virtuali, licet de ea sacerdos consecrando obliviscatur (n. 214-216). Si autem ciborium tempore consecrationis remanserit extra altare^{a)}, probabilius est, ipsum rursus esse sub conditione consecrandum, ut docet card. Lambertini¹. Tunc enim dubium est an sit facta consecratio (n. 217). — Quoad guttas autem vini separatas, sed intra calicem existentes, ait Croix expedire ut sacerdos intendat eas consecrare, ne quid sit in calice non consecratum. Sed melius mihi videtur id intendere de guttis proximis fundo, non vero de remotis. Vide Opus nostrum *Lib. VI, n. 215, v. Quaeritur*.

Si offerantur hostiae parvae paulo post oblationem, licite consecrantur, mentaliter oblatione suppleta. Gavantus, Tamburinius, Possevinus, Aversa, etc. — Idque probabiliter fieri potest etiam post canonem inceptum, ut ajunt Gobat, Quarti^{b)}, Burghaber, Possevinus, Diana^{b)}, Tamburinius et card. Lambertini^{c)}, saltem si aliter plures communionem carerent; aut etiam, censeo, si communicaturus non posset expectare, vel si persona gravis aut nobilis communionem petat. Tunc propter hujusmodi causas permittunt S. Antoninus, Silvester, Bonacina, Sà, Tamburinius, Possevinus, Gobat, Dicastillus, etc., dari posse etiam partem hostiae magnae, vel dividi hostias minores in plures particulas. Vide Opus nostrum, *Lib. VI, n. 217, 4o*.

100. - Forma autem Eucharistiae sunt verba quae proferuntur in consecratione panis et vini. — An autem in consecratione vini sola verba: *Hic est calix sanguinis mei*, sint de essentia vel etiam alia. Utraque sententia est probabilis; sed certe graviter peccat reliqua omittens

(*Lib. VI, n. 223*). — An vero ad consecrationem requirantur de necessitate sacramenti verba praecedentia: *Qui pridie, quam pateretur, etc.* Communis sententia negat; sed Scotus dubitat, ejusque sententiam Dupasquier et Contin. Tournely dicunt non carere omni probabilitate; atque ego dicere improbabilem non audeo. Vide *Lib. VI, n. 220-224*.

Forma autem Eucharistiae debet proferri *recitative et significative*, id est, referendo verba Christi et applicando illa ad materiam praesentem, ut transmutetur ipsa in corpus et sanguinem Christi, ut ajunt Concina et Salmant., cum D. Thoma. Vide *n. 220, in fine*.

Si quis autem propter balbutiem diceret: *Hoc est colpus meum* vel *copus meum*, vel *corpus meum*, vel *caliz*, vel *sanguinis*, valide consecrat, ut Suarez^{a)}, Lugo^{a)}, Croix et alii communiter, ex can. *Retulerunt, dist. 4, de consecr.*, ubi Baptisma collatum *in nomine Patria et Filia, etc.* validum declaratur. Ratio est, quia voces ita sunt constitutae, ut, si aliquando cum vitio proferantur, idem significant; modo alium sensum non ingerant (n. 224).

Hic autem advertendum sedulo id, quod ait rubrica²: *Si celebrans non recordetur se dixisse ea quae in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari* (scilicet repetere) ... *Si vero valde probabiliter dubitet, se aliquid essenziale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione*.

101. - Quaeritur 2^o. *Quomodo Christus sit praesens in Eucharistia?*

Respondetur, Christum in Eucharistia non esse praesentem per *productionem*, nec per *adductionem* de coelo, sed per conversionem substantiae panis in sub-

Proferri debet recitative et significative.

Mutationes accidentales.

De modo praesentiae Christi in Eucharistia.

¹ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 18, n. 6. — *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 459. — *Gavant.*, part. 5, tit. 10, num. 19. — *Tamb.*, loc. cit., cap. 5, § 2, num. 8. — *Possev.*, de Offic. curati, cap. 2, n. 28. — *Aversa*, qu. 11, sect. 12, v. *Quinto*. — *Gobat*, tr. 3, num. 85. — *Burgh.*, centur. 2, cas. 28. — *Possev.*, loc. cit. — *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 10 et 11. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 13, cap. 6, § 5. — *Silvest.*, v. *Eucharistia II*, n. 15, v. *Septimum*. — *Bonac.*, de Euch., qu. 5, punct. 1, n. 14. — *Sà*, v. *Eu-*

charistia, num. 15. — *Tambur.*, Method. SS. Commun., cap. 6, num. 31 et 32. — *Possev.*, de Offic. curati, cap. 2, num. 28. — *Gobat*, tr. 3, num. 86. — *Scot.*, in 4, dist. 8, qu. 2, num. 4, 5 et 10. — *Dupas.*, de Euch., disp. 2, qu. 4, concl. 2. — *Contin. Tourn.*, de Euch., cap. 4, artic. 2, concl. 3. — *Conc.*, de Euch., cap. 5, n. 14. — *Salm.*, tr. 4, cap. 5, num. 51. — *D. Thom.*, 3 P., qu. 78, art. 5. — *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 36. — ² De defectibus, v, num. 2.

99. - ^{a)} Intellige: extra petram sacram; ut *loc. cit.*, docet Benedictus XIV (in edit. ital. sez. 2, cap. 6, § 2, v. *E quanto*).

^{b)} Cfr. *lib. 6, n. 217*, notam *h*,
^{c)} Vide notam *i* ad *lib. 6, n. 217*
100. - ^{a)} Cfr. *lib. 6, n. 224*, not. *a*.

Quid, si offerantur hostiae post oblationem.

Forma quibus nam verbis constituitur.

stantiam Corporis Christi, cui conversioni convenienter aptatum est nomen *transsubstantiationis*. — Christus autem sub panis et vini speciebus continetur sacramentaliter et ineffabili modo, qui debet credi, sed intelligi non potest (*verbis exprimere vix possumus*, ait Tridentinum¹). Salvator enim existit ibi sine extensione partium in ordine ad locum, et tamen est ibi totum Christi Corpus cum anima et divinitate per concomitantiam: et unaquaeque pars Christi ibi extra aliam existit. Atque Christus est *totus... et integer... sub quavis ipsius speciei parte*, ut docet Tridentinum². Sed hoc intelligendum separatione facta, ut habetur ex Tridentino³. Unde, separatione non facta, remanet quaestio indecisa, an Christus sit totus sub quavis speciei parte. — In Eucharistia autem, licet non sumatur persona Patris nec Spiritus sancti, prout sumitur persona Verbi, quae est hypostatice humanitati unita, tamen sunt in Eucharistia etiam personae Patris et Spiritus sancti ob naturalem unionem sive naturae divinae identitatem, quam habent cum Verbo.

102. - Quaeritur 3^o. *Quinam sint in Missa offerentes, et quinam effectus Missae?*

Offerentes sunt tres: Christus, qui est principalis offerens, Ecclesia, et sacerdos qui offert ut minister tam Christi quam Ecclesiae. Ita Bellarminus⁴.

Effectus autem Missae sunt quatuor: 1^{us} est *remissio peccatorum*, non quidem immediate et per se, sed mediate per auxilium quod in Missa impetratur ad poenitentiam, qua venia deinde obtinetur. Ita communiter Bellarminus, Suarez et alii cum D. Thoma⁵ qui ait, Missam delere peccata, *in quantum gratiam contritionis impetrat*. Idque recte docent et com-

munissime auctores cum eodem S. Doctore, contra Canum^{a)} et Valentia, procedere tam de mortalium quam venialium culparum remissione (*Lib. VI, n. 311*).

2^{us} est *remissio poenarum*. Hae per Missam immediate remittuntur homini justo, pro quo Missa offertur. Communiter Gonet, Suarez, Concina, Salmant. aliique cum D. Thoma⁶, dicente quod hoc sacramentum, *in quantum... est sacrificium, habet vim satisfactivam*.

3^{us} est *incrementum gratiae*, non jam ex opere operato et immediate, ut sentiunt aliqui, sed mediate per auxilia quae obtinentur ex Missa ad bonos perficiendos actus, quibus gratia augetur, ut docent Palaus, Vasquez, Suarez, Lugo, etc., communiter.

4^{us} est *impetratio bonorum* tam spiritualium quam temporalium, quatenus animae prosunt (*n. 311*).

103. - Quaeritur 4^o. *Pro quibus personis possit offerri Missa?*

Potest pro quibuscumque fidelibus, infantibus, obsessis et aliis, etsi existant in peccato. — An autem pro excommunicatis? Si ipsi sunt vitandi, nequit sacerdos pro illis offerre Missam nomine Ecclesiae sive ut minister Christi, ex *cap. 28, de sent. excom.*^{a)} Si vero sunt tolerati, probabilius est, cum Sanchez^{b)}, Navarro, Lugo, etc. contra alios (*Lib. VI, n. 309*) posse sacerdotem pro his offerre Missam etiam nomine Ecclesiae. Licet enim etiam tolerati sint exclusi a communicatione suffragiorum, tamen aliis datum est a concilio Constantiensi, ut habetur in extrav. Martini V, *Ad evitanda*, libere posse cum ipsis communicare adhuc in divinis, prout dictum est *Lib. VII, n. 139*. — Sic pariter probabilius licet offerre Missam pro infidelibus^{c)}, ut docent Bellarminus, Lay-

Poenarum remissio.

Incrementum gratiae.

Impetratio bonorum spiritualium et temporalium.

Offerri potest pro quibuscumque fidelibus.

Etiam pro excommunicatis toleratis.

Item, pro infidelibus.

¹ Sess. 13, de Euch., cap. 1. — ² Loc. cit., cap. 3. — ³ Loc. cit., can. 3. — ⁴ De Euch. (Miss.), lib. 6, cap. 4, v. *Sequitur*. — Bellarm., loc. cit., cap. 4, propos. 2. — Suar., disp. 79, sect. 3, v. *Dico 2* et seqq. — ⁵ In 4, dist. 12, qu. 2, art. 2, solut. 2, ad 4. — Valent., in 3^{am} P., disp. 6, qu. 11, punct. 1, § 22, v. *Videtur autem*. — Gonet, Clyp., disp. 11, de Sac. Miss., art. 4, n. 88, v. *Dico 3*. — Suar., disp. 79, sect. 6. — Conc., de Sac. Miss., cap. 3, n. 11. —

Salm., tr. 5, cap. 3, n. 11. — ⁶ 3 P., qu. 79, art. 5, corp. — Palaus, tract. 22, punct. 6, n. 5. — Vasq., disp. 228, cap. 3, n. 17 et 19. — Suar., disp. 79, sect. 4, v. *Dico 1*. — Lugo, de Euch., disp. 19, n. 150. — Navar., Man., cap. 27, n. 36, v. *Ad secundum*. — Lugo, de Euch., disp. 19, n. 187. — Conc. Constant., extrav. *Ad evitanda*, inter concordata Martini V et Germanicae nationis, n. 7; ap. Hardouin, Conc., tom. 8, col. 892. — Bellarm., de Euchar. (Miss.), lib. 6, cap. 6.

102. - a) Vide *lib. 6, n. 311, not. a*.

103. - a) Cfr. not. a, *lib. 6, n. 308*.

b) Vide *lib. 6, n. 309, notam b*.

c) Cfr., *loc. cit., not. d*.

In Missa tres sunt offerentes.

Effectus: remissio peccatorum.

mann, Suarez, Salmant., etc. contra Sotum, quia Christus pro omnibus se obtulit; idque certe licitum fuit in lege veteri: Judaei enim pro gentibus sacrificare jam consueverunt (I Machab. xii, 11). — Pro defunctis autem in purgatorio existentibus certum est et de fide, ut docet Tridentinum¹ quod licite et utiliter Missa offertur: idque ex infallibili promissione Christi, ut communius et verius contra Canum^{d)}, etc. docent Azor, Suarez, Navarrus, Salmant., etc.; quia, cum certum sit, quod Missa utiliter pro defunctis offeratur, hoc non potest esse nisi ex promissione Christi (*Lib. VI, n. 310*).

104. — Quaeritur 5°. *Quotuplex est fructus Missae?*

Respondetur: Fructus Missae alius est *ex opere operato*, nempe ex merito Christi; alius *ex opere operantis*, scilicet ex merito sacerdotis. — Item alius est *meritorius*, alius *satisfactorius*, alius *impetratorius*. — Item alius *generalis*, qui obtingit omnibus fidelibus, vivis et defunctis; alius *specialis* sive *medius*, obtingens assistentibus Missae et ei cui applicatur; alius *specialissimus*, obtingens soli celebranti; qui pro illo nequit ullum stipendium accipere, ex propositione 8 damnata ab Alexandro VII.

105. — *An Missa sit infiniti valoris, tam intensive quam extensive?*

Plures DD. negant; plures vero alii probabilius^{a)} affirmant, ut Gonet, Habert, Juenin, Petrocorensis^{b)}, Pignatelli, Tournely, Concina^{b)}, Holzmann^{b)}, Wigandt, Croix^{b)}, Canus^{b)}, Salmant., etc.; ac pro his

est etiam D. Thomas. Quia Missa est idem quam crucis sacrificium, quod fuit infiniti valoris. Licet autem valor sit infinitus, effectus tamen Missae finitus est, ex finita capacitate hominum, pro quibus offertur, quorum unusquisque percipit fructum juxta suam capacitatem. — Sed quia prima sententia est etiam probabilis, nequit sacerdos accipere duplex stipendium a duobus, applicando eis Missam ambobus, ut falso dicebat posse propositio 10 damnata ab eodem Alexandro VII. Nec potest eam danti eleemosynam applicare in generali cum aliis, nisi hoc faciat sub conditione, si liceat (*Lib. VI, n. 312*).

106. — Quaeritur 6°. *Quid de stipendio Missae?*

Stipendium accipere licet sacerdotibus, etiam opulentis, ut communiter docent Suarez, Lugo, Concina, Tournely, cum Gerson^{a)} et Thomassino^{a)} et aliis plurimis contra Genetum et alios paucos; quia quisque operarius dignus est mercede sua, ex Apostolo, I Tim. v, 18 (*Lib. VI, n. 317, Qu. 1*).

107. — Sacerdos peccat graviter, si differat Missam promissam sub stipendio ultra duos menses^{a)}, ut dicunt Garcia, Philibertus, Ripa^{b)} et alii cum Lugo; item auctor *Istruz. per i novelli confess.*² ac Tournely, qui ait, esse communem sententiam, bene posse aliquem acceptare stipendia Missarum ad duos menses (*Lib. VI, n. 317, Qu. 2*); item Concina, qui nihil aliud dicit, nisi quod dilatio duorum mensium est gravis, ex decreto S. Congregationis. — Si vero Missa sit pro defunctis,

Et pro animabus in purgatorio detentis.

Quotuplex est fructus Missae.

Quivis sacerdos accipere potest stipendium.

Quando nam dilatio missae fit gravis.

Juxta plures, valor est infinitus quoad sufficientiam.

Laym., lib. 5, tract. 5, cap. 2, num. 9. — *Suar.*, in 3 P., disp. 78, sect. 2, v. *Dico* 3. — *Salm.*, tr. 5, cap. 2, num. 19. — *Sotus*, in 4, dist. 11, qu. 2, art. 7, v. f., ad 2. — ¹ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2, in f. et can. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 22, qu. 10. — *Suar.*, disp. 79, sect. 10, v. *Nihilominus*. — *Navar.*, de Jobelaeo, notab. 22, a n. 18. — *Salm.*, tr. 5, cap. 2, num. 24. — *Gonet*, Man., tr. 4, de Euch., cap. 12, § 2, v. *Ex his*. — *Habert*, de Euch., part. 2, cap. 10, v. *Verior videtur*. — *Juenin.*, Institut. de Euch., qu. 2, cap. 5, concl. 4. — *Pignat.*, de Monte propitiator., lib. 4, qu. 9 et 10. — *Tourn.*, Praelect., de Sacrif. Miss., art. 6. — *Wigandt*, tract. 12, num. 78. — *Salm.*, tr. 5, cap. 3, num. 40 et 43. — *D. Thom.*, 3 P.,

qu. 79, art. 5, corp. — *Suar.*, disp. 86, sect. 3. — *Lugo*, de Euch., disp. 21, n. 18. — *Conc.*, de Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 4. — *Contin. Tourn.*, de Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 1. — *Genet.*, de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 1. — *Hieron. Garcia*, Suma moral., tr. 3, diff. 10, dud. 8, n. 4. — *Philib. Marchin.*, tr. 3, part. 2, cap. 31, n. 5. — *Lugo*, de Euch., disp. 21, n. 34. — ² Is est *Giordanini*, part. 2, num. 406. — *Contin. Tourn.*, de Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 3, v. *Quae autem*. — *Conc.*, de Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 24 (non citans declarationem S. Congr.). — *Decret.* S. C. C., cfr. Pallottini, v. *Missae*, § 2, num. 3, ubi S. C. pluries hoc declarasse refertur.

^{a)} Cfr. notam a ad lib. 6, n. 310.

105. — ^{a)} Postea tamen S. Doctor sententiam mutavit et propugnavit opinionem negativam. Cfr. notam j ad lib. 6, n. 312.

^{b)} Vide lib. 6, n. 312, not. c et seqq.

106. — ^{a)} Cfr. not. b ad lib. 6, n. 317.

107. — ^{a)} Vide lib. 6, n. 317, notam l.

^{b)} Cfr. notam h, loc. cit.

dilatatio unius mensis erit gravis, ut dicunt Palaus, Escobar et Salmant. (*ibid.*). Imo si Missa dicenda sit pro instanti necessitate, puta imminentis mortis vel alterius damni, tunc etiam dilatatio hebdomadae potest esse mortalis. Vide Cabrinum².

Quid de Missis datis communitati.

Recte hic autem advertit Contin. Tournely, quod, si quis multas daret Missas alicui communitati ad celebrandum, non praesumitur contentus esse, quod Missae celebrentur cum tanta dilatione, prout si dedisset uni sacerdoti. Id vero non intelligendum, quod omnes illius communitatis sacerdotes occupare se debeant ad eas subsecutive dicendas (semper enim supponi debet communitas alias etiam habere obligationes); sed quod Missae distribuendae sint majori sacerdotum parti, aut saltem alicui eorum convenienti numero, si communitas est valde numerosa, et juxta distributionem factam poterit deinde communitas satisfacere intra tempus illud, quod unicuique illius permittitur, ad suae ratae satisfaciendum.

Insuper hic obiter notandum quod Innocentius XII, in bulla *Nuper*, anno 1697, jussit omnibus ecclesiarum rectoribus, ut in loco patenti exponant tabellam onerum Missarum temporalium et perpetuarum, ad hoc ne onerentur novis oneribus, quibus satisfacere non valeant, ut debent. Vide opus citatum *Istruz. per i novelli confessori*³.

Retinere partem stipendii, illicitum.

108. - Nulli licet dare aliis Missas ad celebrandum, retenta parte stipendii, sub poena ipso facto incurrenda suspensionis Papae reservatae, si est clericus, et excommunicationis, si laicus, ut habetur in bulla *Quanta cura*, Benedicti XIV^a). Et pars retenta tunc debet restitui, et probabilius sacerdoti celebranti potius quam pauperibus. — Excipe, nisi pingue illud stipendium detur alicui ratione personae vel be-

Palaus, tr. 22, punct. 14, n. 11, i. f. — *Escob.*, lib. 21, n. 161. — *Salm.*, tr. 5, cap. 5, n. 57. — ² Director. ordinand., cap. 34, n. 235. — *Contin. Tourn.*, de Orat., cap. 2, art. 7, i. f., v. *Censuil.* — *Innoc. XII*, scil., S. C. C., in bulla *Nuper*, § 18, diei 23 Dec. 1697. — ³ Part. 2, n. 409. — *Bened. XIV*, encycl. *Quanta cura*, § 5, diei 30 Junii 1741. — S. C. C., in bulla *Nuper*, ad 7. — *Bened. XIV*, encycl. *Cum semper*, diei 19 Aug. 1744. — *Suar.*, disp. 13, sect. 3,

neficii aut capellaniae etiam amovibilis, vel legati perpetui, quia tunc potest persona hujusmodi partem excedentem retinere. — Administratores autem ecclesiarum ex decreto S. Congregationis, confirmato ab Innocentio XII, nil possunt retinere, nec etiam pro expensis in celebratione Missarum, nisi ecclesia alios non habeat redditus. Vide haec et alia fusius dicta de stipendio Missae, *Lib. VI, n. 321, et seqq.*

109. - Parochi, ex bulla *Cum semper* ejusdem Benedicti XIV, tenentur applicare Missam pro populo omnibus diebus festivis, etiamsi congruam non habeant sustentationem. Si vero pingues habent redditus, non tenentur saepius Missas applicare, ut in eadem bulla declaratur (*Lib. VI, n. 325*). Hic autem obiter notandum quod, in eadem bulla, Pontifex decrevit ut Missa conventualis, quae singulis diebus canitur a clero, pro benefactoribus applicetur, respiciendo benefactores in genere cujuscumque ecclesiae, quavis consuetudine non obstante (*n. 326*).

Parochus tenetur diebus festivis pro populo celebrare.

110. - Applicatio debet fieri ante celebrationem vel ante consecrationem. — Verius autem, quidquid alii dicant, sufficit applicatio Missae habitualis, ut communiter docent Suarez, Lugo, Bonacina, Tournely, Holzmann, Concina et alii plures (*n. 335, Qu. 1*). — Si Missa nulli applicetur, fructus manet in thesauro Ecclesiae. — Applicatio autem sub conditione non impleta valida est; si vero fiat pro primo qui offeret eleemosynam, non solum est illicita ex prohibitione Clementis VIII, sed etiam probabilius saepe erit invalida (*n. 337, v. Dicunt*).

Applicatio quando et quomodo facienda.

111. - Quaeritur 7^o. *An sacerdos teneatur aliquando celebrare in anno?*

Negant, praeciso scandalo, S. Bonaventura, Cajetanus^a), Lugo, et probabile

v. *Dico 2*. — *Lugo*, de Sacram. i. g., disp. 8, num. 93. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 11. — *Contin. Tourn.*, de Sacrificio Missae, cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 6. — *Hola.*, de Sacrificio i. g., num. 22, v. *Dices. Ad valide applicandum*. — *Conc.*, de Sacrificio Missae, cap. 6, § 2, num. 36 et 37. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 1. — *Lugo*, de Euch., disp. 20, num. 2.

108. - ^a) Vide *lib. 6, n. 321*, notam *a*, et *n. 322*, notam *e*.

III. - ^a) De mente Cajetani, cfr. not. *e* ad *lib. 6, n. 313*.

Quoties in anno celebrandum, ad vitandum mortale.

putant Suarez, Laymann ^{b)} et Palaus. — Alii tamen communius cum D. Thoma, quibus ego magis adhaereo, affirmant, cum verba Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*, probabilius verum contineant praeceptum, ut satis declarat Tridentinum¹ dicendo: *Apostolis... eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit per haec verba: Hoc facite, etc.* Tanto magis, quod S. Pius V jussit primam opinionem Cajetani expungi a suis commentariis ^{c)}.

Merbesius autem et Habert dicunt, teneri sacerdotes celebrare saltem omnibus diebus festis; hisque adhaeret Concina ex Tridentino², ubi sic monentur episcopi: *Curet episcopus, ut ii* (id est sacerdotes) *saltem diebus dominicis ac festis solemnibus... Missas celebrent.* — Sed ex verbis istis non satis probatur, hoc esse concilii rigorosum praeceptum. Quamobrem probabilius et communissime dicunt Navarrus et Laymann cum Soto, Silvestro, Paludano, Richardo ^{d)}, Valentia, et Elbel cum Scoto ^{d)}, Gobat ^{d)} ac Anacleto (*Lib. VI, n. 313, Dub. 2*), sacerdotes teneri sub gravi ad celebrandum saltem ter vel quater in anno in festis solemnioribus. Idemque sentit S. Thomas³, dicens: *Unde sacerdoti, etiamsi non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare; sed saltem videtur quod celebrare teneatur in praecipuis festis et maxime in illis diebus in quibus fideles communicare consueverunt*, nimirum in die Paschatis, Pentecostes et Natalis Domini, ex *cap. 16, dist. 2, de consecr.* — Imo Suarez, Lugo ^{d)}, Bonacina, Holzmann ^{d)} et Salmant. censent, sufficere ad vitandum mortale celebrare ter vel quater in anno quibuslibet diebus. Idque videtur con-

Probabiliter satis celebrare ter aut quater, quibuslibet diebus.

Suar., disp. 80, sect. 1, v. *Haec res.* — *Palaus*, tr. 22, punct. 12, num. 2. — *D. Thom.*, 3 P., qu. 82, art. 10. — ¹ *Sess. 22, de Sacrif. Miss.*, cap. 1. — *Merbes.*, Sum., part. 3, de Sacrif. Miss., qu. 31, concl. 2. — *Habert*, de Euch., part. 2, cap. 11, qu. 10, resp. 1. — *Conc.*, de Sacrif. Miss., cap. 8, num. 1. — ² *Sess. 23, de reform.*, cap. 14. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 88, v. *Vigesimo primo.* — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 1. — *Sotus*, in 4, dist. 13, qu. 1, arl. 10, v. *Atvero.* — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 7, v. *Quartum.* — *Palud.*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, concl. 1

forme decreto S. C. Concilii, edito mense Novembr., anni 1696, ubi declaratum fuit, illum sacerdotem peccare mortaliter, qui non celebrat ter vel quater in anno ^{d)}.

Caeterum pro certo habeo, quod sacerdos omittens sine causa quotidie celebrare (excepta una die in hebdomada propter reverentiam sacramenti) vix a veniali culpa excusari poterit, cum privet fructu sacrificii Ecclesiam, cujus est minister, populumque christianum, cujus est in altari intercessor. Apostolus enim sic sacerdotes instruit: *Omnis... pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* (Hebr. v, 1).

112. — Quaeritur 8°. *An rubricae Missalis sint omnes praeceptivae, vel an aliquae sint directivae sive de consilio?*

Diversae in hoc sunt sententiae. — Nos sequimur sententiam Quarti, Merati ^{a)} et Tournely, qui dicunt, rubricas de agendis intra Missam omnes esse praeceptivas, et obligare juxta gravitatem materiae; nam in bulla S. Pii sic dicitur: *Districte... praecipientes, ut... Missam juxta ritum, modum ac normam, quae per Missale hoc a Nobis nunc traditur, decantet ac legant.* Nota τὸ *districte praecipientes* (*Lib. VI, n. 399*).

Rubricas autem de agendis extra Missam, probabiliter dicunt plures DD., aliquas esse tantum directivas, prout manuum ablutio post Missam et orationes ante vel post Missam. Vide *Lib. VI, n. 409 et 410*.

Insuper hic notandum, rubricas praescriptas in Caeremoniali Episcoporum ubique obligare, cum in tribus bullis ibi appositis dicatur: *Caeremoniale praedictum*

(n. 4). — *Valent.*, disp. 6, qu. 10, punct. 3. — *Elbel*, conferent. 18, de oblig. celebr., n. 195. — *Anacl. Reiffenst.*, tr. 24, dist. 5, n. 82. — ³ 3 P., qu. 82, art. 70. — *Suar.*, disp. 80, sect. 7, v. f. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 7, n. 2. — *Salm.*, tr. 5, cap. 5, n. 44. — *Quarti*, Quaest. prooem., sect. 2, punct. 2. — *Contin. Tourn.*, cap. 9, art. 2, sect. 8. — *S. Pius V*, bulla *Quo primum*, diei 29 Jul. 1570. — *Caerem. Episc.*, bulla Clem. VIII, *Cum novissime*, diei 14 Jul. 1600; bulla Innocenti XI *Etsi alias*, diei 30 Julii 1650; bulla Benedicti XIII, *Licet alias*, diei 7 Mart. 1727.

Omittens sine causa celebrare quotidie vix a veniali excusatur.

Rubricae intra Missam sunt praeceptivae.

Extra Missam, aliquae sunt tantum directivae.

^{b)} Vide *lib. 6, n. 313*, notam *g*.

^{c)} Cfr. *loc. cit.*, notam *e*.

^{d)} Cfr. *lib. 6, n. 313*, notam *j et seqq.*
112. — ^{a)} Cfr. notam *g* ad *lib. 6, n. 399*.

in omnibus ecclesiis servandum, praecipue in cathedralibus et collegiatis.

113. - Quaeritur 9°. *Quando Missa dici possit?*

Tempus celebrationis, ab aurora usque ad meridiem.

Sic dicitur in rubrica: *Missa privata, saltem post Matutinum et Laudes, quacumque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.* — Communiter autem dicunt DD., licere Missam terminare in aurora, et illam incipere parum ante meridiem. Immo Benedictus XIII et Clemens XII declararunt, posse in hoc tolerari latitudinem tertiae partis horae tum ante auroram tum post meridiem (*Lib. VI, n. 341, v. Omnes*).

Praeterea communius et probabilius dicunt Silvius ^{a)}, Palaus, Bonacina ^{b)}, Roncaglia, Viva, Salmant., etc., quod celebrans non peccat mortaliter, nisi incipiat Missam integra hora ante auroram vel hora post meridiem; alias tantum veniale committit, a quo excusat quaevis causa rationabilis. Immo causa gravior, prout esset dandi viaticum, aut solemnitatis, itineris vel funeris, omnino excusat, etiamsi dilatio sit per integram horam (*n. 343-346*).

Tempus administrationis Eucharistiae.

Ministrare autem communionem licitum est usque ad vespertas exclusive: et etiam in vespertis, si adsit aliqua specialis causa, modo non sit intempesta nocte, id est multo noctis tempore decurso (*num. 252*).

Verius celebrare ante Matutinum, veniale.

Celebrare autem ante Matutinum et Laudes, alii dicunt esse mortale; alii, nullum peccatum; alii autem verius et communius, ut Suarez, Sotus, Silvester, Tournely, Bellarminus ^{c)}, etc., quibus assentit etiam Benedictus XIV ¹, ajunt, non esse mortale, quia talis gravis obligatio neque exprimitur in rubrica, neque communiter est recepta ut gravis; sed non excusari sentiunt a veniali, cum id in rubrica jam inter defectus numeretur (*Lib. VI, n. 347*). — Missam autem conventualem dicere

Palaus, tr. 22, punct. 7, n. 14. — *Roncagl.*, de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 8, resp. 1. — *Viva*, de Euch., qu. 5, art. 6, num. 4. — *Salmant.*, tr. 5, cap. 4, num. 34. — *Suar.*, disp. 82, sect. 1, v. *Dico 1^o*. — *Sotus*, de Just., lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2; et in 4, dist. 13, qu. 2, art. 2, i. f. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 6, v. *Quartum*. — *Contin. Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. — ¹ De Sacrif.

ante Matutinum et Laudes non excusatur a mortali, ut communiter docent DD., contra Sanchez (*n. 348*).

Celebrare in die Coenae Domini et Sabbati Sancti (quidquid alii dicant) nullo modo licet, nec etiam privatim, ut patet ex decreto Clementis XI, quod refertur *Lib. VI, n. 350*, quodque confirmatum fuit ab Innocentio XII ^{d)} (apud Merati ²).

114. - Quaeritur 10°. *Ubi liceat Missam celebrare?*

Respondetur: In oratoriis ab episcopo benedictis et designatis ad usus sacros, sive in seminariis, conservatoriis et hospitalibus, et etiam in domibus privatis, modo oratorium habeat januam in via publica; item in oratoriis religiosorum (circa regulares vide *App. de privil.*, n. 123); nec non in erectis in palatiis episcoporum omnes possunt celebrare, et quovis tempore, etiam in festis solemnibus, quia hujusmodi oratoria sunt verae ecclesiae.

De loco celebrationis.

In oratoriis autem privatis, in quibus tantum ex privilegio pontificio celebrari potest, non licet Sacrum facere diebus in indulto exceptis, scilicet Paschatis, Pentecostes, Natalis Domini, Epiphaniae, Annuntiationis, Ascensionis, Assumptionis B. Virginis, SS. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum. Nec potest in eis celebrari, nisi intersit aliqua ex personis, quibus directe concessum est indultum, ut declaravit Benedictus XIV ³. Vide *Lib. III, n. 319*. — Nec possunt ibi plures celebrari Missae, si ibi dicitur, ut consuetum est: *Una Missa quotidie celebretur*. Declaravit enim Benedictus XIV, in bulla *Magno*, sub die 2 Junii 1751, illud *una* idem esse ac *unica* (*Lib. VI, num. 359, circa fin.*).

In oratoriis privatis servantur praescriptiones indulti.

An autem in his privatis oratoriis possit ministrari communio? — Alii affirmant; alii communius negant. Et Benedictus XIV, in epistola encyclica ad episcopos Polo-

Miss., lib. 3, cap. 13, num. 4 (*al.*, sez. 2, cap. 4, § 3, i. f.). — *Sanct.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 39. — *Clem. XI*, decr. diei 15 Mart. 1712. — ² Series Decretor. SS. Pontif., num. 501, 504 et 632. — ³ Decret. S. C. C., *Cum duo nobiles*, diei 7 Jan. 1741, approbat. a Bened. XIV. — *Bened. XIV.* encycl. *Magno*, § 12. — *Bened. XIV.* encycl. *Magno*, § 23 et 24.

113. - ^{a)} Vide notam c ad *lib. 6, n. 345*.
^{b)} Cfr. notam b ad *lib. 6, n. 345*.

^{c)} Vide *lib. 6, n. 347*, notam d.
^{d)} Cfr. notam c ad *lib. 6, n. 350*.

niae sub eadem die 2 Junii prohibuit, dari communionem in privatis oratoriis sine licentia episcopi (*n. 359, v. At si*).

Celebrare autem in mari nunquam licet nisi ex licentia expressa Pontificis (*n. 356, circa fin.*).

Celebrare in ecclesia polluta, lethale.

115. - Celebrans in ecclesia polluta per notoriam effusionem sanguinis in notabili quantitate (nam in *cap. 10, de consecr. dicitur sanguinis effusione*) vel seminis, aut per sepelitionem infidelis, haeretici vel excommunicati, antequam reconcilietur ab episcopo (vel a sacerdote ab episcopo delegato, si ecclesia fuerit tantum benedicta), graviter peccat; sed nullam incurrit poenam, ut probabilius dicunt Suarez, Laymann, Lugo et alii cum Benedicto XIV¹ (*Lib. VI, n. 361-366*).

Item, in ecclesia exsecrata.

Sic etiam est mortale celebrare in ecclesia exsecrata, nempe si eodem tempore demoliti sint parietes pro majori parte, vel crusta ablata (*n. 367 et 368*).

An autem liceat sacerdotibus celebrare in ecclesiis regularium contra prohibitionem episcopi: vide dicta in *App. de privileg., n. 77*.

Ad Missam rite celebrandam requiruntur:

116. - Quaeritur 11^o. *Quae requirantur sub gravi praecepto ad rite Missam celebrandam?*

Altare, sive ara lapidea consecrata.

Requiritur 1^o. *Altare sive ara lapidea* ab episcopo consecrata, cum sepulchro reliquiarum et sigillo, ubi omnino rependendae sunt hostia et particulae consecratae (*Lib. VI, n. 372 et 373*). Exsecratur autem altare, ita ut mortale sit in eo celebrare, si mensa consecrata removetur ab inferiori structura, vel si ara notabiliter frangitur, aut ab ea auferuntur reliquiae aut sigillum, prout habetur in decreto S. C. R. (*Lib. VI, n. 369*)^a).

In altari requiruntur etiam *tres map-*

Suar., disp. 81, sect. 4, v. *Sed quaeret.* — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 7. — *Lugo*, disp. 20, n. 52. — ¹ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 7, num. 4 (*al.*, sez. 2, cap. 1, § 2, v. f.). — *Lugo*, disp. 20, num. 94. — *Suar.*, disp. 81, sect. 7, v. *Alia autem.* — *Silvest.*, v. *Calix*, qu. 2. — *Contin. Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 6, resp. ad 5. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 6. — *Laym.*, lib. 5,

pae, nec sufficiunt duae, ut aliqui dicunt. Sufficiunt tamen una separata et altera duplicata (*n. 374 et 375*).

Cum tribus mappis.

117. - Requiritur 2^o. *Calix et patena consecrata.* — Exsecratur autem calix, si notabiliter frangitur in cuppa, vel si in fundo perforetur; non vero, si pereat ejus inauratio, ut probabilius et communiter docent Lugo, Suarez, Silvester, Tournely, Laymann, etc. Hinc probabilius est calicem de novo inauratum non indigere nova consecratione^a). — Celebrare autem in calice nunquam deaurato, probabilius est esse illicitum, sed non nisi venialiter ut dicunt Lugo et Tournely^b). — Cum calix separatur a pede, amittit utique consecrationem, si cuppa est pedi fixa; secus, si pes est tornatilis, et de se separabilis (*Lib. VI, n. 370*).

Calix et patena consecrata.

Communiter autem docent Laymann, Gavantus, Tournely, Bonacina, Roncaglia, etc., pyxidem non esse consecrandam (*n. 384*).

Dubitatur vero, *an saltem sit benedicenda?* — Negant communius Suarez, Silvius^c), Azor, Sotus^d), etc.; idque non videtur improbabile. Sed probabilius affirmant Salmant., Tournely et alii cum card. Lambertini, qui tamen omissionem non reputat plus quam veniale; quia hoc est conformius rubricae missalis, in quo dicitur quod sacerdos hostias pro communione *locat ... ante calicem aut in aliquo ... vase mundo benedicto*. Et idem dicendum de lunula ostensorii, ubi in expositionibus hostia collocatur (*n. 385*).

118. - Requiritur 3^o. *Vestes sacrae benedictae* ab episcopo, vel ab alio habente facultatem a Pontifice. — Graviter peccat, qui celebrat sine alba aut stola, aut manipulo, aut cum ipsis non benedictis, nisi

Vestes sacrae.

tr. 5, cap. 6, n. 22. — *Gavant.*, part. 2, tit. 2, n. 3, lit. p. — *Contin. Tourn.*, loc. cit., qu. 7. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 23. — *Roncagl.*, de Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 4. — *Suar.*, disp. 81, sect. 7, v. *Tertio obiter.* — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 27, qu. 7. — *Salmant.*, tr. 5, cap. 4, num. 99. — *Contin. Tourn.*, loc. cit. — *Lambert.*, Notif. 21 (*al.* 20), n. 12.

116. - ^a) Cfr. *lib. 6, n. 369, not. p.*

117. - ^a) Sed vide quomodo S. Doctor hanc suam opinionem reformarit, *lib. 6, n. 370, Dub. 2, i. f.*, et in *Elencho II qu. reform., quaest. 26*.

^b) Cfr. not. g ad *lib. 6, n. 370*.

^c) Silvius, *qu. 83, art. 3, qu. 6, v. Quaeritur 5*, tenet sententiam eorum qui affirmant pyxidem esse benedicendam.

^d) Vide *lib. 6, n. 385, notam b.*

gravis excuset necessitas. Secus tamen plures DD. non improbabiler dicunt de celebrante sine cingulo aut amictu (*Lib. VI, n. 377*). Quoad cingulum declaravit S. C., 22 Januarii 1701, sacerdotem congruentius uti cingulo lineo quam serico.

Vestes autem exsecrantur, quando usum suum deperdunt, nempe si ab alba manica abscinditur; cingulum, si ita rumpitur, ut neutra pars cingere possit; stola, si non possit humeros operire, vel si pars ejus ita scinditur, ut deperdatur forma; nec sufficit eam resarcire: destructa enim forma desinunt partes esse sacrae (*n. 371*). — Color autem vestium probabilius est quod sit de praecepto, non tamen gravi, (*num. 378, Dub. 5*).

119. - Requiritur 4°. *Corporale benedictum*, ex lino vel cannabe (*Lib. VI, n. 386*). — Exsecratur autem corporale, si ita frangitur, ut non possit amplius decenter continere calicem et patenam cum hostia (*n. 371*).

Cavendum est, ne corporale sit valde immundum, in quo, dicunt Suarez, Laymann, et Tamburinius, posse etiam graviter peccari; quamvis addat Tamburinius ex eodem Suarez, illud *valde immundum* difficulter evenire. Caeterum uti corporali et aliis paramentis immundis, licet non valde, non excusatur a veniali, nisi alia haberi nequeant, ut Croix cum Suarez ^{a)} et Gobat. Immo ait Tournely, quod in necessitate, nempe si sacerdos aut alii deberent omittere Missam de praecepto, licitum est uti corporali etiam notabiliter immundo (*n. 376*).

120. - *Palla* etiam debet esse benedicta, et ex lino vel cannabe, saltem ex parte interiori, ut ait Suarez; sed ex de-

creto S. C. dictum fuit: *In sacrificio Missae non est adhibenda palla a parte superiori drappo serico cooperta* ^{a)}. — Non autem improbabiler dicunt Sotus et alii, quod celebrare sine palla non est mortale, cum ipsa sacras species non tangat immediate (*Lib. VI, n. 388*).

Requiritur 5°. *Purificatorium*, quod probabilius non oportet ut sit benedictum (*n. 389*).

121. - Requiritur 6°. *Missale Romanum*, continens saltem integrum canonem. — Dicunt autem communissime et probabiliter Suarez ^{a)}, Vasquez, Laymann, Palaus, Lugo, Salmant., Croix, etc., non peccare celebrantem sine Missali, si memoriter bene sciat dicenda, et ob praeteritam experientiam non sit ei periculum errandi. — Uti vero Missali regularium, scilicet celebrando juxta eorum ritum, est mortale, etiam in ipsorum ecclesiis (*Lib. VI, n. 390*) ^{b)}.

Requiritur 7°. *Minister* sub gravi obligatione, saltem usque ad oblationem, nisi urgeret necessitas dandi viaticum, vel etiam ne omittatur Sacrum in die festo.

Minister debet esse masculus; nam feminae sub gravi culpa prohibentur immediate ministrare in altari. Dicunt tamen communiter Laymann, Suarez, Tournely ^{c)}, Molfesius ^{d)}, Homobonus ^{d)}, etc. eum non peccare graviter, qui celebrat respondente muliere. Immo dicunt Paludanus, Wigandt, Tournely, Lugo, Laymann, etc., bene permitti, quod feminae quandoque respondeant a longe, maxime si sint moniales, modo, ut diximus, non immediate in altari ministrent (*Lib. VI, n. 393 et 392*).

122. - Requiritur 8°. *Crux cum Crucifixio*, etiamsi in altari expositum sit Sa-

Purificatorium.

Missale Romanum.

Crux cum crucifixo.

Corporale benedictum.

Decr. S. R. C., diei 22 Jan. 1701, collect. auth., n. 2067, ad 7. — *Suar.*, disp. 81, sect. 6, v. *Ultima pars*. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 15. — *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, num. 1. — *Tambur.*, loc. cit. *Suar.*, disp. 81, sect. 6. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 336. *Gobat.* tr. 3, n. 381. — *Contin. Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 11, resp. 5. — *Suar.*, loc. cit., v. *Secundo* et v. *Tandem*. — *Sotus*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 5. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 3, n. 26 et 27. — *Laym.*,

loc. cit., num. 17. — *Palaus*, tr. 22, punct. 10, num. 4. — *Lugo*, disp. 20, n. 78. — *Salmant.*, tr. 5, cap. 4, n. 87. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 363. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 13. — *Suar.*, disp. 87, sect. 1, v. *Sed dubitari*. — *Palud.*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, concl. 2, i. f. (n. 5, i. f.). — *Wigandt*, tr. 15, n. 64. — *Contin. Tourn.*, de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 1, resp. ad 2, v. *Hinc in casu*. — *Lugo*, disp. 20, num. 103. — *Laym.*, loc. cit.

119. - ^{a)} Cfr. notam *c* ad *lib. 6, n. 376*.

120. - ^{a)} Sed vide *lib. 6, n. 388*, not. *b*.

121. - ^{a)} Vide notam *b* ad *lib. 6, n. 390*.

^{b)} Cfr. *loc. cit.*, notam *g*.

^{c)} De Collet cfr. not. *b* ad *lib. 6, n. 392*.

^{d)} Vide *loc. cit.*, notam *d* et *e*.

cramentum, ut habetur ex Caeremoniali Episcoporum et decreto S. C. ^{a)}

Utrum autem sit mortale celebrare sine cruce?

Negant communiter Laymann, Suarez, Bonacina, Tournely, Concina, Habert, Merati, etc. ^{b)}. — Sed animadvertendum quod Benedictus XIV, in decreto directo ad omnes episcopos ^{c)}, sub die 16 Julii anni 1746, incipiente: *Accepimus*, sic ibi in fine (v. *Itaque*) praecepit: *Illud vobis praecipimus, ut nullo modo patiamini, rem divinam fieri ad hujusmodi altaria, nisi Crucifixus inter candelabra ita promineat ut sacerdos ... ac populus ... eumdem Crucifixum facile et commode intueri possint: quod evenire nequit, si exigua solum crux minori tabulae defixa fidelibus exhibeatur.* — Prius enim in eodem decreto (v. *Equidem*) dixerat: *Illud permittere nullatenus possumus, quod Missae sacrificium in his altaribus celebretur, quae careant imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante presbyterum celebrantem, vel ita tenuis et exigua sit, ut ipsius sacerdotis et populi assistentis oculos pene effugiat.*

Hinc etiam notandum ex Caeremoniali Episcoporum quod, si in altari adest statua Crucifixi, non oportet ut alia crux apponatur ^{d)}. Idque confirmatur in praefato decreto Benedicti ^{e)}, dum ibi dicitur ex sententia Pasqualigi ^{f)}, Quarti et Giribaldi, cui se conformavit S. C. R. ^{d)}, in quodam decreto (apud Merati ¹⁾), sufficere crucifixum in majori tabula altaris depictum aut caelatum. Docet etiam Pignatelli ²⁾, non esse opus, ut crux aut aliae

Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17, i. f. — *Suar.*, disp. 81, sect. 6, v. *Quinto*. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 30. — *Contin. Tourn.*, de sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 10. — *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 9, n. 19. — *Habert*, de Euch., part. 2, cap. 13, v. f. v. *Denique*. — *Merati*, part. 1, tit. 20, Nov. Observ., n. 7, v. *Caeterum*. — *Quarti*,

sacrae imagines sint benedictae (*Lib. VI, n. 393*).

Requiritur 9°. *Duplex candela* accensa, ex cera, non ex sebo vel oleo, nisi celebrandum sit ex necessitate; non autem, si ex devotione (*n. 394*).

Requiritur 10° et ultimo, *bursa, velum, pulvillus* (sive *legile*) et *manutergium*. At sine istis celebrare, quando nullum eorum habetur, merito ait Croix, nullum esse peccatum (*n. 395*).

Celebrare capite cooperto per totam Missam est mortale; secus usque tantum ad canonem (*n. 397*).

123. — Notandum 1°. Quod neopresbyteri consecrando cum episcopo vere celebrant, licet unum sacrificium faciant; in quo autem primarius celebrans est episcopus, et sacerdotes sunt etiam causae totales consecrationis, sed morales, quae unum effectum pariunt: ad differentiam causarum totalium physicarum, quae diversos causant effectus. — Quisque autem ordinatus in sacerdotium debet tunc proferre verba consecrationis cum intentione consecrandi, attamen sub conditione, si conformentur sua eodem tempore cum verbis episcopi; alias graviter peccaret (*Lib. VI, n. 232*).

124. — Notandum 2°. Quod episcopus neopresbyteris tres injungit Missas celebrandas, unam de Spiritu Sancto, aliam de B. Virgine, tertiam pro defunctis. — *An autem sit obligatio gravis has dicendi Missas?*

Suarez ^{a)}, Laymann ^{a)}, Azor ^{b)}, etc., affirmant. Sed negant Sotus ^{c)}, Palaus, Valentia, Pellizzarius. — Caeterum duo vi-

part. 1, tit. 20, dub. 10, dubit. 3. — *Giribaldi*, de Sacram., tr. 5, cap. 9, n. 20. — ¹ Series decret., n. 400. — ² Tom. 9, consult. 186, v. *At his*. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 330. — *Palaus*, tr. 7, disp. 2, punct. 1, § 1, num. 5. — *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 2. — *Pelliz.*, tract. 8, cap. 2, num. 194.

Duplex
candela
accensa.

Bursa, ve-
lum, pulvil-
lus et ma-
nutergium.

Neopresby-
teri cum
episcopo ce-
lebrant.

De tribus
Missis ab
episcopo
impositis.

122. — ^{a)} Cfr. not. *a* et *b* ad *lib. 6, n. 393*.

^{b)} In primis editionibus S. Doctor hic aiebat: « Sed de probabilitate hujus opinionis... dubito ». In quinta vero editione Theol. moralis, haec verba delevit et in sexta, *2 Elench.*, qu. 25, expresse declaravit: « Nunc satis probabilis mihi videtur ». Quoad autem decretum, infra allegatum Benedicti XIV, dixit, *lib. 6, n. 393, Dub. 1*, illud imponere tantum praeceptum sub levi.

^{c)} Lege: ad omnes episcopos *Ditionis ecclesiasticae*, ut habetur in titulo bullae.

^{d)} Vide *lib. 6, n. 393*, not. *e*.

^{e)} Vide not. *g* ad *lib. 6, n. 393*.

^{f)} Cfr. notam *f*, *loc. cit.*

124. — ^{a)} Vide *lib. 6, n. 829*, not. *a*.

^{b)} Ex loco ad quem remittit S. Alphonsus, videtur legendum: *Lessius*, et non *Azor*. Caeterum cfr. *loc. cit.*, notam *a*.

^{c)} De Soto, vide not. *b*, *loc. cit.*

dentur certa: 1^o. quod hoc episcopi praeceptum transgredientes saltem venialiter peccent; 2^o. hujusmodi praeceptum non obligare ad applicandas Missas pro episcopo, cum id non exprimitur; tanto magis, quia ipse subdit: *Et etiam pro me orate!* — Nota autem, quod illae tres Missae dicendae sunt primis diebus, in quibus missae votivae dici possunt (*Lib. VI, n. 829*).

125. - Notandum 3^o. Quod, ut communiter traditur, Missa celebranda est alte, breviter, clare, devote et exacte.

Alte, ita ut non dicantur submissee quae alte sunt dicenda, sed ita proferantur, ut saltem a *circumstantibus audiantur*, prout dicit rubrica; alioquin celebrans excusatur a culpa, sed tantum veniali. — Idem dicendum de eo qui alte recitat, quae submissee dici debent. Immo Gavantus ^{a)} et Quarti ^{b)} putant esse mortale (sed non satis id ratione probant), dicere alta voce ea quae submissee sunt dicenda; et consentit Croix quoad verba consecrationis, dicens, peccare mortaliter, qui illa proferret ita elate, ut audirentur ad decem passus, ubi magna esset populi pars. Sed merito Pater Concina hoc non audet approbare (*Lib. VI, n. 415 et 416*).

Breviter, id est ut, ordinarie loquendo, non excedatur media hora, monente rubrica, ut Missa non dicatur *nimis morose, ne audientes taedio afficiantur*. Subdit autem rubrica: *nec nimis festinanter*. Hinc sapienter ait card. Lambertini ¹, cum aliis communiter, Missam non debere esse longiorem dimidia hora, nec brevioris triente, id est tertia parte horae. — Qualiter autem peccent, qui celerius celebrant, vide dicta *Lib. VI, n. 400*, ubi diximus, Missam (etiamsi sit defunctorum) persolventem infra quadrantem non excusari a culpa gravi.

Clare, id est sine verborum mutilatione; quae, si sit notabilis, et sensus per eam varietur, erit mortalis (*Lib. VI, n. 224*).

Quarti, part. 1, tit. 16, dub. 1. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 440. — *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 10, num. 7. — *Rubrica*, Rubr. gener., xvi, n. 2. — ¹ Notif. 34, num. 30. — *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 3, n. 9.

Devote, id est sine distractione; quae si voluntaria sit in canone, et praesertim in consecratione et sumptione, erit mortalis, ut vult Tamburinius, licet aliqui contradicant. Si autem habeatur extra canonem, dicitur idem quod dictum est de Horis canonicis. Vide *n. 75*.

Exacte, id est, ne omittatur aliquid de iis quae dicenda sunt.

Hic autem notandum quod, si omittantur partes ordinariae, nempe quae in Missa semper dicenda vel agenda sunt, erit mortale, si materia sit notabilis: prout esset omittere in canone quamlibet orationem, vel *Pater noster*, vel fractionem hostiae cum illius mixtione in calice, vel purificationem patenae et calicis post sumptionem, vel octo aut decem verba canonis. — Sic pariter erit mortale, extra canonem omittere totum introitum, vel duas ex collectis principalibus, vel epistolam, evangelium, offertorium, vel infusionem aquae in vinum consecrandum.

Veniale tamen erit, omittere tantum psalmum *Judica* vel *Kyrie eleison*, unam ex collectis, unam vel alteram crucem super oblata, tunctionem pectoris vel abluitionem digitorum; et idem probabiliter dicunt Lugo ^{c)} et alii de S. Joannis evangelio (*Lib. VI, n. 406*). — Sic quoque veniale tantum est, omittere partes extraordinarias, uti sunt *Gloria*, *Credo*, sequentia, tractus, propria praefatio aut *Communicantes* et *Hanc igitur* propria. Ita communiter omnes, nisi tot partes omittantur, quae simul sumptae notabilem constituerent materiam, ut bene advertunt Concina et Wigandt, quidquid dicant Quarti et Pasqualigo (*n. 409*).

126. - Notandum 4^o. Prohiberi Missas votivas vel *de Requiem* in dominicis et festis duplicibus atque in octavis privilegiatis; nisi graves urgeant causae, nempe si urgeat publica necessitas, si fiat expositio SS. Sacramenti per Quadraginta horas, item in die obitus praesente cada-

— *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 10, num. 3. — *Wigandt*, tract. 15, num. 75, resp. 3. — *Quarti*, Quaest. prooem., sect. 3, punct. 1, v. *Colligi*. 4. — *Pasqualigo*, qu. 200, n. 9.

125. - a) Cfr. not. b ad lib. 6, n. 416.

b) Vide loc. cit., notam c.

c) Lugo, de *Euch. disp.* 20, n. 104, tacite praetermittit evangelium S. Joannis.

Devote.

Exacte.

Omissiones mortales.

Omissiones veniales.

Quibus diebus prohibeantur Missae votivae vel defunctorum.

Missa dicenda est alte.

- Breviter.

Clare.

vere, etc. — Haec autem intelligenda tantum de Missa solemni (*Lib. VI, n. 421*).

An autem in praedictis festis vetentur Missae votivae sub gravi culpa?

Negant communiter Lugo, Suarez, Bonacina, Escobar, Salmant., Roncaglia et alii plures. Recte vero limitant Escobar et Roncaglia, ^{a)} si tunc occurrat festum solemne, saltem propter grave populi scandalum. — Immo in festis duplicibus Missae de *Requiem* districte prohibentur in decreto S. C., approbato ab Alexandro VII.

In pluribus autem casibus cantari possunt Missae defunctorum in duplicibus etiam majoribus, scilicet: 1° in die obitus praesente cadavere; et hoc etiam in dominica vel in aliis solemnioribus, modo non sint primae classis; 2° cum primum habita fuerit notitia obitus alicujus; 3° in anniversario relicto a testatore; item in die tertio, septimo et trigesimo. Si vero hi dies accidant in festo de praecepto, transferantur in diem sequentem vel anticipentur sub eodem ritu; 4° in festo duplici minori, si petatur anniversarium pro aliquo defuncto, potest cantari Missa. Ita ex pluribus decretis S. C. R. Vide *Lib. VI, n. 420*.

Exceptis autem festis duplicibus aliisque ut supra, de Missis votivis sic loquitur rubrica: *Missae... votivae... in Missis privatis dici possunt pro arbitrio sacerdotum*. Sed deinde statim advertit: *Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa*; prout esset specialis devotio sacerdotis, vel petitio de votiva dantis eleemosynam. Quapropter dicens votivam praeter has causas vix excusabitur a veniali (*n. 419*). Caeterum tenetur sacerdos Missas votivas celebrare juxta petitionem dantium eleemosynam diebus, quibus licite dici possunt. Hicque notandum cum D. Thoma ¹, quod Missa de *Requiem* magis prodest defunctis propter orationes quae in ea dicuntur.

Lugo, disp. 20, num. 105. — Suar., disp. 83, sect. 3, concl. 1. — Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 7, § 3, n. 2 et 3. — Escob., lib. 21, n. 521 et 522. — Salmant., tr. 5, cap. 4, num. 114. — Roncaglia, de Sacrif. Miss., cap. 4,

127. — Notandum 5°. Non licere pluries in die sacrificare, nisi in hisce casibus: 1° ad ministrandum viaticum; 2° si die festo adveniant personae, quas non deceat Sacrum omittere, uti rex aut princeps aut episcopus; 3° si pastor habeat duas parochias dissitas, et aliter populus alter careret Missa in festo de praecepto ^{a)}.

Advertit tamen Benedictus XIV, in brevi *Declarasti*, edito [die 16 Mart.], anno 1746, de hac re semper impetrandam esse facultatem ab episcopo, etiamsi necessitas intercedere videatur. Praeterea advertit quod de casibus enuntiatis solus casus, cum parochiae sunt dissitae, in consuetudine est. — Item advertendum, olim licuisse parochio in die dominica post Missam pro populo dicere alteram pro defuncto, praesente cadavere; sed idem Benedictus XIV, in indulto *Quod expensis*, dato 26 Aug. 1748, in § *Nova, circa finem*, declaravit, id hodie non amplius permitti, cum liceat parochio dicere Missam pro defuncto, et transferre Missam pro populo ad diem infra hebdomadam.

128. — Notandum 6°. Quod si, dum celebratur, ecclesia polluitur, vel accedit excommunicatus vitandus, qui monitus nolit discedere, tunc sacerdos ante consecrationem Missam dimittere debet: postea vero pergat usque ad summptionem et statim discedat. Vide dicta *Lib. VII, n. 177*.

Demum hic notandum quod, facta consecratione, nunquam licet Missam interrumpere, nisi tantum ad baptizandum vel absolvendum hominem jamjam moriturum. Ita DD. communiter (*Lib. VI, n. 354*).

§ III. — De potestate sacerdotis.

129. — Simplex sacerdos, ex potestate ordinis suscepti, tantum Eucharistiae sacramentum conficere potest et etiam ministrare (excepta communionem paschali); nam ad alia requiritur potestas jurisdictionis. Hinc nequit sine licentia parochi baptizare, neque Extremam Unctionem

qu. 2, resp. 2. — Escob., lib. 21, num. 522. — Decr. S. R. C., diei 5 Augusti 1662; cfr. Decr. auth. num. 1238. — Rubrica, part. 1, tit. 4, num. 3. — ¹ Suppl., qu. 71, art. 9, ad 5.

Saepe in die celebrare ordinarie illicitum.

De Missa subinde interrumpenda.

Sacerdos, ex potestate ordinis, solum Eucharistiam ministrat.

126. — ^{a)} Vide notam e ad *lib. 6, n. 420*.

127. — ^{a)} De facultate binandi, vide *lib. 6,*

n. 351, notam g, ubi referuntur in extensum plura Sacrarum Congr. decreta.

Eas celebrare die vetita, per se non lethale.

Quando et qua de causa celebrari possint.

aut viaticum ministrare, nec matrimonio assistere. Et sine licentia episcopi expressa aut saltem praesumpta de praesenti, nequit extra casum necessitatis confessiones excipere, nec etiam venialium aut mortalium prius confessorum ex decreto Innocentii XI (vide dicta *Lib. VI, n. 543*); quia, ut dicitur in Tridentino, ratio iudicii, quod exercetur in administratione Poenitentiae, exposcit ut iurisdictio non exerceatur nisi in subditos, qui per licentiam episcopi sacerdoti subjiciuntur.

130. Diximus autem, *n. 35*, quod initiandi ad presbyteratum debent habere scientiam eorum saltem quae communiter scienda sunt ad excipiendam confessionem moribundi. Quapropter refert hic annotare pauca principaliora et scitu magis necessaria.

Notandum 1°. Quod sacerdos simplex nequit infirmum absolvere in praesentia confessarii approbati, exceptis sequentibus casibus: 1° Si approbatus nequeat vel nolit confessionem excipere; 2° si approbatus sit excommunicatus vel suspensus; 3° si esset approbatus tantum in alia dioecesi; 4° si infirmus ita horreret apud illum confiteri, ut esset in periculo occultandi peccata; 5° si approbatus superveniat post inceptam confessionem apud simplicem sacerdotem; 6° si approbatus sit complex infirmi in peccato turpi. Juxta dicta in Opere *Lib. VI, n. 563*.

Notandum 2°. Quod, si moribundus absolutionem postulat vel signa dat poenitentiae sacerdoti praesenti, absolute est absolvendus. Si vero est sensibus destitutus, et adsit alter qui testatur, ipsum postulasse confessarium vel signum ostendisse doloris, tunc alii dicunt, etiam absolute absolvi posse; sed tutius cum aliis dicimus, absolvendum sub conditione. Et sic absolvendum censemus (cum pluribus), etiamsi moribundus nullum dederit signum; immo etiamsi fuerit destitutus in actu peccati. Vide dicta in Opere *Lib. VI, n. 480 et seqq.*

Notandum 3°. Quod sacerdos simplex, deficiente approbato, potest absolvere fideles a quibusvis peccatis et censuris non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis. Censetur autem in pe-

riculo mortis esse non tantum qui laborat morbo proxime periculoso mortis, sed etiam qui longam navigationem aggreditur, vel mulier quae est in difficili partu; item qui est in periculo incidendi in amentiam; insuper qui est captivus apud infideles, carens spe libertatis et habendi confessarium approbatum.

Notandum 4°. Quod infirmus, qui absolvitur a censuris reservatis, monendus est quod, si convalescat, tenetur se praesentare superiori, alias in easdem censuras reincidet; secus vero, si absolvitur tantum a peccatis reservatis sine censura.

Ultimo, notandum quod quisque sacerdos, ut sit idoneus in necessitate ad excipiendas confessiones infirmorum, debet non ignorare saltem principia universalis scientiae moralis.

§ IV. — De munere docendi et praedicandi.

131. — Cum autem sacerdotis etiam sit, docere populos et praedicare evangelium, operae pretium est, hic demum annotare, quae docenda sint, et quomodo evangelium explicandum.

Quoad primum, docendum quatuor esse necessaria ad salutem, nempe fidem, spem, charitatem atque bona opera.

Et 1°. Quoad *fidem*: Quia Deus veritas infallibilis revelavit Ecclesiae, tenemur explicite scire et credere, Deum existere et remuneratorem esse, ac mysterium ss. Trinitatis atque incarnationis Filii Dei. Haec de necessitate medii. — De necessitate autem praecepti quisque tenetur etiam scire et credere orationem dominicalem, salutationem angelicam, praecepta decalogi et Ecclesiae; item sacramenta, praesertim ea quibus omnes indigent, nempe Baptismi, Eucharistiae et Poenitentiae, et alia, saltem dum ea suscipiuntur.

2°. Quoad *spem*: Quia Deus omnipotens, misericors et fidelis promisit propter merita Jesu Christi, tenemur sperare a Deo aeternam beatitudinem et media ad eam consequendam, veniam nimirum peccatorum et perseverantiam finalem.

3°. Quoad *charitatem*: Quia Deus est bonitas infinita, tenemur eum super omnia

Moneat infirmum de reincidentia in censuras.

Quae sacerdos docere debeat.

Quoad fidem.

Quoad spem.

Quoad charitatem.

Simplex sacerdos, regulariter, absolvere non potest praesente approbato.

Quomodo moribundus sit absolvendus.

Sacerdos simplex absolvere potest in periculo mortis.

diligere. Huic praecepto alterum adjicitur charitatis, scilicet diligendi proximum sicut nos ipsos.

Quoad bona opera.

4°. Ad salutem demum obtinendam sunt etiam necessaria *bona opera*, servando mandata Dei et Ecclesiae, quae in decalogi et Ecclesiae praeceptis continentur.

Quomodo evangelium explicare debeat.

132. - Quod autem spectat ad secundum munus explicandi evangelium sive Scripturam, sciendum, duos ipsam sensus habere, litteralem et mysticum. — Ille est *litteralis*, qui per ipsa verba significatur; *mysticus*, qui non significatur per verba, sed per rem ipsis verbis significatam, v. gr., cum dicitur: *Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, etc.* Hic non quidem praecipitur pedis abscissio, sed scan-

dali sive occasionis. — Sensus autem mysticus in tres alios subdividitur: 1° In *allegoricum*, scilicet spectantem ad res credendas; 2° in *anagogicum*, spectantem ad bona speranda; 3° in *tropologicum*, spectantem ad mores.

Regulariter verba Scripturae in litterali sensu accipi debent, nisi adsit absurdum, prout cum dicitur: *Petra autem erat Christus*, et similia. — Saepe autem Scripturae textus utrumque sensum habent, litteralem simul et mysticum. Mystico saepe convenit ut sacerdotes in concionibus utantur, praesertim si est tropologicus sive moralis. Licet etiam uti aliquando sensu vocato *accommodatio*, modo id pie et prudenter agatur.

ELENCHUS QUAESTIONUM

quas auctor post primam Neapolitanam operis editionem, rebus ad seduliores trutinam revocatis, reformavit^{a)}. In qualibet autem harum quaestionum prius annotatur locus libri primae editionis, postmodum locus secundae^{b)}, ubi facta est correctio^{c)}.

Quaestio 1. An legatarius possit sibi compensare legatum relictum in testamento non solemni? — In priori libro (*colon. 13*, vers. *Probabile etiam*) relata est opinio Lessii, Molina, Granada, Salmant, etc., qui id probabile dixerunt. Sed in hoc praesenti libro id reprobatur. Vide *lib. I, n. 35*, v. *Attamen^{d)}*.

Qu. 2. An debitor donans aliquid suo creditori, immemor debiti, excusetur a restitutione? — In primo libro (*col. 13*, v. *Hinc I*) relata est opinio Rebelli, Cardenas et Diana, qui probabilem putarunt opinionem affirmativam. Sed vide limitationem in hoc, *Lib. III, num. 700, Qu. 2*.

Qu. 3. An fur mittens domino rem furatam per virum fidelem teneatur ad iterum restituendum, si ille non reddat? — In primo libro (*col. 14*, v. *VI. Similiter*) Palaus, Scotus, Ledesma et Gabriel adducuntur, qui id negaverunt. Sed in hoc absolute affirmandum probatur, *Lib. III, n. 704, Qu. 4*.

Qu. 4. An sit obligatio ex superfluis statui elargiendi eleemosynam pauperibus laborantibus paupertate communi? — In primo libro (*col. 80*, lit. *A*) relata est opinio Soti, Petri Navarra, S. Antonini, Vasquez, etc., qui id negarunt. Sed in hoc melior visa est sententia opposita. Vide *Lib. II, n. 32*, v. *Quaeritur*.

Qu. 5. An sit obligatio corrigendi peccantem ex ignorantia in legem humanam? — In primo libro (*colon. 83*, vers. *Quaeritur hic*) visa est probabilior opinio

negativa. Sed in hoc affirmativa probabilior visa est. Vide *Lib. II, n. 36*.

Qu. 6. An, qui inducit sive directe sive indirecte proximum ad peccandum, semper peccet peccato scandalii. In primo libro (*col. 85*, v. *Quaer. I*) dictum est cum Palao, Sanchez, Bonacina, Azor, etc., probabile esse, quod is non peccet contra charitatem, nisi expresse intendat ruinam spiritualem alterius. Sed in hoc visa est vera sententia affirmativa. Vide *Lib. II, n. 45*.

Qu. 7. An semper in confessione sit explicanda circumstantia inductionis ad peccandum? — In primo libro (*col. 86*, v. *Nota tamen*) reprobata est sententia negativa. Sed in hoc vide dicta *Lib. II, n. 46*.

Qu. 8. An sit peccatum mortale, petere ab aliquo quidquam, quod ille non praestabit sine mortali, si jam sit paratus ad peccandum? — In primo libro (*col. 86*, v. *Quaeritur*) relata est opinio Soti, Suarez et Azor, qui id negarunt. Sed in hoc dictum est, sequendum esse oppositum. Vide *Lib. II, n. 47*.

Qu. 9. An peccent graviter mulieres ad sui ornatum partem pectoris ostendentes? — In primo libro (*col. 89*, lit. *c* et *col. 250 in f.*) actum est de hoc puncto, sequendo doctrinam Laymann, Cajetani, Navarri, Salmant., etc. Sed vide quomodo limitetur in hoc. Vide *Lib. II, num. 55*, v. *Quaeritur*.

Qu. 10. An liceat famulo comitari herum ad lupanar, vel eum ducere curru

^{a)} De hoc primo Elencho, vide Praefationem hujus editionis, *tom. I, pp. xv et xvi*.

^{b)} Nisi aliter notetur, loci hic citati secundae editionis ad amussim respondent locis nostrae editionis.

^{c)} Interdum accidit in duplici elencho ali-

quos auctores minus recte citari a S. Alphonso. Sed cum istae allegationes jam in decursu Operis correctae fuerint, locis citatis a S. Doctore, illas notas criticas hic repetere supervacaneum duximus.

^{d)} Sed cfr. not. *h* ad *lib. 3. n. 544*.

vel sella? — In primo libro (*col. 94, lit. B*) relata est opinio Busenbaum, Navarri, Manuelis, etc., dicentium, licere sola ratione famulatus. Sed in hoc requiritur saltem causa gravis damni subeundi. Vide *Lib. II, n. 64*.

Qu. 11. An liceat famulo ratione famulatus deferre munera meretrici domini? — In primo libro (*col. 94, v. Quaer. 2*) relata est opinio Busenbaum et Sanchez id permittentium, si sit de esculentis et poculentis. Sed in hoc negatur. Vide *Lib. II, n. 65*.

Qu. 12. An liceat famulo ob metum mortis subjicere humeros vel deferre scalam domino ascendenti ad fornicandum, aut vi aperire januam? — In primo libro (*col. 95, v. Quaer. 4*) id omnino negatum est. Sed in hoc vide dicta *Lib. II, n. 66, v. Quaer. 4*.

Qu. 13. An liceat vendere vinum ei qui vendet mixtum aqua? — In primo libro (*col. 94, v. Pariter*) adducta est opinio affirmativa Palai, Sanchez et Tamburini, si aequae commode aliis vendi non possit. Sed in hoc non admittitur, nisi ob metum mortis vel infamiae. Vide *Lib. II, n. 69, v. Illud autem*^{e)}.

Qu. 14. An liceat vendere ornatus puellae abusurae? — In primo libro (*col. 96, lit. D, v. Eodem modo*) relata est opinio Croix citantis Navarrum, Azor, Sanchez, Bonacina, etc., qui dicunt licere, si illa aequae emeret ab aliis. Sed in hoc id non admittitur, nisi venditor notabile patiatur incommodum. Vide *Lib. II, num. 71, v. Eodem*.

Qu. 15. An liceat aurigis et nautis ob solum lucrum mercedis vehere meretricem ad amasium? — In primo libro (*c. 98, v. Licet*) dictum est, licere cum Salmant., Sanchez, Azor, Navarro, etc. Sed in hoc id non admittitur nisi ob metum gravis damni. Vide *Lib. II, num. 75, vers. An autem*.

Qu. 16. An sit peccatum mortale, sine gravi causa petere mutuuum ab usurario parato, vel sacramentum a sacerdote peccatore parato ad ministrandum? — In primo libro (*col. 97, v. Utrum autem et v. Sed quaestio*) relata est opinio Lugonis,

Soti, Sanchez, Cajetani, Ledesma, Manuelis, etc., qui id negarunt. Sed in hoc dictum est, id esse mortale tam contra charitatem quam contra justitiam, nisi gravis causa necessitatis vel utilitatis interveniat. Vide *Lib. II, num. 47 et 77, v. Licetum*, loquendo de usurario; et *n. 79*, de sacerdote peccatore.

Qu. 17. An volenti frangere jejunium liceat sine gravis incommodi causa cibos praebere? — In primo libro (*colon. 97, v. Volenti*) adducta est opinio Lessii, Cajetani, Navarri et Vasquez, id affirmantium. Sed in hoc reprobatur. Vide *Lib. II, n. 80*.

Qu. 18. An in materia simoniae et usurae possit deduci in pactum obligatio antidotalis? — In primo libro (*colon. 118, v. Quaeritur*) dictum est cum Salmant., Valentia, Cajetano, Palao, Lessio, etc., id licere, si pactum sit remunerandi in genere, nulla addita nova obligatione. Sed id omnino reprobatur. Vide *Lib. III, num. 53 et 764, v. An autem*.

Qu. 19. An juramentum execratorium sit verum juramentum? — In primo libro (*col. 146, v. Notandum*) dictum est cum Salmant., Busenbaum, Sanchez, Palao, etc., id communiter negari. Sed in hoc affirmatur, si in juramento expresse nominetur Deus. Vide *Lib. III, n. 143*.

Qu. 20. An in juramento assertorio sit mortale jurare cum defectu justitiae? — In primo libro (*col. 148, v. Hoc certum*) dictum est, probabilius esse tantum veniale. Sed in hoc additur, esse mortale, si juratur ad firmandam detractionem. Vide *Lib. III, n. 146*.

Qu. 21. An peregrinus possit dispensari in votis, juramentis et legibus ab episcopo loci, ubi reperitur? — In primo libro (*col. 758, v. Nota hic*) id omnino negatum est. Sed vide hic *Lib. I, n. 158*,

Qu. 22. An maritus possit occidere eum qui vult cum sua uxore adulterari? — In primo libro (*col. 239, v. Quando*) id absolute negatum est. Sed in hoc id non reprobatur, si vir ante factum occidat, ne adulterium eveniat. Vide *Lib. III, n. 391, v. Si vero*.

^{e)} Sed vide not. c ad *lib. 2, n. 69*.

Qu. 23. An peccent graviter spectatores, qui ad comoediam turpem concurrunt pecunia vel plausu? — In primo libro (*col. 251, v. Quaer. 2*) dictum est, probabile esse, non peccare spectatores secundos, nempe sine quibus etiam comoedia repraesentaretur. Sed in hoc visum est oppositum. Vide *Lib. III, n. 427, v. Num autem*.

Qu. 24. An beneficiarius, expendens fructus beneficii superfluos ad suam sustentationem in usus profanos, teneatur ad restitutionem? — In primo libro (*col. 270, vide Utrum*) probabilior cum S. Thoma, Soto, Lugo, Palao, Lessio, etc. visa est opinio negativa. Sed in hoc probabilior diximus oppositam, per se loquendo. Vide *Lib. III, n. 492 f*).

Qu. 25. An fur teneatur restituere cum damno graviore, nempe si res non posset mitti ad dominum, nisi expensis majoribus, quam sit valor rei? — In primo libro (*col. 295, v. Sed si*) adducta est opinio Salmant., Soti, Lessii, Palai, Coninck et Busenbaum, id negantium. Sed in hoc oppositum tenetur, nisi expensae sint longe majores. Vide *Lib. III, num. 598, 697 et 753*.

Qu. 26. An accipiens rem a fure, qui rem furatam cum suis permiscuit, teneatur ad restitutionem? — In primo libro (*col. 299, v. Sed quid*) adducta est opinio negativa Tamburini cum Sanchez et aliis. Sed in hoc omnino reprobatur. Vide *Lib. III, n. 612*.

Qu. 27. An beneficiarius omittens Officium uno die possit excusari a restitutione, si suppleat in alio? — In primo libro (*col. 310, v. Quaer. 3*) relata est opinio affirmativa Salmant., Molfesii, Paludani, Bonacinae, etc. Sed in hoc tenetur negativa. Vide *Lib. III, n. 667*.

Qu. 28. An beneficiarius, omittens partem Officii minorem quam integrae horae, teneatur ad restitutionem? — In primo libro (*col. 311, v. Quaer. 5*) relata est opinio negativa Navarri, Toleti et Viva. Sed in hoc verior visa est opposita. Vide *Lib. III, n. 668*.

Qu. 29. An beneficiarius simplex omitteus Officium teneatur restituere omnes fructus beneficii? — In primo libro (*c. 312, v. Quid*) adducta est opinio Henriquez, Medina et Manuelis, qui dicunt, teneri ad restitutionem tantum tertiae partis fructuum. Sed in hoc illa reprobatur. Vide *Lib. III, n. 673, v. Quid*.

Qu. 30. An licitum sit donum accipere a donante debitis gravato? — In primo libro (*col. 327, v. Adde: neque*) relata est opinio affirmativa Lessii, Molina, Navarri, Laymann, etc. Sed in hoc refutatur. Vide *Lib. III, n. 722*.

Qu. 31. An sit necessarium in mutuo ad exigendum interesse, ut moneatur mutuarius de justo titulo, qui jam adest? — In primo libro (*col. 343, v. Sed dubitatur*) delatum est opinioni negativae Lessii, Lugonis, Bonacina, Trullench, etc. Sed in hoc verior visa est affirmativa. Vide *Lib. III, n. 769, v. Sed dubitatur*.

Qu. 32. An mutuator possit retinere lucrum exactum, si aderat justus titulus, sed non monuit de eo mutuatarium, et contraxit bona fide? — In primo libro (*col. 344, Qu. 3*) adducta est opinio affirmativa (licet tamquam minus probabilis) Lugonis, Diana, Sà et Tanner. Sed in hoc refutata est. Vide *Lib. III, n. 773*.

Qu. 33. An liceat res pretiosas quamplurimi vendere? — In primo libro (*c. 355, Qu. 1*) relata est opinio affirmativa Soti, Toleti, Diana, Tanner, Valentia, Reginaldi, etc. Sed in hoc probabilior visa est contraria. Vide *Lib. III, num. 808, Qu. 2 g*).

Qu. 34. An, facto monopolio injusto a mercatoribus, liceat aliis eodem pretio merces vendere? — In primo libro (*c. 357, v. Sed hinc*) relata est opinio affirmativa Salmant., Bonacina, Trullench, Reginaldi, Medina, etc. Sed in hoc omnino melior visa est negativa. Vide *Lib. III, n. 817, v. Sed hic*.

Qu. 35. An liceat rem infimo pretio emere ab aliquo nesciente ejus valorem? — In primo libro (*col. 357, v. Idem*) amplexata est opinio negativa. Sed in hoc

f) Cfr. tamen 2 *Elench.*, *qu. 10*, ubi S. Doctor, ad trutinam revocans hanc quaestionem, non erubuit iterum se retractare.

g) Sed ibi S. Doctor probabilitatem non denegat opinioni affirmativae, sicuti neque in *Hom. Apost.*, *tr. 10, n. 174*.

defenditur opposita. Vide *Lib. III, n. 819, v. Idem.*

Qu. 36. An liceat clerico conducere praedia aliena ad saginanda propria animalia, ut postea vendat? — In primo libro (*col. 361, v. Quaeres*) dictum est licere, si conductio non afferat magnam distractionem a ministerio sacro. Sed in hoc id non admittitur, quia non caret cupiditate turpis lucri. Vide *Lib. III, n. 835, v. Sed dubitatur.*

Qu. 37. An pereunte re censita pereat census de jure naturali? — In primo libro (*col. 366, v. Quaer. 3*) dicta est probabilis sententia negativa cum Soto, Palao, Salmant., Covarruvias, etc. Sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam. Vide *Lib. III, n. 847, Dub. 1.*

Qu. 38. An cogens cum injuria alterum ad ludendum possit retinere lucratum? — In primo libro (*col. 375, vers. Quaer.*) adducta est opinio negativa. Sed in hoc probabilior visa est sententia affirmativa, modo ille qui cogit, non superet coactum in peritia ludendi. Vide *Lib. III, n. 880.*

Qu. 39. An sit gravis obligatio relinquendi sua bona suis fratribus et sororibus? — In primo libro (*col. 398, vers. Quaeritur*) relata est opinio Salmant., Navarri, etc., dicentium non esse, nisi illi extreme indigeant. Sed in hoc diximus, omnino tenendum, peccare graviter relinquentem bona extraneis, si fratres graviter indigeant. Vide *Lib. III, n. 946.*

Qu. 40. An liceat revelare crimen alterius ad vitandum damnum proprium, si notitia criminis vi aut dolo excipiat? — In primo libro (*col. 407, v. Sed hic*) dicta est probabilis opinio affirmativa cum Salmant., Lessio et Petro Navarra. Sed in hoc melior visa est opposita. Vide *Lib. III, n. 969, v. Sed hic magna.*

Qu. 41. An, qui alteri occultam contumeliam irrogavit, teneatur ad satisfactionem? — In primo libro (*col. 410, vers. Sed quaeritur*) relata est opinio negativa

Laymann et Molina. Sed in hoc diximus, omnino sequendam affirmativam. Vide *Lib. III, n. 985.*

Qu. 42. An laedant jejunium electuaria sumpta in modica quantitate ad delectationem? — In primo libro (*col. 419, lit. f*) adducta est opinio negativa cum Salmant., Silvestro et Abulensi. Sed in hoc dictum est, contrariam omnino tenendam. Vide *Lib. III, n. 1019.*

Qu. 43. An potio chocolatis possit sumi toties quoties in die. — In primo libro (*col. 425, v. Notandum*) dicta est probabilis opinio affirmativa Patris Viva, si sumatur ut potus usualis. Sed in hoc talis potio non admittitur nisi pro uno tantum cyatho in die, ratione consuetudinis. Vide *Lib. III, n. 1023, v. Accedit.*

Qu. 44. An religiosus, expendens cum licentia generali praelati ad usus illicitos, peccet contra paupertatem et teneatur ad restitutionem? — In primo libro (*c. 450, v. Quaestio*) vocata est non improbabilis sententia negativa cum de Alexandris Suarez, Bañez, Lugo, etc. Sed in hoc affirmativa amplexata est. Vide *Lib. III, n. 873 et Lib. IV, n. 31.*

Qu. 45. An patronus debeat praesentare digniores ad beneficium curatum? — In primo libro (*col. 469, Quaeritur 2*) dicta est probabilis opinio negativa cum Palao, Garcia, Petri Navarra, Rodriguez, etc. Sed in hoc dictum est, omnino tenendam affirmativam. Vide *Lib. IV, n. 97.*

Qu. 46. An episcopus conferens beneficium simplex minus digno peccet mortaliter? — In primo libro (*colon. 291, Quaer. 2*) delatum est sententiae negativae cum Navarro, Sà, Soto, Dicastillo, Gutierrez, Diana, etc. Sed in hoc probabilior dicta est affirmativa. Vide *Lib. IV, n. 93^{h)}.*

Qu. 47. An episcopus conferens beneficium curatum minus digno teneatur ad restitutionem? — In primo libro (*c. 292, v. Magis*) probabilis visa est opinio negativa Navarri, Henriquez, Ledesma, etc.

^{h)} Ibi S. Alphonsus (jam a secunda edit.) explicite vocat probabilem sententiam negativam. Postea tamen (an. 1759), in *Hom. Apost.*,

tr. 13, num. 33, sic scripsit: « Hanc sententiam [negativam] non puto improbabilem sed existimo certe probabiliorum contrariam ».

Sed in hoc amplexata est opposita. Vide *Lib. IV, n. 109*ⁱ.

Qu. 48. An graviter peccet et teneatur ad restitutionem, qui recipit beneficium curatum cum animo dubio vel conditionato suscipiendi sacerdotium infra annum? — In primo libro (*col. 471, vers. Quær.*) adducta est opinio negativa Navarri, Barbosa, Garcia, etc.; item opinio Salmant., qui eam admittunt tantum, si animus est conditionatus. Sed in hoc melior visa est opposita, sive animus sit dubius sive conditionatus. Vide *Lib. IV, n. 114*.

Qu. 49. An pluralitas beneficiorum sit vetita non solum de jure canonico, sed etiam naturali? — In primo libro (*c. 473, v. Secunda*) dicta est probabilis opinio negativa cum Lapo, Innocentio, Filliuccio, Valentia, etc. Sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam, nisi accedat dispensatio pontificia et justa causa. Vide *Lib. IV, n. 117*.

Qu. 50. An possit sine peccato gravi permutari Officium divinum in aliud notabiliter brevius? — In primo libro (*c. 494, v. Pro clariori*) dicta est probabilis opinio affirmativa (excepto officio Palmarum cum officio Paschæ vel Pentecostes), ut tenent Silvester, Salmant., Villalobos, Diana, etc. Sed in hoc non est admissa ut probabilis. Vide *Lib. IV, n. 161, Qu. 3*.

Qu. 51. An Matutinum possit recitari duabus horis post meridiem? — In primo libro (*col. 496, v. Oportet*) probabilis dicta est opinio affirmativa cum Salmant., Sanchez, Tamburinio, Molfesio, Ledesma, etc. Sed in hoc dictum est, tenendam esse oppositam. Vide *Lib. IV, n. 174, Qu. 1*.

Qu. 52. An peccata multiplicentur ex diversitate objectorum totalium, nempe si quis uno ictu occidit quatuor homines? — In primo libro (*col. 564, v. An autem*) dicta est probabilis opinio negativa cum Suarez, Lugo, Busenbaum, Viva, etc. Sed in hoc amplexata est opposita. Vide *Lib. V, n. 45*.

Qu. 53. An confessarius in mortali successive absolvens plures poenitentes

unum peccatum committat? — In primo libro (*col. 563, v. Quoad actus*) visa est probabilis opinio affirmativa cum Salmant., Lugo, Viva, Sporer, etc. Sed in hoc reprobata est. Vide *Lib. V, n. 50, Qu. 6*.

Qu. 54. An citra infamationem possit quis dissolvere amicitiam alicujus, narrando ejus defectus naturales, ut ipse succedat loco expulsi? — In primo libro (*col. 576, v. An citra*) relata est opinio affirmativa Salmant., Soti, Bonacina, Aragon, Prado, etc. Sed in hoc amplexata est opposita. Vide *Lib. V, n. 72, v. An citra*.

Qu. 55. An liceat se inebriare ex consilio medicorum, si inebriatio aestimatur necessaria ad morbum expellendum? — In primo libro (*col. 577, v. Non est*) adducta est opinio affirmativa Busenbaum, Silvestri, Cajetani, Lessii, Salmant, etc. Sed vide, quomodo in hoc limitata sit. *Lib. V, n. 76, Qu. 1*.

Qu. 56. An liceat se inebriare ad vitandam mortem, quam alter ei minatur? — In primo libro (*col. 577, v. Nec item*) dicta est probabilis opinio affirmativa Lessii, Laymann, Bonacina, Busenbaum, etc. Sed in hoc amplexata est negativa. Vide *Lib. V, n. 76, Qu. 2*.

Qu. 57. An satisfaciat, qui se confitetur tempore Missæ? — In primo libro adducta est opinio affirmativa Palai, Hurtadi, Croix, Pichler, Gobat, etc., modo aliquo modo attendat simul ad Missam. Sed in hoc amplexata est negativa. Vide *Lib. III, n. 314, Qu. 2*.

Qu. 58. An liceat aliquid accipere pro sustentatione ingressuri, si monasterium sit opulentum? — In primo libro (*col. 130, v. Sed quaeritur*) relata est opinio affirmativa Salmant., Navarri, Toleti, Palai, Sanchez, Bonacina, Soti, etc. Sed in hoc amplexata est opposita. Vide *Lib. III, n. 92, v. Secunda*.

Qu. 59. An in sacramento Baptismi aqua sit infundenda, dum actu dicitur: *Te baptizo*? — In prima editione (*col. 585, v. Item*) affirmatum est. Sed in hac secunda probatum est sufficere, quod forma

ⁱ) S. Doctor, *loc. cit.*, non audet dicere improbabilem sententiam negativam. Et, *Hom. Apost., tr. 13, n. 37*: « Hanc sententiam, in-

quit, mihi animus non est uti probabilem probare, sed nec ut improbabilem audeo damnare ».

proferatur, antequam materia desistatur applicari. Vide *Lib. VI, n. 9, v. Quaeritur*.

Qu. 60. An omnes materiae et formae sacramentorum sint a Christo determinatae in specie? — Negatum est in priori libro (*col. 804, v. Quaer. 3*). Sed in hoc secundo oppositum probabilius visum est, *Lib. VI, n. 12^j*.

Qu. 61. An peccet graviter minister conferens sacramenta in mortali, etiamsi ad illud non sit specialiter ordinatus, vel si solemniter non ministret? — Negatum est in priori libro (*col. 594, v. Est certum et 595, v. Certum*). Sed hic affirmatur, *Lib. VI, n. 32^j*.

Qu. 62. An peccet graviter sacerdos ministrans Eucharistiam in mortali? — In priori libro (*col. 655, v. An autem*) probabilis dicta est sententia negativa. Sed hic eam refutamus, *Lib. VI, n. 35*.

Qu. 63. An minister possit dare sacramentum indigno ob metum mortis? — In priori libro (*col. 596, v. Dub. 5*) probabilis visa est sententia affirmativa. Sed hic negativam tenemus, *Lib. VI, n. 49*.

Qu. 64. An clericus habituatus in vitio turpi vel alio, volens ascendere ad ordinem sacrum, possit absolvi ex simplicibus signis extraordinariis, tantum sufficientibus ad sacramentum Poenitentiae suscipiendum? — In priori libro (*col. 598, v. Quaeres*) affirmatum est. Sed hic negatur, nisi valde extraordinaria signa accedant, quae probitatem positivam ordinandi ostendant. Vide *Lib. VI, in dissert. ex n. 63*.

Qu. 65. An sacerdotes ordinentur per solam manuum impositionem? — In priori libro (*col. 806, v. Quaeritur*) negavimus. Sed hic affirmativam sententiam probabilioram censemus, *Lib. VI, n. 749*.

Qu. 66. An moribundus, qui mane comunicavit, possit eadem die sumere viaticum, adveniente morbo? — In priori libro (*col. 668, v. Prima*) probabilem diximus sententiam tam affirmativam quam negativam. Sed hic distinguimus, si morbus sit naturalis aut violentus, *Lib. VI, n. 285, Dub. 3*.

Qu. 67. An sacerdos negligens dicere Sacrum promissum, parvo stipendio accepto, graviter peccet? — In priori libro (*col. 677, v. Utrum*) diximus probabilem sententiam negativam. Sed hic affirmativam tutamur, *Lib. VI, n. 317, Qu. 3*.

Qu. 68. An episcopus possit moderari numerum Missarum a testatore praescriptarum? — In priori libro (*col. 680, v. Si non*) dictum est posse, si fructus congruentes non percipiantur. Sed hic negatur, *Lib. VI, n. 331, Dub. 1*.

Qu. 69. An liceat privatim celebrare in die Coenae Domini? — In priori libro (*col. 687, lit. E*) adhaesimus sententiae affirmativae. Sed hic dicimus omnino tenendam negativam, *Lib. VI, n. 350*.

Qu. 70. An altare amittat consecrationem, si frangatur sigillum, vel removeatur sepulchrum cum reliquiis? — In primo libro (*col. 693, v. Quaeritur*) probabile dictum est, non amittere. Sed hic oppositum tenendum probamus, *Lib. VI, n. 369, Dub. 2*.

Qu. 71. An sufficient duae mappae in altari vel una duplicata? — In priori libro (*col. 697, lit. c*) affirmavimus. Sed hic contrarium tenendum dicimus, *Lib. VI, n. 375, Dub. 1*.

Qu. 72. An aqua lotionis corporalium possit projici alio quam in sacrarium? — In priori libro (*col. 699, v. Notat 2*) dictum est sufficere, si projiciatur in decentem locum. Sed hic contrarium probamus, *Lib. VI, n. 387*.

Qu. 73. An abbates possint consecrare calices pro ecclesiis alienis? — In priori libro (*col. 699, v. Nota hic*) relata est sententia affirmativa. Sed hic oppositam tenendam dicimus, *Lib. VI, n. 381*.

Qu. 74. An pyxis debeat benedici? — In priori libro (*col. 698, lit. h*) retulimus sententiam negativam. Sed hic oppositam probamus, *Lib. VI, n. 385*.

Qu. 75. Si post sumptionem sacerdos prudenter dubitat an vinum fuerit acetum, an rursus consecrare debeat utramque materiam sub conditione? — Hic affirmandum probamus (*Lib. VI, n. 206, v. Quoad*);

j) S. Doctor, *loc. cit.*, admittit tamen probabilitatem sententiae negativae.

quidquid dictum sit in priori libro [col. 638, v. *Non est*].

Qu. 76. A quo episcopo debeant approbari confessarii? — In priori libro (col. 747, lit. *E*) dictum est, probabiliter posse approbari etiam ab episcopo confessarii aut poenitentis. Sed hic (*Lib. VI, n. 548*) dicimus, omnino approbandos ab episcopo loci.

Qu. 77. Doctor consultus a confessario an teneatur ad sigillum? — In priori libro (col. 777, v. *At Palaus*) diximus, probabiliter non teneri. Sed hic oppositum tuemur, *Lib. VI, n. 648*.

Qu. 78. An mutus teneatur confiteri scripto? — In priori libro (col. 726, lit. *b*) probabilis visa est sententia negativa. Sed hic dicimus, teneri, si commode potest, *Lib. VI, n. 479, v. Quaeritur*.

Qu. 79. An in jubilaeo confessio debeat fieri in eadem hebdomada, in qua perficiuntur opera, ut possit poenitens absolvi a reservatis? — In priori libro (col. 743, v. *Licet*) adhaesimus opinioni negativæ. Sed hic oppositum tenemus, *Lib. VI, n. 537, Qu. 1*.

Qu. 80. An, qui in jubilaeo confessus est invalide, possit deinde a quolibet absolvi? — In priori libro (col. 743, v. *Si quis*) relata est opinio affirmativa. Sed hic negativam sustinemus, *Lib. VI, n. 537, Qu. 2*.

Qu. 81. An parochus in aliena dioecesi possit excipere confessiones alienorum ex licentia illorum parochi? — In priori libro (col. 746, v. *Notatur*) affirmavimus. Sed hic negamus, *Lib. VI, n. 544, Dub. 1*.

Qu. 82. An simplex sacerdos possit absolvere moribundum, praesente confessario approbato? — In priori libro (col. 752, v. *Adest*) relata est sententia affirmans, quam hic rejicimus, *Lib. VI, n. 562*.

Qu. 83. An ignorans reservationem casus episcopalis eam incurrat? — In priori libro (col. 757, v. *His tamen*) diximus probabilem sententiam negativam. Sed hic eam reprobamus, *Lib. VI, n. 581, Dub. 1*.

Qu. 84. An absoluti indirecte a peccato reservato in casu necessitatis a non

habente facultatem teneantur postmodum episcopo se praesentare? — In priori libro (col. 936, v. *An autem*) negavimus. Sed hic observa distinctionem allatam, *Lib. VII, n. 91*.

Qu. 85. An confessarius errans culpabiliter circa valorem sacramenti teneatur monere poenitentem de errore, etiam cum gravi suo incommodo? — In priori libro (col. 766, v. *Distinguunt*) probabilem diximus sententiam negativam. Sed hic affirmativam tenemus, *Lib. VI, n. 619*.

Qu. 86. An possit absolvi a simplici confessario peregrinus habens casum reservatum in loco confessionis tantum, et non in patria? — In libro priori (col. 758, v. *Quaer.*) relata est opinio affirmativa. Sed hic eam refutamus, *Lib. VI, n. 588*.

Qu. 87. An, qui confessus est superiori et oblitus fuerit reservati, remaneat ab illo directe absolutus? — Hic probabilius negatur, *Lib. VI, n. 597*; quidquid in priori libro (col. 756, v. *Qui confitens*) dictum sit ^k).

Qu. 88. An incurrat suspensionem, qui ordinatur cum patrimonio donato, sed data antapocha vel fide de reddendo illo donanti? — In priori libro (col. 829, v. *Sed dubitatur*) dicta est probabilis opinio negativa. Sed hic (*Lib. VI, n. 822*) observa distinctionem tenendam, nempe si donans habuerit veram vel ne voluntatem donandi.

Qu. 89. Si quis post contracta sponsalia cum una ducat aliam, an hac defuncta teneatur ducere primam? — In priori libro (col. 845, v. *Quod*) dictum est, probabiliter non teneri. Sed hic contrarium sustinetur, *Lib. VI, n. 875, v. Dubium*.

Qu. 90. An, si quis fecte contraxit matrimonium, ad illud revalidandum sufficiat, ut ipse solus apponat consensum? — Hic (*Lib. VI, n. 1114*) sententia affirmativa verior dicitur; quamvis in priori libro (col. 899, v. *Hinc*) non fuerit admissa.

Qu. 91. An sit nulla dispensatio super impedimento inter propinquos, si tacetur copula inter ipsos praehabita? — In priori libro (col. 904, v. *Quaer. 3*) opinio nega-

^k) Sed vide 2 *Elench. qu. 20*.

tiva probabilis visa est. Sed hic (*Lib. VI, n. 1134*) omnino rejicitur, etiamsi copula non fuerit habita ad facilius obtinendam dispensationem.

Qu. 92. An simplex sacerdos possit absolvere a venialibus et ab excommunicatione minori? — In priori libro (*col. 746, lit. A, et col. 928, v. Certum*) opinio affirmativa, licet non fuerit admissa, non tamen omnino rejecta est. Sed hic (*Lib. VII, n. 71*) omnino rejicitur ob decretum Innocentii XI.

Qu. 93. An absolutus ab episcopo in necessitate a casu papali propter impedimentum temporale excusetur ab adeundo Romam, si parti jam satisfecerit? — In priori libro (*col. 933, v. Sed hic*) dictum est, probabiliter excusari. Sed hic omnino teneri dicimus, *Lib. VII, n. 87*.

Qu. 94. An habens casum papalem publicum, si punitus fuerit ab aliquo episcopo, possit absolvi ab alio? — In priori libro (*col. 930, v. Hinc*) opinio affirmativa probabilis visa est. Sed hic contrariam veriore dicimus, *Lib. VII, n. 77*.

Qu. 95. An episcopi possint absolvere a papalibus occultis extra confessionem? — In priori libro (*col. 942, v. Probabilis*) relata est opinio affirmativa. Sed hic (*Lib. VI, n. 593, v. Hic autem*) illam refutamus ex declaratione Gregorii XIII.

Qu. 96. An liceat rescribere ad excommunicatum? — In priori libro (*col. 964, v. Dubitatur*) dictum est, probabiliter licere. Sed hic negamus, *Lib. VII, n. 193*. — An autem liceat excommunicatum resalutare? In priori libro (*col. 965, v. Dubitatur II*) opinionem affirmativam diximus absolute probabilem. Sed hic (*citato n. 193*) oppositam censemus probabiliorem, licet primam non damnemus.

Qu. 97. An duellum possit acceptari, ne incurratur magna et certa jactura bonorum? — Quidquid dictum sit cum Salmant., in priori libro (*col. 970, lit. A*), hodie haec opinio damnata est a Benedicto XIV. Vide *Lib. III, n. 400, prop. 4*.

Qu. 98. An parentes possint cogere puellam ad ingressum in monasterium causa educationis? — In priori libro (*c. 983, in princ.*) probabilis dicta est opinio affirmativa. Sed hic (*Lib. VII, n. 212, Dub. 1*) opposita absolute probabilior visa est, nisi puella sit in periculo incontinentiae.

Qu. 99. An incurrat irregularitatem ratione bigamiae, qui contrahit duo matrimonia nulla, vel qui fecte secundum matrimonium init ad copulam extorquendam? — Hic (*Lib. VII, n. 446 et 447*) dicimus afirmandum; quidquid in priori libro (*col. 1024, v. Quaeritur*) dictum fuerit.

ADDUNTUR ALIAE RECENTES RETRACTATIONES

opinionum quae in praecedenti editione recensabantur ¹⁾.

Quaer. 1. Si quis probabiliter iudicet, se implevisse votum, Horas canonicas sive poenitentiam, an teneatur eam satisfacere, si adhuc probabile sit vel dubium, non implevisse? — Negant plures auctores (*Lib. I, n. 29*). Sed oppositum est tenendum, quia possidet obligatio jam contracta, donec certe non fuerit impleta ^{m)}.

Quaer. 2. An declarationes S. C. Cardinalium vim legis habeant? — Plures auctores negant, nisi editae sint, non solum consulto Pontifice, sed etiam mandante, ut ipsae solemniter per totam Ecclesiam promulgentur (*Lib. I, n. 106, Qu. 2*). Addendum tamen est, quod hujusmodi declarationes, quae jam in Ecclesia univer-

¹⁾ Nimirum in quinta editione, anni 1763. Hic enim secundus elenchus a S. Alphonso compositus fuit anno 1765 (cfr. Lettere di S. Alfonso, corrisp. speciale, epist. 164), et prima vice prodiit in sexta editione Theolo-

giae moralis (1767), complectens viginti tres quaestiones. Postea vero S. Doctor in octava editione (1779) tres alias quaestiones inseruit, nempe quaestiones 15, 16 et 26.

^{m)} Cfr. infra, notam o.

saliter divulgatae et facto sic promulgatae fuerint usu plurium annorum vel relatione auctorum communiter ipsas referentium, hae satis omnes fideles obstringunt.

Quaer. 3. An episcopus dispensare possit in statutis canonicis, in quibus dispensatio reservata non sit? — Visa fuit prius satis probabilis sententia affirmativa cum Soto, Covarruvia, Castropalao, Bonacina et S. Antonino. Sed re melius perpensa, videtur negativa omnino tenenda ex *clement. 2, de elect.*, ubi: *Lex superioris per inferiorem tolli non potest.* Cui congruit cap. *Dilectus, de temp. ordin.* Vide *Lib. I, n. 191.*

Quaer. 4. An delegatus *principis* vel delegatus *ad universitatem causarum* possit subdelegare? — Affirmatur, *Lib. I, n. 193.* Sed hoc est limitandum juxta id quod dicitur, *Lib. VI, n. 566*, nempe hoc intelligi, cum delegatio facta est tamquam per officium, aut cum delegatur alicui jurisdictio ut privilegium perpetuo suo officio sive dignitati annexum.

Quaer. 5. An cesset lex, cessante fine legis in particulari? — Allata est sententia quae id probabile vocat, hancque tenent Salmant. et Viva cum Cajetano, Silvestro, Panormitano, Valentia, Sà, Cardenas, Navarro, Abbate, Comitolo et aliis (*Lib. I, n. 199*). Sed hic advertendum quod haec opinio vix unquam in praxi probabilis erit, quia vix unquam eveniet quod in particulari omne hallucinationis periculum cesset.

Quaer. 6. Si quis ex intentione furandi centum aureos surripiat eos, centenis vicibus moraliter interruptis, an tunc centum peccata perpetret? — Dictum fuit, (*Lib. V, n. 44*) probabile esse unum furtum sive peccatum committi. Sed, melius re perpensa, dicendum, hujusmodi furta esse centum distincta peccata mortalia, cum unumquodque furtum distinctam malitiam in se contineat.

Quaer. 7. Actus charitatis erga Deum eliciendus est saltem semel in mense, ut dicitur, *Lib. II, n. 8.* Addendum est quod eodem modo, nempe semel saltem in mense, teneamur pariter elicere actum charitatis erga proximum. Alioquin difficulter hoc praeceptum charitatis erga proximum observare valebimus.

Quaer. 8. Dictum est, *Lib. III, n. 244*, non videri improbabile cum Lessio, Salmant., Bonacina, etc. quod ab ipso vovente possit commutari votum in aequale. Sed dicendum cum S. Thoma, Cajetano, Suarez et aliis, esse multum probabilius, quod non possit; quia Deus potius vult rem promissam quam aliam.

Quaer. 9. Dicunt plures DD. apud Busenbaum (*Lib. III, n. 381*), licere viro honorato occidere aggressorem conantem alapam ei impingere. Sed ibi addendum id quod sapienter docet Silvius (*in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 7, qu. 9, concl. 2*): *Etiam si honor sit bonum praestantius quam divitiae, aut nullum aut rarissimum arbitramur esse casum, quo pro defensione solius honoris liceat aggressorem interficere.*

Quaer. 10. An beneficiarii expendentis redditus beneficii superfluos in usus profanos teneantur ad restitutionem? — *Lib. III, n. 492*, exposita fuit sententia affirmativa tamquam valde probabilior. Sed, peracta meliori consideratione, sententia negativa videtur non minus probabilis in praxi, signanter ob auctoritatem et rationem D. Thomae. Vide *cit. n. 492.*

Quaer. 11. Si quis furatus sit rem, cujus dominus est incertus, cui restituere debet? — *Lib. III, num. 589*, dictum est, restitutionem faciendam esse pauperibus aut locis piis cujuscumque loci. Sed huic plures addendae sunt limitationes, quas loco citato vel paulo post invenies.

Quaer. 12. Utrum, si crimen aliquod est publicum in quodam loco, possit sine culpa, saltem gravi, manifestari in alio, ubi illud est adhuc occultum? — Dictum fuit cum Lugo, Cajetano, Navarro, Salmant., etc. communissime contra alios, sententiam affirmativam esse valde probabilem. Sed vide *Lib. III, n. 974*, ubi nunc sententia limitatur tantum pro delictis illis quae delinquentem aliis perniciosum efficiunt.

Quaer. 13. An in die jejunii notabiliter antevergens sine justa causa horam meridianam graviter peccet? *Lib. III, n. 1016*, dictum fuit cum Lessio, Toletto, Bonacina, Laymann, Salmant., Castropa-

lao etc., probabiliorem esse negativam sententiam. Sed, re melius ad trutinam revocata, dicimus cum Azor, Sanchez, Navarro, Silvestro, affirmativam omnino tenendam ⁿ⁾.

Quaer. 14. An episcopus possit lites transigere super bona ecclesiae vertentes? *Lib. IV, n. 187, Nota I*, dictum est, non posse. Sed hoc intelligendum tantum, quando ecclesia ob transactionem deberet aliquid de rebus possessis cedere: secus, si nihil cederet de possessis.

Quaer. 15. Si votum sit certe emisum, sed tantum probabiliter impletum, utrum vovens teneatur omnino votum implere? — Negant plures auctores nempe, Lugo, Roncaglia, Salmant., cum Laymann, etc. Sed censeo cum Concina, Antoine, etc., votum implendum esse: cum enim votum est certum, possidet obligatio implendi votum. Vide *Lib. I, n. 29* ^{o)}.

Quaer. 16. An teneatur poenitens confiteri mortale peccatum certe commissum, si tantum probabiliter reputet, se illud confessum fuisse? — Negant Suarez, Lugo, Salmant. et alii. Sed dico cum Concina et aliis, eum teneri peccatum illud clavibus subijcere, cum dubia sit confessio, et certa sit confessionis obligatio. Sed vide, quod dicitur *Lib. VI, n. 477* ^{o)}.

Quaer. 17. An liceat conferre sacramentum sub conditione, absque eo quod conditio ore exprimat? — *Lib. VI, n. 29*, affirmatum est cum Contin. Tournely, Roncaglia, Palao et aliis communissime. Sed quia non desunt aliqui, ut Gonet, Juenin, Contenson, Serry, etc., qui tenent (licet parum probabiliter), valorem sacramenti non pendere ab intentione ministri, sed tantum ab ipsa collatione sacramenti serio peracta, tutius est, conditionem etiam verbis exprimere.

Quaer. 18. An teneatur quis confiteri peccatum mortale certe commissum, si postea sit in dubio, an illud fuerit vel ne confessus. — *Lib. VI, num. 477*, di-

ctum fuit, non teneri, si credat se probabiliter peccatum confessario jam exposuisse. Sed nunc teneri dicimus, quia, sicut certa fuit obligatio confitendi, ita certa debet esse confessio. Vide tamen *cit. n. 477* ^{o)}.

Quaer. 19. An sacerdos ab Ecclesia abscissus, uti si esset haereticus, schismaticus aut excommunicatus vitandus, possit absolvere eos qui sunt in periculo mortis, si alius desit? — *Lib. VI, n. 560*, probata fuit sententia negativa. Sed nunc probamus contrariam cum Silvio, Collet, Silvestro, Cano, etc.

Quaer. 20. An si poenitens confessus sit superiori, et inculpabiliter sit oblitus peccati reservati, poterit deinde a quolibet confessario de illo absolvi? — *Lib. VI, n. 597*, probavimus sententiam negativam. Sed nunc ex auctoritate Pontas, Collet et signanter Silvii, qui affirmativam cum Silvestro, Navarro, Adriano, Angelo, Covarruvias, et pluribus aliis pro certa habet, eam reprobare non possumus.

Quaer. 21. An inhabilitas ad celebrandum, quam incurrunt confessarii sollicitantes, incuratur ante sententiam? *Lib. VI, n. 705*, affirmatur. Sed nunc vide id quod dicitur in hac editione *num. citato*.

Quaer. 22. An episcopi possint absolvere ab excommunicatione eos qui tentaverunt extrahere delinquentes ab ecclesia? — *Lib. I, Append. de Privilegiis, n. 28* affirmatum est. Sed nunc oppositum tenendum cum Fagnano, qui id probat. Vide *loc. cit.*

Quaer. 23. In *Praxi confessarii* dicitur, *n. 287*, episcopis eorumque delegatis concessam esse facultatem impertiendi indulgentiam plenariam infirmis eam petentibus in articulo mortis. Addendum, ad hoc requiri, ut episcopi hanc facultatem a summo Pontifice expostulent et obtineant.

Quaer. 24. In *Examine ordinandorum, num. 98*, dicitur, ex rubrica illicitum esse in Missa adhibere vinum, quod

ⁿ⁾ Cfr. *lib. 3, n. 1016*, not. a.

^{o)} Quaestiones 15 et 16 additae fuerunt in octava editione. Sed id forte oblivioni tri-

buendum erit, nam jam in sexta editione S. Alphonsus illas retractationes annotaverat, in *qu. 1 et 18.*

incipit acescere. Adverte ibi, quod additum est.

Quaer. 25. In eodem *Examine*, n. 122, dicitur, dubium esse, an sit probabilis opinio, quod celebrare sine cruce non sit mortale. Sed, re maturius perpensa, nunc satis probabilis mihi videtur, cum inter DD. sit communis; nec certum habetur fundamentum in oppositum.

Quaer. 26. An calix, si denuo inauretur, denuo sit consecrandus? — *Lib. VI, num. 370, Dub. 2*, probabilius censui negandum cum Laymann, Lugo, etc. Sed, re melius perpensa, nunc puto cum Ferraris, Suarez, etc., probabilius iterum calicem esse consecrandum. Vide annotationem ultimo loco adjunctam, *loc. cit.*

LAUS JESU NOSTRO REDEMPTORI
ET MARIAE IMMACULATAE NOSTRAE REGINAE ET MATRI.

INDEX TOMI QUARTI

LIBER SEXTUS DE SACRAMENTIS

(SEQUITUR)

TRACTATUS SEXTUS

DE MATRIMONIO

CAPUT I.

De Sponsalibus.

DUBIUM I.

QUID SINT SPONSALIA.

831. Promissio sponsalitia, ut sit valida, debet esse *voluntaria et deliberata*. — 832. An teneatur ad matrimonium fecte promittens sponsalia alteri repromittenti. — 833. Quid, si quis voluit promittere, sed non se obligare. — 834. Quando obligentur pueri. — 835. An sint valida sponsalia contracta per dolum. — 836. Promissio debet esse *mutua*. Qu. 1. An acceptans sponsalia intelligatur repromittere. — 837. Qu. 2. An quis possit se obligare ad nuptias vi gratuitae promissionis. Et an haec obliget sub gravi. — 838. Promissio debet esse *expressa signo*. Quid, si parentes contrahant pro filiis tacentibus. — 839. Dub. 1. Quid, si extranei. Dub. 2. An sufficiat, si parentes promittant pro filiis absentibus. — 840. Sponsalia debent fieri *inter habiles*. Quid, si verba vel signa sint dubia. — 841. Verba de praesenti apta ad matrimonium inter impuberes habent vim sponsalium. An idem valeat inter puberes in matrimonio clandestine contracto. — 842. An sufficiat ad sponsalia dicere: *Non ducam aliam quam te*. — 843. An dicere: *Contraham, si Papa dispensaverit*. An sufficiat subarrhatio annuli et missio munerum. Quid, si parentes annulum mittant. — 844. Qu. 1. An sponsalia contracta per metum gravem sint per se nulla. Qu. 2. Quid, si per metum levem. Qu. 3. An qui contraxit ex metu levi possit sponsalia rescindere p. 3

DUBIUM II.

QUAE ET QUANTA SIT OBLIGATIO SPONSALIUM.

845. Sponsalia obligant sub gravi. An autem obligent ad statim ineundum matrimonium. — 846. An iudex possit et debeat cogere

nolentes ad matrimonium. — 847. An fornicatio sponsae vel sponsi cum alia sit specie diversa. Fecte promittens non teneatur ad nuptias, nisi copulam extorserit a virgine. (Vide etiam dicta de Restit., Lib. III, ex n. 642). — 848. Si quis cum duabus sponsalia contraxit et cum secunda coierit, quam ducere debeat. — 849. De filiis nuptias contrahentibus insciis parentibus. An tales nuptiae sint validae. Qu. 1. An et qualiter peccent filii nubentes parentibus insciis vel inconsultis. Quid, si sponsalia fuerint jurata. Quid, si sponsus post illa virginem defloraverit. An praelati teneantur has nuptias impedire. Ex quibus autem causis excusentur filii contrahentes sine consensu parentum. — 850. Qu. 2. An teneatur filius obedire patri praecipienti matrimonium. — 851. Qu. 3. An notabilis disparitas conditionis aut status inter contrahentes irriter sponsalia. — 852. Resiliens perdit arrhas, etc. Not. 1. Quid, si mulier, promittit aliquid viro ut eam ducat; et quid e converso. — 853. Not. 2. De poena apposta in resilientem. Qu. 1. An liceat adijcere poenam in resilientem injuste. Qu. 2. An juste resiliens teneatur ad poenam promissam cum juramento. Qu. 3. An soluta poena, teneatur recipiens eam restituere. Qu. 4. Quid, si relinquatur legatum puellae ut nubat cum aliquo, et illa cum alio nuptias contrahat. Qu. 5. Quid, si legatum relinquatur ut non nubat, et illa nubat. — 854. An liceant tactus et oscula inter sponsos. p. 14

DUBIUM III.

QUOMODO DISSOLVANTUR SPONSALIA.

855. Solvuntur sponsalia: I. Per *matrimonium* cum alia. (Vide etiam de hoc n. 875). II. Per *mutuum consensum* inter puberes. Quid, si sponsalia fuerint jurata. — 856. Quomodo autem solvantur inter impuberes. Quid, si ipsi juramento promiserint nuptias. — 857. III. Per *impedimentum dirimens* superveniens. Dub. 1. An tunc sponsalia dirimantur etiam ex parte nocentis. — 858. Dub. 2. An nocens teneatur petere dispensationem. — 859. Dub. 3. An, contractis sponsalibus cum impedimento sub conditione dispensationis, ea obtenta, per

se valeant. — 860. IV. Per *crimen alterius*. — 861. An solvantur sponsalia per fornicationem alterutrius sponsi. Dub. 1. Quid, si sponsa fuerit per vim oppressa. — 862. Dub. 2. Quid, si uterque sponsus fornicetur. — 863. V. Per *mutationem notabilem*, nempe 1. Si timeantur odia, etc. 2. Si superveniat defectus noxius. 3. Si superveniat paupertas. — 864. An liceat contrahere cum defectu occulto pernicioso. — 865. An, cum defectu non pernicioso. Et quid, si sponsa interrogetur an sit virgo. — 866. VI. Per *discessum alterius* in longinquum. Quid, si in propinquum, animo redeundi. — 867. VII. Per *lapsum temporis praefixi*. Dub. 1. Quid, si dubium sit an terminus fuerit assignatus ad finiendam obligationem. — 868. Dub. 2. Quid, si alter fuerit juste impeditus. Dub. 3. An, elapso termino, etiam pars nocens liberetur. — 869. VIII. Per *susceptionem ordinis sacri et ingressum in religionem*. IX. Per *votum castitatis*. — 870. Distinctius de his agitur. Et 1^o. De *professione religiosa*. Dub. 1. An per ingressum in religionem solvantur sponsalia ante professionem. Dub. 2. An, si sponsalia fuerint jurata, teneatur sponsus ante ingressum nuptias inire. — 871. 2^o. De *susceptione ordinum*. Dub. 1. An peccet sponsus suscipiens ordines sacros invita sponsa. — 872. Dub. 2. An per susceptionem ordinum minorum solvantur sponsalia. — 873. 3^o. De *voto ingrediendi religionem, suscipiendi ordines sacros aut servandae castitatis*. Dub. 1. An per votum castitatis aut suscipiendi ordines sacros solvantur sponsalia etiam ex parte voventis. — 874. Dub. 2. Quid, si sponsus post votum copulam extorsit. — 875. X. Rursus agitur de solutione sponsalium per *matrimonium validum* cum alia; et quaeritur an per illud solvantur sponsalia, etiam mortuo conjugue. — 876. XI. An, per *haereditatem novam* supervenientem. Et quid, si offeratur conjugium notabiliter melius. — 877. An dissensus parentum sit causa solvendi sponsalia. — 878. Dubium 1. An, ad solvenda sponsalia, semper requiratur auctoritas judicis. Dub. 2. Quae probatio sufficiat in foro externo, et quae in interno. p. 35

CAPUT II.

De Matrimonio secundum se.

DUBIUM I.

QUID SIT, QUAE EJUS MATERIA, FORMA
ET MINISTER.

879. Quid est Matrimonium. Et in quo consistat ejus essentia. — 880. Quae sit materia sacramenti Matrimonii. — 881. Ob quem finem liceat nubere. — 882. Distinguuntur tres fines. Dub. 1. An liceat nubere principaliter in remedium concupiscentiae. — 883. Dub. 2. An, ob fines extrinsecos. — 884. Quomodo peccent contrahentes in mortali. — 885. Quae requirantur ad contrahendum matrimonium per procuratorem. — 886. Quid, si qui dedit mandatum sine animo

contrahendi, antequam matrimonium contrahatur, mandatum ratificaverit. — 887. Qualis consensus sufficiat ad contrahendum. Quid, si quis fecte contrahit. An verba sint necessaria ad valorem. — 888. An sint necessaria de praecepto. — 889. An sufficiat ad contrahendum donatio annuli vel traductio sponsae. — 890. An sufficiat consensus conditionatus. — 891. Quid, si conditio est necessaria, aut turpis, aut contra substantiam matrimonii. — 892. Quid, si apponatur conditio: *si pater consenserit*. Dub. 1. Quid, si pater taceat. — 893. Dub. 2. Quid, si pater primo dissentit, et postea consentit. — 894. Dub. 3. Quid, si tempore conditionis pater mortuus. — 895. An, impleta conditione, requiratur novus consensus. — 896. In quo differat conditio a demonstratione, causa, modo et die. — 897. *Dissertatio* de ministro et forma Matrimonii. — 898. Solvuntur objectiones. — 899. Illationes ex nostra sententia p. 59

DUBIUM II.

DE USU MATRIMONII.

ART. I.

AN USUS MATRIMONII, SIVE ACTUS CONJUGALIS,
SIT LICITUS.

900. Actus conjugalis *illicitus* est: I. Si matrimonium est nullum. II. Si matrimonium est dubium. — 901. Qu. 1. An liceat contrahere cum dubio de impedimento. — 902. Qu. 2. An, cum opinione probabili de insubsistentia impedimenti. Qu. 3. An, cum opinione probabili probabilitate facti. — 903. Qu. 4. An in dubio de valore matrimonii jam contracti liceat petere et reddere. Et signanter, an uxor, non certa de morte primi viri, teneatur reddere secundo. — 904. Dub. 1. An, contracto matrimonio bona fide, superveniente dubio, liceat petere post diligentiam. — 905. Dub. 2. Quid, si adsit opinio probabilis tantum pro nullitate matrimonii. — 906. Dub. 3. An, nuptiis initis cum dubia fide, dubitans post diligentiam possit petere. — 907. Dub. 4. An in dubio positivo judicandum sit in favorem matrimonii contracti. — 908. An conjux teneatur credere alteri, asserenti se fecte consensisse. Quid, si audiat impedimentum a testibus fide non dignis. Quid, si audiat ab uno fide digno. — 909. III. Illicita est copula, si fiat cum periculo sanitatis. Dub. 1. An liceat petere, si alteruter conjugum laborat lepra, morbo gallico et simili. — 910. An liceat petere post balnea aut sectionem venae, vel cum febris, vel an statim post prandium. — 911. Dub. 2. An, tempore lactationis. — 912. IV. Si fiat ob voluptatem. — 913. V. Si fiat mente adultera. Quid, si conjux ad se excitandum delectetur de pulcritudine alterius personae. — 914. Quid, si delectetur de copula aliena. — 915. VI. Si fiat modo indebito. — 916. Qu. 1. An sit mortale inchoare copulam in vase praepostero. — 917. Qu. 2. An, coire situ innaturali. — 918. Qu. 3. An, cohibere seminationem post copulam inceptam. —

919. An autem uxor, viro se retrahente post seminationem, possit ipsa statim tactibus se excitare ad seminandum. — 920. VII. Si fiat in loco indebito (Remissive ad Lib. III, n. 458). — 921. VIII. Si fiat tempore indebito. — 922. Qu. 1. An liceat conjugum coire die communionis (Remiss. ad nn. 273 et 274 in hoc Lib. VI). — 923. Qu. 2. An, in diebus festivis. — 924. Qu. 3. An, tempore praegnationis. An autem, secluso periculo abortus, sit venialis coitus cum praegnante. — 925. Qu. 4. An liceat coire tempore menstrui. — 926. Qu. 5. An, tempore purgationis post partum. — 927. *Licitus est autem usus matrimonii*: 1. Propter prolem. 2. Ad vitandam incontinentiam (Vide dicta n. 882, Dub. 1.). 3. Propter alios fines honestos (Vide dicta n. 883, Dub. 2.). — 928. Qu. 1. An aliquando vir teneatur petere. — 929. Qu. 2. An aliquando uxor. — 930. Qu. 3. An conjux prohibitus petere ob votum vel affinitatem contractam, possit aliquando petere. — 931. Qu. 4. An liceat petere excommunicato, et an ab excommunicato. — 932. An et quando liceant tactus, aspectus et verba turpia inter conjuges. — 933. Qu. 1. An sint mortales inter ipsos tactus et aspectus turpes, secluso periculo pollutionis. — 934. Qu. 2. Quid, si periculum pollutionis jam praevideatur. — 935. Perpenduntur quidam tactus enormiter turpes. — 936. Qu. 3. An peccet graviter conjux turpiter seipsum tangens altero absente. — 937. Qu. 4. An, si morose delectetur de copula habita vel habenda p. 82

ART. II.

AN ACTUS CONJUGALIS SIT PRAECEPTUS ET DEBITUS.

938. Conjuges per se tenentur reddere, et quandoque etiam petere. — 939. Tenentur etiam ad cohabitationem, nisi adsit justa causa excusans. Dub. 1. An possit vir expellere uxorem ob dotem non solutam. Dub. 2. An teneatur eam alere, non soluta dote. Dub. 3. An, si ipsa adulterium commiserit. — 940. De obligatione reddendi debitum. Qu. 1. An sit mortale negare debitum semel vel bis. Quid, si alter remisit petat vel si precibus cedat. Quid, si immoderate petat. Quid, si alter differat reddere ad breve tempus. — 941. Qu. 2. An multiplicitas filiorum possit esse causa justa negandi debitum. — 942. Peccat conjux reddens se impotentem. — 943. Qu. 1. An conjux teneatur reddere alteri illicite petenti. — 944. Dub. 1. Quid si culpa se tenet ex parte petentis, nempe si ille habeat votum castitatis, etc. — 945. Dub. 2. Quid, si petens sit incestuosus. — 946. Qu. 2. An conjux teneatur reddere petenti cum sola culpa veniali. — 947. Qu. 3. An liceat reddere vel petere a viro volente seminare extra vas post copulam inceptam. — 948. An conjux teneatur et possit reddere, si mutuo cum altero voverit castitatem. Quid, si alter sit amens vel ebrius. — 949. Incestuosus, et vovens castitatem non potest petere, sed tenetur reddere. — 950. Conjux non tenetur reddere cum gravi damno suo vel prolis. An teneatur reddere alteri laboranti morbo

contagioso. Quid, si damnum sit leve, et alter sit leprosus. Quid, si damnum sit grave. Et an tunc possit reddere. Ex quibus causis possit conjux reddere cum gravi periculo salutis. — 951. An conjux possit reddere cum periculo prolis. — 952. An teneatur reddere uxor laborans feбри, vel tempore menstrui aut praegnationis; aut si alter petat modo innaturali. — 953. Quid, si uxor experta sit in pariendo periculum mortis, vel filios parere mortuos. — 954. An aliquando liceat impedire generationem. Quando peccet uxor surgens aut mingens statim post copulam. Dub. 1. An puella oppressa possit statim expellere semen. Dub. 2. An liceat copulari senibus vel infirmis, plerumque non valentibus seminare intra vas. p. 118

DUBIUM III.

AN ET QUIBUS EX CAUSIS POSSIT
FIERI DIVORTIUM.

955. Fit divortium quoad *vinculum*: 1. Si habentur sufficientia indicia de morte conjugis. 2. Si alter convertatur ad fidem. 3. Si fit religiosus ante consummationem. 4. Si Papa dispenset in matrimonio rato. — 956. De indissolubilitate matrimonii. — 957. An, si infidelis nolit converti, liceat fidei transire ad alias nuptias. — 958. Inter fideles matrimonium ratum solvitur tantum per professionem religiosam. — 959. An solvatur etiam per dispensationem Papae. — 960. Permittitur autem divortium quoad *torum*: I. Ob adulterium conjugis. — 961. Qu. 1. An ad divortium sufficiat suspicio de adulterio. — 962. Qu. 2. An liceat facere divortium ob sodomiam vel bestialitatem commissam a conjuge. Qu. 3. An, ob copulam sine seminatione. — 963. Qu. 4. An vir, cognito adulterio uxoris, teneatur eam dimittere. — 964. Qu. 5. An uxor teneatur divertere a viro adultero. — 965. Et an conjux innocens teneatur recipere alterum adulterum emendatum. — 966. Qu. 6. In quibus casibus conjux nequit divertere ab adultero: 1. Casus, si uterque sit reus adulterii. 2. Si conjux consentiat in adulterium alterius. 3. Si adulterium accidat sine culpa. 4. Si injuria remittatur. — 967. Dub. 1. An, facto divortio per sententiam judicis, possit conjux innocens adulterium ad se revocare. Dub. 2. Quid si, facto divortio, innocens etiam adulteretur. — 968. Dub. 3. An vir possit adulteram dimittere propria auctoritate. — 969. Facta juridica separatione, vir potest ingredi religionem aut fieri sacerdos, invita adultera. Adultera vero id non potest nisi de licentia alterius. — 970. Permittitur II. divortium ob saevitiam alterius. — 971. Qu. 1. An ob hanc causam possit conjux recedere propria auctoritate. Qu. 2. An possit fieri religiosus altero invito. Qu. 3. Qualis timor sufficiat ad faciendum divortium ob saevitiam. — 972. Qu. 4. An sola verbera sint justa causa divortii. — 973. Permittitur III. divortium conjugum, si alter trahat eum in peccatum. IV. Ob morbum contagiosum. — 974. Permittitur V. imo aliquando praecipitur divortium ob

haeresim alterius. — 975. Permittitur VI. Ob mutuum consensum. — 976. Facto divortio, apud quem sint filii educandi. Et cujus conjugis expensis. — 977. An uxor teneatur sequi virum ad cohabitationem. p. 136

CAPUT III.

De Impedimentis Matrimonii.

978. Impedimenta alia sunt impediencia, alia dirimentia. — 979. An Ecclesia possit constituere impedimenta dirimentia. — 980. Quis possit ea constituere. Dub. 1. An episcopi. — 981. Dub. 2. An impedimenta dirimentia apposita ab Ecclesia obligent infideles p. 155

DUBIUM I.

QUAE SINT IMPEDIMENTA IMPEDIENCIA TANTUM.

982. Quae reddant matrimonium illicitum. I. *Ecclesiae vetitum*, scil. prohibitio episcopi, etc. — 983. II. *Tempus feriarum*, quo prohibentur solemnitates, benedictio, etc. — 984. Dub. 1. An tunc liceat consummare. Dub. 2. An liceat consummare ante benedictionem. — 985. III. *Catechismus*. IV. *Crimen*, scil. incestus, raptus, uxoricidium, etc. V. *Sponsalia*. — 986. VI. *Votum castitatis* aut religionis. Dub. 1. An episcopus possit dispensare in voto castitatis emisso post matrimonium. — 987. Dub. 2. An in voto ante matrimonium, ad debitum petendum. An id possint Mendicantes. Dub. 3. An aliquando episcopi, etiam ad matrimonium contrahendum. — 988. Impedit etiam matrimonium: 1. *Clandestinitas*. 2. Omissio *benedictionis*. — 989. 3. Omissio *denuntiationum*. — 990. Dub. 1. An peccet graviter parochus eas omittens, si aliunde sciat non esse impedimentum. Et quod dicitur de obligatione denuntiationum ante matrimonium, idem dicitur post illud. Quid, si una tantum denuntiatio omittatur. — 991. Dub. 2. An denuntiationes faciendae in ecclesia et in Missa. Dub. 3. In qua parochia debent fieri. — 992. Dub. 4. In quibus diebus festivis. Et an aliquando possint fieri in diebus ferialibus. — 993. Quando sint repetendae. — 994. De obligatione denuntiandi impedimenta. — 995. Dub. 1. An teneatur denunciare impedimentum qui illud probare nequit. — 996. Dub. 2. An unus testis de impedimento impediatur matrimonium. — 997. Requisita ut talis testis impediatur. — 998. Dub. 3. An sufficiat unus testis, si sponsalia fuerint jurata. — 999. An fama impediatur matrimonium. Quid, si iudex privatum habuerit notitiam famae aut ipsius impedimenti. — 1000. An contrahens teneatur impedimentum fateri. — 1001. Quid debeat agere parochus cognito impedimento. — 1002. Dub. 1. An parochus teneatur impedire matrimonium, si ipse solus noverit impedimentum. Dub. 2. Quid, si Ordinarius solus sit impedimenti conscius. — 1003. Quis possit dispensare in denuntiationibus. — 1004. An episcopus, et ob quam causam. — 1005. Causae ob quas episcopus

teneatur dispensare. — 1006. Causae ob quas non tenetur, sed potest dispensare. — 1007. Dub. 1. An possit dispensare vicarius generalis. Dub. 2. An aliquando parochus possit dispensare, aut saltem declarare p. 156

DUBIUM II.

QUAE SINT IMPEDIMENTA DIRIMENTIA MATRIMONIUM.

- Ob quam causam possit ferri censura, 29. An incurratur ob peccatum veniale, 30-32. An praeceptum censurae obliget sub gravi, 33. An actus debeat esse externus, 34 et 35. An consummatus, 36. An incurrant mandantes, 36-39. An consulentes, si revocent consilium, 40. An requirantur culpa propria, 41. Quid excuset, 42. An ignorantia, ib., 43-45. An ignorantia crassa, an affectata, 47 et 48. An metus, 46. An censura incurratur ob peccatum praeteritum, 49. An possit ferri pro delictis futuris, ib. Censura est invalida ob defectum 1° ferentis, 50; 2° ordinis iudicii, 51-65. An possit ferri censura sub conditione, 63. Quid, si creditor terminum proroget? 63. 3° Ob defectum justae causae, 66. In dubio an incurreris censuram, 67. In dubio an censura sit justa, 68.
- Quis possit a censuris absolvere, VII, 69. Quis a latis a *jure*, 70. Quis ab excommunicatione minori, 71. Quis a latis ab *ho-*
- mine*, 72 et 73. De facultate per cap. *Liceat*, 75. An episcopi possint absolvere impeditos adire Romam, 84 et seqq.; etiam per alium, 93. An impediti teneantur adire per epistolam, 89. An autem adire episcopum 91. An teneantur postea ei se praesentare, 92. De facultate Mendicantium, 94-107. An habens facultatem super papalibus habeat super censuris bullae Coenae, 110. An habens super casibus Bullae habeat super haeresi, 112 et 113. De facultate in jubileo, 111 et 115, et VI, 537, *Qu. 8*. Quomodo danda absolutio a censuris, VII, ex 116. Ob censurae violationem incurratur irregularitas, 357.
- Census.** Quando sit licitus, III, 839. An liceat census personalis, 840. An pereat census pereunte re, 841. Quid, si adsit pactum assecurationis? 842. De censu redimibili ex utraque parte, 843. De censu vitalitio, 844. Conditiones requisitae ex bulla Nicolai V, 845. Conditiones ex bulla S. Pii V, 846-849.
- Certiorare.** An in reconvalidatione matrimonii nulli ob fictum consensum pars ignara sit certioranda de ejus nullitate, VI, 1114. Quid, si ob impedimentum occultum? 1115. Quid in necessitate? 1116. Quomodo possit exigi consensus, 1117, et in *Praxi confessorii*, 85.
- Certitudo** requisita ad jurandum, III, 148 et 162. Certitudo debiti requisita ad obligationem restitutionis, I, 34, et 35. Certitudo requisita ad compensandum, III, 521, vers. *Not. 3*.
- Cessatio et Cessare.** Cessatio causae finalis in juramento promissorio an excuset, III, 188. Cessatio finis in lege, I, 199. Cessatio a divinis, VII, 4 et 340. Cessante causa, an cesset dispensatio, VI, 1132.
- Cessio** bonorum an excuset a restitutione, III, 699.
- Charitas.** Quomodo obliget praeceptum charitatis erga Deum, II, 22 et seqq. Quomodo obliget erga proximum. Quis ordo servandus, vide II, 25-27. De dilectione inimicorum, 28-30. De eleemosyna, 31-33. De correctione fraterna, 34-41. Quando excuset charitas erga proximum ad laborandum in die festo, III, 294. Quando charitas excuset pastores a residentia, IV, 125, v. *Et 1*. An requiratur in attritione, VI, 440. Charitas adhibenda a confessario cum poenitentibus, vide *Prax. confess.*, 3-5.
- Charta.** Ludus chartarum an vetitus clericis et religiosis, III, 900 et 901. Charta, si deglutiatur, an frangat jejunium naturale, VI, 281. An legens chartam confessionis teneatur ad sigillum, 650. Charta absolutionis, vide *Schedula*.
- Chiragra** laborans an possit celebrare, VI, 244.
- Chirographum.** An liceat chirographa vilius emere, III, 829.
- Chiromantia**, quid sit, et an licita, III, 10, v. 8.
- Chirurgus.** An peccet chirurgus medendo, si praevideat pollutionem, III, 483, v. *Quid*. Clericus vel monachus an possit mederi, VII, 384, ad 5.
- Chocolates.** An liceat in jejunio potio chocolatis, III, 1023.
- Chorea.** An liceat choreas ducere, III, 429.
- Chorus.** An canonici septuagenarii excusentur a choro, IV, 130, *Dub. 1*. An caeci et surdi,

- IV, 130, *Dub. 2.* An excommunicati, ib., v. *Cum.* An et quando religiosi teneantur recitare in choro, 143. An peccent graviter praelati negligentes Officium dici in choro, ib., *Not. 2.* An episcopi teneantur recitare horas in choro, IV, 143, *Not. 2.* An inservientes choro teneantur supplere omnia, ib., *Not. 3* et 165, in fine. An ad peccandum mortaliter sufficiat in choro minor omissio quam in recitatione privata, 143, v. *Sentiunt.* Si recites in choro, an tenearis repetere quae non percipis, 163, *Qu. 2.* An satisfaciatur surdus vel surdaster recitans in choro, ib., *Qu. 3.* An in choro sit gravis obligatio dicendi Officium ordine debito et statutis horis, 171.
- Chrisma.** Episcopus conficiens chrisma in peccato mortali, VI, 39. Baptizans sine chrisma unctione, 141.
- Christiani** an possint surripere bona Turcarum, III, 525.
- Christus** an in specie determinaverit materias et formas omnium sacramentorum, VI, 12.
- Ciborium.** Vide *Pyxis.*
- Cibus.** An liceat dare cibos volenti frangere jejunium, II, 80. An liceat die festo coquere cibos etiam ad delectationem, III, 298. An liceat sumere cibum, vel exspuere statim a communione, VI, 283. An celebrare nocte nativitate Domini statim post cibum sumptum, 283 et 289, v. *Hic.*
- Cingulum** quando exsecretur, VI, 371. Debet esse potius lineum quam sericeum, 424, v. 12, *Sacerdos.*
- Circumcisio** quomodo tollebat originale, VI, 3 et 4.
- Circumstantia** superveniens in juramento promissorio an deobliget, III, 187, v. *Sed dubium.* Quid de circumstantia superveniente in voto? 226. Quid, si sit votum castitatis aut religionis aut solemne? IV, 50. Circumstantiae speciem aggravantes an explicandae, VI, 467 et 468. Quid in furto? 468. Quid in incestu? 469 et 470. An explicandae circumstantiae minuentes, 471, v. 6.
- Citatus.** An testes citati teneantur deponere veritatem, IV, 270, *Dub. 2.*
- Civis.** An legatum relictum civibus possit dari extraneis, III, 930, *Dub. 2.*
- Clandestinitas.** An matrimonium clandestinum valeat pro sponsalibus, VI, 841, v. *Haec.* De matrimonio clandestino ob omissionem denuntiationum, 989-992. De clandestino ob deficientiam parochi et testium, 1078.
- Claudus** an sit irregularis, VII, 407.
- Clausula** codicillaris quid importet, III, 919, v. *Ad codicillum.* Quid de clausulis appositis in dispensationibus? I, 204. Clausulae derogatoriae quatenus sint, VI, 594. De clausula in revalidando matrimonio: *Dummodo impedimentum occultum sit*, 1111. De clausula: *Muliere de nullitate prioris consensus certiorata*, 1115. De falsis clausulis, 1143.
- Clausura** religiosorum, vide IV, 37, v. *Ad majorem.* Episcopus quoad clausuram potest reservare casus monialium etiam exemptarum, VI, 602, *Qu. 7.* De excommunicatione contra violentes clausuram monialium, VII, 221. Contra moniales clausuram violentes, 229. An monialis frangens occulte clausuram possit absolvi ab episcopo, VI, 594. Contra mulieres violentes clausuram religiosorum, VII, 230 et 231. Contra colloquentes cum monialibus, 232-242. Vide alia verbo **Monialis.**
- Clericus.** Quotuplicia sint bona clericorum, vide **Bona.** An clericus beneficiatus sit dominus fructuum beneficii, III, 491. An liceat clericis interficere furem, 384. Et an interficiendo incurrant irregularitatem, ib. Et an liceat clericis reos damnare poena mortis, 378. Quae sint poenae inflictae clericis concubinariis, 442. Quae venatio vetetur clericis, 606. Quae negotiatio, 831. Quid, si negotientur per alium? 853. Quid, si negotientur nomine alieno? 832 et 833. An liceat clericis emere animalia, ut vendant saginata in pascuis suis, 834. An saginanda in pascuis alienis, 835. An liceat clericis emere agrum cum fructibus, 836. An emere lanas ad vendendum pannum, ib. An negotiari pro necessitate sua vel familiae, 837. An liceat clerico agere officium factoris, 838, v. *Valde.* * An ei liceat acquirere obligationes vel actiones societatum industrialium, et an possit de illis negotiari, 837, not. a. An possit episcopus impedire clericos ingredi religionem, IV, 75, v. *Declarat.* De quibus beneficii fructibus possint disponere clerici, 187. De habitu et tonsura clericorum, IV, 188, et VI, 805, v. *Quatuor.* Quae artes prohibeantur clericis, IV, 189. Quae officia, 190. Quae actiones, 191. Quibus clericis vetitum est agere officium advocati, 219. De ludo alearum clericis vetito, III, 895. An vetitus ludus chartarum, 900. Quid, si tantum assistant lusoribus? 903. De testamento clericorum, 929. Clericus habituatus volens sacro ordine initiari an possit absolvi, VI, 63-77. An simplex clericus possit absolvere moribundum a censuris, 540. Tenetur deferre habitum et tonsuram, 825. Quando amittat privilegia, 827. Clericus an possit fieri religiosus contradicente episcopo, 828. Clerici quid agere debeant, si excommunicatus nolit recedere, VII, 176. De excommunicatione ob percussionem clericum, 264. Nomine clerici percussus quis veniat, 270. Percutiens unum clericum pro alio, 275. Si percutiatur clericus sollicitans, ib. Si quis praebet venenum clerico, 280. *Dub. 2.* Clericus in sacris non potest mederi cum incisione aut adustione, 384, ad 5. An beneficiatus, 385. An peccent clerici assistentes supplicio, 463. Quid si se intromittant in causam sanguinis, 467 et 468, v. 3.
- Codicillus.** De requisitis ad codicillum, III, 919, v. *Ad codicillum.* Et quid importet clausula codicillaris, ib.
- Caecus.** Canonici caeci an excusentur a choro, IV, 130, *Dub. 2.* An sit irregularis, VII, 404. An Papa possit dispensare cum caeco, 414.
- Coelibatus** observandus clericis in sacris, VI, 806-812.
- Coemeterium** quomodo polluatur, VI, 363, in fine et 364.
- Coena Domini.** An in ea possit celebrari privatim, VI, 350.
- Cogere.** An cogens alterum ad ludendum possit retinere lucratum, III, 880.

- Cogitatio.** An liceat se delectari de cogitatione objecti turpis, V, 17. An cogitationes turpes habitae in ecclesia sint sacrilegia, III, 462.
- Cognatio et Cognatus,** vide **Propinquus.** Cognatio *legalis*, VI, 1027. Cognatio *spiritualis*, a quibus et quando contrahatur, 1028. Cognatio *carnalis*, 1029. Arbor consanguinitatis, 1030.
- Cohabitatio.** Ad eam tenentur conjuges, VI, 930. Uxor tenetur sequi virum quoad cohabitationem, 977.
- Collatio et Collator.** Quorum bonorum collatio fieri debeat inter fratres, III, 954. Quomodo acquirantur beneficia per collationem, IV, 85. Quinam sint collatores beneficiorum, 86. Collatio sacramentorum, vide **Sacramentum.**
- Collatiuncula.** Quaenam quantitas permittatur in collatiuncula jejunii, III, 1025. Et quae in vigilia nativitatis Domini, Paschatis aut Pentecostes, ib., v. *In vigilia.* Quaenam qualitas permittatur ciborum, 1026. An ova, 1027. An parum casei, ib. An pisces, 1028. An panis coctus, 1029. An jusculum ex herbis, et an legumina, ib., v. *Probabiliter.*
- Collecta** ex episcopi mandato quando dici potest, VI, 411, v. *Probabiliter.* Collecta ex devotione, ib., in initio.
- Collocutio** cum monialibus. Vide **Monialis.**
- Colonus.** Vide **Locatio.**
- Color.** Vide **Vestis.**
- Comestio et Comedere.** An dispensatis ad carnes praecepta sit unica comestio, III, 1013. An ipsi vetita comestio piscium, 1014. An bis comedens culpabiliter in jejunio teneatur ad illud, 1030. Quid, si inculpabiliter? ib. *Qu. 2.*
- Commemoratio** defunctorum si accidat in dominica, VI, 424. An ea die possit accipi stipendium, 338. Vide **Defunctus.**
- Commissarius.** Quid possint accipere commissarii, IV, 217.
- Commixtio.** Quomodo acquiratur dominium commixtione, III, 498. Quid, si accipias a fure rem commixtam cum suis? 611. Quid, si per talem acceptionem fur reddatur impotens ad restituendum, 612. An res furtiva commixta cum propria restituenda sit primo loco, 686.
- Commodatum** quid sit, III, 744. Vide casus, 747.
- Communicatio** cum excommunicato vitando in divinis, VII, 173 et 197; vel in eodem crimine, 197. Communicatio civilis, ex 188. Frequens communicatio cur. vitando quando sit mortale, ex 198. Quando ob eam incurratur excommunicatio major, 199. Quomodo liceat, 200. Vetita cum Judaeis, II, 18.
- Communio et Communicare.** An liceat communionem simulare, VI, 61. An possit ministrari in Missa de *Requiem*? 249. Qua hora, 252. An in nocte nativitatis, in parasceve et sabbato sancto, ib., v. *Sic.* Quoties parochus teneatur eam dare, 253. Communio quotidiana, 254, et fusius in *Prax. confes.*, 151. Dispositiones ad communionem, VI, ex 255. Quando quis possit communicare, non praemissa confessione, 257. An pollutio involuntaria vel actus conjugalitatis impediatur communionem, 271. An possit dari ante poenitentiam impletam, 527. An dubitans de peccato mortali possit communicare, 475. An laborans lepra, 275. An puella habens menstrua, ib., v. *An.* An ferens arma, ib., v. *Congruum.* De jejunio requisito ad communionem, 277-281. *Quando infirmi possint accipere communionem, postquam aliquid sumpserint per modum potus, VI, 285, not. v. Communio in oratoriis privatis, 359, v. *Quaeres.* Communio an requiratur de necessitate medii, 290, vide 192. Communio in periculo mortis, 291 et 292. An tunc danda pueris, 293. Communio paschalis, 294-299. An facienda in parochia, 300. Communio puerorum in Paschate, 301. An danda amenibus, semifatuis, mutis et surdis, ac obsessis, 302 et 303. An requiratur communio in susceptione ordinum, VI, 801, v. *Requir. XIII.* Accedens ad communionem cum veniali habituali, 270. Cum veniali actuali, ib., v. *Quaer.* An laici teneantur post communionem confiteri quamprimum, si memores, etc., 268. An dubius de jejunio possit communicare, 282, in fine. An liceat dare communionem peccatori occulto, II, 62, et fusius, VI, 658.
- Communitas,** si excommunicetur, an excommunicatio sit valida et licita, VII, 19. Si suspendatur, an singuli sint suspensi, 317. Si Missae tradantur celebrandae communitati, quamdiu possint differri, VI, 317, v. *Advertit.*
- Commutare et Commutatio.** Commutare poenitentiam quis possit et quorum, VI, 528. Commutatio votorum in jubileo, 536, ad *II.*
- Comoedia.** Quale peccatum comoedias turpes audire, III, 427. Quale componere et representare. II, 56, et III, 428.
- Compensatio.** Quando et quomodo possit fieri compensatio, III, 521. An possit fieri cum opinione probabili probabilitate juris aliquibus casibus, I, 53. An famam possit quis sibi compensare cum pecunia, III, 1001. An famam cum fama, 999, v. *Quaeritur.* An teneris infamiam pecuniis compensare, 1000. An legatarius possit compensare sibi legatum ex testamento non solemni, I, 35. An filius possit sibi compensare mercedem pro opera sua, III, 544. An famuli possint sibi salarium debitum compensare, 349.
- Complex** in confessione an reticendus, VI, 489. An tunc poenitens debeat adire confessarium, qui complicem ignoret, ib., v. *Tenetur,* et 490. Vetatur exquiri nomen complicis sub suspensione ferendae sententiae, 491 et 492. Doceri autem oppositum sub excommunicatione papali ipso facto, ib., 491. Complex in peccato turpi nequit absolvi a complice, 553. Quid veniat nomine peccati turpis, 554. Complicis peccata cadunt sub sigillum, 640, ad *2.* An reus teneatur complices revelare, IV, 278.
- Compositio** circa debita incerta, III, 591.
- Conceptio.** Sententia conceptionis immaculatae B. V. propugnata, *dissert.* in VII, 244. Votum fundendi vitam, etc., 263.
- Concio, Concionator et Concionari.** Concionator in mortali an peccet mortaliter, VI, 41. An sit obligatio audiendi conciones, III, 269. Quomodo praecipiat auditio concionis, 308. Non licet audire conciones haereticorum, II, 16. De obligatione episcoporum et

- parochorum concionandi, III, 269. Concionatores quando excusentur a jejunio, 1049, v. 3. *Excusantur*. Quando excusentur a recitatione Officii, IV, 156, v. *Excusantur*.
- Concordatum** nostri regni circa ordinationem clericorum, VI, 830.
- Concubinarius et Concubina**. An possit absolvi concubinarius, qui nequit ejicere concubinam sine infamia, III, 435, v. *Hinc*. An promittens ejicere concubinam, 436. An concubina non discedens causa necessitatis, 437. Poenae concubinariorum, 442. Poenae clericorum concubinariorum, ib., ad 3.
- Concubitus**. An omnis concubitus maris cum masculo sit sodomia, III, 466, v. *Infertur 2*. Quid si cum femina? ib. v. *Infertur 3*. Vide alia verbo **Copula** et **Concupiscere**. An femina excusetur a Missa, si fugiat aspectum viri turpiter eam concupiscentis, III, 331.
- Concupiscentia**. An tollat voluntarium, vide de actibus humanis, V, xxiii-xxv.
- Concurrere et Concursum**. An peccet concurrere ad beneficium cum alio digniore, IV, 110. An in beneficiis per concursum eligens minus dignum teneatur ad restitutionem, 109.
- Conditio et Conditionale**. Conditio an faciat sacramentum validum, et quando, VI, 26. An liceat dare illud sub conditione, ib., v. 4, et 27 et seqq. An ex causa possint reiterari sacramenta sub conditione, 28. Absolutio sub conditione, 431 et 432. De sponsalibus sub conditione: *si Papa dispensaverit*, 843. Conditio appositae in matrimonio revalidando: *dummodo impedimentum occultum sit*, 1111. Conditio: *muliere certiorata de nullitate*, etc., 1115, v. *Caeterum*. Conditio personae, dirimens matrimonium, 1017-1023. Promissio matrimonii sub conditione facta adulterae an inducat impedimentum, 1040. Censura sub conditione, VII, 63. Conditiones, ut quis possit censuras ferre, 12. Ut quis possit censuris ligari, 13. Absolutio censurae data sub conditione, 123. An peccet, qui impedit impleri conditionem sui voti, III, 218. De conditionibus appositis in votis, 219. An vota conditionalia castitatis aut religionis sint reservata, 261. De conditionibus requisitis ad peccatum, V, 2. De conditionibus requisitis ad exigendum interesse in mutuo causa damni emergentis vel lucri cessantis, III, 769. De conditionibus requisitis ad societatem, 905. De conditionibus requisitis ad professionem religiosam, IV, 5.
- Conductio et Conductor**. Vide **Locatio**.
- Confabulans** in Missa an satisfaciatur, III, 317.
- Conferentia** casuum conscientiae facienda a regularibus, VI, 628, v. *Nota obiter*.
- Confessarius** excipiens confessiones in mortali, VI, 36 et 617. Quid si urgeat necessitas? 33 et 617, in fine. Si absolvat plures successive, 36, *Qu. 5*. Confessarii copia quando dicatur deesse, 264. Quomodo se gerere debeat cum iis qui sunt in occasione peccandi, 452-458 et seq. Quomodo cum consuetudinariis et recidivis, 459-464. Quid melius, in rigiditatem vel an in benignitatem deflectere? v. *Quidam* et 605; ac in *Praxi conf.*, 114. Quid, si exquirat nomen complicis et neget absolutionem? VI, 491. An hic sit denuntiandus, et quando, VI, 491. Absolvens complicem in peccato turpi, 553-555. Quid, si audit, et non absolvit? 556. An possint absolvi ab episcopo, ib., *Qu. 2*. An confessarius approbatus possit absolvere moribundum a reservatis praesente episcopo, 563, *Dub. 1*. An eo praesente a casibus papalibus, ib., v. *Secus et Dub. 2*; sed melius vide VII, 92, ubi absolute affirmatur, non teneri adire episcopum. An possit audire confessiones invito parocho, VI, 564, v. *Ex concessione*.
- Confessarius monialium deputandus ab episcopo, VI, 576. Etiam si moniales sint exemptae, 577. Extraordinarius debet dari bis aut ter in anno, 576. Quid, si praelati regulares vel episcopi negligant dare extraordinarium? ib. Ordinarius nequit earum confessiones audire, dum adest extraordinarius, ib. An cuilibet moniali possit dari extraordinarius, ib. Confessarii monialium elapso triennio an suspendantur, etc.? ib., *Not. 2*. An excuset defectus idoneorum, 577, v. *Advertit etiam*. An possint moniales recusare deputatum, ib., v. *Advertit idem*. Quinam prohibeantur eligi in confessarios? ib., *Not. 3*. Stipendium horum confessariorum, ib., *Not. 5*.
- Confessarius absolvens praetextu privilegiorum est excommunicatus, 602, v. *Hic ultimo*.
- Confessarii officium, 603. Quid, si poenitens sequatur opinionem contrariam? 604. Debet certificari de dispositione poenitentis, 606. An teneatur interrogare, 607; et in *Prax. confessar.*, 21 et seq. Prudentia circa interrogationes, VI, 629. An debet instruere et disponere, 608. An monere, 609-616, et in *Prax.*, 8. Quomodo debeat reparare errores, 618-622, et in *Prax.*, 116. An teneatur audire poenitentes, 623. Qualem poenitentiam debeat imponere, 506, et in *Prax.*, 11. An teneatur audire moribundum cum periculo propriae vitae, VI, 624. An intelligere peccata, 626. An esse praeditus scientia necessaria, 627 et 628. An teneatur excipere et deferre denuntiationes, 699, vers. *Advertunt*. Confessarii sollicitantes, vide **Sollicitatio**. An omnes confessarii possint absolvere a censuris latis a jure, VII, 70. Et ab excommunicatione minori, 71. Quid, si censura sit ab homine? 72; vel per sententiam generalem, 73. Monitum ad confessarios, VI, 607. An fiat irregularis confessarius monens judicem in particulari, ut reum morte puniat, VII, 464. Caritas adhibenda a confessario erga poenitentes: vide *Prax. confess.*, 3-5. Correctio facienda poenitenti, ib., 5. Correctio errorum a se commissorum, 116. Vide **Monitio**. Confessarius quomodo se gerere debeat cum pueris et puellis, *Prax. confess.* 90; cum adolescentibus circa electionem status, 92; cum scrupulosis, 95; cum devotis, 99; cum mutis et surdis, 102; cum moribundis, 89 et 90; cum capite damnatis, 108 et 109. Quomodo cum animabus tendentibus ad perfectionem, 121; et contemplatione donatis, 126.
- Confessarius debet absolvere poenitentem, qui vult sequi opinionem probabilem, VI, 604. Item possessorem cum jure probabili, I, 35, et VI, 609. Confessarius an

- potest uti opinione probabili circa jurisdictionem, I, 50, et VI, 573. An valide absolvat ex errore communi, quod habeat facultatem, 572. Quid, si adsit etiam titulus putativus? *ib.* Confessarius rogatus de peccato confesso potest dicere, quod illud nescit, III, 153. Quomodo gerere se debeat cum magis et maleficis, 28. An confessarius peccans cum poenitente committat incestum, III, 451. Quid, si praevideat se pollui in excipiendis confessionibus? 483. An possit absolvere debitorem ante restitutionem, 681 et 682. Et an debeat monere de restitutione, si monitio non est profutura, *ib.*, *Qu. 2.* Quid de monitione circa honorem resarciendum? 988. Quando confessarii excusentur a jejuniis, 1049, v. *Confessarii.* Quando a recitatione Officii, IV, 156, v. *Excusantur.* Quomodo confessarius gerere se debeat cum reis, 286. Quot peccata committat confessarius absolvens plures successive existens in mortali, V, 50, *Qu. 6.*
- Confessio et Confiteri.** An sufficiat confiteri malum optatum proximo, quin explicetur species, II, 30, v. *In confessione*, et V, 50, *Qu. 5.* An possit poenitens negare peccatum jam confessum, III, 157. An in confessione generali, dicenda in Missa, possit addi nomen sancti, VI, 411, v. *Probabiliter.* An praemittenda confessio mortalium in administratione omnium sacramentorum, VI, 30, v. 3, et 34. An ante communionem, 255. Quid, si quis post confessionem recordetur mortalis? 257, *Qu. 2* et *Qu. 3.* Quid, si dubitet? 258 et 474. Quae causae excusent tunc a confessione, 259-261. Quid, si sacerdos inter celebrandum peccet graviter vel recordetur mortalis? 262. Quid, si laicus recordetur in scamno communicantium? 263. Quando censeatur deesse copia confessarii, 264. Quid, si quis habeat peccatum vel excommunicationem reservatam? 265. Quomodo intelligendum praeceptum confitendi quamprimum, 266 et 267. An hoc praeceptum obliget laicos, 268.
- Confessio an debeat esse materialiter integra, vide VI, ex 475. De numero peccatorum, 466. De circumstantiis, 467-470. De peccatis dubiis, 472-478. Quando sufficiat confessio formaliter integra, ex 479. De confessione moribundi, 480. Confessio debet esse vocalis, secreta et vera, 493. In articulo mortis an facienda publica confessio, 494. Qui mentitur in confessione, nempe si neget veniale aut mortale confessum, etc., 496. Si te accusas de mortali non facto, 497, v. *Si quis.* Confessio facta confessario excommunicato, 498; vel surdo, indocto aut non audienti aliquid peccatum, 499. Si poenitens fuerit excommunicatus, 501. Si confiteatur complici, *ib.*, et 555. Quando et quomodo iteranda confessio apud eundem, 502 et 503. De rusticis, qui non explicarunt species nec numerum, 504. Non teneris repetere confessiones, nisi constet de nullitate, 505. Confessio pro lucrando jubilaeo, 536. An confessio possit dimidiari, dicendo sola reservata, etc., 595. Praeceptum annuae confessionis ex 662. Poenae contra transgredientes, 674. An aliquando sacerdos simplex teneatur se habilitare ad audiendas confessiones, 625; et in *Prax. confess.*, 50.
- Confessio puerorum et puellarum quomodo excipienda, vide *Prax. confess.*, 90. Quomodo confessio scrupulorum, 95; personarum devotarum, 99; mutorum et surdorum, 102; moribundi, 105; capite damnati, 108; obsessi et coeuntis cum daemone, 110.
- Confessionale monialium ubi collocandum,** VI, 577, *Not. 4.* De sollicitatione in confessionali, 680.
- Confirmare et Confirmatio.** Quid sit sacramentum Confirmationis, VI, 161. De materia remota, 162. Materia proxima, 164. Unctio quomodo fieri debeat, 165. Ejus forma, 167 et 168 et seq. Effectus Confirmationis, 169, v. *Tres.* Quis minister, et quod subjectum, 170-180. An confirmans et confirmandus debeant esse jejuni, 174. An Confirmatio ministranda in ecclesia, *ib.*, *Qu. 2.* Et an conferri possit die feriali et vespere, *ib.*, v. *Quidquid.* De necessitate Confirmationis, ex 181. De ejus caeremoniis, 184. An sit gravis obligatio suscipiendi Confirmationem, 181, v. *Magna.* An saltem ante tonsuram, 183. An episcopus possit confirmare alienum accedentem cum dimissoriis pro prima tonsura, 788, *Not. 10.* An ordinandi debeant esse confirmati, 786. De patrino in Confirmatione, 185; vide **Patrinus.**
- Confusio.** Quomodo acquiratur dominium confusio, III, 498.
- Congressus.** Vide **Concubitus.**
- Conjugalis actus.** Vide **Debitum conjugale.**
- Conjugatus an possit ordinari,** VI, 812.
- Conjunctus.** Vide **Propinquus.**
- Conjux si habeat copulam,** an possit communicare, VI, 273 et 274. An inter conjuges liceant tactus, aspectus et verba turpia, 932 et 933. Quid cum periculo pollutionis, 934; vel si tactus sint enormiter turpes? 935. Conjux turpiter tangens seipsum, 936. Moxe se delectans de copula habita vel habenda, 937. An conjux innocens teneatur accipere alterum emendatum, 965. Quando conjux nequeat divertere ab adultero, 966-969. Ad quid teneantur conjuges, III, ex 351. An liceant tactus inter conjuges, III, 431; et VI, 932. An liceat ipsis delectatio de copula habita vel futura, V, 23 et 25. De donationibus inter conjuges, III, 723.
- Consanguinei in primo et secundo gradu semper possunt loqui cum monialibus,** VII, 239. Consanguinei vero regulares tantum quater in anno ex licentia ordinarii, 232, v. *Circa.* Ad quid teneatur stuprator, si puella violata sit consanguinea, III, 650. Quid, si fecte promiserit cum pacto impetrandae dispensationis? *ib.*, v. *Major.*
- Consanguinitas.** Vide **Cognatio.**
- Conscientia.** Quid sit conscientia, et quid synderesis, I, 2. Quae sit conscientia erronea vincibilis, et quae invincibilis, 3. An conscientia erronea sit sequenda; et an eam sequens mereatur, 4-7. An detur conscientia invincibiliter erronea circa praecepta juris naturae, 8 et ex 170. An peccet, desiderando, qui putat, pravum desiderium non esse peccatum, 9. De conscientia *perplexa*, 10. De conscientia *scrupulosa*, 11. Quomodo debeat se gerere confessarius erga scrupulosos, 12-15. Quid, si scrupulus sit

- de confessionibus praeteritis? I, 16. Quid, si poenitens in omni actione formidet peccare? 17 et seq. De conscientia *dubia*, 20. Quid sit dubium negativum et positivum, ib. Quid dubium speculativum, et quid practicum, I, 21. An liceat operari cum dubio practico, 22. Quid, si quis dubitet, an actio sit graviter vel leviter mala? 23. Quid agendum in dubio practico negativo aut positivo? ib., et seqq. Quid, si id deponatur ex principiis reflexis? 25. Quid, si quis dubitet de emissionem voti? 28. Et quid, si de satisfactione voti? 29. An subditus in dubio, utrum aliqua actio praecepta sit mala, teneatur obedire, 31. An dubitans, utrum expleverit annum vigesimum primum, teneatur ad jejunium, etc., 32. Quid, si quis sit dubius de solutione? 34. Quid, si dubium sit, an lex fuerit promulgata aut recepta vel abrogata? 27. Quid in dubio de impedimento matrimonii, 33. De conscientia *probabili*, 40. Quae sit opinio tenuiter probabilis, quae probabilior, probabilissima, et quae moraliter certa, 40. Dissertatio de usu moderato opinionis probabilis, 54.
- Consecratio** utriusque speciei est necessaria, VI, 195 et 196. An possit Papa in ea dispensare, 196, *Dub. 2.* An sit valida in una specie, ib., *Dub. 3.* Quae condiciones ad materiam consecrationis, 211. Consecratio calicis et patenae, 379. An remaneant consecrata, si quis in eis celebret, 380. An abbates possint consecrare calices pro ecclesiis alienis, 381. An pyxis debeat consecrari aut benedici, 384 et 385.
- Consensus.** An liceat rem accipere ex praesumpto consensu domini, III, 700, *Qu. 1.* De consensu requisito ad peccatum, V, 5. An peccet negative se habens in motibus inordinatis, ib., 6. Quid, si sint motus carnales, 7. Quae remedia ad ipsos, 8. Quid, si adsit causa non resistendi? 9.
- Consensus** ad matrimonium, VI, 887. Consensus conditionatus, 890. Quid, si conditio sit turpis? 891. Si conditio sit: *si pater consenserit*, 892. An impleta conditione requiratur novus consensus, 895. An Papa possit dispensare in consensu pro revalidatione matrimonii, 897, v. *Probatur I.* et 610, v. *Id probant.* Si conjux consentiat in adulterium alterius, etc., 966, v. *Secundus.* Divortium ob mutuum consensum, 975. Consensus requisitus in adultera ad impedimentum criminis, 1037 et 1038. Si consensus fuit fictus vel metu extortus, quomodo revalidandum matrimonium, 1109. An, qui fecte consensit, teneatur verum ponere consensum, 1113. An certiorare conjugem de nullitate matrimonii, 1114. Quomodo possit exigi consensus a parte in scia impedimenti, 1117. Ad dispensationis valorem non requiritur consensus principalis, 1145.
- Consentians** in damnum tenetur ad restitutionem, III, 566.
- Consilium** et **Consulens.** Consilium datum occidendi clericum tempestive revocans an incurrat censuram, VII, 40. Consulens percuti clericum, 266. De consulente quoad restitutionem, III, 559-565. An consulens episcopo, ne conferat beneficium digniori, teneatur ad restitutionem III, 585, et IV, 108. Ad quid teneatur consulens alium, ut mutuet usurario, III, 785.
- Consuetudinarii** an absolventi, VI, 459. Vide alia verbo **Absolutio.** An cogendi recidivi ad repetendas confessiones, 505, v. *Et quoad.* Consuetudinarius blasphemus, III, 127.
- Consuetudo** an praebeat jurisdictionem, VI, 573. Quae condiciones ad consuetudinem requirantur, I, ex 107. De effectu consuetudinis, et quid, si a lege reprobetur? 108, v. *Sed quid.* Quid, si consuetudo revocetur a lege? 109. An per consuetudinem possit abrogari votum paupertatis, IV, 35. Quinam laborantes excusentur in festis ratione consuetudinis, III, 289. An liceat ex consuetudine ducere currus et jumenta, 276, v. *Quaestio.* An dictum unius sufficiat ad notitiam consuetudinis, I, 107, v. *An vero;* et III, 290, v. *Notandum.*
- Consummare** matrimonium an liceat ante benedictionem, VI, 984, *Dub. 2.* An ad affinitatem contrahendam requiratur copula consummata ex utraque parte, 1075. Sic etiam ad contrahendam bigamiam, VII, 435. Requiritur actus consummatus ad incurrendam censuram, 36. Sic etiam ad irregularitatem, 348.
- Contactus** rei sacrae est vetitus laicis, VI, 382.
- Contemptus**, quando sit mortalis, V, 61.
- Contractus.** Quid sit et quotuplex, III, ex 707. De contractu sine animo contrahendi, 709. Sine animo se obligandi, 710. De contractu sine solemnitatibus, I, 151, et III, 711. De contractu de re turpi, III, 712. Et cui tunc facienda restitutio, ib. Quando dolus vel error irritet contractum, 715 et 716. An metus, vide **Metus.** De contractu gentilitio, III, 812, v. *Si in venditione.* De contractu *mohatra*, 813, v. *Nota.* De tribus contractibus, 908, v. *Haec.* De contractu ad *caput salvum*, 909, *Qu. 3.* De contractu assecurationis, 911. De contractu pignoris, 913. De contractu antichriseos, 776 et 916. An ad restitutionem in contractibus requiratur culpa theologica, 554. An liceat in festis inire contractus, 285. Ubi facienda est solutio ratione contractus, 678.
- Contritio** an consistat in dolore vel detestatione, VI, 435. Ex quo motivo elicienda, 436. Quando obliget praeceptum contritionis, 437. An requirantur singulae contritiones ad singula peccata, 438. An ad contritionem requiratur actus fidei et spei, 439. Contritio ex charitate remissa an sufficiat ad justificandum, 441. An ad ministranda sacramenta sufficiat contritio, VI, 34, v. *Secunda.* Vide alia verbo **Attritio** et verbo **Dolor.**
- Contumelia** quid sit, III, 966. An debeatur satisfactio, si offensus se vindicavit de contumelia, 989. Quot peccata committat, qui pluribus contumeliis, aliquem conviciatur, V, 48. Quid, si coram pluribus? 49.
- Convalescentia** excusat a recitatione Officii, VI, 154, v. *Notandum 2.*
- Conventualis** Missa quotidie canenda, VI, 314 et 326. Applicanda pro ecclesiae benefactoribus, 326. Dicenda de die, ib. Cantans Missam debet exspectare finem symboli, 424, ad 3. Si cantatur ante Matutinum, an sit grave, 348.

- Cooperatio et Cooperari.** Quae sit cooperatio materialis, et quae formalis, II, 63. Causae excusantes a cooperatione materiali, 59. An liceat nubere cum peccatore vel habente votum castitatis, 60. An reddere ipsi debitum, 61. An dare communionem peccatori, 62. An cauponibus dare vinum ebriosis vel cibos vetitos, 69 et 80. An locare domum meretrici, 70. An vendere gladios, venena, etc., 71. An agnum Judaeo, 72. An christianis liceat remigare, etc., 73. An aurigis vehere meretricem, 75, v. *An autem*. An accipere munera ab amasio, 76. An reddere gladium occisuro, ib., v. 2; sed vide veram sententiam, III, 571, v. *Secus*. An petere juramentum a pejerato, II, 77. An mutuum ab usurario, ib., v. 4, et 47. An adjuvare usurarium, 78, et III, 789. An dare mutuum abusu, II, 78, v. 6. An petere sacramenta ab excommunicato, 79, et VII, 139. An a peccatore, II, 79. An liceat dare cibos volenti frangere jejunium, 80. Quae cooperatio vetetur famulis; vide **Famulus**. De cooperantibus ad damnum bonorum, III, ex 571. Quid si quis ob metum cooperatur ad damnum alterius? 571, v. *Secunda*.
- Copia** confessarii quando dicitur deesse, VI, 264.
- Copula.** An copula conjugalitatis impediatur communionem, VI, 273 et seq. Si sponsus copulam extorsit post votum religionis, an teneatur ad sponsalia, 874. An ob copulam sine seminatione liceat facere divortium, 962, *Qu. 3*. Debet esse consummata ad contrahendum impedimentum affinitatis, 1075. Et bigamiae, VII, 436. Vide **Debitum conjugale**. An exprimendum sit, copulam incestuosam habitam fuisse ad facilius obtinendam dispensationem, VI, 1134. Quid, si non fuerit ex tali intentione? 1135. Si quis, post dispensationem, novam copulam habuerit cum consanguinea sponsi, 1140. Quid, si habeatur copula incestuosa inter sponsos, antequam executata sit dispensatio? 1141. Copula conjugalitatis an liceat ante communionem, 921. An die festivo, 923. An sit adulterium copula sodomitica inter conjuges, III, 446. An copula sponsi cum alia differat specie a fornicatione, 447, et VI, 847. An copula confessarii cum poenitente sit incestus, III, 451. An copula conjugalitatis in ecclesia sit sacrilegium, 458. Quid, si quis extorqueat copulam a vidua sub ficta promissione? 646.
- Coquere.** An liceat in festis coquere cibos etiam ad delectationem, III, 298, v. *Utrum*.
- Coquus.** An in die vetito possit gustare jus carni, III, 1029, v. 3. An coqui excusentur a jejunio, 1041.
- Corporale** quando exsecretur, VI, 371. An debeat esse ex lino, 375, *Dub. 3*. An benedictum, 386. An maneat benedictum, si cum eo sit celebratum, 379 et 380. Quando liceat lavare corporalia, 387, *Not. 2*. Quid faciendum de aqua? ib. Quibus liceat tangere, 382. Quid, si sit notabiliter immunum? 376 et 386. Quale peccatum, si omitatur, vel adhibeatur non benedictum, 387, *Not. 1*.
- Corporis** dispositio ad communionem, vide VI, ex 271.
- Correctio** adhibenda a confessario, vide *Prax. confessar.*, 7 et seq. Correctio errorum, ib., 116. Ob quale peccatum correctio facienda? II, 34. An ob leve, 35. An ob factum ex ignorantia, 36. Correctio omissa ob timorem, 37. An in dubio teneamur corrigere, 38. An, si absit timor relapsus, vel si adsit alius idoneus, vel si non sit spes fructus, vel si exspectetur occasio, 39. Qui teneatur corrigere, 40. Ordo servandus in correctione, 41. Quid, si crimen deferatur praelato ut patri? ib., et IV, 243. An correctio semper praemittenda denuntiationi, IV, 240 et 241. An liceat renuntiare juri fraternae correctionis, 245, *Qu. 4*. An praelati teneantur aliquando sub gravi corrigere leves defectus, IV, 13. Quomodo parochi teneantur ad corrigendum, III, 360, v. *Parochi*.
- Corruptio** verborum quando est mortalis in recitatione Officii, IV, 165; vide **Mutilatio**.
- ***Craniotomia**, an sit licita, III, 394, nota e.
- Crapula** quando sit mortalis, V, 73, v. 4. *Mortalis*.
- Creatura.** An maledicere creaturis sit blasphemia, III, 129. An jurare per creaturas sit juramentum, 138.
- Credere** an teneatur conjux alteri asserenti se ficte consensisse, VI, 908. An credendum impedimentum, si asseratur a fide non dignis, et quid, si ab uno fide digno, ib., v. *Secunda*. Credentes haereticis, VII, 306. Vide **Fides**.
- Creditor** si proroget terminum censurae, VII, 64. An restitutio facienda sit creditoribus occisi, III, 634. An creditores hypothecarii prius sint satisfaciendi, 690. An creditores personales anteriores, ib. An personales pauperes, 691. An prius exigentes, 692. An creditor personalis cui solutum est, possit retinere, 693. An creditor mutuarius possit usuras exigere, 788.
- Crepidus** calceatus an possit celebrare, VI, 402.
- Creta**, si deglutiatur, an frangat jejunium naturale, VI, 281.
- Crimen** dirimens matrimonium quale, VI, 1031-1043. Quando crimen dicatur occultum, 593, *Not. 3*, et VII, 76, *Not. 2*. Si hic sit crimen occultum, sed alibi publicum, 78. Irregularis ob crimina infamia, 362 et 363. Quomodo tollatur, 364. Ob crimen occultum episcopus potest prohibere ordinationem, VI, 69, v. *Attamen*. An crimen publicum alterius in uno loco vel tempore possit detegi sine mortali, III, 974. Quid si detegatur ad consilium vel uni aut alteri viro probo? 973, v. *Sed opposita*. Quando crimen dicatur publicum, 975. An infamatus de uno crimine possit infamari de alio, 676. Quomodo fama restituenda, si verum crimen sit propalatum? 992. Quid, si sit propalatum bona fide? 993. Si de crimine vero infamaveris, an tenearis ad totum damnum, 994, v. *An autem*. Quando crimen possit denuntiari sine praevia correctione, IV, 241-245. Quae crimina sint suspecta de haeresi, 251. An reus ad se tuendum possit revelare crimina occulta accusatoris vel testium, 277. An peccet graviter, si falsa crimina imponat, ib.
- Crucifixus**, qualis et an semper requiratur in Missa, et an omissio sit gravis, VI, 393.

- Debet prominere inter candelabra, VI, 393, *Dub. 1.* Si in altari est imago Crucifixi, an requiratur alia crux, ib., *Dub. 2.*
- Crux.** An sit mortale celebrare sine cruce, VI, 393, *Dub. 1.* Crux et imagines in altari an debeant esse benedictae, 393, v. *Crux autem.*
- Culpa.** An ad incurrendam censuram requiratur culpa mortalis, VII, 30. An externa, 34. An consummata, 36. An propria, 41. An idem ad incurrendam irregularitatem ex delicto, 348. Quid, si culpa sit occulta? 349. Quae sit culpa theologica, et quae iuridica, III, 549. Ex qua culpa oriatur obligatio restituendi, 550. An ex culpa veniali oriatur obligatio gravis, 552. An culpa theologica requiratur etiam in contractibus ad obligationem restitutionis, 554 et 749. An in officiis, 555.
- Cultus** disparitas quando dirimat matrimonium, VI, 1044. Quid de matrimonio cum haereticis? ib.
- Cultus superstitiosus.** Vide **Superstitio.** An in festis praecipiat cultus interior, III, 264.
- Curator.** Quibus detur curator, III, 917. Ad quid teneatur, 918. An sine consensu curatoris minor possit se obligare, ib., v. 6, *Pupillus.*
- Curiales** sunt irregulares, VII, 456.
- Curiositas.** Quale peccatum tangere vel aspicere partes inhonestas proprii corporis ex curiositate, III, 419. Si corporis alieni, 420. Quale legere litteras alienas ex curiositate, V, 70.
- Currus.** An liceat in festis ducere currus onustos, III, 276.
- Custos** et **Custodire.** An custodes, ex officio, gabellarum, silvarum, teneantur ad restitutionem, si non denuntiant, IV, 237. Quomodo excusentur a Missa custodientes domos, etc., III, 326.
- D**
- Daemon.** An sit peccatum maledicere daemone, III, 129, v. *Maledicere.* Quale peccatum imprecari daemone alicui, 131. Quale peccatum sit copula cum daemone, 475. Quid, si daemon repraesentet personam sacram vel nuptam? ib., v. *Bene.* Quomodo se gerere debeat confessarius cum coeuntibus cum daemone, *Prax. confess.*, 111.
- Daemoniacus.** Vide **Obsessus.**
- Damnatio** et **Damnatus.** Damnatio propositio- num quomodo intelligenda, III, 160, v. *Et hic.* An reo jam damnato liceat vim vi repellere, et an resistere, IV, 279, v. *Sed clarior.* An damnatus ut fame pereat, teneatur sumere cibum oblatum, 284. An sacerdos vel religiosus damnatus ad triremes teneatur ad Officium divinum, 142, *Dub. 3.* Quomodo se gerere debeat confessarius cum capite damnatis, *Prax. confess.* 108 et 109.
- Damnium** et **Damnificans.** Ad quid teneatur consulens damnium, si illud sine consilio evenisset, III, 561. Quid in dubio, an consilium fuerit causa damni? 562. Quid, si quis suadeat damnium ex ignorantia inculpabili? 564. An liceat cum damno alterius sequi opinionem probabilem, I, 42. An fur debeat restituere cum quocumque suo damno, III, 598. An cum majori damno, ib. An fur teneatur restituere omnia damna, III, 618. Modo sint saltem confuse praevista, 613. De eo, qui incendit domum Titii, putans Caji, 629. De titulo damni emergentis in mutuo, 768. Quae autem requirantur ad exigendum interesse ex praefato titulo, 769. An liceat ab initio pacisci de tali interesse, 770. Quid veniat nomine damnorum in societate, 905. An in societate damnium sortis spectet semper ad dominum, 907, *Qu. 3.* De pacto, ut damnium sortis sit commune, 907, *Qu. 4.* An ad damnium vitandum liceat prodere peccata alterius, 969. An revelare secretum, 971, v. *An autem.* An tenearis ad damnium, si non restituis famam bona fide ablatam, 994. An damnium integre restituendum sit, si diffamaveris de crimine vero, ib., v. *An autem.* An teneamur denuntiare haereticos cum nostro gravi damno, IV, 249. An cum damno suo vel prolis teneatur conjux reddere debitum, VI, 950 et 951. De damno resarciendo quoad censuras, VII, 25.
- Dataria.** Quid exprimendum in petitione dispensationis in Dataria? VI, 1146.
- Debitor.** An satisfaciat debitor donans immemor debiti, III, 700, *Qu. 2.* An debitor teneatur solvere in solidum, si praesumat socium restituisse, 579, v. *Utrum.* De debitore negante debitum aequivoco, 160. De debitore existente in necessitate, 701-703.
- Debitum.** An debita certa restituenda prius quam incerta, III, 687. An prius debita ex delicto quam ex contractu, 688. An prius debita ex titulo oneroso, 689. An a debitis gravato liceat accipere donum, 722. An uxor teneatur solvere debita a viro contracta, 354. An immemor debiti satisfaciat donando, 700, *Qu. 2.* Tempus requisitum ad debita praescribenda, 507. An debitis gravati possint fieri religiosi, IV, 71. Quid, si jam sint professi? ib., v. *Si vero.*
- Debitum conjugale** quando sit licitum, VI, ex 900. Quando sit praeceptum, ex 938. Propter quos fines sit licitus usus matrimonii, 927. An vir aliquando teneatur petere, 928. An aliquando uxor, 929. An conjux impeditus a petendo possit aliquando petere, 930. An excommunicato liceat petere, et an ab excommunicato, 931. An tactus liceant inter conjuges, etc., vide **Conjux.** Negantes debitum semel, 940. Si alter remisit petat vel immoderate, vel si redditio differatur ad breve tempus, ib. An possit negari ob multipliciter filiorum, 941. An episcopi ad debitum petendum possint dispensare in voto castitatis emisso ante matrimonium, 987. An Mendicantes, ib., v. *An autem.* Quid, si impedimentum proveniat ex affinitate contracta post matrimonium? 1076.
- Decennium.** An per decennium praescribantur leges Ecclesiae, I, 139, v. *Limitant 2.* An per decennium res immobiles, III, 508.
- Deceptio.** Quaecumque deceptio in venditione obligat ad restitutionem, III, 805. Qualis deceptio obliget lusorem ad restituendum, 877.
- Decimae.** De obligatione solvendi decimas, III, 42, *Qu. 4.*
- Decisiones** Rotae Romanae quomodo obligent, I, 106, v. *Decisiones autem.*
- Declarationes** S. C. quomodo obligent, I, 106, v. *Quaeritur 2.*

- Decreta S. C. R.** quomodo obligent, VI, 401.
- Decretales, Decretum Gratiani**, I, 105, v. *Lex*.
- Dedecus.** An stuprator teneatur ducere violatam cum dedecore familiae, III, 644.
- Defectus naturales** an possint manifestari sine mortali, III, 967. Praelati tenentur quandoque sub gravi corrigere defectus leves, IV, 13. Defectus in confessione commissi a confessario reparandi, VI, 618, et in *Praxi confess.* 116. Defectus naturales an cadant sub sigillum, 642. Defectus ordinationis quomodo supplendi, 758. An sponsis liceat contrahere cum defectu occulto, 864 et 865. Ob quos defectus censurae sint invalidae, VII, 51-56. Irregularitates ex defectu, 397. Irregularitas ex defectu natalium quomodo tollatur per professionem religiosam, 354. Si defectus corporis superveniet, 413. Si antecesserit, ib. Si defectus ex propria culpa, 415. Quid de eunucho? 416. Si ad vocem servandam, 418. Irregularitas ex defectu aetatis, VI, 799. Vide **Irregularitas**.
- Defensio.** An ob defensionem liceat clericum percutere, VII, 275, ad 2, in fine. An defensio sui vel innocentis excuset ab irregularitate, 388. An defensio bonorum, 389.
- Deflorator.** Vide **Stuprator**.
- Deformitas filiae** an excuset matrem, si optet ei mortem, V, 22. Deformitas inducens irregularitatem, VII, 411 et 412.
- Defunctorum** Officio sub gravi satisfaciendum, IV, 161. *Qu. 2.* An possit pridie anticipari, 174. *Qu. 2.*
- Defunctus.** Ut defuncti voluntas impleatur, potest dici Missa anniversaria in duplici majori non de praecepto, VI, 421. Parochus potest dicere duas Missas, si desit alius sacerdos in die obitus, 351, v. *Modo*. Missae defunctorum quando liceant, et quando sint de praecepto, 419-421. Obligatus dicere de *Requiem*, si dicat aliam, 422. Missa defunctorum quomodo ordinanda? 453, in fine. In die defunctorum an possit accipi stipendium, VI, 338. Si commemoratio defunctorum accidit in Dominica, 424, ad II. Defuncti excommunicati possunt absolvi a censura, VII, 116, in fine et 186.
- Degradatio** quid sit, VII, 324. Degradatus teneatur ad castitatem et Horas, ib., v. *Dixi*. A quo facienda degradatio, 326.
- Delectatio et Delectari.** De delectatione venerea et sensitiva, III, 413. An delectatio de objecto malo cum consensu conditionato sit licita, V, 14. De delectatione morosa, 15. Quid, si quis delectetur de nupta, sed non qua nupta? ib. Delectatio de re mala et de cogitatione rei malae, 17. Delectatio circa modum rei malae, 18. Delectatio de effectu bono ex opere malo, 19 et 20. Delectatio de malo proximi ob bonum finem, 21. An liceat conjugum delectari de copula praeterita vel futura, 23 et 25. An id liceat sponsis et viduis, 24. Delectatio de re vetita solo jure positivo, 27. Quid explicandum in delectatione habita de malo alterius, 28. Si conjux delectetur de pulchritudine alterius, ut se excitet ad copulam, VI, 913. Si de copula aliena, 914. Si de copula habita vel habenda cum conjugum proprio, 937.
- Delegatio et Delegatus**, I, 193. De facultate delegata dispensandi in votis, III, 256. Episcopi an possint delegare facultatem Tridentini in cap. *Liceat*, VII, 93. Possunt delegari ab episcopis omnia, quae eis competunt jure ordinario, ib. An facultas dispensandi aliquando in impedimento dirimenti, VI, 1125. * An facultates habitualiter a S. Sede Ordinariis concessae transeant ad eorum successores, VI, 559, not. *b*. Delegati possunt ferre censuras, VII, 11.
- Deliberatio** requisita ad votum, III, 196. Requisita ad peccatum mortale, V, 5.
- Delictum.** Ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur culpa mortalis et actus externus ac consummatus, VII, 348. Quid, si delictum sit prorsus occultum? 349. Vide **Crimen** et **Irregularitas**.
- Delinquere.** Delinquens extra dioecesim an incurrat censuram, VII, 23. An delinquens in monasterio, 24. Si delinquat subditus alienus, an episcopus loci possit eum ligare censura, 26.
- Delirium.** An in delirio liceat communicare, VI, 292.
- Denudatio uberum.** Vide **Pectus**.
- Denuntiatio et Denuntiare.** Obligatio denuntiandi blasphemiam haereticalem, III, 123, et IV, 252. Qui teneantur denuntiare, IV, 204. An obligati ex officio ad denuntiandum teneantur ad restitutionem, si non denuntiant, 237. Quando illicitum sit denuntiare, 239. An et quando correctio fraterna debeat praecedere denuntiationem, 240 et 241. Denuntiatio evangelica, 242. An liceat, omissa correctione, denuntiare crimen praelato ut patri, 243-245. Denuntiatio juridica, 246-247. An teneamur denuntiare haereticos cum gravi nostro damno, 249. An haereticos nobis conjunctos, 250. Quae crimina denuntianda, 251. An denuntiandi blasphemii, 252. An superstitiosi, 253. An non denuntiantes, 254. An denuntiandus confessarius negans absolutionem nolenti manifestare complicem, VI, 491. De denuntiatione confessoriorum sollicitantium; verba bullae, 675. Perpenduntur clausulae, 676 et seqq. Qui sint denuntiandi, ex 681. Qui teneantur denuntiare, ex 693. De sollicitationibus dubiis, ex 702. De denuntiationibus requisitis ad matrimonium, 992. In iis quis possit dispensare, et quando, 1003-1007. De obligatione denuntiandi impedimenta matrimonii, 994-999. An, qui nequeunt ea probare, denuntiare teneantur, 995.
- Depositio** testium quomodo facienda, IV, 271. Depositio quid sit, VII, 325.
